This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Digitized by Google

C 550.9

HARVARD
COLLEGE
LIBRARY

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS E AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA; LATINA JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XX.

EUSEBIUS PAMPHILI CÆSARIENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΗΣ ΕΝ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI,

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI,

OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

CURIS VARIORUM, NEMPE :

HENRICI VALESII, FRANCISCI VIGERI, BERNARDI MONTFAUCONII, CARD. ANGELO MAII

EDITA;

COLLEGIT ET DENUO RECOGNOVIT J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITOR.

TOMUS SECUNDUS.

VENEUNT SEX VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

—

© EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

Digitized by Google

C 550.4
.060. May 28
Gray Fund.
$2.87

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOC TOMO XX CONTINENTUR.

EUSEBIUS PAMPHILI.

Historia ecclesiastica.	*col.* 9
De vita Constantini imperatoris libri quatuor.	910
Oratio Constantini imperatoris ad sanctorum cœtum.	1234
Oratio Eusebii de laudibus Constantini in ejus tricennalibus habita.	1315
Acta passionis S. Pamphili et sociorum.	1439
Liber de matyribus Palæstinæ.	1457
Collectio antiquorum martyriorum.	1519
Epistolæ.	1533

7001
41-189
4

Ex typis MIGNE, Petit-Montrouge.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΑ ΔΕΚΑ.

—

EUSEBII PAMPHILI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBRI DECEM

Henricus Valesius Græcum textum collatis quatuor mss. codicibus emendavit, Latine vertit et adnotationibus illustravit.

Ed. Paris. 1659.)

—

EPISTOLA NUNCUPATORIA.

ILLUSTRISSIMIS ET REVERENDISSIMIS ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS ET UNIVERSO CLERO ECCLESIÆ GALLICANÆ.

Post tot Græcorum Patrum editiones quæ vestris auspiciis in lucem hactenus prodierunt, id unum adhuc restabat, illustrissimi Antistites, ut Eusebii Cæsariensis Ecclesiastica Historia *multo quam antehac emendatior ac purior, sub vestri nominis titulo ac patrocinio catholicis hominibus donaretur. Id enim Ecclesiæ, cujus commodis assidue consulitis, utilitas; id eruditorum omnium vota; id postremo Eusebius ipse suo quodam jure, a vobis poscere videbantur. Nam, ut de Ecclesia primo loco dicam, quid ad laudem ejus illustrius, quid ad defensionem fortius, quid ad propagationem utilius, quid ad morum ac disciplinæ gravitatem restituendam aptius proferri potest quam historia rerum ecclesiasticarum? Jam vero ad convincendos hæreticos nihil, meo quidem judicio, efficacius est atque potentius quam hoc genus scriptionis. Quippe hominum animi disputationibus ac ratiocinando ægre se vinci patiuntur. Et quoties constrictos se vident, nec habent quod respondeant, non tam veritati id ascribunt quam adversariorum in disputando subtilitati ac versutiæ. Certe diuturno experimento comprobatum est, seu scriptis seu viva voce editis disputationibus accendi potius hæreticorum animos quam sanari. Historia vero rerum ecclesiasticarum, cum se in animos legentium placidius insinuet, longe faciliorem de iis victoriam refert. Quis est enim ex diversæ factionis hominibus, qui cum ecclesiasticam historiam attente perlegerit, non statim pudore suffusus, errorem suum illic damnatum agnoscat, seque velut membrum a reliquo corpore præcisum defleat. Etenim cum ecclesiastica historia nihil aliud contineat quam apostolicarum sedium perpetuam successionem, episcoporum sibi invicem succedentium seriem, illustria denique doctorum et martyrum pro pietate certamina: ex quibus hi quidem furorem gentilium tolerantiæ suæ fortitudine superarunt; illi vero hæreticorum qui*

Digitized by Google

adversus Ecclesiam insurrexerant perversa dogmata scriptis suis confutaverunt: quicunque ex hæreticis ad hujus historiæ lectionem oculos atque animum intenderit, fateatur necesse est se ab illa apostolorum successione, ab illo doctorum et martyrum grege, ab illa denique episcoporum communione prorsus alienum esse. Quippe qb iisdem illis apostolorum successoribus, qui easdem adhuc sedes et cathedras obtinent in quibus olim apostoli sederunt, ab illis ipsis qui Novatianos et Donatistas et Artemonis sectatores condemnarunt, suum quoque errorem pari sententia condemnatum intelligunt. Pudeat igitur illos oportet erroris ac novitatis suæ, quotiescunque in historia ecclesiastica tanquam in speculo veritatem conspiciunt et antiquitatem, dogmatum suorum errori novitatique repugnantem. Atque hæc obiter dicta sint de ecclesiasticæ historiæ præcipua utilitate, cujus potissimum causa, novæ hujus editionis mihi a vobis cura mandata est. Nec vero solum Ecclesiæ commodis, sed et eruditorum omnium votis hac editione consuluistis, quorum plerique partim Græci contextus mendis ac vitiis, partim Latinorum interpretum erroribus, ab Eusebii nostri lectione hactenus deterrebantur. Ac ne quis forte minuendæ aliorum gloriæ, meique operis prædicandi causa, istud a me dictum putet, doctissimi hominis testimonium hic apponam, qui ante hos octoginta annos idem de Græca Eusebii editione deque Latinis interpretibus judicium tulit. Is est Joannes Curterius, qui in epistola quam Parisiensi editioni præfixit, Joannem Rupefucaldium alloquitur his verbis : « Si in istam Græcorum historiæ ecclesiasticæ auctorum editionem intueamur, quid ea unquam editum depravatius? Id ego sæpe ante annos sex, qui Græca ejus lectione delectarer, cum essem expertus, et Rufinum cujus tempore nondum ita corrupta fuisse exemplaria credatur facile, Musculum denique ipsum in consilium adhibuissem, tantum abest ut eorum versionibus sim adjutus, ut illum (quod merito reprehendit Hieronymus) in Eusebio reddendo parum integre se præstitisse; et hunc non tantum mendosi exemplaris Græci vel leves errores non animadvertisse, sed suos in versionem infinitos, partim ignavia, partim de industria, ut suis partibus faveret, invexisse deprehenderim. » Et paulo post de Christophorsoni interpretatione ita pronuntiat : « Ejus libri emendationes utilitati publicæ tandiu non invidissem, nisi promissam Christophorsoni interpretationem etiam exspectandam censuissem. Sperabam enim quia bene doctum hominem et catholicum esse, deinde bonis exemplaribus adjutum fuisse audiebam, non præclaram modo et tutam versionem aliquam emissurum, sed in publicati codicis Græci emendationem (quod solet ab interpretibus omnibus non omitti) variarum lectionum et correctionum adnotationes adjecturum. Verum longe aliter accidit atque exspectabam. Siquidem ut de ejus editione hoc solum nunc dicam, quod piam quidem et catholicam, sed inchoatam potius quam exactam aut perfectam multis rationibus credi par est: sic meliorum codicum quibus ipse usus est, exiguum aut fere nullum fructum ad multos redire video, cum quantum eos secutus vel immutarit vel addiderit, suis locis, ut decuit, sive ad Græcorum restitutionem, sive ad fidem versioni suæ et auctoritatem comparandam, non admoneat. » Petrus quoque Halloixius, vir in primis eruditus ac diligens, in tomo II, quo illustrium Orientalis Ecclesiæ scriptorum Vitas complexus est, in notationibus ad Vitam S. Hegesippi, cap. 3, de Joannis Christophorsoni versione idem quod Curterius sentit : « Uno verbo, inquit, omnes fere errores Christophorsoni, qui sunt non pauci, adhærent etiam Baronio, cum ejus semper utatur in citando Eusebio versione. Ita fit, ut aliis alios sequentibus, nec fontes Græcos examinantibus, primi alicujus interpretis errores ad quamplurimos scriptores, qui sola nituntur priorum auctoritate, in immensum diffundantur. Ex quo etiam, quanta sit linguæ Græcæ necessitas, in promptu est cognoscere. » Idem in eodem capite, pag. 731, ait se libenter adnotare errores qui occurrunt in versione Christophorsoni, ne ejus versione lectores in errorem inducantur. Ac malum quidem ipsum, ut videtis, multi animadverterant, damnumque illud publicum dolebant, quod tam utiles antiquitatis ecclesiasticæ libri, et scribentium et interpretum culpa ac negligentia adeo depravati legerentur. Quidam etiam pro virili parte remedium adhibere, certis duntaxat locis tentaverunt. Sed nemo adhuc exstitit qui novam Eusebiani operis editionem emendationemque susciperet; seu quod laboris magnitudine plerique deterrebantur; seu quod scriptorum exemplarium copia et otio ac reliquis subsidiis quæ ad id opus necessaria sunt, destituerentur. Donec vos, pro vestro in rempublicam litterariam stu-

Digitized by Google

dio, id opus aggressi estis, novamque Eusebianæ historiæ editionem curandam atque adornandam mihi commisistis : ut amotis superiorum editionum vitiis atque mendis; planior deinceps via ad certissimam rerum ecclesiasticarum notitiam lectoribus sterneretur. Quo nomine studiosi certe omnes vobis plurimum debent, quorum commodis utilitatique nostra opera consultum esse voluistis. Cæterum præter has causas quas jam commemoravi, quæ vos ad novam Ecclesiasticæ Historiæ *editionem impulerunt, suberat etiam alia, nequaquam, ut arbitror, prætereunda : quod scilicet Eusebio de vobis deque Gallicana Ecclesia optimè merito gratiam referre studuistis. Nemo certe est ex antiquis Ecclesiæ scriptoribus qui tot Ecclesiæ Gallicanæ laudes, tot insignia atque ornamenta scriptis suis intexuerit. Nam si antiquitatem spectes, quod præcipuum argumentum est nobilitatis, hic est qui Crescentem, Pauli apostoli discipulum, in Gallias venisse testatur, ibique Evangelium prædicasse. Si antistitum sanctitatem contemplemur ac doctrinam, Pothinum nobis atque Irenæum Lugdunenses episcopos profert. Quorum ille cum Ecclesiam suum optimis exemplis ac documentis diutissime rexisset, tandem nonagenario major vitam illustri martyrio terminavit. Hic vero fidei Christianæ assertor fortissimus, adversus omnes hæreses luculentissimis libris decertavit. Jam si martyrum fortitudinem et sincera eorumdem passionis Acta desideres, nulla certe Ecclesia hac in re Galliæ nostræ anteferenda est. Epistolam enim Viennensium ac Lugdunensium statim proferemus, quod pulcherrimum est atque vetustissimum totius Ecclesiæ in hoc genere monumentum. De cujus laudibus cum multa jam dicta sint a multis, nemo tamen pro illius dignitate hactenus est locutus. Adeo ejus epistolæ meritum ac pondus omnem dicendi vim superat. Atque id fatebuntur quicunque eam sæpius legerint. Quo plus enim legitur, eo semper videtur esse præstantior. Hoc vero tam insigne Ecclesiæ vestræ monumentum uni Eusebio acceptum ferre debemus. Qui nisi Historiarum suarum libris illud intexuisset, tanto antiquitatis ecclesiasticæ thesauro nunc fortasse careremus. Quod si fidei sinceritas ac simplicitas quæratur, Gallos nostros Eusebius in his libris hinc præcipue commendat : dum ait persecutionem Diocletiani in Occidentis partibus ac præsertim in Gallia, cito esse compressam, Deo illis propter fidei sinceritatem benignius indulgente. Jam verò, quæ Ecclesiæ Gallicanæ non postrema laus est, perpetuam illius jam inde a primis temporibus cum sede Romana consensionem, in his Eusebii libris non semel licet deprehendere. Primum quidem in epistola martyrum Lugdunensium, quam illi, adhuc in carcere positi, ad Eleutherum scripserunt, tunc Romanæ urbis episcopum; nam cum Asiani litteris ad Lugdunensis Ecclesiæ fratres datis eos consuluissent, quid sentiendum esset de nova prophetia, quæ tunc apud Phrygiam recens exorta gravissimos tumultus per totam Asiam excitarat, Gallicani martyres rem ad Eleutherum detulerunt, ut ejus interventu, cujus in Ecclesia summa erat auctoritas, pax Asianis restitueretur. Alterum hujus concordiæ exemplum suppeditat synodus Gallicana, in qua Irenæus una cum pluribus Galliarum episcopis, Victoris papæ sententiæ de celebratione festi Paschalis, ab Eusebio dicitur subscripsisse. Idem quoque Irenæus adversus Florinum qui Ecclesiam Romanam pernicioso schismate turbabat, fortiter insurrexit. Prætermitto Reticium, Maternum ac Marinum, Galliæ episcopos, qui cum Miltiade papa in synodo Romana residentes, unam cum illo adversus Donatum tulere sententiam. Cum igitur tot tantæque Gallicanæ Ecclesiæ laudes ab Eusebio commemoratæ sint, nemini mirum videri debet, si pro tantis antecessorum vestrorum præconiis hanc ei gratiam referre studuistis, ut* Ecclesiastica *ejus* Historia *quam fieri posset emendatissima atque ornatissima, vestris auspiciis ederetur in lucem. Quam in rem cum me unum ex omnibus delegeritis, equidem plurimum vobis eo nomine me debere profiteor, qui de me tam honorifice senseritis. Intelligo tamen quantum mihi a vobis onus sit impositum : ut post tres Latinos interpretes quartus ipse procedam, et eamdem cum illis existimationis aleam subeam. Sed quoniam huic desiderio vestro ac mandato refragari nefas mihi fuit, hunc laborem tur vestra, tum Eusebii causa libentissime suscepi, omnemque in emendando et interpretando molestiam diuturna patientia concoxi. Alii quidem et ingenio et doctrina instructiores, plura et meliora præstabunt. Ego id perficere conatus sum, ne quis in hoc opere diligentiam meam jure merito desideraret. Quod quidem utrum consecutus sim, vos, illustrissimi Antistites, pro vestra æquitate judicabitis. Cæterum si hunc a me susceptum atque exhaustum*

Digitized by Google

laborem vobis placuisse intellexero, promptiore deinceps et alacriore animo reliquorum ecclesiasticæ historiæ scriptorum editionem aggrediar, vobisque faventibus idem in illis quod in Eusebio præstare conabor.

Illustrissimæ ac Reverendissimæ D. V. addictissimus,

HENRICUS VALESIUS.

AD EOSDEM ILLUSTRISSIMOS ANTISTITES, DE NOVA EUSEBIANÆ HISTORIÆ EDITIONE PRÆFATIO.

Peracto solemnis nuncupationis officio, jam tempus est, illustrissimi Antistites, ut operis mei singillatim vobis rationem reddam. Cum enim vestra potissimum causa vestroque jussu hic a me susceptus sit labor, vos præ cæteris omnibus operis mei lectores ac judices et opto simul et spero. Tria sunt igitur quæ in hac editione præstare studui. Primum est Græci textus emendatio; secundum Latina ejusdem interpretatio, tertium est expositio obscuriorum locorum. Et Latinam quidem interpretationem quod attinet, post tres Eusebianæ Historiæ interpretes, ipse quartam elaboravi. Emendationem vero atque expositionem Eusebiani operis, nemo ante nos tentaverat. Verum ut de singulis suo loco atque ordine distinctius dicam, ordiar primum ab emendatione. Quicunque novam veterum scriptorum editionem aggrediuntur, ii necesse habent ab emendatione initium laboris sui ducere. Sic Origenes cum novam Septuaginta Interpretum editionem suscepisset, multaque in iis dubia ac dissonantia ob varietatem exemplarium reperisset, in eorum emendatione primum laboravit; et collatis Septuaginta Seniorum exemplaribus partim cum Hebraico textu, partim cum tribus aliis editionibus, Aquilæ scilicet, Theodotionis et Symmachi, errores qui in Septuaginta Seniorum editionem irrepserant, omnes sustulit. Idem enim ipse innuit in tractatu VIII *in Matthæum* his verbis : « In exemplaribus quidem Veteris Testamenti quæcunque fuerunt inconsonantia, Deo præstante, coaptare potuimus, utentes judicio cæterarum editionum. Ea enim quæ videbantur apud Septuaginta dubia esse propter consonantiam exemplariorum, facientes judicium ex editionibus reliquis, convenientia servavimus. » Origenis exemplum secutus postea B. Hieronymus, novam editionem Septuaginta Interpretum a se emendatam, et asteriscis obelisque distinctam suæ linguæ hominibus dedit, sicut variis in locis ipse testatur. Atque ut de profanis scriptoribus etiam loquar, Crates et Aristarchus, grammatici, qui accuratissimas Homerici carminis editiones elaborarunt, nihil aliud fere quam emendationem distinctionemque illius operis præstiterunt. Pari igitur modo cum Eusebianæ Historiæ novam editionem condere instituissem, in ejus emendatione omnem industriam ac diligentiam adhibui. Editiones Eusebianæ Historiæ duæ tantum hactenus Græce prodierunt : altera Parisiensis, quam Robertus Stephanus excudit; vir de litteris eo nomine optime meritus, quod corpus historiæ ecclesiasticæ elegantissimis typis primus publicavit; altera est Genevensis editio. Verum hæc in Græco textu editionem illam Roberti Stephani ubique expressit, nisi quod varias lectiones et emendationes ad latus habet appositas ex codicibus doctorum virorum; et lacunas aliquot quæ in libris *De vita Constantini* occurrunt, ex iisdem codicibus supplevit. Proinde in una duntaxat Roberti Stephani editione mihi laborandum fuit. Quam quidem cum quatuor manuscriptis optimæ notæ codicibus quanta potui diligentia collatam, multis locis restitui.

Horum quatuor codicum duos nobis subministravit bibliotheca Regia. Prior Francisci primi præfert insignia; ante quadringentos plus minus annos scriptus in charta bombycina et singulares interdum exhibet lectiones, multumque a reliquis codicibus discrepantes. Hic est quem in adnotationibus Regium codicem nominavi. Alter est ex bibliotheca Medicæa, quæ nunc in Regiam translata, uno eodemque Regiæ bibliothecæ vocabulo

Digitized by Google

censetur. Hic ad distinctionem prioris illius codicis, Medicæus codex in adnotationibus nostris appellatur. Qui licet paulo recentior sit, ex optimo tamen exemplari et ab erudita manu descriptus est. Duobus his exemplaribus usus erat Robertus Stephanus in Eusebianæ Historiæ editione. Et in ipso quidem textu excudendo, Regium exemplar fere ubique secutus est, raroque admodum ab ejus discedit vestigiis, sicut in meis adnotationibus observavi. In capitum autem distinctione, Medicæum codicem expressit, in quo tituli singulis capitibus, et quidem miniatis litteris præfiguntur. Tertius his accessit codex eminentissimi cardinalis Julii Mazarini. De cujus exemplaris bonitate ac præstantia antequam dicam, res postulat, idque ipsum a me flagitare videmini, Antistites illustrissimi, ut de cardinale eminentissimo a quo codicem illum commodatum accepi, pauca dicantur. Nam cum hic eminentissimus princeps et ad summa quæque natus, singulari quadam benevolentia litteras complectatur, nos qui ab ineunte ætate ad litterarum studia animum applicuimus, ingrati profecto simus, nisi tum nostro, tum communi omnium eruditorum nomine, gratiam ei quantam possumus, et voce et scriptis referre studeamus. Porro quo favore quantaque benevolentia prosequatur litteras, testatur prolixa ejus erga homines eruditos liberalitas ac munificentia; quam quidem, ut de aliis nihil dicam, ad me quoque nihil hujusmodi sperantem ac ne cogitantem quidem, nuper voluit pervenire. Idem declarat locupletissima ejus bibliotheca. Quam cum innumeris optimorum scriptorum exemplaribus, partim excusis, partim manu exaratis instruxerit, non ut veteres illi Romanæ urbis senatores quos eo nomine perstringit Ammianus Marcellinus, eam instar cujusdam sepulcri perpetuo clausam habet: sed velut publicam domum omnibus aperit eruditis; ultroque ad eam invitat singulos; et manuscriptorum codicum usum studiosis, quotiescunque opus habuerint, liberaliter impertit. Quid dicam de reliquis illius virtutibus et eximiis animi dotibus? quid de mirabili moderatione ac lenitate, qua intestinos motus ac tumultus sine ullius civis cruore compescuit? Sed hæc alias a me commodius, aut ab aliis dicentur ornatius. Nunc enim eas tantum illius laudes persequi constitui, quæ privatim pertinent ad studia litterarum. Temperare tamen mihi ipse non possum, quin hic de pace aliquid dicam, quam eminentissimus cardinalis omni studio atque industria nunc maxime urget ac promovet, et quam brevi per præcones regios publice pronuntiandam esse speramus. Quippe ea res præcipue ad commodum pertinet litterarum, quas pacis alumnas esse, et sub ejus umbra ac præsidio conquiescere, nemo est qui nesciat. Cum igitur cardinalis eminentissimus gubernaculis reipublicæ primum admotus, bellum grave cum Hispanis non conflasset ipse, sed conflatum jam reperisset, variis, ut in tantâ re, consiliis diu et accurate perpensis, id tandem constituit, edomandos diuturno bello esse Hispanos, reque ipsa admonendos quantum Galli armis, opibus, fortitudine, constantia et reliquis ad bellum necessariis subsidiis pollerent; ut hostes imbecillitate sua et Gallorum potentia cognita, segniores imposterum essent ad nostros aut armis aut injuria lacessendos. Neque enim firmam ac securam pacem cum hostibus aliter posse constitui, quam cum illi Gallis se in gerendo bello impares esse crebris cladibus suis detrimentisque sensissent. Itaque cum Hispani id sero tandem perinde ac Phryges intellexissent, tum demum cardinalis eminentissimus opportunum ineundæ pacis tempus adesse animadvertens, eam cum hostibus facere non recusavit, et de jure nostro, de summa totius belli, de spe denique atque victoria quam pene jam in manibus habebamus, aliquid concedere, quo populorum commodis et bonorum omnium votis, totius denique Christiani orbis desiderio gratificaretur. In quo singularem ejus prudentiam et salutarem reipublicæ sapientiam equidem satis mirari non possum.

Neque enim ob aliam causam tandiu dilata pax est, quam ut diuturnior deinceps esset ac firmior. Atque hæc obiter dicta sint de laudibus cardinalis eminentissimi. Qui cum inter arma litteras ac litteratos omnes benignissime fovere nunquam destiterit, multo magis sperandum est illum, pacis suæ tempore, easdem artes præcipuo quodam studio ac providentia complexurum: effecturumque ut Galli nostri, qui armorum gloria præ cæteris gentibus semper eminuerunt, nunc litterarum laude et optimarum artium studiis antecel-

Digitized by Google

lant. Sed nunc tempus est, ut eo unde digressi sumus revertamur. Tertius igitur ille codex, quem cardinalis eminentissimi bibliotheca nobis suppeditavit, omnium quos vidi Eusebianorum codicum longe optimus est ac vetustissimus. Quotquot enim emendationes in aliis exemplaribus reperimus, eas codex ille omnes exhibet; multæ vero aliæ in illo habentur emendationes, quas in aliis exemplaribus non reperi, quemadmodum ex meis adnotationibus studiosi lectores poterunt cognoscere. Scriptus est in membranis ante septingentos plus minus annos, elegantissime simul et emendatissime. Scholia quoque ad latus interdum habet apposita, nunc antiqua manu, nunc recentiore, quæ nos in adnotationibus nostris suo quæque loco descripsimus. Multa quoque alia in optimo illo codice observanda sunt, partim in accentibus, partim in distinctione seu interpunctione. Nam quod quidem ad accentus attinet, sæpe in illo codice acuuntur vocabula, quæ in aliis exemplaribus accentum habent circumflexum. Exempli gratia πίος et καίσαρ in illo codice semper acuuntur. Contra vero σφῶι, quod in aliis codicibus acuto notatur accentu, in illo codice circumflectitur. Atque id quidem rectius puto. Quod autem spectat ad distinctionem, quam nos vulgo interpunctionem vocamus, hic codex adeo accurate distinctus est, ut tota distinguendi rationem ac scientiam, quæ haudquaquam levis momenti est, ex hoc uno codice possis cognoscere. Certe antequam eum nactus essem, mediæ distinctionis utilitatem ac necessitatem nondum perspexeram; quam unus ille codex sedulo inspectus atque excussus, mihi tandem patefecit. Verum de distinctione pluribus infra dicturi sumus. Illud præterea in vetustissimo illo codice observavi, quotiescunque plena distinctio seu τελεία στιγμή apposita est in aliqua linea, primam sequentis lineæ litteram extra reliquarum ordinem conspici, et exteriorem marginem subradere. Idque indicium est, novum caput aut novam periodum inchoari post finalem illam distinctionem. Idem in aliis quoque scriptis codicibus observavi. Certe in veteribus schedis bibliothecæ Regiæ quæ libros Eusebii *De vita Constantini* continent, ita semper fieri animadverti, quoties novum caput inchoatur. Quartum præterea codicem habuimus ex bibliotheca illustrissimi viri Nicolai Fucketii, qui generalis in senatu Parisiensi procuratoris officium gerens, præfecturam simul regalis ærarii summa cum laude administrat. Atque his quatuor manuscriptis codicibus ad emendationem librorum *Ecclesiasticæ Historiæ* usi sumus. Libros vero *De vita imp. Constantini* cum tribus antiquis codicibus contulimus. Primus est Regius ille, de quo superius dixi, in quo ante libros *Ecclesiasticæ Historiæ* quatuor libri *De vita imp. Constantini*, licet non eadem, vetusta nihilominus manu perscripti leguntur. Secundum locum obtinent schedæ veteres bibliothecæ Regiæ. Sic autem voco chartas, per quaterniones quidem digestas sed dissolutas, nec in codicis modum compactas. In his schedis, præter libros Eusebii *De vita Constantini*, et *Orationem* ejusdem imperatoris *ad sanctos*, primus quaternio *Ecclesiasticæ Historiæ* habetur; cujus et in adnotationibus meis mentionem sæpius feci. Cætera nescio quo casu perierunt. Tertium nobis codicem suppeditavit bibliotheca Fuketiana. In quo ante quatuor libros *De vita imp. Constantini*, præfixus est Eusebii *Panegyricus*, dictus eidem Constantino anno ejus imperii tricesimo. Hic codex, quamvis infimæ vetustatis, est tamen optimæ notæ, multisque in locis emendatior et amplior duobus illis prioribus quibus in editione sua usus est Robertus Stephanus.

Præter hos manu exaratos codices, adjumento nobis fuerunt variæ lectiones et emendationes quas viri docti ad marginem editionis Roberti Stephani manu sua adnotaverant. Cujusmodi codices multi etiamnum reperiuntur. Sed nos tribus præcipue usi sumus, qui etiam in adnotationibus nostris sæpius commemorantur. Primus fuit Adriani Turnebi, quem ille cum codice Regio ac Medicæo diligentissime contulerat. Libri vero *De vita imp. Constantini* cum Anglicano quodam exemplari collati erant, sive ipsius Adriani, sive Odonis Turnebi manu. Alter codex fuit Vulcobii: quem quoniam Renatus Moræus, medicus Parisiensis, mihi commodaverat, codicem Moræi in adnotationibus vocare soleo. Hic liber præter eas emendationes quæ in libro Turnebi habentur, perpaucas alias continet. Tertius codex fuit Henrici Savilii, viri doctissimi, ad me missus ex Anglia a Jacobo Usserio Armachano. Nam cum in Usserii notis ad *Martyrium B. Polycarpi*, manuscriptum Eusebianæ Historiæ codicem ex bibliotheca Saviliana laudari animadvertissem,

Digitized by Google

eumque codicem optimæ notæ esse ex aliquot locis ab Usserio prolatis deprehendissem, postulavi ab eo per litteras, ut varias ejus codicis lectiones (integrum enim ab eo collatum esse existimabam) ad me transmitteret. Ille vero codicem quidem ipsum in charta scriptum bombycina, bibliothecæ Oxoniensi a Savilio donatum fuisse, mihi rescripsit. Cæterum editionem Roberti Stephani statim ad me misit, in cujus margine Savilius emendationes ex suo illo manuscripto codice depromptas adnotaverat. Quantum tamen conjicere potui non omnes scripti codicis lectiones ad latus editionis illius apposuit Savilius, sed eas tantum quas bonas certasque esse existimabat. Quædam enim lectiones ab Usserio e scripto illo codice proferuntur, quas a Savilio prætermissas esse postea deprehendi. Præterea idem Savilius ad oram illius editionis multas ascripsit emendationes ex codice Joannis Christophorsoni, quem scilicet Christophorsonus cum aliquot manuscriptis exemplaribus contulerat.

Hæc sunt librorum subsidia, quibus instructi Eusebianæ Historiæ libros emendandos suscepimus. Sed ne quis forte quidquam a nobis temere et pro arbitrio mutatum esse existimet, ante omnia lectores monitos esse volumus, nihil nos sine optimorum exemplarium consensu atque auctoritate fecisse. Adeoque nobis religio fuit, in his libris aliquid interpolare, ut ne tum quidem cum locum depravatum esse manifestissime apparebat, conjecturæ nostræ indulgere voluerimus. Argumento sit locus in fine lib. x *Histor. Eccl.*, p. 399, qui sic habet : Ὁ δ' ἀριτῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρεπῶς μέγιστος νικητὴς Κωνσταντῖνος. Poteramus hic veram lectionem levi negotio restituere, et pro ἐκπρεπῶς emendare ἐκπρεπών. Sic enim eum Eusebii locum citat Gelasius Cyzicenus in lib. II, nec aliter scribitur in lib. II Eusebii *De vita Constantini*, cap. 19, ubi hic locus iisdem plane verbis repetitur. Denique nullus in hac editione nostra emendatus est locus, de quo in adnotationibus lectorem non admonuerim, et emendationis meæ rationem non reddiderim. Emendationis pars est non postrema, distinctio sive interpunctio, de qua nonnihil a me dicendum est, ne forte lectores novo interpunctionis genere quod in hanc editionem a me primum invectum est, conturbentur. Quanquam si proprie loqui velimus, non id novum distinctionis genus, sed vetustissimum est, et ab antiquis omnibus tam Græcis quam Latinis usurpatum : quod recentiorum negligentia penitus abolitum, hac editione conatus sum saltem ex parte revocare. Prisci quidem illi, recens tum inventis litterarum figuris, uno tenore sine ulla prorsus distinctione scribebant. Quæ res cum maximam tum in legendo tum in pronuntiando haberet difficultatem, veteres grammatici tres posituras seu distinctiones excogitarunt, quibus quasi stationibus quibusdam ac diversoriis continuus orationis cursus distingueretur. Primam vocarunt ὑποστιγμήν, id est *subdistinctionem* ; alteram μέσην, id est, *mediam distinctionem* ; tertiam τελείαν στιγμήν, id est *finalem* seu *plenam distinctionem*. Tribus autem punctis diverso situ dispositis singulas notaverunt. Punctum enim ad imam litteram appositum subdistinctionem designat ; media vero distinctio quam Latini moram appellarunt, significatur puncto ad mediam litteram affixo. Illud autem punctum, quod ad caput litteræ apponitur, finalem denotat distinctionem. Harum autem distinctionum quæ sit vis ac ratio, docent grammatici, Donatus et Marius Victorinus, et Diomedes in lib. II, qui unus instar omnium nobis erit hoc loco. « Lectioni, inquit, posituras accedere vel distinctiones oportet, quas Græci θέσεις vocant ; quæ inter legendum dant copiam spiritum reficiendi, ne continuatione deficiat. Hæ tres sunt, distinctio, subdistinctio, media distinctio sive mora, vel, ut quibusdam videtur, submedia : quarum diversitas tribus punctis diverso loco positis indicatur. » Et paulo post : « Distinctio est silentii nota, cum sensu terminato liberum est cessare prolixius. Est hujus nota punctum supra versum ad caput litteræ positum. Subdistinctio est silentii nota legitimi, qua pronuntiationis terminus sensu manente ita suspenditur, ut statim id, quod sequitur, succedere debeat. Hujus autem nota est punctum sub versu positum. Mora est levis in continuatione sensuum interposita discretio, legitimæ distinctionis subdistinctionisque medium obtinens locum, ita ut nec perfecta in totum, nec omissa videatur, sed significatione immorandi, alterius desideret principium sensus. Et hoc solummodo servat officium, ut legentis spiritum brevissima respiratione reficiat ac nutriat. Sic enim pronuntiando reti-

Digitized by Google

cere quis debet, ut quia spiritus ipse quadam defectione mutatur, deinde resumatur. Ut est :

> Ut belli signum Laurenti Turnus ab arce
> Extulit, et rauco strepuerunt cornua cantu ;
> Utque acres concussit equos, utque impulit arma ;
> Extemplo turbati animi.

Multæ enim clausulæ sunt mediæ hujus lectionis. Primum ne confundantur, quæ δίκωλα et τρίκωλα ponuntur et talia. Deinde ut actus verborum emineat et luceat, qui ex aliquo moveatur affectu, vel indignatione vel miseratione collata, » etc. Hujusmodi igitur distinctionum seu interpunctionum notas antiqui omnes, tam Græci quam Latini, in libris suis adhibuerunt : quas etiam Isidori Hispalensis ætate adhuc in usu fuisse constat. Id enim discimus ex ejus *Originum* libro 1, cap. 19. In manuscriptis quoque exemplaribus paulo vetustioribus eadem distinguendi ratio perpetuo servatur. Verum recentiores, seu imperitia seu desidia quadam ac negligentia, omnia commutarunt. Ac pro subdistinctione quidem virgulas posuerunt; pro mediæ distinctionis nota duo puncta : finalis vero distinctionis notam a capite ad pedes litteræ dejecerunt. Quam pravam distinguendi rationem secuti sunt omnes fere typographi præter Aldum Manutium. Hic enim in editione Græcorum librorum, quos pene innumerabiles excudit, eam semper interpunctionem retinuit, quam in manuscriptis exemplaribus invenerat. Et virgulas quidem quod attinet, nolim eas damnare. Parum enim interest, quam notam adhibeamus ad subdistinctionem designandam, modo ea nota ad pedes apponatur litteræ. Certe in optimo illo ac vetustissimo codice bibliothecæ Mazarinæ, cujus antea mentionem feci, interdum pro media, interdum pro finali distinctione virgulam appositam reperi, id est, nunc ad mediam litteram, nunc ad summam. Nec solum virgula, verum etiam sicilico seu ἁπλῇ aversa nonnunquam designabatur media distinctio, ut docet Victorinus in libro 1 *Artis grammaticæ*. Quod vero pro finali distinctione hodie punctum ad pedes litteræ ponimus, id, meo quidem judicio, ferri nullatenus potest. Neque enim solum vetustati id repugnat, verum etiam rationi. Quippe ratio postulat, ut nota eodem situ posita eamdem designet distinctionem. Punctum igitur in ima parte positum, idem significare debet, quod virgula quæ ad imam litteram notata est. Neque enim nota ipsa, sed notæ situs variat distinctionem. Ex quo efficitur, finalem distinctionem non recte a nobis designari puncto ad pedes litteræ apposito. Quare non sine causa veterem interpungendi rationem in hac editione restituere sum conatus. Ac virgulam quidem ipsam retinui, quippe quæ in denotanda subdistinctione idem valeat ac punctum; mediam vero distinctionem ex manuscriptorum codicum auctoritate suis locis quasi postliminio restitui. Hujus porro utilitatem ac necessitatem studiosi, ut spero, celeriter agnoscent. Neque enim solum eo valet media illa distinctio, ut resumatur spiritus ad principium alterius sensus continuandum, et ut actus magis emineat ac luceat, quemadmodum scribit Diomedes, verum etiam ad notandum discrimen personarum ac dignitatum. Sic alicubi in his libris, ubi legitur ἐπισκόπων πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων, codex eminentissimi cardinalis post vocem ἐπισκόπων mediam adhibet distinctionem. Sed et plerisque in locis punctum ad caput litteræ posui, ad finalem distinctionem designandam : ubique id facturus, nisi vis inolitæ consuetudinis me ab incœpto revocasset. Cæterum quod ego in hac editione tantum ex parte præstiti, id ab aliis majore doctrina et auctoritate præditis, qui veterum libros posthac edituri sunt, tandem, ut spero, consummabitur. Atque hæc de emendatione et distinctione nostra summatim dicta sufficiant. Nunc ad Latinam interpretationem veniamus.

Non dubito multos fore qui mirentur quam ob rem post tres Latinos Eusebii interpretes, eosque in Græcis litteris non mediocriter exercitatos, quartam ipse versionem elaboraverim. Quibus primum ita respondeo : Si post Rufinum, qui *Ecclesiasticæ Historiæ* libros primus in Latinum sermonem convertit, licuit Musculo novam interpretationem condere, si rursus post Musculum idem licuit Christophorsono, cur mihi quoque idem juris non fuerit quod cæteris? Apud Judæos post Septuaginta Seniorum editionem tot sacramentorum religione, tot sæculorum auctoritate firmatam, Aquila primum, deinde Theodotion et Symmachus novas Veteris Testamenti interpretationes singuli ediderunt.

Digitized by Google

Quintæ item Sextæque ac Septimæ editionis auctores quidam reperti sunt, quorum nomina ignorantur : easque omnes versiones Origenes in *Hexaplis* suis collocavit, ut a catholicis hominibus legerentur. Quod igitur Judæis in Veteri Testamento licuit, cur in Eusebio mihi non liceat, maxime cum id audere in Eusebio minus periculosum sit, quam in sacris divinarum Scripturarum libris? Enimvero multæ eæque gravissimæ rationes ad novæ hujus interpretationis onus subeundum me vel invitum impulerunt. Nam cum novam *Ecclesiasticæ Historiæ* editionem vestro jussu vestrisque auspiciis suscepissem, videremque, superiorum interpretum versiones ob crebros errores ac παρερμηνεία; nequaquam satisfacere desiderio doctorum virorum, quemadmodum Joannis Curterii et Petri Halloixii testimonio jam antea declaratum est, duorum alterum mihi necessario præstandum fuit, ut vel antiquam interpretationem corrigerem, vel certe procuderem novam. Porro aliorum interpretationem corrigere, ut molestum per se ac difficile, ita etiam odiosum videbatur. Sua enim cuique laus, suus honos debetur a nobis. Fecerunt illi quidquid in ipsis fuit, et suo labore nostrum laborem levare ac minuere conati sunt. Proinde opus uniuscujusque interpretis laudandum potius est a nobis quam interpolandum. Rufinus, quamvis sensum potius Eusebii sequatur quam verba, tersus est tamen ac nitidus, nec legentibus injucundus; ac vel eo nomine plurimum laudandus, quod *Ecclesiasticam Historiam* primus Latinæ linguæ hominibus dedit, cujus versione ad nostram usque ætatem usa est Occidentis Ecclesia. Musculus verbis pressius adhæret, et in interpretando brevis est atque perspicuus, multisque in locis Christophorsono felicior. Christophorsonus, ut diligentior ac doctior Musculo, sic etiam numerosior incedit, et Ciceronianum quiddam sonat. Præterea usus est manuscriptis exemplaribus ad interpretationem suam elaborandam : primusque *Panegyricum* Eusebii, dictum tricennalibus Constantini, Latino sermone edidit, quem postea Genevenses typographi Græce excuderunt. Dicet hic aliquis : Quid igitur opus fuit nova versione, cum illi interpretes tot tantisque laudibus abundent? Ego vero laudes illorum commemoro, non vitia detego : quæ quidem aliorum testimonio quam meo prodi malim. Quod si quis adnotationes meas legerit, aut interpretationem meam cum illorum versione conferre voluerit, intelliget profecto quot quantisque erroribus refertæ sint illorum interpretationes, nec sine causa novam Eusebii versionem mihi a vobis injunctam fuisse. Sed quoniam non voluntate sed necessitate quadam in hunc sermonem delapsus sum, de superiorum interpretum vitiis summatim pauca dicam. Nam si cuncta illorum σφάλματα singillatim vellem percensere, in immensum extenderetur oratio. Ut igitur a Rufino exordiar, quis nescit illum Eusebio multa pro arbitrio addidisse, multa detraxisse, multa mutasse; ac plerisque in locis παραφράστην potius esse quam interpretem? Exempli gratia, in libro VII de Gregorii Thaumaturgi miraculis, satis prolixam narrationem inseruit, quæ in Eusebii nostri exemplaribus non habetur. Idem, in libro IX Luciani martyris orationem pro fide nostra coram judice habitam commemorat, quam Eusebii exemplaria non agnoscunt. Jam vero decimum *Ecclesiasticæ Historiæ* librum totum fere in versione sua prætermisit. Nihil hic dico de capitibus ab eo commutatis in libro sexto ac septimo, quandoquidem in adnotationibus meis hac de re lectorem admonui. Quot Eusebii loca ab illo perperam accepta et interpretata sunt! Hic est qui ex Zacharia sacerdote, cujus in Evangelio Lucæ fit mentio, martyrem nobis Lugdunensem effecit. Hic est qui Bibliadem cum Blandina confudit. Hic est qui Philoromum nobilissimum martyrem, ex rationale tribunum militum fecit. De Musculo vero quid attinet dicere, cujus versiones (nam et alios scriptores Latine interpretatus est) non magnopere probantur a doctis? Innumerabiles ejus errores proferre possem, si vellem : inter quos hic eminet. Dionysius Alexandrinus, in epistola adversus Germanum, quam refert Eusebius in libro sexto, ait se περὶ ἡλίου δυσμάς comprehensum a militibus, et Taposirim esse perductum. At Musculus Heliodysmas oppidum esse credidit. Sic enim vertit : *Ego namque cum Heliodysmas una cum illis qui mecum erant, venissem, Taposirim a militibus ductus sum.* Idem præterea Musculus librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, qui subjectus est libro VIII *Historiæ Ecclesiasticæ*, totum in versione sua prætermisit; quam ob causam, nescio. Est enim ille

Digitized by Google

Eusebii liber elegantissimus. Superest versio Joannis Christophorsoni, quæ nec ipsa nævis suis caret. Nam, ut omittam barbarismos qui in illa sæpius occurrunt, nimium prolixa et laciniosa est ejus interpretatio, dum voces quasdam addit ad explendam periodum, aut ad obscurioris loci expositionem suas adjicit ἐπεξηγήσεις. Interdum etiam ex duabus periodis unam facit, et duo capita in unum confert, adeo ut Latinorum capitum distinctio in ejus interpretatione multum discrepet a Græca. Quæ res quantam pariat molestiam ac perturbationem in citandis ex Eusebio locis, norunt omnes studiosi. Idem in theologicis quidem satis exercitatus fuit, sed criticæ artis peritia et antiquitatis Romanæ cognitione leviter instructus. Quare in propriis vocabulis magistratuum Romanorum, et in iis quæ ad civilem administrationem pertinent, perpetuo labitur : verbi gratia, in exponendis vocibus ἡγεμόνος, στρατηγοῦ, ἐπαρχικῆς τάξεως et in similibus aliis. Postremo librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, qui in editione Roberti Stephani et in manuscriptis exemplaribus subjunctus est octavo *Historiæ Ecclesiasticæ* libro Christophorsonus in octavum librum transfudit, cum ejus partem illum esse crederet. Quem Christophorsoni errorem secuti postea typographi Genevenses, ut Græca Latinis aptarent, ex duobus Eusebii libris unum fecere. Atque hæc carptim dicta sint de vitiis superiorum interpretationum; non obtrectandi animo, nec minuendæ cujusquam interpretis gloriæ, sed ut studiosi omnes intelligant, nos non sine causa novam interpretationem suscepisse. Quam ut perfectam quidem et numeris omnibus absolutam præstare non ausim (id enim nimiæ esset confidentiæ), ita plurimis mendis quibus superiores interpretationes scatent, carere fidenter affirmo. Cæterum cum tria potissimum in versione requirantur, ut nimirum fidelis sit, ut elegans ac perspicua, operam dedi ne quid horum in versione nostra desideraretur.

Interpretationem sequuntur adnotationes. In quibus duo potissimum spectavi : primum ut emendationum mearum rationem redderem, et varias scriptorum codicum lectiones studiosis proponerem : deinde ut obscuriores Eusebii locos illustrarem, et antiquos Ecclesiæ mores ac ritus collatis aliorum scriptorum locis explicarem. Adnotationibus quatuor a me subjunctæ sunt dissertationes. Quarum prima est de initio ac progressu schismatis Donatistarum. Altera est de Anastasi et martyrio Hierosolymitano. Hanc sequitur disputatio de versione LXX Interpretum adversus Jacobum Usserium Armachanum. Quarta est de Martyrologio Romano quod edidit Rosweydus. Atque hæc sunt quæ ad Eusebianæ Historiæ illustrationem a me in hac editione elaborata sunt. Quæ si cuipiam fortasse levia videbuntur ac vilia, is cogitet, hujusmodi fere cuncta esse quæ in hoc genere litterarum proferuntur, iisque pro studio legentium ac stomacho aut pretium aut contemptum accedere. Nam si quidem æquum ac studiosum lectorem invenerint, magni æstimantur; si vero in fastidiosas aures inciderint, pro nihilo ducuntur. Deinde quid nisi vulgare admodum et mediocre exspectandum est, a me præsertim qui ob debilitatem oculorum alienis oculis ac manibus et legere cogor et scribere : et qui dum propter laboris magnitudinem semper ad ulteriora festino, totum hoc qualecunque est opus ita properanter dictavi, ut vix relegendi mihi otium fuerit. Quo magis indulgenda mihi est venia, sicubi fortasse in adnotationibus lectoris desiderio non usquequaque satisfeci. Cæterum ad invitandos lectores, in ipso operis vestibulo doctissimam epistolam collocavi, quam illustrissimus ac reverendissimus archiepiscopus Tolosanus Petrus de Marca, vir divinarum humanarumque rerum scientia instructissimus, ad me scripsit de prima Evangelii prædicatione in Gallia. Quidquid igitur tædii ac molestiæ ex lucubrationum mearum lectione contraxerint studiosi, id hujus epistolæ eruditione et amœnitate facile detergent.

—

Digitized by Google

PETRUS DE MARCA

ARCHIEPISCOPUS TOLOSANUS

CLARISSIMO ET ERUDITISSIMO VIRO HENRICO VALESIO

S. P. D.

Gratulor tibi, et Ecclesiæ universæ, ob eam quam invertenda et ornanda Eusebii *Historia Ecclesiastica* operam posuisti, juxta cleri Gallicani desiderium. Illam quippe acris ingenii solertiam maturiorisque judicii vim cum summa eruditione conjunctam, quam in editione Ammiani, et Excerptorum Polybii, senatui litteratorum olim probaveras, nunc felicius exseruisti in majoris momenti *Historia*, tum a vitiis lectionum, tum ab interpretum hallucinationibus purganda, egregiis denique in difficiliores locos adhibitis commentariis illustranda. Rerum ecclesiasticarum origines indefessa diligentia perquisitas descripsit Eusebius; sed usus quandoque orationis ex genio Orientalium perplexa; aliquando vero propter linguæ morumque ignorationem minus intellecta. Quem singularis eruditionis tuæ luce, apertis vetustatis ecclesiasticæ arcanis, civilis quoque, quando res exigebat, patefecisti. Ex quo voluptatem cepi maximam; non solum propter illam, quæ mihi communis futura est cum probis et eruditis viris, ex ea lectione hauriendam doctrinæ copiam, sed quod studio decessoris mei Caroli de Montchal, archiepiscopi Tolosani, viri pietate et eruditione quondam celeberrimi, ad hoc opus arduum perficiendum te accinxisti. Cujus sedem cum possideam, reddendarum tibi gratiarum nomen, quod successione contraxi, his litteris solvere necessum putavi.

Cæterum, antequam ultima manus ponatur editioni quæ nunc sub prelo fervet, monendum te duxi, in dissertatione nostra *De primatu Lugdunensi*, quæ in Appendice ad concilium Claromontanum, tomo XXVI *Conciliorum* edita est, nos quædam adnotasse numero 104, 105 et 107, illius exercitationis, ad epistolam Lugdunensium Christianorum, quam exhibet Eusebius lib. v *Hist.*, cap. 1. Πανήγυριν enim illam, quæ Lugduni habebatur quando supplicia sunt a martyribus exacta sub Antonino, de conventu trium Galliarum intelligendam scripsi; quem ex sexaginta populis conflatum docuit Strabo, cujus mentem explicui num. 102, eumque cum loco Taciti emendato composui. Tentavi quoque Gregorii Turonensis testimonium de martyribus Athanacensibus, cum illa apud Eusebium narratione conciliare. Denique lapsu Rufini et Christophorsoni observato, locum epistolæ illius insignem, de prehensione martyrum, et de interrogatione facta a tribuno cohortis quæ tendebat Lugduni, una cum urbis magistratibus non infeliciter, ut puto, interpretatus sum. Quæ tamen severiori judicii tui censuræ submitto.

Finem faciebam huic epistolæ, quando me patriæ et tuendæ veritatis amor, Lugdunensium martyrum occasione, pupugit et adegit, ut apud te paucis conquererer de injuria Gallis facta, non ab exteris quidem, sed a nostratibus; qui reconditioris et a vulgo semotioris, qua pollent, doctrinæ cupidine illecti, veritatem quæ in propatulo est, velut in puteo latentem sibi quærendam putarunt. Gallis quippe detrahunt, quam Æthiopibus et Indis sciunt ab apostolis ipsis exhibitam Evangelii prædicandi curam: ac si florentissimæ et vicinæ nationes capiti gentium Romæ, quam sanguine suo Petrus et Paulus consecrarunt, remotissimis illis extraque Romanum imperium sitis regionibus posthabitæ fuissent. Alia fuit mens apostolorum, qui Gallias in fide erudiendas, statim post adventum in Italiam susceperunt. Beatus quippe Lucas, a Pauli comitatu discedens, magistri sui mandato se contulit in Gallias; ubi præcipuum fidei prædicandæ studium impendit. Deinde per Italiam et Dalmatiam in eodem opere industriam suam præstans, in Macedoniam, eodem functurus officio, se recepit. Auctorem habemus locupletem hujus narrationis Epiphanium, qui hæresi LI quod diximus de Luca testatur, uno ex LXX discipulis, cui munus Evangelii prædicandi creditum ait: Κηρύττει πρῶτον ἐν Δαλματίᾳ. καὶ ἐν Γαλλίᾳ, καὶ ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ Μακεδονίᾳ; ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλίᾳ. *Idque ipse primum in Dalmatia, Gallia et Italia, ac Macedonia præstitit; sed in Gallia præ cæteris*: vel, si malis, *principium vero in Gallia.* Principium fecisse prædicationis in Gallia, sive potiorem ejus curam gessisse, disertissime testatur. Duplici quippe significatione hæc verba exponi possunt, ἀρχὴ δὲ ἐν τῇ Γαλλίᾳ. Quod autem *primum* in Dalmatia prædicasse dicatur, ad solam Dalmatiam referendum non est, sed ad Galliam etiam, atque Italiam, habita ratione Macedoniæ, in qua erudienda *demum* laboravit. Quæ dictio fortasse restituenda est in contextu, ut sit quod respondeat τῷ *primum*. Sicque illud *primum* non impediet, quin significet ultimis verbis Epiphanius, principium operæ suæ Lucam posuisse in Gallia. Excipiunt viri eruditi, nescire se ab ullo veterum auctorum prodita, quæ scripsit Epiphanius. Scilicet. Sed non ideo minus sunt vera quæ gesta refert.

Digitized by Google

Petivit ille suam narrationem ex vetustiori scriptore, quo, ut plerisque aliis, caremus. Fortasse ex Hegesippo illud hauserat, qui in pandendis Ecclesiarum originibus se exercuit. Exstabat integrum opus Hegesippi, non solum Eusebii, sed etiam Hieronymi temporibus, atque adeo Epiphanii. Supererat quoque Georgii Syncelli ætate, qui ejus auctoris fragmentum profert in *Chronico*, aliud a fragmentis quæ recitat Eusebius. Gravius doleo de viri illius eruditissimi, tibique ac mihi quondam amicissimi glossemate, qui in animadversionibus ad eum Epiphanii locum, vim testimonii illius nobis adimere conatur. De Gallia enim Cisalpina loqui Epiphanium notat. Scilicet apud illum auctorem Cisalpinam Galliam intelligimus, quæ nulla tunc erat, ab ipsis Augusti temporibus, qui novam provinciarum imperii divisionem instituit. Amovit ab Italia nomen Galliarum, quas objectu Alpium terminavit; Italiam solidam in regiones XI partitus, Galliis in quatuor provincias, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam, et Aquitanicam, sectis; ut docent Strabo, Mela et Plinius. Quam rationem quoque secutus est Ptolemæus in suis tabulis, ut et Ammianus, ac reliqui, quos de Galliis et Italia disserere occasio coegit. Itaque non alia est apud Epiphanium Gallia, quam quæ post Christum natum ab omnibus auctoribus vocatur Gallia, juxta limites ab Augusto institutos.

Non solum autem Lucam adhibuerunt apostoli ad informandas in religione Gallias, sed etiam Crescentem. Ejus rei testis ipse Paulus, II Tim. IV, qui missum fuisse docet Crescentem in Galliam. Certum quidem est variam fuisse hujus loci Paulini lectionem, etiam apud veteres. Etenim Chrysostomus et Theodoretus apud Græcos; Vulgatus interpres, et Ambrosiaster apud Latinos, legerunt *Galatiam*, non autem *Galliam*. Sed vetustioris et verioris lectionis vindicem habemus Epiphanium, qui constanter scribit in hæresi LI eos errare qui hoc loco Pauli *Galatiam* legunt, cum scribendum doceat *Galliam*. Οὐ γὰρ ἐν τῇ Γαλατίᾳ, ὥς τινες πλανηθέντες νομίζουσιν, ἀλλὰ ἐν Γαλλίᾳ. Eodem modo cæteris antiquior Eusebius tuus legit in codice Pauli *Galliam*, quemadmodum Epiphanius, si recte verba ejus expendantur, et vera apud auctorem illum lectio retineatur ex Rufino, et omnibus codicibus mss., ut tu diserte monuisti. Theodoretus sane, qui *Galatiæ* dictionem in contextu Pauli retinet, licet de Galatia Asiatica potuisset illam accipere, maluit ad Galliam nostram, id est ad Galatiam occidentalem referre. Adeo certa erat apud omnes veteres, Crescentis in Gallia prædicatio. In quo cum veteribus Usuardi et Adonis Martyrologiis conveniunt; qui post fidem a Crescente in Galliis promulgatam, meminere reditus illius in Galatiam Asiaticam.

Enimvero quid vetat, quin Lucæ et Crescenti, assiduis Pauli comitibus, adjungamus et Paulum ipsum apostolum, qui, testibus Græcis, Athanasio, Epiphanio, Chrysostomo ac Theodoreto, et e Latinis Hieronymo, post primum adventum suum in Urbem, ubi biennium exegit a Luca memoratum (quo temporis intervallo fortean Lucas in Gallia prædicationem Evangelii auspicatus est), Hispanias adivit, ad promulgandam illis in regionibus Christianam fidem. Atqui Hispanias petenti, pergendum fuit per celeberrimam apud veteres viam illam publicam, quæ ab Italia per Gallias in Bæticam ipsam ducit. Ejus descriptionem exhibet non solum Antonini *Itinerarium* a Nicæa per Arelatem, Narbonem, summum Pyrenæum; Juncariam, Barcinonem, et reliqua loca: sed etiam Strabo, qui sedulo se habuit in viæ illius explicatione; quam in plerisque capitibus minus ab interpretibus intellectam, nos patefacere conati sumus libro primo *Cataloniæ illustratæ*, cujus editionem maturamus. Non iners fuit Paulus in Galliis erudiendis, qui gentium salutem sibi specialiter commissam, tam flagranti studio peragratis regionibus undequaque procurabat: qua de re statim uberius agemus.

Possumus quoque Philippi apostoli operam Galliis vindicare, ipsisque Britanniis, ex Isidoro Hispalensi, lib. *De vita et morte sanctorum*, cap. 74. *Philippus Gallis prædicat Christum; barbarasque gentes vicinasque tenebris, et tumenti Oceano conjunctas, ad scientiæ lumen fideique portum deducit.* Additque hoc munere perfunctum Philippum, in Phrygiam migrasse, ubi Hierapoli occubuit. Sed quoniam hunc apostolum Gallis quoque, tum Baronius, tum eo duce alii subtrahere conantur, narrationem istam ad Galatas Asiaticos traducendo, non pigebit viri eruditissimi, licet e novatorum grege, Usserii Armachani verba hic transcribere e cap. II *de Antiquitatibus Ecclesiarum Britannicarum: Quod autem de Philippi in Galliis apostolatu habet Freculfus a Malmesburiensi citatus, ex Isidori libro* De Patribus utriusque Testamenti, *cap.* 74, *ad verbum expressit. Apud utrumque enim legimus:* « *Philippum Gallis prædicasse Christum, barbarasque gentes, vicinasque tenebris, et tumenti Oceano conjunctas, ad scientiæ lucem fideique portum deduxisse.* » *Neque hic mihi Baronii conjectura placet, Isidori ista a Gallis nostris ad Galatas Asiaticos traducentis: multoque minus nuperi operum Isidori editoris, Jacobi Breulii temeritas*, Galatis *pro* Gallis *in ipso textu* (*sine ulla veteris lectionis commemoratione*) *reponentis. Nam præterquam quod Isidorus in hoc ipso opere, cap.* 82, *et in* Officio Toletano (*quod Gothicum et Mozarabum vulgo appellatur*), *itemque Julianus Toletanus archiepiscopus in Nahum prophetam scribens, et Beda* (*vel quicunque auctor fuit* Collectaneorum et Florum) *Philippo* Galliam *assignant: idemque* Gallis prædicavisse Christum *legitur in libello* De festis apostolorum, *qui in Hieronymiano Martyrologio ms. habetur* (*ex quo pleraque omnia in librum suum* De Patribus Novi Testamenti *transcripsit Isidorus*): *illa barbararum gentium Oceano conjunctarum mentio, Europæos Gallos, non*

Digitized by Google

Gallo-Græcos ab Isidoro intellectos esse satis evincit.

His adjungendum putavi testimonium vetustissimi codicis manuscripti ex bibliotheca Sancti Germani Parisiensis, in quo iste tractatus Isidori ante octingentos annos descriptus, una cum aliis ejusdem auctoris libris continetur, ubi antiqua lectio disertissime præfert Philippum *Gallis* prædicasse, quemadmodum cap. 82, habetur *Galliam* illi fuisse assignatam. Nec dissimulandum est in eodem codice legi, Hispaniam Jacobo apostolo datam, eumque Hispanis fidem prædicasse. Quæ vetusti codicis auctoritas a quibusdam conceptam suspicionem eximere debet vitiatæ fortean loco in illo lectionis in prioribus editionibus ab aliquo Hispanarum partium studioso. Disceptatur quidem apud eruditos de Jacobi in Hispaniam adventu, ex eo præcipue capite, quod apostoli nondum a Judæa, sortibus sibi apud gentes prædicandi distributis, recessissent. Sed quemadmodum auctoritate Isidori, qui sua ex prioribus haurire potuit, se tueri possunt Hispani adversus opinionis confictæ novitatem quæ illis opponi solet, ita nobis de Philippo disserere licet, eo tamen securius, quod illius prædicatio apud Gallias cum incidat post sortitionem provinciarum ab apostolis factam, libera est ab eo telo, quo prædicatio Jacobi apud Hispanos impeti solet. Cæterum illud fuit apostolorum propositum, ut quaquaversum orbis patet, Evangelium diffunderent, ex mandato Christi. Quare, ut optime adnotavit Eusebius, lib. III *Demonstr. Evang.* cap. 5, non solum Romam caput imperii, atque Romanas provincias, sed etiam alia regna, tum Parthorum, tum Armeniorum, Scytharum, Indorum, Æthiopum, ipsimet prædicationibus suis instituerunt : adeo ut, quemadmodum subjungit Eusebius, *ipsis quoque Britannicis insulis, Oceanum prætervecti, fidei lumen intulerint.* Sane neminem puta tam insipidum qui sibi persuadeat, de divisis toto orbe Britannis sollicitos apostolos, negligentiores fuisse in Galliis per quas iter est ad Britannias, per se aut per legatos veritate imbuendis. Quod egregie illi præstiterunt per Philippum, unum ex eorum collegio, Lucam, Crescentem, Throphimum, Paulum, Martialem, aliosque in tabulis ecclesiasticis adnotatos; et perfecit Clemens per Dionysium, Saturninum, Eutropium Santonensem, Ursinum Bituricensem, et alios.

Neque sane infrugifera fuit Philippi, Lucæ, Crescentis et reliquorum, quam in Galliis sparserant Christianæ fidei sementis, Dei clementia, qui reliquas orbis regiones fovebat, Gallias non destituente. Dicet pro nobis Irenæus, qui circiter anno 190 scripsit, in lib. I, cap. 3, veram fidem probari ex ejusdem doctrinæ professione, quæ in variis *Ecclesiis* per universum orbem constitutis constanter traditur, tum in Oriente, in Ægypto et Libya; tum in Germania, apud Hispanos, et Gallos, atque alibi. *Nam et si,* inquit, *in mundo loquelæ dissimiles, sed tamen virtus traditionis una et eadem est. Et neque hæ quæ in Germania fundatæ sunt Ecclesiæ, aliter credunt, aut aliter tradunt : neque hæ quæ in Iberis sunt, neque hæ quæ in Celtis, neque hæ quæ in Oriente, neque hæ quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya, neque hæ quæ in medio mundi sunt constitutæ. Sed sicut sol creatura Dei in universo mundo unus et idem est, sic et lumen et prædicatio veritatis ubique lucet, et illuminat omnes homines qui volunt ad cognitionem veritatis venire.* Illa tempestate, Germaniæ quidem et Hispanis suas Ecclesias nostri liberaliter absque ulla restrictione concedent, sed digladiabuntur de Celtis contra Irenæum : qui generaliter cum sit locutus de Celtis, ejus sententiam ad specialem tractum Lugduno vicinum invidiose coercebunt. Absit livor iste a Gallorum pectoribus, neque gentis honori manus violentas inferant, cui exteri parcunt, seque multum venditant eo nomine, quod paria nobiscum faciant in fidei susceptæ initiis. Sane quo in statu esset Irenæi ætate, fides Christiana apud Gallos, ille facile conjiciet, qui Tertullianum triginta post annis disserentem expenderit de recepto Evangelio per omnes Orientis tractus; quibus mox subjunguntur ab auctore, *Gætulorum varietates, Maurorum multi fines, Hispaniarum omnes termini, et Galliarum diversæ nationes, et Britannorum inaccessa Romanis loca, Christo vero subdita : et Sarmatarum, et Dacorum, et Germanorum, et Scytharum, et abditarum multarum gentium et provinciarum et insularum multarum nobis ignotarum, et quæ enumerare non possumus.* Per Galliarum diversas nationes, Tertullianus quatuor Galliarum provincias ex divisione Augusti, Narbonensem, Lugdunensem, Belgicam, et Aquitanicam intelligit : ex quibus corpus Galliarum tunc conflatum erat, quod postea in decem et septem provincias distributum fuit.

Quare cum testimoniis vetustissimis ac firmissimis nitatur exordium prædicatæ fidei in Galliis ex apostolorum delegatione, et susceptæ a Celtis, ut loquitur Irenæus, seu a diversis nationibus Galliarum, ut ait Tertullianus : ægerrime fero quorumdam in suam patriam acerbitatem, qui origines omnium Ecclesiarum Gallicanarum, præter Lugdunensem et alias paucas, ad medium tertii sæculi detrudunt; affixo ex Gregorio Turonensi paulo ante Decii et Grati consulatum, id est paulo ante annum 250, initio septem sociorum episcoporum, Gratiani Turonensis, Trophimi Arelatensis, Pauli Narbonensis, Martialis Lemovicensis, Dionysii Parisiensis, Saturnini Tolosani, et Stremonii Arvernensis, qui primi in illas Galliarum partes lumen Evangelii intulerunt, et in Ecclesiis a se constitutis stabiliverunt.

Quin primi illi duces præcipui fuerint Christianæ expeditionis provinciis Narbonensi et Aquitanicæ, et in remotioribus partibus Lugdunensis provinciæ, a nemine dubitatur, consentientibus tabularum ecclesiasticarum monumentis, et solemnibus sacris

Digitized by Google

quæ in eorum memoriam annuo ritu, divino Numini peraguntur in singulis Ecclesiis. Illarum autem antiquæ traditioni, Bedæ, Usuardi Adonisque Martyrologiis et Actis veteribus fultæ in temporis consignatione, cur derogari debeat, plane non video, præsertim cum aliis quoque argumentis hæc veritas innitatur. Sumatur initium discussionis a Trophimo, et expendantur verba libelli ab episcopis provinciæ Viennensis Leoni papæ oblati anno 450 : *Omnibus Gallicanis regionibus notum est*, inquiunt, *sed nec sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ habetur incognitum, quod prima intra Gallias Arelatensis civitas missum a beatissimo Petro apostolo sanctum Trophimum habere meruit sacerdotem, et exinde aliis paulatim regionibus Galliarum bonum fidei et religionis infusum.* Quem Gregorius ponebat sub Decio Trophimum, cœtus episcoporum provincialium, quibus perspectus erat census Ecclesiarum suarum, quique Gregorium centum et quinquaginta fere annis antecedebant, Trophimum a Petro missum docent, et ut rem omnibus perspectissimam narrant; subjiciuntque, *exinde aliis paulatim regionibus Galliarum, bonum fidei et religionis infusum.* Hoc ipsum significat Zosimus papa epist. 5 : *Ad quam* (Arelatensem urbem) *primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est.* Porro hæc epistola Zosimi edita a V. C. Sirmondo, et laudata olim tam in concilio Francofordiensi, quam etiam ab Usuardo et Adone, cum scripta sit anno 417, Gregorii Turonensis testimonio potior esse debet in ponenda Trophimi epocha, quam disertissime synodus episcoporum provincialium refert ad Petrum apostolum; a quibus non discedit Zosimus, cum doceat primum in Galliis Trophimum fuisse constitutum episcopum. Libelli supplicis ad se ab episcopis missi rationem habuit Leo pontifex rescripto quod ad eos statim dedit, quo veterem Arelatensis et Viennensis Ecclesiæ de metropolitica dignitate contentionem, Viennensis provinciæ divisione componit. Necesse est controversiæ illius statum compendio perstringere : ut qui suborti sunt ex eo non sane percepto in eruditorum animis scrupuli, quod ad Trophimi antiquitatem spectat, facilius eximantur. Vienna civitas metropolis erat provinciæ Viennensis in laterculo imperii. Unde, juxta canones Nicænos, jus metropoliticum ad se pertinere in ordine ecclesiastico contenderat olim Simplicius, civitatis illius episcopus adversus Arelatensem, in concilio Taurinensi, anno 397. Qua in lite interlocuti sunt Patres, eam civitatem frui debere honore primatus, quæ doceret se esse provinciæ metropolim; dato interim ad fovendam concordiam episcopis consilio, ut quisque viciniores sibi civitates ad suam curam revocaret. Pessum data erat hac interlocutione Arelatensis Ecclesiæ dignitas, quæ in ordine civilis dispositionis a metropoli civitate Viennensi absque dubio pendebat. Quare Zosimus viginti post synodum Taurinensem annis interpellatus ab Arelatensi episcopo, Simplicii Viennensis impudentiam damnat epist. 7, quod in eo concilio postulasset, ut sibi creandorum sacerdotum in provincia Viennensi permitteretur arbitrium : quod ait esse contra statuta Patrum, et sancti Trophimi reverentiam : decernitque, juxta preces Patrocli Arelatensis, ut ejus civitatis episcopus, *jam inde a Trophimo ordinationis seriem temporibus roboratam* possideat, non solum in provincia Viennensi, sed etiam in utraque Narbonensi. Cujus prærogativæ rationem quoque reddit epist. 8, ad Hilarium Narbonensem : *Quoniam Trophimus sacerdos quondam Arelatensi urbi ab apostolica sede transmissus ad illas regiones* (scilicet utramque Narbonensem et Viennensem) *tanti nominis reverentiam primus exhibuit, et in alios non immerito, ea quam acceperat auctoritate transfudit.* Totam ergo primatus metropolitici causam, ἐν τῇ πρωτοκλησίᾳ, seu in priore vocatione ad fidem, et in vetustiore episcopatus institutione apud Arelatem a Trophimo facta, Zosimus diserte constituit. Cæterum, quoniam hæc Zosimi rescripta consuetudine quidem vetusta, ut ipse ait, ex relatione Patrocli nitebantur, sed disciplinam Ecclesiæ universalis a synodo Nicæna decretam convellebant, quæ singulas provincias suis commiserat metropolitanis, non autem plures provincias uni; hinc factum, ut Bonifacius papa non exprobrarit quidem Patroclo Arelatensi metropoliticæ potestatis usurpationem, sed potius integram illi relinquens in provincia Viennensi, illius tamen temeritatem damnaverit epistola data ad Hilarium Narbonensem anno 422, quod scilicet in Lutubensi Ecclesia ordinationem episcopi celebrasset *in aliena provincia*, inquit, scilicet in Narbonensi, quæ a Viennensi erat distincta. Illud autem factum pertendit contra synodi Nicænæ constitutionem, quam describit; commonetque Hilarium, ut metropolitico jure munitus, et præceptionibus suis fretus, quæ facienda sunt in Lutubensi Ecclesia præstet. Noluit Hilarius Arelatensis, Patrocli successor, fultus et Zosimi priori rescripto et consuetudine vetusta, parere decreto Bonifacii, restringentis intra Viennensem provinciam Arelatensis episcopi potestatem. Quam ob rem, et propter Chelidonii causam, aliasque gravissimas rationes, iratus Hilario Leo PP. quod minus colere majestatem Romanæ sedis videretur, acerbe in eum invehitur in epistola ad episcopos Viennensis provinciæ scripta anno 445. Inter cætera illi objicit, quod projecto episcopo infirmo et nescienti, alium superposuisset episcopum, idque *in aliena provincia*, scilicet extra Viennensem. *Quid sibi Hilarius quærit in aliena provincia*, inquit, *et id quod nullus decessorum ipsius ante Patroculum habuit, cur usurpat, cum et ipsum quod Patroclo a sede apostolica temporaliter videbatur esse concessum, postmodum sit meliore sententia mutatum?* Quibus verbis Leo apertissime significat priora Zosimi rescripta, et posterius Bonifacii decretum, quo potestas Arelatensis episcopi

Digitized by Google

intra limites Viennensis provinciæ coercebatur, ut superius monui. Quæ autem exceptiones objicerentur adversus Zosimi rescriptum, in eo capite quod ordinationes in utraque Narbonensi Patroclo concessas respicit, idem manifeste docet, si ejus verba juxta regulas juris expendantur. Scilicet obreptum Zosimo per falsam Patrocli suggestionem, qui referebat ad consuetudinem vetustam, quam ipse primus usurpabat ordinandi potestatem in provincia Narbonensi. Deinde significat, ad summum prærogativam illam a Zosimo ad tempus Patroclo concessam intelligi debere. Denique utitur posteriore Bonifacii decreto, quod juxta canonum præscriptum, ambitiosum illud et per fraudem elicitum Zosimi rescriptum, duas provincias uni metropolitano concedens, rescinderat. Tandem præfracta Hilarii Arelatensis contumacia Leo papa succensus, absque cognitione causæ inauditis illis quorum intererat, jus omne metropoliticum etiam in provincia Viennensi ademit episcopo Arelatensi, illudque Viennensi adjudicavit, ac si ad eum ex jure civilis metropoleos juxta canones pertineret, quemadmodum Simplicius in concilio Taurinensi a Patribus olim impetrare tentaverat. Hanc injuriam Arelatensi Ecclesiæ illatam adversus vetustissimæ consuetudinis ἐν τῇ πρωτοκλησίᾳ fundatæ et a Trophimo ductæ auctoritatem, episcopi provinciæ Viennensis, hac novitate perculsi, amovere curarunt, occasione arrepta ex obitu Hilarii, et electione a se facta Ravennii, viri gravissimi et Leoni pergrati. Itaque libello supplici ad Leonem dato, primatus Arelatensis originem arce sunt a Trophimo : qui missus a B. Petro, primus in Galliis Arelate episcopatum instituit : cujus quidem primævæ institutionis ratio potior sit habenda, quam civilis dispositionis, quæ Viennæ jus metropoleos politicæ olim tribuerat. Quod telum ex ordine civili petitum ut repellant episcopi, non dubitant civilem quoque dignitatem, qua temporibus illis florebat civitas Arelatensis, Leoni proponere : in ea nempe sedem præfecturæ Galliarum a civitate Trevirorum eo translatam consistere : atque adeo urbem illam *matrem omnium Galliarum* esse. Quod dictum, ut opponatur Viennæ, quæ pro matre Viennensis tantum provinciæ se gerebat. Addunt etiam : *Quicunque intra Gallias*, scilicet jam inde a Constantino Maximo et Valentiniano, *ostentare voluit insignia dignitatis, in hac urbe consulatum accepisse, et dedisse :* hoc est consulatum circensibus celebravisse, quemadmodum egregie hunc locum interpretatur vir eruditissimus Adrianus Valesius, litterarum et sanguinis germanitate frater tuus, o mihi charissime Henrice Valesi, in libro VIII *Rerum Francicarum*, quas doctissimis curis et ingenii sui solertia illustravit. Expensis tandem rationum momentis, quæ libello episcoporum Provincialium continebantur, auditis quoque *allegationibus* episcopi Viennensis, Leo papa privilegii Arelatensis rationem habendam censuit, restituendamque metropoliticam dignitatem illi Ecclesiæ, quæ vitio episcopi sui Hilarii antiquo jure in perpetuum privari non poterat. Itaque rem totam juxta concilii Taurinensis consilium datum olim contendentibus duarum civitatum episcopis, sic temperavit, ut majorem partem provinciæ Viennensis restitueret Arelatensi Ecclesiæ ; solis quatuor civitatibus penes Viennensem episcopum relictis, ne honorem metropoliticum, quem ipsemet concesserat, adimere per inconstantiam aut injuriam videretur ; et, ut ipse loquitur, ne Viennensis, cui potestatem metropoliticam Hilario ablatam deputaverat, *semetipso factus videretur inferior*. Sed tum de isthac controversia, tum etiam de dignitate civili Viennensis et Arelatensis civitatis, accuratam disceptationem dabimus in secunda editione libri nostri *De primatibus*, quam adornamus.

Cæterum hæc Trophimi antiquitas confirmatur epistola Cypriani ad Stephanum papam, qua petit ut ab eo scribantur litteræ in Provinciam (id est Narbonensem solidam, quam veteri Provinciæ nomine nuncupat) quibus Marciano episcopo Arelatensi abstento, alius in ejus locum substituatur ; quoniam spretis collegarum monitis, Novatiani erroribus pervicaciter adhærebat. Necessum vero est hanc Cypriani epistolam scriptam esse initio sedis Stephani, quando duos inter illos pontifices dissensio nondum ulla intercesserat. Initium autem illud Stephani cum cadat in annum 256, sequitur Marciani exordia antecedere Decii consulatum. Unde rectissime colligitur, missionem Trophimi in anteriora promovendam, invito licet Gregorio Turonensi, scilicet ad Petri ætatem, juxta libelli episcoporum provinciæ Viennensis testationem. Sola falsi suspicione ultro excogitata tum adversus Cypriani epistolam, tum adversus Zosimi rescripta et episcoporum libellum, nollem a manifestis illis probationibus se liberarent Gregorii fautores. Admissa quippe semel hac respondendi et præscribendi ratione, adversus scripta quæ stilo et vetustorum codicum editionumque fide, veterumque auctorum testimonio muniuntur, cadit omnis de quæstionibus litterariis disserendi ingeniorum delectatio. Interim omittendum non est assertam Cypriano epistolam a V. C. Rigaltio in notis ad Cyprianum, discus is falsi argumentis a viro doctissimo allatis. Operam quoque non indiligentem posuit vir plane eruditus Hugo Menardus in refellendis argumentis adversus Cypriani epistolam, et Zosimi rescripta, atque libellum supplicem adductis.

Quæ testimonia, licet ad vindicandam veritatem sufficiant, non alienum erit ad traditionis antiquæ seriem comprobandam, Adonem Viennensem testem laudare ; cujus hæc sunt verba in Martyrologio IV *Kal. Januarii : Apud Arelatem, natalis sancti Trophimi episcopi et confessoris, discipuli apostolorum Petri et Pauli.* Idem uberius in libello de festivitatibus apostolorum. *Natalis sancti Trophimi, de quo scribit Apostolus ad Timotheum : « Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. » Hic ab apo-*

Digitized by Google

stolis Romæ ordinatus episcopus, primus ad Arelatem urbem Galliæ ob Christi Evangelium prædicandum directus est: ex cujus fonte, ut beatus papa Zosimus scribit, totæ Galliæ fidei rivos acceperunt: qui apud eamdem urbem in pace quievit.

Errore Gregorii Turonensis in consignanda Trophimi epocha dispuncto, re impetrabiliore utemur in probanda similis ejusdem auctoris hallucinationis confutatione. Paulum Narbonensem ad Decii tempora Gregorius dejicit. Cui opponemus locupletissimum testimonium vetustissimi Martyrologii a Rosweydo editi, quo Ecclesia Romana inter solemnes ritus utebatur, teste Gregorio Magno lib. VII, epist. 29. Martyrologii illius hæc sunt verba ad XI Kal. Aprilis: *Narbonæ, sancti Pauli episcopi, discipuli apostolorum.* En Paulum episcopum Narbonensem, discipulum apostolorum, id est ab ipsis apostolis Christianam fidem edoctum. Causa cadam, nisi constans sit in eodem Martyrologio verbi illius quam proposui significatio; quæ alia certe esse non potest juxta proprium dictionis sensum. Referam loca, ex quibus hæc significatio verbi adstruitur. *Pridie Nonas Januarii. Apud Cretam, Titi apostolorum discipuli* III *Kal. Maii. Apud Paphum, Tychici apostolorum discipuli.* VII *Kalendas Junii. Apud Athenas, Quadrati apostolorum discipuli. Pridie Nonas Augusti. Aristarchi discipuli apostolorum.* IV *Kal. Decembris. Sosthenis discipuli apostolorum.* VI *Kalendas Januarii. Trophimi episcopi, discipuli apostolorum* Quare diserta est, ut dixi, Martyrologii veteris Romani testatio, ad figendum Pauli Narbonensis episcopatum in ipsis apostolorum temporibus, quamvis Trophimi episcopatu posteriorem. Celeberrimum quidem apud antiquos fuisse Pauli hujus nomen, docet Prudentius in *Martyribus Cæsaraugustanis:*

Barcino claro Cucufate fulta
Surget, et Paulo speciosa Narbo.

Sed temporis veram consignationem ex testimonio vetustissimo Romanæ Ecclesiæ supra laudato haurire debemus. Traditionis vero series petenda est tum ex Usuardo, et ex Actis vitæ Pauli Narbonensis; tum etiam ex Adonis Martyrologio, atque ex ejusdem libello de festivitatibus apostolorum; cujus hæc sunt verba ad diem XI Kalend. Aprilis: *Natalis sancti Pauli, quem beati apostoli ordinatum urbi Narbonæ episcopum miserunt. Quem tradunt eumdem ipsum fuisse Sergium Paulum proconsulem, virum prudentem, a quo ipse Paulus sortitus est nomen, quia eum fidei Christi subegerat: quique ab eodem sancto apostolo, cum ad Hispanias prædicandi gratia pergeret, apud præfatam urbem Narbonam relictus, prædicationis officio non segniter impleto, clarus miraculis coronatus sepelitur.* Hic duo quædam observanda sunt. Ac primo quidem, Paulum Narbonensi Ecclesiæ præfectum episcopum ab ipsis apostolorum temporibus, absoluta est auctoritas, cum eorum discipulus fuerit, ut dixi. Alterum respicit veterem famam, quæ Paulum illum cum Paulo proconsule miscet, eumdemque facit. Præterea docet in possessione episcopatus institutum a Paulo apostolo in Hispaniam proficiscente. Quæ quidem prudenter Ado non asseruit ut certa, sed ut fama vetustiore recepta: cujus narrationis auctores Braulio, Leander, Julianus, et alii veteres scriptores Hispani proferuntur in litteris Stephani papæ editis a viris clarissimis et eruditissimis Guilielmo Catello, senatore Tolosano, et Philippo Labbæo, Societatis Jesu presbytero; quarum exemplar exstat etiam in archivis Ecclesiæ Tarraconensis, quarumque fidem et sententiam expendimus in secunda editione libri nostri *De primatibus.*

Quod attinet ad Martialem, illud unum habetur in Martyrologiis veteribus, eum Lemovicæ fuisse episcopum. Verumtamen antiqua ejus vitæ *Acta*, unum fuisse e LXX discipulis Domini, et a Petro apostolo ad Aquitanos missum docent; quam traditionem amplexa est synodus Lemovicensis anno 1034 in disceptatione quæ de Martialis apostolatu in Galliis habita est.

Dionysii Parisiensis succedit vexata disputationibus gravissimorum virorum epocha: his stantibus a Gregorio, et ad Decii tempora antistitem illum detrudentibus, quo spes omnis Parisiensem Dionysium cum Areopagita permiscendi abscindatur: illis vero, contrario proposito, ad Clementem Romanum ejus missionem referentibus. Sane a Clemente in Gallias Dionysium missum fuisse, Beda et Usuardus docent in suis Martyrologiis: quam traditionem eos hausisse certum est ex *Actis* antiquis Vitæ S. Dionysii, quæ dudum ex mss. codicibus edidit V. C. et eruditissimus Franciscus Bosquetus, nunc meritissimus episcopus Ecclesiæ Monspeliensis. Nomen auctoris illius Vitæ deprehendi in codice ms. Turonensis Ecclesiæ, qui complectitur Vitas sanctorum aliquot a Fortunato descriptas, et inter cæteras, Dionysii Parisiensis illam quæ jam, ut dixi, edita est in publicum. Habemus ergo Fortunatum Pictavensem episcopum, æqualem Gregorii Turonensis, qui Dionysii Parisiensis epocham ad tempora Clementis retrahit. Quam sententiam secuti sunt episcopi Galliarum in epistola ad Eugenium papam scripta anno 824, quæ habetur apud Baronium: a quibus Fortunato teste adeo locuplete fultis discedere, piaculum esse puto.

De Saturnino, Gatiano et Stremonio mox agam quoniam specialis illorum est causa.

Non me latet, quid eruditos viros ad deprimendam in posteriora tempora septem episcoporum epocham, veluti præcipites egerit: Severi Sulpitii nempe, atque Gregorii Turonensis auctoritas. Scripsit ille, *Sub Aurelio Antonino visa primum in Galliis martyria, Dei religione trans Alpes serius suscepta.* Unde tabulis ecclesiasticis fidem non esse habendam colligunt, quæ sub Domitiano, vel sub Trajano, aut Adriano passos tradunt quosdam ex prioribus illis pontificibus. Utinam maluissent interpretatione ex ipsis juris et rhetorum principiis

Digitized by Google

ducta, Severum cum diptychis ecclesiasticis in concordiam adducere ; generi quippe per speciem derogatur, ut docent jurisconsulti. De martyriis generalibus loquitur Severus, scilicet de cæde tum pontificum, tum plebis Christianæ, per supplicia consumptorum, ut accidit in Ecclesiis Viennensi et Lugdunensi sub Antonino, quo solum respiciebat Severus; cui cladi similis ante nulla contigerat in Galliis. Quod tamen non impedit quin priores aliquot episcopi pro Christo mortem obierint, absque ulla tamen generali plebis Christianæ strage, ut factum postea sub Decio, qui solos in episcopos animadvertebat. Neque vero sequitur errasse Severum in pertexenda rerum serie, cum per compendium summa illarum capita attigerit, neque in se susceperit, origines Ecclesiarum Gallicanarum, quas omnino intactas reliquit, et singulorum pontificum eventus tradere. Quod autem subjungit, *serius trans Alpes susceptam religionem*, verum est, habita comparatione partium Orientalium, atque ipsius Italiæ, quæ prius imbuta est doctrina fidei, et fortassis cum uberiori et faciliori proventu quam in Galliis, gentilium superstitionum retinentioribus.

Depulsa ex Severo petita machina, liberi esse possumus a metu Gregorii. Docet ipse duo quædam, lib. I *Hist.*, cap. 30 : alterum, septem illos socios eodem tempore in Gallias pervenisse, Ecclesias septem ab eo commemoratas primos constituisse; alterum vero, horum adventum referendum ad tempora consulatui Decii et Grati vicina, id est ad annum 250, aut circiter. Quæ narratio manifeste pugnat cum Irenæo, qui sexaginta et amplius annis ante hunc consulatum Ecclesiarum apud Celtas fundatarum meminit. Pugnat quoque cum Tertulliano, qui triginta et amplius annis ante Decii epocham, diversas Galliarum nationes fidem Christianam profiteri testatur : quæ cum sit ex auditu, plane prædicantium missorum ministerio diversis illis nationibus infundenda fuit; qui quidem alii non sunt præter eos, quos tabulæ ecclesiasticæ exhibent. Erravit ergo Gregorius, prætextu Vitæ sancti Saturnini, cujus verba laudat, in epocha Decii constituenda; quam scriptor ille cum soli Saturnino affigeret, Gregorius de suo ad alios extendit, ex recepta jam tum opinione de septem illorum societate. De suo addidisse dixi, quoniam in verbis *Actorum* Saturnini quæ Gregorius laudat, nulla fit sex pontificum mentio ; neque etiam in corpore *Actorum* quæ apud Surium exstant ; quæ plane sunt eadem cum iis *Actis* ex quibus locum a se laudatum Gregorius decerpsit, cum iisdem omnino verbis ibi locus ille descriptus reperiatur. Porro *Acta* illa composita sunt longo intervallo post obitum Exsuperii Tolosani, cujus meminere, ut recte observat Hugo Menardus. Destituitur itaque Gregorius sui auctoris testimonio, in sex pontificibus : adeo ut epocha consulatus Decii, ad solum Saturninum episcopum ex illo *Actorum* scriptore referenda sit.

Quod autem ad Saturninum attinet, controverti non debet, quin Gregorii tempore duplex invaluisset opinio, et quin utraque sola relatione niteretur. Altera est quam sequitur Gregorius hoc loco, passum esse Saturninum Decii consulatu. Illud autem auctor ab eo laudatus hausit, non ex vetustis Saturnini passionis *Actis*, sed *ex fideli recordatione*, ut loquitur. Vetusta enim passionis *Acta*, vel per incuriam tempore illo scripta non fuerant, vel ex præsidum decreto temporibus Decii igne perierant ; ut de Actis martyrum generaliter testatur Prudentius. Altera sententia, sua quoque relatione fulta (cujus testis ipse Greg., lib. I, c. 48, *De miraculis*), tradebat missum Saturninum a discipulis apostolorum, id est, plus quam centum et quinquaginta annis ante Decium. Adeo ut in ancipiti positis, liceat ultimam Gregorii sententiam sequi, quæ cohæret priori illi apud eum non controversæ, de non divellendis adeo prolixa temporum intercapedine a se invicem prioribus episcopis : qui a Petro et Paulo, et deinceps a Clemente apostolorum discipulo, non longo intervallo missi, exordia fidei per Gallias propagarunt. Hinc factum, ut Ado in Martyrologio Saturninum scribat passum sub Decio, juxta primam Gregorii opinionem : Rabanus autem in suo Martyrologio sequatur secundam, usurpatis quoque Gregorii verbis : *Iste vero*, inquit, *Saturninus martyr, ut fertur, ab apostolorum discipulis ordinatus, in urbem Tolosatum est directus*. Quod intelligendum de Clemente, a quo missus dicitur Saturninus una cum Dionysio, in *Actis* veteribus S. Dionysii compositis a Fortunato Pictavensi, qui secundam Gregorii sententiam disertissime confirmat. Quanquam vetusta S. Saturnini *Acta* missum a Petro doceant, et in Elusana urbe Novempopulaniæ scilicet metropoli, deinde Pompelone, et in aliis Hispaniarum gentibus Ecclesias constituisse ; ut ex suis quoque tabulis fatentur auctores Hispani. Sed satius est, ut hæreamus relatæ a Gregorio traditioni, scilicet a discipulis apostolorum ordinatum, id est a Clemente, juxta Fortunatum.

Eadem explicatio adhibenda est alteri loco, c. 8, *De gloria Confessorum*, ubi tradit Bituricæ urbi verbum salutis prædicasse Ursinum episcopum, *qui a discipulis apostolorum in Gallias destinatus fuerat*, scilicet a Clemente, ut ejus Vitæ *Acta* perantiqua testantur.

Speciales quas adhibuimus probationes pro fulcienda veteri epocha quinque pontificum, Trophimi, Pauli, Martialis, Dionysii, Saturnini, quibuscum par est causa plurium aliorum qui Ecclesias in Galliis fundaverunt, generales probationes ex Irenæo, Tertulliano et Eusebio, de vetustate Ecclesiarum, ut juvant, sic mutuum quoque ex illis subsidium capiunt. Qua de re diligenter disseruit juris utriusque celeberrimus antecessor in Academia Tolosana Antonius Dadinus Alteserra, lib. IV *Rerum Aquitanicarum*, c. 9.

Quod autem attinet ad Gatianum Turonensis Ecclesiæ episcopum, cum ejus successor Gregorius,

Digitized by Google

cui perspecta erant Ecclesiæ suæ tabularia, doceat conceptis verbis, lib. IX *Hist.*, cap. 31, Gatianum anno Decii primo a papa sedis Romanæ transmissum, additis quoque aliquot ejus episcopi gestis, neque ulla nobis aliunde suppetat auctoritas, qua illum ad vetustiora tempora revocemus, temerarium censeo adversus Gregorium de propriæ Ecclesiæ statu disputare. Idem dicendum puto de Stremonii Arvernensis episcopi initiis; quæ Gregorium, utpote patria Arvernum, atque adeo in suis non peregrinum, latere non poterant. Quæ fortasse fuit occasio cur negligentius se habuerit in aliarum Ecclesiarum investigandis initiis. Quibus exordia duarum sibi chararum, Turonensis et Arvernæ, æquari non posse cum videret, maluit ad harum tempora priorum quinque fundationes indiscussas deprimere. Quare cum apud viros eruditissimos antiqua Ecclesiarum Gallicanarum diptycha, in quibus pontifices fidei prædicatæ antesignani descripti sunt, cum missionis apostolicæ vetustissima epocha, ex eo solo capite nutarint in temporis assignatione, quod cum Severo et Gregorio pugnare viderentur, religiosissimi episcopi collegæ nostri poterunt intrepide in suis Ecclesiis decessorum suorum traditam asserere vetustatem, securi de illa quæ nostris objici solet veterum auctorum ignoratione aut contemptu, tum etiam de aliquo veritatis historicæ dispendio : quæ alioqui laboraret, si *Actis* antiquis fides sua detraheretur. Itaque præter cæteros superius memoratos, Clementem a Petro apostolo missum sibi vindicabunt Metenses, ex *Actis* unde narrationem suam hausit Paulus diaconus, mediæ ætatis, et non contemnendæ auctoritatis scriptor. Ejusdem apostoli curæ, et postea Clementis, plures populi acceptam quoque ferre poterunt ex veteribus *Actis* et Martyrologiis primam episcoporum suorum institutionem. Quorum labores si suis provinciis ex Augusti instituto dispositis reddantur, Tertulliani sententia quantopere vera sit, de diversis Galliarum nationibus Christiana fide imbutis, patebit. Narbonensis quippe provincia non solum a Crescente Viennensi, sed etiam a Trophimo Arelatensi, a Paulo Narbonensi, qui proxime sectus est Trophimum, et demum a Saturnino Tolosano exculta fuit. Aquitanica a Martiale Lemovicensi, Ursino Bituricensi, Frontone Petragoricensi, et Eutropio Santonensi, atque etiam a Saturnino in Novempopulana, quæ pars erat Aquitaniæ. Belgicam curaverunt Eucharius Trevirensis, Clemens Metensis, Xytus Remensis, et Memmius Catalaunensis. Quod attinet ad Lugdunensem provinciam, fidem in ea instituerunt Dionysius Parisiensis, Savinianus Senonensis, Nicasius Rothomagensis, Carannus Carnotensis, et Julianus Cenomanensis. Superest ut de Lugdunensi civitate quæramus : quæ quidem cum principia episcopatus debeat Pothino, qui passus sub Antonio, anno Christi 177, nonagenario major, sed inferior Trophimi Arelatensis institutione, non dubito quin hujus studio debeat primitias fidei. Siquidem, ut tradiderunt episcopi in libello oblato Leoni papæ anno 450, ex Trophimo velut ex fonte profluxerunt rivuli fidei in alias Galliarum partes; quod confirmat quoque Zosimi papæ epistola. Quare cum Arelas Italiæ, Orientis et Africæ commerciis pateret, et ob eam rationem Lugduno florentissimo Galliarum emporio conjungeretur, obvium fuit Trophimo per se et per alios legatos fidei Christianæ sementem ibi serere, quæ tandem in eum fidelium cœtum crevit, qui a Pothino episcopo regi mereretur.

Non me latet, in quædam *Acta*, quibus vitæ pontificum illorum describuntur, multa, quod attinet ad eorum res gestas, irrepsisse, quæ manu medica egeant, ut repurgentur; quemadmodum de *Actis* hujusce generis decreverat olim concilium Francofordiense anno 794. Id tamen non officit missionis veritati, de qua sola asserenda nunc agitur, omissis cæteris quæ in quæstionem adducentur a viris eruditis, de quibus alias fortasse sententiam meam aperiam. Interim amicos nostros obtestor, ut boni consulant quæ, licet aliena ab eorum sententia, dixi, provocatus tuendæ veritatis desiderio, ad restituendam Ecclesiæ Gallicanæ majestatem, aliquo pacto imminutam ex depressa originis illius vetustate : quæ in rebus sacris non vulgarem venerationem conciliare solet, tum Ecclesiis, tum etiam imperiis Christianis in quibus sunt constitutæ. Quare non evertendas, sed retinendas putavi quæ vero niuntur traditiones nostras, præcipue cum in Ecclesia Romana, ac toto in orbe Christiano jam olim receptæ fuerint; adeo ut non egeamus prava illa diligentia quam adhibuerunt illi qui etiam falsis atque confictis sub nomine veterum auctorum monumentis, vetustatem Christianæ religionis sibi arrogare nituntur, vel etiam receptam confirmare.

Tu vero, vir clarissime, pro ea qua polles non solum eruditione, sed etiam prudentia, de nostro isto conatu, prout par est, decernes, et dignitatem Ecclesiarum Gallicanarum robustius vindicabis. Vale.

Lutetiæ Parisiorum, Nonis Septembris, anno 1658.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Α [1].

—

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER PRIMUS.

—

(2) ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ Η ΠΡΩΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ (3).

α' Τίς ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις.
β' Ἐπιτομὴ κεφαλαιώδης περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ προϋπάρξεώς τε καὶ θεολογίας.
γ' Ὡς καὶ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἔγγωστό τε ἀνέκαθεν καὶ ἐτετίμητο παρὰ τοῖς θεσπεσίοις προφήταις.
δ' Ὡς οὐ νεώτερος, οὐδὲ ξενίζων ἦν ὁ τρόπος τῆς πρὸς αὐτοῦ καταγγελθείσης πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν A *εὐσεβείας.*
ε' Περὶ τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τῆς εἰς ἀνθρώπους.
ς' Ὡς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ, ἀκολούθως ταῖς προφητείαις, ἐξέλιπον ἄρχοντες οἱ τὸ πρὶν ἐκ προγόνων διαδοχῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἡγούμενοι, πρῶτός τε ἀλλόφυλος βασιλεύει αὐτῶν Ἡρώδης.
ζ' Περὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις νομιζομένης διαφωνίας.

(1) Λόγος α'. In antea editis, *βιβλίον πρῶτον*. In vetustissimo codice Mazarino et in Medicæo ac Fuketiano titulus hujus libri ita perscribitur : Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγος πρῶτος. Idem quoque in reliquis libris observatur. Sed et ad calcem uniuscujusque libri semper appositum inveni in primis illis exemplaribus, Τέλος τοῦ λόγου, etc. Certe Andreas Cæsariensis, in caput XVI Apocalypsis, hos libros ita nominat : Ὡς γάρ φησιν ἐν ὀγδόῳ κεφαλαίῳ τοῦ ἐννάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς αὐτοῦ Ἱστορίας ὁ Εὐσέβιος.

(2) Solebant antiqui scriptores libris suis indicem capitulorum præfigere, ut lectores quid in singulis libris tractaretur, uno quasi intuitu agnoscerent. Id autem duobus modis præstare consueverant. Nam aut omnium simul librorum capitula universo operi præponebant, sicut a Plinio Secundo factum est in libris *Historiæ naturalis*; aut singulis libris titulos capitulorum præfigere solebant, ut in *Historia ecclesiastica* fecit Eusebius noster. Neque enim dubitandum est quin Eusebius ipse hos indices seu titulos capitulorum composuerit, et historiarum suarum libris, sicut hodie leguntur, prænotaverit. Certe observare licet, in istis capitulis semper Eusebium de seipso loqui in prima persona; exempli causa, post titulos capitulorum libri secundi hæc leguntur : Ὅτι συνῆκται ἡμῖν ἡ βίβλος, ἀπὸ τῶν Κλήμεντος, Τερτυλλιανοῦ, Ἰωσήπου καὶ Φίλωνος. Id est : *Quod hic liber a nobis collectus est ex Clementis, Tertulliani, Josephi ac Philonis operibus.* Præterea in libro VII hic est titulus ultimi capituli : Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς διαπρεψάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν. Id est, *De his quæ persecutionem nostra ætate factam præcesserunt.* Ex quibus manifeste colligitur, Eusebium ipsum, hujus *Historiæ* parentem, capitulorum etiam auctorem exstitisse. Adde quod Rufinus, qui sexaginta circiter annis post Eusebii mortem *Ecclesiasticæ historiæ* libros Latine interpretatus est, in Græco suo exemplari eadem reperit capitula, quæ in nostris exemplaribus hodie leguntur. Idque apparet ex manuscriptis Rufini exemplaribus, quorum unum ante septingentos annos descriptum penes me habeo. In iis enim B semper tituli capitum singulis libris præliguntur, eodem ordine quo in nostris codicibus Græcis positi cernuntur. Et Rufinus quidem ea vocat *capitula*: Cassiodorus vero, in præfatione *Hist. Trip.*, *titulos* rectius nominat; et Cyprianus in *Exhortatione martyrii ad Fortunatum : Compendium feci*, inquit, *ut propositis titulis, quos quis noscere debeat et tenere, capitula Dominica subnecterem.* Ubi vides titulos a capitulis distingui. Sed et Suidas, in voce *Κεφάλαιον* et in voce *Τίτλος*, notat titulos differre a capitulis

(3) *Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.* In codice Mazarino et Fuketiano scriptum est, τοῦ Παλαιστίνου. Sed Medicæus utramque habet lectionem, τοῦ Παμφίλου, τοῦ Παλαιστίνου. Certe Theodoritus Eusebium nostrum vocare solet Palæstinum. Ita in proœmio *Commentariorum in Canticum*, et proœmio interpretationis *in Epistolam ad Hebræos.* Idem in epistola ad Sporacium qua libros *Hæreticarum fabularum* ei nuncupat, de Eusebio Pamphilo et de Eusebio C Emiseno loquens, alterum Palæstinum vocat, alterum Phœnicem : καὶ Εὐσεβίου τοῦ τε Παλαιστίνου καὶ τοῦ Φοίνικος. Basilius quoque, in libro *ad Amphilochium de Spiritu sancto*, Eusebium nostrum Palæstini cognomento afficit.

Digitized by Google

φωνίας τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας.
ἡ' Περὶ τῆς Ἡρώδου κατὰ τῶν παίδων ἐπιβουλῆς, καὶ οἷα μετῆλθεν αὐτὸν καταστροφὴ βίου.
θ' Περὶ τῶν κατὰ Πιλάτον χρόνων.
ι' Περὶ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις ἀρχιερέων, καθ' οὓς ὁ Χριστὸς τὴν διδασκαλίαν ἐποιήσατο.
ια' Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένα.
ιβ' Περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.
ιγ' Ἱστορία περὶ τοῦ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστου.

IN PRIMO LIBRO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ EUSEBII PAMPHILI HÆC CONTINENTUR.

I. *Quodnam sit hujus operis argumentum.*
II. *De Servatoris Domini nostri Jesu Christi præexistentia ac divinitate.*
III. *Quod ipsum Jesu Christique nomen, olim notum fuerit cultumque a divinis prophetis.*
IV. *Quod religio cunctis gentibus ab eodem prædicata, nec nova sit nec peregrina.*
V. *De temporibus quibus præsens hominibus apparuit.*
VI. *Quod ejus temporibus, ut a prophetis prædictum fuerat, cessarunt principes qui ex generis continua successione Judæis imperabant: et quod primus ex alienigenis Herodes apud eos regnavit.*
VII. *De dissensu qui creditur esse inter Evangelia, in stirpe Christi.*
VIII. *De Herodis adversus infantes crudelitate, et qualem exitum vitæ is habuerit.*
IX. *De Pilati temporibus.*
X. *De pontificibus Judæorum, sub quibus Christus Evangelium prædicavit.*
XI. *Testimonia de Joanne Baptista et de Christo.*
XII. *De Servatoris nostri discipulis.*
XIII. *Narratio de regulo Edessenorum.*

CAPUT PRIMUM.

Quodnam sit hujus operis argumentum.

Cum sanctorum apostolorum successiones, ac temporum seriem quæ a Servatore nostro ad nos usque effluxerunt scribere instituerim : quot præterea quantæque res in Ecclesia gestæ a scriptoribus nostris commemorentur : qui præcipue in celeberrimis civitatibus eidem Ecclesiæ non sine laude præfuerint : et qui subinde per ordinem temporum sua quisque ætate verbum Dei, vel voce vel scriptis, prædicaverint : qui etiam quibusque temporibus homines novandi cupiditate ad maximos errores delapsi, falsæ doctrinæ auctores se palam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίς ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις.

Τὰς τῶν ἱερῶν ἀποστόλων διαδοχάς, σὺν καὶ τοῖς ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς ἡμᾶς διηνυσμένοις χρόνοις, ὅσα τε καὶ πηλίκα πραγματευθῆναι κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν λέγεται, καὶ ὅσοι ταύτης διαπρεπῶς ἐν ταῖς μάλιστα ἐπισημοτάταις παροικίαις (4) ἡγήσαντό τε καὶ προέστησαν, ὅσοι τε κατὰ γενεὰν ἑκάστην ἀγράφως ἢ καὶ διὰ συγγραμμάτων τὸν θεῖον ἐπρέσβευσαν λόγον, τίνες τε καὶ ὅσοι καὶ ὁπηνίκα νεωτεροποιίας ἱμέρῳ πλάνης εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες (5), ψευδωνύμου γνώσεως εἰσηγητὰς ἑαυτοὺς ἀνακεκηρύχασιν, ἀφειδῶς οἷα λύκοι

capitulis : Matthæum enim, verbi gratia, continere titulos 68, capita vero 355, et sic de cæteris Evangeliis. Capitulum proprie est pars libri, quæ integram alicujus rei continet narrationem. Titulus vero est index, qui capitulo superponitur, et interdum quidem titulus unus plura continet capita, ut videre est in Pandectis juris civilis. Idem olim cernebatur in Evangelio Matthæi, quod plura habebat capita quam titulos, teste Suida. Sic etiam in reliquis Evangeliis. Nam quod legitur in Suida Marcum habuisse titulos 48, capita vero 36, mendosum est. Et pro 36 corrigendum est 233, ut aperte colligitur ex Canonibus Evangeliorum quos Eusebius noster composuit. Interdum vero singuli tituli singulis capitulis respondent, ut in his *Ecclesiasticæ Historiæ* libris. Et in Mazarino quidem ac Medicæo codice, tituli uniuscujusque libri notis numeralibus prænotantur. In Fuketiano autem codice post titulum additur *Κεφάλαιον*, cum nota numerali. Sed hæc vox in optimis illis codicibus, ut dixi, nunquam reperitur. Imo, ejus loco, *Περιοχῆς* vocabulum positum inveni in principio libri quarti supra ipsos capitum titulos, *Λόγου τετάρτου περιοχαί.*

(4) *Ἐπισημοτάταις παροικίαις.* Non possum probare interpretationem Christophorsoni, qui παροικίας *provincias* vertit. Non placet etiam emendatio Curterii aut alterius cujuspiam qui *Ecclesias* interpretatur. Παροικία quidem significat Ecclesiam apud Christianos scriptores, et nominatim apud Eusebium nostrum non uno in loco. Cujus significationis origo ex eo manasse mihi videtur, quod Ecclesia in terris duntaxat inquilina sit et πάροικος, ejus autem patria et municipatus in cœlo sit. Sic in Epistola Smyrnensis Ecclesiæ apud Eusebium in lib. IV : *Ἐκκλησία ἡ παροικοῦσα ἐν Σμύρνῃ*, et in lib. IV, cap. 23, de Dionysii Corinthii epistolis : Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Γόρτυναν. Sic etiam in epistola Lugdunensis Ecclesiæ ad Asianos, quæ refertur ab Eusebio in lib. V. Et ante hos omnes Clemens in epistola ad Corinthios ita scribit : Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Ῥώμην, etc. Denique in epistola Sardicensis concilii : Πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, καὶ πάσῃ τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικούσῃ. Sed in hoc Eusebii loco non licet *Ecclesiam* interpretari. Bis enim in eodem membro repetendum esset nomen Ecclesiæ hoc modo : *Qui in illustrissimis Ecclesiis Ecclesiæ cum laude præfuerunt.* Quod quidem ut vitaret Christophorsonus, παροικίας *provincias* vertit. Ego *civitates* aut *sedes* malim vertere, aut, cum Rufino, *in celeberrimis locis.* Intelligit enim Eusebius Ecclesiam Romanam, Alexandrinam, Antiochenam et Hierosolymitanam. Porro παροικία dupliciter sumitur. Interdum generaliter pro tota diœcesi, ut apud Eusebium sexcentis in locis occurrit, et apud Cyrillum in *catechesi* 14, ubi de Jacobo fratre Domini loquitur : Ἐπισχόπῳ δὲ πρώτῳ τῆς παροικίας ταύτης. Interdum autem παροικία strictius sumitur, non pro tota diœcesi, sed pro particulari Ecclesia, in quam singuli fidelium ascripti sunt. Sic in libello protestationis presbyterorum Mareotici nomi quam refert Athanasius in *Apologia*, sumitur παροικία. De episcopis enim missis a synodo Tyri ita scribunt : Ἀπήντησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ παροικίᾳ. Sed et Apollonius in libro *Adversus Cataphrygas* : Καὶ ἡ ἰδία παροικία αὐτὸν ὅθεν ἦν οὐκ ἐδέξατο. Quæ verba refert Eusebius, cap. 18, lib. V. Sic parœciæ vocabulum duobus modis sumitur apud Latinos : nonnunquam pro tota diœcesi, ut apud Augustinum in epistola 261 ; aliquando pro singulari Ecclesia, quæ vulgaris significatio est. Plura vide apud Jac. Sirmondum in notis ad epistolam ultimam Sidonii.

(5) *Πλάνης εἰς ἔσχατον ἐλάσαντες.* Ex codice

Digitized by Google

βαρεῖς τὴν τοῦ Χριστοῦ πολίμνην ἐπεντρίβοντες, προσέτι τούτοις καὶ τὰ παραυτίκα, τῆς κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἕνεκεν ἐπιβουλῆς (6), τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος περιελθόντα, ὅσα τε αὖ καὶ ὁποῖα καθ' οὕς τε χρόνους (7) πρὸς τῶν ἐθνῶν ὁ θεῖος πεπολέμηται λόγος, καὶ πηλίκοι κατὰ καιροὺς τοὺς δι' αἵματος καὶ βασάνων ὑπὲρ αὐτοῦ διεξῆλθον ἀγῶνας, τά τ' ἐπὶ τούτοις καὶ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς μαρτύρια, καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσιν ἴλεω καὶ εὐμενῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀντίληψιν γραφῇ παραδοῦναι προῃρημένος, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἀπὸ πρώτης ἄρξομαι (8) τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ οἰκονομίας. Ἀλλά μοι συγγνώμην ἤδη εὐγνωμονῶν ἐντεῦθεν ὁ λόγος (9) αἰτεῖ, μεῖζον ἢ καθ' ἡμετέραν δύναμιν (10) ὁμολογῶν εἶναι, τὴν ἐπαγγελίαν ἐντελῆ καὶ ἀπαράλειπτον ὑποσχήσειν. Ἐπεὶ καὶ πρῶτοι νῦν τῆς ὑποθέσεως ἐπιβάντες οἷά τινα ἐρήμην καὶ ἀτριβῆ τέναι ὁδὸν ἐγχειροῦμεν, θεὸν μὲν ὁδηγὸν καὶ τὴν τοῦ Κυρίου συνεργὸν σχήσειν εὐχόμενοι δύναμιν, ἀνθρώπων γε μὴν οὐδαμῶς εὑρεῖν οἵοί τε ὄντες ἴχνη γυμνὰ τὴν τύτην ἡμῖν προωδευκότων ὁδὸν, μὴ ὅτι σμικρὰς αὐτὸ μόνον προφάσεις (11), δι' ὧν ἄλλος ἄλλως ὧν διηνύ-

A professi sint, Christi gregem quasi lupi gravissime infestantes : ad hæc quantæ calamitates universam Judæorum gentem ob structas Servatori nostro insidias statim consecutæ sint : quoties etiam, et quibus modis ac temporibus Christiana religio a gentibus impugnata sit : et qui tum superiori memoria pro illius defensione tormenta ac mortem ipsam perpessi fortissime certaverint : tum quæ nostra ætate martyria consummata sint : postremo quam propitium ac benignum Servatoris nostri præsidium nobis demum affulserit : hæc, inquam, omnia cum scribere instituerim, non aliunde quam ab ipsa Servatoris ac Domini nostri Jesu Christi Incarnatione initium ducam. Porro in ipso statim vestibulo veniam nobis dari nostra poscit oratio,
B quippe qui ingenue fateamur majus esse nostris viribus, opus hoc quod polliciti sumus, integrum atque omni ex parte perfectum exhibere. Primi enim hoc argumentum aggressi, novam quamdam nullisque adhuc vestigiis tritam viam incedere nunc tentamus : Deum quidem itineris ducem, Christique potentiam adjumento nobis fore speran-

Regio εἰς ἔσχατα edidit Stephanus. Sed reliqui codices, Mazarinus scilicet et Medicæus cum Fuketiano ac Saviliano, præferunt εἰς ἔσχατον. Ita quoque in veteribus schedis Bibliothecæ Regiæ scriptum inveni. Eaque lectio, propter εὐφωνίαν, alteri antetonenda est.

(6) *Ἕνεκεν ἐπιβουλῆς.* In tribus nostris codicibus Med., Maz. et Fuk. deest præpositio, quam etiam in suo exemplari defuisse Savilius adnotaverat. Habetur tamen in codice Regio et in schedis. C Addita porro videtur hæc præpositio ab iis qui non putabant commode dici posse παραυτίκα τῆς ἐπιβουλῆς, cum tamen ea locutio, meo quidem judicio, Græca sit et elegans : παραυτίκα ergo τῆς ἐπιβουλῆς, Latine est *statim post insidias*, quas adversus Servatorem nostrum moliti fuerant.

(7) *Καθ' οὕς τε χρόνους.* Codex Regiùs, quem ubique Roberti Stephani expressit editio, habet καθ' οἵους. Verum in Med., Maz., Fuk. ac Savilii legitur καὶ καθ' οὕς χρόνους. In schedis autem Bibliothecæ Regiæ scriptum inveni καθ' οὕς τε χρόνους.

(8) *Ἀπὸ πρώτης ἄρξομαι τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα οἰκονομίας.* Veteres Græci oikonomiam vocarunt quidquid Christus in terris gessit ad procurandam salutem generis humani. Itaque ἡ πρώτη τοῦ Χριστοῦ οἰκονομία est Incarnatio : sicut postrema οἰκονομία est Passio. Errant enim qui existimant D οἰκονομίαν nihil aliud significare quam Incarnationem. Quippe longe latius patet vox οἰκονομία, et totam Christi inter homines vitam complectitur. Recte ergo Nicephorus, pro hac voce, τὴν ἐν σαρκὶ πολιτείαν posuit in cap. 2, lib. I. Sic Eusebius, in capite quinto hujus libri, τῆς ἐνσάρκου πολιτείας αὐτοῦ χρόνους dicit. Eo sensu οἰκονομίαν posuit Justinus Martyr in disputatione adversus Tryphonem, μεθ' ὃν τῆς οἰκονομίας ταύτης τοῖς ἐν ἀνθρώποις αὐτοῦ γενομένοις χρόνοις παύσασθαι ἔδει αὐτά. Et in eadem disputatione, pag. 331, πρὶν τὸν Χριστὸν εἰς τὴν οἰκονομίαν τὴν κατὰ τὸ βούλημα τοῦ Πατρὸς γεγενημένην ὑπ' αὐτοῦ ἐπὶ τῷ σταυρωθῆναι ἐλθεῖν. Pari modo Epiphanius in hæresi Alogorum, pag. 448, οἰκονομίαν τοῦ πάθους dixit. Et ante illum Justinus *contra Tryphonem*, pag. 247, Clemens quoque in sexto *Strom.* Et Irenæus in cap. 10, lib. I, Passionem Christi simpliciter vocat οἰκονομίαν. Joannes etiam Chrysostomus in homilia 2 *in Matthæum*, οἰκονομίαν sumit eo sensu quem dixi. Quærenes enim cur Matthæus Evangelium suum *librum generationis Christi* vocaverit, sic ait : Καίτοι γε οὐ τοῦτο ἔχει μόνον τὴν γέννησιν, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν· ὅτι πάσης τῆς οἰκονομίας τὸ κεφάλαιον τοῦτο καὶ ἀρχή. Vides ut οἰκονομίαν distinguat a generatione seu Incarnatione Christi, et Incarnationem caput esse dicat ac principium dispensationis : eodem plane sensu quo Eusebius hoc in loco Incarnationem vocat τὴν πρώτην οἰκονομίαν. Sed et Cyrillus οἰκονομίαν ita usurpat in lib. VI *contra Julianum*, pag. 213, et in lib. VIII, p. 259, et Origenes in principio tomi XI *Commentariorum in Joannem.*

(9) *Ἤδη εὐγνωμονῶν ἐντεῦθεν ὁ λόγος.* Ita in nostris codicibus, Medicæo scilicet, Mazarino, Fuketiano ac Savilii, hic locus uno verbo, nempe εὐγνωμονῶν, auctior legitur quam in codice Regio quem expressit Robertus Stephanus. Idem verbum, εὐγνωμονῶν, habetur etiam in veteribus schedis Bibliothecæ Regiæ. Sed adverbium ἤδη deest in illis schedis, et in codice Medicæo expunctum est eadem manu. Porro εὐγνωμονῶν λόγος dicitur ab Eusebio modesta et ingenua oratio. Etsi enim εὐγνώμονες proprie dicuntur a Græcis qui benigne aliorum delictis indulgent, tamen ita quoque appellantur qui de se modeste sentiunt.

(10) *Μεῖζον, ἢ καθ' ἡμετέραν δύναμιν.* Sic procul dubio scribendum est, non, ut edidit Robertus Stephanus, μεῖζω ἢ καθ' ἡμετέραν δύναμιν. Certe in optimo codice Mazarino et in Medicæo ac Fuketii legitur μεῖζονα, quod ad veram lectionem proxime accedit. In veteribus schedis scriptum est μεῖζον, quo modo etiam in codice Regio prius legebatur.

(11) *Μὴ ὅτι σμικρὰς αὐτὸ μόνον προφάσεις.* Hoc loco Rob. Stephanus conjecturæ suæ infeliciter indulsit scribendo, ὅτι μὴ σμικρὰς αὐτῶν, etc. Nam in codice Regio et in veteribus schedis legitur μὴ ὅτι σμικρὰς αὐτὸ μόνον προφάσεις. Ita etiam in Maz., Fuk. ac Sav. scriptum inveni, longe rectius. Μὴ ὅτι idem significat quod πλὴν ὅτι. Itaque vertit Rufinus *nisi quod*. Sic Aristoteles in quinto *De generat. animal.* ait linguam inter exteriora membra numerandam esse, μὴ ὅτι ἐν τῷ στόματι σκεπάζεται, id est, *nisi quod ore tegitur*, vel, *tametsi ore obtegitur*. Atque ita sumit Eusebius, cap. 4, lib. III et alibi. Optime etiam in

Digitized by Google

tes optantesque : cæterum ne nuda quidem reperientes hominum vestigia, qui ante nos viam illam calcaverint : nisi quod nonnulli rerum quæ sua ætate contigerant, exiguas quasdam et particulares narrationes sparsim nobis reliquerunt : tanquam faces quasdam nobis eminus attollentes, et quasi e specula inclamantes, qua via incedere, et quomodo sermonis nostri cursum tuto dirigere debeamus. Quæcunque igitur proposito operi profuturæ esse credidimus ex his quæ ab illis sparsim commemorata sunt studiose colligentes, aptosque instituto nostro veterum scriptorum locos, velut flosculos ex sapientiæ pratis decerpentes, historica narratione in unum corpus compingere conabimur : satis habentes, si non omnium, illustrissimorum certe Servatoris nostri apostolorum successiones in iis Ecclesiis quæ etiamnum celeberrimæ habentur, posteritatis memoriæ commendare. Cæterum necessitate quadam impulsus hunc laborem suscepisse mihi videor, propterea quod ex ecclesiasticis scriptoribus neminem qui in hoc scriptionis genere elaborasset, hactenus deprehendi. Porro ut mihi necessaria, sic etiam utilissima hujus argumenti tractatio omnibus, ut spero, antiquitatis cognoscendæ studiosis videbitur. Ac jam quidem antea, in iis libris quos de temporum ratione conscripsi, earum rerum quasi compendium quoddam confeci. Sed nunc uberiori narratione easdem explicare aggressus sum. Initium autem sermonis, ut jam dixi, ab ipsa quæ captum longe superat humanum Servatoris Christi dispensatione, et ab ejusdem

A κασι χρόνων μερικὰς ἡμῖν καταλελοίπασι διηγήσεις, πόρρωθεν, ὡσπερεὶ πυρσοὺς, τὰς ἑαυτῶν προανατείναντες φωνὰς, καὶ ἄνωθέν ποθεν ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου καὶ ἀπὸ σκοπιᾶς βοῶντες, καὶ διακελευόμενοι ᾗ χρὴ βαδίζειν, καὶ τὴν τοῦ λόγου πορείαν ἁπλανῶς καὶ ἀκινδύνως εὐθύνειν. Ὅσα τοίνυν εἰς τὴν προκειμένην λυσιτελήσειν ὑπόθεσιν (12) ἡγούμεθα, τῶν αὐτοῖς ἐκείνοις σποράδην μνημονευθέντων ἀναλεξάμενοι, καὶ ὡς ἂν ἐκ λογικῶν λειμώνων τὰς ἐπιτηδείους αὐτῶν τῶν πάλαι συγγραφέων ἁπανθισάμενοι φωνὰς, δι' ὑφηγήσεως ἱστορικῆς πειρασόμεθα σωματοποιῆσαι· ἀγαπῶντες, εἰ καὶ μὴ ἁπάντων, τῶν γοῦν μάλιστα διαφανεστάτων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τὰς διαδοχὰς κατὰ τὰς διαπρεπούσας καὶ ἔτι καὶ νῦν μνημονευομένας Ἐκκλησίας, ἀνασωσαίμεθα. Ἀναγκαιότατα δέ μοι (13) πονεῖσθαι τὴν ὑπόθεσιν ἡγοῦμαι, ὅτι μηδένα πω εἰς δεῦρο τῶν ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων διέγνων περὶ τοῦτο τῆς γραφῆς σπουδὴν πεποιημένον τὸ μέρος. Ἐλπίζω δ' ὅτι καὶ ὠφελιμωτάτη τοῖς φιλοτίμως περὶ τὸ χρηστομαθὲς τῆς ἱστορίας ἔχουσιν ἀναφανήσεται. Ἤδη μὲν οὖν τούτων καὶ πρότερον, ἐν οἷς διετυπωσάμην χρονικοῖς κανόσιν (14), ἐπιτομὴν κατεστησάμην. Πληρεστάτην δ' οὖν ὅμως αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος ὡρμήθην τὴν ἀφήγησιν ποιήσασθαι. Καὶ ἄρξεταί γέ μοι ὁ λόγος, ὡς ἔφην, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἐπινοουμένης ὑψηλοτέρας τε καὶ κρείττονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον οἰκονομίας τε (15) καὶ θεολογίας (16). Καὶ γὰρ οὖν τὸν γραφῆ μέλλοντα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὑφηγήσεως παραδώσειν τὴν ἱστορίαν, ἄνωθεν ἐκ πρώτης τῆς κατ' αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ὅτι

B

C

περ ἐξ αὐτοῦ καὶ προσωνυμίας ἠξιώθημεν, θειοτέρας

mss. exemplaribus legitur αὐτὸ μόνον. Sic enim loqui solet Eusebius passim et omnibus propemodum paginis, ubi vocabulum αὐτό eleganter παρέλκει. Προφάσεις autem idem hic esse videtur quod ἀφορμαί, id est ansa, occasio. Rufinus interpretatur *indicia*.

(12) *Εἰς τὴν προκειμένην λυσιτελήσειν ὑπόθεσιν.* In veteribus schedis legitur λυαιτελεῖν, quomodo etiam in codice Regio prius scriptum fuit. Verum in reliquis codicibus Maz., Med. ac Fuk. scriptum inveni εἰς τὴν προκειμένην λυσιτελήσειν ὑπόθεσιν, quod est elegantius. Paulo post ubi vulgo legebatur ἁπανθησάμενοι φωνάς, restituimus ἁπανθισάμενοι, ut habent omnes nostri codices uno consensu, præter Medicæum.

(13) *Ἀναγκαιότατα δέ μοι.* In codice Fuk. ante hæc verba hujusmodi titulus apponitur : Τὰ περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀρχαιότητος ὁμοῦ καὶ θεότητος. Quem quidem etiam in cod. Maz. paulo ante hæc verba ascriptum inveni in superiori margine, sine ulla capitis nota. Eumdem quoque titulum reperisse videtur Rufinus in suis exemplaribus. Nam in indiculo capitum libri primi recenset primo loco *præfationem de deitate Christi*. Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

(14) *Χρονικοῖς κανόσιν.* In vetustissimo codice Maz. hoc scholion ad marginem ascribitur, Σημείωσαι ὅτι προτερεύουσιν οἱ χρονικοὶ κανόνες αὐτου. *Nota quod Chronici canones prius ab Eusebio scripti sunt.*

(15) *Οἰκονομίας τε καὶ θεολογίας.* Cum in Christo duplex sit natura, altera divina, altera humana, quæ inter se junctæ unam personam efficiunt; quoties de illo sermo instituitur, duas in partes disputatio distribuenda est; et ea quidem quæ de humanitate ejus dicuntur, pertinent ad οἰκονομίαν, ut superius dictum est; quæ vero de divinitate, referuntur ad θεολογίαν. Ita Gregorius Naz. in oratione 38, *in Natalem Christi* seu *in Theophania*, œconomiam distinguit a theologia his verbis : Ταῦτά μοι περὶ Θεοῦ πεφιλοσοφήσθω τανῦν· οὐδὲ γὰρ ὑπὲρ ταῦτα καιρός· ὅτι μὴ θεολογία τὸ προκείμενον ἡμῖν, ἀλλ' οἰκονομία. Et Joannes Chrysostomus in sermone *De sigillis*, qui habetur in tomo sexto, ait priores quidem tres evangelistas cum Evangelium Christi cunctis gentibus prædicare vellent, sermonem exorsos esse ab ejus dispensatione seu οἰκονομίᾳ, Joannem vero post illos tres præcones ad explicandam theologiam accessisse, et a Christi divinitate initium sumpsisse dicendi. Ex quibus apparet cur Eusebius hoc loco dixerit : Τῆς κατὰ τὸν Χριστὸν ἐπινοουμένης οἰκονομίας τε καὶ θεολογίας. Christum enim cum dicimus, duas naturas intelligi necesse est.

(16) *Καὶ θεολογίας.* Veteres theologicen dicebant quam nos vulgo theologiam vocamus. Hieronymus in epistola 155, ad Paulam Urbicam : *Et quomodo philosophi solent disputationes suas in physicam, ethicam logicamque partiri; ita et eloquia divina, aut de natura disputant, ut in Genesi, et in Ecclesiaste; aut de moribus, ut in Proverbiis, et in omnibus passim libris; aut de logica, pro qua nostri theologicen sibi vindicant.* Ita scribitur in veteri codice Henrici Memmii quem olim vidi, non ut vulgo excusum est sine sensu, *theoricen sibi vindicant*. Eodem modo geometricen et magicen Plinius dicit, quam nos geometriam et magiam vocamus. Certe in libris Hieronymi nunquam theologiam dici reperias, sed Græce θεολογίαν. Sic in caput XL Ezechielis, pag. 1018.

Digitized by Google

ἢ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς πολλοῖς (17) οἰκονομίας, ἀναγκαῖον ἂν εἴη κατάρξασθαι.

A divinitatis expositione repetetur. Nam qui rerum in Ecclesia gestarum posteris historiam tradere instituit, altius ab ipsius Christi (quandoquidem ejus etiam nomine censemur) diviniore quam plerisque videtur Incarnatione exordium ducat necesse est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἐπιτομὴ κεφαλαιώδης περὶ τῆς κατὰ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν προϋπάρξεώς τε καὶ θεολογίας.

Διττοῦ δὲ ὄντος (18) τοῦ κατ' αὐτὸν τρόπου, καὶ τοῦ μὲν σώματος ἐοικότος κεφαλῇ, ᾗ θεὸς ἐπινοεῖται, τοῦ δὲ ποσὶ παραβαλλομένου, ᾗ τὸν ἐν ἡμῖν ἄνθρωπον ὁμοιοπαθῆ τῆς ἡμῶν ἕνεκεν αὐτῶν ὑπέδυ σωτηρίας, γένοιτ' ἂν ἡμῖν ἐντεῦθεν ἐντελὴς ἡ τῶν ἀκολούθων διήγησις, εἰ τῆς κατ' αὐτὸν ἱστορίας ἁπάσης ἀπὸ τῶν κεφαλαιωδεστάτων καὶ κυριωτάτων τοῦ λόγου τὴν ὑφήγησιν ποιησαίμεθα. Ταύτῃ δὲ ἤδη καὶ B τῆς Χριστιανῶν ἀρχαιότητος τὸ παλαιὸν ὁμοῦ καὶ θεοπρεπὲς, τοῖς νέαν αὐτὴν καὶ ἐκτετοπισμένην, χθὲς καὶ οὐ πρότερον φανεῖσαν ὑπολαμβάνουσιν, ἀναδειχθήσεται.

5 CAPUT II.

De Servatoris Domini nostri Jesu Christi præexistentia et divinitate.

Cum igitur duplex sit in Christo natura, altera capiti humani corporis similis, secundum quam Deus intelligitur : altera quæ pedibus comparatur, quatenus scilicet hominem humanis obnoxium passionibus salutis nostræ causa induit : ita demum integra et perfecta narrationis nostræ series futura est, si ab eo quod in Servatore Christo summum et quasi vertex omnium est, totius quæ ad illum refertur historiæ ducamus initium. Quin etiam Christianæ religionis antiquitas simul et majestas iis, qui recentem illam et peregrinam esse existimant, herique aut nudius tertius natam, hac ratione manifestissime apparebit.

Γένους μὲν οὖν καὶ ἀξίας, αὐτῆς τε οὐσίας τῆς τοῦ Χριστοῦ καὶ φύσεως, οὔτις ἂν εἰς ἔκφρασιν αὐτάρκης γένοιτο λόγος. Ἢ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ θεῖον ἐν προφητείαις, « Τὴν γενεὰν αὐτοῦ, φησὶ, τίς διηγήσεται ; » Ὅτι δὴ οὔτε τὸν Πατέρα τις ἔγνω, εἰ μὴ ὁ Υἱὸς, οὔτ' αὖ τὸν Υἱόν τις γνῷη ποτὲ κατ' ἀξίαν, εἰ μὴ μόνος ὁ γεννήσας αὐτὸν Πατήρ· τό τε φῶς τὸ προκόσμιον καὶ τὴν πρὸ αἰώνων (19) νοερὰν καὶ οὐσιώδη Σοφίαν, τόν τε ζῶντα καὶ ἐν ἀρχῇ παρὰ τῷ Πατρὶ εὐγχάνοντα Θεὸν Λόγον, τίς ἂν πλὴν τοῦ Πατρὸς κα- C θαρῶς ἐννοήσειε, πρὸ πάσης κτίσεως καὶ δημιουργίας ὁρωμένης τε καὶ ἀοράτου, τὸ πρῶτον καὶ μόνον τοῦ Θεοῦ γέννημα (20), τὸν τῆς κατ' οὐρανὸν λογικῆς καὶ ἀθανάτου στρατιᾶς ἀρχιστράτηγον, τὸν τῆς μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, τὸν τῆς ἀῤῥήτου γνώμης ταῦ

Genus igitur Christi ac splendorem, et substantiam ejus atque naturam nullus unquam sermo explicare suffecerit. Unde et sanctus Spiritus per prophetas dicit : « Generationem ejus quis enarrabit [1] ? » Nam ut nemo novit Patrem nisi Filius, sic nemo perfecte novit Filium nisi Pater. Quis enim præter Patrem plene ac perfecte intelligendo assequi possit æternum illud lumen, intellectualem et substantialem Sapientiam sæculis omnibus anteriorem, vivum Dei Verbum quod in principio erat apud Patrem : illum omnis creaturæ cum visibilis tum invisibilis primogenitum simul et unigenitum ; spiritalis illum et immortalis militiæ cœlestis principem, magni consilii angelum ; illum arcanæ Patris sui voluntatis ministrum : omnium rerum simul

[1] Isa. LIII.

(17) *Θειοτέρας ἢ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς πολλοῖς.* Hæc verba ad vocem προσωνυμίας retulit Christophorsonus. Sic enim vertit : *Propterea quod diviniore quadam appellatione, quam plerisque videatur, ab illo dignati sumus.* Nos vero ad vocem οἰκονομίας hæc Eusebii verba retulimus, quod et Musculus in versione sua fecisse deprehenditur. Confirmat autem interpretationem nostram Eusebius ipse paulo supra cum dicit : Ὑψηλοτέρας καὶ κρείττονος ἢ κατὰ ἄνθρωπον, οἰκονομίας. Fefellit Christophorsonum prava interpunctio editionis Rob. Stephani, in qua post vocem πολλοῖς virgula ascribitur. Sed in codice Maz., Fuk. Med. ac Regio eam distinctionem non reperimus, sed illam ipsam quam hic fideliter expressimus.

(18) *Διττοῦ δὲ ὄντος.* Nostri codices Maz., Med. ac Fuk. caput primum hic ascriptum habent cum hoc lemmate : Τίς ἡ τῆς ἐπαγγελίας ὑπόθεσις. Neque aliter editio Rob. Stephani, qui in ipso quidem textu Regium codicem, in ipsis autem capitum titulis per universum operis textum appositis Medicæum codicem ubique secutus est. Sed hunc titulum ab hoc loco prorsus alienum esse nemo non videt. Recte igitur Christophorsonus hunc quidem titulum initio libri apposuit, hic vero secundum capitulum inchoavit, quem nos libenter secuti sumus.

(19) *Καὶ τὴν πρὸ αἰώνων.* In codice Regio ac Medicæo et in veteribus schedis scriptum est, Καὶ τὴν προαιώνιον νοερὰν καὶ οὐσιώδη Σοφίαν, levi quidem discrimine, sed quod a nobis omitti non debuit.

(20) *Τὸ πρῶτον καὶ μόνον τοῦ Θεοῦ γέννημα.* In codice Regio et in veteribus schedis desunt duo priora vocabula, quæ quoniam divinitatem Christi imminuere videbantur, expuncta sunt a quibusdam, qui eam locutionem ferre non poterant. Multa quoque alia in hoc capite partim mutata, partim truncata sunt ob eamdem causam. Sed in vetustissimo codice Mazarino vera ac genuina ipsius Eusebii scriptura fideliter retenta est. Scholion tamen ad marginem ascriptum est, quo monetur lector ut sibi diligenter caveat ab hoc proœmio. Sic igitur notat ad hæc verba : *τό τε φῶς τὸ προκόσμιον* φ. Sequitur deinde, δι' ὅλου, singulis litteris suam seorsum lineam obtinentibus. Porro nota illa significat φροντιστέον, id est sollicite cavendum esse. Solebat hæc nota olim apponi locis dubiis et controversis. Isidorus in libro I *Originum*, capite 20 : *Phi et Rho, id est phronitis ; hæc, ubi aliquid difficultatis est, ob sollicitudinem ponitur.* Potest etiam alia afferri explicatio hujus notæ, ut scilicet hæ duæ litteræ, si prior pro ω sumatur, significent ὡραῖον, id est, locum elegantem et perpolitum. Certe hæc nota in scriptis exemplaribus apponi solet locis elegantioribus. Ostendit mihi nuper R. P. Gabriel Cossartius duos codices bibliothecæ Claromontanæ, alterum Gregorii Naz., alterum Joannis Chrysostomi orationes continentem. In utroque hæc nota sæpius visitur, cultiori-

Digitized by Google

cum Patre opificem, secundam omnium rerum causam post Patrem; germanum illum et unicum Dei Filium, omnium quæ creata sunt Dominum, Deum regemque : qui imperium et dominationem simul cum ipsa divinitate et cum potentia atque honore a Patre accepit. Siquidem ut ex secretioribus sacræ Scripturæ sermonibus qui ad illius divinitatem pertinent, accepimus, « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum; et Deus erat Verbum : omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil [a]. » Magnus quoque ille Moyses prophetarum omnium vetustissimus, dum divino afflatus Spiritu creationem ac dispositionem 6 totius mundi describit, id nos docet, conditorem et opificem omnium rerum nulli alteri quam ipsi Christo, utpote divino ac primogenito suo Verbo, inferiorum substantiarum creationem concessisse, et de hominis creatione cum ipso esse collocutum. « Dixit enim Deus, inquit, Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [b]. » Huic sententiæ astipulatur etiam alius Propheta in Hymnis suis de Deo loquens hoc modo : « Ipse dixit et facta sunt : ipse mandavit et creata sunt [c] : » Patrem quidem et creatorem inducens tanquam rerum omnium Dominum, regio nutu præcipientem : Verbum autem Dei, secundum a Patre, illum ipsum videlicet quem prædicamus Christum, Paternis imperiis ministrantem. Hunc quotquot a prima humani generis origine justitiæ ac religionis laude maxime floruerunt,

[a] Joan. I. [b] Gen. I, XII. [c] Psal. XXXII.

Πατρὸς τελειοτήν (21), τὸν τῶν ἁπάντων σὺν τῷ Πατρὶ δημιουργὸν, τὸν δεύτερον μετὰ τὸν Πατέρα τῶν ὅλων αἴτιον (22), τὸν τοῦ Θεοῦ Παῖδα γνήσιον καὶ μονογενῆ, τὸν τῶν γεννητῶν ἁπάντων Κύριον καὶ Θεὸν καὶ βασιλέα, τὸν τὸ κῦρος ὁμοῦ καὶ τὸ κράτος αὐτῇ θεότητι καὶ δυνάμει καὶ τιμῇ παρὰ τοῦ Πατρὸς ὑποδεδεγμένον, ὅτι δὴ κατὰ τὰς περὶ αὐτοῦ μυστικὰς τῶν Γραφῶν Θεολογίας, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν (23), καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν. » Τοῦτό τοι καὶ ὁ μέγας Μωϋσῆς, ὡς ἂν προφητῶν ἁπάντων παλαιότατος, θείῳ Πνεύματι τὴν τοῦ παντὸς οὐσίωσίν τε καὶ διακόσμησιν ἀπογράφων, τὸν κοσμοποιὸν καὶ δημιουργὸν τῶν ὅλων, αὐτῷ δὴ τῷ Χριστῷ, καὶ οὐδὲ ἄλλῳ ἢ τῷ θείῳ δηλαδὴ καὶ πρωτογόνῳ ἑαυτοῦ Λόγῳ τὴν τῶν ὑποβεβηκότων ποίησιν παραχωροῦντα διδάσκει, αὐτῷ τε κοινολογούμενον ἐπὶ τῆς ἀνθρωπογονίας. « Εἶπε γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Ταύτην δὲ ἐγγυᾶται τὴν φωνὴν προφητῶν ἄλλος, ὥδέ πως ἐν Ὕμνοις θεολογῶν· « Αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν· » τὸν μὲν Πατέρα καὶ ποιητὴν εἰσάγων ὡς ἂν πανηγεμόνα, βασιλικῷ νεύματι προστάττοντα· τὸν δὲ τούτῳ δευτερεύοντα Θεοῦ Λόγον (24), οὐχ ἕτερον τοῦ πρὸς ἡμῶν κηρυττομένου, ταῖς Πατρικαῖς ἐπιτάξεσιν ὑπουργοῦντα (25). Τοῦτον καὶ οἱ ἀπὸ τῆς πρώτης ἀνθρωπογονίας πάντες, ὅσοι δὴ δικαιοσύνῃ καὶ θεοσεβείας ἀρετῇ διαπρέψαι λέγονται, ἀμφί τε τὸν μέγαν θερά-

ous locis appicta. Quin etiam in quadam oratione Gregorii ascriptum ὠρ. πάνυλο., ita ut vox πάνυ disjunctis litteris, et singulas lineas obtinentibus perscripta esset. Legi olim epistolam P. Pithæi ad V. Loisellum de ejusmodi notis, in qua prima erat ΩΡ.. ὡραῖον.

(21) *Γνώμης τοῦ Πατρὸς τελειοτήν.* Rob. Stephanus notavit alias legi ὑπουργόν, quam lectionem reperi in codice Medicæo, Fuk. et Sav. Nec dubito quin Eusebius ipse ita scripserit. Sed cum ea locutio exscriptoribus catholicis displiceret, eam pro arbitrio suo immutarunt, ut jam supra ab iisdem factum esse monuimus. Et in codice quidem Regio ac veteribus schedis legitur τελειοτήν, quam scripturam tueri videtur Rufinus. Vertit enim *Paternæ voluntatis efficaciam*, quasi legisset τελείωσιν. In codice autem Mazarino, expuncta veteri lectione, hæc substituta est recentiore manu, βουλῆς τοῦ Πατρὸς ἐκφάντορα. Sed Eusebius ipse, ut jam dixi, scripserat ὑπουργόν. Sic enim infra loquitur de Dei Filio, ex sententia veterum theologorum qui ante concilium Nicænum scripsere. Certe Justinus in *Dialogo adversus Tryphonem*, pag. 284, eodem plane modo loquitur quo hic Eusebius noster. Nam et ἀρχιστράτηγον et ἄγγελον in Scripturis ait dici Filium Dei ob ministerium quod exhibet Deo Patri, ὑπηρετοῦντα τῷ ὑπὲρ κόσμον Θεῷ. Et paulo post, ἐκεῖνα γὰρ πάντα προσονομάζεσθαι, ἔκ τε τοῦ ὑπηρετεῖν τῷ Πατρικῷ βουλήματι. Denique vetus omnis Christianorum theologia Deo quidem Patri monarchiam attribuit, Filio vero ac Spiritui sancto οἰκονομίαν, id est, administrationem ac dispensationem, ut docet Tertullianus *adversus Praxeam*. Verum hujusmodi locutiones cum antea sine ulla erroris suspicione usurpatæ fuissent, tandem post concilium Nicænum repudiatæ sunt a Catholicis, et Arianis rejectæ. Itaque in Medicæo et Saviliano codice Græcus scholiastes ita adnotarat : Ἄπαγε τοῦ ἀτοπήματος! Οὐ γὰρ ἀρχιστράτηγον καὶ ὑπουργὸν οἱ θεῖοι Πατέρες, ἀλλ' ὁμοφυῆ καὶ ὁμόχρονον καὶ ἰσοδύναμον ὁμολογοῦσιν Υἱόν. Id est, *O impietatem! Neque enim principem militiæ nec ministrum Patris, sed consubstantialem et coæternum æqualisque potentiæ sancti Patres Filium confitentur.*

(22) *Τὸν δεύτερον μετὰ τὸν Πατέρα.* Sic in codice Maz., Med., Fuk. et Savil. Nec dubium est quin Eusebius ita scriptum reliquerit. Sic enim loqui solet de Filio Dei, ut videre est tum infra in hoc procœmio, tum in *oratione* quam habuit in dedicatione ecclesiæ Tyri, quæ lib. x inserta habetur; tum in *Panegyrico* quem dixit in Tricennalibus Constantini, ubi Filius Dei secunda causa dicitur non tempore, sed origine. R. Steph. edidit τὸν μετὰ τὸν Πατέρα, omissa voce δεύτερον.

(23) *Οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν.* (Additur a Stephano.) Hæc pericope non habetur in codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk., nec apud Nicephorum. Et meo quidem judicio hic superflua est.

(24) *Τὸν δὲ τούτῳ δευτερεύοντα Θεοῦ Λόγον.* Hæc Eusebii verba affert Joannes Zonaras in *Vita Constantini Magni*, dum probare vult, Eusebium Ariani dogmatis labe aspersum fuisse. Apud Zonaram legitur τὸν θεῖον Λόγον, quam scripturam confirmant nostri codices Maz., Med., Fuk. ac Savil. In veteribus autem schedis scriptum inveni Θεὸν Λόγον.

(25) *Ταῖς Πατρικαῖς ἐπιτάξεσιν ὑπουργοῦντα.* In codice Med. et Sav. hoc scholion ad marginem habetur : Οὐκ ἐπιτάττεται ὁ τοῦ Πατρὸς ὁμοούσιος Λόγος, ἀλλὰ συνδημιουργεῖ τὴν κτίσιν, ὡς φύσει Θεὸς καὶ ἰσότιμος. Id est : *Non imperata facit Filius Dei, ejusdem cum Patre substantiæ; sed una cum Patre condidit universa, quippe qui natura Deus est et æqualis Patri*

Digitized by Google

πάντα Μωϋσέα, καὶ πρό γε αὐτοῦ πρῶτος Ἀβραάμ, τούτου τε οἱ παῖδες καὶ ὅσοι μετέπειτα δίκαιοι πεφήνασι καὶ προφῆται, καθαροῖς διανοίας ὄμμασι φαντασθέντες (26), ἔγνωσάν τε καὶ οἷα Θεοῦ Παιδὶ τὸ προσῆκον ἀπένειμαν σέβας. Αὐτὸς δὲ οὐδαμῶς ἀπορραθυμῶν τῆς τοῦ Πατρὸς εὐσεβείας, διδάσκαλος τοῖς πᾶσι τῆς Πατρικῆς καθίσταται γνώσεως (27). Ὤφθαι γοῦν (28) Κύριος ὁ Θεὸς ἀνείρηται οἷά τις κοινὸς ἄνθρωπος τῷ Ἀβραὰμ καθημένῳ παρὰ τὴν δρῦν τὴν Μαμβρῆ. Ὁ δ' ὑποπεσὼν αὐτίκα καίτοιγε ἄνθρωπον ὀφθαλμοῖς ὁρῶν, προσκυνεῖ μὲν ὡς Θεὸν, ἱκετεύει δὲ ὡς Κύριον. Ὁμολογεῖ τε μὴ ἀγνοεῖν ὅστις εἴη, ῥήμασιν αὐτοῖς λέγων· « Κύριε ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, οὐ ποιήσεις κρίσιν; » Εἰ γὰρ μηδεὶς ἐπιτρέποι λόγος τὴν ἀγέννητον καὶ ἄτρεπτον οὐσίαν Θεοῦ (29) τοῦ παντοκράτορος εἰς ἀνδρὸς εἶδος μεταβάλλειν, μὴ δ' αὖ γεννητοῦ μηδενὸς φαντασίᾳ τὰς τῶν ὁρώντων ὄψεις ἐξαπατᾶν, μηδὲ μὴν ψευδῶς τὰ τοιαῦτα πλάττεσθαι τὴν Γραφὴν, Θεὸς καὶ Κύριος ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν καὶ ποιῶν κρίσιν ἐν ἀνθρώπου ὁρώμενος σχήματι, τίς ἂν ἕτερος ἀναγορεύοιτο, εἰ μὴ φάναι θέμις τὸ πρῶτον τῶν ὅλων αἴτιον, ἢ μόνος ὁ προὼν αὐτοῦ Λόγος; περὶ οὗ καὶ ἐν Ψαλμοῖς ἀνείρηται· « Ἀπέστειλε τὸν Λόγον αὐτοῦ, καὶ ἴασατο αὐτοὺς, καὶ ἐρύσατο αὐτοὺς ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν. » Τοῦτον δεύτερον μετὰ τὸν Πατέρα Κύριον σαφέστατα Μωϋσῆς ἀναγορεύει λέγων· « Ἔβρεξε Κύριος ἐπὶ Σόδομα καὶ Γόμορρα θεῖον καὶ πῦρ παρὰ Κυρίου. » Τοῦτον καὶ τῷ Ἰακὼβ αὖθις ἐν ἀνδρὸς φανέντα σχήματι, Θεὸν ἡ θεία προσαγορεύει Γραφὴ, φάσκοντα τῷ Ἰακώβ· « Οὐκέτι κληθήσεται τὸ ὄνομά σου Ἰακὼβ, ἀλλ' Ἰσραὴλ ἔσται τὸ ὄνομά σου, ὅτι ἐνίσχυσας μετὰ Θεοῦ. » Ὅτε καὶ ἐκάλεσεν Ἰακὼβ τὸ ὄνομα τοῦ τόπου ἐκείνου, *Εἶδος Θεοῦ*, λέγων· « Εἶδον γὰρ τὸν Θεὸν πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, καὶ ἐσώθη ἡ ψυχή μου. » Καὶ μὴν οὐδ' ὑποβεβηκότων ἀγγέλων καὶ λειτουργῶν Θεοῦ τὰς ἀναγραφείσας θεοφανείας ὑπονοεῖν θέμις. Ἐπεὶ καὶ τούτων ὅταν τις ἀνθρώποις παραφαίνηται, οὐκ ἐπικρύπτεται ἡ Γραφὴ, ὀνομαστὶ οὐ Θεὸν, οὐδὲ μὴν Κύριον, ἀλλ' ἀγγέλους χρηματίσαι λέγουσα, ὡς διὰ κυρίων μαρτυριῶν πιστώσασθαι ῥᾴδιον. Τοῦτον καὶ Μωϋσέως διάδοχος Ἰησοῦς, ὡς ἂν τῶν οὐρανίων ἀγ-

A ut magnus ille Dei famulus Moyses, ut qui ante illum vixit Abraham et ejus filii, et quicunque postea viri justi ac prophetæ exstiterunt, omnes puris mentis oculis contemplati agnoverunt, eidemque tanquam Dei Filio debitum cultum exhibuerunt. Ipse vero absque ulla cunctatione Patris sui cultum ac notitiam omnibus semper tanquam magister tradidit. Apparuit igitur Dominus Deus vulgaris hominis specie Abrahæ ad quercum Mambre sedenti. At ille statim in genua prolapsus, tametsi hominem tantum oculis videret, adoravit nihilominus ut Deum, et tanquam Domino supplicavit, et quisnam esset se nosse professus est his verbis: « Domine, qui judicas omnem terram, nunquid facies judicium? » Nam cum absurdum et ab omni ratione alienum sit, tum B ut ingenita et immutabilis omnipotentis Dei natura in speciem hominis convertatur, et corporeo simulacro oculos intuentium fallat, tum ut sacra Scriptura quidquam hujusmodi falso confingat: Deus ille et Dominus qui judicat omnem terram et facit judicium, sub hominis specie apparens, quisnam alius appellari possit (quandoquidem de primo rerum omnium auctore hæc accipere nefas est) præter ipsum quod ante omnia substitit Dei Verbum? De quo etiam in Psalmis dicitur: « Misit Verbum suum et sanavit eos, et eripuit eos de corruptionibus ipsorum [a]. » Hunc secundum 7 post Patrem Dominum Moyses manifeste appellat cum ait: « Pluit Dominus super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem a Domino [b]. » Eumdem C iterum sub hominis specie Jacobo visum sacra Scriptura Deum nominat, qui sic Jacobum allocutus est: « Non amplius vocabitur nomen tuum Jacob, sed Israel erit nomen tuum, quia invaluisti cum Deo [c]. » Unde et Jacobus locum illum vocavit *Visionem Dei*. « Vidi enim, inquit, Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea. » Nefas porro est hujusmodi Dei visiones quæ sacris litteris proditæ sunt, ministrorum Dei et angelorum visiones fuisse suspicari. Etenim quoties angelorum aliquis hominibus apparuit, nequaquam id dissimulat sacra Scriptura; sed nominatim angelum, non autem Deum

[a] Psal. CVI. [b] Gen. XIX. [c] Gen. XV.

(26) *Καθαροῖς διανοίας ὄμμασι φαντασθέντες.* Rob. Stephanus in variis lectionibus quas ad calcem suæ editionis adjecit, notat alias legi φωτισθέντες. Quam tamen scripturam in nostris codicibus non reperimus, nisi quod Henricus Savilius ad oram libri sui emendavit φωτισθέντες· utrum ex conjectura, an ex fide manuscripti exemplaris, incertum. Christophorsonus tamen eam lectionem secutus est, ut ex interpretatione ejus apparet. Vertit enim: *Puro sinceroque mentis et intelligentiæ lumine illustrati.* Quanto rectius Musculus, qui sic vertit: *Repurgatis mentis oculis contemplantes.* Certe φαντάζεσθαι idem est ac κατανοεῖν. Sic Eusebius in libro [d] *De vita Constantini*, non procul ab initio: κάνταῦθα τὴν τρισμακαρίαν ψυχὴν αὐτῷ Θεῷ συνοῦσαν φαντάζεται. Quare in hoc loco φαντασθέντες referri debet ad vocem τοῦτον quæ initio periodi posita est. Porro verbum hoc φαντασθέντες legitur etiam apud Nicephorum in lib. I *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 2, qui hoc principium *Historiæ* Eusebii D nostri, elegans profecto atque eximium, additis et interpolatis verbis quibusdam compilavit.

(27) *Διδάσκαλος τοῖς πᾶσι τῆς Πατρικῆς καθίσταται γνώσεως.* Ita quidem in Reg. codice legitur et in veteribus schedis, sed in optimis exemplaribus Maz. scilicet ac Med. scribitur καθίστατο. Quam scripturam equidem magis probo, quippe quæ cum sequentibus Eusebii verbis aptius cohæreat. In Fuk. ac Saviliano pro verbo καθίστατο legitur γέγονε.

(28) *Ὤφθαι γοῦν.* Sic nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savilii scriptum habent. Ita quoque legitur apud Nicephorum. Porro ab his verbis cap. 2 ordiuntur iidem codices, quibus Roberti Stephani editio consentit. Sed nos, Christophorsonum secuti, aliter capita distinximus, cujus rei jam superius ratio reddita est.

(29) *Οὐσίαν Θεοῦ.* Hoc loco οὐσίαν sumit pro hypostasi. Ita enim loqui solebant ecclesiastici scriptores ante synodum Nicænam, ut docet Photius in *Bibliotheca*, cap. 119.

Digitized by Google

nec Dominum locutum esse dicit : quod quidem innumeris testimoniis confirmare facillimum fuerit. Eumdem quoque Moysis successor Jesus, utpote angelorum, archangelorum, et cœlestium virtutum rectorem, ut Patris virtutem ac sapientiam, honore ipsi æqualem, et in regno ac principatu omnium rerum secundum locum obtinentem, summum ducem atque imperatorem copiarum Domini appellat, cum quidem illum non aliter quam sub hominis iterum specie vidisset. Sic enim scriptum est [e] : « Factum est autem, cum Jesus esset in Jericho, ut sublatis oculis videret hominem stantem contra se, evaginatum tenentem gladium. Et accedens Jesus dixit : Noster es, an adversariorum ? Et respondit illi : Ego sum princeps exercitus Domini, et nunc venio. Et cecidit Jesus pronus in terram, et dixit ei : Domine, quid præcipis servo tuo ? Et respondit magister militiæ Domini ad Jesum : Solve calceamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, sanctus est. » Ubi observabis ex iisdem utrobique verbis, hunc minime diversum esse ab illo, qui Moysi oracula reddidit : siquidem iisdem plane verbis de eo loquitur sacra [f] Scriptura : « Cernens Dominus quod accederet ad videndum, vocavit eum de medio rubi, dicens : Moyses, Moyses. Qui respondit : Adsum. At ille, Ne propius, inquit, huc accedas. Solve calceamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Et dixit illi : Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus

[e] Josue v. [f] Exod. III.

(30) *Τοῦ Πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν Ἰσοκλεῆ.* In codicibus nostris Maz., Med., Fuk. ac Sav. deest ultima vox Ἰσοκλεῆ, quam nec Zonaras agnoscit in *Vita Constantini Magni*, ubi hunc Eusebii locum adducit, quo Eusebium Ariano dogmati favisse convincat. Contra in Regio codice et in veteribus schedis absunt hæ voces, δύναμιν καὶ σοφίαν.

(31) *Καὶ γῆ ἁγία ἐστίν.* Hæc verba non habentur in optimis codicibus quibus usi sumus, Maz., Med. ac Fuketii, quibus subscribit codex Savilianus. Sed et in codice Regio hæc verba punctis supernotantur. Merito igitur hæ quatuor voces expungerentur, quippe quæ nec in editione LXX Interpretum habeantur. Locus est in cap. v Jesu filii Nave. Porro in veteribus schedis totus hic locus aliter legitur hoc modo : Λῦσαι τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ συ ἕστηκας ἐπ' αὐτοῦ, γῆ ἁγία ἐστίν.

(32) *Ὅτι μὴ ἕτερος οὗτος εἴη τοῦ καὶ Μωσεῖ κεχρηματικότος.* Probare hic vult Eusebius, eum qui Jesu filio Nave se videndum præbuit et principem militiæ Domini semetipsum vocavit, eumdem esse cum illo qui Mosi apparuerat in rubo. Id autem concludit ex eo quod princeps iste iisdem verbis Jesum alloquitur, quibus Deus ex rubo Mosen fuerat allocutus. Idem sensit ante Eusebium Justinus Martyr in *Disputatione adversus Tryphonem*, et alii quidam teste Theodorito in *Quæstionibus ad librum Josuæ*. Sed reliqui Patres, principem illum militiæ Domini, non ipsum Dei Filium, sed potius Michaelem archangelum esse censuerunt. In vetustissimo codice Maz. ad hæc verba scholion appositum est, quod hic quoque meretur ascribi : Ἀλλ' ἡ Ἐκκλησία, ὦ ἀγιώτατε Εὐσέβιε, ἑτέρως τὰ περὶ τούτου νομίζει καὶ οὐχ ὡς σύ· τὸν μὲν γὰρ ἐν τῇ βάτῳ φανέντα τῷ Μωσῇ θεολογεῖ· τὸν δὲ ἐν Ἰεριχῷ τῷ μετ' αὐτὸν ὀφθέντα, τὸν τῶν Ἑβραίων ἐπιστασίαν λαχόντα, μάχαιραν ἐσπασμένον, καὶ τῷ Ἰησοῦ λῦσαι προστάττοντα τὸ

A γέλων καὶ ἀρχαγγέλων τῶν τε ὑπερκοσμίων δυνάμεων ἡγούμενον, καὶ ὡσανεὶ τοῦ Πατρὸς ὑπάρχοντα δύναμιν καὶ σοφίαν Ἰσοκλεῆ (30), καὶ τὰ δευτερεῖα τῆς κατὰ πάντων βασιλείας τε καὶ ἀρχῆς ἐμπεπιστευμένον, ἀρχιστράτηγον δυνάμεως Κυρίου ὀνομάζει, οὐκ ἄλλως αὐτὸν ἢ αὖθις ἐν ἀνθρώπου μορφῇ καὶ σχήματι θεωρήσας. Γέγραπται γοῦν· « Καὶ ἐγενήθη ὡς ἦν Ἰησοῦς ἐν Ἰεριχὼ, καὶ ἀναβλέψας ὁρᾷ ἄνθρωπον ἑστηκότα κατέναντι αὐτοῦ. Καὶ ἡ ῥομφαία ἐσπασμένη ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. Καὶ προσελθὼν Ἰησοῦς, εἶπεν· Ἡμέτερος εἶ, ἢ τῶν ὑπεναντίων ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγὼ ἀρχιστράτηγος δυνάμεως Κυρίου νυνὶ παραγέγονα. Καὶ Ἰησοῦς ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Δέσποτα, τί προστάσσεις τῷ σῷ οἰκέτῃ ; Καὶ εἶπεν ὁ ἀρχιστράτηγος Κυρίου πρὸς Ἰη-

B σοῦν· Λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου. Ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας, τόπος ἁγιός ἐστι [καὶ γῆ ἁγία ἐστὶν (31).] » Ἔνθα καὶ ἐπιστήσεις ἀπὸ τῶν αὐτῶν ῥημάτων, ὅτι μὴ ἕτερος οὗτος εἴη τοῦ καὶ Μωϋσεῖ κεχρηματικότος (32). Ὅτι δὴ αὐτοῖς ῥήμασι καὶ ἐπὶ τῷδέ φησιν ἡ Γραφή· « Ὡς δὲ εἶδε Κύριος ὅτι προσάγει ἰδεῖν, ἐκάλεσεν αὐτὸν Κύριος ἐκ τοῦ βάτου λέγων· Μωϋσῆ, Μωϋσῆ· ὁ δὲ εἶπε· Τί ἐστι ; καὶ εἶπε· Μὴ ἐγγίσῃς ὧδε· λῦσον τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ σὺ ἕστηκας ἐπ' αὐτοῦ, γῆ ἁγία ἐστί. Καὶ εἶπεν αὐτῷ· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ Θεὸς Ἰακώβ. » Καὶ ὅτι γέ ἐστιν οὐσία τις προκόσμιος ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, ἡ τῷ Πατρὶ (33) καὶ **Θεῷ**

C ὑπόδημα, τοῦτον δέ γε τὸν ἀρχάγγελον ὑπεῖληφε Μιχαήλ· καὶ δῆλον ἅτι κρεῖττον ὑπεῖληφε σοῦ. Πόθεν; Ἐρωτηθεὶς παρὰ τῇ βάτῳ φανεὶς ὁ Θεὸς ἐν εἴδει πυρὸς τῷ ἑαυτοῦ θεράποντι Μωσεῖ, καὶ δηλῶν ὅστις εἴη, τοῦτο αὐτῷ τρανώτατα παριστᾷ, ὅτι δὴ ὁ Θεός ἐστιν· ὁ δὲ τῷ Ἰησοῦ φανεὶς, οὐδὲ Θεὸν ἑαυτὸν, ἀλλ' ἀρχιστράτηγον ὠνόμασε τοῦ Θεοῦ. Τοῦτο δὲ τὸ ἀξίωμα τῆς ἀνωτάτω δυναστείας τε καὶ θεότητος ὑποδεέστερον ὄν, καὶ οὐκ ἀρχικὸν, ἀλλ' ὑπαρχικὸν ὡς ἂν εἴποι τις. . . . Id est : *Aliqui Ecclesia aliter de his sentit, o sanctissime Eusebi, non perinde ac tu. Eum enim qui Moysi apparuit in rubo, Deum prædicat. Illum vero qui Moysi successori apparuit in Jericho, præsidem ac tutorem gentis Hebræorum, qui strictum gerebat gladium, et qui Jesu præcepit ut calceos solveret, illum, inquam, Ecclesia censet esse archangelum Michaelem. Nec dubium est, quin illa rectius sentiat quam tu. Undenam vero id colligimus ? Deus qui juxta rubum Moysi famulo suo instar ignis*

D *apparuit, interrogatus ab eo quisnam esset, hoc ipsum manifestissime declaravit, se Deum esse. Ille vero qui apparuit Jesu, nequaquam se Deum nominavit, sed principem militiæ Dei. Hæc vero dignitas cum inferior sit suprema potestate ac divinitate, nec regia atque imperatoria sit, sed præfectoria, ut ita dicam...* Reliqua præ nimia vetustate legi non potuerunt, quod quidem dolendum est. Nam et elegantissimum est hoc scholion, et ipsius antiquarii qui codicem illum scripserat, id est doctissima et vetustissima manu exaratum.

(33) *Ὑφεστῶσα, ἡ τῷ Πατρί.* Stephanus edidit ὑφεστῶσα τῷ Πατρὶ, omissa articulo ἡ. Sed rectius in codd. Med., Maz., Fuk. et Saviliano legitur ὑφεστῶσα, ἡ τῷ Πατρί, etc., certissima ac prorsus necessaria emendatione. Nam et Zonaras in *Vita Constantini Magni*, hunc Eusebii locum adducens ita legit : Καὶ ὅτι ἐστὶν οὐσία τις κόσμιος ζῶσα καὶ ὑφεστῶσα, ἡ τῷ Πατρὶ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γενητῶν

Digitized by Google

τῶν ὅλων εἰς τὴν τῶν γεννητῶν ἁπάντων δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη, Λόγος Θεοῦ καὶ Σοφία χρηματίζουσα, πρὸς ταῖς τεθειμέναις ἀποδείξεσιν, ἔτι καὶ αὐτῆς ἐξ ἰδίου προσώπου τῆς Σοφίας ἐπακοῦσαι πάρεστι, διὰ Σολομῶντος λευκότατα ὧδέ πως τὰ περὶ ἑαυτῆς μυσταγωγούσης· « Ἐγὼ ἡ Σοφία κατεσκήνωσα βουλὴν καὶ γνῶσιν, καὶ ἔννοιαν ἐγὼ ἐπεκαλεσάμην· δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην· δι' ἐμοῦ μεγιστᾶνες μεγαλύνονται, καὶ τύραννοι δι' ἐμοῦ κρατοῦσι γῆς. » Οἷς ἐπιλέγει· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με ἐν ὀρχῇ, πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανὸν (34), πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι, πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανόν, συμπαρήμην αὐτῷ, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἐτίθει πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανόν, ἤμην σὺν αὐτῷ ἁρμόζουσα. Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε. Καθημέραν δὲ εὐφραινόμην (35) ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ, ὅτε ηὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας. » Ὅτι μὲν οὖν προῆν, καί τισιν εἰ καὶ μὴ τοῖς πᾶσιν ὁ θεῖος Λόγος ἐπεφαίνετο, ταῦθ' ἡμῖν ὡς ἐν βραχέσιν εἰρήσθω.

A Jacob.» 8 Jam vero quod substantia sit ante mundi creationem vivens atque subsistens, quæ Patri et universitatis opifici Deo, in formatione omnium creaturarum ministraverit, Verbum Dei ac Sapientia proprio nomine appellata : præter demonstrationes superius allatas, ipsam ex propria persona Sapientiam audire licet, per os Salomonis de se ipsa disertissime loquentem, et sua ipsius mysteria tradentem his verbis : « Ego Sapientia in consilio tabernaculum meum constitui : scientiam et intellectum advocavi. Per me reges regnant et principes jura describunt. Per me magnates magni sunt, et tyranni per me obtinent terram. » Quibus hæc subjungit : « Dominus creavit me initium viarum suarum ad opera sua. Ante sæculum fundavit me in B principio, priusquam terram faceret, priusquam fluerent fontes aquarum, priusquam montes fundati essent; ante omnes colles genuit me. Quando præparabat cœlum, aderam illi : et quando firmos ponebat fontes sub cœlo, cum ipso eram cuncta componens. Ego eram qua sese oblectabat : quotidie exsultabam ante faciem ejus in omni tempore, cum lætaretur orbe perfecto [a]. » Verbum igitur ante

omnia substitisse, et quibusdam, licet non omnibus, apparuisse, sic a nobis breviter demonstratum sit.

Τί δὴ οὖν οὐχὶ καθάπερ τανῦν (36), καὶ πάλαι πρότερον εἰς πάντας ἀνθρώπους καὶ πᾶσιν ἔθνεσιν ἐκηρύττετο, ὧδε ἂν γένοιτο πρόδηλον. Οὐκ ἦν πω χωρεῖν οἷός τε τὴν τοῦ Χριστοῦ πάνσοφον καὶ πανάρετον διδασκαλίαν ὁ πάλαι τῶν ἀνθρώπων βίος. Εὐθὺς μὲν γὰρ ἐν ἀρχῇ μετὰ τὴν πρώτην ἐν μακαρίοις ζωὴν, ὁ πρῶτος ἄνθρωπος, ἧττον τῆς θείας ἐντολῆς φροντίσας, εἰς τουτονὶ τὸν θνητὸν καὶ ἐπίκηρον βίον κατέπεσε, καὶ τὴν ἐπάρατον ταυτηνὶ γῆν τῆς πάλαι ἐνθέου τροφῆς ἀντικατηλλάξατο. Οἵτε ἀπὸ τούτου τὴν καθ' ἡμᾶς σύμπασαν πληρώσαντες, πολὺ χείρους ἀναφανέντες πλὴν ἑνός (37) που καὶ δευτέρου, θηριώδη τινὰ τρόπον καὶ βίον ἀδίωτον ἐπανῃρηντο· ἀλλὰ καὶ ὥστε πόλιν οὔτε πολιτείαν, οὐ τέχνας, οὐκ ἐπιστήμας ἐπὶ νοῦν ἐβάλλοντο, νόμων τε καὶ δικαιωμάτων, καὶ προσέτι ἀρετῆς καὶ φιλοσοφίας οὐδὲ ὀνόματος μετεῖχον. Νομάδες δὲ ἐπ' ἐρημίας οἷά τινες ἄγριοι καὶ ἀπηνεῖς διῆγον, τοὺς μὲν ἐκ φύσεως προσήκοντας λογισμοὺς, τά τε λογικὰ καὶ ἥμερα τῆς ἀνθρώπων ψυ-

Quam autem ob causam non omnibus olim hominibus ac gentibus sicut nunc, ejus fides prædicata sit, hac ratione manifestum fiet. Christi doctrinam utpote totius sapientiæ ac virtutis apicem, C nondum capere poterat priscorum hominum vita. Primus enim homo cum in summa felicitate degeret, statim parvi habito Dei mandato, in hanc mortalem et corruptioni obnoxiam vitam decidit, et priores paradisi delicias cum terræ hujus divina maledictione damnatæ domicilio commutavit. Hujus autem posteri per universum orbem diffusi, cum omnes, uno aut altero excepto, longe deteriores exstitissent, ferinam quamdam vitæque expertem agere vitam instituerunt. Non urbes, non rempublicam habere, non artes aut disciplinas excolere in animum induxerant. Leges et jura, virtutem præterea ac philosophiam ne nomine quidem tenus noverant. Vagi per solitudines, tanquam agrestes ac feri versabantur. Et rationem quidem sibi a 9 natura indi-

[a] Sap.

δημιουργίαν ὑπηρετησαμένη. Nec aliter legit Christophorsonus. Rejicienda est igitur Turnebi conjectura, qui ad oram sui codicis emendarat συνυφεστῶσα τῷ Πατρί.

(34) *Πηγὰς τὰς ὑπ' οὐρανόν.* Ediderat Steph., τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων. Omnes nostri codices, Regius scilicet, Med. ac Maz. cum Fuk. ac veteribus schedis, hoc loco scriptum habent πηγὰς τῆς ὑπ' οὐρανόν, quemadmodum legitur in editione LXX Interpretum, τῆς ὑπ' οὐρανόν, id est *orbis terræ*. Mox nostri codices Maz., Med. ac Fuk. cum Saviliano legunt ἤμην δὲ παρ' αὐτῷ. Nec aliter scribitur in editione LXX Interpretum, quam ubique sequitur Eusebius. Ipse enim est qui cum Pamphilo Martyre Palæstinos codices ab Origene emendatos evulgavit, teste Hieronymo.

(35) *Εὐφραινόμην.* Totus hic locus in nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano ita legitur ac D distinguitur : Ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν παντὶ καιρῷ. Atque ita Justinus Martyr in *Dialogo contra Tryphonem*, et Romana editio LXX Interpretum, nisi quod pro ἐνώπιον αὐτοῦ scriptum habent ἐν προσώπῳ αὐτοῦ. Rufinus vertit : *Ego eram cui adgaudebat quotidie. Latabar autem coram ipso in omni tempore.*

(36) *Τί δὴ οὖν οὐχὶ, καθάπερ τανῦν.* Ab his verbis caput 3 auspicantur nostri codices Maz., Med. ac Fuk. quibus consentit editio Rob. Stephani. Sed cum viderem tertii capitis titulum huic loco parum convenire, inferius eum collocandum putavi; quod etiam fecit Christophorsonus.

(37) *Πλὴν ἑνός.* Ita quidem codex Regius et veteres schedæ. Nostri tamen codices Maz., Med., Fuk. et Savil. præferunt ἐκτὸς ἑνός που. Paulo post pro ἐκδεδωκότες in codice Maz., Med. ac Fuk. scriptum inveni ἐκδεδώκεσαν.

Digitized by Google

tam, et rationalia ac mitia virtutis semina hominum animis insita, spontaneæ malitiæ facinoribus corrumpebant : cujusquemodi autem sceleribus seipsos mancipaverant. Adeo ut nunc stupris, nunce cædibus mutuis sese contaminarent, interdum etiam humanas carnes vorarent ; ipsi denique Deo bellum inferre, et gigantum prælia illa quæ ab hominibus celebrantur, tentare auderent ; ac terram quidem ipsam adversus cœlum tanquam propugnaculum munire statuissent, Deum vero rerum omnium auctorem e cœlo deturbare immani quadam vecordia aggrederentur. Quam ob causam cum se sic gererent, rerum omnium inspector Deus velut silvam agrestem per universum terrarum orbem dispersam inundationibus atque incendiis eos adortus est : et continua fame ac peste, bellis quoque assiduis, et fulminibus cœlitus missis eosdem succidit, quasi gravem quemdam ac difficillimum animorum morbum acrioribus suppliciis comprimens. Porro tunc maxime cum malitiæ torpor universos fere occupasset, et gravis quædam ebrietas omnium prope mortalium mentibus tenebras offudisset, primogenita Dei Sapientia, ipsum scilicet Verbum ante omnia exsistens, admirabili quodam hominum amore flagrans, nunc per angelos creaturis suis apparuit : nunc per semetipsum, utpote salutaris Dei potentia, uni aut alteri ex piis ac Deo dilectis, sub hominis specie (quando aliter fieri non poterat) se videndum præbuit. Cum vero ab istis hominibus pietatis semina jam in vulgus sparsa essent, et gens integra

A χῆς σπέρματα αὐτοπροαιρέτου κακίας ὑπερβολῇ διαφθείροντες, ἀνοσιουργίαις δὲ πάσαις ὅλους σφᾶς ἐκδεδωκότες, ὡς τοτὲ μὲν ἀλληλοφθορεῖν, τοτὲ δὲ ἀλληλοκτονεῖν, ἄλλοτε δὲ ἀνθρωποβορεῖν, Θεομαχίας τε καὶ τὰς παρὰ πᾶσι βωμένας γιγαντομαχίας ἐπιτολμᾶν, καὶ γῆν μὲν ἐπιτειχίζειν (38) οὐρανῷ διανοεῖσθαι, μανίᾳ δὲ φρονήματος ἐκ τόπου αὐτὸν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν πολεμεῖν παρασκευάζεσθαι. Ἐφ' οἷς τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγουσι τὸν τρόπον (39) κατακλυσμοῖς αὐτοὺς καὶ πυρπολήσεσιν ὥσπερ ἀγρίαν ὕλην κατὰ πάσης τῆς γῆς κεχυμένην, Θεὸς ὁ πάντων ἔφορος μετῆει, λιμοῖς τε συνεχέσι καὶ λοιμοῖς, πολέμοις τε αὖ καὶ κεραυνῶν βολαῖς ἄνωθεν αὐτοὺς ὑπετέμνετο, ὥσπερ τινὰ δεινὴν καὶ χαλεπωτάτην νόσον ψυχῶν, πικροτέροις ἀνέχων τοῖς κολαστηρίοις. Τότε μὲν οὖν, ὅτε δὴ B πολὺς ἦν ἐπικεχυμένος ὀλίγου δεῖν κατὰ πάντων ὁ τῆς κακίας κόρος (40), οἷα μέθης δεινῆς τὰς ἁπάντων σχεδὸν ἀνθρώπων ἐπισκιαζούσης καὶ ἐπισκοτούσης ψυχάς, ἡ πρωτόγονος καὶ πρωτόκτιστος τοῦ Θεοῦ Σοφία (41), καὶ αὐτὸς ὁ προὼν Λόγος, φιλανθρωπίας ὑπερβολῇ, τοτὲ μὲν δι' ὀπτασίας ἀγγέλων τοῖς ὑποδεηκόσι, τοτὲ δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ οἷα Θεοῦ δύναμις σωτήριος, ἑνί που καὶ δευτέρῳ τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν, οὐκ ἄλλως ἢ δι' ἀνθρώπου μορφῆς, ὅτι μηδ' ἑτέρως ἦν δυνατὸν, αὐτοῖς ὑπεφαίνετο. Ὡς δ' ἤδη διὰ τούτων τὰ θεοσεβείας σπέρματα εἰς πλῆθος ἀνδρῶν καταβέβλητο, ὅλον τε τὸ ἔθνος ἐπὶ τῇ θεοσεβείᾳ προσανέχον ἐκ τῶν ἀνέκαθεν Ἑβραίων ὑπέστη, τούτοις μὲν ὡσανεὶ πλήθεσιν ἔτι ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιητημένοις (42), διὰ τοῦ προφήτου Μωϋσέως εἰκόσ

(38) *Γῆν μὲν ἐπιτειχίζειν.* Mirum est, in hujus verbi explicatione et Musculum et Christophorsonum lapsos esse. Musculus enim vertit, *cœlum tellure obstruere conati.* Christophorsonus vero longe pejus, *terram, interposito muro, cœlo adjungere.* Rectius Joannes Langus, qui Nicephorum Latine interpretatus est : Ἐπιτειχίζειν Græcis est exstruere munitionem adversus aliquem, ut cum dicunt Lacedæmonios muniisse Deceliam adversus Athenienses. Vide Harpocrationem in voce *Ἐπιτείχισμα.* Sed et τεῖχος Græcis *munitio* est. Porro ridiculum est credere homines eo dementiæ unquam progressos esse, ut, exstructis aggeribus, cœlum conscendere, Deumque exturbare aggressi sint, quod tamen hoc loco credidisse videtur Eusebius. Sunt hæc figmenta poetarum, qui superbiam hominum illius ætatis et divini Numinis contemptum hac imagine declarare voluerunt :

Ter conati sunt imponere Pelion Ossæ, etc.

Gigantes quidem commemorat sacra Scriptura ; sed de illis nihil ejusmodi dicit. Et turrim illam non a gigantibus, sed a filiis et posteris Noe post diluvium ædificatam esse testatur.

(39) *Ἐφ' οἷς τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγουσι τὸν τρόπον.* Male in codice Regio et in veteribus schedis scriptum est ἐφ' οὓς τοῦτον ἑαυτοῖς, etc. Sed nec sana est vulgata lectio, quamvis scriptorum codicum Maz., Med. ac Fuk. auctoritate firmetur. Quo enim referetur verbum ἄγουσι, cum sequatur in eadem periodo αὐτοὺς μετῆει. Mihi scribendum videtur ἐφ' οἷς τοῦτον ἑαυτοὺς ἀγοντας τὸν τρόπον. Nisi malis voces illas penitus expungere, τοῦτον ἑαυτοὺς ἄγουσι τὸν τρόπον, quæ glossam sapiunt.

(40) *Ὁ τῆς κακίας κόρος.* Scribe κάρος, ut leg. in codice Fuk. ac Savil. et apud Nicephorum Callistum.

(41) Vulg. *πρωτότοκος τοῦ Θ. Σοφία.* Non dubito

C quin Eusebius scripserit πρωτόκτιστος τοῦ Θεοῦ Σοφία, ut in quatuor codicibus, Maz. scilicet, Med., Fuk. ac Savil. scriptum habetur. Hæc enim vox magis convenit Eusebiano sensui, cum paulo supra locum illum ex Proverbiis citaverit, Κύριος ἔκτισέ με. Certe veteres theologi, ac præcipue ii qui ante concilii Nicæni tempora scripserunt, per vocabulum κτίζειν non solum creationem intellexerunt, quæ ex nihilo fit, sed omnem generaliter productionem, tam quæ ab æterno esset quam illam quæ in tempore. Hinc est quod Melito librum scripserat, *Περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ*, ut videbimus ad lib. IV hujus *Historiæ*. Quod si hic legamus πρωτότοκος, inepta esset repetitio quam ταυτολογίαν vocant, ἡ πρωτόγονος καὶ πρωτότοκος. Adde quod πρωτότοκος non convenit generationi divinæ. Rectius ergo est πρωτόκτιστος. Certe Clemens Alex. in lib. V

D *Strom.* Filium Dei vocat πρωτόκτιστον Σοφίαν.

(42) *Ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιητημένοις.* Male hunc locum intellexit Nicephorus, quasi in laudem Judæorum hoc ab Eusebio dictum fuisset. Sic enim habet Nicephorus : Τοῦτο μὲν ὡσανεὶ ταῖς πάλαι καὶ πρὸ βραχέος διαίταις καλῶς ἐκτεθραμμένον, etc. Quæ sic vertit Langus : *Et genti quæ et antiquitus et non ita pridem rita et moribus recte excultu esset*, etc. At contrarium plane sensum habent Eusebii verba. Ait enim cum Judæi prioris vitæ contagione corrupti essent, Deum satis habuisse legales eis cæremonias præscribere, et velut signa quædam ac symbola arcanorum mysteriorum eis tradere, utpote adhuc rudibus et superstitioni gentilium assuetis. Idem scribit Chrysostomus *in Matthæum.* Id manifesto sibi volunt hæc verba, ταῖς παλαιαῖς ἀγωγαῖς ἐκδεδιητημένοις. Pro quo male Christophorsonus legit ἐνδεδιητημένοις, a Nicephoro, ut videtur, in errorem inductus. Ἐκδιαιτᾶσθαι Græcis idem est quod corrumpi et ex pristina disciplina

Digitized by Google

νας καὶ σύμβολα σαββάτου τινὸς μυστικοῦ καὶ περιτομῆς, ἑτέρων τε νοητῶν θεωρημάτων (43) εἰσαγωγάς, ἀλλ' οὐκ αὐτὰς ἐναργεῖς παρεδίδου τὰς μυσταγωγίας. Ὡς δὲ τῆς παρὰ τούτοις νομοθεσίας βωμένης, καὶ πνοῆς δίκην εὐώδους εἰς ἅπαντας ἀνθρώπους διαδιδομένης, ἤδη τότε ἐξ αὐτῶν καὶ τοῖς πλείοσι τῶν ἐθνῶν διὰ τῶν πανταχόσε νομοθετῶν τε καὶ φιλοσόφων ἡμερώτατα φρονήματα (44), τῆς ἀγρίας καὶ ἀπηνοῦς θηριωδίας ἐπὶ τὸ πρᾶον μεταβεβλημένης, ὡς καὶ εἰρήνην βαθεῖαν φιλίας τε καὶ ἐπιμιξίας πρὸς ἀλλήλους ἔχειν· τηνικαῦτα πᾶσι δὴ λοιπὸν ἀνθρώποις καὶ τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνεσιν, ὡς ἂν προωφελημένοις καὶ ἤδη τυγχάνουσιν ἐπιτηδείοις πρὸς παραδοχὴν τῆς τοῦ Πατρὸς γνώσεως, ὁ αὐτὸς δὴ πάλιν ἐκεῖνος ὁ τῶν ἀρετῶν διδάσκαλος (45), ὁ ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς τοῦ Πατρὸς ὑπουργὸς, ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος τοῦ θεοῦ Λόγος, δι' ἀνθρώπου κατὰ μηδὲν σώματος οὐσίᾳ τὴν ἡμετέραν φύσιν διαλλάττοντος, ἀρχομένης τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐπιφανείς, τοιαῦτα ἔδρασέ τε καὶ πέπονθεν, οἷα ταῖς προφητείαις ἀκόλουθα ἦν, ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ θεὸν ἐπιδημήσειν τῷ βίῳ παραδόξων ἔργων ποιητήν, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι διδάσκαλον τῆς τοῦ Πατρὸς εὐσεβείας ἀναδειχθήσεσθαι, τό τε παράδοξον αὐτοῦ τῆς γενέσεως καὶ τὴν καινὴν διδασκαλίαν, καὶ τῶν ἔργων τὰ θαύματα, ἔπί τε τούτοις τοῦ θανάτου τὸν τρόπον, τήν τε ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ ἐπὶ πᾶσιν τὴν εἰς οὐρανοὺς ἔνθεον ἀποκατάστασιν αὐτοῦ προκηρυττούσαις. Τὴν γοῦν ἐπὶ τέλει βασιλείαν αὐτοῦ Δανιὴλ ὁ προφήτης θείῳ Πνεύματι συνορῶν, ὧδέ πη ἐθεοφορεῖτο, ἀνθρωπινώτερον τὴν θεοπτίαν ὑπογράφων· « Ἐθεώρουν γάρ, φησὶν, ἕως οὗ θρόνοι ἐτέθησαν, καὶ Παλαιὸς ἡμερῶν ἐκάθητο. Καὶ τὸ ἔνδυμα αὐτοῦ λευκὸν ὡσεὶ χιὼν, καὶ ἡ θρὶξ τῆς

A ab antiquis illis Hebræis originem ducens, divino cultui dedita esset; tanquam multitudini priorum adhuc institutorum labe corruptæ, per prophetam Moysen imagines et signa arcani cujusdam sabbati et circumcisionis, aliorumque spiritualium præceptorum institutiones, sed non ipsam sacrorum manifestam visionem illis tradidit. Tandem vero Hebræorum lege apud omnes divulgata, et instar suavissimi odoris per universas gentes late diffusa: cum ex illa pleræque nationes legumlatorum ac philosophorum opera mitiores jam sensus hausissent, et morum feritas atque immanitas in mansuetiorem cultum conversa esset, adeo ut profunda pax et amicitia mutuaque inter mortales commercia

10 intercederent; tunc demum reliquis etiam hominibus, cunctisque per orbem terrarum gentibus, utpote jam præparatis et ad notitiam Dei Patris percipiendam idoneis, ipse ille virtutum magister, et Patris sui in omnibus bonis minister, divinum et cœleste Dei Verbum, in hominis specie, nullatenus a corporum nostrorum natura diversi, simul cum ipso Romani imperii exordio apparens, ea fecit et pertulit, quæ prophetarum oraculis consentiebant: quibus hominem pariter ac Deum admirabilium operum effectorem in terras venturum esse, et Patris cultum ac religionem cunctis gentibus traditurum: insuitatam quoque ejus nascendi rationem, novam doctrinam, miracula, ad hæc mortis genus et resurrectionem, postremo divinum in cœlos reditum olim prædixerant. Regnum porro illius quod in fine sæculorum adventurum est, Daniel divino afflatus Spiritu cum videret, ad hominum captum sese accommodans, visionem Dei sic describit[9]: « Aspi-

[9] Cap. VII.

in mollitiem labi. Unde ἐκδεδιητημένος βίος est vita mollis ac soluta; translatione ab intemperantibus hominibus, qui nullam in cibo ac potu et in toto genere vivendi legem observant. Quæ vox frequenter occurrit in libris Dionis Cassii..

(43) *Νοητῶν θεωρημάτων.* Sic ex codice Regio et ex veteribus schedis edidit Rob. Stephanus. Sed in reliquis exemplaribus, Maz. scilicet, Med., Fuk. et Savil. scriptum inveni, μυστικῶν θεωρημάτων. Nicephorus vero pro his habet, θειοτέρων νοημάτων. Ex quo conjicere est Nicephorum vulgatam lectionem in suo codice reperisse; cumque eam minus probaret, ejus loco hanc quam diximus substituisse.

(44) *Ἡμερώτατα φρονήματα.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, ut ex versione eorum apparet; nam vocem φρονήματα retulerunt ad νομοθετῶν καὶ φιλοσόφων. Christophorsonus quidem vertit: *Cumque propter mansuetissimas legumlatorum et philosophorum tot ubique commentationes ac præcepta*, etc Musculus vero, *per placidissimos eorum qui ubique leges ferebant et philosophorum sensus*, etc. Atqui longe alia Eusebii mens est. Neque enim tantum tribuit legumlatoribus philosophisque gentilium, ut prisca illa mortalium feritas atque immanitas præceptis illorum atque institutis paulatim ad humaniorem cultum revocata sit; sed hujus rei causam confert in legem Mosaicam, quæ cum universo terrarum orbi innotuisset, omnium hominum mores tandem mansuefecit. Etenim legislatores ac philosophi gentilium, cum optima quæque præcepta ex illius legis fontibus hausissent, ea

posthæc auditorum suorum mentibus infuderunt: quibus exculti homines, ad evangelicæ legis notitiam accipiendam idonei tandem exstiterunt. Quippe lex Mosaica velut prævia ac præmuntia fuit Evangelii, Christique prædicationi viam stravit. Scribendum est igitur hoc loco: Τοῖς πλείοσι τῶν ἐθνῶν διὰ τῶν πανταχόσε νομοθετῶν τε καὶ φιλοσόφων ἡμέρωτο τὰ φρονήματα, ut diserte scriptum habent nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. Certe nisi ita scripseris, non cohærebit oratio. Quo enim referetur particula illa ὡς δὲ, quæ posita est initio periodi? Est et alia difficultas in hoc Eusebii loco, quidnam sibi velint hæc verba ἐξ αὐτῶν. Ait enim Eusebius, ἤδη τότε ἐξ αὐτῶν καὶ τοῖς πλείοσι, etc., ut supra. Quæ quidem verba non sine causa posita esse mihi videntur, ut ostendat Eusebius quidquid a legumlatoribus ac philosophis commode dictum est, id omne ab Hebræis eos esse mutuatos. Atque ita hunc locum accepit Rufinus, ut ex interpretatione ejus liquido apparet. Multa in hanc sententiam disserit Eusebius in libris *De præparatione*, ubi ostendit Græcorum philosophos ex Mosis libris pleraque suffuratos fuisse.

(45) *Ὁ τῶν ἀρετῶν διδάσκαλος.* Quatuor nostri codices, Maz. scilicet, Med., Fuk. et Savil., scriptum habent ἀῤῥήτων διδάσκαλος. In optimo tamen Maz. ad marginem, altera lectio ascripta est hoc modo: Γρ. ἀρετῶν. Paulo post ubi legitur τῶν ἔργων τὰ θαύματα, iidem codices præferunt θαυμάσια, et mox καὶ τὴν ἐπὶ πᾶσιν εἰς οὐρανοὺς ἔνθεον ἀποκατάστασιν

Digitized by Google

ciebam, inquit, donec throni positi sunt, et Antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus candidum sicut nix : et capilli capitis ejus sicut lana munda. Thronus ejus flamma ignis, rotæ ejus ignis flagrans. Flumen ignis manabat in conspectu ejus. Mille millia ministrabant ei : et decies millies dena millia assistebant ei. Judicium constituit, et libri aperti sunt. » Et paulo post : « Aspiciebam, inquit, et ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniens usque ad Antiquum dierum pervenit, et in conspectu ejus exhibitus est. Et datus est ei principatus et honos, et regnum; et omnes populi, tribus et linguæ ipsi servient. Potestas ejus, potestas æterna quæ non præteribit : et regnum ejus non corrumpetur. » Hæc vero manifestissime non ad alium quam ad Servatorem nostrum referri possunt, qui erat in principio apud Deum Deus Verbum, et qui propterea quod in novissimis temporibus homo factus est, Filius hominis dicitur. Sed cum prophetarum oracula de Domino nostro Jesu Christo edita in peculiaribus jam Commentariis collegerimus, et quæcunque de illo traduntur, firmissimis demonstrationibus alibi astruxerimus, his quæ dicta sunt, in præsentia erimus contenti.

A κεφαλῆς αὐτοῦ ὡσεὶ ἔριον καθαρόν. Ὁ θρόνος αὐτοῦ φλὸξ πυρός. Οἱ τροχοὶ αὐτοῦ πῦρ φλέγον. Ποταμὸς πυρὸς εἵλκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Χίλιαι χιλιάδες ἐλειτούργουν αὐτῷ (46), καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Κριτήριον ἐκάθισε καὶ βίβλοι ἠνεῴχθησαν. » Καὶ ἑξῆς· « Ἐθεώρουν, φησὶ, καὶ ἰδοὺ μετὰ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ ὡσεὶ Υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος, καὶ ἕως τοῦ Παλαιοῦ τῶν ἡμερῶν ἐφθασε, καὶ ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη (47)· καὶ αὐτῷ ἐδόθη ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ βασιλεία, καὶ πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, γλῶσσαι, αὐτῷ δουλεύσουσιν (48). Ἡ ἐξουσία αὐτοῦ, ἐξουσία αἰώνιος, ἥτις οὐ παρελεύσεται. Καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ οὐ διαφθαρήσεται. » Ταῦτα δὲ σαφῶς οὐκ ἐφ' ἕτερον, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἡμέτερον Σωτῆρα τὸν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, Θεὸν Λόγον ἀναφέροιτο ἄν, Υἱὸν B ἀνθρώπου διὰ τὴν ὑστάτην αὐτοῦ ἐνανθρώπησιν χρηματίζοντα. Ἀλλὰ γὰρ ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι (49) τὰς περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητικὰς ἐκλογὰς (50) συναγαγόντες, ἀποδεικτικώτερόν τε τὰ περὶ αὐτοῦ δηλούμενα ἐν ἑτέροις συστήσαντες, τοῖς εἰρημένοις ἐπὶ τοῦ παρόντος ἀρκεσθησόμεθα.

CAPUT III.

Quod ipsum Jesu Christique nomen olim notum fuerit, cultumque a divinis prophetis.

Ipsum vero Jesu Christique vocabulum apud veteres illos Deo dilectos prophetas in honore habitum fuisse, opportunum nunc tempus est ut osten-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὡς καὶ τὸ Ἰησοῦ ὄνομα, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ Χριστοῦ, ἔγνωστό τε ἀνέκαθεν καὶ ἐτετίμητο παρὰ τοῖς θεσπεσίοις προφήταις (Nic. *H. E.* 1, 4).

Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ τοὔνομα (51) τοῦ τε Ἰησοῦ καὶ δὴ καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ παρ' αὐτοῖς τοῖς πάλαι θεοφιλέσι προφήταις ἐτετίμητο, ἤδη καιρὸς ἀποδεικνύ-

(46) *Ἐλειτούργουν αὐτῷ.* Ex vetustissimo codice Mazarino post has voces addimus verba : Καὶ μύριαι μυριάδες παρειστήκεισαν ἔμπροσθεν αὐτοῦ. Eadem pericope habetur in codice Fuk. ac Savil. et in veteribus schedis, nisi quod scriptum habent παρειστήκεισαν αὐτῷ, prout legitur etiam apud Justinum et in editione Romana Danielis cap. VII, ubi vide Adnotationes Nobilii.

(47) *Ἐνώπιον αὐτοῦ προσηνέχθη.* In margine codicis Maz. scriptum est recentiore manu : Γρ. προσήχθη, ὃ καὶ κρεῖττον. Id est, *in quibusdam codicibus scribitur* προσήχθη, *idque rectius.* Certe in optimo illo codice Renati Marchalli, qui nunc est in bibliotheca Claromontani collegii, c. VII Danielis diserte scriptum est, καὶ προσήχθη αὐτῷ. Tamen inter η et χ superscriptum est eadem manu ve : prorsus ut appareat jamdudum variasse codices in eo Danielis loco; et alios quidem προσήχθη prætulisse, alios προσηνέχθη. Porro in vetustissimo illo codice R. Marchalli qui prophetas complectitur, Danielis libro hic præfixus est titulus : Κατὰ Θεοδοτίωνος, supple τὴν ἔκδοσιν.

(48) *Αὐτῷ δουλεύσουσιν.* Ita legitur etiam in editione Romana Danielis. Verum tres nostri codices, Med., Fuk. et Savilii diserte scriptum habent, δουλεύουσιν. Quam scripturam confirmat Rufinus, *et omnes populi, tribus, linguæ ipsi serviunt.* Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ, non ut vulgo, *et linguæ ipsi servient.*

(49) *Ἐν οἰκείοις ὑπομνήμασι.* Intelligit libros *De evangelica demonstratione*, ex quibus decem duntaxat ad nos pervenerunt. In vetustissimo codice Maz. scholiastes quidam notat hic intelligi libros *De præparatione et demonstratione evangelica* : Σημείωσαι ὅτι ὑπομνήματα τὴν *Εὐαγγελικὴν προπαρασκευὴν* αὐτοῦ καὶ *ἀπόδειξιν* καλεῖ, id est, *Nota quod commentarios vocat, libros suos « De præparatione ac demonstratione evangelica.* Cæterum hæc Eusebii *Ecclesiastica Historia* tanto nobis commendatior esse debet, quod post reliqua fere ejus opera exarata est, adeoque post libros *Chronologicorum canonum*, ut ipse Eusebius supra testatus est. At Blondellus in *Apologia* pro sententia B. Hieronymi de episcopis et presbyteris, cap. 19, libros *De evangelica demonstratione* ab Eusebio scriptos esse censet post *Ecclesiasticam Historiam.* Quippe Eusebius, inquit, in libro VI *De demonstratione*, cap. 13, *Historiam* suam citat. Sed Blondellum decepit Latina interpretatio, quæ sic habet : *Quod si quidquam nostra quoque historia valet, nostris ipsorum temporibus illam antiquitus celebratam Sion junctis bobus a Romanis viris arari, oculis nostris inspeximus.* Verum longe aliud sonant Græca Eusebii verba, quæ hic ponam : Εἰ γοῦν τι δύναται καὶ ἡμετέρα ἱστορία, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς τὴν πάλαι βωμένην Σιὼν ζεύγεσι βοῶν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀνδρῶν ἀρουμένην ὀφθαλμοῖς προειλήφαμεν. Id est : *Quod si nostrum quoque testimonium aliquid ponderis habet, Sionem illam quæ olim tantopere celebrata est, ætate nostra a Romanis arari, ipsis oculis nostris vidimus.* Vides Eusebium non de *Historia* sua loqui. Nam ἱστορία eo loco nihil aliud est quam testimonium oculorum.

(50) *Προφητικὰς ἐκλογάς.* Sic codices Maz., Med., Fuk. et Savil. scriptum habent, recte. Editi προφ. ἐκδόσεις. Sic autem vocat Eusebius locos excerptos de libris prophetarum, in quibus agitur de vocatione gentium et de adventu Christi. Certe in libris *Demonstrationis* nihil aliud agit Eusebius quam ut testimonia prophetarum ex eorum libris colligat. Quibus deinde uberiorem expositionem ac demonstrationem adjecturum se esse promittit. In proœmio libri secundi vocat τὰς ἐκ τῶν προφητικῶν φωνῶν μαρτυρίας.

(51) *Ὅτι δὲ καὶ αὐτὸ τοὔνομα.* In codice Mazar.

Digitized by Google

καὶ Σεπτὸν ὡς ἔνι μάλιστα καὶ ἔνδοξον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα πρῶτος αὐτὸς γνωρίσας Μωϋσῆς, τύπους οὐρανίων καὶ σύμβολα, μυστηριώδεις τε εἰκόνας ἀκολούθως χρησμῷ φήσαντι αὐτῷ· « Ὅρα, ποιήσεις πάντα κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει· » παραδιδοὺς, Ἀρχιερέα Θεοῦ, ὡς ἐνῆν μάλιστα δυνατὸν, ἄνθρωπον ἐπιφημίσας, τοῦτον Χριστὸν ἀναγορεύει. Καὶ ταύτῃ γε τῇ κατὰ τὴν ἀρχιερωσύνην ἀξίᾳ, πᾶσαν ὑπερβαλλούσῃ παρ' αὐτῷ τὴν ἐν ἀνθρώποις προεδρίαν, ἐπὶ τιμῇ καὶ δόξῃ τὸ τοῦ Χριστοῦ περιτίθησιν ὄνομα. Οὕτως ἄρα τὸν Χριστὸν θεῖόν τι χρῆμα ἠπίστατο. Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ προσηγορίαν εὖ μάλα Πνεύματι θείῳ προϊδὼν, πάλιν τινὸς ἐξαιρέτου προνομίας καὶ ταύτην ἀξιοῖ. Οὔποτε γοῦν πρότερον ἐκφωνηθὲν εἰς ἀνθρώπους, πρινὴ Μωϋσέα γνωσθῆναι (52), τὸ τοῦ Ἰησοῦ πρόσρημα, τούτῳ Μωϋσῆς πρώτῳ καὶ μόνῳ περιτίθησιν, ὃν κατὰ τύπον αὖθις καὶ σύμβολον ἔγνω μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν διαδεξόμενον τὴν κατὰ πάντων ἀρχήν. Οὐ πρότερον γοῦν τὸν αὐτοῦ διάδοχον τῇ τοῦ Ἰησοῦ κεχρημένον προσηγορίᾳ, ὀνόματι δὲ ἑτέρῳ τῷ Αὐσῇ (53), ὅπερ οἱ γεννήσαντες αὐτῷ τέθεινται, καλούμενον, Ἰησοῦν αὐτὸς ἀναγορεύει, γέρας ὥσπερ τίμιον παντὸς πολὺ μεῖζον βασιλικοῦ διαδήματος, τοῦνομα αὐτῷ δωρούμενος, ὅτι δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν εἰκόνα ἔφερε, τοῦ μόνου μετὰ Μωϋσέα καὶ τὸ συμπέρασμα τῆς ἐκείνῳ παραδοθείσης (54) συμβολικῆς λατρείας, τῆς ἀληθοῦς καὶ καθαρωτάτης εὐσέβειας τὴν ἀρχὴν διαδεξαμένου. Καὶ Μωσῆς μὲν ταύτῃ πη δυσὶ τοῖς κατ' αὐτὸν ἀρετῇ καὶ δόξῃ παρὰ πάντα τὸν λαὸν προφέρουσιν ἀνθρώποις, τῷ μὲν ἀρχιερεῖ, τῷ δὲ μετ' αὐτὸν ἡγησομένῳ, τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσηγορίαν ἐπὶ τιμῇ τῇ μεγίστῃ περιτίθεται. Σαφῶς δὲ καὶ οἱ μετὰ ταῦτα προφῆται, ὀνομαστὶ τὸν Χριστὸν προανεφώνουν (55), ὁμοῦ τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι κατ' αὐτοῦ συσκευὴν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ, ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν τῶν ἐθνῶν δι' αὐτοῦ κλῆσιν προμαρτυρόμενοι. Τοτὲ μὲν ὧδέ πως Ἱερεμίας λέγων· « Πνεῦμα πρὸ προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος, συνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν· οὗ εἴπαμεν ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζη-

damus. Primus ipse Moyses cum nomen Christi augustum in primis et gloriosum esse cognovisset, signa rerum cœlestium et mysticas imagines tradens ex præcepto illius oraculi [10] : « Facies omnia juxta figuram quæ tibi in monte monstrata est ; » hominem quem ipse, quantum mortali fas erat, summum Dei Sacerdotem nuncupaverat, Christum vocavit. Atque hoc modo summi sacerdotii dignitati, quæ ipsius quidem judicio omnem inter homines honoris prærogativam superabat, honoris et gloriæ causa Christi nomen imposuit. Adeo in Christo divinum quid subesse intelligebat. Idem cum divino afflatus Spiritu nomen Jesu optime prævidisset, eximio quodam privilegio rursus illud ornavit. Hoc enim vocabulum quod ante ipsius ætatem nunquam inter homines prolatum fuerat, primo solique indidit ei, quem juxta figuram et significationem arcanam illius nominis, post suum e vita discessum totius imperii successorem futurum esse prænoverat. Quem quidem, cum antea non Jesus, sed Ause indito a parentibus nomine vocaretur; Moyses Jesum nominavit : hoc vocabulum velut præcipuum honoris insigne, omni regio diademate præstantius ei tribuens, eo quod Servatoris nostri imaginem exhiberet, qui post Mosem, et post complementum religionis ab eodem in figuris traditæ, solus in veræ et sinceræ pietatis imperium erat successurus. Et Moyses quidem hoc modo duobus viris qui illa ætate præ cæteris omnibus virtute et gloria florebant, alteri sacerdoti, alteri duci post exitum suum futuro, Servatoris nostri Jesu Christi nomen, maximi honoris instar, imposuit. Sed et secuti deinceps prophetæ disertissime et nominatim Christum prænuntiaverunt, simul et Judæorum adversus ipsum insidias, et gentium per illum vocationem multo ante testantes. Jeremias quidem cum sic ait : « Spiritus ante vultum nostrum Christus Dominus comprehensus est in corruptionibus nostris. De quo diximus : In umbra ejus vivemus in gentibus [11]. » David vero stupore defixus de eodem hæc dicit [12] : « Quare fremuerunt gentes et populi

[10] Exod. xxv. [11] Thren. iv. [12] Psal. i.

et Fuk. nulla hic fit novi capitis distinctio. Nam caput 3 multo ante incipiunt, ut supra notavi. Codex autem Medicæus ab his verbis inchoat cap. 4. Sed nihil certius est quam id quod supra monui, ab his verbis inchoandum esse caput 3; idque vel titulus ipse demonstrat.

(52) *Πρινὴ Μωϋσέα γνωσθῆναι.* In codice Med. ac Savil. et in veteribus schedis bibliothecæ Regiæ scriptum est γνωρισθῆναι. At Musculus verbum γνωσθῆναι in activa significatione accepit pro ἐγνωκέναι, quod omnino ferri non potest. Porro nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent πρὶν ἢ duobus verbis.

(53) *Ὀνόματι δὲ ἑτέρῳ τῷ Αὐσῇ.* In vetustissimo codice Maz. hoc scholium appositum est ad marginem: Σημείωσαι ὅτι ὁ τοῦ Ναυῆ Ἰησοῦς πρότερον Αὐσῆς ἐκαλεῖτο. Id est, *Nota quod Jesus filius Nave prius Auses vocabatur.* Sed Hieronymus *in caput* 1 *Osee* notat hunc esse errorem omnium codicum tam Græcorum quam Latinorum, qui *Ause* scriptum habent pro *Osee*. *Osee*, inquit, *in lingua nostra* Salvatorem *sonat; quod nomen habuit etiam Josue filius Nun, antequam ei a Deo vocabulum mutaretur. Non enim, ut male in Græcis codicibus legitur et Latinis*, Ause *dictus est, quod nihil omnino intelligitur : sed* Osee, *id est* Salvator. Pseudo-Clemens in libro 1 *Recognitionum : Igitur Moyses*, inquit, *his administratis Ausem quemdam nomine præponens populo, qui eos revocaret ad patriam terram.* Sic et Lactantius, lib. iv, cap. 17.

(54) *Τῆς ἐκείνῳ παραδοθείσης.* Nicephorus habet τῆς δι' ἐκείνου, quo modo etiam in quibusdam libris se reperisse testatur Stephanus. Sic certe præferunt codex Med. et Maz. cum Fuk. et Saviliano. Parum tamen interest utro modo legamus, cum idem sit dicere, legem datam esse Moysi, et datam esse per Moysem.

(55) *Τὸν Χριστὸν προανεφώνουν.* Ita legitur in codice Regio et in veteribus schedis. Verum Maz. codex cum Med. et Fuk. scriptum habet προαναφωνοῦσιν, quod magis probo. Sic paulo infra iidem codices habent Δαυὶδ εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἀναφωνεῖ.

Digitized by Google

meditati sunt inania ? Astiterunt reges terræ et principes convenerunt in unum, adversus Dominum et adversus Christum ejus. » Quibus hæc deinde subjungit ex persona Christi : « Dominus dixit ad me : Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ. » Neque vero soli summi sacerdotes, utpote qui oleo ad id præparato arcani cujusdam mysterii causa ungerentur, Christi nomine ornabantur apud Hebræos ; verum etiam reges, quos prophetæ divino incitati Spiritu cum unxissent, typicos quosdam et adumbratos Christos effecerunt : siquidem et ipsi regiæ illius potestatis ac dominationis Dei Verbi, qui solus verusque Christus est, imaginem in semetipsis gerebant. Quin etiam ex prophetis nonnullos sacro oleo delibutos, typice Christos fuisse accepimus. Adeo ut omnes hi ad verum Christum, divinum ac cœleste Verbum referantur ; quippe qui solus omnium gentium pontifex, solus rex ac Dominus omnis creaturæ, solus denique inter prophetas summus propheta Patris exsistat. Hujus autem rei argumentum illud est, quod ex omnibus qui apud veteres oleo sacro typice consecrabantur, sive ex sacerdotibus, sive ex regibus, sive ex prophetis, nemo adhuc tantam divinæ virtutis potentiam sortitus est, quantam Servator ac Dominus noster Jesus, qui solus verusque Christus est, ostendit. Nullus certe eorum quantumvis dignitate et honore apud suos per continuam antiquissimæ stirpis seriem nobilitatus, ex ea Christi quam gerebat typica appellatione subditos sibi Christianos cognominavit. Sed ne cultum quidem ullum a subjectis quisquam illorum est consecutus : nec vero in ullum ex iisdem qui fato jam functus fuisset, tanta unquam propensio exstitit animorum, ut homines illius gratia mortem oppetere parati essent. Ac ne ex omnibus quidem illis quos dixi ullus unquam fuit, cujus causa ab universis quæ orbem terrarum incolunt gentibus tantus ubique motus sit excitatus. Neque enim figuræ vis tantum in illis poterat operari, quantum veritas ipsa per Servatorem nostrum exhibita. Qui cum nec insignia summi sacerdotii ab ullo accepisset, ac ne sacerdotali quidem genere secundum carnem esset oriundus ; nec hominum satellitio ad regnum esset evectus, nec propheta veterum prophetarum ritu factus fuisset ; cum nullam omnino dignitatem aut prærogativam apud Judæos obtineret : nihilominus omnibus non quidem

A σόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσι· » τοτὲ δὲ ἀμηχανῶν Δαυὶδ, διὰ τούτων· « Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά· παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ, κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ ; » Οἷς ἐξῆς ἐπιλέγει ἐξ αὐτοῦ δὴ προσώπου τοῦ Χριστοῦ· « Κύριος εἶπε πρὸς μὲ, Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Οὐ μόνους δὲ ἄρα τοὺς ἀρχιερωσύνῃ τετιμημένους ἐλαίῳ σκευαστῷ τοῦ συμβόλου χριομένους ἕνεκα, τὸ τοῦ Χριστοῦ κατεκόσμει παρ' Ἑβραίοις ὄνομα, ἀλλὰ καὶ τοὺς βασιλέας, οὓς καὶ αὐτοὺς νεύματι θείῳ προφῆται χρίοντες, εἰκονικούς τινας χριστοὺς ἀπειργάζοντο. Ὅτι δὴ καὶ αὐτοὶ, τῆς τοῦ μόνου καὶ ἀληθοῦς Χριστοῦ τοῦ κατὰ πάντων βασιλεύοντος θείου Λόγου βασιλικῆς καὶ ἀρχικῆς ἐξουσίας τοὺς τύπους δι' ἑαυτῶν ἔφερον. Ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν τῶν προφητῶν τινας διὰ χρίσματος χριστοὺς ἐν τύπῳ γεγονέναι παρειλήφαμεν· ὡς τούτους ἅπαντας τὴν ἐπὶ τὸν ἀληθῆ Χριστὸν, τὸν ἔνθεον καὶ οὐράνιον Λόγον, ἀναφορὰν ἔχειν· μόνον ἀρχιερέα τῶν ὅλων καὶ μόνον ἁπάσης τῆς κτίσεως βασιλέα, καὶ μόνον προφητῶν ἀρχιπροφήτην (56) τοῦ Πατρὸς τυγχάνοντα. Τούτου δ' ἀπόδειξις, τὸ μηδένα πω τῶν πάλαι διὰ τοῦ συμβόλου κεχρισμένων, μήτε ἱερέων μήτε βασιλέων, μήτε μὴν προφητῶν, τοσαύτην ἀρετῆς ἐνθέου δύναμιν κτήσασθαι, ὅσην ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ μόνος καὶ ἀληθινὸς Χριστὸς ἐπιδέδεικται.

B

Οὐδείς γέ τοι ἐκείνων καίπερ ἀξιώματι καὶ τιμῇ ἐπὶ πλείσταις ὅσαις γενεαῖς παρὰ τοῖς οἰκείοις διαλαμψάντων, τοὺς ὑπηκόους πώποτε ἐκ τῆς περὶ αὐτοὺς εἰκονικῆς τοῦ Χριστοῦ προσρήσεως (57) Χριστιανοὺς ἐπεφήμισεν· ἀλλ' οὐδὲ σεβάσμιός τινι τούτων πρὸς τῶν ὑπηκόων ὑπῆρξε τιμή· ἀλλ' οὐδὲ μετὰ τὴν τελευτὴν τοσαύτη διάθεσις, ὥστε καὶ ὑπεραποθνήσκειν ἑτοίμως ἔχειν τοῦ τιμωμένου. Ἀλλ' οὐδὲ πάντων τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἐθνῶν περί τινα τῶν τότε τοσαύτη γέγονε κίνησις (58), ἐπεὶ μηδὲ τοσοῦτον ἐν ἐκείνοις ἡ τοῦ συμβόλου δύναμις οἵα τε ἦν ἐνεργεῖν, ὅσον ἡ τῆς ἀληθείας παράστασις διὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνδεικνυμένη· ὃς οὔτε σύμβολα καὶ τύπους ἀρχιερωσύνης παρά του λαβὼν, ἀλλ' οὐδὲ γένος τὸ περὶ σῶμα ἐξ ἱερωμένων κατάγων, οὐδ' ἀνδρῶν δορυφορίαις ἐπὶ βασιλείαν προαχθείς, οὐδὲ μὴν προφήτης ὁμοίως τοῖς πάλαι γενόμενος, οὐδ' ἀξίας ὅλως ἤ τινος παρὰ Ἰουδαίοις τυχὼν προεδρίας, ὅμως τοῖς πᾶσιν εἰ καὶ μὴ τοῖς συμβόλοις, ἀλλ' αὐτῇ γε τῇ ἀληθείᾳ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκεκόσμητο (59). Οὐχ ὁμοίων δ' οὖν οἷς προ-

C

D

(56) *Μόνον προφητῶν ἀρχιπροφήτην.* Vox προφητῶν delenda mihi videtur, utpote otiosa ac superflua.

(57) *Ἐκ τῆς περὶ αὐτοῦ εἰκονικῆς τοῦ Χριστοῦ προσρήσεως* (edidit Stephanus). In codice Medicæo emendatur περὶ αὐτοὺς, quo modo etiam in veteribus schedis diserte scriptum inveni. Certe aut περὶ αὐτούς scribendum est aut περὶ αὐτόν, etc. : præcessit enim οὐδείς γέ τοι ἐκείνων.

(58) *Τοσαύτη γέγονε κίνησις.* Male Christophorsonus *persecutionis tumultum* interpretatur. Κίνησις hoc loco verbum est medium, quod tam in bonam quam in malam partem sumi potest, ac tam de benevolis et amicis quam de hostibus ac persecutoribus debet intelligi. Itaque Eusebius dixit κίνησιν περί τινα, non autem κατά τινος. Vult enim dicere nunquam ullius hominis causa talem tantumque motum omnium gentium exstitisse, quantus Servatoris nostri causa exstitit ; aliis religionem ejus amplectentibus, aliis impugnantibus. Eleganter, meo quidem judicio, Nicephorus hunc motum σεισμὸν τῆς οἰκουμένης appellat.

(59) *Παρὰ τοῦ πνεύματος ἐκεκόσμητο.* Omnes nostri codices, Regius scilicet, Maz. ac Med., cum

Digitized by Google

εἰρήκαμεν τυχών, πάντων ἐκείνων καὶ Χριστὸς μᾶλλον ἀνηγόρευται. Καὶ ὡς ἂν μόνος καὶ ἀληθὴς αὐτὸς ὢν ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ, Χριστιανῶν τὸν πάντα κόσμον τῆς ὄντως σεμνῆς αὐτοῦ καὶ ἱερᾶς προσηγορίας κατέπλησεν, οὐκέτι τύπους οὐδὲ εἰκόνας, ἀλλ' αὐτὰς γυμνὰς ἀρετὰς καὶ βίον οὐράνιον αὐτοῖς ἀληθείας δόγμασι τοῖς θειοτάταις παραδούς. Τό τε χρῖσμα, οὐ τὸ διὰ σωμάτων σκευαστὸν (60), ἀλλ' αὐτῷ δὴ Πνεύματι θείῳ τὸ θεοπρεπὲς, μετσχῆ τῆς ἀγεννήτου καὶ πατρικῆς θεότητος ἀπειλήφει. Ὅ καὶ αὐτὸ πάλιν Ἡσαΐας διδάσκει, ὡς ἂν ἐξ αὐτοῦ ὧδέ πως ἀναβοῶν τοῦ Χριστοῦ· « Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμὲ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, [ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν] (61), κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν. » Καὶ οὐ μόνον γε Ἡσαΐας, ἀλλὰ καὶ Δαβὶδ εἰς τὸ αὐτοῦ πρόσωπον ἀναφωνεῖ, λέγων· « Ὁ θρόνος σου, Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. Ἠγάπησας δικαιοσύνην καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν. Διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Ἐν οἷς ὁ λόγος ἐν μὲν τῷ πρώτῳ στίχῳ, Θεὸν αὐτὸν ἐπιφημίζει· ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ σκήπτρῳ βασιλικῷ τιμᾷ. Εἶθ' ἑξῆς ὑποβὰς μετὰ τὴν ἔνθεον καὶ βασιλικὴν δύναμιν, τρίτῃ τάξει Χριστὸν αὐτὸν γεγονέναι ἐλαίῳ, οὐ τῷ ἐξ ὕλης σωμάτων, ἀλλὰ τῷ ἐνθέῳ τῆς ἀγαλλιάσεως ἠλειμμένον παρίστησι. Παρὸ καὶ τὸ ἐξαίρετον αὐτοῦ καὶ πολὺ κρεῖττον καὶ διάφορον τῶν πάλαι διὰ τῶν εἰκόνων σωματικώτερον κεχρισμένων ὑποσημαίνει. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ ὁ αὐτὸς ὧδέ πως τὰ περὶ αὐτοῦ δηλοῖ λέγων· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου· » καὶ, « Ἐκ γαστρὸς πρὸ Ἑωσφόρου ἐγέννησά σε. Ὤμοσε Κύριος, καὶ οὐ μεταμεληθήσεται· σὺ εἶ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. » Οὗτος δὲ εἰσάγεται ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ὁ Μελχεσεδὲκ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ τοῦ ὑψίστου, οὐκ ἐν σκευαστῷ τινι χρίσματι ἀναδεδειγμένος, ἀλλ' ὠδὲ διαδοχῇ γένους προσήκων τῇ καθ' Ἑβραίους ἱερωσύνῃ. Διὸ κατὰ τὴν αὐτοῦ τάξιν, ἀλλ' οὐ κατὰ τὴν τῶν ἄλλων σύμβολα καὶ τύπους ἀνειληφότων, Χριστὸς καὶ ἱερεὺς (62) μεθ' ὅρκου παραλήψεως ὁ Σωτὴρ ἡμῶν ἀνηγόρευται. Ὅθεν οὐδὲ σωματικῶς παρὰ Ἰουδαίοις χρισθέντα αὐτὸν ἡ ἱστορία παραδίδωσιν, ἀλλ' οὐδ' ἐκ φυλῆς τῶν ἱερωμένων γενόμενον,

A signis ac typis, sed veritatis insulis a Patre exornatus est. Ac tametsi non eodem modo quo illi de quibus supra dixi, omnes hos titulos consecutus sit, tamen et ipse magis quam illi Christus cognominatus est : et utpote solus verusque Dei Christus universum terrarum orbem augusto et sacrosancto Christianorum nomine replevit, non amplius figuras aut imagines, sed virtutes nudas vitamque cœlestem simul cum ipsa veritatis doctrina tradens initiatis. Cæterum unguentum non illud ex diversis speciebus compositum, sed divinum ingenitæ ac paternæ divinitatis participatione una cum divino Spiritu accepit. Quod quidem docet etiam Isaias, tanquam ex ipsius Christi persona sic loquens [12] : « Spiritus Domini super me eo quod unxerit me : B ad Evangelium nuntiandum pauperibus misit me, ut mederer contritis corde, ut prædicarem captivis liberationem, et cæcis recuperationem visus. » Neque vero solum Isaias, sed etiam David illum ipsum alloquens, ita dicit : « Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi. Virga directionis, virga regni tui. Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem; propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis [14]. » Quibus verbis sermo divinus in primo quidem versu Deum illum nominat; in altero vero sceptrum regale eidem attribuit; ac paulatim descendens, post divinam ac regiam potestatem, tertio demum loco Christum illum, non materiali quidem sed divino lætitiæ oleo delibutum esse declarat. In quo etiam præstantiam illius indicat, quantumque C iis omnibus antecellat qui corpore tenus typice ungebantur. Idem alibi de illo sic loquitur : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum 14 tuorum [15]. » Et mox : « Ex utero ante Luciferum genui te. Juravit Dominus, et non pœnitebit eum. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. » Hic porro Melchisedech in sacris libris inducitur sacerdos Dei altissimi, sed non ejusmodi qui confecti alicujus olei unctione consecratus, nec qui generis successione apud Hebræos sacerdotium sit adeptus. Idcirco secundum illius ordinem, non autem secundum ordinem aliorum, qui figuras duntaxat et signa susceperant, Servator noster cum jurisjurandi adjectione Christus et sacerdos renun-

[12] Cap. LXI. [14] Psal. XLIV. [15] Psal. CIX.

Fuk. ac Savil. scriptum habent παρὰ τοῦ Πατρὸς κεκόσμητο, rectius. Certe Nicephorus, qui Eusebium ubique solet exscribere, hoc loco habet πατρόθεν. Et verbum quod proxime sequitur κεκόσμητο, ita scribendum esse convincit. Neque enim Filius Dei a Spiritu sancto ornatur, sed a Patre. In veteribus schedis scriptum inveni πν̃ς. Atque ita ad marginem Medicæi codicis emendatum est eadem manu.

(60) *Οὐ τὸ διὰ σωμάτων σκευαστόν.* Codd. Fuk. et Savil. scriptum habent δι' ἀρωμάτων. Sed nihil opus est hac emendatione. Sequitur enim paulo post ἐλαίῳ οὐ τῷ ἐξ ὕλης σωμάτων.

(61) *Ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν.* Tota hæc pericope abest a nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk. Deest etiam in veteribus schedis. Sed neque Rufinus eam agnoscit, ut ex ver-

D sione ejus apparet. Habetur tamen in codice Regio, et in cunctis editionibus Isaiæ cap. LXI. Videtur tamen ab Eusebio prætermissa hic esse, vel per imprudentiam, dum Isaiæ verba memoriter recitat : vel de industria, eo quod hæc verba parum ad institutum ipsius facere videbantur. Sic supra notavimus integram pericopem ex Evangelio Joannis ab eo omissam fuisse. Certe Origenes in tomo I *Commentariorum in Joannem*, ubi locum Isaiæ citat, hanc quoque pericopem non agnoscit, nec Petrus Alexandrinus in sermone *De pœnitentia*, canone 2; nec Basilius Seleucensis in oratione 58.

(62) *Χριστὸς καὶ ἱερεύς.* Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent Χριστὸς καὶ ἀρχιερεύς, quam lectionem etiam in margine Regii codicis ascriptam inveni.

Digitized by Google

tiatus est. Unde etiam Scriptura non illum apud Judæos corporaliter unctum fuisse commemorat, neque ex tribu sacerdotum oriundum, sed ex Deo ipso ante Luciferum, id est ante fabricam mundi editum esse, et immortale nullique obnoxium senio sacerdotium in perpetuum obtinere. Cæterum incorporeæ ac divinæ quæ in illo est potestatis illud maximum et evidentissimum indicium sit, quod solus ipse ex omnibus ad hanc usque ætatem ab universis qui orbem terrarum incolunt hominibus Christus cognominatur, et communi omnium consensu ac testimonio prædicatur, eoque vocabulo tum a Græcis, tum a barbaris ubique celebratur : quodque ab omnibus qui sacris ipsius initiati per orbem degunt, honore quidem ut rex, admiratione supra prophetam, gloria vero ut verus solusque Dei pontifex hactenus afficitur; quod denique utpote Dei Sermo qui ante ævum omne substiterit, et qui augustum decus a Patre acceperit, adoratur perinde ut Deus. Sed illud præ omnibus singulari admiratione dignum est, quod nos qui illius numini devoti sumus, non voce solum ac verborum sono, sed omni mentis affectu eum colimus, adeo ut illius confessionem vitæ nostræ libentissime anteponamus.

A ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸ Ἑωσφόρου μὲν, τουτέστι πρὸ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως οὐσιωμένον, ἀθάνατον δὲ καὶ ἀγήρω τὴν ἱερωσύνην εἰς τὸν ἄπειρον αἰῶνα διακατέχοντα. Τῆς δ' εἰς αὐτὸν γενομένης ἀσωμάτου καὶ ἐνθέου χρίσεως (63) μέγα καὶ ἐναργὲς τεκμήριον, τὸ μόνον αὐτὸν ἐξ ἁπάντων τῶν πώποτε εἰσέτι καὶ νῦν πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις καθ' ὅλου τοῦ κόσμου Χριστὸν ἐπιφημίζεσθαι, ὁμολογεῖσθαί τε καὶ μαρτυρεῖσθαι πρὸς ἁπάντων ἐπὶ τῇ προσηγορίᾳ, παρά τε Ἕλλησι καὶ βαρβάροις μνημονεύεσθαι, καὶ εἰσετι καὶ νῦν παρὰ τοῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην αὐτοῦ θιασώταις τιμᾶσθαι μὲν ὡς βασιλέα, θαυμάζεσθαι δὲ ὑπὲρ προφήτην, δοξάζεσθαί τε ὡς ἀληθῆ καὶ μόνον Θεοῦ ἀρχιερέα· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις, οἷα Θεοῦ Λόγον προόντα καὶ πρὸ αἰώνων ἁπάντων οὐσιωμένον, τήν τε B σεβάσμιον (64) τιμὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὑπειληφότα, καὶ προσκυνεῖσθαι ὡς ἂν Θεόν. Τόγε μὴν ἁπάντων παραδοξότατον, ὅτι μὴ φωναῖς αὐτὸ μόνον καὶ ῥημάτων ψόφοις αὐτὸν γεραίρομεν οἱ καθωσιωμένοι αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ πάσῃ διαθέσει ψυχῆς, ὡς καὶ αὐτῆς προτιμᾶν τῆς ἑαυτῶν ζωῆς τὴν εἰς αὐτὸν μαρτυρίαν.

CAPUT IV.

Quod religio cunctis gentibus ab eodem prædicata nec nova sit nec peregrina.

Hæc igitur ante rerum gestarum narrationem a me necessario præmissa sint, ne quis Servatorem ac Dominum nostrum Jesum Christum ob recentem temporum memoriam quibus inter homines versatus est in carne, novellum **15** esse existimet. Jam vero ne quis doctrinam ejus novam atque peregrinam, utpote a novello quodam, nihilque a reliquis hominibus discrepante compositam suspicetur, pauca etiam de ista dicamus. Cum Servatoris nostri Christi præsentia cunctis hominibus recens illuxisset, gens, ut fatendum est, nova, non exigua tamen illa nec infirma neque in abdito terrarum angulo sita, sed

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὡς οὐ νεώτερος, οὐδὲ ξενίζων ἦν ὁ τρόπος τῆς πρὸς αὐτοῦ καταγγελθείσης πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν εὐσεβείας (Nic. *Il. E.* 1, 5).

Ταῦτα μὲν οὖν (65) ἀναγκαίως πρὸ τῆς ἱστορίας ἐνταῦθά μοι κείσθω, ὡς ἂν μὴ νεώτερόν τις εἶναι C νομίσειε τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, διὰ τοὺς τῆς ἐνσάρκου πολιτείας αὐτοῦ χρόνους. Ἵνα δὲ μηδὲ τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ νέαν εἶναι καὶ ξένην, ὡς ἂν ὑπὸ νέου καὶ μηδὲν τῶν λοιπῶν διαφέροντος ἀνθρώπων συστᾶσαν ὑπονοήσειέ τις, φέρε βραχέα καὶ περὶ τούτου διαλάβωμεν. Ἄρτι μὲν ὁμολογουμένως τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας νεωστὶ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιλαμψάσης, νέον ὁμολογουμένως ἔθνος οὐ μικρὸν οὐδ' ἐπὶ γωνίας πη γῆς (66) ἱδρυμένον, ἀλλὰ καὶ πάντων

confessionem vitæ nostræ libentissime anteponamus.

(63) Vulg. *γιγομένης ἀσωμάτου καὶ ἐνθέου δυνάμεως*. In codd. Fuk. et Savil. legitur ἐνθέου *χρίσεως*. Quam scripturam magis probo. Vulgatam lectionem habet codex Maz., sed in margine ascripta est altera lectio hoc modo : Γρ. χρίσεως. Porro scribendum est hoc loco γενομένης, ut præferunt nostri codices Maz., Med., Fuk. et veteres schedæ.

(64) *Τήν τε σεβάσμιον*. In codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. deest particula conjunctiva, totusque locus ita scribitur : Οἷα Θεοῦ λόγον προόντα καὶ πρὸ αἰώνων ἁπάντων οὐσιωμένον, τὴν σεβάσμιον τιμὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὑπειληφότα, καὶ προσκυνεῖσθαι ὡς ἂν Θεόν. Nec aliter citat Joannes Zonaras in *Vita Constantini*, ubi hunc Eusebii locum adducit, quo probet Ariani dogmatis sectatorem illum fuisse. Ego vero non video quid in his verbis reprehendere potuerit Zonaras. An quod Eusebius dicit Christum adorari ut Deum? Atqui hoc dici potest etiam de vero Deo. Nam ut cum supra in hac periodo dixit Eusebius, Christum glorificari ut pontificem, δοξάζεσθαι ὡς ἂν *ἀρχιερέα* (sic enim habent nostri codices Maz., Med. ac Fuk.), id non prohibet, quominus Christus verus esse pontifex intelligatur. Ita cum dicit Christum adorari ut Deum, non ideo negat Christum vere Deum esse perinde ac Patrem. An forte Zonaras hæc Eusebii verba notare voluit τὴν σεβάσμιον τιμὴν παρὰ τοῦ Πατρὸς ὑπειληφότα. Idem supra in capite 2 longe apertius dixit Eusebius τὸ κῦρος ὁμοῦ καὶ τὸ κράτος αὐτῇ θεότητι καὶ δυνάμει καὶ τιμῇ περὶ τοῦ Πατρὸς ὑποδεδεγμένον. In his tamen verbis nihil est quod merito possis reprehendere, modo Christum ab æterno hæc omnia accepisse intelligas. Ariani quidem Christum, honorem, potentiam ac divinitatem a Patre accepisse aiebant; sed, non ab æterno, nec divinitatem in Filio ἰδιόκτητον esse affirmabant, sed ex Patris nutu ac voluntate pendentem. Vide Eusebium in lib. v *Demonstrationis*, pag. 227; Athanasium in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*.

(65) *Ταῦτα μὲν οὖν*. Ab his verbis caput 4 inchoant codd. Maz. et Fuk., quibus subscripsit codex Regius cum veteribus schedis.

(66) *Οὐδὲ ἐπὶ γωνίας πη γῆς*. In vetustissimo codice Maz. et in Savil. scribitur ποι γῆς.

Digitized by Google

ἐθνῶν πολυανθρωπότατόν τε καὶ θεοσεβέστατον, ταύτῃ τε ἀνώλεθρον καὶ ἀήττητον, ᾗ καὶ ἐσαεὶ τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας τυγχάνει, χρόνων προθεσμίαις ἀῤῥήτοις ἀθρόως οὕτως ἀναπέφηνε, τὸ παρὰ τοῖς πᾶσι τῇ τοῦ Χριστοῦ προσηγορίᾳ τετιμημένον. Τοῦτο καὶ προφητῶν κατεπλάγη τις θείου Πνεύματος ὀφθαλμῷ τὸ μέλλον ἔσεσθαι προθεωρήσας, ὡς καὶ τάδε ἀναφθέγξασθαι· « Τίς ἤκουσε τοιαῦτα; καὶ τίς ἐλάλησεν οὕτως (67); εἰ ὠδίνε γῆ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ, καὶ εἰ ἐτέχθη ἔθνος εἰσάπαξ; » Ὑποσημαίνει δέ πως καὶ τὴν μέλλουσαν ὁ αὐτὸς προσηγορίαν, λέγων· « Τοῖς δὲ δουλεύουσί μοι κληθήσεται ὄνομα καινὸν, ὃ εὐλογηθήσεται ἐπὶ τῆς γῆς. » Ἀλλ' εἰ καὶ νέοι σαφῶς ἡμεῖς, καὶ τοῦτο καινὸν ὄντως ὄνομα τὸ Χριστιανῶν ἀρτίως παρὰ πᾶσιν ἔθνεσι γνωρίζεται, ὁ βίος δ' οὖν ὅμως καὶ τῆς ἀγωγῆς ὁ τρόπος, αὐτοῖς εὐσεβείας δόγμασιν, ὅτι μὴ ξέναγχος ὑφ' ἡμῶν ἐπιπέπλασται, ἐκ πρώτης δὲ ὡς εἰπεῖν ἀνθρωπογονίας φυσικαῖς ἐννοίαις τῶν πάλαι θεοφιλῶν ἀνδρῶν κατωρθοῦτο, ὧδέ πως ἐπιδείξομεν. Οὐ νέον, ἀλλὰ καὶ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀρχαιότητι τετιμημένον ἔθνος, τοῖς πᾶσι καὶ αὐτὸ γνώριμον, τὸ Ἑβραίων τυγχάνει. Λόγοι δὴ παρὰ τούτῳ καὶ γράμματα παλαιοὺς ἄνδρας περιέχουσι, σπανίους μὲν καὶ ἀριθμῷ βραχεῖς, ἀλλ' ὅμως εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ πάσῃ τῇ λοιπῇ διενεγκόντας ἀρετῇ. Πρὸ μέν γε τοῦ κατακλυσμοῦ, διαφόρους· μετὰ δὲ καὶ τοῦτον, ἑτέρους τῶν τε τοῦ Νῶε παίδων καὶ ἀπογόνων, ἀτὰρ καὶ τὸν Ἀβραὰμ (68), ὃν ἀρχηγὸν καὶ προπάτορα σφῶν αὐτῶν παῖδες Ἑβραίων αὐχοῦσι. Πάντας δ' ἐκείνους δικαιοσύνῃ μεμαρτυρημένους, ἐξ αὐτοῦ τοῦ Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸν πρῶτον ἀνιοῦσιν ἄνθρωπον, ἔργῳ Χριστιανοὺς εἰ καὶ μὴ ὀνόματι προσειπών τις, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας. Ὁ γάρ τοι δηλοῦν ἐθέλει τοὔνομα τὸ Χριστιανοῦ (69), ἄνδρα διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ γνώσεως καὶ διδασκαλίας, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, καρτερίᾳ τε βίου καὶ ἀρετῆς ἀνδρίᾳ, εὐσεβείας τε ὁμολογίᾳ ἑνὸς καὶ μόνου τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ διαπρέπειν, τοῦτο πᾶν ἐκείνοις οὐ χεῖρον ἡμῶν ἐσπουδάζετο. Οὔτ' οὖν σώματος αὐτοῖς περιτομῆς ἔμελεν, ὅτι μηδὲ ἡμῖν· οὐ σαββάτων ἐπιτηρήσεως, ὅτι μηδὲ ἡμῖν· ἀλλ' οὐδὲ τῶν τοιῶνδε τροφῶν παραφυλακῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων διαστολῆς, ὅσα τοῖς μετέπειτα πρῶτος ἁπάντων Μωϋσῆς ἀρξάμενος ἐν συμβόλοις τελεῖσθαι παραδέδωκεν, ὅτι μηδὲ νῦν Χριστιανῶν τὰ τοιαῦτα· ἀλλὰ καὶ σαφῶς

omnium nationum populosissima ac religiosissima, inexpugnabilis ad hæc et invicta eo quod Dei auxilio semper munita sit, statutis ab arcana Dei providentia temporibus repente in lucem emersit, Christi nomine apud omnes ubique nobilitata. Hanc propheta quidam divini Spiritus oculo cum prospexisset, tanta admiratione perculsus est, ut his vocibus exclamaret: « Quis audivit talia? et quis sic locutus est? Nunquid parturiit terra in una die? et nunquid gens edita est uno partu? » ipsam vero appellationem idem propheta designat, hæc dicens: « Et servientibus mihi imponetur nomen novum, quod benedicetur in terra[15*]. » Verum tametsi absque controversia novelli sumus, et hoc novum certe Christianorum nomen nuper omnibus innotuit; setam tamen rationemque vivendi non recens a nobis compositam, sed jam inde a primo, ut ita dicam, conditu generis humani, ex notionibus a natura insitis, ab hominibus Deo acceptis institutam atque excultam fuisse, sic demonstrare conabimur. Hebræorum gentem haudquaquam recentem esse, sed vetustatis gratia apud omnes in honore haberi cunctis notissimum est. Sunt apud eam prisca monumenta, in quibus continentur res gestæ veterum quorumdam virorum, qui licet rari ac perpauci, religione, justitia ac cæteris virtutibus reliquos omnes longe superarunt. Et ante diluvium quidem nonnulli commemorantur: post diluvium autem alii, partim ex Noe liberis, partim ex eorum posteris. Inter quos etiam Abraham quem quidem conditorem auctoremque generis sui jactant Hebræi. Quod si quis omnes illos, quorum justitia tam illustri testimonio comprobata est, ab Abraham initio sumpto, ad primum usque hominem recurrens, Christianos non quidem nomine sed re ipsa fuisse affirmet, is certe non procul a veritate aberraverit. Nam cum Christiani nomine nihil aliud significetur, **16** quam vir qui per Christi cognitionem atque doctrinam modestia, justitia, tolerantia, fortitudine et pietatis cultusque unius qui super omnia est, Dei professione ornatus est; hæc omnia veteres illi non minus studiose quam nos excoluerunt. Itaque nec circumcisionem, nec Sabbatum observare curæ illis fuit sicut nec nobis: neque a certis cibis abstinere, et alia quædam sollicite observare quæ primus om-

[15*] Isa. LXVI et LXVII.

(67) *Καὶ τίς ἐλάλησεν οὕτως.* In Isaiæ cap. LXVI legitur καὶ τίς ἐώρακεν οὕτως. Atque ita hoc in loco scriptum habent codd. Fuk. et Savilii. Sed vulgatam lectionem asserunt reliqui codices et Rufini versio. Sic enim vertit Rufinus: *Quis audivit talia, et quis locutus est ita? Si peperit terra in una die, et si genita est gens de semel.*

(68) *Ἀτὰρ καὶ τὸν Ἀβραάμ.* Musculus vertit *utpote Ataram et Abrahamum.* Ad quem locum notat Joannes Grynæus legendum sibi videri *Thare*, qui fuit pater Abrahæ, de quo in cap. XI Geneseos. Quin etiam ad marginem codicis Moræi, vir doctus adnotaverat forte Θαράμ scribendum esse. Sed hæc nugæ sunt. Neque enim Tharram pater Abrahæ fuit ex numero eorum quos Deus præcipuo quodam amore dilexit. Id certe non legitur in sacris voluminibus. Imo plane contrarium ex his elici potest. Siquidem Deus cum Abrahamum sibi eligere vellet, et ad maximarum rerum spem ac promissionem vocare, ante omnia eum ex domo Tharram patris sui migrare jussit. Atque ita Tharramo repudiato, Deus Abrahamum ejus filium elegit. Certe Tharramum dæmonum cultui deditum fuisse ipse testatur Eusebius, cum ait paulo post de Abrahamo: τῆς πατρῴας μὲν ἀποστὰς δεισιδαιμονίας. Ἀτάρ igitur hic adverbium est, ut recte in ora codicis Regii adnotatur ad hæc verba: ἀτὰρ καὶ, τοῦτ' ἔστι καὶ δή, ἤ πλήν, ἄτε δή, ἤ ἀντὶ τοῦ δέ.

(69) *Ὁ γάρ τοι δηλοῦν ἐθέλει τοὔνομα τὸ Χριστιανοῦ.* Omnes nostri codices uno consensu scriptum habent, ὃ γάρ τοι δηλοῦν ἐθέλοι τοὔνομα τὸν Χριστιανὸν ἄνδρα, etc. Ex quo scribendum puto τοῦ νομα τὸ Χριστιανὸν, ἄνδρα; etc.

Digitized by Google

nium Moyses typice agenda et custodienda posteris tradidit : sicut neque nunc apud Christianos quidquam horum geritur. Sed et ipsum Christum Dei distincte cognitum habuerunt : siquidem illum ab Abrahamo quidem visum esse, Isaaco autem responsum dedisse, et cum Jacobo locutum esse, denique cum Moyse, et secutis postea prophetis sermonem habuisse superius ostendimus. Unde etiam illos Deo acceptos homines interdum reperias Christi appellatione decoratos fuisse, ut in his Prophetæ verbis : « Nolite tangere christos meos, et in prophetis meis nolite maligne agere [16]. » Ex quibus apparet omnium primam ac vetustissimam esse religionis formam illam ab his quos dixi Deo acceptis hominibus institutam, quæ nuper per Christi prædicationem cunctis gentibus annuntiata est. Quod si Abrahamus longo post tempore circumcisionis mandatum accepisse dicitur, ante illud tamen per fidem justificatus fuisse Scripturæ testimonio comprobatur, sic dicentis : « Credidit Abraham Deo, et deputatum est ei ad justitiam [17]. » Cumque jam ante circumcisionem talis esset, a Deo qui se ipsi videndum obtulerat, id est a Christo Dei Verbo, de iis qui posterioribus sæculis simili ac ipse ratione justificandi essent, oraculum accepit hujusmodi : « Et benedicentur in te omnes tribus terræ [18] ; » et iterum : « Quod futurus sit in gentem magnam et robustam, et benedicendæ sint in eo omnes nationes terræ [19]. » Quod quidem in nobis demum completum fuisse quivis facile deprehendet. Etenim ille per fidem in eum qui ipsi apparuerat Christum Verbum Dei fuerat justificatus : cum a paterna quidem superstitione et pristino errore descivisset, unicum vero moderatorem omnium Deum confessus esset : cumque virtutis operibus, non autem legis quæ a Moyse postea tradita est cæremoniis **17** coluisset. Cum igitur ejusmodi esset, dictum ei fuerat omnes terræ tribus ac nationes in ipso esse benedicendas [20]. Apud solos autem Christianos per universum terrarum orbem, operibus quæ sermone omni efficaciora sunt, exculta hæc eadem religionis Abrahamicæ forma reperitur. Quid ergo posthac obstare poterit, quominus unam eamdemque vivendi rationem ac religionem, cum nobis qui a Christo cognomentum traximus, tum vetustissimis illis Deo imprimis acceptis hominibus fuisse fateamur. Proinde perfectam illam religionem quæ Christi prædicatione nobis tradita est non novam aut peregrinam, sed, si verum dicere oportet, primam, solam, veramque esse liquido apparet. Et de his quidem hactenus.

A αὐτὸν ᾔδεσαν τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ· εἴγε ὤφθαι μὲν τῷ Ἀβραάμ, χρηματίσαι δὲ τῷ Ἰσαάκ, λελαληκέναι δὲ τῷ Ἰακώβ, Μωϋσεῖ τε καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα προφήταις ὡμιληκέναι προδέδεικται. Ἔνθεν αὐτοὺς δὴ τοὺς θεοφιλεῖς ἐκείνους εὕροις ἂν καὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ κατηξιωμένους προσωνυμίας, κατὰ τὴν φάσκουσαν περὶ αὐτῶν φωνήν· « Μὴ ἅψησθε τῶν χριστῶν μου, καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύησθε. » Ὥστε σαφῶς πρώτην ἡγεῖσθαι δεῖν καὶ πάντων παλαιοτάτην τε καὶ ἀρχαιοτάτην θεοσεβείας εὕρεσιν, αὐτῶν ἐκείνων δὴ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀβραὰμ θεοφιλῶν ἀνδρῶν, τὴν ἀρτίως διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας πᾶσιν ἔθνεσι κατηγγελμένην. Εἰ δὲ δὴ μακρῷ ποθ' ὕστερον χρόνῳ περιτομῆς φασι τὸν Ἀβραὰμ ἐντολὴν εἰληφέναι, ἀλλά γε πρὸ ταύτης δικαιοσύνην διὰ πί- B στεως μαρτυρηθεὶς ἀνείρηται, ὧδέ πως τοῦ θείου φάσκοντος λόγου· « Ἐπίστευσε δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην. » Καὶ δὴ τοιούτῳ πρὸ τῆς περιτομῆς γεγονότι χρησμὸς ὑπὸ τοῦ φήναντος ἑαυτὸν αὐτῷ Θεοῦ· οὗτος δ' ἦν αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος· περὶ τῶν ἐν τοῖς μετέπειτα χρόνοις τὸν ὅμοιον αὐτῷ δικαιοῦσθαι τρόπον μελλόντων, ῥήμασιν αὐτοῖς προεπήγγελται λέγων· « Καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν σοὶ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς. » Καὶ ὡς ὅτι « ἔσται εἰς ἔθνος μέγα καὶ πολύ· καὶ ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. » Τούτῳ δὲ καὶ ἐπιστῆσαι εἰς ἡμᾶς ἐκπεπληρωμένῳ πάρεστι. Πίστει μὲν γὰρ ἐκεῖνος τῇ εἰς τὸν ὀφθέντα αὐτῷ τοῦ Θεοῦ Λόγον τὸν Χριστὸν ἐδεδικαίωτο, πα- C τρῴας μὲν ἀποστὰς δεισιδαιμονίας καὶ πλάνης βίου προτέρας, ἕνα δὲ τὸν ἐπὶ πάντων ὁμολογήσας Θεὸν, καὶ τοῦτον ἔργοις ἀρετῆς, οὐχὶ δὲ θρησκείᾳ νόμου τοῦ μετὰ ταῦτα Μωϋσέως θεραπεύσας. Τοιούτῳ τε ὄντι εἴρητο, ὅτι δὴ πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς καὶ πάντα τὰ ἔθνη ἐν αὐτῷ εὐλογηθήσονται. Ἔργοις δὲ λόγων ἐναργεστέροις ἐπὶ τοῦ παρόντος παρὰ μόνοις Χριστιανοῖς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἀσκούμενος αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τῆς θεοσεβείας τοῦ Ἀβραὰμ ἀναπέφηνε τρόπος. Τί δὴ οὖν λοιπὸν ἐμποδὼν ἂν εἴη, μὴ οὐχὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν βίον τε καὶ τρόπον εὐσεβείας, ἡμῖν τε τοῖς ἀπὸ Χριστοῦ καὶ τοῖς πρόπαλαι θεοφιλέσιν ὁμολογεῖν; ὥστε μὴ νέαν καὶ ξένην, ἀλλ', εἰ δεῖ φάναι ἀληθεύοντα, πρώτην ὑπάρχειν καὶ μόνην καὶ ἀληθῆ κατόρθωσιν εὐσεβείας, τὴν διὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδα- D σκαλίας παραδοθεῖσαν ἡμῖν ἀποδείκνυσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν ὧδε ἐχέτω.

CAPUT. V.

De temporibus quibus præsens hominibus apparuit.

Cum vero quæcunque ad ecclesiasticæ historiæ quam tractandam suscepimus, notitiam erant ne-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περ. τῶν χρόνων τῆς ἐπιφανείας αὐτοῦ τῆς εἰς ἀνθρώπους (Nic. *H. E.* I, 6).

Φέρε δὲ μετὰ τὴν δέουσαν (70) προκατασκευὴν τῆς προτεθείσης ἡμῖν ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας, ἤδη λοι-

[16] Psal. civ. [17] Gen. xv. [18] Gen. xxii. [19] Gen. xviii. [20] Gen. xii.

(70) Vulg. *φέρε δὴ μετὰ τὴν δέουσαν ἤδη*. In codd. Med., Maz. et Fuk. legitur *φέρε δὲ ἤδη μετὰ τὴν δέουσαν προκατασκευὴν*, etc. In exemplari autem Regio et in veteribus schedis scriptum est : *φέρε δὲ μετὰ τὴν δέουσαν ἡμῖν προκατασκευήν*. Sed utrumque superfluum est tam ἤδη quam ἡμῖν, cum infra in eadem periodo posita legantur.

Digitized by Google

πὸν ἀπὸ τῆς ἐνσάρκου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας, οἷά τινος ὁδοιπορίας ἐφαψώμεθα, τὸν τοῦ Λόγου Πατέρα Θεὸν, καὶ τὸν δηλούμενον αὐτὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ Λόγον, βοηθὸν ἡμῖν καὶ συνεργὸν τῆς κατὰ τὴν διήγησιν ἀληθείας ἐπικαλεσάμενοι. Ἦν δὴ οὖν τοῦτο δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος (71) τῆς Αὐγούστου βασιλείας, Αἰγύπτου δ' ὑποταγῆς καὶ τῆς τελευτῆς Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας, εἰς ἣν ὑστάτην ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν Πτολεμαίων κατέληξε δυναστεία, ὄγδοον ἔτος καὶ εἰκοστὸν, ὁπηνίκα ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς τότε πρώτης ἀπογραφῆς, Κυρηνίου ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας (72), ἀκολούθως ταῖς περὶ αὐτοῦ προφητείαις, ἐν Βηθλεὲμ γεννᾶται τῆς Ἰουδαίας. Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς καὶ ὁ τῶν παρ' Ἑβραίοις ἐπισημότατος ἱστοριῶν Φλαύϊος Ἰώσηπος μνημονεύει (73), καὶ ἄλλην ἐπισυνάπτων ἱστορίαν περὶ τῆς τῶν Γαλιλαίων κατὰ τοὺς αὐτοὺς ἐπιφυείσης χρόνους αἱρέσεως, ἧς καὶ παρ' ἡμῖν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι μνήμην ὧδέ πως λέγων πεποίηται· « Μετὰ τοῦτον ἀνέστη Ἰούδας ὁ [21]

cessaria, jam præmissa sint, superest ut a corporali Servatoris nostri præsentia, tanquam itineris nostri sumamus initium, Patrem Verbi Deum, ipsumque de quo agimus, Jesum Christum, Dominum ac Servatorem nostrum, cœleste Dei Verbum precibus invocantes, ut ad prosequendum ordinem veritatis auxiliator nobis atque adjutor sit. Annus jam agebatur secundus et quadragesimus imperii Augusti, a subacta autem Ægypto, et ab interitu Antonii et Cleopatræ, in qua Ptolemæorum in Ægypto dominatio desiit, octavus ac vicesimus: cum Servator et Dominus noster Jesus Christus prima illa descriptione census quæ facta est Quirinio Syriæ præsidente, secundum prophetarum de illo vaticinia, in Bethlehem Judææ natus est. Hujus porro descriptionis quæ Quirinii temporibus facta est, celeberrimus apud Judæos historiarum scriptor Flavius Josephus mentionem facit: aliam quoque narrationem de Galilæorum secta, quæ iisdem temporibus emersit statim subnectens; de qua noster etiam Lucas in Actibus apostolorum [21]

[21] Cap. v.

(71) *Δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος.* Idem numerus habetur in *Chronico* Eusebiano. *Anno* XLII *Augusti Jesus Christus Filius Dei in Bethlehem Judæ nascitur.* Annus porro primus Augusti juxta supputationem Eusebii is est, quo Hirtius et Pansa consules fuerunt. Proinde secundus et quadragesimus Augusti annus cadit in consulatum ejusdem Augusti tertium decimum. Hæc de anno natali Christi. Diem vero neutrubi expressit Eusebius. Orosius quidem in lib. VII, cap. 2, postquam juxta sententiam Eusebii, quem ubique sequitur, Christum natum esse dixit anno imperii Augusti XLII, addit die VII Kalendas Januarias. Nec aliter legitur in veteribus fastis quos sub Idacii nomine primus edidit Jac. Sirmondus; fuitque hæc communis opinio Occidentalis Ecclesiæ. Sed cum Orientales aliter senserint, Christum scilicet natum esse VIII Idus Januarias, in hac quoque sententia Eusebium fuisse minime dubitandum est. Itaque ex sententia Eusebii, primus Christi annus concurrit cum anno XLII imperii Augusti. Sic certe in vetustissimis codicibus Eusebiani *Chronici*, Acutiano, Lipsii et Ortelii scriptum habetur, ut testatus est Miræus. Sic in antiquissima editione Mediolanensi, quam nec Scaliger nec Pontacus viderunt. Male in editione Scaligeri primus Christi annus componitur cum anno XLIII Augusti, contra fidem scriptorum codicum, adeoque contra ipsius Eusebii sententiam. Etenim Eusebius in fine lib. VII ait historiam ecclesiasticæ successionis a se conscriptam, a natali Christi ad usque subversionem Ecclesiarum, complecti annos quinque ac trecentos. Atqui si primus Christi annus ab anno XLIII Augusti ducitur, inde ad XIX Diocletiani annum quo destructæ sunt Ecclesiæ, quatuor tantum ac trecenti sunt anni. Verissimum igitur est, quod supra dixi, Eusebium initium annorum Christi anno XLII Augusti, mense Januario collocavisse. Et sic Epiphanius adversus hæresim Alogorum ex Eusebii *Chronico*, ut opinor.

(72) *Κυρηνίου ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας.* Id est, *cum Quirinus legatus esset Syriæ.* Legatos Cæsaris qui in provincias mittebantur, civilia simul et militaria recturi, Græci fere ἡγεμόνας vocant. Ita Strabo in fine lib. XVII, Dio Chrysostomus, aliique.

(73) *Ταύτης δὲ τῆς κατὰ Κυρήνιον ἀπογραφῆς Ἰώσηπος μνημονεύει.* Josephus quidem mentionem facit descriptionis illius quæ a Quirinio facta est in Syria ac Judæa statim post relegationem Archelai. Sed hujus scriptionis, quam Lucas regnante adhuc Herode factam esse ait, non meminit. Ac mihi quidem videtur error in textum Lucæ irrepsisse in Quirinii nomine, et pro Quirinio restituendum esse nomen Sentii Saturnini. Hic enim præses fuit sub finem regni Herodis teste Josepho. Certe Tertullianus in lib. IV, *adversus Marcionem*, census in Judæa actos scribit per Sentium Saturninum. Ex quo apparet, Tertulliani tempore quosdam in Evangelio Lucæ pro Quirinio Saturninum legisse. Cæterum mirum est hanc primam descriptionem a Josepho prætermissam fuisse, qui tamen patriæ suæ historiam tanta diligentia persecutus est, ut et præsides Syriæ omnes recensuerit. Nam et Sentium Saturninum commemorat, ejusque successorem Quintilium Varum. Hæc cum intelligeret Eusebius, sic censuit: unam eamdemque esse descriptionem, cujus Lucas et Josephus meminissent; sed Josephum falli qui eam descriptionem post relegationem Archelai contigisse scriberet. Itaque idem Eusebius in *Chronico*, tumultum illum Judæ Galilæi, qui descriptionem illam a Quirinio factam subsecutus est, sub ortum Christi et extrema Herodis tempora collocat. Neque enim adeo stupidus fuit Eusebius, ut non videret Lucam et Josephum in assignando descriptionis tempore inter se dissentire. Quippe id patebat etiam cæco. Sed in hac dissonantia, ob Evangelii reverentiam Lucam sequi maluit, et Josepho fidem abrogare. Quæ quidem sententia longe commodior est et expeditior, quam illa Scaligeri, qui duas fuisse censet Judææ descriptiones; utramque a Quirinio factam. Sed in hac Scaligeri sententia multa occurrunt parum verisimilia. Primo enim Quirinium bis missum fuisse oportet legatum in Syriam; bis ad eamdem rem, videlicet ad census agendos: primum quidem circa ortum Christi; deinde vero decem circiter post annis, cum relegatus fuisset Archelaus. Atqui non est probabile, eumdem hominem bis missum fuisse ad regendam provinciam. Certe Josephus diligentissimus scriptor, cum Quirinii adventum in Syriam ac Judæam narrat, eum jam antea in Syriam venisse non dicit, nec descriptionem aut ab illo, aut ab alio quopiam Romano judice jam antea factam fuisse. Quod si jam facta fuerat descriptio, cur iterum fit per eumdem virum? Nam si recte et sine fraude facta

Digitized by Google

loquitur his verbis : « Post hunc exstitit Judas Galilæus in diebus professionis censualis, et avertit populum post se. Et ipse periit, et **18** omnes quotquot consenserant ei, dispersi sunt. » Quibus consentiens is quem supra diximus Josephus, in octavo decimo *Antiquitatum* libro, ita dicit : « Interea Quirinius unus e senatoribus Romanis, vir omnibus magistratibus jam perfunctus, et qui per omnes honorum gradus ad consulatum usque provectus fuerat, aliis etiam dignitatum insignibus conspicuus, cum paucis militibus in Syriam pervenit, missus a Cæsare, cum ut jus redderet populis, fuerat, novam facere nihil necesse erat. Sin male et inique facta, alium mitti oportebat, qui æquiorem faceret descriptionem. Præterea prior illa descriptio quomodo fieri potuit a magistratu Romano, regnante Herode ; cum Herodes optimo jure rex esset Judææ a Senatu appellatus, nec jus esset magistratui Romano quidquam in Judæa pro imperio agere quandiu rex Herodes vixit. Mitto quod circa extrema illa Herodis tempora quibus natus est Christus, Saturninus et Varus legati Cæsaris in Syria fuerunt, non autem Quirinius, ut jam supra dixi. Hæc sunt argumenta, quibus potissimum impulsus, Scaligeri sententiam minus probabilem duco, qui duas descriptiones fuisse contendit. Nec obstat quod ait Lucas, descriptionem illam quæ facta est paulo antequam Christus nasceretur, primam fuisse. Hoc enim vocabulo id tantum significatur, tunc primum in Judæa census a Romanis actos fuisse, nec ullam antea factam descriptionem. Falsum item est quod ait Scaliger, posteriorem descriptionem ad tetrarchiam Archelai, et ejus bona duntaxat pertinuisse. Imo Jesephus in fine lib. XVII et initio XVIII diserte scribit, Quirinium a Cæsare missum ad census agendos per Syriam ac Judæam. Scaligeri sententiam secutus est Petavius, cui hoc unum adjecit in *Rationario temporum* : utramque hanc descriptionem a Quirinio cum extraordinaria potestate in Syriam misso factam esse. Verum Lucæ ac Josephi verba id refellunt. Nam Lucas quidem ait ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου, et Josephus habet, δικαιοδότης τοῦ ἔθνους ἐσόμενος, quod non nisi de ordinario rectore dici potest. Eamdem viam in conciliandis Lucæ ac Josephi locis secutus est Casaubonus in *Exercitationibus*. Sed omnes, meo quidem judicio, oleum atque operam perdiderunt. Nam ex duobus alterutrum falli necesse est. Quod cum de evangelista dicere aut omnino suspicari nefas sit, satius est in Judaicum scriptorem causam erroris conjicere. Quod si cui id durius videbitur, una hæc restat conciliandi ratio, quam supra indicavimus, ut in textu Lucæ pro Quirinio Saturninum restituamus, ejusque tempore descriptionem non a magistratu Rom., sed ab ipso Herode rege factam esse dicamus. Hac ratione optime inter se consentient Lucas ac Josephus. Posset etiam dici, descriptionem illam absolutam quidem ac terminatam fuisse sub Quirinio præside post exsilium Archelai ; diu tamen antea cœptam esse sub finem Herodis, quo tempore natus est Christus. Hac ratione omnis inter Lucam ac Josephum dissensio tollitur. Nam evangelista descriptionem illam, quæ sub ortum Christi, superstite adhuc Herode fieri cœpta est, vocat descriptionem præsidis Quirinii, eo quod sub Quirinio tandem terminata est. Hæc, meo quidem judicio, commodissima est interpretatio loci illius ex Evangelio Lucæ, quippe quæ unam duntaxat descriptionem factam fuisse supponit, non autem duas, ut Scaliger aliique ejus opinionem secuti, contra fidem historiæ confinxerunt.

(74) *Ἰούδας ὁ Γαλιλαῖος ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς ἀπογραφῆς*. Scaliger in lib. VI *De emendatione temporum* et in animadversionibus Eusebianis, ait Lucam in Actibus apostolorum, non de prima professione loqui sub qua natus est Christus, sed de secunda, quæ facta est post relegationem Archelai : et Eusebium graviter reprehendit, qui has duas professiones inter se confuderit. Sed Scaliger ipse gravissime fallitur, qui, nullo auctore fultus, duas descriptiones nobis obtrusit, cum unam tantum fuisse et Josephus et Lucas ipse confirmet. Non enim addit Lucas τῆς δευτέρας ἀπογραφῆς, sed tantum dixit τῆς ἀπογραφῆς, unicam fuisse innuens descriptionem. Origenes quoque in libro I *contra Celsum* cum Eusebio consentit his verbis : Καὶ μετ' ἐκεῖνον, ἐν ταῖς τῆς ἀπογραφῆς ἡμέραις, ὅτε ἔοικε γεγεννῆσθαι ὁ Ἰησοῦς, Ἰούδας τις Γαλιλαῖος πολλοὺς ἑαυτῷ συναπέστησεν ἀπὸ τοῦ λαοῦ. Id est : *Post illum in diebus census, quo tempore Jesus natus est, Judas quidam Galilæus fecit multos e populo ad se deficere.* Eadem igitur opera Origenem reprehendet Scaliger, quippe qui eadem dixerit quæ Eusebius noster. Neque enim Origenes duas Judææ descriptiones distinxit. Porro Eusebius noster secum ipse optime consentit. Nam cum evangelicam secutus auctoritatem, censum illum Quirinii in exordia natalis Dominici conjecerit, consequens fuit, ut motum Judæ Galilæi in idem tempus conferret. In quo dissentit quidem a Josepho, ut supra dixi, sed cum beato Luca, et secum ipse egregie concordat. Quod si quis nostram sententiam amplecti maluerit, nulla inter Lucam ac Josephum reperietur dissensio. Nos enim descriptionem illam cujus tempore natus est Christus, cœptam esse dicimus Herode in Judæa regnante ; eamdem vero decem circiter post annis Archelao Herodis filio in exsilium misso, a Quirinio absolutam ac terminatam fuisse. Quo quidem tempore tumultum Judæ Galilæi exstitisse asserimus, post relegationem scilicet Archelai. Certe ante exauctorationem Archelai nulla subesse potuit causa cur Judas populum Judæorum ad defectionem concitaret. Siquidem nec census illic agi potuit a magistratu Romano, ubi rex imperabat socius et amicus populi Romani ; nec ullum Judæis imminebat periculum, ne alienigenis servirent, cum Judæo, id est gentis suæ regi, parerent. Ex quo apparet, et censum et motum Judæ Galilæi nonnisi post exsilium Archelai contingere potuisse.

(75) *Καὶ ἀπέστησε λαὸν πολύν*. Postrema vox abest a nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk.; pro qua in vulgatis editionibus Actuum cap. V legitur λαὸν ἱκανόν. Sed nec vetus interpres, nec Rufinus eam vocem agnoscunt.

(76) Vulg. *τά τε ἄλλα ἀξιώματα μέγας*. Magis placet lectio quam in codicibus nostris Regio, Maz., Fuk. ac Savil. et in veteribus schedis reperimus, τά τε ἄλλα ἀξιώματι μέγας. Atque ita legit Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet : *Cyrinus quoque vir unus ex consessu curiæ Romanæ, per singulos magistratus usque ad gradus consulatus ascendens ; cætera quoque honorabilis.*

Digitized by Google

ἀνὴρ ἐκ πόλεως ὀνομα Γαμάλας, Σάδδοχον Φαρισαῖον προσλαβόμενος, ἠπείγετο ἐπὶ ἀποστασίαν, τήν τε ἀποτίμησιν οὐδὲν ἄλλο ἢ ἀντικρυς δουλείαν ἐπιφέρειν λέγοντες, καὶ τῆς ἐλευθερίας ἐπ' ἀντιλήψει παρακαλοῦντες τὸ ἔθνος. » Καὶ ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν τοῦ *Ἰουδαϊκοῦ πολέμου* περὶ τοῦ αὐτοῦ ταῦτα γράφει· « Ἐπὶ τούτοις τις ἀνὴρ Γαλιλαῖος, Ἰούδας ὀνομα, εἰς ἀποστασίαν ἐνῆγε τοὺς ἐπιχωρίους, κακίζων, εἰ φόρον τε Ῥωμαίοις τελεῖν ὑπομένουσι, καὶ μετὰ τὸν Θεὸν οἵσουσι θνητοὺς δεσπότας. » Ταῦτα ὁ Ἰώσηπος.

A tum ut census ageret facultatum. » Et paulo post, « Judas, inquit, Gaulanites, ortus ex oppido Gamala, Sadduco quodam Pharisæo in societatem adjuncto, populos ad defectionem concitabat : cum ambo dicerent censum nihil aliud esse quam manifestum servitutis indicium, et universam gentem ad defensionem libertatis cohortarentur. » Idem in libro secundo *De bello Judaico* de eodem viro hæc scribit : « Ea tempestate Judas quidam Galilæus ad defectionem incolas excitabat, palam exprobrans quod Romanis tributum pendere sustinerent, et post Deum mortales dominos agnoscerent. » Hæc Josephus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ὡς κατὰ τοὺς χρόνους αὐτοῦ ἀκολούθως ταῖς προφητείαις ἐξέλιπον ἄρχοντες οἱ τὸ πρὶν ἐκ προγόνων διαδοχῆς τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἡγούμενοι, πρῶτός τε ἀλλόφυλος βασιλεύει αὐτῶν Ἡρώδης (Nic. *H. E.* I, 6).

B

CAPUT VI.

Quod ejus temporibus, ut a prophetis prædictum fuerat, cessarunt principes, qui ex generis continua successione Judæis imperabant : et quod primus ex alienigenis Herodes apud eos regnavit.

Τηνικαῦτα δὲ καὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους Ἡρώδου πρώτου τὸ γένος ἀλλοφύλου διειληφότος τὴν βασιλείαν, ἡ διὰ Μωϋσέως περιγραφὴν ἐλάμβανε προφητεία, « οὐκ ἐκλείψειν ἄρχοντα ἐξ Ἰούδα οὐδὲ ἡγούμενον ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ φήσασα, ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται. » Ὃν καὶ ἀποφαίνει προσδοκίαν ἐθνῶν ἔσεσθαι. Ἀτελῆ γέτοι τὰ τῆς προῤῥήσεως ἦν, καθ' ὃν ὑπὸ τοῖς οἰκείοις τοῦ ἔθνους ἄρχουσι διάγειν αὐτοῖς ἐξῆν χρόνον, ἄνωθεν ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως καταρξαμένοις, καὶ εἰς τὴν Αὐγούστου βασιλείαν διαρκέσασι· καθ' ὃν πρῶτος ἀλλόφυλος Ἡρώδης (77) τὴν Ἰουδαίων ἐπιτρέπεται ὑπὸ Ῥωμαίων ἀρχήν (78)· ὡς μὲν Ἰώσηπος παραδίδωσιν, Ἰδουμαῖος ὢν κατὰ πατέρα τὸ γένος, Ἀράβιος δὲ κατὰ μητέρα. Ὡς δ' Ἀφρικανὸς, οὐχ ὁ τυχὼν δὲ καὶ οὗτος γέγονε συγγραφεύς, φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες (79), Ἀντιπάτρου· τοῦτον δὲ εἶναι πατέρα Ἡρώδου (80) τινὸς Ἀσκαλωνίτου, τῶν περὶ τὸν νεὼ τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροδούλων καλουμένων (81) γεγονέναι. Ὃς Ἀντίπατρος ὑπὸ Ἰδουμαίων λῃστῶν παιδίον αἰχμαλωτισθεὶς, σὺν

C

Per idem tempus cum Herodes primus ex alienigenis Judaicæ gentis regnum obtineret, completa esse videbatur Moysis prædictio quæ sic habet [22] : « Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femore ejus, donec veniat cui sepositum est. » Quem etiam exspectationem gentium fore confirmat. Quippe sine effectu semper pendebat prædictio, quandiu sub domesticis principibus Judæis agere licebat : qui quidem a Moyse initio ducto ad usque Augusti tempora permanserunt. Cujus principatu primus ex alienigenis Herodes regnum Judææ a Romanis adeptus est : cum, ut a Josepho quidem traditum est, paterno genere Idumæus, Arabs materno esset. Ut autem scribit Africanus, non ignobilis et ipse scriptor, qui de illo accuratius scripserunt, Antipatri filium fuisse tradunt. Huic vero Herodem quemdam Ascalonitam, unum ex numero servorum **19** templi Apollinis, quod Ascalone est, patrem fuisse. Antipater, cum admodum puer a latronibus Idumæis captus fuisset, cum iisdem diu-

[22] Gen. XLIX.

(77) *Ἀλλόφυλος Ἡρώδης.* Herodem non fuisse alienigenam abunde docuit Josephus Scaliger in notis ad Eusebii *Chronicon*. Certe Josephus in libro XX *Antiquitatum*, cap. 6, Herodem vocat Judæum genere. Οἱ μὲν γὰρ Ἰουδαῖοι, πρωτεύειν ἠξίουν, διὰ τὸ κτίστην τῆς Καισαρείας Ἡρώδην αὐτῶν βασιλέα, γεγονέναι τὸ γένος Ἰουδαῖον.

(78) Vulg. *τὴν κατὰ Ἰουδαίων ἀρχήν*. Delenda est præpositio κατά, ex superioribus male repetita. In vetustissimo codice Mazarino legitur κα. Atque hic finis est paginæ. In altera autem pagina sequitur Ἰουδαίων.

(79) *Φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες.* Ita legitur in codice Regio. Quam lectionem confirmat Rufinus. Sic enim vertit : *Africanus autem, qui et ipse præcipuus in historiographis habetur : Aiunt, inquit, qui de eo diligentius explorarunt, Antipatrum quemdam patrem esse Herodis Ascalonitæ, qui et ipse fuerit Herodis cujusdam filius, templi Apollinis ædituus.* Putavit scilicet Rufinus verba hæc esse Africani, quæ citat Eusebius, ab eo loco φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβοῦντες, etc. Sed fallitur Rufinus. Locus enim Africani quem hic indicat Eusebius, integer habetur infra cap. 7, ex epistola Africani ad Aristidem. Ex quo apparet, Eusebium hoc loco opinionem duntaxat ac sensum Africani, non verba retulisse. Porro nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum hic habent, ὡς φασὶν οἱ τὰ κατ' αὐτὸν ἀκρ.

(80) *Τοῦτον δὲ εἶναι πατέρα Ἡρώδου.* Ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Sed in nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. desunt hæ voces εἶναι πατέρα, rectius sine dubio, quanquam Rufinus vulgatam scripturam tueri videtur.

(81) *Ἱεροδούλων καλουμένων.* Rufinus et Christophorsonus *ædituos* vertunt, quod non probo. Nam ἱερόδουλοι sunt servi templorum. Varro in lib. VII *De lingua Latina : ut societatum, ut fanorum servi.* Tales erant Venerei in Sicilia, servi templi Veneris Erycinæ, de quibus Cicero in *Divinatione*, et in III *Verrina*. Tales etiam apud Tarentinates servi Martiales, teste Cicerone *pro Cluentio*. Hujusmodi item erant Corinthi Venereæ meretrices, quas ἱεροδούλους vocat Strabo in libro VIII, quæ a dominis Veneri erant mancipatæ. Denique et Comanis Bellonæ servi erant quamplurimi, teste eodem Strabone in lib. XII. Firmicus quoque in libro VIII *Matheseos*, hierodulos distinguit ab ædituis. Porro ut servi, sic etiam liberti fanorum erant, qui pecunia libertatem sibi comparaverant. Quare et liberta Veneris Erycinæ dicitur a Cicerone in *Divinatione*. Ἱερόδουλοι nominantur etiam Esdræ cap. VIII.

Digitized by Google

tius vixit, eo quod pater pro redemptione ipsius pretium solvere præ inopia non valeret. Moribus igitur institutisque eorum innutritus, tandem in notitiam Hircani Judæorum sacerdotis amicitiamque pervenit. Hujus filius fuit Herodes is qui Servatoris nostri temporibus vixit. Itaque cum Judæorum regnum ad hunc Herodem devenisset, erat jam quodammodo pro foribus gentium exspectatio, prout a prophetis prædictum fuerat : quippe cum ex eo tempore defecissent rectores et duces, qui jam inde ab ipso Moyse per continuam successionem apud eos principatum tenuerant. Nam ante captivitatem quidem, et priusquam Babylonem transportati fuissent, regum imperio agebantur : primique Saul et David reges fuerunt. Antea vero a magistratibus, qui judices dicti sunt, regebantur; qui quidem statim post Moysem ejusque successorem Jesum populo præfuere. Reversi demum e Babylonia, optimatum imperio et paucorum dominatu deinceps uti cœpere. Rerum enim summa penes pontifices erat : donec Pompeius proconsul populi Romani eo adveniens, Hierosolymam quidem armis expugnavit, et ad intimum usque sacrarium progressus templum polluit : Aristobulum vero qui per avitam successionem ad id usque tempus rex simul et sacerdos permanserat, vinctum cum liberis Romam misit : et Hircano quidem ejus fratri sacerdotium tradidit, universam autem Judæorum gentem exinde Romanis tributariam fecit. Haud multo post Hircano, in quem ultimum sacerdotum progenies erat devoluta, a Parthis intercepto, primus, ut dixi, ex alienigenis Herodes a senatu et Augusto Judææ regnum accepit. Quo tempore cum Christi corporalis præsentia orbi illucesceret, exspectata illa gentium salus exitum sortita est, et nationum vocatio, prout prophetarum oraculis prædictum fuerat, subsecuta. Ex quo etiam tempore cum principes et duces ex Juda, id est ex Judæorum gente defecissent, successio summi sacerdotii, quod per generis continuam seriem proximo cuique hactenus constantissime delatum fuerat, consequenter turbari cœpta **20** est. Hujus rei locupletissimum testem habes Josephum, qui Herodem scribit, postquam rex Judææ a Romanis constitutus est, non amplius ex antiqua pontificum stirpe summos sacerdotes creavisse, sed ignobilibus et obscuris quibusdam hominibus honorem illum con-

A ἐκείνοις ἦν, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν πατέρα πένητα ὄντα (82) λύτρα καταθέσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ. Ἐντραφεὶς δὲ τοῖς ἐκείνων ἤθεσιν, ὕστερον Ὑρκανῷ τῷ Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ φιλιοῦται (83). Τούτῳ παῖς γίνεται ὁ ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἡρώδης. Εἰς δὴ οὖν τὸν τοιοῦτον τῆς Ἰουδαίων περιελθούσης βασιλείας, ἐπὶ θύραις ἤδη καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ προσδοκία παρῆν, ἅτε διαλελοιπότων ἐξ ἐκείνου τῶν παρ' αὐτοῖς ἐξ αὐτοῦ Μωϋσέως κατὰ διαδοχὴν ἀρξάντων τε καὶ ἡγησαμένων. Πρὸ μέντοιγε τῆς αἰχμαλωσίας αὐτῶν καὶ τῆς εἰς Βαβυλῶνα μεταναστάσεως, ἐβασιλεύοντο ἀπὸ Σαοὺλ πρώτου καὶ Δαβὶδ ἀρξάμενοι· πρὸ δὲ τῶν βασιλέων, ἄρχοντες αὐτοὺς διεῖπον, οἱ προσαγορευόμενοι κριταί· ἄρξαντες καὶ αὐτοὶ μετὰ Μωϋσέα καὶ τὸν τούτου διάδοχον Ἰησοῦν. Μετὰ δὲ
B τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος ἐπάνοδον οὐ διέλιπον πολιτείᾳ χρώμενοι ἀριστοκρατικῇ μετὰ ὀλιγαρχίας. Οἱ γὰρ ἀρχιερεῖς προεστήκεισαν τῶν πραγμάτων, ἄχρις οὗ Πομπήϊος Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐπιστὰς, τὴν μὲν Ἱερουσαλὴμ πολιορκεῖ κατακράτος, μιαίνει τε τὰ ἅγια μέχρι τῶν ἀδύτων τοῦ ἱεροῦ προελθών. Τὸν δὲ ἐκ προγόνων διαδοχῆς εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ διαρκέσαντα βασιλέα τε ὁμοῦ καὶ ἀρχιερέα, Ἀριστόβουλος ὄνομα ἦν αὐτῷ, δέσμιον ἐπὶ Ῥώμην ἅμα τέκνοις ἐκπέμψας, Ὑρκανῷ μὲν τῷ τούτου ἀδελφῷ τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσί τε καὶ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἐξ ἐκείνου Ῥωμαίοις ὑπόφορον κατεστήσατο. Αὐτίκα γοῦν καὶ Ὑρκανοῦ, εἰς ὃν ὕστατον τὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων περιέστη διαδοχῆς, ὑπὸ Πάρθων αἰχμαλώτου ληφθέντος, πρῶτος, ὡς γοῦν ἔφην, ἀλλόφυλος
C Ἡρώδης ὑπὸ τῆς συγκλήτου Ῥωμαίων καὶ Αὐγούστου βασιλέως τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἐγχειρίζεται. Καθ' ὃν ἐναργῶς, τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐνστάσης, τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκωμένη σωτηρία τε καὶ κλῆσις (84) ἀκολούθως τῇ προφητείᾳ παρηκολούθησεν· ἐξ οὗ δὴ χρόνου τῶν ἐξ Ἰούδα ἀρχόντων τε καὶ ἡγουμένων, λέγω δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους διαλελοιπότων, εἰκότως αὐτοῖς καὶ τὰ τῆς ἐκ προγόνων εὐσταθῶς ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα διαδόχους κατὰ γενεὰν προϊούσης ἀρχιερωσύνης, παραχρῆμα συγχεῖται. Ἔχεις καὶ τούτων ἀξιόχρεω τὸν Ἰώσηπον μάρτυρα, δηλοῦντα ὡς τὴν βασιλείαν παρὰ Ῥωμαίων ἐπιτραπεὶς Ἡρώδης, οὐκέτι τοὺς ἐξ ἀρχαίου
D γένους καθίστησιν ἀρχιερεῖς, ἀλλά τισιν ἀσήμοις τὴν τιμὴν ἀπένεμεν· τὰ ὅμοια δὲ πρᾶξαι τῷ Ἡρώδῃ περὶ τῆς καταστάσεως τῶν ἀρχιερέων, Ἀρχέλαόν τε τὸν παῖδα αὐτοῦ, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαίους, τὴν ἀρ-

(82) Vulg. *πτωχὸν ὄντα*. Ita quidem codex Regius. Sed reliqui omnes, Med. scilicet et Maz. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent *πένητα ὄντα*, longe rectius. Nam πτωχός proprie mendicum significat, qui stipem poscit ab occurrentibus; cujusmodi nequaquam fuit Herodes pater Antipatri.

(83) *Φιλιοῦται*. Omnes nostri codices uno consensu scriptum exhibent φιλοῦται. Quem quidem consensum haudquaquam negligendum puto. Totus autem locus in vetustissimo codice Maz. ita legitur: Ἐντραφεὶς δὲ τοῖς ἐκείνων ἔθεσιν, ὕστερον Ὑρκανῷ τῷ τῶν Ἰουδαίων ἀρχιερεῖ φιλοῦται, quam scripturam in Med. quoque et Fuk. codicibus reperi.

(84) Vulg. *σωτηρία τέλος ἐλάμβανε, καὶ ἡ τῶν ἐθνῶν κλῆσις*. In codice Regio totus hic locus ita legitur : ... ἐνστάσης, τῶν ἐθνῶν ἡ προσδοκωμένη σωτηρία τε καὶ κλῆσις ἀκουλούθως τῇ προφητείᾳ παρηκολούθησεν. Quam quidem lectionem vulgatæ scripturæ longe præferendam existimo. Ita certe legit Rufinus, sic enim vertit : *Sub quo, imminente jam Salvatoris adventu, etiam gentium salus, et vocatio exspectata illa, secundum ea quæ prophetæ prædixerant, consecuta est.* Vulgata tamen lectio ad oram codicis Regii ascripta est eadem manu ; et in codicibus Maz., Med. ac Fuk. habetur.

Digitized by Google

χὴν τῶν Ἰουδαίων παρειληφότας. Ὁ δ' αὐτὸς δηλοῖ, ὡς ἄρα καὶ τὴν ἱερὰν στολὴν τοῦ ἀρχιερέως, πρῶτος Ἡρώδης ἀποκλείσας, ὑπὸ ἰδίαν σφραγῖδα πεποίηται, μηκέτ' αὐτὴν τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἔχειν ὑφ' ἑαυτοὺς ἐπιτρέψας· ταὐτὸ δὲ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν Ἀρχέλαον, καὶ μετὰ τοῦτον Ῥωμαίους διαπράξασθαι. Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν εἰρήσθω, εἰς ἑτέρας ἀπόδειξιν προφητείας κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πεπερασμένης. Σαφέστατα γοῦν ἐν τῷ Δανιὴλ ἑβδομάδων τινῶν ἀριθμὸν ὀνομαστὶ ἕως Χριστοῦ ἡγουμένου περιλαβὼν ὁ λόγος, περὶ ὧν ἐν ἑτέροις διειλήφαμεν (85), μετὰ τὸ τούτων συμπέρασμα ἐξολοθρευθήσεσθαι τὸ παρὰ Ἰουδαίοις χρῖσμα προφητεύει. Καὶ τοῦτο δὲ σαφῶς κατὰ τὸν καιρὸν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἀποδείκνυται συμπεπληρωμένον. Ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως εἰς παράστασιν τῆς τῶν χρόνων ἀληθείας προτετηρήσθω.

A tulisse. Eadem in designandis sacerdotibus observasse ait Archelaum Herodis filium, ac deinde Romanos, qui post illum Judææ imperium occuparunt. Idem ipse Josephus tradit primum omnium Herodem sacram sacerdotis vestem sub privato sigillo tenuisse conclusam, nec deinceps sacerdotibus permisisse ut illam penes se haberent : idemque ab Archelao ejus successore et a Romanis postea factum fuisse. Atque hæc a nobis dicta sint ad comprobandam veritatem alterius prophetiæ, quæ in adventu Servatoris Domini nostri Jesu Christi exitum sortita est. Etenim in libro Danielis, postquam certum numerum septimanarum usque ad Christi principatum sacra Scriptura nominatim percensuit, de quibus alibi disseruimus, his B demum completis, sacri olei unctionem apud Judæos abolendam esse prædicit. Quod quidem eo ipso quo Servator noster Jesus Christus natus est tempore, manifeste impletum esse convincitur. Atque hæc ad ostendendam temporum veritatem necessario a nobis præmissa sint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις νομιζομένης διαφωνίας τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίας (Nic. *H. E.* I, 7, 11).

Ἐπειδὴ δὲ τὴν περὶ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογίαν διαφόρως ἡμῖν ὅ τε Ματθαῖος καὶ ὁ Λουκᾶς εὐαγγελιζόμενοι παραδεδώκασι, διαφωνεῖν τε νομίζονται τοῖς πολλοῖς, τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος (86) ἀγνοίᾳ τ' ἀληθοῦς εὑρεσιλογεῖν εἰς τοὺς τόπους πεφιλοτίμηται, φέρε καὶ τὴν περὶ τούτων κατελθοῦσαν εἰς ἡμᾶς ἱστορίαν παραθώμεθα, ἣν δι' ἐπιστολῆς Ἀριστείδῃ γράφων περὶ συμφωνίας τῆς ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις γενεαλογίας, ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἀφρικανὸς ἐμνημόνευσε, τὰς μὲν δὴ τῶν λοιπῶν δόξας ὡς ἂν βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας (87), ἣν δ' αὐτὸς παρείληφεν ἱστορίαν, τούτοις αὐτοῖς ἐκτιθέμενος τοῖς ῥήμασιν· « Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα (88) τῶν γενῶν ἐν Ἰσραὴλ ἠριθμεῖτο ἢ φύσει, ἢ νόμῳ, φύσει μέν, γνησίου σπέρματος διαδοχῇ, νόμῳ δὲ, ἑτέρου παιδοποιουμένου εἰς ὄνομα τελευτήσαντος ἀδελφοῦ ἀτέκνου· ὅτι γὰρ οὐδέπω δέδοτο ἐλπὶς ἀναστάσεως σαφὴς, τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν ἀναστάσει ἐμιμοῦντο θνητῇ, ἵνα ἀνέκλειπτον μένῃ τὸ ὄνομα τοῦ μετηλλαχότος· ἐπεὶ οὖν οἱ τῇ γενεαλογίᾳ ταύτῃ

CAPUT VII.

De dissensu qui creditur esse inter Evangelia in stirpe Christi.

Sed quoniam Matthæus et Lucas in Evangeliorum libris Christi genus ac stirpem varie nobis tradiderunt, et plurimum inter se dissentire vulgo existimantur, adeo ut singuli fidelium ob veritatis ignorationem, varias eorum locorum explicationes certatim excogitaverint : de his traditionem quæ ad nos usque deducta est proponamus, quam is de quo paulo ante diximus Africanus, in *Epistola ad Aristidem* de consensu Evangeliorum in stirpe Christi narranda, commemoravit. Ubi aliorum quidem opiniones tanquam violentas et falso confictas coarguit ; ipse vero quam compererat historiam, his refert verbis : « Nam quoniam, inquit, apud Israelitas generationum nomina, **21** vel ex naturæ, vel ex legis ordine numerabantur : naturæ quidem, cum legitimi filii parentibus succedunt ; legis vero, quoties quis in nomen ac familiam fratris sine liberis defuncti filios sustulit. Cum enim certa spes resurrectionis nondum eis data esset, futuram ejus promissionem mortali quadam resurrectione

(85) *Περὶ ὧν ἐν ἑτέροις διειλήφαμεν.* Intelligit libros *Demonstrationis evangelicæ*. Etenim in octavo ejus operis libro agit de hebdomadibus Danielis, quas adventu Christi completas esse contendit juxta sententiam Africani. Eumdem Eusebii locum ex lib. VIII *Demonstrationis evangelicæ* citat Hieronymus in *Commentariis in Danielem*.

(86) *Τῶν δὲ πιστῶν ἕκαστος.* Quatuor nostri codices, Regius scilicet ac Maz., cum Med. et Fuk., scriptum habent τῶν τε πιστῶν, etc. Sed Rob. Stephanus cum hanc particulam jam antea in superiore membro positam videret, hoc loco dé substituit ; nobis tamen rectior videtur scripta lectio.

(87) Vulg. *διεψευσμένας ἀποδείξας.* Hoc loco Rob. Stephani consilium laudare nullo modo possum, qui cum Regium codicem sibi sequendum proposuisset, eum ex parte duntaxat expressit. Nam in Regio quidem codice totus hic locus ita legitur : τὰς μὲν δὴ τῶν λοιπῶν δόξας βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀποδείξας. In reliquis autem codicibus, Med. scilicet et Maz. ac Fuk., ita scriptus est : τὰς μὲν τῶν λοιπῶν δόξας ὡσὰν βιαίους καὶ διεψευσμένας ἀπελέγξας. Atque ita legitur etiam apud Nicephorum. Duplex igitur fuit scriptura hujus loci, cum alii ἀποδείξας legerent, alii ἀπελέγξας. Sed qui legebant ἀποδείξας, ii adverbium illud ὡσάν expungebant, quippe quod nullo modo convenire possit cum verbo ἀποδείξας. Nos ἀπελέγξας prætulimus, tum quia plurium exemplarium auctoritate firmatur, tum quod Rufinum ita legisse ex ejus versione comperimus.

(88) *Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ὀνόματα.* Particula γάρ abest a nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., nec habetur in interpretatione Rufini. Exstat tamen in codice Regio et apud Nicephorum in cap. 11 lib. I.

Digitized by Google

delineabant, ut mortui nomen nullis unquam obliterandum sæculis permaneret. Quoniam igitur eorum qui inter majores Christi recensentur, alii naturali jure, ut filii, parentibus successerunt, nonnulli vero cum ab aliis procreati essent, aliis ascripti sunt : ideo utrorumque mentio facta est, tam eorum qui vere patres, quam illorum qui quasi patres fuerunt. Ita fit, ut neutrum Evangeliorum falsum sit, cum alterum naturam, alterum legem in majoribus enumerandis sequatur. Nam familiæ quæ cum a Salomone, tum a Nathan deducuntur, adeo inter se permistæ sunt, partim reparatione nominis eorum qui sine prole decessissent, partim secundis nuptiis, partim etiam seminis suscitatione, ut iidem homines diversos patres habuisse merito credantur; hos quidem fictitios, illos vero naturales. Quo fit, ut Evangelii utriusque narratio absolute verissima, vario quidem linearum contextu, sed accurate ad Josephum usque descendat. Verum ut id quod diximus, clarius fiat, utriusque stirpis seriem proponemus. Igitur si a Davide per

A ἐμφερόμενοι, οἱ μὲν διεδέξαντο παῖδες πατέρα γνησίως, οἱ δὲ ἑτέροις μὲν ἐγεννήθησαν, ἑτέροις δὲ προσετέθησαν κλήσει, ἀμφοτέρων γέγονεν ἡ μνήμη, καὶ τῶν γεγεννηκότων, καὶ τῶν ὡς γεγεννηκότων. Οὕτως οὐδέτερον τῶν Εὐαγγελίων ψεύδεται, καὶ φύσιν ἀριθμοῦν καὶ νόμον· συνεπεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη (89), τό τε ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ Νάθαν, ἀναστάσεσιν ἀτέκνων (90), καὶ δευτερογαμίαις, καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων (91), ὡς δικαίως τοὺς αὐτοὺς ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι (92), τῶν μὲν δοκούντων πατέρων, τῶν δὲ ὑπαρχόντων· ὡς ἀμφοτέρας τὰς διηγήσεις ἀληθεῖς οὔσας, ἐπὶ τὸν Ἰωσὴφ πολυπλόκως μὲν, ἀλλ' ἀκριβῶς κατελθεῖν. Ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν (93) διηγήσομαι. Ἀπὸ τοῦ Δαβὶδ διὰ Σολομῶντος τὰς γενεὰς

B καταριθμουμένοις, τρίτος ἀπὸ τέλους εὑρίσκεται Ματθὰν, ὃς ἐγέννησε τὸν Ἰακὼβ τοῦ Ἰωσὴφ τὸν πατέρα· ἀπὸ δὲ Νάθαν τοῦ Δαβὶδ κατὰ Λουκᾶν, ὁμοίως τρίτος ἀπὸ τέλους Μελχὶ, οὗ υἱὸς ὁ Ἡλὶ ὁ τοῦ Ἰωσὴφ πατήρ· Ἰωσὴφ γὰρ υἱὸς Ἡλὶ τοῦ Μελχί. Σκοποῦ τοίνυν ἡμῖν κειμένου τοῦ Ἰωσὴφ,

(89) Vulg. *συνεπλάκη γὰρ ἀλλήλοις τὰ γένη.* Ita quidem ex codice Medicæo edidit Rob. Stephanus. In Regio exemplari prius scriptum erat ἐπεπλάκη. Postea vero emendatum est paulo recentiore manu συνεπεπλάκη. Priorem illam lectionem ἐπεπλάκη retinuit Nicephorus. Codd. autem Maz. et Fuk. scriptum habent συνεπεπλάκει, vel, quod idem est, συνεπεπλάκη. Atque ita legisse videtur Rufinus : sic enim vertit : *Reconjunctum namque est sibi invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur*, etc. Ubi vides Rufinum duas illas præpositiones verbi συνεπεπλάκει totidem Latinis exprimere voluisse. In vulgatis quidem Rufini editionibus legitur, *conjunctum namque est sibi invicem genus*, etc. Verum in duobus manuscriptis codicibus, altero bibliothecæ Regiæ, altero Parisiensis Ecclesiæ, et in vetustissimis editionibus legitur *reconjunctum*. Nec tamen probare possum interpretationem Rufini. Nam reconjungi quidem dicuntur duæ familiæ, quæ cum ex eadem gente ortæ sint, mutuis post ea connubiis inter se rejunguntur. Sed in hoc loco longe alia Africani mens est. Non enim dicit Africanus Nathanæos ac Salomonios qui ex eadem gente Davidica originem ducebant, mutuis inter se connubiis postea rejunctos fuisse. Verum hoc dicit, generationes illas, tum quæ a Nathane, tum quæ a Salomone ducuntur, implexas esse atque intricatas, ob secundas scilicet nuptias viduarum et seminum suscitationes, quæ in multis generationum illarum gradibus occurrunt. Proinde præpositio illa ἐπί in verbo συνεπεπλάκει, non exponenda erat per *re* ut fecit Rufinus, sed potius per præpositionem *super*. Ad verbum, συνεπεπλάκει, *superimplexum est.*

(90) *Ἀναστάσεσιν ἀτέκνων.* Vir doctissimus Joannes Langus, qui Nicephorum Latine interpretatus est, hunc locum ita vertit : *Implicata enim inter se sunt genera, et quod a Salomone et quod a Nathan descendit, repræsentatione eorum qui liberos non creassent secundisque nuptiis ac resuscitatione seminum.* Rufinus vero liberius quidem, sed non sine elegantia ita vertit : *Reconjunctum namque sibi est invicem genus, et illud quod per Salomonem, et illud quod per Nathan deducitur, per legales substitutiones quæ fiebant his qui sine liberis decedebant, et per secundas nihilominus nuptias, quibus unus atque idem aliis parentibus progenitus, aliorum esse filius videbatur.* Omisit Rufinus verba illa Africani : καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων, quæ certe superflua videntur.

Cum enim jam antea dixerit ἀναστάσεσιν ἀτέκνων rejunctas fuisse familias, quid opus est addere ἀναστάσεσιν σπερμάτων, quod unum idemque est teste Africano in hac ipsa *ad Aristidem epistola*. Caterum obscurum est quod hic ait Africanus, reparatione scilicet seminis eorum qui sine liberis decessissent, misceri solitas esse familias. Nam quoties frater eodem patre natus relictam fratris sui in conjugium ducebat, nulla erat agnationis mutatio. Sed si forte C frater uterinus viduam fratris sui uxorem duceret, tunc aliqua familiarum permistio nasci poterat. Itaque merito addidit Africanus, καὶ δευτερογαμίαις. Hæc enim præcipua fuit causa permistionis familiarum, quoties mulier susceptis jam liberis ex priore matrimonio, ad secundas nuptias transvolabat, et filios ex posteriore etiam viro pariebat. Quo facto, filium ex priore matrimonio natum, uxorem duxisse, et improlem postea obiisse fingamus. Tunc si frater illius uterinus viduam in conjugium duxerit, et ex ea liberos sustulerit, in persona liberorum erit aliqua familiarum confusio, ita ut natura quidem hujus, lege autem illius filii dicantur.

(91) *Καὶ ἀναστάσεσι σπερμάτων.* Apud Nicephorum legitur ἀναστάσει, atque ita in codice Regio prius scriptum fuerat, postea vero emendatum est alia manu ἀναστάσεσι. Verum Nicephori lectio magis placet, cum paulo ante positum sit ἀναστάσεσι.

D (92) *Ἄλλοτε ἄλλων νομίζεσθαι.* Hæc est scriptura Regii codicis, quam Nicephorus etiam confirmat. Nostri tamen codices Med., Maz., Fuk. scriptum habent ἄλλοτε ἄλλως.

(93) Vulg. *τὴν ἀκολουθίαν τῶν γενῶν.* Hæc est scriptura codicis Regii, quem secutus est Stephanus Nec aliter legisse videtur Rufinus qui sic vertit, *ipsas generationum consequentias enarrabimus.* Reliqui tamen codices Maz., Med., Fuk. ac Savilii, præferunt τὴν ἐπαλλαγὴν τῶν γενῶν. Quam quidem lectionem etiam ad latus codicis Regii ascriptam inveni. Nicephorus autem habet ἐναλλαγήν, id est *commutationem*. Et Christophorsonus quidem vulgatam a Rob. Stephano lectionem secutus est. Ego vero alteram lectionem amplexus sum, quippe quam plures et meliores codices exhiberent. Deinde Africanus hoc loco nequaquam recenset seriem utriusque generationis. Neque enim progreditur ultra Matthan et Melchi. Sed tantum exponit ἐπαλλαγήν, id est *commistionem* seu *complicationem* duarum familiarum in genealogia Christi.

Digitized by Google

ἀποδεικτέον πῶς ἑκάτερος αὐτοῦ πατὴρ ἱστορεῖται, ὁ τε Ἰακὼβ ἀπὸ Σολομῶντος, καὶ Ἠλὶ ὁ ἀπὸ τοῦ Νάθαν ἑκάτερος κατάγοντες τὸ γένος, ὅπως τε πρότερον οὗτοι δὴ ὅ τε Ἰακὼβ καὶ Ἠλὶ δύο ἀδελφοί, καὶ πρός γε, πῶς οἱ τούτων πατέρες Ματθὰν καὶ Μελχὶ διαφόρων ὄντες γενῶν, τοῦ Ἰωσὴφ ἀναφαίνονται πάπποι. Καὶ δὴ οὖν ὅ τε Ματθὰν καὶ Μελχὶ ἐν μέρει τὴν αὐτὴν ἀγαγόμενοι γυναῖκα, ὁμομητρίους ἀδελφοὺς ἐπαιδοποιήσαντο, τοῦ νόμου μὴ κωλύοντος χηρεύουσαν (94), ἤτοι ἀπολελυμένην, ἢ καὶ τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, ἄλλῳ γαμεῖσθαι. Ἐκ δὴ τῆς Ἐσθᾶ, τοῦτο γὰρ καλεῖσθαι τὴν γυναῖκα παραδέδοται, πρῶτος Ματθὰν ὁ ἀπὸ τοῦ Σολομῶντος κατάγων τὸ γένος, τὸν Ἰακὼβ γεννᾷ· καὶ τελευτήσαντος τοῦ Ματθὰν, Μελχὶ ὁ ἐπὶ τὸν Νάθαν κατὰ γένος ἀναφερόμενος, χηρεύουσαν ἐκ μὲν τῆς αὐτῆς φυλῆς, ἐξ ἄλλου δὲ γένους ὤν, ὡς προείπομεν, ἀγαγόμενος αὐτὴν, ἔσχεν υἱὸν τὸν Ἠλί. Οὕτω δὴ διαφόρων δύο γενῶν (95) εὑρήσομεν τόν τε Ἰακὼβ καὶ τὸν Ἠλὶ ὁμομητρίους ἀδελφούς· ὧν ὁ ἕτερος Ἰακὼβ, ἀτέκνου τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος Ἠλὶ, τὴν γυναῖκα παραλαβὼν, ἐγέννησεν ἐξ αὐτῆς τρίτον τὸν Ἰωσήφ. Κατὰ φύσιν μὲν ἑαυτῷ, καὶ κατὰ λόγον· διὸ καὶ γέγραπται· « Ἰακὼβ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ. » Κατὰ νόμον δὲ τοῦ Ἠλὶ υἱὸς ἦν· ἐκείνῳ γὰρ ὁ Ἰακὼβ ἀδελφὸς ὢν, ἀνέστησε σπέρμα. Διόπερ οὐκ ἀκυρωθήσεται καὶ ἡ κατ' αὐτὸν γενεαλογία, ἣν Ματθαῖος μὲν ὁ εὐαγγελιστὴς ἐξαριθμούμενος, « Ἰακὼβ δὲ, φησὶν, ἐγέννησε τὸν Ἰωσήφ· » ὁ δὲ Λουκᾶς ἀνάπαλιν· ὃς ἦν υἱὸς, ὡς ἐνομίζετο (καὶ γὰρ καὶ τοῦτο προστίθησι) τοῦ Ἰωσὴφ, τοῦ Ἠλὶ, τοῦ Μελχί· τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν (96) ἐπισημότερον οὐκ ἦν ἐξειπεῖν. Καὶ τὸ ἐγέννησεν ἐπὶ τῆς τοιᾶσδε παιδοποιΐας ἄχρι τέλους ἐσώπησε, τὴν ἀναφορὰν ποιησάμενος ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ (97) κατ' ἀνάλυσιν. Οὐδὲ μὴν ἀναπόδεικτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο· τοῦ γοῦν Σωτῆρος οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς, εἶτ' οὖν φανητιῶντες, εἶθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες, πάντως δὲ ἀληθεύον-

A Salomonem generationes cum Matthæo numeraveris, tertius a fine reperietur Matthan qui genuit Jacob patrem Josephi. Quod si cum Luca a Nathan Davidis filio numeres, tertius itidem a fine reperietur Melchi, cujus filius fuit Heli pater Josephi. Sic enim ait[23] : « Joseph qui fuit Heli, qui fuit Melchi. » Cum igitur velut scopus nobis propositus sit Josephus, explicandum nobis est, quomodo uterque pater illius esse dicatur, tam Jacob qui ex Salomone, quam Heli qui ex Nathan originem ducit: ac præterea quomodo isti duo Jacob et Heli fratres fuerint; deinde vero qua ratione horum patres Matthan et Melchi, diverso genere prognati, avi Josephi fuisse probentur. Matthan et Melchi cum eamdem uxorem alter post alterum habuissent, liberos ex B ea, qui uterini fratres erant, susceperunt. Quippe lex minime vetabat, ne mulier vidua, seu repudiata, seu viro ipsius mortuo, alteri nuberet. Igitur Estha (hoc enim mulieris nomen fuisse accepimus) primus Matthan, qui **22** a Salomone genus ducebat, Jacobum filium sustulit. Post Matthanis autem interitum, Melchi, qui ad Nathanem originem referebat, cum ex eadem tribu sed diversa familia editus esset, ut antea diximus, uxorem eam sortitus, Heli filium suscepit. Hoc modo Jacob et Heli licet diverso genere prognatos, uterinos fratres reperiemus. Quorum alter, Jacob scilicet, cum frater ipsius Heli sine liberis decessisset, viduam ejus conjugem sibi accipiens, tertium ex ea Josephum genuit, naturali quidem ratione filium suum. Unde etiam scriC ptum est[24] : « Jacob autem genuit Joseph. » Sed secundum legem filius erat Heli, quippe cum ejus semen Jacobus frater suscitavisset. Proinde nec generis per eum deducta series, vana ac futilis deprehendetur : quam Matthæus quidem recensens, « Jacob, inquit, genuit Joseph, » Lucas vero e contrario a filiis ad parentes ascendens : Jesus, inquit, qui erat, ut putabatur (hoc enim diserte ad-

[23] Cap. III. [24] Matth. I.

(94) *Χηρεύουσαν.* Hoc loco Africanus χηρεύειν promiscue dixit tam de mulieribus repudiatis, quam de iis quarum viri fato functi sunt.

(95) *Διαφόρων δύο γενῶν.* Hoc loco γένος sumitur pro *familia*. Gens enim dividitur in familias. Sic gens Cornelia, verbi gratia, in plures erat divisa familias, puta Scipionum, Sullarum, Lentulorum; qui omnes ex diversa quidem familia, sed ex una D eademque erant gente; ac proinde gentiles dicebantur. Eodem modo Matthan et Melchi ex diversa erant familia; ambo tamen ex eadem gente Davidica quæ in duas familias erat divisa, Salomoniorum scilicet et Nathanæorum.

(96) *Τὴν γὰρ κατὰ νόμον γένεσιν.* Hic vero nimium argutari videtur Africanus. Cum enim Lucas de Christo dixerit : Ὡς ἐνομίζετο υἱὸς Ἰωσὴφ τοῦ Ἠλὶ, τοῦ Μελχί, etc.; Africanus voces illas ὡς ἐνομίζετο referri vult non solum ad illa verba υἱὸς Ἰωσήφ, sed etiam ad illa quæ sequuntur τοῦ Ἠλί. Quod etsi acutum videtur, est tamen ineptum atque insulsum. Nam si Lucas evangelista his vocibus ὡς ἐνομίζετο, legalem illam generationem seu adoptionem intelligit, ut vult Africanus, sequeretur Christum filium fuisse Josephi per adoptionem legalem, eodem plane modo quo Josephus filius fuit Heli. Ita dicendum esset Mariam post mortem Joseph nupsisse ejus fratri, atque ex eo Christum peperisse, quod impium est et absurdum. Id tamen necessario sequitur ex verbis Africani. Præterea si voces illæ ὡς ἐνομίζετο extenduntur ad ea verba τοῦ Ἠλί, eadem ratione extendi etiam poterunt ad omnes generationum gradus qui sequuntur. Nulla enim ratio est cur in secundo gradu subaudiantur potius quam in reliquis lineis. Hoc igitur primo improbandum est in explicatione Africani. Secundo loco notandum est quod ait in generatione illa Christi quam refert Lucas tertium esse Melchi : atqui in Evangelio Lucæ tertius nominatur Mathat, avus scilicet Josephi; Melchi vero quintus, abavus scilicet Josephi. Itaque aut Africanum memoria lapsum esse dicendum est, aut certe in codice Evangelii quo usus est Africanus *Melchi* scriptum fuisse pro *Mathat* : quæ est conjectura Bedæ *in caput* III *Lucæ*. Certe Gregorius Nazianzenus in carmine 58, *De Christi genealogia*, Africanum sequens, *Melchi* pro *Mathat* posuit, et Ambrosius in lib. III *Commentariorum in Lucam*.

(97) Vulg. ἕως τοῦ Ἀδὰμ τοῦ Θεοῦ. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil., particulam interserunt hoc modo ἕως τοῦ Ἀδὰμ καὶ τοῦ Θεοῦ, quod quidem mihi videtur elegantius. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet.

Digitized by Google

(34) *Ἐπὶ ἀρχιερέως Ἄννα καὶ Καϊάφα.* Ita legi- pontifex nominatur a B. Luca. Cæterum Caipham
tur in omnibus nostris codicibus. Apud Lucam in anno XV Tiberii pontificem Judæorum fuisse docet
cap. III scriptum est ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊά- Josephus in lib. XVIII. Factus enim est pontifex a
φα. Cæterum hæc verba B. Lucæ nullatenus id si- Valerio Grato, qui ex Judæa decessit anno circiter
gnificant, quod sibi persuasit Eusebius, Christum Tiberii Cæsaris XVII ineunte. Quem pontificatum
scilicet prædicare cœpisse ab eo anno quo sacerdos plus quam X annis obtinuit, toto scilicet tempore
Judæorum fuit Annas, usque ad pontificatum Cai- administrationis Pilati. Remoto deinde Pilato, Vi-
phæ. Nam primo quidem Lucas ibi loquitur non de tellius legatus Syriæ sacerdotium ademit Caiphæ,
prædicatione Christi, sed de prædicatione Joannis, et Jonathan in ejus locum substituit, ut scribit Jo-
quæ prædicationem Christi antecessit. Deinde eam sephus in cap. 6.
Joannis prædicationem cœpisse dicit sub pontifici-

Digitized by Google

stiterit, vix hoc temporis intervallo quadriennium integrum continetur. Quippe cum jam inde ab illis quibus dixi temporibus aboliti prope essent ritus legesque sacrorum, simul sacerdotium perpetuum et hereditarium esse desierat : nec quæ ad cultum Dei pertinent rite agebantur. Sed a præsidibus Romanis alii subinde atque alii sacerdotes constituti, non plus quam anni spatio munus illud gerebant. Certe Josephus ab Anna ad Caipham quatuor continuo ordine sacerdotes fuisse in dicto *Antiquitatum* libro narrat his verbis : « Valerius Gratus cum Annæ sacerdotium ademisset, Ismaelem Baphi filium in ejus locum promovit. Quo non multo post remoto, Eleazarum supradicti Annæ filium sacerdotem designavit. Interjecto deinceps anni spatio cum huic honorem abrogasset, Simoni Camithi filio sacerdotium tradidit. Qui eo munere non ultra annum perfunctus, mox Josephum, cui etiam Caiphæ nomen fuit, successorem accepit. » Proinde universum prædicationis Dominicæ tempus non totos quatuor annos complecti manifestum est, quorum spatio totidem sacerdotes ab Anna usque ad promotionem Caiphæ annuum singuli sacerdotium administrarunt. Itaque illo anno quo salutaris Christi

ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα (35) *παραμείναντος*, οὐδ' ὅλος ὁ μεταξὺ τετραέτης παρίσταται χρόνος. Τῶν γάρ τοι κατὰ τὸν νόμον ἤδη πως καθηρημένων ἐξ ἐκείνου θεσμῶν, λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχὴ (36), οὔτε τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν· ὑπὸ δὲ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἡγεμόνων ἄλλοτ' ἄλλοι τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπιτρεπόμενοι, οὐ πλεῖον ἔτους ἑνὸς ἐπὶ ταύτης διετέλουν. Ἱστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος (37) τέσσαρας κατὰ διαδοχὴν ἐπὶ Καϊάφαν ἀρχιερεῖς μετὰ τὸν Ἄνναν διαγενέσθαι, κατὰ τὴν αὐτῆς τῆς Ἀρχαιολογίας γραφὴν (38), ὧδέ πως λέγων· « Οὐαλέριος Γράτος παύσας ἱεράσθαι Ἄννανον, Ἰσμάηλον ἀρχιερέα ἀποφαίνει τὸν τοῦ Βαφί (39). Καὶ τοῦτον δὲ μετοὐπολὺ μεταστήσας, Ἐλεάζαρον τὸν Ἀννάνου τοῦ ἀρχιερέως υἱὸν ἀποδείκνυσιν ἀρχιερέα. Ἐνιαυτοῦ δὲ διαγενομένου καὶ τόνδε παύσας, Σίμωνι τῷ Καμίθου τὴν ἀρχιερωσύνην παραδίδωσιν. Οὐ πλέον δὲ καὶ τῷδε ἐνιαυτοῦ τὴν τιμὴν ἔχοντι διαγίνεται χρόνος (40), καὶ Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας (41) διάδοχος ἦν αὐτῷ. » Οὐκοῦν ὁ σύμπας οὐδ' ὅλος τετραέτης ἀποδείκνυται τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας χρόνος, τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν (42) ἔτεσιν ἀρχιερέων ἀπὸ τοῦ Ἄννα καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ Καϊάφα κατάστασιν ἐνιαύσιον λειτουργίαν ἐκτετελεκότων. Τόν γέ τοι Καϊάφαν ἀρ-

(35) *Μέχρι δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ Καϊάφα.* Rufinus *initium* vertit; Langus vero *administrationem*, quod magis probo. Nam apud Judæos magistratus fuit sacerdotium, cum sacerdos seu ἀρχιερεύς jurisdictionem haberet. Præerat enim publico gentis concilio, quod συνέδριον vocabant. Paulo post in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. ita legitur: οὐδ' ὅλως ὁ μεταξὺ *παρίσταται* τετραέτης χρόνος.

(36) *Λέλυτο μὲν ἡ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχή.* Hujus loci insignis emendatio debetur codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. Nam Rob. quidem Stephanus Regii codicis lectionem expresserat, quæ meo quidem judicio ferri non potest. Quid enim sibi volunt illa verba, οὔτε τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν? Quanto planior est scriptura codicum nostrorum, λέλυτο μὲν ᾧ διὰ βίου καὶ ἐκ προγόνων διαδοχῆς τὰ τῆς τοῦ Θεοῦ θεραπείας προσήκοντα ἦν. Confirmat hanc lectionem Nicephorus, qui in cap. 29, lib. 1 locum Eusebii sic expressit : λέλυτο πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ᾧ διὰ βίου κἀκ τῆς τῶν προγόνων διαδοχῆς διέφερεν ἡ τοῦ Θεοῦ θεραπεία καὶ λειτουργία. Nulla potest afferri melior interpretatio Eusebiani loci, quam hoc Nicephori scholium. Illud tantum monendum est, singularem numerum hic positum esse pro plurali. Idem enim est ac si dixisset λέλυντο μὲν οἷς διὰ βίου, etc. Quid sit διὰ βίου nec Rufinus nec Langus intellexerunt. Nos pluribus exponemus in adnotationibus ad librum decimum.

(37) *Ἱστορεῖ γοῦν ὁ Ἰώσηπος.* Longe hic fallitur Eusebius. Nam Josephus non loquitur de iisdem temporibus de quibus Lucas. Josephus quidem loquitur de primo Tiberii Cæsaris decennio, quo tempore procurator Judææ fuit Valerius Gratus. At Lucas loquitur de secundo Tiberii decennio, quando præses fuit Pilatus. Hunc Eusebii errorem jamdudum notavit Scaliger in lib. VI *De emendatione temporum*, cap. 1, et multo ante Scaligerum Langus in notis ad cap. 29 lib. 1 Nicephori.

(38) *Κατὰ τὴν αὐτῆς Ἀρχαιολογίας γραφήν.* Melius nostri codices Maz. Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent κατὰ τὴν αὐτὴν τῆς Ἱστορίας γραφήν.

(39) *Τὸν τοῦ Βαφί.* Ita quidem codex Regius, cui astipulatur Rufinus his verbis : *Valerius Gratus, Anna sacerdotio deturbato, Ismaelem pontificem designavit filium Baffi.* Ita enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ. Reliqui vero Eusebiani codices Maz., Med., cum Fuk. et Savil., scriptum habent τὸν τοῦ Φαβί. Quibus consentit etiam Nicephorus.

(40) *Διαγίνεται χρόνος.* In nostris codicibus Maz., Med. Fuk. et Savilii scriptum est διεγένετο. Sic etiam legit Nicephorus in cap. 29 lib. 1.

(41) *Ἰώσηπος ὁ καὶ Καϊάφας.* Rufinus vertit *Joseppum cui et Caiaphas nomen fuit, accepit successorem.* Sic enim scriptum est in optimo et vetustissimo exemplari Parisiensis Ecclesiæ, non ut in vulgatis *Josephum*. Sed et Josephi historiographi nomen in eodem codice ita perpetuo scriptum inveni, quemadmodum etiam in vetustissimis Rufini editionibus scriptum habetur. Quod certe mutare non debuerant editores. Nam et apud Cassiodorum et Jordanem in indice scriptorum ex quibus decerpta est *Historia Gothica*, Joseppus nominatur : et apud Suetonium in *Vespasiano*, antiquissimus codex bibliothecæ Memmiæ scriptum habet *Josepus*. Denique Apollonius Collatius *Josipum* semper vocat secunda syllaba brevi.

(42) *Τεσσάρων ἐπὶ τέσσαρσιν.* Josephi verba sic interpretatur Eusebius, quasi dixerit Josephus quatuor illos pontifices, Ananum, Ismaelem, Eleazarum ac Simonem, singulos anni spatio sacerdotium administrasse. Sed Josephus de duobus quidem postremis id dicere dicit, de prioribus non item. Nam Ismaelem quidem paulo postquam pontifex factus fuisset a Valerio, exutum fuisse narrat. Anano vero tantum abest, ut annum unum sacerdotii tribuat Josephus, quinimo ex Josephi verbis plane conficitur, Ananum tribus minimum annis sacerdotium tenuisse. Etenim Ananum in locum Joazari substitutum esse dicit a Quirinio post peractum censum, anno circiter 37 ab Actiaca victoria, cum Coponius procurator esset Judææ ; eumdemque in sacerdotio permansisse usque ad procurationem Valerii Grati, qui a Tiberio sub initium imperii missus est in Judæam. Ita necesse est, ut Anani pontificatus satis diuturnus fuerit, quippe qui sub quatuor Judææ procuratoribus Coponio, M. Ambivio, Annio Rufo et Valerio Grato eam digni-

Digitized by Google

χιερέα εἰκότως τοῦ ἐνιαυτοῦ καθ' ὃν (43) τὰ τοῦ σωτηρίου πάθους ἐπετελεῖτο, ἡ τοῦ Εὐαγγελίου παρεσημήνατο Γραφή. Ἐξ ἧς καὶ αὐτῆς οὐκ ἀπάδων τῆς προκειμένης ἐπιτηρήσεως ὁ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἀποδείκνυται χρόνος. Ἀλλὰ γὰρ ὁ Σωτὴρ καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, οὐ μετὰ πλεῖστον τῆς καταρχῆς τοῦ κηρύγματος, τοὺς δώδεκα ἀποστόλους ἀνακαλεῖται· οὓς καὶ μόνους τῶν λοιπῶν αὐτοῦ μαθητῶν κατά τι γέρας ἐξαίρετον ἀποστόλους ὠνόμασεν. Καὶ αὖθις ἀναδείκνυσιν ἑτέρους ἑβδομήκοντα, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο δύο (44), πρὸ προσώπου αὐτοῦ εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι (45).

A passio contigit, divinum Evangelii volumen recte Caipham pontificem adnotavit. Ex cujus etiam Evangelii auctoritate temporis spatium quo Christus prædicavit, cum observatione nostra convenire ostenditur. Cæterum Servator ac Dominus noster Jesus Christus haud multo post evangelicæ prædicationis initium duodecim sibi viros adjunxit, quos præ reliquis discipulis suis solos apostolorum nomine quasi præcipuo quodam honoris titulo insignivit. Elegit præterea septuaginta viros, quos in ea loca et oppida, in quæ ipse venturus erat, binos præmittere solebat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Τὰ περὶ Ἰωάννου τοῦ Βαπτιστοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ μεμαρτυρημένα. (Nic. *H. E.* I, 19, 20)

Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ (46) τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου ὑπὸ τοῦ νέου Ἡρώδου τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντος, μνημονεύει μὲν καὶ ἡ θεία τῶν Εὐαγγελίων Γραφή· συνιστορεῖ γε μὴν καὶ ὁ Ἰώσηπος ὀνομαστὶ τῆς τε Ἡρωδιάδος μνήμην πεποιημένος, καὶ ὡς ἀδελφοῦ γυναῖκα οὖσαν αὐτὴν ἠγάγετο πρὸς γάμον Ἡρώδης, ἀθετήσας μὲν τὴν προτέραν αὐτῷ κατὰ νόμους γεγαμημένην γυναῖκα· Ἀρέτα δ' ἦν αὕτη τοῦ Πετραίων βασιλέως θυγάτηρ· τὴν δὲ Ἡρωδιάδα ζῶντος διαστήσας τοῦ ἀνδρός· δι' ἣν καὶ τὸν Ἰωάννην ἀνελὼν,

29 CAPUT XI.

Testimonia de Joanne Baptista et de Christo.

Brevi interjecto tempore Joannem Baptistam ab Herode juniore capite truncatum fuisse sacra Evangelii Scriptura commemorat. Cui astipulatur etiam Josephus, qui et Herodiadis ipsius nominatim meminit, et diserte narrat quomodo Herodes, priore et legitima conjuge repudiata, quæ Aretæ regis Arabum filia erat, hanc fratris sui uxorem a vivo viro suo per vim abductam sibi conjugem ascivit: inque ejus gratiam necato Joanne Baptista, cum Areta ob filiæ contumeliam infesto bellum gessit. Quo

latem gesserit. Cumque Gratus undecim annis præfuerit Judææ, Josephus diserte non dicit quoto procurationis anno Ananum exauctoraverit. Certe Josephus in libro xx, cap. 8, Ananum hunc testatur diutissime potitum esse sacerdotio, et quinque ejus filios pontifices fuisse. Ex his apparet falli Scaligerum qui in Prolegomenis ad Eusebii *Chronicon*, Annam ad paucos dies pontificem fuisse scribit. Contra est Josephus in libris quos supra citavi. Quippe in lib. xx diserte affirmat Ananum ἐπὶ πλεῖστον potitum esse sacerdotio. Scio Josephi verba exponi posse non solum de tempore quo Anna gessit sacerdotium, sed et de toto temporis spatio quo vixit post sacerdotium. Nam quicunque pontificatum gesserant, ii reliquo vitæ tempore pontifices dicebantur, et decimas accipiebant, ut docet Josephus in lib. xx, ubi de Anania. Et ob hanc causam B. Lucas in supradicto loco Annam pontificem appellat; qui tamen tunc temporis non erat pontifex, sed eam dignitatem gesserat, ut supra dixi. Ex his patet, frustra ab Eusebio tam Josephi quam Lucæ verba adducta esse, ut quadriennium Christi prædicationis astrueret: quippe cum Christus non sub quatuor pontificibus, sed uno Caipha prædicaverit, ut ex Josepho superius ostendimus. Longe melius Epiphanius, qui triennium prædicationis Christi astruit ex numero Paschatum, quæ in Joannis Evangelio recensentur a prædicatione illius ad mortem usque. Ita etiam Prosper in *Chronico*, cujus verba hic apponam: *Quidam putant Dominum nostrum Jesum Christum* xv *anno regni Tiberii Cæsaris, id est duobus Geminis coss. crucifixum: quo anno secundum indubitatam Lucæ evangelistæ auctoritatem baptizatum eum esse manifestum est, et Evangelium regni cœlorum prædicare cœpisse. Secundum vero Joannis Evangelium, festivitati Paschæ Judæorum ter Dominum interfuisse cognoscimus: ut appareat tertium fuisse illud Pascha, quod verus Agnus suo sanguine consecravit. Proinde consules quidem a manifestatione Domini, id est a duobus Geminis inchoamus. Sed tertios ab eis consules Dominicæ passioni ascribimus.* Alii vero quatuor Paschata numerant ab initio prædicationis Christi, inter quos est auctor *Chronici Alexandrini*. In qua sententia etiam fuisse videtur Eusebius, qui quadriennium, licet non integrum, assignat Christi prædicationi.

(43) *Τοῦ ἐνιαυτοῦ καθ' ὅν.* Intelligit locum Joannis cap. xi et xviii, ubi dicitur Caiphas fuisse pontifex anni illius. Ex hoc Joannis loco conjicit Eusebius Caipham creatum esse pontificem anno illo quo Christus suffixus est cruci. Eusebium secutus est auctor *Chronici Alexandrini*, qui pontifices sub quibus prædicavit Christus numerat, Annam, Ismaelem, Eleazarum ac Simonem. Sed Joannes Caipham eo anno factum esse pontificem non dicit. Cum ergo Josephus, auctor certissimus, qui Judaicorum pontificum successionem diligentissime recensuit, affirmet Caipham a Valerio Grato pontificem factum esse, nec nisi post Pilati procurationem exutum esse sacerdotio, equidem Josephi auctoritatem sequi malo, præsertim cum Lucæ evangelistæ testimonio confirmetur. Lucas enim diserte affirmat anno xv Tiberii Cæsaris Caipham pontificem jam tum fuisse.

(44) *Ἀπέστειλεν ἀνὰ δύο δύο.* Ita edidimus ex fide nostrorum exemplarium Regii, Maz. Med. ac Fuk. Hodie tamen in cap. x Evangelii B. Lucæ, ex quo hoc desumpsit Eusebius, legitur tantum ἀνὰ δύο, sine repetitione ultimæ vocis, quam Rob. etiam Stephanus otiosam esse existimavit. Ego vero nonnihil elegantiæ hunc πλεονασμὸν habere censeo, quem etiam in lingua Gallica retinemus.

(45) *Οὗ ἔμελλεν αὐτὸς ἔρχεσθαι.* Nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent οὗ ἤμελλεν.

(46) *Οὐκ εἰς μακρὸν δέ.* Ab his verbis caput undecimum inchoavi, secutus auctoritatem codicis Regii, Maz. ac Fuk., quibus consentit etiam Rufinus.

Digitized by Google

quidem in bello victum acie Herodem, et universum ejus exercitum deletum refert, hæcque omnia ob scelus adversus Joannem Baptistam perpetratum ei contigisse. Idem Josephus Joannem justissimum virum fuisse, et lavacri cujusdam institutorem affirmans, cum iis quæ in sacris Evangeliorum voluminibus de eodem Joanne prodita sunt, mirifice consentit. Refert etiam Herodem Herodiadis culpa principatu excidisse, et in urbem Galliæ Viennam simul cum ea esse relegatum. Et hæc quidem in octavo decimo *Antiquitatum* libro ab eo commemorantur, in quo etiam de Joanne scribit his verbis : « Arbitrabantur quidam Judæorum divina ultione periisse Herodis exercitum, Deo cædem Joannis, qui Baptista cognominatus est, vindicante. Quippe hunc Herodes obtruncaverat, cum esset vir bonus, Judæosque ad virtutis studium excitaret, præcipiens ut juste quidem inter se, erga Deum autem pie agentes, ad lavacrum accederent. Tunc enim demum acceptum Deo fore lavacrum aiebat, cum eo non ad expiationem criminum uterentur, sed ad corporis munditiem, ut mentibus jam ante per justitiam expurgatis, corporis quoque adderent puritatem. Cumque multi ad eum undique confluerent (hujusmodi enim sermonibus mirifice delectabantur), Herodes veritus, ne tanta hominis auctoritas subditos ad defectionem impelleret, quippe qui nihil non acturi ex ejus consilio viderentur, satius esse duxit priusquam novi aliquid oriretur, illum e medio tollere, quam mutatione rerum facta, ipse in maximum discrimen adductus, **30** seram pœnitentiam agere. Vinctus igitur ob hanc Herodis suspicionem, et ad castellum Machæruntem, cujus supra meminimus perductus, ibidem cæsus est. » Hæc Josephus de Joanne. Qui etiam in eodem libro Servatoris nostri mentionem facit his verbis : « Iisdem

A πόλεμον αἴρεται πρὸς τὸν Ἀρέταν, ὡς ἂν ἠτιμασμένης αὐτοῦ τῆς θυγατρός (47). Ἐν ᾧ πολέμῳ μάχης γενομένης, πάντα φησὶ τὸν Ἡρώδου στρατὸν διαφθαρῆναι, καὶ ταῦτα πεπονθέναι τῆς ἐπιβουλῆς ἕνεκεν τῆς κατὰ Ἰωάννου γεγενημένης. Ὁ δ' αὐτὸς Ἰώσηπος ἐν τοῖς μάλιστα δικαιότατον καὶ Βαπτιστὴν ὁμολογῶν γεγονέναι τὸν Ἰωάννην, τοῖς περὶ αὐτοῦ κατὰ τὴν τῶν Εὐαγγελίων Γραφὴν ἀναγεγραμμένοις συμμαρτυρεῖ. Ἱστορεῖ δὲ καὶ τὸν Ἡρώδην τῆς βασιλείας ἀποπεπτωκέναι διὰ τὴν αὐτὴν Ἡρωδιάδα, μεθ' ἧς αὐτὸν καὶ εἰς τὴν ὑπερορίαν ἀπεληλάσθαι, Βίενναν τῆς Γαλλίας πόλιν (48) οἰκεῖν καταδικασθέντα. Καὶ ταῦτά γε αὐτῷ ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἀρχαιολογίας δεδήλωται, ἔνθα συλλαβαῖς αὐταῖς περὶ τοῦ Ἰωάννου ταῦτα γράφει· « Τισὶ δὲ τῶν Ἰουδαίων
B ἐδόκει ὀλωλέναι τὸν Ἡρώδου στρατὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ μάλα δικαίως τιννυμένου κατὰ ποινὴν Ἰωάννου τοῦ καλουμένου Βαπτιστοῦ. Κτείνει γὰρ τοῦτον Ἡρώδης, ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκῆσαι (49), καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους δικαιοσύνῃ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν εὐσεβείᾳ χρωμένους, βαπτισμῷ συνιέναι. Οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὴν βάπτισιν ἀποδεκτὴν αὐτῷ φανεῖσθαι, μὴ ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων παραιτήσει χρωμένων, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ἅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προεκκεκαθαρμένης. Καὶ τῶν ἄλλων συστρεφομένων, καὶ γὰρ ἥσθησαν ἐπιπλεῖστον τῇ ἀκροάσει τῶν λόγων, δείσας Ἡρώδης τὸ ἐπὶ τοσόνδε πειθανὸν αὐτοῦ τοῖς ἀνθρώποις, μὴ ἐπὶ ἀποστάσει τινὶ φέροιτο (πάντα γὰρ
C ἐῴκεσαν συμβουλῇ τῇ ἐκείνου πράξοντες), πολὺ κρεῖττον ἡγεῖται πρίν τι νεώτερον ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι (50), προλαβὼν ἀναιρεῖν, ἢ μεταβολῆς γενομένης εἰς πράγματα ἐμπεσὼν μετανοεῖν. Καὶ ὁ μὲν ὑποψίᾳ τῇ τοῦ Ἡρώδου, δέσμιος εἰς τὸν Μαχαιροῦντα πεμφθεὶς τὸ προειρημένον φρούριον, ταύτῃ κτίννυται. » Ταῦτα περὶ τοῦ Ἰωάννου διελθών, καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν (51)

(47) *Ὡς ἂν ἠτιμασμένης αὐτοῦ τῆς θυγατρός.* In codice Regio, Med. ac Maz. legitur αὐτῷ τῆς θυγατρός. Nicephorus quoque habet τούτῳ. Nec illud omittendum est, in codice Maz. ac Fuk. ὡσάν scribi una voce, licet cum spiritu in secunda syllaba. Atque ita perpetuo hanc vocem scribi observavi in optimo illo codice Maz. quoties ponitur pro *tanquam*.

(48) *Βίενναν τῆς Γαλλίας πόλιν.* Memoria lapsus Eusebius pro Lugduno Viennam posuit. Quippe Josephus, quem hic auctorem laudat Eusebius, Herodem a Caio Cæsare Lugdunum esse relegatum scribit in lib. XVIII *Originum*, cap. 7. Porro in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. ac Savil. deest vox πόλιν.

(49) *Ἀρετὴν ἐπασκῆσαι.* Omnes nostri codices, nullo excepto, scriptum habent ἀρετὴν ἐπασκοῦσι. Sed cum paulo post sequatur χρωμένους, hunc solœcismum animadvertens Rob. Stephanus emendavit, ut editum est, ἐπασκῆσαι. Ego vero in tanto consensu omnium librorum, ἐπασκοῦσι retinendum censeo ; tantum pro χρωμένους emendandum est χρωμένοις, ut habent Josephi ac Nicephori editiones.

(50) *Περί τι νεώτερον ἀπ' αὐτοῦ γενέσθαι.* Hæc est scriptura Regii codicis. Sed Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum exhibent ὑπ' αὐτοῦ. Ita etiam Nicephorus. In Josephi autem editionibus legitur ἐξ αὐτοῦ.

(51) *Καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.* Jam superius mentionem feci libelli cujusdam qui nuper est editus : in quo hic locus Josephi de Jesu Christo expenditur. Auctor hujus libri duo nobis persuadere tentavit. Primum est, locum illum Josephi falsum ac subdititium esse. Alterum est, Eusebium nostrum ejus fraudis auctorem exstitisse. Quod attinet ad primum caput disputationis, jam pridem viri docti eum Josephi locum in dubium revocarunt. Sed cum nudis indiciis et suspicionibus ad id judicandum
D impellerentur, conjecturam suam silentio premere maluerunt quam quidquam temere affirmare. Quod quidem prudenti consilio ab iis factum esse nemo negaverit. Quamobrem scriptor illius libelli, in eo mihi reprehendendus videtur, quod cum nullis nitatur demonstrationibus, tamen ita pronuntiat, ut nos posthac de ejus loci falsitate dubitare minime patiatur. Quænam porro sunt argumenta illa quibus hoc astruit? Justinus, inquit, in *Disputatione adversus Tryphonem* nullam hujus rei mentionem fecit. Quasi vero necesse fuerit Justino Josephi testimonium adducere ; aut quasi testimonium Josephi historiarum scriptoris, magnum pondus habiturum fuisset apud Tryphonem. Atqui non hoc erat propositum Justino ut ex profanis scriptoribus, sed potius ut ex sacris prophetarum libris Christi fidem ac divinitatem probaret. Quare nihil opus erat ut Josephi testimonium afferret, præsertim cum Josephus scriptor esset etiam tum recentissimus.

Digitized by Google

κατὰ τὴν αὐτὴν τοῦ συγγράμματος ἱστορίαν ὧδέ πως μέμνηται· « Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐξεπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων. Εἰσέτι τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. » Ταῦτα τοῦ ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ, περί τε τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παραδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ, τοῦ μὴ ἀναισχύντους ἀπελέγχεσθαι τοὺς κατ' αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐχέτω ταύτῃ.

temporibus Jesus quidam fuit vir sapiens, si tamen virum eum appellare fas est. Erat quippe admirabilium operum effector, doctorque eorum qui veritatem libenti animo complectebantur. Multos ille partim ex Judæis, partim ex gentilibus sectatores sibi adjunxit. Hic erat Christus. Quem a gentis nostræ primoribus delatum, cum Pilatus crucis supplicio addixisset, hi tamen qui illum dilexerant, eum deinceps colere non destiterunt. Tertio enim die vivus ac spirans eis apparuit, prout divini prophetæ hæc et alia quamplurima de illo mirifica prædixerant. Abhinc porro Christianorum genus qui ab eo nomen sumpsere, ad nostram usque ætatem continuatum manet. » Hæc igitur cum scriptor ille ex Hebræis oriundus de Joanne Baptista et de Servatore nostro in libris suis commemoraverit, quod jam effugium relinquitur his qui adversus eos *Acta* illa confinxerunt, quominus impudentissimi esse convincantur? Sed de his satis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν μαθητῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν. (Nic. *H. E.* 1, 21, 22, usque ad fin.)

Τῶν γε μὴν τοῦ Σωτῆρος ἀποστόλων, παντί τῳ σαφὴς ἐκ τῶν Εὐαγγελίων ἡ πρόσρησις. Τῶν δ' ἑβδομήκοντα μαθητῶν, κατάλογος μὲν οὐδεὶς οὐδαμῆ φέρεται· λέγεταί γε μὲν εἷς αὐτῶν Βαρνάβας γεγονέναι, οὗ διαφόρως μὲν καὶ αἱ Πράξεις τῶν ἀποστόλων ἐμνημόνευσαν, οὐχ ἥκιστα δὲ καὶ ὁ Παῦλος γράφων Γαλάταις. Τούτων δ' εἶναί φασι καὶ Σωσθένην τὸν ἅμα Παύλῳ Κορινθίοις ἐπιστείλαντα. Ἡ δ' ἱστορία παρὰ Κλήμεντι κατὰ τὴν πέμπτην τῶν Ὑποτυπώσεων, ἐν ᾗ καὶ Κηφᾶν, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· « Ὅτε δὲ ἦλθε Κηφᾶς εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην (52), » ἕνα φησὶ γεγονέναι τῶν ἑβδομήκοντα μαθητῶν, ὁμώνυμον Πέτρῳ τυγχάνοντα τῷ ἀποστόλῳ. Καὶ Ματθίαν δὲ τὸν ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου τοῖς ἀποστόλοις ἐγκαταλεγέντα, τόν τε σὺν αὐτῷ τῇ ὁμοίᾳ ψήφῳ τιμηθέντα, τῆς αὐτῆς τῶν ἑβδομήκοντα κλήσεως ἠξιῶσθαι κατέχει λόγος. Καὶ Θαδδαῖον δὲ ἕνα τῶν αὐτῶν εἶναί φασι· περὶ οὗ καὶ ἱστορίαν ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς, αὐτίκα μάλα ἐκθήσομαι. Καὶ τῶν ἑβδομήκοντα δὲ πλείους τοῦ Σωτῆρος πεφηνέναι μαθητὰς εὕροις ἂν ἐπιτηρήσας, μάρτυρι χρώμενος τῷ Παύλῳ, μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἔγερσιν ὤφθαι αὐτὸν φήσαντι, πρῶτον μὲν Κηφᾷ (53), ἔπειτα τοῖς

CAPUT XII.

De Servatoris nostri discipulis.

Et apostolorum quidem Servatoris nostri nomina ex Evangeliorum libris notissima sunt omnibus. Quod vero ad septuaginta discipulos attinet, eorum series nullibi perscripta reperitur. Fertur tamen ex illorum numero unus fuisse Barnabas, cujus cum in Actibus apostolorum crebra fit mentio, tum in Pauli ad Galatas Epistola. Ex iisdem etiam Sosthenem fuisse perhibent, eum qui una cum Paulo litteras ad Corinthios scripsit. Sic enim refert Clemens in libro quinto *Hypotyposeon*. In quo etiam Cepham illum cui Antiochiam ingresso Paulus se palam restitisse dicit, quoniam reprehensione dignus erat, unum ait fuisse ex septuaginta discipulis Petro apostolo cognominem. Matthiam quoque, eum qui Judæ proditoris loco in numerum apostolorum 31 ascriptus est, et alterum illum qui cum Matthia pari suffragio fuit honoratus, fama est ex illo cœtu septuaginta discipulorum fuisse. Thaddæum præterea unum ex illis fuisse ferunt. De quo historiam quæ ad nos usque pervenit, mox narraturus sum. Quod si quis observare velit attentius, plures quam septuaginta reperiet Servatoris nostri discipulos, vel ex unius Pauli testimonio: qui Chri-

quippe qui sub extrema Domitiani tempora *Antiquitates Judaicas* publicasset. Ad illud autem argumentum quod ex Origene ducitur, facilis est et expedita responsio. Negat quidem Origenes in libris *contra Celsum*, Josephum agnovisse Jesum Christum, id est credidisse Christo, seu Christianum fuisse. Sed neque ex hoc Josephi loco quem hic citat Eusebius, sequitur Josephum Christi fidem amplexum fuisse. Quamvis enim dicat οὗτος ἦν ὁ Χριστός, subaudiendum est λεγόμενος, id est, *hic est qui dicebatur Christus*. Jam vero quod scribit auctor illius libelli, Eusebium nostrum hujus falsitatis architectum fuisse, nunquam profecto cordatis hominibus id persuadere poterit. Nam cui bono id Eusebius confingere voluisset? An ex testimonio Josephi pendebat divinitas Christi? Annon Eusebii ætate libri *Antiquitatum Josephi* in omnibus bibliothecis vise-

bantur; quibus prolatis, facillimum fuisset Eusebii fraudem convincere.

(52) *Κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην.* Post has voces in editione Parisiensi ac Genevensi sequuntur hæc verba, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν, quæ leguntur etiam in Epistola ad Galatas. Sed quoniam nec in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. nec apud Rufinum habentur, et alioqui parum necessaria sunt hoc loco, merito ea delevimus. Idem a nobis factum est paulo postea in hoc ipso capite. Nam post verba illa, καὶ Θαδδαῖον δέ, lineam integram expunximus; hæc scilicet verba, τὸν ὑπὸ Θωμᾶ κατὰ πρόσταξιν τοῦ Ἰησοῦ τῷ Ἀγβάρῳ πρὸς ἴασιν ἀποσταλέντα· quæ leguntur quidem in codice Regio, sed absunt a tribus reliquis, nec habentur in interpretatione Rufini.

(53) *Πρῶτον μὲν Κηφᾷ.* Rectius in nostris codi-

Digitized by Google

stum postquam a mortuis suscitatus est, primo omnium Cephæ apparuisse dicit, deinde duodecim, et post hos plus quam quingentis fratribus simul. Ex quibus nonnullos quidem mortem obiisse, plerosque vero adhuc superstites fuisse tradit cum hæc scriberet. Inde Jacobo illum apparuisse testatur. Unus hic ex septuaginta discipulorum numero, ac præterea ex fratribus Domini fuisse perhibetur. Postremo cum præter duodecim essent alii complures qui instar illorum apostoli dicebantur, cujusmodi etiam erat Paulus, hæc adjungit : « Deinde visus est omnibus apostolis. » Sed de his satis. Historia vero de Thaddæo cujus supra mentionem fecimus, hujusmodi est.

A δώδεκα, καὶ μετὰ τούτους, ἐπάνω πεντακοσίοις ἀδελφοῖς ἐφάπαξ. Ὧν τινὰς μὲν ἔφασκε κεκοιμῆσθαι, τοὺς πλείους δ' ἔτι τῷ βίῳ καθ' ὃν γαιρὸν αὐτῷ ταῦτα συνετάττετο, περιεῖναι. Ἔπειτα δ' ὤφθαι αὐτὸν Ἰακώβῳ φησίν· εἷς δὲ καὶ οὗτος τῶν φερομένων τοῦ Σωτῆρος μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀδελφῶν ἦν (54). Εἶθ' ὡς παρὰ τούτους κατὰ μίμησιν τῶν δώδεκα πλείστων ὅσων ὑπαρξάντων ἀποστόλων, οἷος καὶ αὐτὸς ὁ Παῦλος ἦν, προστίθησι λέγων· « Ἔπειτα ὤφθη τοῖς ἀποστόλοις πᾶσι. » Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τῶνδε. Τῆς δὲ περὶ τὸν Θαδδαῖον ἱστορίας ἡμῖν λεχθείσης τοιοῦτος γέγονεν ὁ τρόπος.

CAPUT XIII.

Narratio de regulo Edessenorum.

Domini ac Seryatoris nostri Jesu Christi divinitas cum propter admiranda illius opera ubique jam celebris esset, innumerabiles ab externis et a Judæa remotissimis regionibus, morbis et cujusquemodi doloribus afflictos spe recuperandæ salutis attraxerat. Itaque rex Agbarus, qui gentibus trans Euphratem positis non sine laude præerat, cum gravi morbo, et qui humana ope curari non poterat, consumeretur, simul atque de Jesu nomine ubique diffuso ac de stupendis ejus miraculis quæ omnium testimonio firmabantur, accepit, missis per tabellarium litteris, supplex eum rogavit ut se morbo liberaret. At ille tum quidem vocanti minime est obsecutus. Litteras tamen ad eum scribere non recusavit, quibus unum e discipulis suis qui ipsum sanaret, missurum se esse pollicebatur, neque ipsi solum, sed omnibus propinquis et familibus Maz., Med. ac Fuk. scribitur πρώτῳ. Mox pro περιέναι, leges grammaticæ secuti, restituimus περιεῖναι, sicut legitur in codice Fuk. ac Savilii.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ἱστορία περὶ τοῦ τῶν Ἐδεσσηνῶν δυνάστου.

(Nic. *H. E.* II, 7, et Evagr. IV, 29.)

Ἡ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θεότης (55), εἰς πάντας ἀνθρώπους τῆς παραδοξοποιοῦ δυνάμεως ἕνεκεν βοωμένη, μυρίους ὅσους καὶ τῶν ἐπ' ἀλλοδαπῆς πορρωτάτω τε τῆς Ἰουδαίας, νόσων τε καὶ παντοίων παθῶν ἐλπίδι θεραπείας ἐπήγετο. Ταύτῃ τοι βασιλεὺς Ἄγβαρος (56), τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην ἐθνῶν (57) ἐπισημότατα δυναστεύων, πάθει τὸ σῶμα δεινῷ καὶ οὐ θεραπευτῷ, ὅσον ἐπ' ἀνθρωπείᾳ δυνάμει, καταφθειρόμενος, ὡς καὶ τοὔνομα τοῦ Ἰησοῦ πολὺ καὶ τὰς δυνάμεις συμφώνως πρὸς ἁπάντων μαρτυρουμένας ἐπύθετο, ἱκέτης αὐτοῦ πέμψας δι' ἐπιστοληφόρου γίγνεται, τῆς νόσου τυχεῖν ἀπαλλαγῆς ἀξιῶν. Ὁ δὲ μὴ τότε καλοῦντι ὑπακούσας, ἐπιστολῆς γοῦν αὐτὸν ἰδίας καταξιοῖ, ἕνα τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἀποστέλλειν ἐπὶ θεραπείᾳ τῆς νόσου, ὁμοῦ τε αὐτοῦ σωτηρίαν (58) καὶ τῶν προσηκόντων ἁπάντων ὑπισχνούμενος. Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ ἄρα

C

D

(54) *Εἷς δὲ καὶ οὗτος τῶν φερομένων τοῦ Σωτῆρος μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ ἀδελφῶν ἦν.* Hæc est scriptura codicis Regii quam Rob. Stephanus expressit. Verum in reliquis codicibus, Maz. scilicet, Med., Fuk. et Savilii desunt hæc verba, μαθητῶν, ἀλλὰ μὴν καί. Sed neque Rufinus illa agnoscit. Sic enim vertit : *Post etiam dicit eum visum esse Jacobo, qui erat unus ex his qui fratres Salvatoris appellabantur.* Nos tamen nihil hic immutare voluimus, sed scripturam codicis Regii retinuimus. Multi quippe ex veteribus Jacobum fratrem Domini, eum qui primus Hierosolymorum episcopus est ordinatus, non ex XII apostolis, sed e numero discipulorum Domini fuisse scripserunt. Ita Gregorius Nyssenus in oratione 2 *de Christi resurrectione.* Clemens in lib. II *Constitutionum*, cap. 59, et in lib. I *Recognitionum*, sub finem pag. 20 ; Dorotheus in libro *De apostolis et discipulis Domini*, et Michael Glycas in parte III *Annalium.* Certe huic opinioni favere videtur Paulus in Epistola ad Corinthios, ubi recensens eos quibus Christus post mortem apparuerat, postquam XII apostolos nominavit, et quingentos alios, addit deinde, *postea visus est Jacobo et reliquis apostolis.* Jacobum ergo Paulus distinxit a XII apostolis. Atque ita Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi IV et XIV locum beati Pauli intellexit.

(55) *Χριστοῦ θεότης.* Nostri codices Maz. ac Med., cum Fuk. ac Savil., scriptum habent θειότης.

(56) *Βασιλεὺς Ἄγβαρος.* Ita semper in codice Regio scriptum est nomen hujus reguli, eamque scripturam pluribus testimoniis jam dudum asseruimus in adnotationibus nostris ad fragmenta Dionis Cocceiani, ubi etiam docuimus commune id nomen fuisse regulis Edessenorum. In optimo tamen codice Maz. Ἄβγαρος hic et infra perpetuo scribitur. Quæ etiam scriptura minime contemnenda est. Nam et in nummis veteribus ita appellatur, et in antiquo epigrammate quod primus edidit Jacobus Sirmondus in notis ad Epistolas Sidonii. Magis tamen placet prior scriptura, tot scriptorum tam Græcorum quam Latinorum consensu firmata. Certe Ἄχβαρος Arabica vox est, quæ *potentissimum* significat, ut docuit me vir linguarum Orientalium peritissimus.

(57) *Τῶν ὑπὲρ Εὐφράτην ἐθνῶν.* Uni duntaxat genti, non autem pluribus imperavit Abgarus. Fuit enim Arabum regulus ; nec universis Arabibus, sed parti duntaxat Arabum præfuit. Unde φυλάρχης seu φύλαρχος Ἀράβων vocatur. Quippe Arabes erant plures in tribus distincti : singulis autem tribubus suus imperabat phylarchus. Gentes igitur hoc loco dixit Eusebius pro unica gente. Idque vidit etiam Rufinus, qui hunc locum ita vertit : *Unde et rex quidam Abgarus nomine, gentis ultra Euphratem positæ principatum nobiliter tenens.*

(58) *Ὁμοῦ τε αὐτοῦ σωτηρίαν.* In codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. scriptum est αὐτῷ.

Digitized by Google

αὐτῷ ἐπληροῦτο τὰ τῆς ἐπαγγελίας. Μετὰ γοῦν τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν καὶ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ, Θωμᾶς, τῶν ἀποστόλων εἷς τῶν δώδεκα, Θαδδαῖον (59) ἐν ἀριθμῷ καὶ αὐτὸν τῶν ἑβδομήκοντα τοῦ Χριστοῦ μαθητῶν κατειλεγμένον, κινήσει θειοτέρᾳ ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν (60) κήρυκα καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκπέμπει, πάντα τε δι' αὐτοῦ τὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τέλος ἐλάμβανεν ἐπαγγελίας. Ἔχεις καὶ τούτων ἀνάγραπτον τὴν μαρτυρίαν, ἐκ τῶν κατὰ Ἔδεσσαν τοτηνικαῦτα βασιλευομένην πόλιν γραμματοφυλακείων ληφθεῖσαν. Ἐν γοῦν τοῖς αὐτόθι δημοσίοις χάρταις, τοῖς τὰ παλαιὰ καὶ τὰ ἀμφὶ τὸν Ἄγβαρον πραχθέντα περιέχουσι, καὶ ταῦτα εἰσέτι καὶ νῦν ἐξ ἐκείνου πεφυλαγμένα εὕρηται. Οὐδὲν δὲ οἷον καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν ἐπιστολῶν, ἀπὸ τῶν ἀρχείων ἡμῖν ἀναληφθεισῶν, καὶ τόνδε αὐτοῖς ῥήμασιν ἐκ τῆς Σύρων φωνῆς μεταβληθεισῶν τὸν τρόπον.

A liaribus salutem præstiturum. Nec multo post ad exitum perducta sunt quæcunque ei promissa fuerant. Nam post resurrectionem Christi 32 ejusque in cœlos ascensum, Thomas unus e duodecim apostolis, divino quodam impetu impulsus, Thaddæum unum e septuaginta Christi discipulorum numero Edessam misit, ut Christi doctrinam illis gentibus nuntiaret ; ejusque opera Servatoris nostri promissa exitum sortita sunt. Cujus quidem rei testimonium habemus ex ipsius Edessæ in qua tum regnabat Agbarus, tabulariis desumptum : siquidem in monumentis publicis, in quibus antiquitates urbis et res Agbari gestæ continentur, hæc etiam ad nostram usque ætatem conservata reperimus. Operæ pretium igitur fuerit ipsas epistolas B audire, quas ex archivis depromptas e Syrorum lingua fideliter transtulimus in hunc modum.

Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης ὑπὸ Ἀγβάρου τοπάρχου τῷ Ἰησοῦ, καὶ πεμφθείσης αὐτῷ δι' Ἀνανίᾳ ταχυδρόμου εἰς Ἱεροσόλυμα.

« Ἄγβαρος τοπάρχης Ἐδέσσης (61) Ἰησοῦ Σωτῆρι ἀγαθῷ ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ἱεροσολύμων χαίρειν. Ἤκουσταί μοι τὰ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων, ὡς ἄνευ φαρμάκων καὶ βοτανῶν ὑπὸ σοῦ γινομένων. Ὡς γὰρ λόγος, τυφλοὺς ἀναβλέπειν ποιεῖς, χωλοὺς περιπατεῖν, καὶ λεπροὺς καθαρίζεις, καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα καὶ δαίμονας ἐκβάλλεις, καὶ τοὺς ἐν μακρονοσίᾳ βασανιζομένους θεραπεύεις, καὶ νεκροὺς ἐγειρεις. Καὶ ταῦτα πάντα ἀκούσας περὶ σοῦ, κατὰ νοῦν ἐθέμην τὸ ἕτερον τῶν δύο, ἢ ὅτι σὺ εἶ ὁ C Θεὸς, καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ποιεῖς ταῦτα, ἢ Υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ ποιῶν ταῦτα. Διὰ τοῦτο τοίνυν γράψας ἐδεήθην σου σκυλῆναι πρὸς μὲ (62), καὶ τὸ πάθος ὃ ἔχω, θεραπεῦσαι. Καὶ γὰρ ἤκουσα ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι καταγογγύζουσί σου καὶ βούλονται κακῶσαί σε. Πόλις δὲ μικροτάτη μοί ἐστι καὶ σεμνὴ, ἥτις ἐξαρκεῖ ἀμφοτέροις. »

Exemplum epistolæ scriptæ a rege Agbaro ad Jesum, et ad eum missæ Hierosolyma per Ananiam cursorem.

« Agbarus princeps Edessæ Jesu Servatori bono qui in finibus Hierosolymorum apparuit, salutem. Nuntiatum est mihi de te et de curationibus quas absque herbis et medicamentis operaris. Fama enim est, cæcis visum, claudis gressum abs te restitui, leprosos mundari, dæmonas et immundos spiritus expelli, diuturnis morbis oppressos sanari, mortuos denique suscitari. Quæ cum omnia de te audirem, sic in animum meum induxi, aut te revera Deum esse, qui e cœlo delapsus hæc efficias, aut certe Dei Filium. Proinde ad te scripsi, orans ut nos invisere, morbumque nostrum sanare non graveris. Audio enim Judæos tibi obtrectare, et insidias in caput tuum struere. Est mihi civitas, parva quidem illa, sed ornata, quæ nostrum utrique sufficiat. »

Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔγραψε (63), τῆς θείας αὐτὸν τέως μικρὸν αὐγασάσης ἐλλάμψεως. Ἄξιον δὲ καὶ τῆς πρὸς τοῦ Ἰησοῦ αὐτῷ διὰ τοῦ αὐτοῦ γραμματοκομιστοῦ ἀποσταλείσης ἐπακοῦσαι, ὀλιγοστίχου

Et hæc quidem ita scripsit Agbarus, cum divini luminis radius eum modice tum quidem collustrasset. Nunc epistolam quam ei Jesus per eumdem tabellarium rescripsit, audiamus, brevem illam

(59) *Θαδδαῖον* antea editum erat Θαδδαῖον τὸν ἀδελφόν. Duas postremas voces expunximus, quippe quæ nec in optimis exemplaribus Reg. Maz. Fuk. et Savil., nec in interpretatione Rufini legantur. Solus codex Med. eas habet, nescio unde petitas. Neque enim ullibi quod sciam lectum est, Thaddæum hunc fratrem fuisse apostoli Thomæ.

(60) *Τὴν Ἔδεσσαν*. Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Savil. scriptum habent ἐπὶ τὰ Ἔδεσσα.

(61) *Ἄγβαρος τοπάρχης Ἐδέσσης*. In margine editionis Genevensis post vocem Ἄγβαρος ascripta est hæc lectio ex Bongarsii libro, Οὐχανίης υἱός. Ne quis autem suspicetur hanc lectionem e manuscripto exemplari desumptam esse, monendus est lector hanc esse conjecturam Bongarsii, qui ex interpretatione Rufini id hauserat. Nam Rufinus hunc locum ita vertit : *Abgarus Vohaniæ filius toparcha*, etc. Et vulgatæ quidem editiones Rufini sic præferunt. Sed in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ, scriptum est *Vohame filius*. Codex autem bibliothecæ Regiæ habet *Euchame*. Bongarsius id nomen matris Abgari esse existimavit, cui nos assentior. Crediderim potius patris vocabulum esse, quod Rufinus ex quibusdam libris apocryphis hauserat. Vertendum itaque fuit Οὐχάμου.

(62) *Σκυλῆναι πρὸς μέ*. In Menæo Græcorum ad diem XVI mensis Augusti, ubi tota hæc narratio de Abgaro habetur, ita legitur hic locus, σκυλῆναι καὶ ἐλθεῖν πρὸς μέ. Sed nihil opus est hujusmodi glossemate, cum satis subaudiatur.

(63) *Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔγραψε*. Tota hæc pericope usque ad illa verba τὰ ἀντιγραφέντα, etc., abest a nostris codicibus, Maz. scilicet, Med. ac Fuk., nec habetur in interpretatione Rufini. Ac libenter equidem ea verba expunxissem, quippe cum Eusebiana non esse pro certo habeam. Sed quoniam in Regio codice et ad marginem Med. exemplaris leguntur, in nostra quoque editione retinenda esse duxi.

Digitized by Google

quidem, sed virtutis et efficaciæ plenissimam ; quæ sic habet.

Rescriptum Jesu ad Agbarum Regem per Ananiam cursorem.

« Beatus es, Agbare, qui in me credideris quem non vidisti. De me enim scriptum est, eos qui me viderint, non credituros in me, ut ii qui non viderint, credentes **33** vitam accipiant. Quod vero ad me scribis ut ad te proficiscar, hic necesse habeo omnia implere propter quæ sum missus, iisque demum absolutis, ad illum qui me misit, reverti. Cæterum cum primum ad eum me recepero, ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui et morbum tuum curet, et vitam tibi tuisque omnibus præstet. »

His epistolis hæc etiam Syriaco sermone erant adjuncta: — Post ascensum Jesu Christi, Judas qui etiam Thomas dictus est, Thaddæum apostolum, unum e septuaginta, ad Agbarum misit. Qui cum illuc advenisset, apud Tobiam Tobiæ filium divertit. Postquam vero fama de ejus adventu et de miraculis quæ ab ipso edebantur increbrescere cœpit, nuntiatum est Agbaro advenisse illuc apostolum Jesu, sicut per litteras promiserat. Cœpit igitur Thaddæus morbos quoslibet et languores divina virtute sanare, adeo ut cuncti admiratione ca-

A μὲν, πολυδυνάμου δὲ ἐπιστολῆς, τοῦτον ἐχούσης καὶ αὐτῆς τὸν τρόπον.

Τὰ ἀντιγραφέντα ὑπ' Ἰησοῦ διὰ Ἀναρίᾳ ταχυδρόμου τοπάρχῃ Ἀγβάρῳ.

« Ἄγβαρε, μακάριος εἶ πιστεύσας ἐν ἐμοὶ, μὴ ἑωρακώς με. Γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ (64), τοὺς ἑωρακότας με μὴ πιστεύειν μοι, ἵνα οἱ μὴ ἑωρακότες, αὐτοὶ πιστεύσωσι καὶ ζήσωνται. Περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι ἐλθεῖν πρὸς σὲ, δέον ἐστὶ πάντα δι' ἃ ἀπεστάλην, ἐνταῦθα πληρῶσαί με, καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι, οὕτως ἀναληφθῆναι πρὸς τὸν ἀποστείλαντά με. Καὶ ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, ἀποστελῶ σοι τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ἵνα ἰάσηταί σου τὸ πάθος, καὶ ζωὴν σοὶ καὶ τοῖς σὺν σοὶ παράσχηται. »

B Ταύταις δὲ ταῖς ἐπιστολαῖς ἔτι καὶ ταῦτα συνῆπτο τῇ Σύρων φωνῇ : — Μετὰ δὲ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Ἰησοῦν, ἀπέστειλεν αὐτῷ Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς (65), Θαδδαῖον τὸν ἀπόστολον (66) ἕνα τῶν ἑβδομήκοντα. Ὃς ἐλθὼν κατέμενε πρὸς Τωβίαν τὸν τοῦ Τωβία. Ὡς δὲ ἠκούσθη περὶ αὐτοῦ, καὶ δῆλος γέγονε διὰ τῶν ἐπιτελουμένων αὐτῷ θαυμασίων (67), ἐμηνύθη τῷ Ἀγβάρῳ ὅτι, *Ἐλήλυθεν ἀπόστολος ἐνταῦθα τοῦ Ἰησοῦ καθὼς ἐπέστειλέ σοι* (68). Ἤρξατο οὖν ὁ Θαδδαῖος ἐν δυνάμει Θεοῦ θεραπεύειν πᾶσαν νόσον καὶ μαλακίαν, ὥστε πάντας θαυμάζειν. Ὡς δὲ ἤκουσεν ὁ

(64) *Γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ.* Ubinam hæc scripta sint, in quo Veteris Instrumenti loco, adhuc quæro. In Joannis quidem Evangelio scriptum habetur, Dominum nostrum post resurrectionem dixisse Thomæ : *Beati qui non viderunt et crediderunt.* Sed hæc epistola Christi ad Agbarum regem, si quidem vera est, objurgationem illam apostoli Thomæ aliquot annis antecessit. In cap. VI Isaiæ locus est huic plane similis, ad quem allusisse videtur auctor hujus epistolæ.

(65) *Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς.* Thomas quidem, qui fuit unus ex duodecim, dicebatur Didymus teste Joanne evangelista, sed eumdem Judam esse cognominatum, alibi quod sciam non reperitur. Itaque et hoc nomine narratio ista merito in suspicionem venit. Nisi forte hunc errorem Eusebii esse dicamus, qui Thomæ cognomentum attribuerit, quod tribuendum erat Thaddæo. Certe Thaddæus apostolus alio nomine dictus est Judas. Hieronymus *in cap.* X *Matthæi : Thaddæum apostolum, ecclesiastica tradit historia missum Edessam ad Abagarum regem Chosidenæ* (scribe *Chosdroenæ* vel quod idem est *Osdroenæ*), *qui ab Evangelista Luca Judas Jacobi : et alibi appellatur Lebæus, quod interpretatur* Corculum. *Credendumque est eum fuisse* τριώνυμον. Idem scribitur in Menologio ad diem 19 Junii.

(66) *Θαδδαῖον τὸν ἀπόστολον.* Nescio cur Hieronymus in loco superius allato, Thaddæum hunc qui a Thoma apostolo missus est ad Agbarum regem, unum ex XII apostolis fuisse dicit. Nam Eusebius ex quo Hieronymus eam narrationem mutuatus est, tum hic, tum in superiori capite diserte scribit, Thaddæum unum fuisse e LXX Domini discipulis. Idem repetit Eusebius in lib. II sub initium. Hunc B. Hieronymi errorem jam dudum notavit Beda in cap. 1 *Retract. in Act. apost.* Apostolus quidem passim nominatur in hoc Edessenorum monumento quod refert Eusebius. Sed apostoli nomen hic latius sumitur, eo more quo singulæ gentes et urbes eos a quibus Evangelii primum veritatem acceperant, apostolos nominabant. Neque enim solis duodecim hoc inditum est vocabulum, sed omnes eorum discipuli, et comites atque adjutores, generaliter apostoli sunt appellati. Et quemadmodum, licet Dominus septuaginta duntaxat discipulos elegerit, longe plures tamen eo nomine C postea sunt exornati, sicut in superiore capite observavit Eusebius : ita etiam, licet Dominus duodecim tantum apostolos designaverit, postea tamen hæc appellatio pluribus communicata est, ut notavit Hieronymus *in Epistolam ad Galatas.* Hinc est quod in Menæis Græcorum, et apud Simeonem Metaphrastem, Marcus et Lucas evangelistæ, Titus, Timotheus et Philemon et reliqui Pauli discipuli, apostolorum titulo decorantur. Ambrosius seu potius Hilarius *in cap.* 1 *Epistolæ ad Galatas, Apostolum se,* inquit, *non ab hominibus electum, et missum ad prædicandum testatur, sicut erant quidam, qui electi ab apostolis mittebantur ad Ecclesias roborandas ; neque sicut alii qui a Judæis mittebantur ad disturbandas Ecclesias.* Quibus in verbis triplex genus recenseturr apostolorum. Primi sunt duodecim illi a Christo electi. Secundi sunt apostolorum discipuli. Tertii, Judæorum apostoli. Habuerunt enim Judæi apostolos suos, qui a patriarchis ad va- D ria negotia mittebantur. Eorum mentio fit ab Epiphanio in hæresi XXX, Hieronymo *in cap.* 1 *Epist. ad Galatas*, et in codice Theodosiano titulo De Judæis, et in Commentariis suprad cti scriptoris in cap. 1 *Epistolæ ad Romanos.* Cæterum monendus est lector in omnibus nostris codicibus scriptum esse Θαδδαῖον ἀπόστολον sine articulo præpositivo, quem solus codex Medicæus superscriptum habet.

(67) *Καὶ δῆλος γέγονε διὰ τῶν ἐπιτελουμένων αὐτῷ θαυμασίων.* Tota hæc pericope abest a codicibus nostris Maz., Med. ac Fuk. et ab interpretatione Rufini. Quia tamen exstat in codice Regio, eam expungere nolui.

(68) *Καθὼς ἐπέστειλέ σοι.* Omnes nostri codices, Regius scilicet ac Med., cum Maz., ac Fuk. scriptum habent καθὰ ἐπ. Quæ lectio nescio cur tantopere displicuerit Rob. Stephano, cum καθὰ idem valeat ac καθώς.

Digitized by Google

Ἄγβαρος τὰ μεγαλεῖα καὶ τὰ θαυμάσια, ἃ ἐποίει, καὶ ὡς ἐθεράπευεν ἐν ὀνόματι καὶ δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ (69), ἐν ὑπονοίᾳ γέγονεν, ὡς ὅτι αὐτός ἐστι, περὶ οὗ ὁ Ἰησοῦς ἐπέστειλε λέγων· « Ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, ἀποστελῶ σοι τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ὅστις τὸ πάθος σου ἰάσεται. » Μεταπαλεσάμενος οὖν τὸν Τωβίαν, παρ' ᾧ κατέμενεν, εἶπεν· « Ἤκουσα ὅτι ἀνήρ τις δυνάστης ἐλθὼν ἀπὸ Ἱεροσολύμων (70), καταμένει ἐν τῇ σῇ οἰκίᾳ, καὶ πολλὰς ἰάσεις ἐπ' ὀνόματι Ἰησοῦ ἐργάζεται. » Ὁ δὲ εἶπε· « Ναὶ, Κύριε (71), ξένος τις ἐλθών, ἐνῴκησε παρ' ἐμοὶ καὶ πολλὰ θαύματα ἐπιτελεῖ. » Ὁ δέ· « Ἀνάγαγε αὐτὸν, ἔφη, πρὸς μέ. » Ἐλθὼν δὲ ὁ Τωβίας παρὰ Θαδδαῖον, εἶπεν αὐτῷ· « Ὁ τοπάρχης Ἄγβαρος μεταπαλεσάμενός με, εἶπεν ἀναγαγεῖν σε παρ' αὐτὸν (72), ἵνα θεραπεύσῃς αὐτοῦ τὸ πάθος. » Καὶ ὁ Θαδδαῖος, « Ἀναβαίνω, ἔφη, ἐπειδήπερ δυνάμει παρ' αὐτὸν ἀπέσταλμαι. » Ὀρθρίσας οὖν ὁ Τωβίας τῇ ἐξῆς, καὶ παραλαβὼν τὸν Θαδδαῖον ἦλθε πρὸς τὸν Ἄγβαρον· ὡς δὲ ἀνέβη, παρόντων καὶ ἑστώτων τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, παραχρῆμα ἐν τῷ εἰσιέναι αὐτὸν, ὅραμα μέγα ἐφάνη τῷ Ἀγβάρῳ ἐν τῷ προσώπῳ τοῦ ἀποστόλου Θαδδαίου. Ὅπερ ἰδὼν Ἄγβαρος, προσεκύνησε τῷ Θαδδαίῳ, θαῦμά τε ἔσχε τοὺς περιεστῶτας πάντας. Αὐτοὶ γὰρ οὐχ ἑωράκασι τὸ ὅραμα, ὃ μόνῳ τῷ Ἀγβάρῳ ἐφάνη. Ὡς καὶ τὸν Θαδδαῖον ἤρετο, « Εἰ ἐπ' ἀληθείας μαθητὴς εἶ Ἰησοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς εἰρήκει πρὸς μέ· Ἀποστελῶ σοί τινα τῶν μαθητῶν μου, ὅστις ἰάσεταί σου τὸ πάθος, καὶ ζωὴν σοὶ καὶ τοῖς σὺν σοὶ παρέξει πᾶσι; » Καὶ ὁ Θαδδαῖος ἔφη· « Ἐπεὶ μεγάλως πεπίστευκας εἰς τὸν ἀποστείλαντά με Κύριον Ἰησοῦν (73), διὰ τοῦτο ἀπεστάλην πρὸς σέ. Καὶ πάλιν ἐὰν ἐπιπλέον πιστεύσῃς εἰς αὐτὸν, ὡς ἂν πιστεύσῃς, ἔσται σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. » Καὶ ὁ Ἄγβαρος πρὸς αὐτὸν, « Οὕτως ἐπίστευσα, φησὶν, ἐν αὐτῷ, ὡς καὶ τοὺς Ἰουδαίους τοὺς σταυρώσαντας αὐτὸν, βουληθῆναι δύναμιν παραλαβὼν κατακόψαι, εἰ μὴ διὰ τὴν βασιλείαν τῶν Ῥωμαίων ἀνεκόπην τῆς προθέσεως. » Καὶ ὁ Θαδδαῖος εἶπεν· « Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς (74) τὸ θέλημα τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ πεπλήρωκε, καὶ πληρώσας, ἀνελήφθη πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα. » Λέγει αὐτῷ Ἄγβαρος· « Κἀγὼ πεπίστευκα εἰς αὐτὸν καὶ εἰς τὸν Πατέρα αὐτοῦ. » Καὶ ὁ Θαδδαῖος, « Διὰ τοῦτο, φησὶ, τίθημι τὴν χεῖρά μου

A perentur. Proinde cum Agbarus ab illo patrata miracula audivisset, et quo pacto per nomen ac virtutem Jesu Christi morbos fugaret, in suspicionem adductus est hunc ipsum esse, de quo Jesus olim ad se perscripserat his verbis : « Cum primum me ad eum recepero, ex discipulis meis aliquem ad te mittam, qui et morbum tuum curet, et vitam tibi tuisque omnibus præstet. » Accito igitur Tobia cujus hospitio utebatur, « Accepi, inquit, potentem quemdam virum profectum Hierosolymis apud te diversari, et plurimas morborum curationes in nomine Jesu ab illo fieri. » Ad hæc Tobias : « Certe, inquit, domine, peregrinus quidam apud me est, qui plurima edit miracula. » Tum Agbarus : « Illum velim ad me adducas. » Igitur Tobias domum B reversus, sic Thaddæum allocutus est : « Agbarus hujus civitatis regulus accersivit me, jussitque ut te ad ipsum perducerem, quo ipsius ægritudinem cures. » Cui Thaddæus : « Pergamus, inquit, quandoquidem ejus potissimum gratia sum missus. » Postridie ergo Tobias mane assumpto Thaddæo, ad Agbarum perrexit. Cumque esset ingressus, Agbarus proceribus suis circumseptus in ipso intrantis Thaddæi vultu divinum nescio quid videre sibi visus est : quo conspecto statim Thaddæum adoravit. Mirabantur omnes qui aderant, quippe qui nihil horum vidissent quæ Agbaro apparuerant. Tum Agbarus Thaddæum interrogavit : « Tune, inquit, 34 discipulus es Jesu Filii Dei qui hæc ad me scripsit : « Ex discipulis meis aliquem ad te C « mittam qui et morbum tuum curet, et vitam tibi « tuisque omnibus præstet. » Cui Thaddæus : « Quandoquidem, inquit, maximam fiduciam posuisti in Servatore Jesu qui misit me, idcirco ad te sum missus. Quod si deinceps magis ac magis in eum credideris, fient omnia quæ postulas, prout fidem habebis. » Hic Agbarus : « Adeo, inquit, credidi ei, ut Judæos qui illum in crucem egerunt, bello appetere et ad internecionem delere voluerim, nisi metus imperii Romani me ab hoc consilio revocasset. » Tum Thaddæus : « Dominus, inquit, noster et Deus Jesus Christus quidquid a Patre mandatum fuerat, exsecutus est, perfectisque omnibus ad parentem suum est reversus. » Cui Agbarus : « Et

(69) *Ἐν ὀνόματι καὶ δυνάμει Ἰησοῦ Χριστοῦ.* D Hæc verba non habentur in tribus nostris codicibus Maz. Med. ac Fuketii.

(70) *Ἐλθὼν ἀπὸ Ἱεροσολύμων.* Duæ postremæ voces desunt in tribus nostris codicibus Maz., Med. Fuk, nec habentur in interpretatione Rufini.

(71) *Ὁ δὲ εἶπε· Ναὶ Κύριε.* Hæc et sequentia usque ad voces illas, ἀνάγαγε αὐτὸν πρὸς μέ, nec in tribus nostris codicibus, nec in interpretatione Rufini leguntur. Solus codex Regius eam lectionem habet. Sed mirum est quantopere codex ille a reliquis discrepet, tum alibi, tum præcipue in clausula hujus libri.

(72) *Ἀναγαγεῖν σε παρ' αὐτόν.* Omnes nostri codices, ne Regio quidem excepto, diserte scriptum habent παρ' αὐτῷ. Sic paulo post, ubi legitur παρ' αὐτὸν ἀπέσταλμαι, in omnibus nostris exemplaribus præterquam in Fuk. scriptum est παρ' αὐτῷ.

(73) *Εἰς τὸν ἀποστείλαντά με Κύριον Ἰησοῦν.* Duæ ultimæ voces absunt a tribus codicibus Maz., Med. ac Fuk., nec habentur in interpretatione Rufini.

(74) *Ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ Χριστός.* Simplicior ac sincerior est lectio, quam in tribus nostris codicibus reperimus Maz., Med. ac Fuk. : Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς τὸ θέλημα, etc. Quam quidem scripturam confirmat etiam Nicephorus ac Rufinus. Nec ullus, ut opinor, negabit, eam scripturam huic loco aptius convenire. Primum enim veteres illi Dei vocabulum soli Patri tribuere solebant, ut notum est. Deinde si Thaddæus Abgarum alloquens nondum plena imbutum fide, Jesum appellasset Deum, id Abgarum turbare merito potuisset, et hanc illi suspicionem injicere, duos deos a Thaddæo prædicari.

Digitized by Google

in ipsum, inquit, credidi et in Patrem ipsius. » Tunc Thaddæus : « Propterea, inquit, manum tibi impono in nomine Domini nostri Jesu. » Quo facto statim Agbarus morbo et ægritudine qua laborabat est liberatus, magnaque eum admiratio tenuit, quod sicuti de Jesu fama acceperat, reipsa per Thaddæum discipulum ipsius et apostolum impletum videbat, qui absque ullis medicamentis herbisque ipsum pristinæ valetudini restituisset : nec vero ipsum solummodo, sed et Abdum quemdam Abdi filium podagra laborantem, qui cum supplex ad Thaddæi vestigia provolutus esset, benedictionem ab eo per impositionem manus accipiens sanatus est. Plures quoque alii ex eadem civitate ab eodem apostolo curati sunt, multaque miracula perpetrata cum verbum Dei illic prædicaret. Post B hæc vero Agbarus sic Thaddæum allocutus est : « Quæcunque facis, inquit, Thaddæe, ope divinæ virtutis abs te fieri credimus, eaque de causa te non mediocriter admiramur. Sed, quæso te, exponе deinceps nobis de Jesu ipsius adventu, qualis et cujusmodi is fuerit : et de potentia ejusdem, qua demum vi atque virtute tot et tanta quæ auditu accepimus perpetrarit. » Et Thaddæus : « Nunc quidem, inquit, parcam dicere, quandoquidem ad verbum Dei palam omnibus nuntiandum sum destinatus. Crastino vero congrega mihi omnes cives tuos, et verbum Dei coram illis prædicabo vitæque sermonem in eorum mentibus seram, exponens de adventu Jesu Christi, cujusmodi fuerit, et de ejus- C dem **35** legatione, cujus rei causa a Patre missus sit : de potentia illius et de arcanis quæ inter homines locutus est, et qua vi ac virtute tot miracula patravit : de nova ejusdem prædicatione : de vilitate et abjectione exterioris ejus humanitatis : quo

(75) *Καὶ ἀποστόλου Θαδδαίου.* Duæ priores voces desunt in tribus codicibus Mazarino, Mediceo et Fuketii, nec leguntur in versione Rufini. Sic et paulo inferius ubi legitur ὁ αὐτὸς ἰάσατο ἀπόστολος, iidem tres libri ultimam vocem non agnoscunt.

(76) *Εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβὼν ἐθεραπεύθη.* Pessime hunc locum verterunt Muscu'us et Christophorsonus. Putarunt enim εὐχὰς λαβεῖν idem esse quod *vota compotem fieri*, cum sit *beneactionem accipere*. Idem est igitur ac si dixisset Eusebius δι' εὐχῆς καὶ χειρῶν ἐπιθέσεως, ut loquitur in lib. II, cap. 1. Non recte igitur Nicephorus pro illis verbis εὐχὰς διὰ χειρὸς λαβών, hæc posuit εὐχῇ τε ἅμα καὶ τῇ ἀφῇ θάττον τῶν δυσχερῶν ἀπηλλάττοντο, id est, *simul atque orassent et tetigissent Thaddæum, statim morbis liberati sunt*. Atqui non hoc dicit Eusebius, sed manus impositione et precatione Thaddæi ægros curatos fuisse. Εὐχὰς διὰ χειρός vel simpliciter εὐχὰς χειρὸς antiqui Patres vocabant manus impositionem cum precatione. Sic in excerptis Theodoti seu in libris *Hypotyposeon* Clementis, pag. 344, de baptismo, Διὰ τοῦτο νηστεῖαι, δεήσεις, εὐχαὶ χειρῶν, γονυκλισίαι. Præcedebat autem oratio impositionem manuum. Possidius in *Vita* Augustini, cap. 29 : *Quod dum comperisset, facere non distulit ; sed confestim, manum illi imponens oratione præmissa ; et illum infirmum continuo Dominus sanum ab eodem discedere fecit.*

(76') *Ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην.* Ex versione Rufini suspicari quis fortasse posset, verba hic esse transposita. Sic enim vertit Rufinus : *Et*

ἐπὶ σὲ ἐν ὀνόματι αὐτοῦ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ. » Καὶ τοῦτο πράξαντος, παραχρῆμα ἐθεραπεύθη τῆς νόσου καὶ τοῦ πάθους οὗ εἶχεν. Ἐθαύμασέ τε ὁ Ἄγβαρος, ὅτι καθὼς ἠκουσται αὐτῷ περὶ τοῦ Ἰησοῦ, οὕτως τοῖς ἔργοις παρέλαβε διὰ τοῦ μαθητοῦ αὐτοῦ καὶ ἀποστόλου Θαδδαίου (75), ὃς αὐτὸν ἄνευ φαρμακείας καὶ βοτανῶν ἐθεράπευσεν. Καὶ οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἄββδον τὸν τοῦ Ἄββδου ποδάγραν ἔχοντα · ὃς καὶ αὐτὸς προσελθὼν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἔπεσεν, εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβὼν ἐθεραπεύθη (76) · πολλούς τε ἄλλους συμπολίτας αὐτῶν ὁ αὐτὸς ἰάσατο ἀπόστολος, θαυμαστὰ καὶ μεγάλα ποιῶν, καὶ κηρύσσων τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Ἄβγαρος, « Σὺ Θαδδαῖε, ἔφη, σὺν δυνάμει τοῦ Θεοῦ ταῦτα ποιεῖς, καὶ ἡμεῖς σε αὐτοὶ ἐθαυμάσαμεν. Ἀλλ' ἐπὶ τούτοις δέομαί σου, διηγήσασθαί μοι περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ Ἰησοῦ πῶς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, καὶ ἐν ποίᾳ δυνάμει ταῦτα ἐποίει, ἅτινα ἠκούσαμεν. » Καὶ ὁ Θαδδαῖος, « Νῦν μὲν σιωπήσομαι, ἔφη, ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην (76'). Αὔριον δὲ ἐκκλησίασόν μοι τοὺς πολίτας σου πάντας, καὶ ἐπ' αὐτῶν κηρύξω τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ σπερῶ ἐν αὐτοῖς τὸν λόγον τῆς ζωῆς, περί τε τῆς ἐλεύσεως τοῦ Ἰησοῦ καθὼς ἐγένετο, καὶ περὶ τῆς ἀποστολῆς αὐτοῦ, καὶ ἕνεκα τίνος ἀπεστάλη ὑπὸ τοῦ Πατρὸς, καὶ περὶ τῆς δυνάμεως τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ μυστηρίων ὧν ἐλάλησεν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ ποίᾳ δυνάμει ταῦτα ἐποίει· καὶ περὶ τῆς καινῆς αὐτοῦ κηρύξεως, καὶ περὶ τῆς σμικρότητος καὶ εὐτελείας καὶ περὶ τῆς ταπεινώσεως τοῦ φαινομένου ἔξωθεν ἀνθρώπου (77) · καὶ πῶς ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν καὶ ἀπέθανε, καὶ ἐσμίκρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα· ὅσα τ' ὑπὸ Ἰουδαίων ἔπαθεν (78), καὶ πῶς ἐσταυρώθη, καὶ κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ διέσχισε φραγμὸν τὸν ἐξ αἰῶνος μὴ σχισθέντα, καὶ ἀνέστη, καὶ συνήγειρε νεκροὺς (79) τοὺς ἀπ' αἰώνων

Thaddæus : Nunc quidem tacebo. Verum quia verbum missus sum prædicare, crastino congrega mihi omnes cives tuos, etc. Quasi in Græco legisset αὔριον δὲ, ἐπειδὴ κηρύξαι τὸν λόγον ἀπεστάλην, ἐκκλησίασόν μοι τοὺς πολίτας, etc. Sed re accuratius perpensa nihil hic mutandum censeo. Respondet enim Thaddæus se in præsentia quidem nihil dicturum, quippe qui missus esset, ut Evangelium non clam et inter privatos parietes, sed in media concione coram populis ac gentibus prædicaret. Id significat vox illa κηρύξαι, quam non intellexerunt interpretes.

(77) *Περὶ τῆς σμικρότητος καὶ εὐτ., καὶ περὶ τῆς ταπειν. τοῦ φαινομένου ἔξωθεν ἀνθρώπου.* D Hæc est lectio codicis Regii quam secutus est Rob. Stephanus. At nostri codices Maz., Med. ac Fuk. tantum habent περὶ τῆς σμικρότητος, καὶ περὶ τῆς ταπεινώσεως αὐτοῦ, quam scripturam confirmat etiam Rufinus.

(78) *Ὅσα τε ὑπὸ Ἰουδαίων ἔπαθεν.* Hæc verba absunt ab omnibus nostris codicibus, Regio scilicet, Mazar., Med. ac Fuk., nec habentur in interpretatione Rufini. Solus codex Med. ea ascripta habet in margine. In textu vero perinde ac reliqui codices scriptum exhibet ἐσμίκρυνεν αὐτοῦ τὴν θεότητα καὶ ἐσταυρώθη.

(79) *Καὶ ἀνέστη καὶ συνήγειρε νεκρούς*, etc. Ita quidem ex codice Regio edidit Stephanus. Sed in tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., longe aliter scribitur hic locus : καὶ ἀνήγαγεν νεκρούς · καταβὰς γὰρ μόνος, συνήγειρε πολλούς · εἶθ' οὕτως ἀνέβη πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ. Ἐκέλευσεν οὖν

Digitized by Google

κεκοιμημένους, καὶ πῶς κατέβη μόνος, ἀνέβη δὲ μετὰ πολλοῦ ὄχλου πρὸς τὸν Πατέρα αὐτοῦ· καὶ πῶς κάθηται ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς μετὰ δόξης ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ πῶς ἐλεύσεσθαι μέλλει πάλιν μετὰ δόξης καὶ δυνάμεως κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. » Ἐκέλευσεν οὖν ὁ Ἄγβαρος, τῇ ἑωθεν συνάξαι τοὺς πολίτας αὐτοῦ, καὶ ἀκοῦσαι τὴν κήρυξιν Θαδδαίου, καὶ μετὰ ταῦτα προσέταξε δοθῆναι αὐτῷ χρυσὸν καὶ ἄσημον. Ὁ δὲ οὐκ ἐδέξατο, εἰπών· « Εἰ τὰ ἡμέτερα καταλελοίπαμεν, πῶς τὰ ἀλλότρια λῆψόμεθα; » Ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοστῷ ἔτει (80). Ἃ καὶ οὐκ εἰς ἄχρηστον πρὸς λέξιν ἐκ τῆς Σύρων μεταβληθέντα φωνῆς, ἐνταῦθά μοι κατὰ καιρὸν κεῖσθω.

Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγου πρώτου τέλος.

A pacto semetipse depresserit, mortemque sublerit, et divinitatem suam ipse minuerit : quot et quanta a Judæis perpessus, qualiter crucifixus sit, et ad inferos descenderit, claustrumque ab omni ævo intactum disruperit : quo pacto resurrexerit, et mortuos qui multis retro sæculis sepulti jacebant secum una suscitaverit : utque solus quidem e cœlo descenderit, ascenderit vero ad Patrem cum maximo comitatu, et ad ejus dextram honorifice sedeat in cœlo : postremo quo pacto iterum venturus est cum gloria ut de vivis ac mortuis judicium ferat. » Agbarus igitur civibus suis præcepit ut prima luce in unum coacti prædicationem Thaddæi auscultarent. Paulo que post aurum et argentum Thaddæo dari jussit. Sed ille accipere recusavit, hæc addens : « Cum nostra dimiserimus, cur aliena capiemus ? » Acta sunt hæc anno quadragesimo ac trecentesimo. Quæ non sine fructu, ut opinor, ex Syrorum lingua translata, ad verbum hic opportune collocata sunt.

Finis libri primi Historiæ ecclesiasticæ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Β'.

—

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER SECUNDUS.

—

36 *ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΔΕΥΤΕΡΑ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.*

α' *Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ διατριβῆς τῶν ἀποστόλων.*
β' *Ὅπως Τιβέριος ὑπὸ Πιλάτου τὰ περὶ τοῦ Χριστοῦ διδαχθεὶς ἐκινήθη.*
γ' *Ὅπως εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐν βραχεῖ χρόνῳ διέδραμεν ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγος.*
δ' *Ὡς μετὰ Τιβέριον Γάϊος Ἰουδαίων βασιλέα καθίστησιν Ἀγρίππαν, τὸν Ἡρώδην ἀδίκως ζημιώσας φυγῇ.*
ε' *Ὡς Φίλων ὑπὲρ Ἰουδαίων πρεσβείαν ἐστείλατο πρὸς Γάϊον.*

B ς' *Ὅσα Ἰουδαίοις συνέβη μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν.*
ζ' *Ὡς καὶ Πιλάτος ἑαυτὸν διεχρήσατο.*
η' *Περὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ.*
θ' *Μαρτύριον Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου.*
ι' *Ὡς Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρώδης, τοὺς ἀποστόλους διώξας, τῆς θείας παραυτίκα δίκης ἤσθετο.*
ια' *Περὶ Θευδᾶ τοῦ γόητος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.*
ιβ' *Περὶ Ἑλένης τῆς τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδος.*
ιγ' *Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου, καὶ Ἑλένης ἄλλης.*

Ἄγβαρος, etc. Quæ quidem scriptura ut brevior est, ita etiam sincerior ac verior. Rufinus certe eamdem lectionem in suis exemplaribus repererat. Sic enim vertit : *Et mortuos suscitaret. Qui descendit quidem solus, ascendit autem cum grandi multitudine ad Patrem suum.*

(80) *Τεσσαρακοστῷ καὶ τριτῳ ἔτει.* Hujus loci vitium nobis primum aperuit Regius codex, de quo antea ne suspicabamur quidem, cum præsertim Rufinus vulgatam lectionem confirmaret. Sed cum in codice Regio primum, postea vero in vetustissimo exemplari Mazarino et in Fuk. scriptum invenissem τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοστῷ ἔτει, veram hujus loci sententiam statim sum odoratus. Ait igitur

Digitized by Google

ιδ' Περὶ τοῦ κατὰ Ῥώμην κηρύγματος Πέτρου τοῦ ἀποστόλου.
ιε' Περὶ τοῦ κατὰ Μάρκον εὐαγγελίου.
ις' Ὡς πρῶτος ὁ Μάρκος τοῖς κατ' Αἴγυπτον τὴν εἰς τὸν Χριστὸν γνῶσιν ἐκήρυξεν.
ιζ' Ὁῖα περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον Ἀσκητῶν ὁ Φίλων ἱστορεῖ.
ιη' Ὅσα τοῦ Φίλωνος εἰς ἡμᾶς περιῆλθε συγγράμματα.
ιθ' Ὁῖα τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους συμφορὰ μετῆλθεν ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ.
κ' Ὁῖα καὶ κατὰ Νέρωνα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπράχθη.
κα' Περὶ τοῦ Αἰγυπτίου, οὗ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις ἐμνημόνευσαν.
κβ' Ὡς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην δέσμιος ἀναπεμφθεὶς Παῦλος ἀπολογησόμενος, πάσης ἀπελύθη αἰτίας.
κγ' Ὡς ἐμαρτύρησεν Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου χρηματίσας ἀδελφός.
κδ' Ὡς μετὰ Μάρκον πρῶτος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας Ἀννιανὸς κατέστη.
κε' Περὶ τοῦ κατὰ Νέρωνα διωγμοῦ, καθ' ὃν ἐπὶ Ῥώμης Παῦλος καὶ Πέτρος τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας μαρτυρίοις κατεκοσμήθησαν.
κς' Ὡς μυρίοις κακοῖς περιελάθησαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὡς τὸν ὕστατον πρὸς Ῥωμαίους ἤρατο πόλεμον.
Σημείωσαι ὅτι συνῆκται ἡμῖν ἡ βίβλος, ἀπὸ τῶν Κλήμεντος, Τερτυλλιανοῦ, Ἰωσήπου καὶ Φίλωνος.

SECUNDUS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER HÆC CONTINET.

I. De his quæ apostoli constituerunt post ascensum Christi.
II. Quomodo affectus sit Tiberius cum res a Christo gestas Pilatus ei retulisset.
III. Quomodo Christi doctrina in universum orbem brevi dispersa sit.
IV. Quomodo post mortem Tiberii Caius Agrippam Judæorum regem constituit, et Herodem perpetuo damnarit exilio.
V. Quomodo Philo legationem ad Caium pro Judæis suscepit.
VI. Quot mala Judæis obvenerint post Christi necem.
VII. Qualiter Pilatus violentas sibi manus intulerit.
VIII. De fame quæ Claudio imperante accidit.
IX. Martyrium Jacobi apostoli.
X. Quomodo Herodes, qui et Agrippa dictus est, apostolos persecutus, divinam statim ultionem est expertus.
XI. De Theuda præstigiatore, ejusque asseclis.
XII. De Helena Osroenorum regina.
XIII. De Simone Mago, et de altera Helena.
XIV. De prædicatione Petri apostoli in urbe Roma.
XV. De Evangelio secundum Marcum.
XVI. Quomodo Marcus notitiam Dei primus Ægyptiis prædicaverit.
XVII. Quæ Philo de Ascetis in Ægypto commemorat
XVIII. Qui Philonis libri ad nos pervenerint.
XIX. Cujusmodi calamitas Judæos Hierosolymis ipso Paschæ die oppresserit.
XX. Quæ acta sint Hierosolymis principatu Neronis.
XXI. De Ægyptio illo, cujus mentio fit in Actibus apostolorum.
XXII. Qualiter Paulus e Judæa Romam in vinculis missus ad causam dicendam, judicum sententia absolutus est.
XXIII. Quomodo Jacobus, qui frater Domini dictus est, martyrium subiit.
XXIV. Ut post Marcum primus Alexandrinorum episcopus ordinatus est Annianus.
XXV. De Neronis persecutione in qua Petrus et Paulus pro religione martyrium subierunt.
XXVI. Quomodo Judæi innumeris malis vexati sunt, tandemque adversus Romanos bellum susceperunt.
Nota hunc librum a nobis collectum esse ex Clementis, Tertulliani, Josephi ac Philonis scriptis.

PROŒMIUM.

Quæcumque a nobis *ecclesiasticam Historiam* scribere aggredientibus, tanquam in proœmio præ-

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ὅσα μὲν τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας ἐχρῆν ὡς ἐν προοιμίῳ διαστείλασθαι, τῆς τε θεολογίας πέρι

Eusebius *Actorum* illorum quæ in archivis Edessæ repererat, hujusmodi fuisse subscriptionem: Ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοστοστῷ ἔτει. Id est, *Acta sunt hæc anno quadragesimo ac trecentesimo*. Annus hic trecentesimus et quadragesimus juxta Edessenos, cadit in annum primum olympiadis CCII. Etenim Edesseni annos suos numerabant ab olympiadis CXVII anno primo, quo Seleucus regnare orsus est in Asia, ut scribit Eusebius in *Chronico*, a quo tempore usque ad initium olympiadis secundæ ac ducentesimæ anni sunt trecenti ac quadraginta. Porro initium olympiadis CCII incidit in annum XV Tiberii Cæsaris, qui duobus Geminis consulibus est insignitus. Quo quidem anno et passionem et ascensionem Domini contigisse, plerique veterum crediderunt. Inter quos est Tertullianus, Augustinus atque Victorius. Vides quantopere necessaria fuerit hujus loci emendatio, quam ex codicibus nostris protulimus. Jam enim cuncta egregie conveniunt, cum Thaddæi adventus in urbem Edessam, et Abgari regis sanatio in eum annum conferatur, quo Christus et passus est et a mortuis resurrexit. At Baronius qui vitiosam vulgarium editionum scripturam secutus est, adventum hunc Thaddæi retulit anno Christi tertio ac quadragesimo, in quo tum ab Edessenorum publicis actis, tum ab Eusebio longe discedit. Quippe in *Actis* illis diserte scribitur, statim post ascensionem Christi hæc gesta esse, μετὰ δὲ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Ἰησοῦν, etc. Id ipsum repetit Eusebius in lib. II, cap. 1, ubi etiam docet hæc gesta esse principatu Tiberii Augusti. Quod profecto stare non posset, si hæc in annum Christi tertium et quadragesimum conferrentur. Quod si quis de nostra emendatione adhuc dubitat, sciat in vetustissimo codice Vaticano, perinde ac in nostris codicibus scriptum esse, ἐπράχθη ταῦτα τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοστοστῷ ἔτει. Denique in antiquissimo ac fidelissimo codice Rufini, quem mihi commodavit Claudius Joly, canonicus Parisiensis Ecclesiæ, vir eximia probitate ac doctrina præditus, plane scriptum habetur: *Gesta sunt autem ista quadragesimo et trecentesimo anno*, ut jam de istius lectionis veritate dubitare nemo possit. Solus ex nostris codicibus Medicæus scriptum habet, τεσσαρακοστῷ καὶ τριακοστῷ ἔτει: et alia manu ad marginem pro τριακοστῷ emendatur τρίτῳ, quam corruptissimam lectionem nollem a Rob. Stephano pro recta ac legitima admissam

Digitized by Google

τοῦ σωτηρίου Λόγου (81), καὶ τῆς ἀρχαιολογίας τῶν A τῆς ἡμετέρας διδασκαλίας δογμάτων, ἀρχαιότητός τε τῆς κατὰ Χριστιανοὺς εὐαγγελικῆς πολιτείας, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς γενομένης ἐναγχος ἐπιφανείας αὐτοῦ, τά τε περὶ τοῦ πάθους καὶ τὰ περὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἐκλογῆς ἐν τῷ πρὸ τούτου, συντεμόντες τὰς ἀποδείξεις, διειλήφαμεν. Φέρε δ' ἐπὶ τοῦ παρόντος ἤδη καὶ τὰ μετὰ τὴν ἀνάληψιν αὐτοῦ διασκεψώμεθα, τὰ μὲν ἐκ τῶν θείων παρασημαινόμενοι Γραμμάτων, τὰ δ' ἔξωθεν προσιστοροῦντες ἐξ ὧν κατὰ καιρὸν μνημονεύσομεν (82) ὑπομνημάτων.

notari oportuit, tum de divinitate Verbi; et de vetustate doctrinæ nostræ atque evangelicæ vivendi formæ : tum de recenti ejusdem Servatoris adventu, de passione et de apostolorum electione, superiore libro complexi sumus, adjectis quanta fieri potuit brevitate probationibus. Nunc vero quæ post ejus ascensionem subsecuta sunt, in hoc libro dispiciamus, partim ex sacris Litteris petita, partim etiam ex aliis monumentis, quorum suo loco ac tempore mentionem facturi sumus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Χριστοῦ διαγωγῆς τῶν ἀποστόλων. (Nic. *H. E.* II, 1-6.)

Πρῶτος τοιγαροῦν (83) εἰς τὴν ἀποστολὴν ἀντὶ τοῦ προδότου Ἰούδα κληροῦται Ματθίας, εἷς καὶ αὐτὸς, ὡς δεδήλωται, τῶν τοῦ Κυρίου γενόμενος μαθητῶν. Καθίστανται δὲ δι' εὐχῆς καὶ χειρῶν ἐπιθέσεως τῶν ἀποστόλων εἰς διακονίαν, ὑπηρεσίας ἕνεκα τοῦ κοινοῦ, ἄνδρες δεδοκιμασμένοι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ οἱ ἀμφὶ τὸν Στέφανον· ὃς καὶ πρῶτος μετὰ τὸν Κύριον, ἅμα τῇ χειροτονίᾳ (84), ὥσπερ εἰς αὐτὸ τοῦτο προαχθείς, λίθοις εἰς θάνατον πρὸς τῶν Κυριοκτόνων βάλλεται. Καὶ ταύτῃ πρώτως τὸν αὐτῷ φερώνυμον τῶν ἀξιονίκων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων ἀποφέρεται στέφανον. Τότε δῆτα καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Κυρίου λεγόμενον ἀδελφὸν, ὅτι δὴ καὶ οὗτος τοῦ Ἰωσὴφ ὠνόμαστο παῖς· τοῦ δὲ Χριστοῦ πατὴρ ὁ Ἰωσὴφ (85),

38 CAPUT I.

De his quæ apostoli constituerunt post ascensum Christi.

Primum igitur in locum proditoris Judæ apostolatum sortitus est Matthias, qui, ut superius dictum est, unus ex Domini discipulis fuit. Mox septem spectatæ virtutis viri per precationem manusque impositionem diaconi ab apostolis constituti sunt, qui Ecclesiæ ministerium exhiberent. Quorum ex numero fuit Stephanus, qui statim post ordinationem, quasi ad hoc tantummodo ordinatus fuisset diaconus, primus omnium post mortem Domini, ab ipsis qui Dominum occiderant Judæis, lapidibus est obrutus; atque ita primus inter nobilissimos Christi martyres respondentem nomini suo coronam retulit. Tunc etiam Jacobum qui frater Domini dicebatur, eo quod esset Josephi filius;

fuisse. Cæterum hujus epochæ Edessenorum meminit Eusebius in *Chronico*, ad annum I Olympiadis CCLXIV : *Secundo anno Probi juxta Antiochenos* 325, *anno, juxta Edessenos*, 588, *insana Manichæorum hæresis, in commune humani generis malum exorta.* Hi autem anni Edessenorum ab autumnali æquinoctio sumebant exordium, ut mos fuit Syrorum et omnium fere Orientalium.

(81) *Τῆς τε θεολογίας πέρι τοῦ σωτηρίου Λόγου.* Sic scribendum, præeunte Henrico Savilio, qui et ipse accentum præpositionis περι in primam syllabam rejecit, uti fieri solet quoties præpositio, quæ præire debuerat, postponitur vocabulo. Sic igitur construenda est oratio : περί τε τῆς θεολογίας τοῦ σωτηρίου Λόγου. Nam præpositio περί refertur ad vocem θεολογίας, non autem ad σωτηρίου Λόγου. Idque manifestissime apparet ex sequentibus Eusebii verbis. Sequitur enim in hac ipsa periodo, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσα περὶ τῆς γενομένης ἐναγχος ἐπιφανείας αὐτοῦ. Nec aliter construxit Nicephorus, ut patet ex initio libri secundi.

(82) *Μνημονεύσομεν.* Jam pridem conjeceram scribendum esse μνημονεύσομεν, pro eo quod antea legebatur, ἐμνημονεύσαμεν, meamque conjecturam confirmant Regius codex et Mazarinus, in quibus ita diserte scriptum inveni. In Med. autem et Fuk. legitur μνημονεύσωμεν, quemadmodum etiam in Mazarino emendatum est recentiore manu. Non dissimulabo tamen, vulgatam lectionem in codice Regio superscriptam esse eadem manu.

(83) *Πρῶτος τοιγαροῦν.* Ab his verbis primum caput exorsi sumus, partim Rufini, partim Regii codicis et Maz. et Fuk. auctoritatem sequentes. Nam quæ præcedunt, proœmii locum obtinent. Quippe Eusebius singulis historiæ suæ libris brevia quædam proœmia solet præfigere, quibus tum ea quæ superiore libro dicta sunt summatim recenset, tum ea quæ dicturus est insinuat. Quod tamen a Christophorsono minime est observatum. Porro in

B Primum igitur in locum proditoris Judæ apostolatum sortitus est Matthias, qui, ut superius dictum est, unus ex Domini discipulis fuit. Mox septem spectatæ virtutis viri per precationem manusque impositionem diaconi ab apostolis constituti sunt, qui Ecclesiæ ministerium exhiberent. Quorum ex numero fuit Stephanus, qui statim post ordinationem, quasi ad hoc tantummodo ordinatus fuisset diaconus, primus omnium post mortem Domini, ab ipsis qui Dominum occiderant Judæis, lapidibus est obrutus; atque ita primus inter nobilissimos Christi martyres respondentem nomini suo coronam retulit. Tunc etiam Jacobum qui frater Domini dicebatur, eo quod esset Josephi filius;

C hujus capitis titulo emendavi διαγωγῆς τῶν ἀποστόλων, suffragantibus quatuor codicibus Maz., Med., Fuk. ac Savil., quibus consentit etiam Rufinus; sic enim vertit : *De vita et institutione apostolorum post ascensionem Christi.* Solus codex Regius scriptum habet διαταγῆς.

(84) *Ἅμα τῇ χειροτονίᾳ.* Quo anno Stephanus martyrii coronam adeptus sit, non convenit inter omnes. Alii eodem anno quo passus est Christus, lapidatum illum esse volunt, VII Calendas Januarias. Ita diserte scribitur in Excerptis chronologicis quæ cum Eusebii *Chronico* edidit Scaliger, pag. 68. Et hæc fuisse videtur Eusebii sententia, ut ex hoc loco apparet. Alii vero triennio post Christi mortem martyrium Stephani retulerunt, anno Tiberii ultimo. Ita scribit in *Chronico* Georgius Syncellus. Multi etiam ulterius processerunt, et Stephanum anno ab ordinatione sua septimo passum esse scripserunt. Inter quos est Evodius apud Nicephorum, et Hippo-
D lytus Thebanus, et auctor *Chronici Alexandrini*, qui anno Claudii primo martyrium Stephani assignat. Quæ sententia hinc, ut opinor, manavit. Pro certo scilicet habebant, Paulum paucis diebus post cædem Stephani ad Christi fidem fuisse conversum. Eumdem vero anno conversionis suæ tertio Hierosolyma advenisse, ipsius testimonio didicerant. Id porro accidisse anno Claudii tertio, paulo ante obitum Herodis Agrippæ, ex Lucæ historia optime concludebant.

(85) *Οὗτος τοῦ Ἰωσὴφ ὠνόμαστο παῖς· τοῦ δὲ Χριστοῦ πατὴρ ὁ Ἰωσήφ.* Horum verborum loco in Fuketiano et Savliano codice ita scriptum habetur : Οὗτος υἱὸς ἦν τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ νομιζομένου οἱονεὶ πατρὸς τοῦ Χριστοῦ, levi discrimine, cum idem sit utrobique sensus. Ait igitur Eusebius Jacobum, qui in Evangelio et in Epistolis Pauli frater Domini dicitur, filium fuisse Josephi ex alia conjuge, quam Josephus ante Mariam sibi

Digitized by Google

siquidem Josephus Christi pater fuit, cui Maria Virgo desponsa, priusquam nuberent, ex Spiritu sancto prægnans reperta est, ut sacrosancta Evangeliorum docet historia : hunc, inquam, Jacobum qui ob eximiam virtutem Justus ab antiquis cognominatus est, Hierosolymitanæ Ecclesiæ episcopatum primum accepisse perhibent. Clemens certe in sexto *Institutionum* libro ita tradit. Ait enim, « post Servatoris ascensum Petrum, Jacobum et Joannem quamvis Dominus ipsos cæteris prætulisset, non idcirco de primo honoris gradu inter se contendisse, sed Jacobum cognomine Justum Hierosolymorum episcopum elegisse. » Idem in septimo ejusdem operis libro hæc de illo etiam dicit : « Jacobo, inquit, Justo et Joanni et Petro Dominus post resurrectionem scientiæ donum impertiit. Quod illi cæteris apostolis, hi vero septuaginta discipulis, quorum unus fuit Barnabas, tradiderunt. Cæterum duo fuere Jacobi; alter cognomento Justus, qui ex templi fastigio præcipitatus et a fullone fuste percussus interiit: alter qui capite truncatus est. » Porro Jacobi illius Justi meminit etiam Paulus, ita scribens [25] : « Alium autem ex apostolis vidi neminem præter Jacobum fratrem Domini. » Iisdem temporibus quæcunque Servator noster Osroenorum regi promiserat, ad effectum perducta sunt. Thomas enim divino **39** quodam motus afflatu Thaddæum Christianæ doctrinæ præconem et nuntium Edessam misit, ut ex monumentis ibidem repertis paulo superius ostendimus. Hic cum ad ea loca pervenisset et Agbarum in Christi sanavit nomine, et omnes ejus regionis incolas miraculorum novitate perculit. Cumque illos hujusmodi admirandis operibus satis præparasset, et ad cultum venerationemque divinæ Christi potentiæ perduxis-

[25] Gal. 1, 19.

A ᾧ μνηστευθεῖσα ἡ Παρθένος, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα (86) ἐκ Πνεύματος ἁγίου, ὡς ἡ ἱερὰ τῶν Εὐαγγελίων διδάσκει Γραφή· τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν Ἰάκωβον, ὃν καὶ Δίκαιον ἐπίκλην οἱ πάλαι δι' ἀρετῆς ἐκάλουν προτερήματα, πρῶτον ἱστοροῦσι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρισθῆναι θρόνον. Κλήμης δὲ ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων γράφων ὧδε παρίστησι· « Πέτρον γάρ φησι (87) καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Σωτῆρος, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου προτετιμημένους, μὴ ἐπιδικάζεσθαι δόξης, ἀλλ' Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον ἐπίσκοπον Ἱεροσολύμων ἐλέσθαι. » Ὁ δ' αὐτὸς ἐν ἑβδόμῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ἔτι καὶ ταῦτα περὶ αὐτοῦ φησιν· « Ἰακώβῳ τῷ Δικαίῳ καὶ Ἰωάννῃ καὶ Πέτρῳ μετὰ τὴν ἀνάστασιν
B παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος (88). Οὗτοι τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις παρέδωκαν. Οἱ δὲ λοιποὶ ἀπόστολοι τοῖς ἑβδομήκοντα, ὧν εἷς ἦν καὶ Βαρνάβας. Δύο δὲ γεγόνασιν Ἰάκωβοι, εἷς ὁ Δίκαιος, ὁ κατὰ τοῦ πτερυγίου βληθεὶς, καὶ ὑπὸ κναφέως ξύλῳ πληγεὶς εἰς θάνατον· ἕτερος δὲ ὁ καρατομηθείς. » Αὐτοῦ δὲ τοῦ Δικαίου καὶ ὁ Παῦλος μνημονεύει γράφων· « Ἕτερον δὲ τῶν ἀποστόλων οὐκ εἶδον, εἰ μὴ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν τοῦ Κυρίου. » Ἐν τούτοις καὶ τὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρὸς τὸν τῶν Ὀσροηνῶν βασιλέα τέλος ἐλάμβανεν ὑποσχέσεως. Ὁ γοῦν Θωμᾶς τὸν Θαδδαῖον κινήσει θειοτέρᾳ, ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν (89) κήρυκα καὶ εὐαγγελιστὴν τῆς περὶ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐκπέμπει, ὡς ἀπὸ τῆς εὑρεθείσης αὐτόθι
C γραφῆς μικρῷ πρόσθεν ἐδηλώσαμεν. Ὁ δὲ τοῖς τόποις ἐπιστὰς, τόν τε Ἄγβαρον ἰᾶται τῷ Χριστοῦ λόγῳ, καὶ τοὺς αὐτόθι πάντας τοῖς τῶν θαυμάτων παραδόξοις ἐκπλήττει· ἱκανῶς τε αὐτοὺς τοῖς ἔργοις διαθεὶς, καὶ ἐπὶ σέβας ἀγαγὼν τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, μαθητὰς τῆς σωτηρίου διδασκαλίας κατε-

sociaverat. Cum Eusebio consentit Epiphanius in hæresibus Nazaræorum et Antidicomarianitarum, Gregorius Nyssenus in oratione secunda *de Christi resurrectione*, et Hippolytus apud Nicephorum in lib. II, cap. 3, nisi tamen titulus mentitur auctorem. Sed Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, Jacobum hunc idcirco fratrem Domini appellatum esse existimat, quod filius esset Mariæ, sororis matris Domini. Cum Hieronymo consentit Chrysostomus et Theodoretus *in Epistolam ad Galatas*, aliique plures. Multa quidem de hoc argu-
D mento disseruit Baronius in *Annalibus*. Mihi tamen verior videtur opinio eorum qui Jacobum et reliquos Domini fratres, Josephi ex priore matrimonio filios esse dicunt. Hæc enim sententia magis congruit verbis Evangelii. Josephus quoque in libro XX *Antiquitatum*, et in libris *De excidio Hierosolymitano*, hunc Jacobum diserte appellat fratrem Jesu Christi.

(86) *Εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., scriptum est ηὕρηται, quod magis placet. Et paulo post ubi legitur τοῦτον δὴ οὖν αὐτὸν τὸν Ἰάκωβον, iidem codices scriptum habent, τοῦτον δὴ τὸν Ἰάκωβον, etc., quibus etiam consentit codex Savilii.

(87) *Πέτρον γὰρ φησί.* Adrianus Turnebus in suo codice emendaverat *φασί*, quam emendationem reperi etiam in libro Renati Moræi, medici Parisiensis. Nostri tamen codices omnes cum Rufino ac Nicephoro vulgatam lectionem tuentur. Mox in iisdem Turnebi ac Moræi libris pro ἐπιδικάζεσθαι emendatum est ἐπιδικάσασθαι, quod certe rectius videtur.

(88) *Παρέδωκε τὴν γνῶσιν ὁ Κύριος. Donum scientiæ* interpretatus sum. Erant tum in Ecclesia multa ejusmodi dona seu charismata, quæ non solum apostolis, sed etiam aliis e populo fidelibus Deus interdum communicabat, ut testatur Paulus. Inter hæc dona præcipuum fuit γνῶσις, quam Clemens in libro VI *Stromatum* definit scientiam et comprehensionem præsentium, præteritorum ac futurorum; aitque Christum cum in terris versaretur, eam apostolis tradidisse, ab apostolis vero continua deinceps successione ad paucissimos pervenisse. Σοφία ἂν εἴη ἡ γνῶσις, ἐπιστήμη οὖσα καὶ κατάληψις τῶν ὄντων τε καὶ ἐσομένων καὶ παρωχηκότων, βεβαία καὶ ἀσφαλής, ὡς ἂν παρὰ Υἱοῦ Θεοῦ παραδοθεῖσα καὶ ἀποκαλυφθεῖσα. Et paulo post : Ἡ γνῶσις δὲ αὐτὴ ἡ κατὰ διαδοχὰς εἰς ὀλίγους ἐκ τῶν ἀποστόλων ἀγράφως παραδοθεῖσα κατελήλυθεν. Et Ecclesia quidem hoc scientiæ donum perpetuo retinet. Hæretici vero quamvis eam sibi vindicent et Gnosticorum nomen usurpent, eam tamen habere non possunt, cum alieni sint ab Ecclesia Dei. Porro vetus interpres Irenæi γνῶσιν semper vertit *agnitionem*.

(89) *Ἐπὶ τὴν Ἔδεσσαν.* In codd. Maz., Med., Fuk. ac Saviliano legitur ἐπὶ τὰ Ἔδεσσα.

Digitized by Google

στήσατο· εἰσέτι τε νῦν ἐξ ἐκείνου ἡ πᾶσα τῶν Ἐδεσσηνῶν πόλις, τῇ τοῦ Χριστοῦ προσανάκειται προσηγορίᾳ, οὐ τὸ τυχὸν ἐπιφερομένη δεῖγμα τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν καὶ εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας. Καὶ ταῦτα μὲν ὡς ἐξ ἀρχαίων ἱστορίας εἰρήσθω. Μετίωμεν δ' αὖθις ἐπὶ τὴν θείαν Γραφήν. Γενομένου δῆτα ἐπὶ τῇ τοῦ Στεφάνου μαρτυρίᾳ πρώτου καὶ μεγίστου πρὸς αὐτῶν Ἰουδαίων κατὰ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας διωγμοῦ, πάντων τε τῶν μαθητῶν, πλὴν ὅτι τῶν δώδεκα μόνων, ἀνὰ τὴν Ἰουδαίαν τε καὶ Σαμάρειαν διασπαρέντων· τινὲς, ὥς φησιν ἡ θεία Γραφὴ, διελθόντες ἕως Φοινίκης καὶ Κύπρου καὶ Ἀντιοχείας, οὔπω μὲν ἔθνεσιν οἵοί τε ἦσαν τοῦ τῆς πίστεως μεταδιδόναι λόγου τολμᾷν, μόνοις δὲ τοῦτον Ἰουδαίοις κατήγγελλον. Τηνικαῦτα καὶ Παῦλος ἐλυμαίνετο εἰσέτι τότε τὴν Ἐκκλησίαν, κατ' οἴκους τῶν πιστῶν εἰσπορευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖκας, καὶ εἰς φυλακὴν παραδιδούς. Ἀλλὰ καὶ Φίλιππος, εἷς τῶν ἅμα Στεφάνῳ προχειρισθέντων εἰς τὴν διακονίαν, ἐν τοῖς διασπαρεῖσι γενόμενος, κάτεισιν εἰς τὴν Σαμάρειαν, θείας τε ἔμπλεως ὢν δυνάμεως, κηρύττει πρῶτος τοῖς αὐτόθι τὸν λόγον. Τοσαύτη δ' αὐτῷ θεία συνήργει χάρις, ὡς καὶ Σίμωνα τὸν Μάγον μετὰ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν (90), τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἐλχθῆναι. Ἐπὶ τοσοῦτον δ' ὁ Σίμων βεβοημένος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν ἠπατημένων ἐκράτει γοητείᾳ, ὡς τὴν μεγάλην αὐτὸν ἡγεῖσθαι εἶνσι δύναμιν τοῦ Θεοῦ. Τότε δ' οὖν καὶ οὗτος τὰς ὑπὸ τοῦ Φιλίππου δυνάμει θείᾳ τελουμένας καταπλαγεὶς παραδοξοποιΐας, παραδύεται, καὶ μέχρι λουτροῦ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καθυποκρίνεται. Ὃ καὶ θαυμάζειν ἄξιον εἰς δεῦρο γινόμενον πρὸς τῶν ἔτι καὶ νῦν τὴν ἀπ' ἐκείνου μιαρωτάτην μετιόντων αἵρεσιν· οἳ τῇ τοῦ σφῶν προπάτορος μεθόδῳ, τὴν Ἐκκλησίαν λοιμώδους καὶ ψωραλέας νόσου δίκην ὑποδυόμενοι, τὰ μέγιστα λυμαίνονται τοὺς, οἷς ἐναπομάξασθαι οἷοί τε ἂν εἶεν τὸν ἐν αὐτοῖς ἀποκεκρυμμένον δυσαλθῆ καὶ χαλεπὸν ἰόν. Ἤδη γέ τοι πλείους τούτων ἀπεώσθησαν, ὁποῖοί τινες εἶεν (91) τὴν μοχθηρίαν ἁλόντες· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ Σίμων αὐτὸς πρὸς τοῦ Πέτρου καταφωραθεὶς ὃς ἦν, τὴν προσήκουσαν ἔτισε τιμωρίαν. Ἀλλὰ γὰρ εἰς αὔξησιν ὁσημέραι προϊόντος τοῦ σωτηρίου κηρύγματος, οἰκονομία τις ἦγεν καὶ ἀπὸ τῆς Αἰθιόπων γῆς τῆς αὐτόθι βασιλίδος (κατά τι πάτριον ἔθος ὑπὸ γυναικὸς τοῦ ἔθνους εἰσέτι νῦν βασιλευομένου) δυνάστην· ὃν πρῶτον ἐξ ἐθνῶν πρὸς τοῦ Φιλίππου δι' ἐπιφανείας τὰ τοῦ θείου λόγου ὄργια μετασχόντα, τῶν τε ἀνὰ τὴν οἰκουμένην πιστῶν ἀπαρχὴν γενόμενον, πρῶτον κατέχει λόγος ἐπὶ τὴν πάτριον παλινοστήσαντα γῆν, εὐαγγελίσασθαι τὴν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ γνῶσιν, καὶ τὴν ζωοποιὸν εἰς ἀνθρώπους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιδημίαν, ἔργῳ πληρωθείσης δι' αὐτοῦ τῆς, « Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ, » περιεχούσης προφητείας. Ἐπὶ τούτοις Παῦλος τὸ τῆς ἐκλογῆς σκεῦος, οὐκ ἐξ ἀνθρώ-

A set, tandem salutaris doctrinæ auditores reddidit. Abhinc universa Edessenorum civitas, quippe quæ non vulgare Servatoris nostri erga se benevolentiæ indicium possideat, ejus nomini hactenus dicata permansit. Et hæc quidem ex veterum monumentis desumpta sunt. Nunc ad divinam Scripturam transeamus. Post martyrium Stephani, cum prima eademque gravissima Judæorum persecutio adversus Hierosolymitanam Ecclesiam coorta esset, cunctis Christi discipulis præter duodecim apostolos per Judæam Samariamque dispersis; nonnulli eorum usque ad Phœnicem et Cyprum et Antiochiam progressi (ut sacra testatur Scriptura) fidei Christianæ sermonem gentibus quidem nondum communicare audebant, sed solis Judæis illum prædicabant. Qua B tempestate Paulus etiamnum Ecclesiam infestabat, in ædes fidelium irrumpens, et viros cum mulieribus inde abstractos custodiæ mancipans. Tunc etiam Philippus, unus ex iis qui cum Stephano ad diaconatus officium fuerant electi, fugiens cum cæteris Samariam descendit, et divina plenus virtute, verbum Dei primus incolis nuntiavit. Tanta porro vis divinæ gratiæ ipsi aderat, ut Simonem Magum aliosque innumerabiles prædicationibus suis ad se pertraxerit. Hic Simon tunc temporis celeberrimus, tantam auctoritatem adeptus erat apud eos quos præstigiis suis deceperat, ut magnam Dei Virtutem ipsum esse existimarent. Idem tamen obstupefactus miraculis quæ Philippus divina virtute perpetrabat, C callide irrepsit, fidemque in Christum hactenus simulavit, ut baptismum susciperet. Quod quidem etiamnum fieri ab his qui teterrimam ejus sectam profitentur non sine admiratione cernimus; qui more parentis sui in Ecclesiam tanquam pestis aut lepra quædam irrepentes, gravissimum **40** damnum inferunt iis quibus pessimum illud et immedicabile venenum quod mentibus occultant instillare potuerint. Ac plerique jam eorum ab Ecclesia ejecti sunt, cum fraus ipsorum detecta esset: quemadmodum Simon quoque ipse a Petro tandem deprehensus debitas pœnas dedit. Porro cum salutaris Evangelii prædicatio novis quotidie incrementis augesceret, divina providentia quemdam ex proceribus Æthiopum reginæ in Judæam adduxit: quippe moris est etiamnum illis gentibus muliebri im- D perio gubernari. Qui cum a Philippo cœlesti visione admonito primus ex gentibus divini Verbi mysteria percepisset, totius orbis fidelium primitiæ factus; inde in patriam reversus, Dei notitiam et Servatoris nostri salutarem in terras adventum primus prædicasse fertur. Atque ita per ipsum completa est prophetæ prædictio quæ sic habet: « Æthiopia præveniet manum ejus Deo [87]. » Interea Paulus, vas illud electionis, non ex hominibus nec per homines, sed per revelationem Jesu Christi, et Dei Pa-

[87] Psal. LXVII.

(90, *Μετὰ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν*. Magis placet lectio codicum nostrorum, Mazarini scilicet, Med., Fuk. ac Saviliani, μετὰ πλείστων ἀνδρῶν τοῖς αὐτοῦ λόγοις ἐλχθῆναι.

(91) *Ὁποῖοί τινες εἶεν*. Quatuor nostri codices, Mazarinus, Med., Fuk. ac Savil. scriptum habent ὁποῖοί τινες ἦσαν, quod rectius videtur. Sic enim paulo post dicit, καταφωραθεὶς ὃς ἦν.

Digitized by Google

tris qui illum suscitavit a mortuis, apostolus constituitur, cœlesti visione ac voce quæ tempore illius revelationis ad ipsum delata est, ad hunc honorem vocatus.

CAPUT II.

Quomodo Tiberius affectus sit, cum res a Christo gestas Pilatus ei retulisset.

Cum admiranda Servatoris nostri resurrectio ejusdemque in cœlum ascensio omnium pene sermonibus jam pervulgata esset, quoniam vetus hæc erat consuetudo provinciarum rectoribus, ut quidquid novi apud ipsos contigisset, imperatori nuntiarent, ne quid ipsum lateret, Pilatus de resurrectione Servatoris nostri Jesu Christi, cujus per universam Palæstinam celebris erat fama, ad Tiberium principem retulit : multa quoque alia ejusdem miracula se auditu accepisse significans, et qualiter ad vitam denuo revocatus, a plerisque jam Deus haberetur. Ac Tiberium quidem rem ad senatum detulisse perhibent, sed senatum hujusmodi relationem aspernatum esse : specie quidem eo quod senatus auctoritas ad id non exspectata videbatur, cum tamen vetus lex esset apud **41** Romanos ne quis absque decreto senatus pro deo haberetur : re autem ipsa eo quod salutaris divinæ doctrinæ prædicatio auctoritate et auxilio hominum minime indigeret. Cum igitur senatus relationem de Servatore nostro ita ut dictum est repudiasset, Tiberius tamen, in pristina sententia perseverans, nihil adversus doctrinam Christi durius molitus esse dicitur. Hæc Tertullianus, vir legum Romanarum peritissimus et inter Latinos scriptores celeberrimus in *Apologia* ab ipso quidem Latine conscripta, postea vero in Græcum sermonem translata prodit his verbis : « Ut, inquit, de origine ali-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὅπως Τιβέριος ὑπὸ Πιλάτου τὰ περὶ τοῦ Χριστου διδαχθεὶς ἐκινήθη (Nic. *H. E.* II, 8).

Καὶ δὴ τῆς παραδόξου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεώς τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως; τοῖς πλείστοις ἤδη περιβοήτου κατεστώσης, παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους (92) τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων, τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς πάντας ἤδη καθ' ὅλης Παλαιστίνης βεβοημένα, Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται, ὡς τάς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατείας (93), καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς, ἤδη Θεὸς εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπεπίστευτο. Τὸν δὲ Τιβέριον ἀνενεγκεῖν μὲν τῇ συγκλήτῳ, ἐκείνην τ' (93*) ἀπώσασθαί φασι τὸν λόγον, τῷ μὲν δοκεῖν, ὅτι μὴ πρότερον αὐτὴ τοῦτο δοκιμάσασα ἦν (παλαιοῦ νόμου κεκρατηκότος, μὴ ἄλλως τινὰ παρὰ Ῥωμαίοις θεοποιεῖσθαι, μὴ οὐχὶ ψήφῳ καὶ δόγματι συγκλήτου), τῇ δ' ἀληθείᾳ, ὅτι μηδὲ τῆς ἐξ ἀνθρώπων ἐπικρίσεώς τε καὶ συστάσεως, ἡ σωτήριος τοῦ θείου κηρύγματος ἐδεῖτο διδασκαλία. Ταύτῃ δ' οὖν ἀπωσαμένης (94) τὸν προσαγγελθέντα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λόγον τῆς Ῥωμαίων βουλῆς, τὸν Τιβέριον, ἣν καὶ πρότερον εἶχε γνώμην τηρήσαντα, μηδὲν ἄτοπον κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπινοῆσαι. Ταῦτα Τερτυλλιανὸς, τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκὼς (95) ἀνὴρ, τά τε ἄλλα ἔνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν (96), ἐν τῇ γραφείσῃ μὲν αὐτῷ τῇ Ῥωμαίων φωνῇ, μεταβληθείσῃ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν

(92) *Παλαιοῦ κεκρατηκότος ἔθους.* Quæret hic fortasse aliquis cur hunc morem, ut scilicet rectores provinciarum, si quid apud se novi contigisset, referrent ad principem, antiquum vocet Eusebius. Neque enim mos ille tunc quidem temporis valde vetustus erat, cum recens adhuc esset imperium Romanum, et nuperrime ab Augusto constitutum. Aut igitur dicendum est, Eusebium de suis temporibus intellexisse, cum morem illum antiquum vocavit, aut certe prisca illa tempora designasse, quibus respublica Romana populari imperio regebatur. Tunc enim proconsules et prætores qui in provinciis erant, missis ad senatum litteris, quidquid novi contigerat, renuntiabant.

(93) *Ὡς τάς τε ἄλλας αὐτοῦ πυθόμενος τερατείας.* Nostri codices, Regius, Maz., Med., cum Fuk. ac Savil., omnes uno consensu scriptum habent ὃς τάς τε ἄλλας, absque sensu. Recte igitur Rob. Stephanus emendavit, ὡς τάς τε ἄλλας, etc. Quod autem sequitur καὶ ὡς ὅτι pleonasmus est Eusebio familiaris, ut μὴ οὐχί et similia. Mallem tamen posterius istud ὡς expungere, ne molesta sit ejusdem particulæ repetitio.

(93*) Forte legendum *δέ* pro τε. EDIT.

(94) Vulg. *ταύτης δ' οὖν ἀπωσαμένης.* Procul dubio scribendum est ταύτῃ δ' οὖν, quam emendationem confirmat Nicephorus in lib. II, cap. 8; sic enim ait : Οὕτω δὲ τῆς συγκλήτου βουλῆς ἀποβαλομένης τὸν περὶ τοῦ Σωτῆρος λόγον, etc.

(95) *Τερτυλλιανὸς, τοὺς Ῥωμαίων νόμους ἠκριβωκώς.* Ex hoc loco quidam suspicati sunt, Tertullianum illum qui inter ecclesiasticos scriptores celebris habetur, jurisconsultum fuisse. Certe in indice Pandectarum, inter juris auctores ex quibus opus illud collectum est, recensetur Tertullianus qui libros octo quæstionum scripsit, et de castrensi peculio librum singularem. Sed non dubito quin hic diversus sit ab illo presbytero Carthaginensi. Neque vero Eusebius illum jurisconsultum fuisse dicit, sed tantum ait eum leges Romanas accuratissime calluisse. Quod quidem vel ex uno ejus *Apologetico* licet cognoscere, in quo legum Romanarum sæpissime meminit. Ac mihi quidem videtur Eusebius hunc unum Tertulliani librum legisse, cum solus hic ex Tertulliani libris in Græcum sermonem conversus fuisset.

(96) *Τῶν ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν.* Ex his verbis colligere quis posset Tertullianum Romæ vixisse, et unum fuisse ex senatorio ordine. Id enim sonant hæc verba. Constat tamen ex Hieronymo in *Chronico* et in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, Tertullianum domo Carthaginensem fuisse, patre centurione proconsularis officii. Quæ quidem militia non admodum fuit honorata, quippe cum ejusmodi milites nudum nomen militum haberent, reipsa autem apparitores essent proconsulum et vilibus mi-

Digitized by Google

Ἑλλάδα γλῶτταν, ὑπὲρ Χριστιανῶν Ἀπολογίᾳ, τίθησι κατὰ λέξιν τοῦτον ἱστορῶν τὸν τρόπον· « Ἵνα δὲ καὶ ἐκ τῆς γενέσεως διαλεχθῶμεν τῶν τοιούτων νόμων, παλαιὸν ἦν δόγμα, μηδένα θεὸν ὑπὸ βασιλέως καθιεροῦσθαι, πρὶν ὑπὸ τῆς συγκλήτου δοκιμασθῆναι. Μάρκος Αἰμίλιος οὕτως περί τινος εἰδώλου πεποίηκεν Ἀλβούρνου (97). Καὶ τοῦτο ὑπὲρ τοῦ ἡμῶν λόγου πεποίηται, ὅτι παρ' ὑμῖν ἀνθρωπείᾳ δοκιμῇ ἡ θεότης δίδοται. Ἐὰν μὴ ἀνθρώπῳ θεὸς ἀρέσῃ, θεὸς οὐ γίνεται. Οὕτως κατά γε τοῦτο, ἄνθρωπον θεῷ ἴλεων εἶναι προσήκει. Τιβέριος οὖν, ἐφ' οὗ τὸ τῶν Χριστιανῶν ὄνομα εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθεν, ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος (98) τούτου, ἔνθα πρῶτον ἤρξατο, τῇ συγκλήτῳ ἀνεκοινώσατο, δῆλος ὢν ἐκείνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται (99). Ἡ δὲ σύγκλητος ἐπεὶ οὐκ αὐτὴ δεδοκιμάκει, ἀπώσατο· ὁ δὲ ἐν τῇ αὐτοῦ ἀποφάσει ἔμεινεν, ἀπειλήσας θάνατον τοῖς τῶν Χριστιανῶν κατηγόροις· » τῆς οὐρανίου Προνοίας κατ' οἰκονομίαν τοῦτ' αὐτῷ πρὸς νοῦν βαλλομένης, ὡς ἂν ἀπαραποδίστως ἀρχὰς ἔχων ὁ τοῦ Εὐαγγελίου λόγος, πανταχόσε γῆς διαδράμοι.

A quid retractemus ejusmodi legum : vetus erat decretum ne quis Deus ab imperatore consecraretur nisi a senatu probatus. Sic Marcus Æmilius de deo suo Alburno. Facit et hoc ad causam nostram, quod apud vos de humano arbitratu divinitas pensitatur. Nisi homini deus placuerit, deus non erit. Homo jam deo propitius esse debebit. Tiberius ergo, cujus tempore nomen Christianum in sæculum introivit, annuntiatum sibi ex Syria Palæstina quæ veritatem illius divinitatis revelarat, detulit ad senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus quia non ipse probaverat respuit. Cæsar in sententia mansit, comminatus periculum accusatoribus Christianorum. » Hactenus Tertullianus. Quam quidem sententiam cœlestis Providentia Tiberii Cæsaris menti B idcirco infuderat, ut Evangelii sermo, qui tunc primum nasci cœperat, absque ullo impedimento per universum orbem spargeretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅπως εἰς πάντα τον κόσμον ἐν βραχεῖ χρόνῳ διέδραμεν ὁ περὶ τοῦ Χριστοῦ λόγος (Nic. *H. E.* II, 8).

Οὕτω δῆτα οὐρανίῳ δυνάμει καὶ συνεργίᾳ, ἀθρόως οἷά τις ἡλίου βολή, τὴν σύμπασαν οἰκουμένην ὁ σωτήριος κατηύγαζε λόγος, αὐτίκα δὲ ταῖς θείαις ἑπομένως Γραφαῖς (1), ἐπὶ πᾶσαν προῆει τὴν γῆν ὁ φθόγγος τῶν θεσπεσίων εὐαγγελιστῶν τε αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. Καὶ

CAPUT III.

Quomodo Christi doctrina per universum orbem brevi dispersa sit.

Ita opitulante cœlesti virtute, salutaris Dei sermo tanquam solis radius universum terrarum orbem subito illustravit, et prout in sacris litteris prædictum fuerat, in omnem terram exivit sonus evangelistarum simul et apostolorum, et usque ad fines terræ verba eorum. Per omnes igitur civitates et

nisteriis fungerentur. De patria quidem sua ipsemet scribit in *Apologetico*, cap. 9, ubi agit de Tiberio proconsule Africæ, qui sacerdotes Saturni in crucem egerat. *Teste militia patriæ nostræ, quæ ipsum munus illi proconsuli functa est.* Id est, testes sunt officiales seu apparitores Carthaginenses proconsulum Africæ. Quare hæc Eusebii verba, τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν, malim interpretari de scriptoribus Latinis. Solet enim Eusebius Romanorum vocabulo designare, non ipsos Romanæ urbis indigenas ac cives, sed Latinos et Occidentales, ut inferius notabitur. Recte ergo Rufinus hunc Eusebii locum ita vertit : *Hæc Tertullianus, vir et legum et institutionum Romanorum peritissimus, et inter nostros scriptores admodum clarus.*

(97) *Ἀλβούρνου.* Hujus dei nomen in codice Maz. et Fuk. circumflexam habet ultimam syllabam. Codex autem Medicæus duplicem habet accentum. Quod quidem in illo codice non semel factum esse observavi : exempli gratia in voce Σολόμωνος. Hoc enim nomen duplici accentu semper notare solet codex Medicæus : acuto scilicet in antepenultima syllaba, in penultima autem circumflexo.

(98) *Ἀγγελθέντος αὐτῷ ἐκ Παλαιστίνης τοῦ δόγματος.* Quisquis hunc Tertulliani locum Græce vertit (neque enim ab Eusebio conversum existimo), mentem illius non satis assecutus videtur. Verba Tertulliani apud Rufinum sic leguntur : *Annuntiata sibi ex Syria Palæstina quæ illic veritatem istius divinitatis revelaverunt, detulit ad senatum.* Quam lectionem amplexus est Nicolaus Rigaltius in editione Operum Tertulliani : merito certe. Nam altera quæ in vulgatis legitur scriptura, ferri non potest. Sic igitur vertendus erat hic locus : Ἀγγελθέντων αὐτῷ τῶν θαυμάτων ἐκ τῆς Συρίας τῆς Παλαιστίνης, ἅπερ ἐκεῖ τὴν ἀλήθειαν τῆς ἐκείνου θεότητος κατάδηλον ἐπεποιήκει, etc. Certe vel hic unus locus manifeste indicat, Eusebium hujus Græcæ interpretationis auctorem non fuisse, quod tamen Scaliger aliique sibi persuaserunt. Nam si Eusebius ipse hunc Tertulliani locum Græce vertisset, non omissurus utique fuisset id quod ad institutum ipsius maxime faciebat, mentionem scilicet miraculorum Christi, quæ Pilatus ad Tiberium retulerat. Id enim ipse superius dixit initio hujus capitis : Τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ... Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινοῦται, etc. Atqui in Tertulliani loco, prout is Græce conversus hic refertur, nulla fit mentio admirabilium Christi operum, sed tantum dogmatis Christiani. Certum est igitur, Eusebium hujus versionis auctorem non fuisse. Porro quod Tertullianus dicit annuntiatum Tiberio ex Syria Palæstina, id Eusebius de relatione ad ipsum missa intellexit. Et tamen Latina vox hunc sensum vix admittit. Annuntiari enim proprie dicuntur, quæ fama et rumoribus innotescunt.

(99) *Δῆλος ὢν ἐκείνοις, ὡς τῷ δόγματι ἀρέσκεται.* Recte expressit sensum verborum Tertulliani, *cum prærogativa suffragii sui*, nisi quod de dogmate perperam adjecit. Neque enim Tertullianus loquitur de dogmate Christianorum, sed de divinitate Christi. Igitur *cum prærogativa suffragii sui*, idem valet ac *cum suffragatione sua*, quæ maximam habebat auctoritatem.

(1) Vulg. *αὐτίκα ταῖς θείαις ἑπομένως Γραφαῖς.* Nicephorus, qui totum hunc Eusebii locum ad verbum descripsit, habet, αὐτίκα δὲ ταῖς θείαις ἑπομένως Γραφαῖς. Quæ particula non mediocrem addit elegantiam. Paulo post scribendum est εὐαγγελιστῶν τε αὐτοῦ καὶ ἀποστόλων, ex eodem Nicephoro, cui suffragantur libri nostri Maz. Med. ac Fuk.

Digitized by Google

vicos ecclesiæ infinita hominum multitudine abundantes, velut areæ quædam frugibus **42** refertæ, brevi congregatæ sunt. Et qui propagato a majoribus errore, superstitioso dæmonum cultu quasi vetusto quodam morbo constricti tenebantur, hi Christi virtute per prædicationem simul et miracula discipulorum ipsius, tanquam a sævissimis dominis liberati et gravissimis vinculis soluti, deorum quidem turbam a dæmonibus invectam respuebant, unum autem Deum esse omnium rerum opificem confitebantur. Quem quidem sacris veræ pietatis ritibus, per divinam modestamque religionem quam Servator noster in humanum genus invexerat, colebant. Cum ergo Dei gratia jam in reliquas quoque nationes sese diffunderet, primusque in urbe Palæstinæ Cæsarea Cornelius cum universa familia visione quadam divina Petrique ministerio fidem in Christum esset amplexus, et complures alii ex gentilibus Antiochiæ idem fecissent, quibus dispersi in illa Stephani persecutione discipuli verbum Dei prædicaverant : florente tum et vigente Antiochenorum Ecclesia, in qua plurimi simul congregati aderant, tum ab Hierosolymis prophetæ quibuscum Paulus fuit et Barnabas, tum alii fratres numero haud pauci, Christianorum nomen ibi tunc primum tanquam ex amœno ac fecundo cespite exortum est. Sub id tempus Agabus quidem unus ex prophetis qui illic aderant, famem futuram prædixit : Paulus vero et Barnabas Hierosolymam destinati sunt, ut fratrum penuriam suo ministerio sublevarent.

A δῆτα ἀνὰ πάσας πόλεις τε καὶ κώμας, πληθυούσης ἄλλως δίκην, μυριάνδροι καὶ παμπληθεῖς ἀθρόως ἐκκλησίαι συνεστήκεισαν. Οἵτε ἐκ προγόνων διαδοχῆς καὶ τῆς ἀνέκαθεν πλάνης, παλαιᾷ νόσῳ δεισιδαιμονίας εἰδώλων τὰς ψυχὰς πεπεδημένοι, πρὸς τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως διὰ τῆς τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ διδασκαλίας τε ὁμοῦ καὶ παραδοξοποιΐας, ὥσπερ δεινῶν δεσποτῶν ἀπηλλαγμένοι, εἱργμῶν τε χαλεπωτάτων (2) λύσιν εὑράμενοι, πάσης μὲν δαιμονικῆς κατέπτυον πολυθεΐας, ἕνα δὲ μόνον εἶναι Θεὸν ὡμολόγουν τὸν τῶν συμπάντων δημιουργὸν, τοῦτόν τε αὐτὸν θεσμοῖς ἀληθοῦς εὐσεβείας δι' ἐνθέου καὶ σώφρονος θρησκείας τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ κατασπαρείσης ἐγέραιρον. Ἀλλὰ γὰρ τῆς χάριτος ἤδη τῆς θείας καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ χεομένης B ἔθνη, καὶ πρώτου μὲν κατὰ τὴν τῶν Παλαιστινῶν Καισάρειαν (3) Κορνηλίου σὺν ὅλῳ τῷ οἴκῳ δι' ἐπιφανείας θειοτέρας ὑπουργίας τε Πέτρου, τὴν εἰς τὸν Χριστὸν πίστιν καταδεξαμένου, πλείστων τε καὶ ἄλλων ἐπ' Ἀντιοχείας Ἑλλήνων, οἷς οἱ κατὰ τὸν τοῦ Στεφάνου διωγμὸν διασπαρέντες ἐκήρυξαν, ἀνθούσης ἄρτι καὶ πληθυούσης τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας, ἐν ταὐτῷ τε ἐπιπαρόντων πλείστων ὅσων τῶν τε ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφητῶν, καὶ σὺν αὐτοῖς Βαρνάβα καὶ Παύλου, ἑτέρου τε πλήθους ἐπὶ τούτοις ἀδελφῶν, ἡ Χριστιανῶν προσηγορία τότε πρῶτον αὐτόθι ὥσπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου πηγῆς (4) ἀναδίδοται. Καὶ Ἄγαβος μὲν, εἷς τῶν συνόντων αὐτοῖς προφητῶν, περὶ τοῦ μέλλειν ἔσεσθαι λιμὸν προθεσπίζει. Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας (5), ἐξυπηρετησόμενοι C τῇ τῶν ἀδελφῶν παραπέμπονται διακονίᾳ.

(2) *Εἱργμῶν τε χαλεπωτάτων.* Εἱρμῶν legitur apud Nicephorum, qui Eusebium nostrum exscripsit, ut solet. In omnibus tamen nostris codicibus, Regio scilicet, Maz., Med. ac Fuk. scriptum inveni εἱργμῶν, quæ lectio sine dubio præferenda est.

(3) Vulg. *κατὰ τὴν τῶν Παλαιστινῶν Καισάρειαν.* Nostri codices. Maz., Med. ac Fuk., scriptum exhibent κατὰ τὴν Παλαιστινῶν Καισάρειαν, rectius meo quidem judicio. Dicebatur enim ἡ Παλαιστινῶν Καισάρεια, ut alibi occurrit apud Eusebium nostrum, ad discrimen Cæsareæ Philippi quæ in Phœnice sita erat. Leve quidem id nonnullis fortasse videbitur. Sed nos in hac nostra editione, nihil eorum quæ in manuscriptis codicibus occurrunt præterire constituimus, quo lectori diligentiam nostram approbemus.

(4) Vulg. *ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου γῆς.* Ita quidem legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. Sed reliqui codices, Maz. scilicet, ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent γονίμου πηγῆς. Nec aliter in exemplari suo legerat Rufinus, ut ex ejus interpretatione colligimus. Sic enim vertit : *Ibi primum discipuli veluti perenni fonte sumpto vocabulo appellati sunt Christiani.* Ubi tamen lubentius legerim *velut e perenni fonte sumpto vocabulo.* Nam in Græco est ὥσπερ ἀπ' εὐθαλοῦς καὶ γονίμου πηγῆς. Mutarunt autem hanc scripturam, ii qui sibi persuaserant εὐθαλῆ et γόνιμον dici non posse de fonte. Cæterum Christianorum vocabulum principatu Tiberii primum orbi innotuisse testatur etiam Tertullianus in *Apologetico*, cujus locum in superiori capite adduxit Eusebius.

(5) *Παῦλος δὲ καὶ Βαρνάβας.* Nullo modo in Tiberii tempora cadere potest hæc Pauli Hierosolymitana profectio. Nam Lucas in Actibus diserte scribit, eam contigisse quo tempore Herodes Agrippa inflicta cœlitus plaga interiit. Quod quidem temporibus Claudii accidisse inter omnes constat. Prudenter itaque fecit Nicephorus, qui cum totum hoc Eusebii caput ad verbum describeret, postremam hanc partem de industria prætermisit, ne in eumdem cum Eusebio errorem incideret. Eusebium vero nostrum in eam opinionem induxit Pauli locus ad Galatas, ubi de suis ad urbem Hierosolymam profectionibus loquitur. Quem locum ut clarius intelligere possimus, de universis Pauli profectionibus in sacram urbem post ejus ad Christum conversionem, diligentius inquirendum est. Lucas quidem quater omnino eum Hierosolyma profectum esse scribit. Primum paulo post ejus baptismum cap. IX Actuum. Iterum deinde profectus est Paulus D Hierosolyma ad deferendas fratrum eleemosynas, ut refertur in cap. XI et XII. Postea ascendit Paulus Hierosolyma ob controversiam de circumcisione et Judaicis ritibus, ut habetur in capite XV. Postremo venit Hierosolyma sub finem principatus Claudii, ibique diutissime vinctus permansit. Ipse vero Paulus in Epistola ad Galatas, bis post suam ad Christum conversionem venisse se dicit Hierosolyma ; et utramque profectionem his temporum intervallis distinguit. *Cum autem*, inquit, *placuit ei qui me segregavit, et vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me, continuo non acquievi carni et sanguini. Neque veni Hierosolyma ad antecessores meos apostolos : sed abii in Arabiam, et iterum reversus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Hierosolyma videre Petrum, et mansi apud eum diebus quindecim*, etc. De secunda autem profectione sua ita loquitur : *Deinde post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam*

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὡς μετὰ Τιβέριον Γάϊος Ἰουδαίων βασιλέα καθίστησιν Ἀγρίππαν, τὸν Ἡρῴδην ἀϊδίῳ ζημιώσας φυγῇ (Nic. *H. E.* II, 9).

Τιβέριος μὲν οὖν ἀμφὶ τὰ δύο καὶ εἴκοσι βασιλεύσας ἔτη, τελευτᾷ· μετὰ δὲ τοῦτον Γάϊος τὴν ἡγεμονίαν παραλαβών, αὐτίκα τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς Ἀγρίππᾳ τὸ διάδημα (6) περιτίθησιν, βασιλέα καταστήσας αὐτὸν τῆς τε Φιλίππου καὶ τῆς Λυσανίου τετραρχίας. Πρὸς αἷς μετ' οὐ πολὺν χρόνον αὐτῷ καὶ τὴν Ἡρῴδου τετραρχίαν παραδίδωσιν, ἀϊδίῳ φυγῇ τὸν Ἡρῴδην (οὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος) σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι (7), πλείστων ἕνεκα ζη-

CAPUT IV.

Quomodo post mortem Tiberii Caius Agrippam Judæorum regem constituit, et Herodem perpetuo exsilio damnavit.

Interea Tiberius, cum duobus circiter ac viginti annis imperasset, extremum diem obiit. Cui succedens Caius Judææ regnum statim tradidit Agrippæ, regemque illum tum in Philippi, tum in Lysaniæ tetrarchia constituit. Nec multo post Herodis quoque tetrarchiam eidem donavit, cum Herodem perpetuo exsilio damnasset, una cum uxore ipsius Herodiade ob varia scelera debito supplicio affectum, ut testatur etiam Josephus. Hic est Herodes qui

cum Barnaba, assumpto et Tito. Ascendi autem secundum revelationem : et contuli cum illis Evangelium, quod prædico in gentibus, etc. Quis non videt hæc inter se prorsus discrepare, cum Paulus quidem neget se venisse Hierosolyma statim post baptismum : Lucas vero post baptismum a Paulo susceptum, et aliquot prædicationes Damasci habitas, illum Damasco clam aufugisse, et recta Hierosolyma venisse testetur? Hanc Lucæ et Pauli dissonantiam fateri compulsus est Hieronymus in expositione Epistolæ ad Galatas. Quam ut conciliarent quidam veterum, teste Hieronymo ita censuerunt : Paulum profectionis illius suæ Hierosolyma statim post baptismum quæ memoratur a Luca in dicto capite IX nullam habuisse rationem, eo quod fuga potius quam profectio fuisset. Verum hæc solutio levis est admodum. Etenim Lucas scribit Paulum tunc a Barnaba fuisse deductum ad apostolos, et satis diu mansisse Hierosolymis, et adversus Græcos disputasse. Alii, inter quos Beda et Baronius, primam illam profectionem cujus meminit Paulus, asserunt eam ipsam esse quæ refertur a Luca in cap. IX Actuum : sed Lucam itineris Arabici ideo prætermisisse mentionem, quod nihil memoria dignum illic a Paulo gestum fuisset. Quorum sententiæ libenter equidem accedo. Nam de adventu illo Pauli Hierosolyma planissime ibi loquitur Lucas; quippe qui collocutum eum cum apostolis tunc esse dicit, et multa alia singillatim refert, additque : *Et erat cum illis intrans et exiens in Jerusalem*. Nunc de secunda illa profectione quam Paulus post XIV annos instituisse se dicit, inquirendum est. Theodoretus, et ante illum quidam veteres, referente Hieronymo, hanc ipsam esse existimarunt, cujus mentio fit in Actibus, cap. XV, quando Paulus una cum Barnaba ob exortam de circumcisione controversiam profectus est Hierosolyma. Hanc sententiam secutus est Baronius. Et Pauli verba id omnino suadere videntur. Subjicit enim Paulus, se Evangelium quod gentibus prædicabat detulisse ad apostolos, eisque dijudicandum obtulisse. Hoc enim sibi volunt ea verba ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον. Tum subjungit de falsis fratribus, qui veritatem Evangelii opprimere tentabant, et Christianos in servitutem legis redigere. Quæ quidem omnia pertinent sine dubio ad controversiam illam de circumcisione. Verum quid opus est pluribus, cum ea res certissimo argumento ita demonstrari possit? Profectio illa quam post XIV annos se instituisse ait Paulus, non potest esse ea quam secundo loco numerat Lucas. Nec rursus eadem est cum illa quam quarto loco recenset idem Lucas. Eadem est igitur cum illa quam tertiam Lucas commemorat. Quod non possit esse illa quæ secundo loco numeratur a Luca, hinc apparet : Paulus tunc ad deferendas fratrum eleemosynas tantum missus est; nec cum apostolis collocutus est, quippe cum Ecclesiam Judæorum tunc maxime persequeretur Herodes, et Petrus in vinculis esset. Quamobrem

Paulus in Epistola ad Galatas, hujus profectionis suæ mentionem merito prætermisit, utpote quæ nihil ad institutum suum faceret. Nec vox illa, *rursus ascendi*, secundam profectionem necessario designat, sed etiam de tertia dici potest. Quod vero non possit esse illa quam quarto loco recenset Lucas, ut videtur sensisse Chrysostomus, ex eo convincitur, quod Paulus scribit se ascendisse cum Barnaba. At in quarta profectione Paulus non fuit cum Barnaba. Jampridem enim ab eo sese abruperat. Verum ut ad Eusebium nostrum redeamus, videtur is secundam Pauli Hierosolymitanam profectionem confudisse cum prima, et ex duabus unam fecisse.

(6) *Τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς Ἀγρίππᾳ τὸ διάδημα.* Falsum est Agrippam regem Judææ a Caio factum esse. Agrippa enim a Caio Cæsare sub initia imperii factus est rex, primum quidem Trachonitidis, quæ tetrarchia Philippi fuerat, ut scribit Philo in Flaccum et Josephus lib. XVIII. Mox vero cum Herodes tetrarcha Galilææ, Herodiadis uxoris impulsu Romam navigasset, ut regiam dignitatem a Caio impetraret : Caius ademptam Herodi tetrarchiam, Galilæam scilicet donavit Agrippæ, quemadmodum tradit Josephus in libro supradicto, et Philo in *Legatione ad Caium* sub finem. Tandem vero post necem Caii, Claudius regnum Agrippæ a Caio datum confirmavit, adjectis Judæa ac Samaria quas Herodes avus obtinuerat. Atque ita totum Herodis Magni regnum ad Agrippam pervenit. Qui mox Hierosolymis suo arbitratu pontificem creare cœpit, quippe qui tum Judææ rex esset, cujus caput erat urbs Hierosolyma. Recte ergo Scaliger in animadversionibus reprehendit Eusebium, quod Agrippam regem Judææ a Caio factum esse dixerit. Sed fallitur ipse quoque Scaliger, cum scribit Agrippam Romam venisse, ut Herodem patruum accusaret. Neque enim Agrippa Romam profectus est, sed Fortunatum libertum cum litteris ad Caium misit, ut tradit Josephus. Porro jamdudum ante Scaligerum scholiastes quidam in margine codicis Mazarini hunc Eusebii errorem notaverat. Nam ad illa verba, τῆς Ἰουδαίων ἀρχῆς τὸ διάδημα, hoc scholion ascriptum est, non quidem eadem manu, sed nihilominus vetusta : Οὐχ' οὗτος, ἀλλ' ὁ Κλαύδιος. Excusari tamen commode potest Eusebius. Non enim dixit Agrippam Judææ regem a Caio factum fuisse, sed Judæorum, eorum scilicet qui in Trachonitide et in Lysaniæ tetrarchia degebant. Sane Philo in *oratione adversus Flaccum*, Agrippam hunc, qui tum adhuc solius Trachonitidis rex erat, nihilominus vocat regem Judæorum. Loquens enim de Alexandrinis, sic ait : Ἠσχάλλον ἐπὶ τῷ γεγενῆσθαί τινα βασιλέα Ἰουδαίων.

(7) *Σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι.* Male hunc locum accepit Christophorsonus, quasi dicat Eusebius Herodem hunc una cum uxore sua Herodiade interfuisse passioni Christi. Atqui non hoc dicit Eusebius, sed Herodiadem simul cum viro relega-

Digitized by Google

Servatoris nostri passioni interfuit. **43** Hujus porro imperatoris temporibus floruit Philo, vir a plurimis non modo nostrorum, verum etiam gentilium maximo in pretio habitus. Erat hic Hebræus quidem origine, splendore generis ac dignitate nulli apud Alexandriam concedens. In divinis vero et patriis disciplinis quantopere elaboraverit, res ipsa declarat. Ad hæc in philosophia et humanioribus litteris quantus fuerit, nihil attinet dicere : quippe cum in Platonica ac Pythagorica philosophia quam præcipue sectatus est, omnes sui temporis superasse memoretur.

CAPUT V.

Quomodo Philo legationem pro Judæis suscepit ad Caium.

Hic quot et quantæ calamitates imperante Caio Judæis contigerint, quinque libris complexus est. In quibus tum insaniam Caii commemorat, qui se deum ipse renuntiasset, et subditos infinitis contumeliis affecisset : tum miserias Judæorum sub illius imperio prosequitur, et quam ipse pro suis popularibus Alexandriæ degentibus in urbe Roma obiit legationem, et quomodo cum apud Caium pro patriis legibus et institutis disseruisset, nil præter risum et ludibrium retulit, parumque abfuit quin capitis discrimen subiret. Cujus rei Josephus etiam mentionem facit in octavo decimo *Antiquitatum* libro scribens his verbis : « Orta, inquit, Alexandriæ seditione inter Judæos qui illic habitabant et Græcos, terni ex utraque parte legati ad Caium imperatorem missi sunt. Unus ex legatis Alexandrinorum erat Apion quidam, qui plurima adversus Judæos convicia fundere consueverat, tum alia eis objiciens, tum quod Cæsaris cultum aspernarentur. Nam cum omnes, qui Romano imperio subditi erant, aras ac templa Caio statuerent, prorsusque illi tanquam deo honorem haberent, soli, aiebat, Judæi turpe existimant statuas illi dedicare ac per nomen ejus jurare. Hæc et alia gravissima Apion cum dixisset, quibus Caium exasperatum iri sperabat, Philo princeps legationis Judæorum, vir undecunque clam bonisque muctatam fuisse. — Monet præterea Valesius, se, expuncta voce καταχρίνας, hunc locum correxisse, qui antea sic legebatur : τὴν Ἡρώδου τετραρχίαν παραδίδωσιν, ἀϊδίῳ φυγῇ τὸν Ἡρώδην (οὗτος δ' ἦν ὁ κατὰ τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος) καταχρίνας σὺν καὶ τῇ γυναικὶ Ἡρωδιάδι, πλείστων ἕνεκα ζημιώσας αἰτιῶν. Quam correctionem, inquit, confirmat Nicephorus optimusque codex Mazarinus. Edit. Patrol.

(8) *Πέντε βιβλίοις παραδίδωσι.* Hodie duo duntaxat Philonis libri hujus argumenti supersunt; alter *in Flaccum* inscriptus, alter *De legatione ad Caium*, adeo ut necesse sit Eusebium falli memoria, aut eos libros aliter olim divisos fuisse in quinque volumina. Nec est quod quis suspicetur, reliquos hujus argumenti libros hodie desiderari. Nam in his duobus qui nunc supersunt, quæcunque Judæis regnante Caio contigerunt, scripta habentur. In fine quidem *Legationis ad Caium* aperte indicat Philo, alium hujus argumenti librum subsequi debere. Sic enim dicit : Εἴρηται μὲν κεφαλαιωδέστερον ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας Γαΐου.

μιώσας αἰτιῶν. Μάρτυς Ἰώσηπος καὶ τούτων. Κατὰ δὴ τοῦτον Φίλων ἐγνωρίζετο, πλείστοις ἀνὴρ οὐ μόνον τῶν ἡμετέρων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπὸ τῆς ἔξωθεν ὁρμωμένων παιδείας ἐπισημότατος. Τὸ μὲν οὖν γένος ἀνέκαθεν Ἑβραῖος ἦν, τῶν δ' ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐν τέλει διαφανῶν, οὐδενὸς χείρων. Περὶ μὲν οὖν τὰ θεῖα καὶ πάτρια μαθήματα, ὅσον τε καὶ πηλίκον εἰσενήνεκται πόνον, ἔργῳ πᾶσι δῆλος· καὶ περὶ τὰ φιλόσοφα δὲ καὶ ἐλευθέρια τῆς ἔξωθεν παιδείας οἷός τις ἦν, οὐδὲν δεῖ λέγειν· ὅτε καὶ μάλιστα τὴν κατὰ Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν ἐζηλωκὼς ἀγωγήν, διενεγκεῖν ἅπαντας τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἱστορεῖται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὡς Φίλων ὑπὲρ Ἰουδαίων πρεσβείαν ἐστείλατο πρὸς Γάϊον (Nic. *H. E.* II, 9).

Καὶ δὴ τὰ κατὰ Γάϊον οὗτος Ἰουδαίοις συμβάντα πέντε βιβλίοις παραδίδωσι (8), ὁμοῦ τὴν Γαΐου διεξιὼν φρενοβλάβειαν, ὡς θεὸν ἑαυτὸν ἀναγορεύσαντος, καὶ μυρία περὶ τὴν ἀρχὴν ἐνυβρίσαντος, τάς τε κατ' αὐτὸν Ἰουδαίων ταλαιπωρίας, καὶ ἣν αὐτὸς ὁ Φίλων σταλὰμενος ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ὑπὲρ τῶν κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ὁμοεθνῶν ἐποιήσατο πρεσβείαν, ὅπως τε ἐπὶ τοῦ Γαΐου καταστὰς ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων, οὐδέν τι πλέον γέλωτος καὶ διασυρμῶν ἀπηνέγκατο, μικροῦ δεῖν καὶ τὸν περὶ τῆς ζωῆς ἀνατλὰς κίνδυνον. Μέμνηται δὲ καὶ τούτων ὁ Ἰώσηπος ἐν ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς *Ἀρχαιολογίας*, κατὰ λέξιν ταῦτα γράφων· « Καὶ δὴ στάσεως ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γενομένης Ἰουδαίων τε τοῖς ἐνοικοῦσι καὶ Ἑλλήνων, τρεῖς ἀφ' ἑκατέρας τῆς στάσεως (9) πρεσβευταὶ αἱρεθέντες, παρῆσαν ὡς τὸν Γάϊον. Καὶ ἦν γὰρ τῶν Ἀλεξανδρέων πρέσβεων εἷς Ἀπίων, ὃς πολλὰ εἰς τοὺς Ἰουδαίους ἐβλασφήμησεν, ἄλλα τε λέγων, καὶ ὡς τῶν Καίσαρος τιμῶν περιορῷεν· πάντων γοῦν, ὅσοι τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ὑποτελεῖς εἶεν, βωμοὺς τῷ Γαΐῳ καὶ ναοὺς ἱδρυμένων, τά τε ἄλλα ἐν πᾶσιν αὐτὸν ὥσπερ τοὺς θεοὺς δεχομένων, μόνους τούσδε ἄδοξον ἡγεῖσθαι ἀνδριᾶσι τιμᾶν, καὶ ὅρκιον αὐτοῦ τὸ ὄνομα ποιεῖσθαι. Πολλὰ δὲ καὶ χαλεπὰ Ἀπίωνος εἰρηκότος, ὑφ' ὧν ἀρθῆναι ἤλπιζε τὸν Γάϊον, καὶ εἰκὸς ἦν, Φίλων ὁ προεστὼς τῶν Ἰουδαίων τῆς πρεσβείας, ἀνὴρ

Λεκτέον δὲ καὶ τὴν παλινῳδίαν πρὸς Γάϊον. *Dictæ sunt summatim causæ odii quo Caius Judæorum gentem prosequebatur. Nunc dicenda est etiam palinodia in Caium.* Verum hæc palinodia nihil est aliud quam liber Philonis *in Flaccum*. Qui liber proxime sequi debet *Legationem ad Caium*, ut docet Photius in *Bibliotheca*.

(9) *Τρεῖς ἀφ' ἑκατέρας τῆς στάσεως.* Ac Philo non tres sed quinque legatos ab Alexandrinis Judæis Romam missos fuisse testatur. Sic enim scribit in *Legatione ad Caium, sub finem* : Ἐν ἡμῖν δὲ πέντε πρεσβευταῖς σαλεύειν τὰ τῶν πανταχοῦ πάντων Ἰουδαίων οὐ χαλεπόν ; Id est : *Annon grave ac molestum erat, quod universæ generis Judaicæ fortuna in nobis quinque legatis posita esset ?* Missi autem fuerant legati duas ob causas. Primum enim querebantur proseuchas suas ab Alexandrinis esse violatas, illatis in eas imperatoris statuis. Deinde acturi venerant de jure Alexandrinæ civitatis, quod Alexandrini Judæis adimere volebant ut scribit Philo pag. 1019 et 1020.

Digitized by Google

τὰ πάντα ἔνδοξος, Ἀλεξάνδρου τε τοῦ ἀλαβάρχου (10) ἀδελφὸς ὤν, καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄπειρος, οἷός τε ἦν ἐπ' ἀπολογίᾳ χωρεῖν τῶν κατηγορημένων. Διακλείει δ' αὐτὸν Γάϊος, κελεύσας ἐκποδὼν ἀπελθεῖν, περιοργής τε ὢν, φανερὸς ἦν ἐργασόμενός τι δεινὸν αὐτούς (11). Ὁ δὲ Φίλων ἔξεισι περιυβρισμένος, καί φησι πρὸς τοὺς Ἰουδαίους οἳ περὶ αὐτὸν ἦσαν, ὡς χρὴ θαῤῥεῖν, Γαΐου μὲν αὐτοῖς (12) ὠργισμένου, ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος. » Ταῦτα ὁ Ἰώσηπος. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Φίλων ἐν ᾗ συνέγραψε *Πρεσβείᾳ*, τὰ κατὰ μέρος ἀκριβῶς τῶν τότε πραχθέντων αὐτῷ δηλοῖ· ὧν τὰ πλεῖστα παρεὶς, ἐκεῖνα μόνα παραθήσομαι, δι' ὧν τοῖς ἐντυγχάνουσι προφανὴς γενήσεται δήλωσις τῶν ἅμα τε καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τετολμημένων ἕνεκεν Ἰουδαίοις συμβεβηκότων. Πρῶτον δὴ οὖν κατὰ Τιβέριον, ἐπὶ μὲν τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἱστορεῖ Σηιανὸν, τῶν τότε παρὰ βασιλεῖ τὰ μέγιστα δυνάμενον (13), ἅρδην τὸ πᾶν ἔθνος ἀπολέσαι πεποιῆσθαι σπουδήν· ἐπὶ δὲ τῆς Ἰουδαίας Πιλάτον, καθ' ὃν τὰ περὶ τὸν Σωτῆρα τετόλμηται, περὶ τὸ ἐν Ἱεροσολύμοις ἔτι τότε συνεστὼς ἱερὸν, ἐπιχειρήσαντά τι παρὰ τὸ Ἰουδαίοις ἔξον, τὰ μέγιστα αὐτοὺς ἀναταράξαι.

rissimus, Alexandri alabarchæ frater, haudquaquam imperitus philosophiæ, ad respondendum ejus criminationibus se parabat. Verum prohibitus est a Caio, jussusque ut ab ipsius conspectu abscederet. Tantaque erat Cæsaris iracundia, ut nemo dubitaret quin Judæos gravissime esset mulctaturus. At Philo contumelia affectus cum discederet, circumstantibus Judæis dixisse fertur, bono ipsos animo esse oportere, cum Caius quidem ipsis succenseat, reipsa vero Deum sibi hostem constituerit. » Hæc Josephus. Sed et idem Philo in eo libro quem *De legatione* sua conscripsit, quæ tunc temporis gesta sunt, singula accurate refert. Ex quibus, omissis quamplurimis, ea duntaxat apponam, quæ legentibus evidenter ostendant, has calamitates ob facinus illud quod in Christum admiserant, confestim nulla mora interposita Judæis contigisse. Primum igitur narrat principatu Tiberii Augusti Sejanum quemdam in urbe Roma, qui tunc apud imperatorem plurimum poterat, omni studio laborasse, ut gentem illam funditus perderet: in Judæa vero Pilatum, cujus temporibus piaculum illud adversus Servatorem nostrum commissum est, dum in templo Hierosolymorum, quod etiam tum stabat, præter morem institutumque Judæorum quippiam innovare tentasset, gravissimos motus concitasse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

CAPUT VI.

Ὅσα Ἰουδαίοις συνεφέρη μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν (Nic. *H. E.* II, 10).

Quæ mala Judæis obvenerint post Christi necem.

Μετὰ δὲ τὴν Τιβερίου τελευτὴν, Γάϊον τὴν ἀρχὴν παρειληφότα, πολλὰ μὲν εἰς πολλοὺς καὶ ἄλλα ἐνυβρίσαι μυρία (14), πάντων δὲ μάλιστα τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος οὐ σμικρὰ καταβλάψαι· ἃ καὶ ἐν βραχεῖ πάρεστι διὰ τῶν αὐτοῦ καταμαθεῖν φωνῶν, ἐν αἷς κατὰ λέξιν ταῦτα γράφει· « Τοσαύτη μὲν οὖν τις ἡ Γαΐου (15) περὶ τὸ ἦθος ἦν ἀνωμαλία πρὸς ἅπαντας, διαφερόντως δὲ πρὸς τὸ τῶν Ἰουδαίων γένος· ᾧ χαλεπῶς ἀπεχθανόμενος, τὰς μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι

Narrat deinde quomodo post interitum Tiberii Caius cum imperii Romani administrationem suscepisset, et alios quamplurimos innumeris affecit injuriis, et omnium maxime Judæos graviter afflixit. Quæ quidem breviter collecta ex ipsius Philonis verbis licet cognoscere. « Ejusmodi, inquit, Caii fuit temeritas ac protervia, cum adversus omnes, tum præcipue adversus Judæos. Quibus infensus omnes eorum proseuchas ab Alexandrinorum urbe incipiens sibi vindicavit, et imaginibus ac statuis suis

(10) *Ἀλεξάνδρου τε τοῦ ἀλαβάρχου.* Judæi Alexandriæ jus civitatis habebant, et senatum qui γερουσία dicebatur, et peculiares magistratus, ut testatur Philo *in Flaccum*. Summus autem inter eos magistratus dicebatur ἀλαβαρχεία, et qui eum gerebat, ἀλαβάρχης. Erat hic magistratus perpetuus, et, ut Græci vocant, διὰ βίου. In rescripto Claudii quod refert Josephus in lib. x, cap. 4, ἐθνάρχης dicitur. Quo in loco ait Claudius, permissum fuisse Judæis Alexandrinis ab Augusto, ut in locum ethnarchæ defuncti alium suffragiis suis constituerent. Eumdem magistratum γενάρχην vocat Philo *in Flaccum*, pag. 975: Τῆς γὰρ ἡμετέρας γερουσίας, ἣν ὁ Σεβαστὸς ἐπιμελησομένην τῶν Ἰουδαϊκῶν εἵλετο μετὰ τὴν γενάρχου τελευτὴν διὰ τῶν πρὸς Μάγνον Μάξιμον ἐντολῶν. Id est: *Nam ex senatu nostro, quem Augustus constituit, ut post mortem rectoris gentis nostræ, curam gereret rerum Judaicarum, ut scriptum est in mandatis quæ ad Magnum Maximum dedit.* Ex his apparet, alabarcham nihil aliud fuisse quam ἐθνάρχην seu γενάρχην Judæorum qui Alexandriæ et per totam Ægyptum degebant. Ac mihi quidem videtur, alabarchæ nomen per risum et contumeliam conflictum fuisse.

(11) *Ἐργασόμενός τι δεινὸν αὐτούς.* Nostri codices Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano scriptum habent αὐτῷ, quod non placet.

(12) *Γαΐου μὲν αὐτοῖς.* Apud Josephum et Nicephorum legitur Γαΐου λόγῳ, etc., quod majorem habet elegantiam. Sequitur enim ἔργῳ δὲ ἤδη τὸν Θεὸν ἀντιπαρεξάγοντος. Quæ clausula satis obscura est. Itaque Rufinus circumlocutione quadam, ut solet, hujus sententiæ versionem elusit. Nicephorus etiam, cum hanc locutionem non intelligeret, emendavit τοῦ Θεοῦ ἀντιπαρεξάγοντος. Sed nihil necesse erat. Ait enim Philo, Caium specie quidem ac verbis tenus Judæis infensum esse, re autem ipsa Deum adversus semetipsum instruere et armare. Quippe Caius cum deum se dici vellet, divini Numinis vindictam adversus se provocabat. Ἀντιπαρεξάγειν vox est tactica.

(13) Vulg. *τῶν τότε παρὰ βασιλεῖ πολλὰ δυνάμενον.* Rectius in codicibus nostris Maz. et Fuk. scriptum est, τῶν τότε παρὰ βασιλεῖ τὰ μέγιστα δυνάμενον. Codex quoque Med. et Savil. scriptum habent τὰ μέγιστα.

(14) *Πολλὰ μὲν εἰς πολλοὺς καὶ ἄλλα ἐνυβρίσαι μυρία.* Postrema vox abest a codice Maz., Med. ac Fuk., ac meo quidem judicio prorsus superflua est. Habetur tamen in codice Regio et apud Nicephorum.

(15) *Τοσαύτη μὲν οὖν τις ἡ Γαΐου.* Locus hic Philonis exstat in *Legatione ad Caium*, sub finem.

Digitized by Google

complevit. Nam cum alios statuas sibi dedicare sineret, ipse quodammodo eas sibi dedicare videbatur. Denique templum illud quod Hierosolymis intactum adhuc permanserat, et omni asylorum prærogativa donatum fuerat, in templum sui nominis commutavit, ut deinceps Jovis præsentis junioris **45** Caii fanum diceretur. » Sed et alias innumerabiles calamitates quas vix quisquam possit oratione recensere, idem scriptor in altero libro quem *De*

προσευχὰς (16), ἀπὸ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀρξάμενος σφετερίζεται, καταπλήσας εἰκόνων καὶ ἀνδριάντων τῆς ἰδίας μορφῆς. Ὁ γὰρ ἑτέρων ἀνατιθέντων ἐφιεὶς, αὐτὸς ἱδρύετο δυνάμει. Τὸν δ' ἐν τῇ ἱερᾷ πόλει νεὼν, δεξιοπὸς ἦν ἄψαυστος (17), ἀσυλίας ἠξιωμένος τῆς πάσης, μεθηρμόζετο καὶ μετεσχημάτιζεν εἰς οἰκεῖον ἱερὸν, ἵνα Διὸς ἐπιφανοῦς (18) νέου χρηματίζῃ Γαΐου (19). » Μυρία μὲν οὖν ἄλλα δεινὰ καὶ πέρα πάσης διηγήσεως ὁ αὐτὸς κατὰ τὴν Ἀλε-

(16) *Τὰς μὲν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι προσευχάς.* Christophorsonus *synagogas* vertit. Sed cum Latini *proseuchas* etiam dixerint, ut est apud Juvenalem, malui sic interpretari. Nec sane mihi liquido constat, an idem sint proseuchæ et synagogæ. Nam proseuchæ quidem erant modica oratoria, in quibus Judæi, præcipue Sabbatis convenire et patrio more philosophari consueverant. Philo in *Legatione* : Ἥπίστατο οὖν καὶ προσευχὰς ἔχοντας καὶ συνιόντας εἰς αὐτὰς, καὶ μάλιστα ταῖς ἱεραῖς ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν. Id est : *Sciebat enim illos proseuchas habere, et in eas convenire solitos, præcipue Sabbatis, quo die patrias leges ac philosophiam publice condiscunt.* Quo in loco non otiosa est vox illa δημοσίᾳ. Judæi enim palam admissis omnibus, etiam externæ religionis viris, libros legis Mosaicæ interpretabantur, ut docet Tertullianus in *Apologetico*, cap. 18. *Sed et Judæi palam lectitant. Vectigalis libertas vulgo aditur Sabbatis omnibus.* Idem Philo lib. III *De vita Moysis* scribit Judæos præcipue Sabbato frequentasse proseuchas. Hinc intelligendus est locus B. Lucæ in cap. XVI Actuum apostolorum : Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως παρὰ ποταμὸν, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι. *Die autem Sabbatorum egressi sumus extra civitatem juxta fluvium, in locum ubi solebat esse proseucha.* De proseucha enim Judaica hunc locum intelligendum esse, multa argumenta convincunt. Nam ante Pauli adventum in urbem Philippos, nulli adhuc illis in locis erant Christiani. Quare de Christianorum oratione locus ille intelligi non potest. Præterea mulieres illæ quæ eo loci convenisse dicuntur, sine dubio Judææ erant, ut apparet tum ex eo quod supra dixi, tum quod Lydia illa purpuraria quæ una ex illarum numero fuit, Deum coluisse dicitur, cum tamen nondum esset Christiana. Postremo undenam domini illius dæmoniacæ cognoscere poterant, Paulum atque Silam Judæos esse, nisi ex eo quod illos in proseucham Judaicam venientes sæpius viderant? Et hæc quidem de proseucharum significatione. Synagogæ vero vocabulum latius patet. Et interdum quidem pro universa Judæorum Ecclesia ponitur, interdum pro tota Ecclesia unius loci. Denique nonnisi majores et illustriores proseuchæ dicebantur synagogæ. Unde beatus Lucas synagogam quidem Judæorum D ait fuisse Thessalonicæ : Philippis autem tantum proseucham, propterea quod pauculi ibi essent Judæi. De majoribus et illustrioribus proseuchis locus est apud Philonem in *Legatione ad Caium*. Non negaverim tamen proseuchas posse etiam dici synagogas. Hoc enim testatur idem Philo in libro *Quod omnis probus sit liber*, ubi de Essenis ita loquitur : Τούτους τοὺς νόμους ἀναδιδάσκοντες μὲν καὶ παρὰ τὴν ἄλλον χρόνον, ἐν δὲ ταῖς ἑβδόμαις μάλιστα διαφερόντως, εἰς ἱεροὺς ἀφικνούμενοι τόπους οἱ καλοῦνται συναγωγαὶ, καθ' ἡλικίας ἐν τάξεσιν. Εἶθ' ὁ μὲν πρεσβύτερος τὰς βίβλους ἀναγινώσκει λαβών, etc. *Et has quidem leges assidue condiscunt, præcipue tamen Sabbatis : quo die in sacra quædam loca conveniunt quæ synagogæ appellantur, per ætates ordine distributi. Deinde senior libros accipiens legit*, etc. Porro locum illum B. Lucæ quem paulo ante laudavi, longe ante nos Epiphanius in hæresi Massalianorum interpretatus est de proseucha Judaica. Quo loco illud quoque observat, proseuchas tam Judæorum quam Samaritanorum, fuisse loca pura sub divo, instar fori aut theatri, plerumque extra urbes. Quibus consentit Apion in lib. III *Ægyptiacorum*, ubi ait Moysem, utpote Heliopolitanum, subdivales proseuchas construxisse, instar templorum quæ erant Heliopoli, easque omnes ad ventum subsolanum obvertisse, prout erat sita Heliopolis. Apionis verba refert Josephus initio libri secundi *adversus Apionem*. Idem in libro *De vita sua*, pag. 1020, meminit proseuchæ Tiberiensium, ædis maximæ, in quam conveniebant die Sabbati, et ubi conciones ad populum fiebant de republica.

(17) Ὃς λοιπὸς ἦν ἄψαυστος. Sic legitur etiam apud Philonem. Sed in Mediceo codice et Fuk. et Savil. λοιπόν scriptum inveni. In vetustissimo autem codice Mazarino λοιπός legitur, et ν superscriptum est eadem manu.

(18) Διὸς ἐπιφανοῦς. Non intellexerunt interpretes vim Græci vocabuli. Neque enim ἐπιφανὴς *nobilissimum* hic significat, ut vertit Rufinus, neque *illustrem*, ut reliqui omnes interpretati sunt; *præsentem* potius vertere debuerant. Sic enim Latini vocant, quoties de diis loquuntur. Ovidius in C libro II *Tristium* :

Per te præsentem conspicuumque deum.

Livius lib. XXIX, pag. 529, *Quæ non augendæ religionis causa, sed præsentis deæ numine sæpe comperta.* Et paulo post : *At Hercules in ducibus ipsis nullum deæ numen apparuit, imo ibi præsens maxime fuit.* Recte ergo in veteribus glossis scribitur : *Præsens*, ἐπιφανής. Hinc Antiochus ille rex Syriæ, appellatus est Ἐπιφανὴς ab assentatoribus Græcis, id est *præsens et conspicuus deus*. Præsentias item deorum vocant Latini, quas Græci ἐπιφανείας, quoties dii aut seipsos hominibus videndos exhibuerant, aut præsentiam suam aliquo illustri miraculo declaraverant, ut docuit Casaubonus ad librum XII Athenæi. Occurrit ea vox apud Plutarchum in *Vita Marcelli*, et apud Athenæum lib. XV, ubi de Admeta sacerdote Junonis Argivæ, θεασαμένην δὲ τὴν τῆς Ἥρας ἐπιφάνειαν, et apud Proclum *in Hesiodum* pag. 155. De his deorum præsentiis libros olim scripserant Anticlides et Ister, teste Plutarcho in libro *De Musica*.

(19) *Νέου... Γαΐου. Novum deum* verterunt interpretes post Rufinum, quod non probo. Nam si Jovem se dici volebat Caius, non erat profecto novus deus. Adde quod non dixit Philo νέου Διός. Quod si ita scriptum esset, libenter verterem *novum Jovem*. Sic Ptolemæus Ægypti rex Νέος Διόνυσος cognominatus est, id est Junior Bacchus. Nam ex diis gentium alii seniores, juniores alii dicebantur : Οἱ μὲν γὰρ παλαιότεροι, οἱ δὲ νεώτεροι λέγονται τῶν θεῶν, ut scribit Menander *Rhetor*. pag. 612 editionis Aldinæ, seu potius Alexander. Nam ex duobus opusculis, Menandri scilicet et Alexandri, unicus liber perperam conflatus est in editione Aldina, ut alibi ostensuri sumus. Igitur Νέου Γαΐου vertendum est *junioris Caii*. Ita dictus est Caligula ad discrimen Julii Cæsaris, qui et ipse Caius dictus fuerat et pro deo habitus.

Digitized by Google

ξάνδρειαν συμβεβηκότα Ἰουδαίοις, ἐπὶ τοῦ δηλουμένου, ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ᾧ ἐπέγραψε *Περὶ ἀρετῶν* (20), ἱστορεῖ. Συνᾴδει δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἰώσηπος, ὁμοίως ἀπὸ τῶν Πιλάτου χρόνων καὶ τῶν κατὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τετολμημένων, τὰς κατὰ παντὸς τοῦ ἔθνους ἐνάρξασθαι σημαίνων συμφοράς. Ἄκουε δ' οὖν εἰ καὶ οὗτος ἐν δευτέρῳ τοῦ *Ἰουδαϊκοῦ Πολέμου* αὐτῆς συλλαβαῖς δηλοῖ λέγων· « Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, νύκτωρ κεκαλυμμένας εἰς Ἱεροσόλυμα παρεισκομίζει τὰς Καίσαρος εἰκόνας· σημαῖαι καλοῦνται. Τοῦτο μεθ' ἡμέραν, μεγίστην ταραχὴν ἤγειρε τοῖς Ἰουδαίοις. Οἱ γὰρ ἐγγὺς, πρὸς τὴν ὄψιν ἐξεπλάγησαν, ὡς πεπατημένων αὐτοῖς τῶν νόμων. Οὐδὲν γὰρ ἀξιοῦσιν ἐν τῇ πόλει δείκηλον τίθεσθαι. » Ταῦτα δὲ συγκρίνας τῇ τῶν Εὐαγγελίων γραφῇ, εἴσῃ ὡς οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν (21), ἣν ἔρρηξαν ἐπ' αὐτοῦ Πιλάτου φωνὴν, δι' ἧς οὐκ ἄλλον ἢ μόνον ἔχειν ἐπεβόων Καίσαρα βασιλέα. Εἶτα δὲ καὶ ἄλλην ἐξῆς ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ἱστορεῖ μετελθεῖν αὐτοὺς συμφορὰν ἐν τούτοις· « Μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει, τὸν ἱερὸν θησαυρὸν (καλεῖται δὲ κορβονᾶς) εἰς καταγωγὴν ὑδάτων ἐξαναλίσκων. Κατῆει δὲ ἀπὸ τριακοσίων σταδίων. Πρὸς τοῦτο τοῦ πλήθους ἀγανάκτησις ἦν. Καὶ τοῦ Πιλάτου παρόντος εἰς Ἱεροσόλυμα, περιστάντες τὸ βῆμα (22), κατεβόων. Ὁ δὲ, προῄδει γὰρ αὐτῶν τὴν ταραχὴν, τῷ πλήθει τοὺς στρατιώτας ἐνόπλους (23) ἐσθῆσιν ἰδιωτικαῖς κεκαλυμμένους ἐγκαταμίξας, καὶ

A *virtutibus* inscripsit, Judæis Alexandriam incolentibus supradicti Caii principatu contigisse refert. Cui astipulatur etiam Josephus, qui ærumnas illas quibus Judæorum gens conflictata est, jam inde ab ipsis Pilati temporibus, et a scelere illo adversus Servatorem nostrum admisso ortas esse significat. Audiamus, si placet, quæ ille in secundo *Belli Judaici* libro refert his verbis : « Pilatus, inquit, qui a Tiberio procurator in Judæam missus fuerat, velatas Cæsaris imagines quæ signa appellantur, noctu intulit Hierosolyma. Ea res simul atque dies illuxit, maximum tumultum excitavit Judæorum. Nam qui in proximo erant, novo spectaculo attoniti obstupuere, prorsus quasi patriæ leges conculcatæ violatæque essent. Nefas quippe illis est simulacrum B ullum in urbe statuere. » Quæ quidem si cum evangelica historia conferre volueris, intelliges profecto acclamationem illam, qua Pilato testati sunt, non alium sibi regem esse quam Cæsarem, brevi in ipsorum exitium vertisse. Aliam deinde calamitatem divina ultione ipsis illatam idem scriptor memorat his verbis : « Post hæc, inquit, alium quoque tumultum idem Pilatus excitavit, cum pecuniam sacri ærarii quod corbonam patria lingua appellant, in constructionem aquæductus impenderet. Aberat autem aqua quam deducere in urbem Pilatus volebat, trecentis ab urbe stadiis. Id plebs ægre admodum ferebat. Itaque cum Pilatus venisset Hieroso-

(20) *Ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ᾧ ἐπέγραψε Περὶ ἀρετῶν.* In superiori capite observavimus, librum Philonis *in Flaccum* collocandum esse post librum *De legatione ad Caium*, non autem præponendum, ut vulgo fit in editis et in manuscriptis exemplaribus, idque duobus argumentis demonstravimus, quæ hic repetere superfluum fuerit. Nunc vero hic Eusebii locus quem præ manibus habemus, sententiam nostram aperte confirmat. Postquam enim Eusebius mala quibus Judæi a Caio vexati sunt, ex Philonis libro *De legatione ad Caium* singillatim commemoravit, addit, multas quoque alias gravissimas calamitates Judæis Alexandrinis esse illatas ejusdem Caii principatu, quas refert Philo in secundo libro *De virtutibus*. Hic secundus liber non potest esse alius quam liber *in Flaccum*. Non enim dici potest eum ipsum esse librum qui *De legatione ad Caium* inscribitur, cum *Legationem ad Caium* diserte distinguat Eusebius ab hoc secundo *De virtutibus* libro. Restat ergo ut secundus hic liber sit ille ipse qui *in Flaccum* inscribitur. Adde quod non in alio quam in illo *adversus Flaccum* libro, gravissimas illas calamitates Judæis Alexandrinis illatas retulit Philo. Ex quo necessario conficitur, secundum illum *De virtutibus* Philonis librum, non alium esse quam librum *in Flaccum*. Qui quidem liber inscriptus fuerat a Philone *Περὶ ἀρετῶν*, perinde ac prior ille qui *Legationem ad Caium* continet. Docuit id nos hic Eusebii locus ; cui jungendus est alter ex capite 18 hujus libri, ubi testatur Eusebius plures libros de sceleribus Caii a Philone conscriptos esse quos ille figurate *De virtutibus* inscripsit. Quare hoc loco malim legere, ἐν δευτέρῳ συγγράμματι ὧν ἐπέγραψε *Περὶ ἀρετῶν*.

(21) *Εἴσῃ ὡς οὐκ εἰς μακρὰν αὐτοὺς μετῆλθεν.* Hoc loco perspicue hallucinatur Eusebius, qui putavit ea quæ Josephus refert de imaginibus Tiberii a Pilato importatis in urbem Hierosolymam, post C Christi mortem contigisse. Atqui Josephus ipse testatur, id accidisse initio administrationis Pilati. Sic enim scribit in libro II *De bello Judaico* : Πεμφθεὶς δὲ εἰς Ἰουδαίαν ἐπίτροπος ὑπὸ Τιβερίου Πιλάτος, etc. Idem quoque apertius testatur in libro XVIII *Antiquitatum*. Missus est autem in Judæam Pilatus anno Tiberii duodecimo, id est triennio ante baptismum Christi. Absurdum igitur est dicere, ea quæ Judæis acciderunt diu ante passionem Christi, non ob aliam causam quam ob scelus illud in Christum admissum, ipsis contigisse. Est et aliud quidpiam, quod in Eusebio fortasse quis possit reprehendere. Existimavit enim Eusebius, unum idemque Pilati facinus tum a Philone, tum a Josepho commemorari; cum tamen si quis diligentius intenderit, duæ illæ ac diversæ res esse videantur. Josephus enim loquitur de signis seu de imaginibus imperatoris, Philo vero de clypeis auratis, qui nullam imaginem haberent, sed nomen duntaxat Tiberii Cæsaris cui dedicabantur, cum nomine Pilati qui eos dedica- D bat. Præterea id quod narrat Josephus, accidit anno primo administrationis Pilati, tunc cum Pilatus urbem Hierosolymitanam primum ingressus est. Illud autem quod refert Philo, seu potius rex Agrippa apud Philonem, tunc contigit cum Pilatus jam plures annos administrationis suæ complesset, ut ibidem testatur Philo.

(22) *Περιστάντες τὸ βῆμα.* Sic apud Josephum et Nicephorum legitur. In nostris tamen codicibus Maz. scilicet Med. et Fuk. scriptum est περιστάντες τόλμαν, haud dubio pro τὸ βῆμα.

(23) Vulg. *ἐνόπλους ἵστησιν.* Postrema vox deest in codice Regio et apud Josephum ; ac meo quidem judicio expungenda est tanquam superflua. Mox in tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., scriptum inveni ἐσθήσεσιν ἰδιωτικαῖς, atque ita legitur apud Josephum ac Nicephorum, mendose pro ἐσθῆσιν.

Digitized by Google

lyma, circumfusi inclamare adversus eum cœperunt. At ille (prævideram enim tumultum illorum futurum : atque idcirco armatos milites plebeio habitu multitudini immiscuerat, dato eis præcepto ut tumultuantes non gladiis sed fustibus ferirent) signum e tribunali dedit. Statimque Judæi a militibus cæsi, partim vulneribus, partim fugientium constipatione obtriti periere. Ita plebs, peremptorum calamitate deterrita, clamoribus abstinuit. » Sed et multos alios motus in eadem Hierosolymorum civitate concitatos idem refert scriptor, ostenditque ab illo deinceps tempore et urbem et universam simul Judæam seditionibus, bellis, ærumnisque continuis vicissim sibi succedentibus vexatam fuisse, **46** donec ultima illos imperante Vespasiano clades obsidionis oppressit. Hoc igitur modo divina justitia Judæos ob commissum adversus Christum piaculum insecuta est.

A ξίφει μὲν χρήσασθαι κωλύσας, ξύλοις δὲ παίειν τοὺς κεκραγότας ἐγκελευσάμενος, σύνθημα δίδωσιν ἀπὸ τοῦ βήματος. Τυπτόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, πολλοὶ μὲν ἀπὸ τῶν πληγῶν, πολλοὶ δὲ ὑπὸ σφῶν αὐτῶν ἐν τῇ φυγῇ καταπατηθέντες ἀπώλοντο· πρὸς δὲ τὴν συμφορὰν τῶν ἀνῃρημένων καταπλαγὲν τὸ πλῆθος, ἐσιώπησεν. » Ἐπὶ τούτοις μυρίας ἄλλας ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις κεκινῆσθαι νεωτεροποιΐας ὁ αὐτὸς ἐμφαίνει, παριστὰς, ὡς οὐδαμῶς ἐξ ἐκείνου διέλιπον τήν τε πόλιν καὶ τὴν Ἰουδαίαν ἅπασαν στάσεις καὶ πόλεμοι, καὶ κακῶν ἐπάλληλοι μηχαναὶ (24), εἰσότε τὸ πανύστατον ἡ κατὰ Οὐεσπασιανὸν αὐτοὺς μετῆλθε πολιορκία. Ἰουδαίους μὲν οὖν, ὧν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τετολμήκασι, ταύτῃ πῃ τὰ ἐκ τῆς θείας μετῆει δίκης.

CAPUT VII.

Qualiter Pilatus violentas sibi manus intulerit.

Neque vero illud prætereundum est, Pilatum ipsum qui Servatorem nostrum morti addixit, postmodum imperante Caio, cujus nunc tempora prosequimur, in tantas incidisse calamitates, ut mortem sibi consciscere, suorumque ipse scelerum vindex esse coactus fuerit : divina scilicet justitia in illum, ut par erat, sæviente. Idque a Græcis scriptoribus proditum est, qui olympiadum seriem et quæ quibusque temporibus gesta sunt, conscripsere.

CAPUT VIII.

De fame quæ Claudio imperante accidit.

Interea Caio, qui vix quatuor annis imperium tenuerat, Claudius imperator succedit. Cujus temporibus universum prope orbem terrarum fames oppressit, quam quidem scriptores a nostra religione alienissimi in suis etiam historiis commemorarunt. Atque ita Agabi prophetæ prædictio de imminente fame, cujus in Actibus apostolorum fit mentio, exitum sortita est. Cæterum Lucas postquam de fame illa quæ principatu Claudii Augusti contigit narravit in Actibus, fratresque Antiochiæ degentes stipem viritim collatam Christianis in Judæa commorantibus per Paulum et Barnabam misisse retulit, hæc deinceps adjungit :

(24) *Κακῶν ἐπάλληλοι μηχαναί.* In codice Regio scriptum inveni κακῶν ἀλλεπάλληλοι μηχαναί. Quæ scriptura nonnullis fortasse placitura est. Eam tamen vocem alibi legere non memini; nec scio utrum Græce dici possit ἀλλεπάλληλοι pro ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις. Nicephorus vero pro illis Eusebianis quæ initio posuimus, maluit dicere ἐπάλληλοι προσβολαί, quod scholii instar esse potest ad explicationem verborum Eusebii.

(25) *Ὡς ἐξ ἀνάγκης.* Id est *præ desperatione.* Potest etiam alius esse sensus horum verborum, ut scilicet Pilatus jussu principis sibi mortem consciverit. Sic enim sævire tunc solebant principes Romani, ut de Macrone tradit Josephus. Sed prior explicatio præferenda est, quippe quæ præcedentibus Eusebii verbis magis congruit. Et præterea confirmatur ex *Chronico.* Sic enim ibi scribit : *Anno tertio Caii Caligulæ Pontius Pilatus, in multas incidens calamitates, propria se manu interficit. Scribunt Romanorum historiæ.* Porro Pilati hujus

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὡς καὶ Πιλάτος ἑαυτὸν διεχρήσατο (Nic. *Π. Ε.* II, 10; Jos. *Ant.* XVIII, 11).

Οὐκ ἀγνοεῖν δὲ ἄξιον, ὡς καὶ αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Πιλάτον, κατὰ Γάϊον, οὗ τοὺς χρόνους διέξιμεν, τοσαύταις περιπεσεῖν κατέχει λόγος συμφοραῖς, ὡς ἐξ ἀνάγκης (25) φονευτὴν ἑαυτοῦ καὶ τιμωρὸν αὐτόχειρα γενέσθαι, τῆς θείας, ὡς ἔοικε, δίκης οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν μετελθούσης. Ἱστοροῦσιν Ἑλλήνων οἱ τὰς Ὀλυμπιάδας ἅμα τοῖς κατὰ χρόνους πεπραγμένοις ἀναγράψαντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ (Nic. *Η. Ε.* II, 11, 12).

C Ἀλλὰ γὰρ Γάϊον οὐδ' ὅλοις τέταρσιν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν κατασχόντα (26), Κλαύδιος αὐτοκράτωρ διαδέχεται. Καθ' ὃν λιμοῦ τὴν οἰκουμένην πιέσαντος (τοῦτο δὲ καὶ οἱ πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῖς ταῖς αὐτῶν ἱστορίαις παρέδοσαν), ἡ κατὰ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων Ἀγάβου προφήτου περὶ τοῦ μέλλειν ἔσεσθαι λιμὸν ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, πέρας ἐλάμβανε πρόῤῥησις. Τὸν δὲ κατὰ Κλαύδιον λιμὸν ἐπισημηνάμενος ἐν ταῖς Πράξεσιν ὁ Λουκᾶς, ἱστορήσας τε, ὡς ἄρα διὰ Παύλου καὶ Βαρνάβα οἱ κατὰ Ἀντιόχειαν ἀδελφοὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰουδαίαν ἐξ ὧν ἕκαστος ηὐπόρει διαπεμψάμενοι ἦσαν, ἐπιφέρει λέγων·

D mores egregie describit Agrippa rex apud Philonem *in Legatione ad Caium* : Ἦν γὰρ τὴν φύσιν ἀκαμπὴς καὶ μετὰ τοῦ αὐθάδους ἀμείλικτος. Et paulo post : Καταδείσαντα μὴ καὶ τῆς ἄλλης αὐτοῦ ἐπιτροπῆς ἐξελέγξωσι τὰς δωροδοκίας, τὰς ὕβρεις, τὰς ἁρπαγὰς, τὰς αἰκίας, τὰς ἐπηρείας, τοὺς ἀκρίτους καὶ ἐπαλλήλους φόνους, τὴν ἀνήνυτον καὶ ἀργαλεωτάτην ὠμότητα διεξελθόντες. Ex quibus cognosci potest, quanta fuerit immanitas atque atrocitas Pilati. Est hoc certe illustre testimonium Agrippæ, qui flagitia ipsius Pilati oculis suis spectaverat. Talem profecto decuit esse judicem illum, a quo damnatus est Christus. Innuit autem ibidem rex Agrippa, Pilatum jam tum mortuum fuisse, cum ipse epistolam illam pro Judæis ad Caium scriberet. Verba enim illa ἦν γὰρ ἀκαμπής, etc., nonnisi de mortuo jam Pilato dici posse mihi videntur.

(26) *Τὴν ἀρχὴν κατασχόντα.* In tribus nostris codicibus scriptum inveni διακατασχόντα.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Μαρτύριον Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν, δηλονότι τὸν ἐπὶ Κλαυδίου, ἐπέβαλεν Ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας, κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας· ἀνεῖλε δὲ Ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν Ἰωάννου μαχαίρᾳ. Περὶ τούτου δ' ὁ Κλήμης τοῦ Ἰακώβου καὶ ἱστορίαν μνήμης ἀξίαν ἐν τῇ τῶν *Ὑποτυπώσεων* ἑβδόμῃ παρατίθεται, ὡς ἐκ παραδόσεως τῶν πρὸ αὐτοῦ φάσκων· ὅτι δὴ ὁ εἰσαγαγὼν (27) αὐτὸν εἰς δικαστήριον, μαρτυρήσαντα αὐτὸν ἰδὼν, κινηθεὶς ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Χριστιανόν (28). Συναπήχθησαν οὖν ἄμφω, φησὶ, καὶ κατὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ ὀλίγον σκεψάμενος, *Εἰρήνη σοι*, εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν. Τοτηνικαῦτα δὲ, ὡς B ἔφησιν ἡ θεία Γραφὴ, ἰδὼν Ἡρώδης ἐπὶ τῇ τοῦ Ἰακώβου ἀναιρέσει, ὅτι δὴ πρὸς ἡδονῆς εἴη τὸ πραχθὲν τοῖς Ἰουδαίοις, ἐπιτίθεται καὶ Πέτρῳ, δεσμοῖς τε αὐτὸν παραδοὺς, ὅσον οὔπω καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ φόνον ἐνήργησεν ἄν, εἰ μὴ διὰ θείας ἐπιφανείας ἐπιστάντος αὐτῷ νύκτωρ ἀγγέλου, παραδόξως τῶν εἰργμῶν ἀπαλλαγεὶς, ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος ἀφεῖται διακονίαν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Πέτρον οὕτως εἶχεν οἰκονομίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὡς Ἀγρίππας, ὁ καὶ Ἡρώδης, ἀποστόλους διώξας, τῆς θείας παραυτίκα δίκης ἥσθετο (Nic. *H. E.* II, 13).

Τὰ δέ γε τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως τοῦ βασιλέως οὐκέτ' ἀναβολῆς εἴχετο (29), ἀλλά γέ C τοι αὐτὸν ὁ τῆς θείας δίκης τιμωρὸς διάκονος μετῄει, παραυτίκα μετὰ τὴν τῶν ἀποστόλων ἐπιβουλὴν, ὡς καὶ ἡ τῶν Πράξεων ἱστορεῖ γραφὴ, ὁρμήσαντα μὲν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ἐν ἐπισήμῳ δ' ἐνταῦθα ἑορτῇ ἡμέρᾳ λαμπρᾷ καὶ βασιλικῇ κοσμησάμενον ἐσθῆτι, ὑψηλόν τε πρὸ βήματος (30) δημηγορήσαντα· τοῦ γὰρ δήμου παντὸς ἐπευφημήσαντος τῇ δημηγορίᾳ (30*), D

CAPUT IX.

Martyrium Jacobi apostoli.

Eodem tempore, Claudii scilicet Augusti principatu, Herodes rex aggressus est affligere quosdam ex Ecclesia, et Jacobum Joannis fratrem gladio interfecit. De hoc Jacobo rem prorsus memoria dignam refert Clemens in septimo *Institutionum* libro, prout eam a majoribus acceperat. Ait enim eum, qui Jacobum judicio obtulerat, cum illum vidisset, Christi fidem libere 47 confitentem, commotum viri constantia, se quoque Christianum esse affirmasse. Ambo igitur, inquit, simul ad supplicium ducti sunt. Cumque inter eundum rogasset Jacobum comes ut sibi veniam daret, paulisper moratus Jacobus : *Pax tibi*, inquit, statimque illum osculatus est. Ita simul ambo capite truncati interiere. Tunc etiam, ut divina tradit Scriptura [28], Herodes cum Jacobi cædem gratissimam esse Judæis videret, Petrum quoque adortus est, quem in vincula conjectum capitali supplicio jamjam addicturus erat, nisi Petrus divina virtute, angeli scilicet noctu apparentis auxilio, præter omnium spem vinculis liberatus, ad prædicationis ministerium dimissus fuisset. Et hæc quidem Petro cœlesti quadam providentia contigerunt.

CAPUT X.

Quomodo Herodes, qui et Agrippa dictus est, apostolos persecutus divinam statim ultionem est expertus.

Regis vero ob commotam adversus apostolos persecutionem haudquaquam diu dilata vindicta est, sed continuo divinæ justitiæ minister angelus ab eo pœnas expetiit. Cum enim statim post commissum in apostolos facinus, ut traditur in Actibus apostolorum, Cæsaream profectus esset, ibique die festo candida ac regia veste indutus, populum e tribunali alloqueretur, omnisque ei multitudo acclamaret, non hominis vocem esse quam audirent, sed dei :

[28] Act. XII.

(27) *Ὁ εἰσαγαγὼν αὐτόν*. Militem seu apparitorem intelligit, qui Jacobum apostolum coram Herode Agrippa in judicium induxerat. Solebant enim rei a militibus deduci et sisti coram tribunali. Potest etiam intelligi accusator, a quo delatus fuerat Jacobus et in judicium adductus. Vox enim Græca ὁ εἰσαγαγών, tam de apparitore quam de accusatore accipi potest. Sic Lucas in Actuum cap. XVI de accusatoribus Pauli ac Silæ scribit : Ἐπιλαβόμενοι τὸν Παῦλον καὶ τὸν Σίλαν, εἵλκυσαν εἰς τὴν ἀγορὰν ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας· καὶ προσαγαγόντες αὐτοὺς τοῖς στρατηγοῖς εἶπον. Malim tamen Eusebii verba de accusatore Jacobi intelligere. Nam quod sequitur, hominem illum qui Jacobum in judicium adduxerat, mox a Jacobo veniam petivisse, id magis convenit accusatori quam militi. Quippe accusator qui innocentem calumniatur, sciens ac volens peccat, atque idcirco veniam petere potest ab eo quem affecit injuria. Miles vero qui judici exhibet noxium, cum imperio judicis obsequatur, omni culpa videtur vacare.

(28) *Ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Χριστιανόν*. Longe elegantior est lectio codicis Fuketiani, qui ita scriptum exhibet hunc locum, ὡμολόγησεν εἶναι καὶ αὐτὸς Χριστιανός. Reliqui tamen codices nihil mutant. Totus porro hic locus in codice Mazarino ita distinguitur : Ὁ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον μαρτυρίσαντα· ἰδὼν αὐτὸν· κινηθεὶς ὡμολόγησεν, etc. Eamdem distinctionem reperi in codice Med. ac Fuketiano, sed in Fuketiano legitur μαρτυρίσοντα.

(29) *Οὐκέτ' ἀναβολῆς εἶχετο*. Pro his Eusebii verbis Nicephorus ista substituit, quæ quoniam scholii instar esse possunt hic apponam : Τὰ δὲ τῆς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐγχειρήσεως Ἡρώδου, οὐκέτ' ἐν ἀναβολαῖς ἦσαν τῇ δίκῃ.

(30) *Ὑψηλόν τε πρὸ βήματος*. Apud Nicephorum scriptum est, πρὸ τοῦ δικαστικοῦ βήματος, ubi Nicephorus vocem δικαστικοῦ addidit de suo, satis inconsulte. Neque enim juris dicendi causa illic consederat Agrippa sed ut concionem haberet ad populum, quemadmodum traditur in Actibus apostolorum, ubi etiam rectius legitur, ἐπὶ τῷ βήματι. Nam illud πρὸ βήματος, parum Græcum, ac prorsus Latinum est.

(30*) Vulg. *ἐπευφημήσαντος ἐπὶ τῇ δημηγορίᾳ*. Rectius in tribus nostris codicibus Maz., Med., Fuk., omissa præpositione, scribitur ἐπευφημήσαντος τῇ δημηγορίᾳ ὡς ἐπὶ Θεοῦ φωνῇ καὶ οὐκ ἀνθρώπου, quæ lectio longe est elegantior.

Digitized by Google

repente illum ab angelo Dei percussum esse sacræ litteræ testantur, et a vermibus consumptum interiisse. Cæterum mirari subit Josephi historiam, quippe quæ in hujus miraculi narratione cum divina Scriptura plane consentiat. In ea enim veritatem testimonio suo ac suffragio perspicue comprobat, cum rem gestam in nono decimo *Antiquitatum* libro exponit his verbis: « Tertius, inquit, jam annus effluxerat, ex quo totius Judææ regno potiebatur, cum urbem Cæsaream ingressus est, quæ antea Stratonis turris vocabatur. Ibi in honorem Cæsaris spectacula exhibuit, pro illius salute hos festos dies institutos fuisse intelligens. Ad quam festivitatem frequens numerus eorum qui honore inter suos ac dignitate pollebant, 48 ex tota provincia confluxerat. Igitur secundo spectaculorum die, veste indutus tota ex argento admirabili opere contexta, processit in theatrum primo diluculo. Ubi solis orientis radiis illustrata vestis mirum in modum resplenduit, et spectantium oculis admirationem simul ac terrorem incussit. Mox adulatores perniciosis vocibus alius aliter ei acclamare deum appellantes, et ut sibi propitius esset rogantes. Hactenus, aiebant, te velut hominem reveriti, nunc demum humana sorte majorem fatemur. At rex neque illos objurgavit, neque impiam eorum adulationem repudiavit. Et paulo post oculis in altum sublatis superstantem capiti suo angelum vidit, eumque exitii sui nuntium protinus esse intellexit, qui antea felicitatis nuntius fuerat. Hinc mœstitia animo ejus penitus insedit. Accesserunt deinde ventris dolores statim a principio vehementissimi. Conversis itaque ad amicos oculis: Ecce, inquit, deus ego vester cogor nunc e vita discedere, fati necessitate voces illas quas de me modo jactabatis, falsitatis et mendacii protinus coarguente; et qui immortalis appellabar a vobis, jam rapior ad mortem. Sed ferenda est fati condi-

ὡς ἐπὶ φωνῇ θεοῦ καὶ οὐκ ἀνθρώπου, παραχρῆμα τὸ λόγιον πατάξαι αὐτὸν ἄγγελον Κυρίου ἱστορεῖ, γενόμενόν τε σκωληκόβρωτον ἐκψύξαι. Θαυμάσαι δ' ἄξιον τῆς περὶ τὴν θείαν Γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῷ παραδόξῳ συμφωνίας τὴν τοῦ Ἰωσηπου ἱστορίαν. Καθ' ἣν ἐπιμαρτυρῶν τῇ ἀληθείᾳ δῆλός ἐστιν ἐν τόμῳ τῆς Ἀρχαιολογίας ἐννεακαιδεκάτῳ, ἔνθα αὐτοῖς γράμμασιν ὧδέ πως τὸ θαῦμα διηγεῖται· « Τρίτον δ' ἔτος αὐτῷ βασιλεύοντι τῆς ὅλης Ἰουδαίας πεπλήρωτο, καὶ παρῆν εἰς πόλιν Καισάρειαν, ἣ τὸ πρότερον Στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο· συνετέλει δ' ἐνταῦθα θεωρίας εἰς τὴν Καίσαρος τιμήν, ὑπὲρ τῆς ἐκείνου σωτηρίας ἑορτήν τινα ταύτην ἐπιστάμενος (31). Καὶ παρ' αὐτὴν ἤθροιστο τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν (32) ἐν τέλει καὶ προβεβηκότων εἰς ἀξίαν πλῆθος. Δευτέρᾳ δὲ τῶν θεωριῶν ἡμέρᾳ, στολὴν ἐνδυσάμενος ἐξ ἀργύρου πεποιημένην πᾶσαν, ὡς θαυμάσιον ὑφὴν εἶναι, παρῆλθεν εἰς τὸ θέατρον ἀρχομένης ἡμέρας. Ἔνθα ταῖς πρώταις τῶν ἡλιακῶν ἀκτίνων ἐπιβολαῖς ὁ ἄργυρος καταυγασθεὶς, θαυμασίως ἀπέστιλβε, μαρμαίρων τι φοβερὸν καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀτενίζουσι φρικῶδες. Εὐθὺς δὲ οἱ κόλακες τὰς οὐδ' ἐκείνῳ πρὸς ἀγαθοῦ ἄλλος ἄλλοθεν φωνὰς ἀνεβόων, θεὸν προσαγορεύοντες, Εὐμενής τε εἴης, ἐπιλέγοντες· εἰ καὶ μέχρι νῦν ὡς ἄνθρωπον ἐφοβήθημεν, ἀλλά γε τοὐντεῦθεν κρείττονά σε θνητῆς τῆς φύσεως ὁμολογοῦμεν. Οὐκ ἐπέπληξε τούτοις ὁ βασιλεὺς, οὐδὲ τὴν κολακείαν ἀσεβοῦσαν ἀπετρίψατο. Ἀνακύψας δὲ μετ' ὀλίγον, τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἄγγελον (33). Τοῦτον εὐθὺς ἐνόησε κακῶν εἶναι αἴτιον, τὸν καί ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον, καὶ διακάρδιον ἔσχεν ὀδύνην. Ἀθρόον δ' αὐτῷ τῆς κοιλίας προσέφυσεν ἄλγημα, μετὰ σφοδρότητος ἀρξάμενον. Ἀναθεωρῶν οὖν πρὸς τοὺς φίλους, Ὁ θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶν, ἣν καταστρέφειν ἐπιτάττομαι τὸν βίον, παραχρῆμα τῆς εἱμαρμένης τὰς ἄρτι μου κατεψευσμένας φωνὰς ἐλεγχούσης. Ὁ κληθεὶς ἀθάνατος ὑφ' ὑμῶν, ἣν ἡ

(31) *Εὐρτήν τινα ταύτην ἐπιστάμενος.* Turnebus in suo codice ad latus emendarat ἐνστησάμενος. Quam emendationem etiam in libro Moræi ascriptam inveni. Sed hæc conjectura nullo modo placet. Neque enim Agrippa ludos illos primus instituerat: sed ab Herode ejus avo jam dudum instituti fuerant. Hic igitur sensus est hujus loci quem ex Josepho citat Eusebius: Sciebat Agrippa hanc festivitatem institutam fuisse pro salute Cæsaris ab avo suo Herode, qui primus quinquennale Cæsareorum certamen apud Cæsaream urbem in honorem Augusti instituerat, et Olympiade CXCII eos ludos primum ediderat, ut refert Josephus. Ad horum itaque ludorum editionem Agrippa Cæsaream profectus erat anno IV imp. Claudii, diebus æstivis, quibus olympias CCVI inchoari cœpit.

(32) *Τῶν κατὰ τὴν ἐπαρχίαν.* Syriam intelligit, vel ejus partem Phœnicen quæ provincia dicebatur ad differentiam Judææ, in qua tunc regnabat Agrippa. Certe B. Lucas diserte testatur, primores tunc adfuisse Tyriorum, quæ urbs caput erat Phœnices. Porro in nostris codicibus Maz., Med. ac Fuketii scriptum inveni ἐπάρχιον, quæ vox alibi etiam occurrit in his libris. Nec illud omittendum est, in optimo codice Mazarinæo id nomen scribi cum diphthongo ἐπάρχειον, simplex tamen ι superscriptum est eadem manu. Sed recte scribi cum diphthongo docet derivativa vox ἐπαρχεώτης, quæ non semel occurrit in his libris. Neque enim aliunde formari potest ἐπαρχεώτης quam ab ἐπάρχειος.

(33) *Ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἄγγελον.* Josephi verba interpolavit Eusebius malo more. Nam cum Josephus bubonem dixisset supra caput Agrippæ astitisse, Eusebius e Josephi textu bubonis nomen expunxit. Josephi verba sunt: Τὸν βουβῶνα τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπερκαθεζόμενον εἶδεν ἐπὶ σχοινίου τινός· ἄγγελον τοῦτον εὐθὺς ἐνόησεν κακῶν εἶναι, τὸν καί ποτε τῶν ἀγαθῶν γενόμενον. Id est: *Bubonem supra caput suum astantem super extento fune vidit. Statimque intellexit hunc calamitatis nuntium esse, qui antea felicitatis nuntius fuisset;* sub Tiberio scilicet. Tunc enim jussus in vincula duci Agrippa, cum ad arborem quamdam inclinatus staret, bubonem viderat capiti superstantem. Quod Germanus quidam, hujusmodi auguriorum peritus, magnam felicitatem Agrippæ portendere prædixit, ut refert Josephus. Vides ergo ut, sublato bubonis nomine, sensus omnis hujus loci tollitur. Sed fortasse verebatur Eusebius, ne Josephum et Lucam parum inter se consentire lectores judicarent, si quem Lucas angelum dixerat, Josephus bubonem dicere videretur. Quasi vero non utrumque fieri potuerit, ut et bubo supra caput Agrippæ, et ex alia parte angelus eidem appareret.

Digitized by Google

ζανεῖν ἀπάγομαι. Δεκτέον δὲ τὴν πεπρωμένην, ἢ θεὸς βεβούληται. Καὶ γὰρ βεβιώκαμεν οὐδαμῆ φαύλως, ἀλλ' ἐπὶ τῆς μακαριζομένης λαμπρότητος (34). Ταῦτα δὲ λέγων, ἐπιτάσει τῆς ὀδύνης κατεπονεῖτο. Μετὰ σπουδῆς οὖν εἰς τὸ βασίλειον ἐκομίσθη, καὶ διῆλθε λόγος εἰς πάντας, ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι (35) παντάπασι μετ' ὀλίγον. Ἡ πληθὺς δ' αὐτίκα σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα (36) τῷ πατρίῳ νόμῳ, τὸν Θεὸν ἱκέτευον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, οἰμωγῆς τε πάντ' ἦν ἀνάπλεω καὶ Ὀρήνων. Ἐν ὑψηλῷ δ' ὁ βασιλεὺς δωματίῳ κατακείμενος, καὶ κάτω βλέπων αὐτοὺς πρηνεῖς προσπίπτοντας, ἄδακρυς οὐδ' αὐτὸς ἔμενεν. Συνεχῶς δ' ἐφ' ἡμέρας πέντε τῷ τῆς γαστρὸς ἀλγήματι διεργασθεὶς, τὸν βίον κατέστρεψεν, ἀπὸ γενέσεως ἄγων πεντηκοστὸν ἔτος καὶ τέταρτον, τῆς δὲ βασιλείας ἕβδομον. Τέσσαρας μὲν οὖν ἐπὶ Γαΐου Καίσαρος ἐβασίλευσεν ἐνιαυτοὺς, τῆς Φιλίππου μὲν τετραρχίας εἰς τριετίαν ἄρξας, τῷ τετάρτῳ δὲ καὶ τὴν Ἡρώδου προσειληφὼς, τρεῖς δ' ἐπιλαβὼν τῆς Κλαυδίου Καίσαρος αὐτοκρατορίας. » Ταῦτα τὸν Ἰώσηπον μετὰ τῶν ἄλλων ταῖς θείαις συναληθεύοντα Γραφαῖς ἀποθαυμάζω. Εἰ δὲ περὶ τὴν τοῦ βασιλέως προσηγορίαν δόξειέ τισι διαφωνεῖν, ἀλλ' ὅ γε χρόνος καὶ ἡ πρᾶξις τὸν αὐτὸν ὄντα δείκνυσιν, ἤτοι κατά τι σφάλμα γραφικὸν ἐνηλλαγμένου τοῦ ὀνόματος, ἢ καὶ διωνυμίας περὶ αὐτὸν, οἷα καὶ περὶ πολλοὺς γεγενημένης.

A tio, quandoquidem sic Deo visum est. Neque enim male et abjecte vixímus, sed in eo splendore quem homines fortunatissimum existimant. Hæc cum diceret, augescente interim vi doloris torquebatur. Ocius ergo in palatium delatus cum esset, rumor continuo per urbem sparsus est, regem in maximo vitæ discrimine versari. Statimque plebs omnis cum uxoribus et liberis, stratis ciliciis more patrio sedens Deum pro salute regis obsecravit. Tota urbs ejulatu ac lamentis personabat. Rex vero in excelso quodam solario decumbens, cum eos humi prostratos ex alto prospiceret, ne ipse quidem temperare potuit a lacrymis. Tandem continuis per quinque dies ventris doloribus confectus vitam finiit, annum agens ætatis quartum et quinquagesimum, B regni vero septimum. Nam primo quidem sub Caio Cæsare quatuor annis regnaverat, Philippi tetrarchia potitus per triennium. Inde anno quarto Herodis quoque tetrarchiam regendam accepit. Postea vero principatu Claudii Augusti tres ultimos regni sui exegit annos. » **49** Hæc Josephus : in quibus perinde ac in cæteris, fidem illius magnopere admiror, qui cum sacris litteris in veritate narranda adeo consentiat. Quod si in regis nomine discrepare quibusdam videtur, temporis tamen ratio et res ipsa eumdem esse confirmat; adeo ut vel nomen vitio scriptur e depravatum esse oporteat, vel certe regem hunc duplici nomine appellatum fuisse, quod et pluribus aliis contigit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ Θευδᾶ τοῦ γήτος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ (Nic. *H. E.* II, 11).

Ἐπεὶ δὲ πάλιν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν εἰσάγει τὸν Γαμαλιὴλ ἐν τῇ περὶ τῶν ἀποστόλων σκέψει λέγοντα, ὡς ἄρα κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον (37) ἀνέστη Θευδᾶς, λέγων ἑαυτὸν εἶναί τινα (ὃς κατελύθη, καὶ πάντες ὅσοι ἐπείθοντο αὐτῷ διελύθησαν) · φέρε καὶ τὴν περὶ τούτου παραθώμεθα τοῦ Ἰωσήπου γρα-

C

CAPUT XI.

De Theuda præstigiatore ejusque sociis.

Sed quoniam Lucas præterea in Actibus apostolorum [26] Gamalielem quemdam, cum in concilio Judæorum de apostolis deliberatio fieret, loquentem inducit de Theuda quodam qui hisce temporibus exstitit, et qui cum de seipso magna prædicaret, tandem exstinctus est, omnesque qui ei fidem habue

(34) *Μακαριζομένης λαμπρότητος.* Ex Josepho ac Nicephoro pro μακαριότητος, restituimus λαμπρότητος, atque ita scriptum habet codex Fuk.

(35) *Ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι.* In vulgatis Josephi editionibus deest articulus, quod magis probo. Ἔχοι igitur positum est pro μέλλοι, quam locutionem Gallica lingua etiamnum retinet. Quod si articulum retinere malueris, ut in omnibus nostris exemplaribus et apud Nicephorum legitur, tunc scribendum est ἔχοιτο, aut certe subaudiendum est ἀνάγκην. In tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk., scriptum est ὡς ἔχει, quod magis probo.

(36) *Ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα.* Optime Rufinus hunc locum vertit : *More patrio super cilicia strati, omnipotenti Deo pro regis incolumitate supplicabant.* Reliqui tamen interpretes uno consensu verterunt *saccis induti.* Quod etsi non damno, verbis tamen Josephi nequaquam convenit. Scio moris fuisse non solum apud Judæos, sed etiam apud Assyrios, ut in luctu et in publicis supplicationibus sacco induti, Deo invidiam facerent, quemadmodum legitur in historia Ninivitarum, et apud Josephum in libro XI *Antiquitatum*, cap. 5. Verum et hic mos fuit supplicantium, ut stratis ciliciis et cinere conspersi insiderent. Sic in capite III Jonæ, rex Ninivitarum περιεβάλλετο σάκκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπὶ σποδοῦ. Et in Evangelio Lucæ, cap. X : *Si in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio et cinere sedentes pœniterent.* Eoque referre soleo verba Rufini ex libro XI *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 33, ubi de Theodosio imp. ita loquitur : *Ante martyrum et apostolorum thecas jacebat cilicio prostratus, et auxilia sibi fida sanctorum intercessione poscebat.* Quanquam in manuscripto codice Claromontani collegii legitur *silici prostratus.* Epiphanius in hæresi 50. Novatianorum, cap. 7, αὐτοὶ ἐὰν ἐνδείξωνται τελείαν τὴν μετάνοιαν, ἐν D σάκκῳ καὶ σποδῷ καθεσθέντες. Tertullianus in libro *De pudicitia : Pariter de pœnitentiæ officio sedent in sacco, et cinere inhorrescunt.*

(37) *Κατὰ τὸν δηλούμενον χρόνον.* Locus Lucæ exstat in cap. V Actuum apostolorum, ubi Lucas non dicit Theudam Claudii imp. temporibus exstitisse, ut hic affirmat Eusebius. Imo ex Lucæ verbis colligi potest, Theudam illum Augusti Cæsaris principatu turbas in Judæa concitasse. Nam Gamaliel apud Lucam diserte tradit, post tumultum Theudæ exstitisse Judam Galilæum, qui in diebus professionis censualis seditionem commovisset. Atqui censualis hæc professio contigit post exsilium Archelai, Quirinio Syriam administrante, sub extrema Augusti tempora. Falsum proinde esse videtur quod hic affirmat Eusebius, Lucam Theudæ motum in Claudii tempora conjecisse. Eusebium tamen nostrum recte sensisse, mox demonstrabimus.

Digitized by Google

rant, dissipati sunt : agedum de hoc ipso Josephi quoque testimonium proferamus. Hic igitur in libro superius memorato sic loquitur : « Fado, inquit,

(38) *Τὴν περὶ τούτου παραθώμεθα τοῦ Ἰωσήπου γραφήν.* Scaliger in lib. VI *De emendatione temporum*, Eusebium graviter reprehendit, qui Theudam illum de quo loquitur Lucas, eumdem esse putaverit cum altero Theuda cujus meminit Josephus in lib. XX, cap. 2, sub finem ; cum tamen Theudas ille cujus a Luca fit mentio, paulo ante Christi mortem in Judæa res novas concitaverit, adeo ut inter hunc Theudam, et inter illum cujus meminit Josephus, duodecim annorum spatium ut minimum intersit. Nam Josephus Theudæ tumultum post obitum regis Agrippæ commemorat, quo tempore Cuspius Fadus Judæam administrabat. Hæc est Scaligeri sententia. At Casaubonus in *Exercitatione* II, cap. 18, in eo quidem consentit cum Scaligero, quod Theudam Lucæ a Theuda Josephi distinguit, sed in hoc dissentit ab eodem Scaligero quod Theudam illum cujus meminit Lucas, longe antiquiorem facit quam Scaliger. Ejus enim tumultum confert in extrema Herodis regis tempora, et ante ipsum natalem Christi. Idem ante illum sensit Origenes in lib. I *contra Celsum*. Et huic opinioni favere videntur verba ipsa B. Lucæ, qui postquam de Theuda locutus est, hæc addit : *Post hunc surrexit Judas Galilæus in diebus professionis.* Sed facillimum est huic objectioni respondere ; nec longius, verum ex ipso Luca prometur responsio. Quippe Lucas seu potius Gamaliel apud Lucam diserte testatur Theudam nuper admodum, et his ipsis quibus hæc loquebatur diebus exstitisse. *Ante hos enim dies exstitit Theudas*, etc. Πρὸ γὰρ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀνέστη Θευδᾶς. Quæ verba rem nuper ac novissime factam demonstrant. Sic enim loqui solent tam Græci quam Latini de re adhuc recenti, ut plurimis exemplis probari potest. *Ante hos igitur dies*, idem valet ac *his diebus*, ut *ante diem tertium Kalendarum* Latini et Græci dicunt pro eo quod est die III Kalendarum. Quare cum subjicit Lucas hæc verba, *Post hunc exstitit Judas*, his verbis nihil aliud significatur quam Theuda vetustiorem fuisse Judam Galilæum. Quæ quidem expositio, licet prima fronte durior videatur, tamen prorsus necessaria est ac verissima, nec exemplis destituitur. Nam quoties ab ultimo, utpote nobis propiore, numerare instituimus, tunc ex ultimo primus, et ex primo ultimus fiat necesse est. Quam ob causam *retro fuisse* dixit Tertullianus in *Apologetico*, pro *olim* et *antea fuisse ;* et *retrosiorem* usurpat pro *antiquiore*. Et tamen *retro* idem est Latinis quod *post*. Sed quoniam Casaubonus negat Græcos unquam ita locutos fuisse, producendus est testis omni exceptione major. Is est Clemens Alexandrinus, qui in lib. VII *Stromatei*, sub finem, eodem prorsus modo locutus est quo B. Lucas. Postquam enim observavit hæreticos fere omnes circa tempora imp. Adriani erupisse, et usque ad principatum Antonini Pii pervenisse, ut Basilidem et Valentinum, hæc subjungit : *Nam Marcion iisdem quidem temporibus vixit quibus Basilides et Valentinus. Verum tanquam senior cum illis adhuc junioribus est versatus.* Addit deinde, μεθ' ὃν Σίμων ἐπ' ὀλίγον κηρύσσοντος τοῦ Πέτρου ὑπήκουσεν. *Post quem Simon prædicantem Petrum audivit aliquandiu.* Quis non videt in hoc Clementis loco *post hunc* idem valere atque *ante hunc ?* Neque enim Simon Magus posterior fuit Marcione ; imo diu ante Marcionem vixit, ut inter omnes constat. Sed nimirum Clemens, cum a propinquioribus incipiens, hæreticorum indicem texeret, primos numeravit qui erant ultimi, et postremum omnium posuit Simonem, qui revera erat omnium primus. Eodem quoque modo locutus est Symeon Metaphrastes in Actis manuscriptis passionis Petri Alexandrini episcopi. Illic enim Petrus in carcere positus Achillem et Alexandrum presbyteros ita affatur : Παρακαλῶ γρηγορεῖν ὑμᾶς καὶ προσεύχεσθαι, μεμνημένους πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ τῶν κινδύνων, ὅσους ὑπομένειν ἠναγκάζετο ὁ ἀναθρεψάμενός με πατήρ μου ὁ ἐπίσκοπος Θεωνᾶς, etc. Et paulo post : Μεμνῆσθαι δὲ καλὸν καὶ τοῦ μεγάλου Διονυσίου, ὃς τῇδε κακεῖσε περιῶν, Σαβελλίου μάλιστα ἐπιθεμένου, καὶ πολλὰ τοῦτον λυποῦντος, οὕτω τὸν πάντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον διὰ Χριστὸν στενούμενος διετέλεσε· καὶ μετ' αὐτὸν Ἡρακλᾶς καὶ Δημήτριος, etc. Vides ut Metaphrastes, seu potius auctor ex quo Metaphrastes hæc Acta descripsit, Heraclam ac Demetrium episcopos ait fuisse post Dionysium, quos tamen constat prædecessores fuisse Dionysii. Sed et geographiæ scriptores, quoties terrarum situm et populorum nomina describunt, eodem loquuntur modo. Dicunt enim μετὰ τούτους εἰσὶν ἐκεῖνοι, quod idem valet ac *supra hos siti sunt isti*. Et hæc quidem adversus opinionem Casauboni, qui Theudam illum cujus in Actibus fit mentio, Juda antiquiorem esse existimavit. Sed dicet fortasse quispiam, ex iis quæ a nobis disputata sunt, abunde demonstratum videri, Theudam non fuisse antiquiorem Juda Galilæo : nihilo tamen minus Theudam illum cujus meminit Lucas, distinguendum esse ab eo Theuda cujus meminit Josephus. Prior enim Theudas de quo loquitur Gamaliel in oratione illa quam habuit in concilio Judæorum, circa tempus passionis Christi tumultum in Judæa concitavit ; alter vero de quo loquitur Josephus, post mortem Agrippæ regis, Fado Judæam administrante seditionem commovit, quarto circiter anno principatus Claudii Augusti. Cum ergo Gamaliel orationem illam habuerit paulo post resurrectionem Christi, et ante martyrium B. Stephani, id est circa extrema Tiberii tempora, de motu illo Theudæ qui regnante Claudio factus est, tunc omnino loqui non potuit. Huic objectioni aliter occurrere non possumus, nisi Josephum hallucinatum esse dicamus, qui Theudæ tumultum tardius quam debebat retulerit. Duos enim Theudas fuisse, qui se prophetas esse mentiti, alter post alterum Judæos ad spem rerum novarum concitaverint, nunquam adduci possum ut credam. Conferantur Lucæ ac Josephi loca, in quibus uterque illorum de Theuda locutus est ; et unum eumdemque Theudam ab illis esse memoratum manifestissime deprehendemus. Certe in utriusque narratione, cuncta ad amussim ita conveniunt, ut Josephus Lucam interpretatus esse videatur. Unum discrimen est in tempore, quod tamen tanti momenti non est, ut idcirco duos Theudas comminisci debeamus. Nam quotiescunque hujusmodi narrationis discrepantia apud veteres scriptores occurrit, si ob hanc causam statim negotia ac personas distinguere necesse est, cavendum nobis erit, ne ex uno eodemque homine duos inconsulte faciamus. Quanto satius est, ubi duos scriptores inter se dissentire viderimus, alterum illorum falli affirmare. Quod cum de sacris litteris nefas sit dicere, in Josephum culpa omnis conferenda est. Alia quoque conciliandi ratio excogitari potest, si dicamus B. Lucam in eo loco κατὰ πρόληψιν locutum esse. Quæ quidem figura occurrit interdum apud antiquos scriptores ; exempli causa apud Virgilium cum dicit :

..... *portusque require Velinos.*

Atqui cum hæc dicerentur Æneæ, nondum condita erat Velia. Sic ergo B. Lucas tumultum Theudæ toto decennio anticipavit, Gamalielis orationi narrationem illam quasi ex sua persona interserens, eo quod præsenti argumento aptissime congruebat. Certe Eusebius noster locum B. Lucæ ita interpretatus videtur, ut ex hoc capite apparet.

Digitized by Google

ἀνὴρ, Θευδᾶς τοὔνομα (39), πείθει τὸν πλεῖστον ὄχλον, ἀναλαβόντα τὰς κτήσεις ἕπεσθαι πρὸς τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν αὐτῷ. Προφήτης γὰρ ἔλεγεν εἶναι, καὶ προστάγματι τὸν ποταμὸν σχίσας, δίοδον ἔφη παρέξειν αὐτοῖς ῥᾳδίαν. Καὶ ταῦτα λέγων, πολλοὺς ἠπάτησεν. Οὐ μὴν εἴασεν αὐτοὺς τῆς ἀφροσύνης ὀνασθαι φάδος, ἀλλ' ἐξέπεμψεν ἵλην ἱππέων ἐπ' αὐτούς· ἥτις ἐπιπεσοῦσα ἀπροσδοκήτως αὐτοῖς, πολλοὺς μὲν ἀνεῖλε, πολλοὺς δὲ ζῶντας ἔλαβεν, αὐτόν τε τὸν Θευδᾶν ζωγρήσαντες, ἀποτέμνουσιν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ κομίζουσιν εἰς Ἱεροσόλυμα. » Τούτοις ἑξῆς καὶ τοῦ κατὰ Κλαύδιον γενομένου λιμοῦ μνημονεύει ὧδέ πως·

A Judæam procurante, præstigiator quidam nomine Theudas, collecta ingenti hominum multitudine, persuasit illis ut asportatis opibus ducem se ad Jordanem usque fluvium sequerentur. Quippe se prophetam esse aiebat, diremptisque imperio suo aquis fluminis, facilem se transitum ipsis præstiturum. Hujusmodi sermonibus plurimos decepit. Sed Fadus vesaniam illorum brevi compressit, immissis adversus eos equitum turmis; qui ex improviso illos adorti, partim occiderunt, partim vivos comprehenderunt. Ipse etiam Theudas ab iisdem captus est, cujus caput præcisum Hierosolyma retulerunt. » Post hæc idem scriptor famis illius quæ imperante Claudio contigit, mentionem facit his verbis :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ Ἑλένης τῆς τῶν Ὀσροηνῶν βασιλίδος (Nic. *H. E.* II, 11).

« Ἐπὶ τούτοις γε (40) καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, καθ' ὃν καὶ ἡ βασίλισσα Ἑλένη πολλῶν χρημάτων ὠνησαμένη σῖτον ἀπὸ τῆς Αἰγύπτου, διένειμε τοῖς ἀπορουμένοις. » Σύμφωνα δ' ἂν εὕροις καὶ ταῦτα τῇ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων γραφῇ, περιεχούσῃ ὡς ἄρα τῶν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν μαθητῶν καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος εἰς διακονίαν ἀποστεῖλαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ· ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους διὰ χειρὸς Βαρνάβα καὶ Παύλου. Τῆς γέ τοι Ἑλένης ἧς δὴ καὶ ὁ συγγραφεὺς ἐποιήσατο μνήμην, εἰσέτι νῦν στῆλαι διαφανεῖς (41) ἐν προαστείοις δείκνυνται τῆς νῦν Αἰλίας (42). Τοῦ δὲ Ἀδιαβηνῶν ἔθνους αὕτη βασιλεῦσαι ἐλέγετο.

CAPUT XII.

De Helena Osroenorum regina.

B « Per idem tempus, inquit, gravissima fames universam Judæam afflixit, quo quidem tempore Helena regina frumentum quod grandi pecunia ex Ægypto coemerat, egenis distribuit. » Quæ omnino consentiunt cum iis quæ **50** scripta sunt in Actibus apostolorum [19]. Ubi etiam illud habetur, discipulos qui Antiochiæ morabantur, decrevisse pro suis singulos facultatibus stipem conferre, ad sublevandos fratres qui in Judæa degebant. Quod quidem illi etiam præstiterunt, missis ad seniores pecuniis per manus Pauli et Barnabæ. Cæterum Helenæ illius, cujus mentio fit a Josepho, illustres etiamnum exstant cippi in suburbiis Hierosolymorum, quæ mutato nomine nunc Ælia appellatur : eamque

C Adiabenorum reginam fuisse perhibent.

[19] Act. XI.

(39) *Θευδᾶς τοὔνομα.* In tribus nostris codicibus Mazarino, Med. et Fuk. scriptum est Θευδᾶς ὄνματι.

(40) *Ἐπὶ τούτοις γε.* Locus Josephi est in lib. XX *Antiquitatum*, cap. 3, ubi postquam dixit Cuspio Fado procuratori Judææ successisse Tiberium Alexandrum, statim subjungit : Ἐπὶ τούτοις γε καὶ τὸν μέγαν λιμὸν κατὰ τὴν Ἰουδαίαν συνέβη γενέσθαι, id est *horum procuratorum temporibus*, ut recte interpretatus est Gelenius. Quibus verbis aperte indicat Josephus, famem illam pluribus annis durasse, quippe quæ sub duobus illis procuratoribus sævierit. Missus porro est in Judæam Fadus post obitum Agrippæ regis, id est anno quarto Claudii exeunte. Ita fames illa ab Agabo prædicta, anno V et VI Claudii contigit.

(41) *Στῆλαι διαφανεῖς.* Tres erant pyramides D tertio ab urbe Hierosolymitana stadio, in quibus condita erant ossa Helenæ, Adiabenorum reginæ, scribit Josephus in lib. XX, cap. 2. Idem in libro VI *De bello Judaico*, Ἑλένης μνημεῖα bis appellat, quas hoc loco στήλας vocat Eusebius. Rufinus *sepulcrum* vertit non male. *Mausoleum Helenæ* vocat Hieronymus in oratione de obitu B. Paulæ, idque adhuc sua ætate stetisse testatur. Porro hoc Helenæ sepulcrum mirabili opere fabricatum fuisse testatur Pausanias in *Arcadicis*. Cum enim plura sepulcra memoratu digna a se visa esse affirmet, duo tamen præ cæteris admiratur : Mausoli scilicet in Caria, et Helenæ in Judæa : Ἑβραίοις δὲ Ἑλένης γυναικὸς ἐπιχωρίας τάφος ἐστὶν ἐν πόλει Σολύμοις, ἣν ἐς ἔδαφος κατέβαλεν ὁ Ῥωμαίων βασιλεύς. Cætera de miraculo januæ sepulcri illic vide apud Pausaniam, qui in eo fallitur, quod Helenam patria Judæam fuisse existimavit. Fuit et palatium ejusdem Helenæ Hierosolymis, ut docet Josephus in libro VI *De bello Judaico*, pag. 920. — Joannes Langus, qui Nicephorum Latine interpretatus est, στῆλαι *statuas* vertit, pessime omnino. Nam vox στήλη interdum quidem statuam significat, ut apud Suidam et recentiores Græcos sæpius occurrit. Sed ea significatio huic loco convenire non potest, cum nefas fuerit Judæis statuas ullas habere. Eumdem errorem admisit Gelenius in interpretatione libri Philonis *De legatione ad Caium*. Cum enim Philo de proseuchis Judæorum Alexandriæ quas Græci concremaverant, hæc dixisset : Καὶ σιωπῶ τὰς συγκαθαιρεθείσας καὶ συμπρησθείσας τῶν αὐτοκρατόρων τιμὰς ἀσπίδων καὶ στεφάνων ἐπιχρύσων καὶ στηλῶν καὶ ἐπιγραφῶν· Gelenius ita vertit : *Taceo deletos a furentibus eodem incendio honores Romanorum principum, clypeos, coronas statuasque auratas cum suis titulis :* cum potius ita vertere debuisset, *clypeos, coronas aureas, columnas cum inscriptionibus.* Sic etiam in hoc Eusebii loco στῆλαι sunt columnæ, seu cippi sepulcrales in quibus humatorum nomina perscribebantur. De his scholiastes Aristophanis in *Equitibus* et in *Avibus*. Earum usus etiam apud Romanos. Nam Dio in lib. LXVII de funebri cœna ait : Στήλην ταφοειδῆ ἑκάστῳ σφῶν παρέστησε, τό τε ὄνομα αὐτοῦ ἔχουσαν. Idem in lib. LXIX de equi Borysthenis sepulcro eamdem vocem usurpat. In veteribus glossis στήλη *cippus* redditur. Cicero in lib. II *De legibus*, columnas dixit, ubi agit de sepulcris. Clemens Alexandrinus in lib. V *Stromat.* scribit Hipparchum Pythagoreum eo quod arcana magistri evulgasset, e collegio ejectum fuisse, et cippum ei positum fuisse tanquam mortuo, καὶ στήλην ἐπ' αὐτῷ γενέσθαι, οἷα νεκρῷ.

(42) *Αἰλίας.* Cf. infra IV, 6.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

De Simone Mago.

Interea cum jam fides Servatoris nostri Jesu Christi ubique diffusa esset, hostis generis humani regiam urbem sibi occupare satagens, Simonem illum de quo superius dictum est, eo destinat. Cujus nefariis artibus auxilium atque operam suam commodans, plurimos eorum qui Romæ degebant, in errorem inductos sibi mancipavit. Testatur id Justinus, qui non procul ab apostolorum temporibus inter religionis nostræ sectatores maxime floruit. De quo viro inferius suo in loco ea quæ virtus ipsius postulat, dicturi sumus. Hic igitur in priore *Apologetico* quem pro nostra doctrina ad imperatorem Antoninum conscripsit, sic ait : « Post Domini nostri in cœlum ascensum, inquit, immissi sunt a dæmone homines quidam, qui se deos esse dicerent. Quos quidem homines tantum abest ut persecuti sitis, quin potius maximis honoribus affeceritis. Ex iis fuit Simon quidam Samaritanus, ortus e vico qui Gitton dicitur, qui principatu Claudii Augusti, cum per operationem dæmonum multa magicæ artis miracula in urbe vestra quæ imperii caput est, edidisset, deus a vobis est habitus, statuamque illi perinde ac deo posuistis in insula Tiberina inter duos pontes, cum hac inscriptione : SIMONI DEO SANCTO. Hunc Samaritani prope omnes, et ex aliis gentibus nonnulli, summum Deum esse confitentes, Helenam quoque venerantur, quæ initio quidem apud Tyrum urbem Phœnices **51** publice in lupanari prostiterat, postea vero ubique Simonem assectata est : eamque primam summi Dei notionem esse affirmant. » Hæc Justinus. Cui subscribit etiam Irenæus in primo *Contra hæreses* libro, in quo vitam hominis et impietatem et impurissimam doctrinam exponit. Quam quidem hoc loco referre superfluum fuerit, quippe cum non ipsius modo Simonis, sed et reliquorum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ Σίμωνος τοῦ Μάγου (Nic. *H. E.* II, 14, 27 ; *Eus.* infra IV, 21).

Ἀλλὰ γὰρ τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς πάντας ἀνθρώπους ἤδη διαδεδομένης πίστεως (43), ὁ τῆς ἀνθρώπων πολέμιος σωτηρίας, τὴν βασιλεύουσαν προαρπάσασθαι πόλιν μηχανώμενος, ἐνταῦθα Σίμωνα τὸν πρόσθεν δεδηλωμένον ἄγει, καὶ δὴ ταῖς ἐντέχνοις τἀνδρὸς συναιρόμενος γοητείαις, πλείους τῶν τὴν Ῥώμην οἰκούντων ἐπὶ τὴν πλάνην σφετερίζεται. Δηλοῖ δὲ τοῦτο μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀποστόλων ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς διαπρέψας λόγῳ Ἰουστῖνος, περὶ οὗ τὰ προσήκοντα κατὰ καιρὸν παραθήσομαι. Καί μοι λαβὼν ἀνάγνωθι τοῦδε τὴν γραφήν, ἣν ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνῖνον ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος Ἀπολογίᾳ (44) γράφων ὧδέ φησιν· « Καὶ μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου εἰς οὐρανόν, προσέβαλλοντο οἱ δαίμονες ἀνθρώπους τινὰς, λέγοντας ἑαυτοὺς εἶναι θεούς· οἳ οὐ μόνον οὐκ ἐδιώχθησαν ὑφ' ὑμῶν, ἀλλὰ καὶ τιμῶν ἠξιώθησαν· Σίμωνα μέν τινα Σαμαρέα τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γίττων (45), ὃς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις μαγικὰς ποιήσας ἐπὶ τῇ πόλει ὑμῶν τῇ βασιλίδι Ῥώμῃ θεὸς ἐνομίσθη, καὶ ἀνδριάντι παρ' ὑμῖν ὡς θεὸς τετίμηται, ἐν τῷ Τίβερι ποταμῷ μεταξὺ τῶν δύο γεφυρῶν, ἔχων ἐπιγραφὴν Ῥωμαϊκὴν ταύτην, ΣΙΜΩΝΙ ΔΕΩ ΣΑΓΚΤΩ (46), ὅπερ ἐστὶ *Σίμωνι θεῷ ἁγίῳ*. Καὶ σχεδὸν μὲν πάντες Σαμαρεῖς, ὀλίγοι δὲ καὶ ἐν ἄλλοις ἔθνεσιν, ὡς τὸν πρῶτον Θεὸν ἐκεῖνον ὁμολογοῦντες προσκυνοῦσι. Καὶ Ἑλένην τινὰ (47) τὴν συμπερινοστήσασαν αὐτῷ κατ' ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν (48) ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης, τὴν ἀπ' αὐτοῦ πρώτην ἔννοιαν λέγουσιν. » Ταῦτα μὲν οὗτος. Συνᾴδει δ' αὐτῷ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐν πρώτῳ τῶν *Πρὸς τὰς αἱρέσεις*, ὁμοῦ τὰ περὶ τὸν ἄνδρα καὶ τὴν ἀνοσίαν καὶ μιαρὰν αὐτοῦ διδασκαλίαν ὑπογράφων, ἣν ἐπὶ τοῦ παρόντος περιττὸν ἂν εἴη καταλέγειν, παρὸν τοῖς βουλομένοις, καὶ τῶν μετ' αὐτὸν κατὰ μέρος αἱρεσιαρχῶν τὰς ἀρχὰς καὶ τοὺς

(43) *Ἤδη διαδεδομένης πίστεως.* In codice Maz., Med. ac Savil. legitur διαδιδομένης, quod magis placet.

(44) *Ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Ἀντωνῖνον... Ἀπολογίᾳ.* Hic Justini locus non in priore, sed in secundo ejus *Apologetico* hodie exstat. Verum Eusebius in citandis Justini *Apologeticis*, alium ordinem secutus est, quam vulgatæ editiones. Primum enim semper vocat eum qui in vulgatis editionibus est secundus; et secundum qui vulgo est primus. Qua de re pluribus infra disputabitur.

(45) *Ἀπὸ κώμης... Γίττων.* Clemens in lib. II *Recognit.* : *Simon hic*, inquit, *patre Antonio, matre Rachel natus est : gente Samaræus ex vico Gytthorum, arte magus*, etc.

(46) *Σίμωνι δέῳ σάγκτῳ.* Jam dudum viri docti observarunt, imperitia Latinæ linguæ lapsum esse Justinum qui statuam Semoni Sanco positam, Simoni Mago sacratam fuisse putaverit, vicinitate nominum deceptus. Certe statua illa quam in insula Tiberina viderat Justinus, non ita dudum effossa est cum ea inscriptione quam dixi SEMONI SANCO DEO FIDIO. Sancus deus erat apud Sabinos qui pactis et fœderibus præerat, a *sanciendo* dictus. Unde etiam Deus Fidius vocabatur, a *fide*. Quin etiam per eum jurare soliti erant Romani. Fefellerunt Justinum Samaritani quidam, qui statuam illam Simoni Samaritano positam fuisse ei persuaserunt; quasi vero Romani magum ac præstigiatorem adhuc viventem consecravissent, aut quasi deum adjecto epitheto sanctum vocaverint.

(47) *Ἑλένην τινά.* Rufinus *Selenem* vocat. Atque ita Clemens in lib. II *Recognitionum*, ubi multa de hac Selene seu Luna refert, satis recondita.

(48) *Ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν.* Nescio quo casu in editionem Rob. Stephani error irrepserat, ut pro τέγους scriberetur τέλους. Quo scripturæ vitio deceptus Musculus, vir mediocris ingenii, hunc locum ita vertit : *quæ primum in telonio steterat.* Christophorsonus quoque ad eumdem lapidem impegit. Sic enim interpretatus est : *Quæ antea apud Tyrum Phœniciæ meretricio quæstui seipsam prostituisset.* Quasi ἐπὶ τέγους idem esset ac ἐπὶ μισθῷ. Atqui τέγος Græcis est πορνεῖον. Clemens Alexandrinus in lib. III *Stromatewn* : Εἰεν δ' ἂν ἐν ταῖς μείζοσι παρ' αὐτοῖς ἐλπίσιν, αἱ προεστῶσαι τοῦ τέγους πόρναι, ἀναίδην εἰσδεχόμεναι τοὺς βουλομένους ἅπαντας. Chrysostomus in *oratione de sancto Babyla contra gentiles*, τὰς ἀπὸ τοῦ τέγους γυναῖκας vocat meretrices.

Digitized by Google

βίους, καὶ τῶν ψευδῶν διδαγμάτων τὰς ὑποθέσεις, τά τε πᾶσιν αὐτοῖς ἐπιτετηδευμένα διαγνῶναι, οὐ κατὰ πάρεργον τῇ δεδηλωμένῃ τοῦ Εἰρηναίου παραδεδομένα βίβλῳ. Πάσης μὲν οὖν ἀρχηγὸν αἱρέσεως πρῶτον γενέσθαι τὸν Σίμωνα παρειλήφαμεν. Ἐξ οὗ καὶ εἰς δεῦρο οἱ τὴν κατ' αὐτὸν μετιόντες αἵρεσιν, τὴν σώφρονα καὶ διὰ καθαρότητα βίου παρὰ πᾶσι βεβοημένην Χριστιανῶν φιλοσοφίαν ὑποκρινόμενοι, ἧς μὲν ἔδοξαν ἀπαλλάττεσθαι περὶ τὰ εἴδωλα δεισιδαιμονίας οὐδὲν ἧττον αὖθις ἐπιλαμβάνονται, καταπίπτοντες ἐπὶ γραφὰς καὶ εἰκόνας, αὐτοῦ τε τοῦ Σίμωνος καὶ τῆς σὺν αὐτῷ δηλωθείσης Ἑλένης, θυμιάμασί τε καὶ θυσίαις καὶ σπονδαῖς τούτους θρησκεύειν ἐπιχειροῦντες (49). Τὰ δὲ τούτων αὐτοῖς ἀπορρητότερα, ὧν φασι τὸν πρῶτον ἐπακούσαντα ἐκπλαγῆσεσθαι, καὶ κατά τι παρ' αὐτοῖς λόγιον ἔγγραφον θαμβωθήσεσθαι, θάμβους ὡς ἀληθῶς καὶ φρενῶν ἐκστάσεως καὶ μανίας ἔμπλεω τυγχάνει, τοιαῦτα ὄντα, ὡς μὴ μόνον μὴ δυνατὰ εἶναι παραδοθῆναι γραφῇ, ἀλλ' οὐδὲ χείλεσιν αὐτὸ μόνον δι' ὑπερβολὴν αἰσχρουργίας τε καὶ ἀῤῥητοποιΐας, ἀνδράσι σώφροσι λαληθῆναι. Ὅ τι ποτὲ γὰρ ἂν εἴη ἢ ἐπινοηθείη παντὸς αἰσχροῦ μιαρώτερον, τοῦτο πᾶν ὑπερηκόντισεν ἡ τῶνδε μυσαρωτάτη αἵρεσις, ταῖς ἀθλίαις καὶ παντοίων ὡς ἀληθῶς κακῶν σεσωρευμέναις γυναιξὶν ἐγκαταπαιζόντων.

A hæreticæ pravitatis auctorum initia, vitam, falsorum dogmatum causas ac rationes, studia denique et instituta singulorum, ex supradictis Irenæi libris a quo hæc accurate tradita sunt, liceat volentibus cognoscere. Sane hunc Simonem hæreticæ pravitatis principem atque auctorem fuisse accepimus. Unde ad nostram usque ætatem quicunque ejus sectam profitentur, cum se Christianam religionem plenam modestiæ et sanctitatis amplecti simulaverint: tamen et ad superstitiosum dæmonum cultum quem abjicere visi fuerant, deinceps nihilominus relabuntur, dum ante Simonis et supradictæ illius Helenæ picturas atque imagines proni sese abjiciunt, eosque suffimentis et sacrificiis ac libationibus colere non verentur. Et quæ apud illos secretiora habentur, quibus auditis protinus animos audientium aiunt percelli, et ut verbis utar oraculi quod perscriptum habent, obstupefieri: revera stuporis et dementiæ atque insaniæ plenissima sunt: adeo ut non modo scriptis prodi, sed ne sermone quidem efferri possint a modestis hominibus, ob nimiam turpitudinem atque obscenitatem. Nihil enim tam impurum aut esse aut excogitari unquam potest, quod flagitiosissima illorum secta longo intervallo non superet, dum miseris atque omni scelere coopertis mulieribus illudunt.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Ῥώμην κηρύγματος Πέτρου τοῦ ἀποστόλου (Nic. *H. E.* II, 14).

Τοιούτων κακῶν πατέρα καὶ δημιουργὸν τὸν Σίμωνα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ὥσπερεὶ μέγαν καὶ μεγάλων ἀντίπαλον τῶν θεσπεσίων τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων, ἡ μισόκαλος καὶ τῆς ἀνθρώπων ἐπίβουλος σωτηρίας πονηρὰ δύναμις προὐστήσατο. Ὅμως δ' οὖν ἡ θεία καὶ ὑπερουράνιος χάρις, τοῖς αὐτῆς συναιρομένη διακόνοις (50), δι' ἐπιφανείας αὐτῶν καὶ παρουσίας, ἀναπτομένην τοῦ πονηροῦ τὴν φλόγα ᾗ τάχος ἐσβέννυ, ταπεινοῦσα δι' αὐτῶν καὶ καθαιροῦσα πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ. Διὸ δὴ οὔτε Σίμωνος οὔτ' ἄλλου του τῶν τότε φυέντων συγκρότημά τι κατ' αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς ἀποστολικοὺς ὑπέστη χρόνους. Ὑπερενίκα γὰρ καὶ ὑπερίσχυε τὰ πάντα τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος, ὅ τε λόγος αὐτὸς ὁ θεῖος ἄρτι θεόθεν ἀνθρώποις ἐπιλάμψας ἐπὶ γῆς τε ἀκμάζων, καὶ τοῖς ἰδίοις ἀποστόλοις ἐμπολιτευόμενος. Αὐτίκα ὁ δηλωθεὶς γόης ὥσπερ ὑπὸ θείας καὶ παραδόξου μαρμαρυγῆς τὰ τῆς διανοίας πλήγεὶς ὄμματα, ὅτε πρότερον ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας ἐφ' οἷς ἐπονηρεύσατο πρὸς τοῦ ἀποστόλου Πέτρου κατεφωράθη, μεγίστην καὶ ὑπερπόντιον ἀπάρας πορείαν τὴν ἀπ' ἀνατολῶν, ἐπὶ δυσμὰς ᾤχετο φεύγων, μόνως ταύτῃ βιωτὸν αὐτῷ κατὰ γνώμην εἶναι οἰόμενος.

C

D

Hunc igitur tantorum scelerum auctorem atque architectum Simonem dæmon virtutis inimicus, et hominum saluti infestissimus his temporibus in medium produxit, ut magnis et admirabilibus Servatoris nostri apostolis par adversarius consisteret. Verum **52** cœlestis Dei gratia quæ ministris suis semper auxilio est, per eorumdem adventum ac præsentiam flammam illam a dæmone accensam subito restinxit, et superbiæ fastum ac tumorem qui se adversus Dei notitiam extulerat, dejecit ac depressit. Quocirca nec Simonis nec aliorum qui tunc temporis exorti sunt, conspiratio, apostolorum ætate quidquam valuit. Omnes enim machinas retundebat, cunctaque superabat splendor veritatis, Verbique ipsius divini potentia quod nuper hominibus affulserat, et tum maxime in terris vigebat, et in suorum apostolorum mentibus insidebat. Statim ergo præstigiator ille quem diximus, divinæ lucis insperato quodam splendore perculsus, simulatque in Judæa a Petro apostolo convictus est, omniaque ejus maleficia patefacta, longissime trans mare fugam arripuit, ab orientis partibus ad occasum profectus; neque aliter se libere et ex ani-

(49) *Θρησκεύειν ἐπιχειροῦντες.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni ἐγχειροῦντες. Et paulo post, ubi legitur ἔμπλεω τυγχάνει, iidem codices scriptum exhibent ἔμπλεα. In optimo tamen exemplari a Mazarino adnotatum est ad latus eadem manu: *Γρ. ἐπιχειροῦντες.*

(50) Vulg. *τοῖς αὐτοῖς συναιρομένη διακόνοις.* Ita ex codice Med. edidit Rob. Stephanus. Sed longe rectius in codice Regio, Mazar., Fuketiano et Savil. scribitur τοῖς αὐτῆς συναιρομένη, etc. Quin etiam Nicephorus hanc scripturam confirmat. Habet enim τοῖς ἐκείνης διακόνοις.

Digitized by Google

ani sui sententia victurum esse speravit. Tandem ad urbem Romam delatus, ope atque adjumento subsidentis ibidem dæmonis, brevi conatus suos tantopere promovit, ut illius civitatis homines ei tanquam deo statuam collocarint. Sed hæc non diu ex voto illi fluxerunt. Confestim enim ipsis Claudii Augusti temporibus, benigna et clementissima Dei providentia fortissimum et maximum inter apostolos Petrum et virtutis merito reliquorum omnium principem ac patronum Romam adversus illam generis humani labem ac pestem perducit. Qui tanquam strenuus divinæ militiæ ductor cœlestibus armis munitus, pretiosam illam lucis intelligibilis mercem ab oriente ad eos qui versus occasum habitabant, detulit : lucem ipsam et salutarem mentibus doctrinam, regnum scilicet cœlorum eis annuntians.

Ἐπιβὰς δὲ τῆς Ῥωμαίων πόλεως, συναιρομένης αὐτῷ τὰ μεγάλα τῆς ἐφεδρευούσης (51) ἐνταῦθα δυνάμεως, ἐν ὀλίγῳ τοσοῦτον τὰ τῆς ἐπιχειρήσεως ἤνυστο, ὡς καὶ ἀνδριάντος ἀναθέσει πρὸς τῶν τῇδε οἷα θεὸν τιμηθῆναι. Οὐ μὴν εἰς μακρὸν αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει. Παραπόδας γοῦν ἐπὶ τῆς αὐτῆς Κλαυδίου βασιλείας, ἡ πανάγαθος καὶ φιλανθρωποτάτη τῶν ὅλων Πρόνοια, τὸν καρτερὸν καὶ μέγαν τῶν ἀποστόλων, τὸν ἀρετῆς ἕνεκα τῶν λοιπῶν ἁπάντων προήγορον, Πέτρον, ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὡς ἐπὶ τηλικοῦτον λυμεῶνα βίου χειραγωγεῖ, ὃς οἷά τις γενναῖος τοῦ Θεοῦ στρατηγὸς τοῖς θείοις ὅπλοις φραξάμενος, τὴν πολυτίμητον ἐμπορείαν τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἐξ ἀνατολῶν τοῖς κατὰ δύσιν ἐκόμιζεν, φῶς αὐτὸ καὶ λόγον ψυχῶν σωτήριον, τὸ κήρυγμα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας εὐαγγελιζόμενος.

CAPUT XV.

De Evangelio secundum Marcum.

Igitur cum Dei doctrina Romanos adventu suo illustrasset, Simonis quidem vis ac potentia cum ipso simul auctore brevi exstincta atque deleta est. Tantus autem veritatis fulgor emicuit in mentibus eorum qui Petrum audierant, ut parum haberent semel audisse, **53** nec contenti essent cœlestis verbi doctrinam viva voce, nullis traditam scriptis accepisse : sed Marcum Petri sectatorem cujus hodieque exstat Evangelium, enixe orarent ut doctrinæ illius quam auditu acceperant, scriptum aliquod monumentum apud se relinqueret. Nec prius destiterunt quam hominem expugnassent, auctoresque scribendi illius quod secundum Marcum dicitur, Evangelii exstitissent. Quod cum Petrus per revelationem sancti Spiritus cognovisset, delectatus ardenti hominum studio, librum illum auctoritate sua comprobasse dicitur, ut deinceps in ecclesiis legeretur. Refertur id a Clemente in sexto *Institutionum* libro. Cui testis etiam accedit Papias, Hierapolitanus episcopus. Porro Marci mentionem fieri aiunt a

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου (Nic. *H. E.* II, 15).

Οὕτω δὴ οὖν ἐπιδημήσαντος αὐτοῖς τοῦ θείου λόγου, ἡ μὲν τοῦ Σίμωνος ἀπέσβη καὶ παραχρῆμα σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο (52) δύναμις, τοσοῦτο δ' ἐπέλαμψεν ταῖς τῶν ἀκροατῶν τοῦ Πέτρου διανοίαις εὐσεβείας φέγγος, ὡς μὴ τῇ εἰσάπαξ ἱκανῶς ἔχειν ἀρκεῖσθαι ἀκοῇ, μηδὲ τῇ ἀγράφῳ τοῦ θείου κηρύγματος διδασκαλίᾳ, παρακλήσεσι δὲ παντοίαις Μάρκον, οὗ τὸ Εὐαγγέλιον φέρεται, ἀκόλουθον ὄντα Πέτρου λιπαρῆσαι, ὡς ἂν καὶ διὰ γραφῆς ὑπόμνημα τῆς διὰ λόγου παραδοθείσης αὐτοῖς καταλείψοι διδασκαλίας, μὴ πρότερόν τε ἀνεῖναι, ἢ κατεργάσασθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ταύτῃ αἴτιους γενέσθαι τῆς τοῦ λεγομένου κατὰ Μάρκον Εὐαγγελίου γραφῆς. Γνόντα δὲ τὸ πραχθὲν φασὶ τὸν ἀπόστολον ἀποκαλύψαντος αὐτῷ τοῦ Πνεύματος, ἡσθῆναι τῇ τῶν ἀνδρῶν προθυμίᾳ, κυρῶσαί τε τὴν γραφὴν εἰς ἔντευξιν ταῖς ἐκκλησίαις. Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων (53) παρατέθειται τὴν ἱστορίαν, συνεπιμαρτυρεῖ δ' αὐτῷ καὶ ὁ Ἱεραπολίτης ἐπίσκοπος, ὀνόματι Παπίας. Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν (54) τὸν Πέτρον ἐν τῇ προτέρᾳ Ἐπιστολῇ, ἣν

(51) *Τῆς ἐφεδρευούσης.* Male hunc locum cepit Rufinus, sic enim vertit : *Is urbem Romam ingressus, utens adminiculo assistentis sibi et adhærentis dæmoniacæ virtutis, quam paredrum vocant.* Verum Eusebius loquitur de dæmone, qui in urbe Roma quasi in capite totius mundi, sedem ac domicilium posuerat. In codice Fuketiano et Saviliano legitur συνεδρευούσης.

(52) *Σὺν καὶ τῷ ἀνδρὶ καταλέλυτο.* Ex his Eusebii verbis perspicue colligitur, Simonis Magi interitum Romæ contigisse principatu Claudii Augusti. Nam Eusebius scribit Petrum regnante Claudio Romam venisse; statimque Simonis magicas artes Petri adventu discussas, et cum auctore ipso destructas fuisse. Eusebium secutus Symeon Metaphrastes, Simonis interitum Claudii temporibus accidisse scribit. At Baronius in *Annalibus*, et Sigonius in librum secundum *Historiæ sacræ Sulpicii Severi*, id Neronis temporibus accidisse contendunt: cujus rei auctores habent Severum, Augustinum, Philastrium et Maximum Taurinensem. Ego vero Eusebii sententiam veriorem puto. Cum enim constet ex Justino et Irenæo, Simonem sub Claudio Romam venisse et fraudulenta edidisse miracula; cumque etiam constet, Petrum ejusdem Claudii temporibus Romam se contulisse ad Simonis fraudes confutandas, verisimile non est Simonem tam diu, præsente atque astante Petro insultasse fidei Christianæ. Sed qui Simonis exitium in Neronis conferunt tempora, id fecisse videntur, ut triumphi de Simone acti particeps esset Paulus. Norant enim Paulum apostolum Nerone demum regnante venisse Romam. Itaque ut certamini illi Petri cum Simone interesset, certamen illud in Neronis tempora contulerunt. Porro de certamine illo et de Simonis volatu, nullum hic verbum dixit Eusebius. Silent etiam Irenæus et Justinus. Certe Icarius ille Simonis interitus, quomodo consentire possit cum statua illa *Simonis Sancti Dei*, equidem non video.

(53) *Κλήμης ἐν ἕκτῳ τῶν Ὑποτυπώσεων.* Locus Clementis quem hic designat Eusebius, refertur infra in libro VI *Historiæ ecclesiasticæ*, capite decimo quarto, ad quem locum, Deo juvante, plura dicturi sumus.

(54) *Τοῦ δὲ Μάρκου μνημονεύειν.* Hæc verba sic accepit Rufinus, quasi id a Papia relatum fuisset. Sic enim vertit : *Cuique simile dat testimonium etiam Hierapolites episcopus Papias : qui et hoc dicit, quod Petrus in prima Epistola sua Marci meminerit.* Eumdem sensum in interpretatione sua secutus est

Digitized by Google

καὶ συντάξαι φασὶν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης, σημαίνειν τε τοῦτ' αὐτὸν τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα (55) προσειπόντα διὰ τούτων· « Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. »

A Petro in priore Epistola, quam Romæ scriptam esse contendunt, idque Petrum ipsum innuere, qui Romam figurate Babylonem appellat his verbis : « Salutat vos Babylonis Ecclesia a Deo perinde ac vos electa, et Marcus filius meus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ὡς πρῶτος ὁ Μάρκος τοῖς κατ' Αἴγυπτον τὴν εἰς τὸν Χριστὸν γνῶσιν ἐκήρυξεν (Nic. *H. E.* II, 15).

Τοῦτον δὲ Μάρκον πρῶτόν φασιν ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον (56), τὸ Εὐαγγέλιον ὃ δὴ καὶ συνεγράψατο, κηρύξαι, ἐκκλησίας τε πρῶτον ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας συστήσασθαι. Τοσαύτη δ' ἄρα τῶν αὐτόθι πεπιστευκότων πληθὺς ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν ἐκ πρώτης ἐπιβολῆς συνέστη, δι' ἀσκήσεως φιλοσοφωτάτης τε καὶ σφοδροτάτης, ὡς καὶ γραφῆς αὐτῶν ἀξιῶσαι τὰς διατριβὰς καὶ τὰς συνηλύσεις, τά.τε B συμπόσια, καὶ πᾶσαν τὴν ἄλλην τοῦ βίου ἀγωγὴν τὸν Φίλωνα.

CAPUT XVI.

Quomodo Marcus notitiam Dei primus Ægyptiis prædicaverit.

Cæterum hunc Marcum in Ægyptum profectum, Evangelium quod ipse conscripserat, primum illic prædicasse perhibent, et in ipsa urbe Alexandria ecclesias constituisse. Tanta porro multitudo virorum simul ac mulierum qui fidem Christi illic amplexi fuerant, ab ipso statim initio tam severam tamque philosophicam institutionem professa est, ut studia illorum et cœtus atque convivia, totamque vivendi rationem scriptis suis commemorare operæ pretium duxerit Philo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Οἷα περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἀσκητῶν ὁ Φίλων ἱστορεῖ (Nic. *H. E.* II, 16, 17).

Ὃν καὶ λόγος ἔχει κατὰ Κλαύδιον ἐπὶ τῆς Ῥώμης εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν Πέτρῳ, τοῖς ἐκεῖσε τότε κηρύττοντι. Καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἂν εἴη τοῦτό γε, ἐπεὶ καὶ ὃ φαμεν σύγγραμμα εἰς ὕστερον καὶ μετὰ χρόνους αὐτῷ πεπονημένον, σαφῶς τοὺς εἰς ἔτι νῦν καὶ εἰς ἡμᾶς

CAPUT XVII.

Quæ Philo de ascetis in Ægypto commemoret.

Quem quidem Philonem fama est Claudii Augusti temporibus Romæ cum Petro qui verbum Dei illic prædicabat, familiarem congressum habuisse. Neque id certe a veritate abhorret. Nam et commentarius ille de quo loquimur, multis post annis ab

Musculus. Nos vero hæc verba a præcedentibus omnino sejunximus : quod etiam Hieronymus ante nos fecisse deprehenditur.

(55) *Τὴν πόλιν τροπικώτερον Βαβυλῶνα.* Romam Petrus figurate Babylonem vocavit, vel ob magnitudinem ac potentiam, vel propter impietatem, eo quod dæmonum cultui dedita tunc esset Roma perinde ac olim Babylon. Potest etiam alia ratio hujus cognominis afferri, quod scilicet ut Babylonii Judæos in servitutem redegerant, sic Romani tunc Judæos ditioni suæ subjecissent. Sunt qui in dicta Petri Epistola, Babylonis nomine non Romam, sed Babylonem ipsam quæ caput fuit Assyriorum, designari contendant. Verum hi omnium veterum Patrum testimonio refelluntur. Certe qui Petrum Babylone sedisse volunt, ostendant nobis oportet successionem episcoporum, qui Babylonis Ecclesiam post Petrum administrarunt. Proferant igitur fastos Ecclesiæ illius, sicut nos successiones episcoporum urbis Romæ qui post Petrum apostolum Romanæ Ecclesiæ præfuerunt, ex Irenæo aliisque proferimus. Quæ, malum, impudentia est, id quidem quod nemo veterum dixit, temere affirmare : Petrum scilicet sedem fixisse Babylone : id vero quod veteres omnes ecclesiastici scriptores disertissime prodiderunt, adventum videlicet Petri in urbem Romam, pertinaciter negare. Atqui nihil in tota historia ecclesiastica illustrius, nihil certius atque testatius, quam adventus Petri apostoli in urbem Romam. Nam præter Papiam et Clementem Alexandrinum quorum testimonia hic affert Eusebius, idem scribit Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem episcopum urbis Romæ, Irenæus, Caius presbyter in *Disputatione adversus Proclum*, Origenes in tomo III *Explanationum in Genesim*. Quorum omnium loca, id quod dixi affirmantium, sparsim in hoc opere citata reperiet diligens lector.

(56) *Μάρκον ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον.* Quo anno Marcus in Ægyptum profectus sit ad prædicandum Evangelium, non satis constat inter antiquos scriptores. Auctor *Chronici Alexandrini* id refert anno III Caii Caligulæ. Georgius quoque Syncellus in eadem est sententia. Eusebius autem in *Chronico*, Marci profectionem confert in annum secundum imp. Claudii. Sed si verum est id, quod Clemens et Papias retulerunt, Marcum una cum Petro venisse Romam, ibique rogatum a Romanis Evangelium conscripsisse ; priusquam de tempore profectionis Marci in Ægyptum dicamus, inquirendum est, quo anno Petrus in urbem Romam advenerit. Eusebius quidem in *Chronico*, Petri in urbem Romam adventum refert anno secundo Claudii Augusti, quam sententiam secuti sunt Baronius et Petavius, aliique plures. Sed hæc sententia refelli videtur ex Actibus apostolorum, ex quibus constat Petrum in Judæa ac Syria semper mansisse usque ad ultimum annum Agrippæ regis. Qui cum Hierosolymis Petrum in vincula conjecisset, paulo post, divina eum insequente justitia, exstinctus est Cæsareæ, ut refert Lucas. Cum igitur anno quarto Claudii mortuus sit Agrippa, ut inter omnes convenit, Petrus ante hunc annum Romam proficisci non potuit. Hanc opinionem valde confirmat Apollonius vetus scriptor, qui adversus Montani hæresim luculentis voluminibus decertavit. Is scribit se ex traditione majorum ita accepisse, apostolos post duodecimum ab Ascensione Domini annum a se invicem discessisse, cum Christus ita ipsis præcepisset. Verba Apollonii habentur *Historiæ ecclesiasticæ* Eusebii nostri lib. v, cap. 18. Idem refert Beda *in cap.* XII *Actuum apostolorum*. Sed auctor *Chronici Alexandrini* adventum Petri in urbem Romam adhuc tardius refert. Scribit enim Paulum venisse Hierosolyma ob controversiam de circumcisione anno sexto Claudii ; eoque anno celebratum esse concilium Hierosolymitanum, apostolis nondum a se invicem disjunctis. Itaque ex ejus sententia, Petrus non ante annum VII Claudii Romam profectus est. Sed dolendum est, quod in eo *Chronico* viginti circiter annorum lacuna est. Ita Marcus anno Claudii nono Alexandriam profectus fuerit, quæ est sententia Eutychii patriarchæ Alexandrini.

Digitized by Google

eo elaboratus, omnes ecclesiasticas regulas quæ a nobis etiamnum servantur, 54 manifeste continet. Et cum philosophorum ascetarumque nostrorum vitam describit, satis superque indicat se non modo vidisse, sed etiam vehementer probare et mirari apostolicos viros qui ex Hebræis, ut credibile est, oriundi, ob eam causam Judaicos ritus atque instituta tunc temporis magna ex parte servabant. Primum igitur in eo libro quem *De vita contemplativa* seu *De supplicibus* inscripsit, postquam nihil a veritate alienum narrationi quam instituisset de suo se attexturum esse professus est, viros quidem ipsos Therapeutas, feminas vero simul cum ipsis versantes Therapeutrias ait appellari, causamque istius appellationis subjungit, seu quod tanquam medici quidam, animos eorum qui ad ipsos accesserant, vitiosis affectibus liberatos curarent, seu quod ipsi divinum Numen caste ac sincere colerent. Porro utrum Philo ipse hanc illis appellationem indiderit, commentus vocabulum quod eorum hominum moribus institutisque congrueret; an revera

πεφυλαγμένους τῆς Ἐκκλησίας περιέχει κανόνας. Ἀλλὰ καὶ τὸν βίον τῶν παρ' ἡμῖν ἀσκητῶν (57) ὡς ἐνι μάλιστα ἀκριβέστατα ἱστορῶν, γένοιτ' ἂν ἔκδηλος, οὐκ εἰδὼς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀποδεχόμενος, ἐκθειάζων τε καὶ σεμνύνων τοὺς κατ' αὐτὸν ἀποστολικοὺς ἄνδρας, ἐξ Ἑβραίων ὡς ἔοικε γεγονότας, ταύτῃ τε Ἰουδαϊκώτερον τῶν παλαιῶν ἔτι τὰ πλεῖστα διατηροῦντας ἐθῶν. Πρῶτον γέ τοι τὸ μηδὲν πέρα τῆς ἀληθείας οἰκοθέν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ προσθήσειν, ἐν οἷς ἱστορήσειν ἐμελλεν (58) ἀπισχυρισάμενος, ἐν ᾧ ἐπέγραψε λόγῳ *Περὶ βίου θεωρητικοῦ* (59) ἢ *Ἱκετῶν*, θεραπευτὰς αὐτοὺς καὶ τὰς σὺν αὐτοῖς γυναῖκας θεραπευτρίδας ἀποκαλεῖσθαί φησι, τὰς αἰτίας ἐπειπὼν τῆς τοιᾶσδε προσρήσεως, ἤτοι παρὰ τὸ τὰς ψυχὰς τῶν προσιόντων αὐτοῖς. τῶν ἀπὸ κακίας παθῶν, ἰατρῶν δίκην ἀπαλλάττοντας ὀκεῖσθαι καὶ θεραπεύειν, ἢ τῆς περὶ τὸ θεῖον καθαρᾶς καὶ εἰλικρινοῦς θεραπείας τε καὶ θρησκείας ἕνεκα. Εἴτ' οὖν ἐξ ἑαυτοῦ ταύτην αὐτοῖς ἐπιτέθειται τὴν προσηγορίαν, οἰκείως ἐπιγράψας τῷ τρόπῳ τῶν ἀνδρῶν τοὔνομα, εἴτε καὶ ὄντως τοῦτ' αὐτοὺς ἐκάλουν καταρχὰς οἱ πρῶτοι, μηδαμῶς τῆς

(57) *Τῶν παρ' ἡμῖν ἀσκητῶν.* Musculus et Christophorsonus *monachos* his verbis significari existimarunt; a quibus magnopere dissentio. Ἀσκητάς enim priscis illis temporibus vocabant eos qui inter Christianos strictius quoddam ac durius vitæ genus profitebantur. Quam vocem a philosophis mutuati erant, qui exercitationem virtutis atque abstinentiæ ἄσκησιν vocabant. Est apud Arrianum in lib. III *Dissertationum*, caput *Περὶ ἀσκήσεως*. Sic apud Artemidorum in lib. IV, cap. 35, Alexander quidam philosophus Ἀσκητὴς vocatur. Et Philo in illud : *Excitatus est Noe*, pag. 280, ἀσκητὴν pietatis exercitiis deditum vocat. Recte igitur Rufinus hæc Eusebii verba, tam de clericis quam de monachis interpretatus est : *Sed et abstinentium vitas, eorum duntaxat, qui nunc in ecclesiis vel monasteriis degunt, describit ad liquidum.* Hæc si animadvertisset Scaliger, non tam facile reprehendisset Eusebium. Neque enim Eusebius monachos a Marco institutos esse dicit Alexandriæ, sed ascetas. Hi autem multum distant a monachis, ut genus distat a specie. Et ascetæ quidem in Ecclesia fuerunt semper; monachorum vero nomen et institutum serius cœpit. Scio Cassianum in lib. II *Institutionum*, capite 5, Sozomenum et alios, hunc Eusebii locum de monachis accepisse. Verum hi ab Eusebii mente, meo quidem judicio, long aberrarunt.

(58) Vulg. *προσθήσειν οἷς ἱστορήσειν ἐμελλεν.* Ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. aliter scribitur hic locus, οἰκοθέν τε καὶ ἐξ ἑαυτοῦ προσθήσειν, ἐν οἷς ἱστορήσειν ἐμελλεν ἀπισχυρισάμενος. Quæ quidem lectio rectior mihi videtur.

(59) *Περὶ βίου θεωρητικοῦ.* Exstat hodieque hic Philonis liber in quo disserit Philo de vita quorumdam philosophorum, qui, relictis civitatibus, in agro et solitudine degentes, orationibus et contemplationi vacabant, quos θεραπευτὰς dictos fuisse ait, et mulieres θεραπευτρίας. Hos Eusebius noster vult fuisse Christianos, qui ex Hebræis conversi ab evangelista Marco, strictiorem quamdam vivendi disciplinam fuerant amplexi. At Scaliger in lib. VI *De emendatione temporum*, Essenos illos fuisse contendit : et Eusebium graviter reprehendit, qui Christianos illos fuisse affirmaverit. Duo enim genera Essenorum fuisse scribit Scaliger; et alios quidem fuisse πρακτικούς, de quibus in priore libro disserit Philo; alios θεωρητικούς. Ego vero in hoc quidem libenter assentior Scaligero, quod θεραπευτὰς illos negat Christianos unquam fuisse. Idque paulo post pluribus argumentis demonstrabimus. Sed quod idem Scaliger dicit, illos Philonis θεραπευτὰς Essenos fuisse, id mihi persuadere non possum. Nam primum quidem Philo in toto illo libro *De vita contemplativa*, nusquam illos Essenos nominat. Imo statim in ipso libri exordio, θεραπευτὰς ait nuncupatos fuisse, et mulieres ejusdem instituti θεραπευτρίδας. Deinde Esseni quidem in Judæa tantum erant ac Palæstina, ut diserte scribit Philo, tum in libro *Quod omnis probus sit liber;* tum in *Apologia pro Judæis*, quam citat Eusebius in libro VIII *De præparatione*. Therapeutæ vero per omnem Græciam ac Barbariam diffusi erant. Sed præcipue in Ægypto circa Mareotem degebant, ut ait Philo, qui Mareoticam eorum patriam et quasi metropolim fuisse testatur, quo præstantissimus quisque Therapeutarum commigrabat. Denique Josephus, diligentissimus alioqui scriptor, cum de Essenorum secta duobus in locis ex professo disseruerit, tamen de illis θεωρητικοῖς Essenis ne verbum quidem dixit. Mitto quod Therapeutis illis multa attribuit Philo, quæ ab Essenorum secta longe abhorrent. Cujusmodi illud est quod de mulieribus therapeuticis dicit, cum tamen Philo diserte testetur Essenos muliebrem sexum aversari. Jam illud quod ait Philo, Therapeutas patrimonium suum propinquis et amicis sponte relinquere, an non manifeste pugnat cum eo quod Josephus affirmat, Essenos scilicet nihil propinquis suis donare, sed omnia in commune conferre. Fefellit Scaligerum Philonis locus, qui librum suum *De vita contemplativa* sic exordiatur : Ἐσσαίων πέρι διαλεχθεὶς οἳ τὸν πρακτικὸν ἐζήλωσαν καὶ διεπόνησαν βίον, ἐν ἅπασιν, ἢ τὸ γοῦν εὐφορητότερον εἰπεῖν τοῖς πλείστοις μέρεσι διενεγκόντες, αὐτίκα καὶ περὶ τῶν θεωρίαν ἀσπασαμένων λέξω. Scilicet Scaliger Ἐσσαίων, subaudiri existimavit. Sed nihil necesse est. At, inquies, quinam igitur fuerunt Therapeutæ? Judaicæ quidem religionis cultores illos fuisse non difficile, maxime cum Philo nihil præter legem ac prophetas, eos lectitasse dicat. Sed Essenos illos non fuisse, ex iis quæ dixi satis, ut opinor, liquet. Idem nobiscum sentit Photius in *Bibliotheca* cap. 103 : Ἀνεγνώσθησαν δὲ τῶν παρὰ Ἰουδαίοις φιλοσοφησάντων τήν τε θεωρητικὴν καὶ τὴν πρακτικὴν φιλοσοφίαν βίοι· ὧν οἱ μὲν Ἐσσηνοί, οἱ δὲ Θεραπευταὶ ἐκαλοῦντο.

Digitized by Google

Χριστιανῶν πω προσρήσεως ἀνὰ πάντα τόπον ἐπιπεφημισμένης (60), οὔτι πω διατείνεσθαι ἀναγκαῖον. Ὅμως δ' οὖν ἐν πρώτοις τὴν ἀπόταξιν αὐτοῖς τῆς οὐσίας μαρτυρεῖ, φάσκων ἀρχομένους φιλοσοφεῖν, ἐξίστασθαι τοῖς προσήκουσι τῶν ὑπαρχόντων, ἔπειτα πάσαις ἀποταξαμένους ταῖς τοῦ βίου φροντίσιν, ἔξω τειχῶν προελθόντας, ἐν μοναγρίοις καὶ κήποις τὰς διατριβὰς ποιεῖσθαι, τὰς ἐκ τῶν ἀνομοίων ἐπιμιξίας, ἀλυσιτελεῖς καὶ βλαβερὰς εὖ εἰδότας· τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τοῦθ' ὡς εἰκὸς ἐπιτελούντων ἐκθύμῳ καὶ θερμοτάτῃ πίστει, τῶν τὸν προφητικὸν ζηλοῦν ἀσκούντων βίον. Τοιγαροῦν κἀν ταῖς ὁμολογουμέναις τῶν ἀποστόλων Πράξεσιν ἐμφέρεται, ὅτι δὴ πάντες οἱ τῶν ἀποστόλων γνώριμοι, τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις διαπιπράσκοντες, ἐμέριζον ἅπασι καθ' ὅ ἄν τις χρείαν εἶχεν, ὡς μηδὲ εἶναί τινα ἐνδεῆ παρ' αὐτοῖς· ὅσοι γοῦν κτήτορες χωρίων ἢ οἰκιῶν ὑπῆρχον, ὡς ὁ λόγος φησί, πωλοῦντες ἔφερον τὰς τιμὰς τῶν πιπρασκομένων, ἐτίθεσάν τε παρὰ τοὺς πόδας τῶν ἀποστόλων, ὥστε διαδίδοσθαι ἑκάστῳ καθ' ὅ τι ἄν τις χρείαν εἶχεν. Τὰ παραπλήσια δὲ τούτοις μαρτυρήσας τοῖς δηλουμένοις ὁ Φίλων, συλλαβαῖς αὐταῖς ἐπιφέρει λέγων ταῦτα περὶ αὐτῶν οὕτω· « Πολλαχοῦ μὲν οὖν τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τὸ γένος. Ἔδει γὰρ ἀγαθοῦ τελείου μεταιχεῖν καὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον. Πλεονάζει δ' ἐν Αἰγύπτῳ καθ' ἕκαστον τῶν ἐπικαλουμένων νομῶν, καὶ μάλιστα περὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Οἱ δὲ πανταχόθεν ἄριστοι, καθάπερ εἰς πατρίδα θεραπευτῶν, ἀποικίαν στέλλονται (61) πρός τι χωρίον ἐπιτηδειότατον, ὅπερ ἐστὶν ὑπὲρ λίμνης Μαρίας κείμενον ἐπὶ χαμαιλωτέρου σφόδρα εὐκαίρως, ἀσφαλείας τε ἕνεκα καὶ ἀέρος εὐκρασίας. » Εἶθ' ἑξῆς τὰς οἰκήσεις αὐτῶν ὁποῖαί τινες ἦσαν διαγράψας, περὶ τῶν κατὰ χώραν ἐκκλησιῶν ταῦτά φησιν· « Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ, ἔστιν οἴκημα ἱερὸν ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι, τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, μηδὲν εἰσκομίζοντες, μὴ ποτὸν, μὴ σιτίον, μήτε τι τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς τὰς τοῦ σώματος χρείας ἀναγκαῖα, ἀλλὰ νόμους καὶ λόγια θεσπισθέντα διὰ προφητῶν καὶ ὕμνους, καὶ τἄλλα οἷς ἐπιστήμη καὶ εὐσέβεια συναύξονται καὶ τελειοῦνται. » Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· « Τὸ δὲ ἐξ ἐωθινοῦ μέχρις ἑσπέρας διάστημα σύμπαν αὐτοῖς ἐστιν ἄσκησις. Ἐντυγχάνοντες γὰρ τοῖς ἱεροῖς γράμμασι, φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν (62) ἀλληγοροῦντες, ἐπειδὴ σύμβολα τὰ τῆς ῥητῆς ἑρμηνείας νομίζουσιν ἀποκεκρυμμένης φύσεως, ἐν ὑπονοίαις δηλουμένης (63).

A ab initio ita vocati sint, cum Christianorum nomen nondum ubique diffusum ac pervulgatum esset, nihil opus est pertinaciter contendere. Cæterum ante omnia quidem facultates suas illos abjicere testatur. Ait enim simul atque ad hoc philosophandi genus se contulerint, omnibus eos bonis ad propinquos suos transmissis ultro cedere. Deinde abjecta omni rerum humanarum cura, extra urbem progressos, in hortis agellisque deviis degere : quippe qui intelligant dissimilis propositi hominum contubernia et commercia plurimum obesse philosophiæ. Quod quidem illius temporis Christiani generoso quodam ac divino fidei ardore succensi instituisse mihi videntur, cum propheticam vivendi rationem æmulari studerent. Etenim in Actibus B apostolorum, qui nihil præter sinceram veritatem continent, scriptum habetur, omnes apostolorum discipulos prædiis et facultatibus suis venditis, pretium fratribus prout cujusque necessitas flagitabat, divisisse, adeo ut inter ipsos nemo egenus exsisteret. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, ut ait Lucas, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebantur, et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat. His plane similia de Therapeutis postquam Philo **55** testatus est, tum ista ad verbum subjungit : « Id genus hominum in variis orbis regionibus sparsum reperitur. Græcos enim et barbaros tanti boni participes fieri decebat. Floret tamen præcipue in Ægypto, per singulas ejus C præfecturas diffusum, maxime vero circa Alexandriam. Cæterum ex omnibus terræ partibus optimi quique in locum quemdam opportunissimum, qui est trans Mariam paludem in colle terreno satis humili situs, et tum propter securitatem, tum ob cœli temperiem commodissimus, tanquam in patriam Therapeutarum migrant. » Illinc postquam cujusmodi essent illorum domicilia descripsit, de ecclesiis quas variis in locis exstructas habent, ita dicit : « In singulis autem domiciliis est quoddam sacellum quod semneum et monasterium appellatur. In quo soli, remotis arbitris, sanctioris vitæ mysteria peragunt. Nec cibum potumve, nec eorum quæ ad corporis curam pertinent quidquam eo secum D inferunt : sed legem duntaxat et prophetarum oracula hymnosque et alia hujusmodi, quibus pietas simul ac scientia augentur et consummantur. »

(60) *Ἐπιπεφημισμένης*. In tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuk. scriptum inveni ἐμπεφημισμένης.

(61) *Εἰς πατρίδα ἀποικίαν στέλλονται*. Hic improprie loquitur Philo. Nam coloni ex patria, potius quam in patriam migrare dicuntur. Et tamen figura est non inelegans, ἀποικίαν εἰς πατρίδα στέλλεσθαι. Nam Therapeutæ qui, relicta patria, in Ægyptum ad pagum Mareoticum commigrabant, merito dicuntur in coloniam mitti. Jam vero cum iidem Therapeutæ locum illum pro patria habuerint, recte dicuntur in patriam migrasse, cum illuc proficiscerentur.

(62) *Φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν*. Ita ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in codice Maz. ac Med. scriptum inveni τὴν πάτριον φιλοσοφοῦσι σοφίαν. In codice autem Fuk. legitur τὴν πάτριον φιλοσοφοῦσι φιλοσοφίαν. Quod mihi quidem rectius videtur. Sic enim Philo loqui solet de Judæis, ut in lib. III *De vita Mosis*, εἰσέτι νῦν φιλοσοφοῦσι ταῖς ἑβδόμαις Ἰουδαῖοι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν· et in *Legatione ad Caium*, καὶ μάλιστα ταῖς ἑβδόμαις, ὅτε δημοσίᾳ τὴν πάτριον παιδεύονται φιλοσοφίαν.

(63) Vulg. *ἐν ὑποκοίαις δηλούμενα*. In Philone et in codice Maz., Med. et Fuk. et Savil. legitur δηλουμένης rectius. Porro quid significet ὑπονοίας vocabulum, paucis notum esse arbitror. Antiquiores Græci ὑπονοίας vocabant, quas recentiores ἀλληγορίας dixere, cum scilicet aliud dicitur, aliud in-

Digitized by Google

Paucis deinde interpositis hæc subjungit : « Totum vero, inquit, diei spatium quod ab ortu solis ad vesperam interjacet, in meditatione philosophiæ traducunt. Sacra enim volumina lectitantes philosophantur more patrio, præcepta sapientiæ a majoribus tradita allegorice explicando. Quippe existimant verba ipsa nihil aliud esse quam imagines et signa rerum abditarum, quæ per allegorias declarandæ sint. Sunt etiam apud eos commentarii veterum quorumdam, qui sectæ illius auctores, quam plurima eis monumenta doctrinæ illius quæ in allegoriis posita est, reliquerunt. Quibus isti tanquam exemplaribus utentes, morem hunc institutumque imitantur. » Hæc certe ab eo homine videntur dicta, qui nostros sacras litteras exponentes audiverit. Quos autem ait penes illos fuisse veterum quorumdam commentarios, verisimile est ipsa esse Evangelia et apostolorum scripta, et expositiones quasdam veterum prophetarum : cujusmodi plures tum in aliis Pauli Epistolis, tum in illa quæ ad Hebræos scripta est, continentur. Postmodum vero de novis psalmis qui ab iisdem componuntur, ita scribit Philo : « Ita, inquit, non solum **56** contemplationi vacant, sed etiam cantica hymnosque ad Dei laudem componunt omni metrorum ac modulationum genere. Quos quidem gravioribus ut par est, numeris conscribunt. » Multa quoque alia de iisdem in eo quem dixi libro commemorat. Sed hæc maxime seligenda et excerpenda esse duxi, quibus ecclesiasticæ disciplinæ forma quædam et imago descripta est. Quod si quis ea quæ a Philone dicta sunt, evangelicæ disciplinæ nequaquam propria esse, sed aliis etiam præter illos quos dixi competere posse existimat, is certe sequentibus Philonis verbis fidem adhibeat, in quibus, dummodo æquus rerum æstimator sit, certissimum et extra omnem controversiam positum illius rei testimonium reperiet. Sic autem scribit : « Postquam, intelligitur. Docet id Plutarchus in libro *Quomodo legendi sint poetæ :* Ἔχει δὲ ἀναθεώρησιν ὠφέλιμον ἐπὶ τῶν διαβεβλημένων μάλιστα μύθων· οὓς ταῖς πάλαι μὲν ὑπονοίαις, ἀλληγορίαις δὲ νῦν λεγομέναις παραβιαζόμενοι, etc. Ita certe apud Platonem sumitur ὑπόνοια in lib. II *De republica*, sub finem ; et apud Philonem infra.

(64) *Συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, οἳ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγέται.* Jam supra docuimus, Philonis Therapeutas diversos ab Essenis fuisse. Restat nunc ut probemus, eos non fuisse Christianos, ut sibi aliisque persuasit Eusebius. Undenam vero id probare certius possumus, quam ex hoc Philonis loco quem præ manibus habemus. Ait igitur Philo, habuisse Therapeutas scripta veterum quorumdam suæ sectæ auctorum, qui legem allegorice exposuissent. Quomodo hæc de Christianis accipi possunt, qui tum novelli erant et nudiustertius nati? Quænam rogo sunt scripta illa ; quinam vetusti auctores et principes illius sectæ ? Non certe prophetarum libri. Hos enim diserte ab illis separat Philo. Respondebit Eusebius esse forsitan Evangelia et Epistolas apostolorum ; sed hæc vixdum scripta erant Philonis ætate : nedum ut apostoli et evangelistæ pro vetustis auctoribus haberi etiamtum possent, præsertim a Philone, qui et apostolicorum temporum fuit æqualis, et cum Petro familiariter Romæ versatus est, si Eusebio credimus. An non ex his aperte colligitur, Philonem eo in libro de Christianis non loqui? Sunt et alia argumenta ex quibus idem probari potest, ut cum dicit Philo Therapeutas bis tantum quotidie preces fecisse, oriente scilicet sole et occidente : quasi vero primi Christiani non tertia, sexta et nona hora, ut in Actibus legitur, et singulis non diei modo, sed et noctis horis Deum oraverint. Item quod ait Therapeutas hymnos et cantica vario metrorum genere in honorem Dei composuisse, cadere non potest in primævos illos Christianos. Serius enim novos hymnos contexere cœperunt, post Antoninorum scilicet tempora, cum viri docti sese ad nostram religionem applicuissent. Jam vero quod scribit Philo, Therapeutas per universum prope orbem diffusos fuisse, sed potissimum in Ægypto frequentes fuisse, et Mareoticam præfecturam fuisse illis instar patriæ, in quam præstantissimi quique illorum relictis patriis sedibus migrare soliti essent, quomodo de Christianis dici potest, qui et paucissimi tunc erant, nec patriam sibi ullam esse præter cœlestem Jerusalem existimabant?

(65) *Ἐθισθέντες.* Aut hæc vox delenda est, aut adjicienda sunt, quæ sequuntur in Philone ἐθισθέντες ὥσπερ φασὶ τὸ τῶν τεττίγων γένος ἀέρι τρέφεσθαι.

Ἔστι δ' αὐτοῖς καὶ συγγράμματα παλαιῶν ἀνδρῶν, οἳ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἀρχηγέται (64) γενόμενοι, πολλὰ μνημεῖα τῆς ἐν τοῖς ἀλληγορουμένοις ἰδέας ἀπέλιπον, οἷς καθάπερ τισὶν ἀρχετύποις χρώμενοι, μιμοῦνται τῆς προαιρέσεως τὸν τρόπον. » Ταῦτα μὲν οὖν ἔοικεν εἰρῆσθαι τῷ ἀνδρὶ, τὰς ἱερὰς ἐξηγουμένων ἐπακροασαμένῳ Γραφάς. Τάχα δ' εἰκὸς ἃ φησιν ἀρχαίων παρ' αὐτοῖς εἶναι συγγράμματα, τά τε Εὐαγγέλια καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων γραφὰς [τυγχάνειν], διηγήσεις τε τινὰς κατὰ τὸ εἰκὸς τῶν πάλαι προφητῶν ἑρμηνευτικὰς, ὁποίας ἥ τε πρὸς Ἑβραίους, καὶ ἄλλαι πλείους τοῦ Παύλου περιέχουσιν ἐπιστολαὶ, ταῦτα εἶναι. Εἶτα πάλιν ἑξῆς περὶ τοῦ νέους αὐτοῖς ποιεῖσθαι ψαλμοὺς οὕτως γράφει· « Ὥστ' οὐ θεωροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα καὶ ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν, διὰ παντοίων μέτρων καὶ μελῶν ῥυθμοῖς σεμνοτέροις ἀναγκαίως χαράσσοντες. » Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα περὶ ὧν ὁ λόγος, ἐν ταὐτῷ διέξεισιν, ἐκεῖνα δ' ἀναγκαῖον ἐφάνη δεῖν ἀναλέξασθαι, δι' ὧν τὰ χαρακτηριστικὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀγωγῆς ὑποτίθεται. Εἰ δέ τῳ μὴ δοκεῖ τὰ εἰρημένα ἴδια εἶναι τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας, δύνασθαι δὲ καὶ ἄλλοις παρὰ τοὺς δεδηλωμένους ἁρμόττειν, πειθέσθω κἂν ἀπὸ τῶν ἑξῆς αὐτοῦ φωνῶν, ἐν αἷς ἀναμφίρικτον εἰ εὐγνωμοσύνη, κομίσεται τὴν περὶ τοῦδε μαρτυρίαν. Γράφει γὰρ ὧδε· « Ἐγκράτειαν δ' ὥσπερ τινὰ θεμέλιον προκαταβαλλόμενοι τῇ ψυχῇ, τὰς ἄλλας ἐποικοδομοῦσιν ἀρετάς. Σιτίον γὰρ ἢ ποτὸν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν προσενέγκαιτο πρὸ ἡλίου δύσεως, ἐπεὶ τὸ μὲν φιλοσοφεῖν φωτὸς ἄξιον κρίνουσιν εἶναι, σκότους δὲ τὰς τοῦ σώματος ἀνάγκας, ὅθεν τῷ μὲν ἡμέραν, ταῖς δὲ νυκτὸς βραχύ τι μέρος ἀπένειμαν. Ἔνιοι δὲ καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν ὑπομιμνήσκονται τροφῆς, οἷς πλείων ὁ πόθος ἐπιστήμης ἐνίδρυται, τινὲς δ' οὕτως ἐνευφραίνονται καὶ τρυφῶσιν ὑπὸ σοφίας ἐστιώμενοι πλουσίως καὶ ἀφθόνως τὰ δόγματα χορηγούσης, ὡς καὶ πρὸς διπλασίονα χρόνον ἀντέχειν καὶ μόγις δι' ἓξ ἡμερῶν ἀπογεύεσθαι τροφῆς ἀναγκαίας ἐθισθέντες (65). » Ταύτας

Digitized by Google

τοῦ Φίλωνος σαφεῖς καὶ ἀναντιῤῥήτους περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὑπάρχειν ἡγούμεθα λέξεις. Εἰ δ' ἐπὶ τούτοις ἀντιλέγων τις ἔτι σκληρύνοιτο, καὶ οὕτως ἀπαλλαττέσθω τῆς δυσπιστίας, ἐναργεστέραις πειθαρχῶν ἀποδείξεσιν, ἃς οὐ παρά τισιν, ἢ μόνῃ τῇ τῶν Χριστιανῶν εὑρεῖν ἔνεστι κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον θρησκείᾳ. Φησὶ γὰρ τοῖς περὶ ὧν ὁ λόγος, καὶ γυναῖκας συνεῖναι ὧν αἱ πλεῖσται γηραλέαι τυγχάνουσι παρθένοι, τὴν ἁγνείαν οὐκ ἀνάγκῃ, καθάπερ ἔνιαι τῶν παρ' Ἕλλησιν ἱερειῶν, φυλάξασαι μᾶλλον, ἢ καθ' ἑκούσιον γνώμην, διὰ ζῆλον καὶ πόθον σοφίας ᾗ συμβιοῦν σπουδάσασαι, τῶν περὶ τὸ σῶμα ἡδονῶν ἠλόγησαν, οὐ θνητῶν ἐκγόνων, ἀλλ' ἀθανάτων ὀρεχθεῖσαι, ἃ μόνη τίκτειν ἀφ' ἑαυτῆς οἷα τε ἐστὶν ἡ θεοφιλὴς ψυχή. Εἶθ' ὑποκαταβὰς ἐμφαντικώτερον ἐκτίθεται καὶ ταῦτα· « Αἱ δ' ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων γίνονται αὐτοῖς δι' ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις. Ἅπασα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐοικέναι ζώῳ, καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς λέξεις, ψυχὴν δὲ τὸν ἐναποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν, ὃν ἥρξατο διαφερόντως ἡ θρησκεία αὕτη θεωρεῖν, ὡς διὰ κατόπτρου τῶν ὀνομάτων, ἐξαίσια κάλλη νοημάτων ἐμφαινόμενα κατιδοῦσα. » Τί δεῖ τούτοις ἐπιλέγειν τὰς ἐπὶ ταὐτὸν συνόδους, καὶ τὰς ἰδίᾳ μὲν ἀνδρῶν, ἰδίᾳ δὲ γυναικῶν ἐν ταὐτῷ διατριβάς, καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν, ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων ἐκτελεῖν εἰώθαμεν. Ἅπερ ἐπακριβὲς τὸν αὐτὸν (66) ὃν καὶ εἰς δεῦρο τετήρηται παρὰ μόνοις ἡμῖν τρόπον, ἐπισημηνάμενος ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ, τῇ ἰδίᾳ παραδέδωκε γραφῇ· καὶ μάλιστα τὰς τῆς μεγάλης ἑορτῆς (67) πανυχίδας (68), καὶ τὰς ἐν ταύταις ἀσκήσεις, τοὺς

quit, temperantiam tanquam fundamentum aliquod in animis suis jecerunt, reliquas deinceps virtutes superstruunt. Cibum enim potumque nemo illorum ante solis occasum unquam sumpserit. Quippe philosophiæ studium luci convenire : curam autem corporis tenebris dignam esse existimant. Itaque illi quidem studio totum diem, corporis autem necessitatibus exiguam noctis partem deputarunt. Nonnulli eorum toto triduo cibum capere omittunt, dum ardentiori discendi cupiditate rapiuntur. Quidam vero tam incredibili voluptate, tantisque deliciis perfunduntur, dum pascuntur epulis sapientiæ, quæ salubria ipsis præcepta tanquam opiparum convivium apponit, ut duplo diutius famem perferant, ac vix sexto die necessarium cibum degustent. » Hæc Philonis verba de primis nostræ religionis viris perspicue et absque ulla dubitatione dicta esse arbitror. Quod si quis adhuc pertinaciter his refragari voluerit, is manifestioribus convictus indiciis, quæ non alibi quam in Christianorum religione ad Evangelii normam composita reperiuntur, pertinaciam suam tandem abjiciat. Ait igitur Philo cum his viris de quibus jam diximus, versari etiam feminas quasdam, quarum plurimæ ad extremam usque senectutem virgines manent. Quæ quidem non coactæ necessitate ut pleræque apud Græcos sacerdotes, sed sua sponte castitatem corporis custodierunt, illectæ amore ac desiderio sapientiæ; in cujus complexu ac contubernio dum vitam omnem traducere cupiunt, sprevere corporis voluptates, nec perituros partus concupiverunt, sed potius immortales fœtus. Quos omnibus solus animus divino Numini dicatus et acceptus ex seipso edere potest. **57** Multis deinde interjectis, disermat Eusebius. Omitto choreas et saltationes Therapeutarum in illis pervigiliis, quæ potius ad Bacchanalium insaniam, quam ad Christianam sobrietatem pertinent; licet Philo, utpote gentis suæ philosophis favens, ejusmodi furorem sacrum ac sobrium nominet.

(66) *Ἐπακριβὲς τὸν αὐτόν.* Paulo aliter nostri codices Maz., Med. et Fuk., qui ita scriptum exhibent : ἃ καὶ ἐπακριβέστερον αὐτὸς ὃν καὶ εἰς δεῦρο, etc.

(67) *Τῆς μεγάλης ἑορτῆς πανυχίδας.* Intelligit totam illam hebdomadem quæ Paschales ferias præcedit, quam Μεγάλην Ἑβδομάδα Græci Patres appellant. Epiphanius in hæresi Nazaræorum vocat ἑβδομάδα τῶν Πάσχων, ut et Cyrillus in Homiliis Paschalibus. Ex quo discimus, hebdomadem illam in Alexandrina Ecclesia a secunda duntaxat feria incepisse. Ait autem Epiphanius Philonem per eos dies venisse ad monasteria Therapeutarum quos ipse Jessæos nominat. Verum in Philonis libro nulla fit mentio Paschalis solemnitatis. Meminit quidem Philo τῆς Μεγάλης Ἑορτῆς, ubi scribit Therapeutas seorsum vixisse in monasteriis, septimo autem quoque die in unum convenire solitos : post dies vero septies septenos convivia frugalissima celebrasse cum choreis et canticis in honorem Dei compositis. Quippe eos septenarium numerum coluisse; nec solum simplicem hebdomadem in honore habuisse, verum etiam repetitam ac per se multiplicatam, quippe quæ vigilia sit seu προσόρτιος magnæ festivitatis, Pentecostes videlicet. Hæc sunt Philonis verba, quæ profecto nihil faciunt pro Eusebio. Nam primum quidem Philo hebdomadis nomine Sabbatum intelligit, quod Therapeutæ religiose colebant ex Mosis præcepto, ut tradit Philo. At hoc longe abhorret a Christianorum ritu, qui non Sabbata, sed dies Dominicos celebrabant. Deinde Μεγάλης Ἑορτῆς vocabulo Pentecostem designari ipsemet testatur, non autem Pascha, ut affir-

(68) *Πανυχίδας.* Paulo supra διανυκτερεύσεις pro eodem dixit : Καὶ τὰς ἐξ ἔθους εἰσέτι καὶ νῦν πρὸς ἡμῶν ἐπιτελουμένας ἀσκήσεις, ἃς διαφερόντως κατὰ τὴν τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτὴν, ἐν ἀσιτίαις καὶ διανυκτερεύσεσιν, προσοχαῖς τε τῶν θείων λόγων, etc. Qui locus imprimis notandus est, utpote ex quo antiquitas jejunii Paschalis manifestissime ostenditur. Quamvis enim concedamus, Philonis locum ex libro *De vita contemplativa*, de Christianis non esse intelligendum, ex interpretatione tamen Eusebii hoc colligimus : Eusebium non dubitasse quin Paschale jejunium Marci evangelistæ temporibus jam tum in Ecclesia celebraretur. Cæterum ut ad πανυχίδας seu *pervigilia* Paschalis festi redeamus, de iisdem loquitur Eusebius cap. 9, l. VI, ubi agit de miraculis Narcissi Hierosolymorum episcopi; et in libro IV *De vita Constantini*, c. 22, τὴν ἱερὰν διανυκτέρευσιν appellat. Epiphanius in epilogo operis *De hæresibus*, has vigilias varie in Ecclesia observatas esse testatur. Plerique enim per sex illos dies qui Pascha præcedunt, pervigilia celebrabant. Alii quinta duntaxat feria et Sabbato vigilias agebant, ἀγρυπνίαις δὲ διατελοῦσι τὰς ἕξ, etc.; et paulo post, ἔν τισι δὲ τόποις, τὴν μετὰ τὴν πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν, ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον, καὶ τὴν κυριακὴν μόνας. Qui locus cum mutilus sit, ita mihi supplendus videtur, τὴν μετὰ τὴν

Digitized by Google

tius adhuc loquitur his verbis : « Expositiones autem, inquit, sacrorum voluminum ab iis fiunt figurate per allegorias. Universam enim legem similem esse existimant animali : et verba quidem ipsa corporis instar esse ; occultum autem sensum qui sub verbis latet, animæ speciem quamdam habere. Quem quidem sensum hæc secta scrutari et contemplari primitus instituit, in verbis ipsis velut in speculo quodam, admirabilem sententiarum pulchritudinem contuens. Quid præterea hic attinet commemorare cœtus et virorum ac mulierum seorsum degentium studia atque exercitationes, quæ apud nos etiam num in usu sunt, præcipue circa diem festum Dominicæ passionis, quo tempore jejuniis atque vigiliis, et sacrorum librorum lectioni impensius vacare consuevimus. » Quæ omnia vir ille toties jam nominatus, eodem plane modo quo a nobis solis hodieque observantur, accurate notata, scriptis suis tradidit, atque in primis pervigilia magnæ solemnitatis, piasque in iisdem exercitationes, et hymnos qui a nobis recitari solent, commemorat. Et quo pacto, cum unus quispiam modulate ac decenter psalmum canere exorsus fuerit, cæteri cum silentio auscultantes, extremas duntaxat hymnorum partes simul concinant. Utque per illos dies humi in stramentis recubantes, a vino quidem, ut ejus verbis utar, penitus abstineant, neque carnes ullas degustent : sola autem aqua ad potum utantur, neque ad panem aliud quidquam adhibeant præter sal atque hyssopum. Ad hæc gradus atque ordinem præsidentium describit, eorum videlicet qui ecclesiastica obeunt munera : tum ministeria diaconorum : postremo episcopatus apicem omnibus antistantem. Quæ si quis accuratius nosse desiderat, ex ipso Philonis libro discere poterit. Cæterum quin dum ista scriberet Philo, primos illos evangelicæ doctrinæ prædicatores, et ab apostolis primum traditam disciplinam in mente habuerit, nemini dubium esse arbitror.

τε λέγεσθαι εἰωθότας πρὸς ἡμῶν ὕμνους ἱστορῶν, καὶ ὡς ἑνὸς μετὰ ῥυθμοῦ κοσμίως ἐπιψάλλοντος, οἱ λοιποὶ καθ' ἡσυχίαν ἀκροώμενοι, τῶν ὕμνων τὰ ἀκροτελευτια συνεξηχοῦσιν, ὅπως τε κατὰ τὰς δεδηλωμένας ἡμέρας ἐπὶ στιβάδων χαμευνοῦντες, οἴνου μὲν τοπαράπαν, ὡς αὐτοῖς ῥήμασιν ἀνέγραψεν, οὐκ ἀπογεύονται, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἐναίμων τινὸς, ὕδωρ δὲ μόνον αὐτοῖς ἐστι τὸ ποτὸν, καὶ προσόψημα μετ' ἄρτου ἅλες καὶ ὕσσωπον. Πρὸς τούτοις γράφει τὸν τῆς προστασίας τρόπον (69), τῶν τὰς ἐκκλησιαστικὰς λειτουργίας ἐγχεχειρισμένων, διακονίας τε καὶ τὰς ἐπὶ πᾶσιν ἀνωτάτω τῆς ἐπισκοπῆς προεδρίας. Τούτων δ' ὅτῳ πόθος ἔνεστι τῆς ἀκριβοῦς ἐπιστάσεως, μάθοι ἂν ἐκ τῆς δηλωθείσης τοῦ ἀνδρὸς ἱστορίας. Ὅτι δὲ τοὺς πρώτους κήρυκας τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας, τά τε ἀρχῆθεν πρὸς τῶν ἀποστόλων ἔθη παραδεδομένα καταλαβὼν ὁ Φίλων ταῦτ' ἔγραφε, παντί τῳ δῆλον.

58 CAPUT XVIII.

Qui Philonis libri ad nos pervenerint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὅσα τοῦ Φίλωνος εἰς ἡμᾶς περιῆλθε συγγράμματα (Nic. *H. E.* II, 17, 18).

Hic porro vir in dicendo copiosus, in sententiis locuples, in divinæ Scripturæ intelligentia sublimis atque excelsus, variam ac multiplicem sacrorum voluminum expositionem edidit. Ac primo quidem scripsit *in Genesin*, cuncta quæ illic commemorantur, ordine explanans : quos libros *sacrarum legum Allegoriam* inscripsit. Deinde vero capita quædam sacræ Scripturæ quæ difficultatem habere videntur, singillatim exposuit, objectiones earumque solutiones apponens. Quos similiter libros *Quæstionum ac Solutionum in Genesin et in Exodum* titulo prænotavit. Sunt præterea ab eodem seorsum conscripti de diversis argumentis tractatus : verbi gratia, *De agricultura libri duo*, totidemque, *De temulentia*, et alia plurima opuscula variis pro cujusque argumento titulis insignita. Inter quæ est illud *De rebus quas mens sobria optat et quas exsecratur*. Item *De con-*

Πολύς γε μὴν τῷ λόγῳ, καὶ πλατὺς ταῖς διανοίαις (70), ὑψηλός τε καὶ μετέωρος ἐν ταῖς εἰς τὰς θείας Γραφὰς θεωρίαις γεγενημένος, ποικίλην καὶ πολύτροπον τῶν ἱερῶν λόγων πεποίηται τὴν ὑφήγησιν· τοῦτο μὲν εἰρμῷ καὶ ἀκολουθίᾳ, τὴν τῶν *εἰς τὴν Γένεσιν* διεξελθὼν *πραγματείαν*, ἐν οἷς ἐπέγραψε *νόμων ἱερῶν Ἀλληγορίας*, τοῦτο δὲ, κατὰ μέρος διαστολὰς κεφαλαίων τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς ζητουμένων, ἐπιστάσεις τε καὶ διαλύσεις ποιούμενος ἐν οἷς καὶ αὐτοῖς κατηλλήλως *τῶν ἐν Γενέσει καὶ τῶν ἐν Ἐξαγωγῇ ζητημάτων* τε καὶ *λύσεων* τεθειται τὴν ἐπιγραφήν. Ἔστι δ' αὐτῷ παρὰ ταῦτα, προβλημάτων τινῶν ἰδίως πεπονημένα σπουδάσματα. Οἷά ἐστι τὰ *Περὶ γεωργίας δύο*, καὶ *τὰ Περὶ μέθης* τοσαῦτα, καὶ ἄλλα ἄττα διαφόρου καὶ οἰκείας ἐπιγραφῆς ἠξιωμένα. Οἷος *Περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται* (71) *καὶ καταρᾶται*, καὶ ὁ *Περὶ φυγῆς καὶ εὑρέ-*

πέμπτην ἀγρυπνοῦσιν ἐπιφώσκουσαν εἰς τὸ προσάββατον, καὶ τὴν μετὰ τὸ σάββατον ἐπιφώσκουσαν εἰς τὴν κυριακὴν μόνας. Ac fortasse etiam plura desunt in illo Epiphanii loco. Nam et nocte illa quæ Parascevem sequitur, Christiani vigilabant, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi 18, διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας.

(69) *Τὸν τῆς προστασίας τρόπον*. Presbyteros intelligit, de quibus Philo in dicto libro *De vita contemplativa*, pag. 899 editionis Parisiensis.

(70) *Πλατὺς ταῖς διανοίαις*. Rufinus legisse videtur βαθύς, vertit enim *in sensibus profundissimus*. Nicephorus tamen et scripti codices vulgatam lectionem tuentur. Paulo post nostri codices Maz., Med. ac Fuk. vocem interserunt hoc modo, ὑψηλός τε ὢν καὶ μετέωρος.

(71) *Περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται*. Hic Philonis liber hodie non exstat. Nam quod Nicolaus Faber ad oram codicis sui adnotaverat, forte scribendum esse *Περὶ τοῦ Ἐξένηψε Νωε*, id equidem probare non possum, licet in eo libro agat Philo de votis et imprecationibus. Apud Suidam liber hic Philonis inscribitur *Περὶ ὧν κατὰ νοῦν τις εὔχεται εἰς*. Sophronius vero sic habet : *Περὶ ὧν κατὰ νοῦν*

Digitized by Google

σεως (72), καὶ ὁ *Περὶ τῆς πρὸς τὰ παιδεύματα συν-* A *fusione linguarum.* Est et alius *De fuga et inventione.* Item *De congressu et consuetudine cum humanioribus disciplinis.* Præterea *Quis rerum divinarum hæres sit,* seu *De divisione in partes æquales et inæquales.* Item *De tribus virtutibus quas cum aliis Moses descripsit.* Est insuper alius liber *De nominum mutatione, et quas ob causas nomina immutantur.* In quo libro de duobus Testamentis primo ac secundo se scripsisse testatur. Est et alius liber *De migratione.* Item *De vita sapientis qui per justitiam consummatus est,* seu *De legibus non scriptis:* et alter *De gigantibus;* tum *Quod Deus sit immutabilis.* Adde his libros quinque *De eo quod somnia immittantur a Deo,* ex sententia Mosis. Atque hi sunt libri ab illo *in Genesin* conscripti, qui ad nos pervenerunt. *In Exodum* vero quinque libros *Quæstionum et Solutionum* ab eo scriptos vidimus. Item *De tabernaculo, De decem præceptis.* Sunt et quatuor ejus libri *De specialibus legibus* quæ ad summa Decalogi capita referuntur. Alius item *De animalibus quæ sacrificiis deputata sunt, et quæ sunt species sacrificiorum. De præmiis et suppliciis quæ in lege proposita sunt tam bonis quam malis.* Et *De imprecationibus.* Præter **59** hos omnes circumferuntur

ἐυχόμεθα καὶ ἀπομαρτυρόμεθα, *λόγος εἷς.* Hieronymus dixerat, *De iis quæ sensu precamur et detestamur, liber unus.* Ubi notabis sensum poni pro intellectu, more illius sæculi. Sic idem Hieronymus in *Indice hæreseon,* cap. 7, de Valentinianis, *sensum* semper vocat, qui Græce est νοῦς, et in cap. 28 ejusdem libri. Ita etiam Eusebius Emissenus, seu C potius Eucherius in homilia prima *de Ascensione: Totus,* inquit, *homo in animi intellectu, et sensus exercitio, et in mentis ratione ac vigore consistit. Nulla enim carnis utilitas est.* Et in sermone de Penteoste cum dicit: *Ad hoc enim sensum rationabilem naturæ munere, et secundæ nativitatis reparatione suscepimus.* Rufinus in *expositione symboli: Concilium vanitatis est et hoc, quod olim congregavit pertinax et prava contentio, asserens quidem Christum carnem humanam suscepisse, non tamen et animam rationalem, cum utique et carni et animæ et sensui et menti una eademque salus a Christo collata sit.* Ubi delendæ sunt voces illæ *et menti.*

(72) Ὁ *περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως.* Ita quidem scribitur in codice Regio, quam scripturam confirmat Rufinus. Vertit enim *De natura et inventione.* Apud Suidam hic liber inscribitur *Περὶ φύσεως καὶ εὑρήματος.* Quam inscriptionem Suidas ex Sophronio Hieronymi interprete desumpsit. Verum optimi D codices Maz. ac Med., cum Fuk. et Saviliano, præferunt *καὶ ὁ Περὶ φύσεως καὶ αἱρέσεως.* Quare assentior Nicephoro, qui duos Philonis libros recte distinxit: quorum alter inscriptus erat *Περὶ φυγῆς καὶ αἱρέσεως,* id est, *De fuga et electione;* alter *Περὶ φύσεως καὶ εὑρέσεως,* hoc est, *De natura et inventione.* Ex quo apparet codicem Eusebianum quo usus est Nicephorus, hoc quidem in loco nostris exemplaribus emendatiorem fuisse.

(73) Vulg. *περὶ διαθηκῶν πρῶτον καὶ δεύτερον.* Hieronymus et Christophorsonus vertunt *De pactis.* Sed nos, Rufinum secuti, malumus vertere *De testamentis.* Διαθήκην LXX Interpretes posuerunt pro *pactione* quam Græci συνθήκην vocant, ut notavit Isidorus Pelusiota. Præcipue autem sic vocarunt fœdera quæ Deus inivit cum hominibus; cujusmodi multa referuntur in Veteri Instrumento. Sed omnium maximum est et sanctissimum quod Deus pepigit cum Abrahamo. Hoc Latini omnes uno consensu Testamentum dixerunt, alludentes potius ad vim ipsam nominis, qua testatio voluntatis designatur, quam ad mortis significationem. Ostendere scilicet voluerunt, pacta illa et promissa Dei non minus firma esse quam testamenta hominum rata esse solent. Secundum fœdus fuit illud, quod Deus pepigit cum Mose et Israelitis, ut est in Exodi cap. XXIX. Quanquam duplex fœdus cum Mose Deus percussit: prius quidem in monte Horeb, alterum vero in agro Moabitarum, ut legitur in Deuteronomii cap. XXIX. De duobus his fœderibus librum scripserat Philo hoc titulo: *Περὶ Διαθηκῶν πρώτης καὶ δευτέρας.* Sic enim scribitur in quatuor nostris codicibus, Maz. scilicet, Med., Fuk. et Savil. Quod si quis vulgatam codicis Regii scripturam retinere maluerit, non valde repugnabo. Certe Philo diserte testatur duos se libros scripsisse *Περὶ Διαθηκῶν.* Sic enim ait in libro *De nominum mutatione:* Τὸν δὲ *Περὶ Διαθηκῶν* σύμπαντα λόγον, ἐν δυσὶν ἀναγέγραφα πράξεσι.

(74) Vulg. *ἢ περὶ τοῦ μὴ τρέπεσθαι τὸ θεῖον.* Scribendum est *καὶ περὶ τοῦ,* etc. Est enim titulus alterius libri, qui in vulgatis Philonis editionibus ita perscribitur: *Περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτον τὸ θεῖον.*

(75) *Περὶ τοῦ κατὰ Μωϋσέα θεοπέμπτους εἶναι* D *τοὺς ὀνείρους α. β. γ. δ. ε.* Aliter hunc locum legisse videtur Rufinus. Vertit enim *De Moysis vita libros quinque. De eo quod a Deo mittantur somnia.* Sed cum *De vita Mosis* libros tres duntaxat scripserit Philo, hæc Rufini versio ferri non potest. *De eo* quidem *quod a Deo mittantur somnia,* tres libros a Philone conscriptos fuisse constat; quorum primus periit, secundus exstat pag. 465 editionis Parisiensis: in cujus exordio mentionem facit prioris libri, quem de eodem argumento exaraverat. Tertius demum exstat liber in eadem editione p. 1108, non suo loco positus. An autem plures his tribus scripserit libros, nobis non constat. Suidas certe quinque libros Philonis de somniis commemorat.

(76) Vulg. *τὰ περὶ Προνοίας.* In codice Maz. et Fuk. scriptum est τὸ *Περὶ Προνοίας,* rectius; unicus enim fuit Philonis liber hoc titulo prænotatus *Περὶ Προνοίας.* In manuscripto Philonis codice bibliothecæ Augustanæ, hic Philonis liber *De Providentia* confunditur cum altero ejusdem Philonis libro *ad-*

Digitized by Google

etiam singulares ejusdem libri. *De providentia. De Judæis. De homine civilem vitam agente. Alexander*, sive *De eo quod bruta animalia ratione sint prædita.* Item *Quod quicunque peccat servus est.* Cui subjunctus est liber, *De eo quod liber est quicunque virtuti studet.* Sequitur liber ille *De vita contemplativa* seu *De supplicibus*, ex quo capita quædam de apostolicorum hominum vita supra retulimus. Sed et *Hebraicorum nominum quæ in lege et in prophetis occurrunt, interpretationes* ab ipso compositæ esse dicuntur. Idem cum imperante Caio Romam venisset, librumque de illius sceleribus et flagitiis conscripsisset, quem per cavillationem *De virtutibus* inscripsit, postmodum Claudio ad imperium evecto, coram universo senatu librum illum fertur recitasse. Qui quidem tanta omnium admiratione exceptus est, ut ejus scripta digna deinceps judicata sint, quæ in bibliothecis publicis consecrarentur. Sub idem tempus cum Paulus apostolus ab Hierosolymis et finitimis locis regressus ad Illyricum usque properaret, Claudius imperator Judæos Urbe expulit. Unde Aquila et Priscilla cum aliis Judæis Roma egressi, in Asiam appulerunt, ibique cum apostolo Paulo qui Ecclesiarum regionis illius fundamenta a se recens posita tum maxime firmabat, commorati sunt, ut docet divinus Actuum apostolicorum liber.

A ὁ *Περὶ Ἰουδαίων* (77) συνταχθεὶς αὐτῷ λόγος, καὶ ὁ *Πολιτικός*· ἔτι τε *Ὁ Ἀλέξανδρος*, ἢ *Περὶ τοῦ λόγον ἔχειν τὰ ἄλογα ζῷα.* Ἐπὶ τούτοις ὁ *Περὶ τοῦ δοῦλον εἶναι πάντα φαῦλον.* Ὃ ἐξῆς ἐστιν, ὁ *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον ἐλεύθερον εἶναι.* Μεθ' οὓς συντέταχται αὐτῷ, ὁ *Περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν*, ἐξ οὗ τὰ περὶ τοῦ βίου τῶν ἀποστολικῶν ἀνδρῶν διεληλύθαμεν· καὶ *Τῶν ἐν νόμῳ δὲ καὶ προφήταις Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων αἱ ἑρμηνεῖαι* (78), τοῦ αὐτοῦ σπουδὴ εἶναι λέγονται (79). Οὗτος μὲν οὖν κατὰ Γάϊον ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἀφικόμενος, τὰ περὶ τῆς Γαΐου θεοστυγίας αὐτῷ γραφέντα, ἃ μετὰ ἤθους καὶ εἰρωνείας ἐπέγραψεν *Περὶ ἀρετῶν*, ἐπὶ πάσης λέγεται τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου κατὰ Κλαύδιον διελθεῖν, ὡς καὶ τῆς ἐν βιβλιοθήκαις ἀναθέσεως θαυμασθέντας αὐτοῦ καταξιωθῆναι τοὺς B λόγους. Τηνικαῦτα δὲ καὶ Παύλου τὴν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ πορείαν μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ διανύοντος, Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος (80). Ὅτε Ἀκύλας (81) καὶ Πρίσκιλλα μετὰ τῶν ἄλλων Ἰουδαίων τῆς Ῥώμης ἀπαλλαγέντες, ἐπὶ τὴν Ἀσίαν καταίρουσιν· ἐνταῦθά τε Παύλῳ τῷ ἀποστόλῳ συνδιατρίβουσι, τοὺς αὐτόθι τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρτι πρὸς αὐτοῦ καταβληθέντας θεμελίους ἐπιστηρίζοντι. Διδάσκαλος καὶ τούτων ἡ ἱερὰ τῶν Πράξεων γραφή.

versus Flaccum. Periit quidem hic Philonis liber *De Providentia.* Sed ejus insigne fragmentum habes apud Eusebium in lib. VIII *Præparationis*, cap. ultimo, et in lib. VII, c. 21.

(77) *Περὶ Ἰουδαίων.* Non dubito quin scribendum C sit *Ὑπὲρ Ἰουδαίων.* Sic enim laudatur hic Philonis liber ab Eusebio in lib. VIII *De præparatione evangelica*, cap. 10, ubi locus profertur elegantissimus ἐκ τῆς Φίλωνος *Ὑπὲρ Ἰουδαίων ἀπολογίας.* Emendationem nostram confirmat Rufinus, qui hunc locum ita vertit, *de Judæis apologeticus liber.*

(78) *Ἑβραϊκῶν ὀνομάτων ἑρμηνεῖαι.* De hoc Philonis libro Hieronymus in interpretatione nominum Hebraicorum ita scribit: *Philo, vir disertissimus Judæorum, Origenis quoque testimonio comprobatur edidisse librum* Hebraicorum nominum, *eorumque etymologias juxta ordinem litterarum e latere copulasse. Qui cum vulgo habeatur a Græcis, et bibliothecas orbis impleverit, studii mihi fuit in Latinam eum linguam vertere.* Porro cum Philo ea duntaxat nomina interpretatus fuisset quæ in lege ac prophetis habebantur, postea Origenes verborum ac nominum Novi Testamenti interpretationem adjecit, supplens videlicet id quod in Philonis libro deesse videbatur, ut scribit Hieronymus ibi- D dem. Origenes in lib. V *Comment. in Evangelium Joannis: Invenimus ergo in interpretatione nominum, Joannes*, etc.

(79) *Σπουδὴ εἶναι λέγονται.* Tres nostri codices, Maz., Med. ac Fuketii scriptum habent σπουδαί.

(80) *Ἰουδαίους Ῥώμης ἀπελαύνει Κλαύδιος.* Desumpsit hoc ex Luca in Actibus apostolorum cap. XVIII. Et Orosius quidem anno Claudii nono id gestum esse scribit ex Josepho. *Anno*, inquit, *ejusdem nono expulsos per Claudium urbe Judæos Josephus tradit.* Verum Josephi locus cujus testimonio utitur Orosius, hodie non exstat. Itaque Orosius memoria lapsus mihi videtur. Ac profecto nequaquam verisimile est, Claudium imp., qui tanta benevolentia semper Judæos complexus est, ut patet ex multis ejus edictis quæ apud Josephum leguntur, ipsos nominatim Judæos urbe expulisse. Crediderim potius, cum magna Romæ fames orta esset, id quod anno Claudii decimo refertur in *Chronico* Eusebii, Claudium omnes peregrinos urbe expulisse, inter quos etiam fuere Judæi. Id enim antea ab Augusto factum fuerat; et a secutis imperatoribus frequentissime postea usurpatum, quoties urbs Roma penuria annonæ laborabat. Atque ita explicandum censeo locum illum beati Lucæ. Quod si quis fultus auctoritate Suetonii, opinionem nostram respuat, equidem non magnopere repugnabo. Orosium secuti sunt deinceps omnes Chronographi, et Baronius in *Annalibus.* Quem tamen miror, cum edictum illud Claudii contra Judæos referat anno Claudii nono, concilium Hierosolymitanum in eumdem annum conferre. At id manifesto pugnat cum Actibus apostolorum. Nam post concilium Hierosolymitanum, quod refertur cap. XV, Paulus regressus Antiochiam apostolorum Epistolam fratribus tradidit, et aliquanto tempore ibidem moratus esse dicitur. Posthæc sejunctus a Barnaba, abiit in Syriam ac Ciliciam, prædicans verbum Dei. Inde in Phrygiam et Galatiam ac Mysiam profectus est, ubi in somnis a Spiritu sancto admonitus, in Macedoniam navigavit, ac primum quidem Philippis annuntiavit fidem Christi: posthæc Thessalonicæ et Berrhoæ. Sine Athenas cum navigasset, diutius ibi commoratus, dum Timotheum et Sylam exspectat, Atheniensibus verbum Dei prædicavit. Deinde Corinthum profectus, Aquilam et Priscillam ibi reperit, qui nuper eo ab Italia venerant ob edictum Claudii, quo omnes Judæi compulsi erant Urbe excedere, ut est in cap. XVIII Actuum apostolorum. Ex his apparet, inter concilium Hierosolymis habitum, et edictum Claudii, multum temporis intercessisse. Quo temporis spatio cuncta hæc quæ compendiose retulimus, a Paulo apostolo sunt gesta. In *Chronico Alexandrino* concilium Hierosolymitanum refertur anno Claudii sexto, melius dixisset *septimo.* Sic enim cuncta egregie conveniunt. Nam Paulus residuis mensibus anni illius quo concilium habitum fuerat, mansit Antiochiæ, tum anno sequenti Syriam et Ciliciam perlustravit cum Phrygia et Galatia. Anno demum Claudii nono venit in Græciam.

(81) *Ὅτε Ἀκύλας.* Id est *quo tempore Aquila*, etc. Potest etiam legi disjunctim ὅ τε, ut in Regio et Fuk. codice scriptum inveni.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Οἷα τοὺς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἰουδαίους συμφορὰ μετῆλθεν ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ (Nic. *H. E.* II, 26).

Ἔτι δὲ Κλαυδίου τὰ τῆς βασιλείας διέποντος, κατὰ τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, τοσαύτην ἐπὶ τῶν Ἱεροσολύμων στάσιν καὶ ταραχὴν ἐγγενέσθαι συνέβη, ὡς μόνον τῶν περὶ τὰς ἐξόδους τοῦ ἱεροῦ βίᾳ συνωθουμένων, τρεῖς μυριάδας (82) Ἰουδαίων ἀποθανεῖν πρὸς ἀλλήλων καταπατηθέντων, γενέσθαι τε τὴν ἑορτὴν πένθος μὲν ὅλῳ τῷ ἔθνει, θρῆνον δὲ καθ' ἑκάστην οἰκίαν. Καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν κατὰ λέξιν ὁ Ἰώσηπος. Κλαύδιος δὲ Ἀγρίππαν, Ἀγρίππου παῖδα, Ἰουδαίων καθίστησι βασιλέα (83), Φήλικα (84) τῆς χώρας ἁπάσης Σαμαρείας τε καὶ Γαλιλαίας, καὶ προστέτι τῆς ἐπικαλουμένης Περαίας, ἐπίτροπον ἐκπέμψας. Διοικήσας δὲ αὐτὸς τὴν ἡγεμονίαν ἔτεσι τρισὶ καὶ δέκα πρὸς μησὶν ὀκτὼ, Νέρωνα τῆς ἀρχῆς διάδοχον καταλιπὼν τελευτᾷ.

CAPUT XIX.

Cujusmodi calamitas Judæos Hierosolymis ipso Paschæ die afflixerit.

Cæterum Claudio Romanum adhuc imperium gubernante, tanta seditio tantusque tumultus Hierosolymis in ipsa solemnitate Paschæ conflatus est, ut illorum duntaxat qui circa templi portas contrusi et conferti conculcatione mutua perierunt, numerus ad trigiuta hominum millia pervenisse dicatur. Adeo ut festus ille dies et universæ genti lugubris, et singulis familiis lamentabilis fuerit. Hæc Josephus iisdem fere verbis memorat. Interea Claudius Agrippam Agrippæ filium Judæorum regem constituit, misso Felice qui Judææ simul et Samariæ et Galilææ, et regionis trans Jordanem 60 procurator esset. Ipse cum tredecim annis et octo insuper mensibus imperium administrasset, Neronem imperii successorem relinquens, e vita decessit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Οἷα καὶ κατὰ Νέρωνα ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπράχθη (Nic. *H. E.* II, 26).

Κατὰ δὲ Νέρωνα Φήλικος τῆς Ἰουδαίας ἐπιτροπεύοντος, αὐτοῖς ῥήμασι αὖθις ὁ Ἰώσηπος, τὴν εἰς ἀλλήλους στάσιν τῶν ἱερέων ὧδε πως ἐν εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας γράφει· « Ἐξάπτεται δὲ καὶ τοῖς ἀρχιερεῦσι στάσις πρὸς τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ πλήθους τῶν Ἱεροσολύμων, ἕκαστός τε αὐτῶν, σῖτος ἀνθρώπων τῶν θρασυτάτων καὶ νεωτεριστῶν ἑαυτῷ ποιήσας, ἡγεμὼν ἦν. Καὶ συῤῥάσσοντες ἐκακολόγουν τε ἀλλήλους, καὶ λίθοις ἔβαλλον. Ὁ δ' ἐπιπλήξων, ἦν οὐδὲ εἷς, ἀλλ' ὡς ἐν ἀπροστατεύτῳ πόλει ταῦτ' ἐπράσσετο μετ' ἐξουσίας. Τοσαύτη δὲ τοὺς ἀρχιερεῖς κατέλαβεν ἀναίδεια καὶ τόλμα, ὥστε ἐκπέμπειν δούλους ἐτόλμων ἐπὶ τὰς ἅλωνας, τοὺς ληψομένους τὰς τοῖς ἱερεῦσι ὀφειλομένας δεκάτας. Καὶ συνέβαινε τοὺς ἀπορουμένους τῶν ἱερέων ὑπ' ἐνδείας

CAPUT XX.

Quæ acta sint Hierosolymis sub imperio Neronis.

Neronis autem temporibus Felice Judæam procurante, aliam rursus inter sacerdotes exortam seditionem, Josephus in vicesimo *Antiquitatum* libro narrat his verbis : « Orta est, inquit, ingens seditio pontificum adversus sacerdotes primoresque plebis Hierosolymorum, adeo ut singuli illorum collecta manu perditorum hominum novisque rebus studentium, ductores se palam ferrent : congressique interdum conviciis et lapidibus se mutuo impeterent : cum interim nemo esset qui eos objurgaret, sed tanquam in civitate omni rectore destituta hæc licentius agerentur : tanta porro pontificum erat impudentia et audacia, ut non dubitarent servos suos ad areas mittere, qui decimas sacerdotibus debitas raperent. Unde accidit ut nonnulli ex

(82) *Τρεῖς μυριάδας.* Idem numerus ponitur in *Chronico*. Sed Josephus in lib. II *De excidio* plus quam decem millia hominum exstincta esse dicit. In vicesimo autem libro *Antiquitatum*, qui libri post historiam belli Judaici ab eo conscripti sunt, viginti millia occisorum numerat. Quem quidem numerum sequi malim, propterea quod hi libri posterius scripti sunt, ut dixi.

(83) *Ἀγρίππαν Ἰουδαίων καθίστησι βασιλέα.* Hic junior Agrippa, si proprie loquamur, nunquam Judæorum rex fuit. Nam post obitum patris Agrippæ, qui anno IV Claudii abiit e vita, cum adhuc infirma esset ætate, Claudius eum apud se detinuit, nec in patris regno succedere permisit. Postea defuncto Herode Chalcidis rege, Claudius regnum patrui ei donavit. Quod cum per quadriennium tenuisset, Claudius anno imperii sui duodecimo Trachonitidem quæ tetrarchia Philippi fuerat, cum Lysaniæ regno ei concessit, adempta prius Chalcide. Jus quoque in templum, et eligendorum pontificum potestatem quam Herodes patruus habuerat, in eum transtulit. Paulo post Nero partem Galilææ ejus adjunxit regno, ut scribit Josephus in lib. XX. Quæ cum ita sint, apparet falli Eusebium, qui hunc juniorem Agrippam statim post obitum patris in regnum ejus successisse, et regem Judæorum a Claudio factum esse tum hic, tum in Chronico scribat. Quanquam hoc loco Eusebius aperte non dicit statim post obitum patris regem illum a Claudio factum fuisse. Certe ipsius Josephi testimonio demonstrari potest, juniorem Agrippam non continuo post patris mortem regia dignitate ornatum fuisse. Etenim Josephus in lib. II *De bello Judaico*, cap. 13, duodecimum Neronis annum quo cœpit bellum Judaicum, componit cum anno regis Agrippæ XVII. Proinde junior Agrippa regnare orsus est anno Claudii octavo. Porro non negaverim eum Judæorum regem dici posse, cum rex fuerit Galilææ, et inter Judæorum reges recenseatur a Justo. Sed nego illum Judææ regem unquam fuisse. Nam post obitum senioris Agrippæ, qui contigit anno IV imp. Claudii, Judæa in provinciæ formam redacta est, missique in eam quotannis procuratores Cæsaris, ut docet Josephus.

(84) *Φήλικα.* In *Chronico* Eusebii Felix ad procurationem Judææ missus esse dicitur a Claudio anno XI. Sed in editione Scaligeri rectius id ascribitur anno X Claudii. Verius tamen videtur, Felicem anno Claudii nono missum esse in Judæam. Nam Tacitus in lib. XII, Sulla et Othone coss., qui est annus X Claudii, Felicem jampridem Judæis impositum fuisse dicit, et in cap. XXIV Actuum apostolorum Paulus causam agens apud eumdem Felicem, quod contigit anno Claudii XIII, sic eum alloquitur : *Ex multis annis te esse judicem huic genti sciens*, etc. Cæterum fallitur hic Rufinus, qui hæc verba Josephi esse existimavit, cum sint Eusebii ipsius ut apparet.

Digitized by Google

sacerdotum ordine, quibus res familiaris erat angustior, præ alimentorum inopia deficerent. Ita seditiosorum violentia jus fasque penitus oppresserat.» Idem scriptor sub hæc tempora turmam quamdam grassatorum Hierosolymis exstitisse dicit, qui interdiu obvios in civitate trucidabant. Præcipue vero ait, diebus festis plebi immisti, sicas sub vestibus occultantes, optimum quemque percutiebant. Cumque vulnerati protinus corruissent, ipsi cum astantibus indignari se simulabant. Quo facto, credulitate hominum nihil de iis sinistri suspicantium, diu tecti latuerunt. Ac primum quidem Jonatham pontificem ab illis ait interfectum fuisse, deinde vero complures alios quotidie confossos. Adeo ut timor ipsa calamitate acerbior esset, dum singuli tanquam in acie positi, quovis momento mortem sibi imminere crederent.

A ἀπολλυμένους θεωρεῖν. Οὕτως ἐκράτει τοῦ δικαίου παντὸς ἡ τῶν στασιαζόντων βία. » Πάλιν δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐν Ἱεροσολύμοις ὑποφυῆναι λῃστῶν τι εἶδος ἱστορεῖ, « οἳ μεθ' ἡμέραν, ὥς φησι, καὶ ἐν μέσῃ τῇ πόλει ἐφόνευον τοὺς συναντῶντας· μάλιστα γὰρ ἐν ταῖς ἑορταῖς μιγνυμένους τῷ πλήθει, καὶ ταῖς ἐσθῆσιν ὑποκρύπτοντας μικρὰ ξιφίδια, τούτους νύττειν τοὺς διαφόρους (85)· ἔπειτα πεσόντων, μέρος γίνεσθαι τῶν ἐπαγανακτούντων αὐτοὺς τοὺς πεφονευκότας· διὸ καὶ παντάπασιν ὑπ' ἀξιοπιστίας ἀνευρέτους γενέσθαι. Πρῶτον μὲν οὖν ὑπ' αὐτῶν, Ἰωνάθην τὸν ἀρχιερέα κατασφαγῆναι, μετὰ δ' αὐτὸν, καθ' ἡμέραν ἀναιρεῖσθαι πολλοὺς, καὶ τῶν συμφορῶν τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον, ἑκάστου καθάπερ ἐν πολέμῳ καθ' ὥραν τὸν θάνατον προσδεχομένου. »

B

61 CAPUT XXI.

De homine Ægyptio, cujus mentio fit in Actibus apostolorum.

Paucis deinde interjectis hæc subjungit: « Sed multo, inquit, graviore clade Judæos afflixit Ægyptius quidam falsus propheta. Namque is in regionem ingressus, homo magus, cum opinionem atque auctoritatem prophetæ sibi conciliasset, usque ad triginta hominum millia quos præstigiis suis deceperat, congregavit. Quos cum ex solitudine ad montem usque Olivarum perduxisset, inde in urbem Hierosolymorum irrumpere statuerat, depulsoque Romanorum præsidio, dominationem occupare, satellites eos habiturus qui secum in urbem irruissent. Verum Felix conatum hominis prævenit, obviam C adversus eum progressus cum Romanis militibus. Et universus populus pro salute patriæ certaturus Romanos strenue adjuvabat. Facto igitur congressu, Ægyptius quidem ipse cum paucis evasit; cæteri partim trucidati, partim capti sunt. » Hæc Josephus in secundo *Historiarum* libro retulit. Operæ pretium autem fuerit iis quæ a Josepho de homine Ægyptio dicta sunt, illa subjungere quæ in Actibus apostolorum scripta habentur: quo loco tribunus militum Hierosolymis cum plebs adversus Paulum seditionem concitasset, Felice Judæam procurante, dixit

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τοῦ Αἰγυπτίου, οὗ καὶ τῶν ἀποστόλων αἱ Πράξεις ἐμνημόνευσαν (Nic. *H. E.* II, 26).

Ἐξῆς δὲ τούτοις ἐπιφέρει μεθ' ἕτερα λέγων· « Μείζονι δὲ τούτων πληγῇ Ἰουδαίους ἐκάκωσεν ὁ Αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης. Παραγενόμενος γὰρ εἰς τὴν χώραν ἄνθρωπος γόης, καὶ προφήτου πίστιν ἐπιθεὶς ἑαυτῷ, περὶ τρισμυρίους μὲν ἀθροίζει τῶν ἠπατημένων, περιαγαγὼν δ' αὐτοὺς ἐκ τῆς ἐρημίας εἰς τὸ Ἐλαιῶν καλούμενον ὄρος, ἐκεῖθεν οἷός τε ἦν εἰς Ἱεροσόλυμα παρελθεῖν βιάζεσθαι, καὶ κρατήσας (86) τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννεῖν, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσι δορυφόροις. Φθάνει τ' αὐτοῦ τὴν ὁρμὴν Φῆλιξ, ὑπαντήσας μετὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ὁπλιτῶν. Καὶ πᾶς ὁ δῆμος συνεφήψατο τῆς ἀμύνης, ὥστε, συμβολῆς γενομένης, τὸν μὲν Αἰγύπτιον φυγεῖν μετ' ὀλίγων, διαφθαρῆναι δὲ καὶ ζωγρηθῆναι πλείστους τῶν σὺν αὐτῷ. » Ταῦτα ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν *Ἱστοριῶν* ὁ Ἰώσηπος· ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον (87) τοῖς ἐνταῦθα κατὰ τὸν Αἰγύπτιον δεδηλωμένοις, καὶ τοῖς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων. Ἔνθα κατὰ Φήλικα ὑπὸ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις χιλιάρχου εἴρηται τῷ Παύλῳ, ὁπηνίκα κατεστασίαζεν αὐτοῦ τὸ τῶν Ἰουδαίων πλῆθος· « Οὐκ ἄρα σὺ εἶ ὁ πρὸ τούτων τῶν ἡμερῶν ἀναστατώσας (88) καὶ ἐξαγαγὼν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς τετρακισχιλίους (89) ἄνδρας

(85) *Νύττειν τοὺς διαφόρους.* *Inimicos* vertit Gelenius quod non probo. Nam τοὺς διαφόρους Josephus dixit pro τοὺς διαφέροντας.

(86) *Καὶ κρατήσας.* Hæc est Josephi vulgata editio in lib. II, cap. 13 *De bello Judaico*, cui consentit codex Regius. Sed nostri codices Maz., Med., cum Fuk. ac Savil., aliter scriptum exhibent, καὶ κρατῆσαι τῆς τε Ῥωμαϊκῆς φρουρᾶς καὶ τοῦ δήμου τυραννικῶς, χρώμενος τοῖς συνεισπεσοῦσιν δορυφόροις. Subauditur autem ἀπὸ κοινοῦ verbum βιάζεσθαι quod paulo ante præcessit. Nec aliter legisse videtur Rufinus. Sic enim vertit: *Paratus inde irruere Hierosolymam, et vi ac potestate urbem tenere, simulque Romanorum præsidia ac plebem tyrannidi suæ subjugare.*

(87) *Ἐπιστῆσαι δὲ ἄξιον.* Proprie ἐπιστῆσαι est *attenere*, seu *observare*. Sic Eusebius in lib. III, cap. 24, οἷς καὶ ἐπισχήσαντι, οὐκέτ' ἂν δόξαι διαφωνεῖν ἀλλήλοις τὰ Εὐαγγέλια. Hinc ἐπιστάσεις supra

D in hoc libro, cap. 18, dicuntur notæ seu observationes. Occurrit ea vox apud Athenæum, Polybium et alios.

(88) *Ἀναστατώσας.* Vetus interpres in cap. XXI Actuum apostolorum vertit, *tumultum concitasti*, male, ut equidem sentio. Nam ἀναστατῶσαι idem est quod ἀνάστατον ποιῆσαι, *abducere, asportare.* Itaque recte Musculus vertit, *qui tecum excivisti.* Potest etiam verti, *qui subvertisti quatuor millia hominum.* Sic enim Hesychius interpretatur ἀναστατοῦντας, ἀνατρέποντας, et ἀναστάτους, κατεστραμμένους. Hinc qui ære alieno oppressi solum vertunt, ἀναστατωθῆναι dicuntur teste Harpocratione et auctore *Etymologici.*

(89) *Τετρακισχιλίους.* At Josephus triginta millia hominum dicit. Quod ita intelligendum est, ut numerus quidem promiscuæ multitudinis ad triginta usque millia hominum pervenerit; ex illis vero, quatuor tantum millia fuerint sicariorum. Atque

Digitized by Google

τῶν σικαρίων ; » Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ Φῆλικα ταῦτα.

A Paulo : « Nonne tu es Ægyptius ille qui ante hos dies asportasti et eduxisti tecum in solitudinem quatuor millia hominum sicariorum ? » Sed de iis quæ sub Felice gesta sunt, hactenus dictum sit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

CAPUT XXII.

Ὡς ἐκ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν Ῥώμην δέσμιος ἀναπεμφθεὶς Παῦλος, ἀπολογησόμενος, πάσης ἀπελύθη αἰτίας (Nic. *H. E.* II, 28-33).

Qualiter Paulus e Judæa Romam in vinculis missus, ad causam dicendum, judicum sententia absolutus est.

Τούτου δὲ Φῆστος ὑπὸ Νέρωνος διάδοχος πέμπεται· καθ' ὃν δικαιολογησάμενος ὁ Παῦλος, δέσμιος ἐπὶ Ῥώμης ἄγεται. Ἀρίσταρχος δ' αὐτῷ συνῆν, ὃν καὶ εἰκότως συναιχμάλωτόν που τῶν ἐπιστολῶν ἀποκαλεῖ. Καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων γραφῇ παραδοὺς, ἐν τούτοις κατέλυσε τὴν ἱστορίαν διετίαν ὅλην ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὸν Παῦλον ἄνετον διατρίψαι, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι ἐπισημη- B νάμενος. Τότε μὲν οὖν ἀπολογησάμενον, αὖθις ἐπὶ τὴν τοῦ κηρύγματος διακονίαν λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν Ἀπόστολον, δεύτερον δ' ἐπιβάντα τῇ αὐτῇ πόλει, τῷ κατ' αὐτὸν τελειωθῆναι μαρτυρίῳ. Ἐν ᾧ δεσμοῖς ἐχόμενος, τὴν πρὸς Τιμόθεον δευτέραν ἐπιστολὴν συντάττει, ὁμοῦ σημαίνων τήν τε προτέραν αὐτῷ γενομένην ἀπολογίαν, καὶ τὴν παραπόδας τελείωσιν. Δεχου δὴ καὶ τούτων τὰς αὐτοῦ μαρτυρίας· « Ἐν τῇ πρώτῃ μου, φησὶν, ἀπολογίᾳ οὐδείς μοι συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με ἐγκατέλιπον. Μὴ αὐτοῖς λογισθείη. Ὁ δὲ Κύριός μοι παρέστη καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, ἵνα δι' ἐμοῦ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῇ, καὶ ἀκούσωσι πάντα τὰ ἔθνη. Καὶ ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος. » Σαφῶς δὴ παρίστησι διὰ τούτων, ὅτι δὴ τὸ πρότερον, ὅπως ἂν τὸ κήρυγμα τὸ δι' αὐτοῦ πληρω- C θείη, ἐρρύσθη ἐκ στόματος λέοντος, τὸν Νέρωνα ταύτῃ ὡς ἔοικε, διὰ τὸ ὠμόθυμον προσειπών. Οὔκουν ἐξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι, τὸ (90), « Ῥύσεταί με ἐκ στόματος λέοντος· » ἑώρα γὰρ τῷ Πνεύματι τὴν ὅσον οὔπω μέλλουσαν αὐτοῦ τελευτήν. Διό φησιν

Huic successor a Nerone mittitur Festus. Quo Judæam procurante Paulus in judicium adductus causam cum dixisset, vinctus Romam perductus est. Erat cum Paulo Aristarchus quidam, quem ipse in quadam Epistola idcirco captivitatis socium appellat. Atque hic Lucas qui Actus apostolorum litteris tradidit, historiæ suæ finem fecit, Paulum Romæ in libera custodia biennium egisse, et verbum Dei libere prædicasse testatus. Tandem vero cum causam suam **62** apud judices perorasset, rursus prædicandi causa peregre profectus esse dicitur : posteaque cum Romam iterum venisset, vitam martyrio finiisse. Atque hoc demum tempore alteram ad Timotheum Epistolam scripsit, in qua et de priore sua defensione, et de imminente vitæ exitu non obscure loquitur. Audi, si placet, ipsa illius verba, quibus ea quæ dixi testatur : « In prima, inquit, mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt : non illis id imputetur. Dominus autem mihi astitit, et corroboravit me, ut per me prædicatio impleatur, et audiant omnes gentes. Et liberatus sum de ore leonis. » Quibus verbis satis aperte significat, se prius quidem ex leonis rictu servatum fuisse; quo per ipsum Evangelii prædicatio compleretur, Neronem scilicet ita designans propter animi crudelitatem. Sed paulo post non huic simile aliquid adjunxit, puta : « Liberabit me de ore leonis: » jam enim divino afflatus Spiritu immi-

ita Josephus conciliabitur cum Luca. Cæterum non assentior Eusebio, qui hæc sub Nerone gesta esse scribit. Nam in cap. XXI Actor. Ægyptius ille magus fusus fuisse dicitur paulo ante adventum Pauli Hierosolyma. Venit autem illuc Paulus anno Claudii ultimo. Quod ex eo colligitur quod in cap. XXIV Actorum scribit Lucas, successorem missum esse Felici Porcium Festum. Cum ergo Festus in Judæam missus fuerit anno Neronis secundo, strages Ægyptii illius in extremum Claudii annum cadat necesse est. Fefellit Eusebium Josephi narratio qui hæc sub Nerone referre videtur. Sed animadvertere debuerat Eusebius, Josephum eo loco cuncta simul et acervatim commemorare quæ a Felice gesta essent, tam sub Claudio quam sub Nerone.

(90) Vulg. *Οὐκοῦν ἐξῆς προστέθεικε παραπλήσιόν τι, τό.* Ita quidem codex Regius. Sed in Maz. Med. ac Fuk. codice scribitur παραπλήσιόν τι τῷ. Certe hic locus valde obscurus est, et idcirco a Musculo prætermissus. Re tamen diu multumque perpensa, tandem verum hujus loci sensum deprehendi. Ait igitur Eusebius, ex verbis Pauli in secunda ad Timotheum Epistola id colligi, ipsum in prima quidem defensione, sententia judicum absolutum fuisse; postea vero in secunda accusatione fuisse damnatum. Prius quidem illud aperte designat his verbis : *In prima mea defensione nemo mihi adfuit;* et cum ait : *Liberatus sum ab ore leonis* : quod idem est ac si diceret : *Ereptus sum ex Neronis faucibus.*

De secunda autem accusatione longe aliter loquitur Paulus. Neque enim dicit : *Liberabit me Deus de ore leonis*, sicut antea locutus fuerat. Quippe prævidebat Paulus, Deo id ipsi revelante, se nequaquam persecutoris gladio ulterius subtractum iri, sed glorioso martyrii exitu consummandum. Proinde cum de prima accusatione dixisset : *Liberatus sum ex ore leonis*, de secunda qua tunc maxime premebatur, hæc subjungit : *Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et salvum faciet in regno suo cœlesti :* mortem suam his verbis aperte designans. Hic est sensus hujus loci, quem nec interpretes, nec ego ipse prius animadverteram. Quare in Eusebii distinctis vocibus scribendum est οὐκ οὖν, vel mutato accentu οὔκουν. Certe in Maz. codice distinctis vocibus οὐκ οὖν scribitur. Porro hunc Eusebii locum descripsit Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi de Paulo loquitur ; sed Eusebii sensum minime est assecutus, ut patebit legenti. Quare et Sophronius dum locum illum Hieronymi in Græcum sermonem verteret, aliquot verba prætermisit, quæ scilicet sensui obesse videbantur. Eusebii sensum quem dixi expressit Theodoretus *in Epistolam II ad Timotheum* ad illa verba : *Liberabit me Dominus ab omni opere malo.* Οὐκ εἶπεν ὅτι, *Ῥύσεταί με πάλιν ἀπὸ λέοντος, ἀλλ' ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηροῦ.* Ἤδει γὰρ ὡς δέξεται πάντως τοῦ βίου τὸ τέλος.

Digitized by Google

nentem sibi mortem prævidebat. Quocirca postquam dixit : « Liberatus sum ex ore leonis, » statim addit : « Liberabit me Dominus ab omni opere malo, et servabit in regnum suum cœleste, » martyrium suum jamjam adfore significans. Quod quidem etiam evidentius in eadem Epistola prædixerat his verbis : « Ego enim jam delibor, et tempus dissolutionis meæ instat. » Et in hac quidem secunda ad Timotheum Epistola, Lucam solum sibi adesse testatur ; in priore vero defensione ne hunc quidem adfuisse dicit. Quam ob causam videtur Lucas Actuum apostolicorum historiam illo tempore conclusisse, cum omnia quæ quandiu cum Paulo versatus est gesta fuerant, commemorasset. Hæc idcirco a nobis dicta sunt, ut ostendamus Paulum non in primo illo cujus meminit Lucas, in urbem Romam adventu, martyrio esse perfunctum. Quippe probabile est Pauli pro fide nostra defensionem a Nerone qui circa initia imperii clementius se gerebat, benigne admissam fuisse : verum cum postea ad teterrima quæque facinora idem Nero prorupisset, apostolos quoque cum cæteris sævitiam ejus expertos.

63 CAPUT XXIII.

Quomodo Jacobus qui frater Domini dictus est, martyrium subiit.

Cæterum cum Paulus ad Cæsarem provocasset, Romamque a Festo missus esset, Judæi qui insidias ipsi struxerant, spe sua frustrati, in Jacobum fratrem Domini, cui episcopalis Hierosolymorum sedes ab apostolis tradita fuerat, rabiem convertunt, atque hoc fere modo illum adorti sunt. Productum in medium, abnegare fidem Christi coram omni populo jubent. Sed cum is præter omnium exspectationem libera voce et majore quam sperabant fiducia, Servatorem ac Dominum nostrum Jesum Dei Filium esse coram omni multitudine confessus fuisset ; tum illi impatienter ferentes testimonium tanti viri, quippe qui ob singularem continentiam ac religionem, omnium consensu justissimus habebatur, arrepta ex morte rectoris licentia eum trucidant. Quippe per idem tempus mortuo in Judæa Festo, absque ullo præside ac moderatore provincia remanserat. Ac jam quidem superius modum cædis Jacobi ex allatis Clementis verbis cognovimus, qui ex templi fastigio eum præcipitatum, et fullonis vecte percussum interiisse testatus est. Sed omnium accuratissime Hegesippus qui apostolorum temporibus proximus fuit, in quinto *Commentariorum* libro de Jacobo præscripsit his verbis : « Ecclesiæ, inquit, administrationem una cum apostolis suscepit Jacobus frater Domini, qui jam inde a Christi

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὡς ἐμαρτύρησεν Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου χρηματίσας ἀδελφός (Nic. *H. E.* II, 38).

Ἰουδαῖοί γε μὴν, τοῦ Παύλου Καίσαρα ἐπικαλεσαμένου, ἐπί τε τὴν Ῥωμαίων πόλιν ὑπὸ Φήστου παραπεμφθέντος, τῆς ἐλπίδος καθ' ἣν ἐξήρτυον αὐτῷ τὴν ἐπιβουλήν, ἀποπεσόντες, ἐπὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Κυρίου τρέπονται ἀδελφὸν, ᾧ πρὸς τῶν ἀποστόλων ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγχειρίστο θρόνος. Τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ κατὰ τούτου τολμήματα (91). Εἰς μέσον αὐτὸν ἀγαγόντες, ἄρνησιν τῆς εἰς τὸν Χριστὸν πίστεως ἐπὶ παντὸς ἐζήτουν τοῦ λαοῦ. Τοῦ δὲ παρὰ τὴν ἁπάντων γνώμην ἐλευθέρᾳ φωνῇ καὶ μᾶλλον ἢ προσεδόκησαν ἐπὶ τῆς πληθύος ἁπάσης παρρησιασαμένου, καὶ ὁμολογήσαντος Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν, μηκέθ' οἷοί τε τὴν τοῦ ἀνδρὸς μαρτυρίαν φέρειν, τῷ δικαιότατον αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσι δι' ἀκρότητα, ἧς μετῄει κατὰ τὸν βίον, φιλοσοφίας τε καὶ θεοσεβείας πιστεύεσθαι, κτείνουσι, καιρὸν εἰς ἐξουσίαν λαβόντες τὴν ἀναρχίαν, ὅτι δὴ τοῦ Φήστου κατ' αὐτὸ τοῦ καιροῦ ἐπὶ τῆς Ἰουδαίας τελευτήσαντος, ἄναρχα καὶ ἀνεπιτρόπευτα τὰ τῆς αὐτόθι διοικήσεως καθειστήκει. Τὸν δὲ τῆς τοῦ Ἰακώβου τελευτῆς τρόπον, ἤδη μὲν πρότερον αἱ παρατεθεῖσαι τοῦ Κλήμεντος φωναὶ δεδηλώκασιν, ἀπὸ τοῦ πτερυγίου βεβλῆσθαι, ξύλῳ τε τὴν πρὸς θάνατον πεπλῆχθαι αὐτὸν ἱστορηκότος. Ἀκριβέστατά γε μὴν τὰ κατ' αὐτὸν ὁ Ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς (92),

(90') *Ἐγχειρισθῆναι*. In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. ac Savil. scriptum est ἐπιχειρῆσαι. Quam lectionem in quibusdam codicibus se reperisse testatur Stephanus. Verum si ita legamus, necessario scribendum erit προελθόντα δὲ εἰς ἀθεμίτους τόλμας, etc. Certe Nicephorus in lib. II, cap. 34, ita videtur legisse. Sic enim hunc Eusebii locum interpolavit, εἰς δ' ἀθεμίτους ἐξοκείλαντα πράξεις, μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων ἐπιτολμῆσαι σφαγάς.

(91) Vulg. *τὰ κατὰ τούτου τολμᾶται*. Quatuor nostri codices Maz., Medic., Fuk. et Savil. pro τολμᾶται scriptum exhibent τολμήματα. Quod equidem magis probo. Nam si τολμᾶται legerimus, superfluum erit τά, cum sufficiat dixisse τοιαῦτα δὲ αὐτοῖς κατὰ τούτου τολμᾶται. Paulo ante iidem codices Maz., Med. ac Fuk., pro ἐγχειρίστο scriptum habent ἐγχειρίσται.

(92) *Ὁ Ἡγήσιππος ἐπὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων γενόμενος διαδοχῆς*. Rufinus legisse videtur, ἐπὶ τῇ πρώτῃ διαδοχῇ. Sic enim vertit : *Hegesippus qui post ipsos statim primas apostolorum succes-*

Digitized by Google

ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτοῦ Ὑπομνήματι τοῦτον λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· « Διαδέχεται δὲ τὴν Ἐκκλησίαν μετὰ τῶν ἀποστόλων (93), ὁ ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου Ἰάκωβος, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος (94) ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν. Ἐπεὶ πολλοὶ Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο. Οὗτος δὲ ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ ἅγιος ἦν. Οἶνον καὶ σίκερα οὐκ ἔπιεν, οὐδὲ ἔμψυχον ἔφαγε. Ξυρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ οὐκ ἀνέβη, ἔλαιον οὐκ ἠλείψατο, καὶ βαλανείῳ οὐκ ἐχρήσατο. Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν (95) εἰς τὰ ἅγια εἰσιέναι. Οὐδὲ γὰρ ἐρεοῦν ἐφόρει, ἀλλὰ σινδόνας. Καὶ μόνος εἰσήρχετο εἰς τὸν ναόν, ἠύρίσκετό τε κείμενος ἐπὶ τοῖς γόνασι, καὶ αἰτούμενος ὑπὲρ τοῦ λαοῦ ἄφεσιν, ὡς ἀπεσκληκέναι τὰ γόνατα αὐτοῦ δίκην καμήλου, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ (96) προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ, καὶ αἰτεῖσθαι ἄφεσιν τῷ λαῷ. Διά γε τοι τὴν ὑπερβολὴν τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὠβλίας (97)· ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ περιοχὴ τοῦ λαοῦ καὶ δικαιοσύνη, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ, Τινὲς οὖν τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λαῷ, τῶν προγεγραμμένων μοι (98) ἐν τοῖς Ὑπομνήμασιν, ἐπυνθάνοντο αὐτοῦ, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ (99). Καὶ ἔλεγε

A temporibus ad nostram usque ætatem Justus cognominatus est. Nam multi quidem eodem nomine Jacobi vocabantur. Sed hic ab ipso matris utero sanctus fuit. Nec vinum unquam bibit nec siceram : ab animantium carnibus penitus abstinuit. Comam nunquam totondit. Neque ungi, neque lavare balneo corpus unquam solitus. Unus ex omnibus in intimum templi sanctuarium ingrediendi jus facultatemque habebat. Neque enim lanicio, sed linea tantum veste utebatur. In templum solus intrare, atque ibi genibus flexis pro peccatis populi supplex Deum orare consueverat. Adeo ut genua ipsius instar cameli occalluerint, dum assidue Deum veneraus, et pro **64** salute populi vota faciens humi sterneretur. Hic ergo ob singularem justitiam cognominatus est Justus et Oblias, quod Latine *munimentum populi* et *justitiam* significat, quemadmodum etiam prophetæ de eo prædixerunt. Quidam autem ex septem sectis quæ apud Judæos erant, de quibus in superioribus libris scripsisse meminimus, interrogarunt eum, quodnam esset ostium Jesu. Quibus ille Jesum esse Servatorem respondit. His auditis,

B

siones fuit, etc. Vulgata tamen lectio minime repudianda est, cum Hegesippi ætas in primam apostolorum successionem inciderit. Prima enim apostolorum successio usque ad tempora Marci Antonini producitur. Eo namque imperante, Polycarpus, Joannis apostoli discipulus, coronam martyrii reportavit. Recte igitur Hegesippus in prima apostolorum successione vixisse dicitur, quippe qui floruit Antoninorum principatu. Cumque Romam venisset pontificatu Aniceti, ibidem permansit usque ad pontificatum Eleutheri. In *Chronico Alexandrino*, quod quidem Antiochenum libentius vocaverim, Hegesippus mortuus esse dicitur principatu Commodi Augusti. Æqualis igitur fuit Irenæo : quem etiam primæ apostolorum successioni contiguum fuisse testatur Eusebius in lib. v, cap. 20, ubi de libro ejus agit qui inscriptus erat *De Ogdoade* : Ἐν ᾧ καὶ ἐπισημαίνεται τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων κατειληφέναι ἑαυτὸν διαδοχήν.

(93) *Μετὰ τῶν ἀποστόλων*. Hieronymus in *Catalogo* hunc locum ita vertit : *Suscepit Ecclesiam Hierosolymæ, post apostolos frater Domini Jacobus.* Quasi legeretur μετὰ τοὺς ἀποστόλους. Longe rectius adversarius Hieronymi Rufinus interpretatus est *cum apostolis*. Nam apostoli una cum Jacobo episcopo Hierosolymitanam rexerunt Ecclesiam. Quare perperam Rufinus in cap. 2 hujus libri, Jacobum apostolorum episcopum nominavit. Atqui Clemens cujus verba illic interpretatur Rufinus, Jacobum non apostolorum, sed Hierosolymorum episcopum factum esse dicit. Porro Rufinus id hausisse videtur ex Clementis *Recognitionibus*, quas vel ipse vel Paulinus Latine vertit. Nam in lib. II ejus operis Clemens, Jacobum fratrem Domini, quem ipse archiepiscopum nominat et principem episcoporum, episcopali auctoritate apostolis omnibus præcipientem inducit.

(94) *Ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος*. Post hæc verba in codice Mazarino ac Fuk. apposita est distinctio. Quam quidem interpunctionem secutus videtur Rufinus. Sic enim vertit : *Susceptt Ecclesiam cum apostolis frater Domini Jacobus, qui ab omnibus cognominatus est Justus, ab ipsis Domini temporibus perdurans usque ad nos.* Verum in codice Regio ac Med. et apud Nicephorum nulla est ascripta distinctio post vocem Δίκαιος, sed totus locus uno spiritu continuatur hoc modo, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος ἀπὸ τῶν τοῦ Κυρίου χρόνων μέχρι καὶ ἡμῶν, id est, *qui ab ipsis Christi tempo-*

ribus usque ad nostram ætatem Justus ab omnibus cognominatus est. Et hanc quidem distinctionem in interpretatione mea sequi mihi, post Musculum et Christophorsonum, quippe quæ certior et sequentibus Hegesippi verbis magis congruere mihi videretur. Subjicit enim Hegesippus, ἐπεὶ πολλοὶ μὲν Ἰάκωβοι ἐκαλοῦντο, etc. Quæ verba sine dubio referuntur ad ea quæ præcesserunt, ὁ ὀνομασθεὶς ὑπὸ πάντων Δίκαιος. Reddit enim rationem Hegesippus, cur Jacobus Justus ab omnibus cognominatus sit. Quippe, inquit, multi fuere Jacobi ; sed hic præ cæteris justitia excelluit, ut multis argumentis deinceps probat Hegesippus. Deinde si priorem distinctionem sequamur cum Rufino, falsum erit illud quod sequitur, Jacobum scilicet episcopum a temporibus Domini usque ad Hegesippi ætatem permansisse. Nam Jacobus quidem Justus cæsus est Neronis principatu. Hegesippus vero Antoninorum temporibus floruit, ut superius observavi.

C

(95) *Τούτῳ μόνῳ ἐξῆν*, etc. Totum hunc Hegesippi locum jam pridem examinavit Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis*, pag. 178, multaque in eo reprehendit, quæ operæ pretium erit legere. Adde etiam quæ adversus Scaligeri censuram scripsit Dionysius Petavius in notis ad hæresim LXXVIII Epiphanii, et P. Halloixius in notationibus ad *Vitam Hegesippi*, c. 3.

(96) *Διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν ἐπὶ γόνυ*. Duæ postremæ voces absunt a codice Fuk. et apud Nicephorum. Verum in codice Maz. ac Med. totus hic locus ita legitur, διὰ τὸ ἀεὶ κάμπτειν προσκυνοῦντα τῷ Θεῷ τὰ γόνατα.

D

(97) *Ἐκαλεῖτο Δίκαιος καὶ Ὠβλίας*. Nicolaus Fullerus in lib. III *Miscellaneorum sacrorum*, hunc locum sic emendat, ἐκαλεῖτο Σαδδὶκ καὶ Ὡζλιὰμ, ὅ ἐστιν *δίκαιος*, καὶ *περιοχὴ λαοῦ*. Quam doctissimi viri emendationem libenter amplector. Tamen cum Epiphanius in hæresi LXXVIII et Jovius monachus, quem vulgo male Jobium vocant, Jacobum Obliam dictum esse testentur, retinenda est vulgaris lectio ; maxime cum Ophlias Hebraice *arcem populi* significet. Sed et Rufinus atque Nicephorus vulgatam lectionem tuentur.

(98) *Τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων τῶν προγεγραμμένων μοι*. Locus Hegesippi, in quo de septem Judaici populi sectis se scripsisse testatur, exstat in libro IV Eusebii nostri, cap. 22. Ad quem locum, Deo juvante, plura dicturi sumus de septem illis sectis.

(99) *Τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ*. Ostium hoc loco

Digitized by Google

nonnulli eorum Jesum revera Christum esse crediderunt. Supra scriptæ vero sectæ nec resurrectionem, nec futurum Christi adventum ut unicuique pro meritis mercedem tribuat, credebant. Quotquot vero ex iis crediderunt, Jacobi opera ac ministerio utique crediderunt. Cum ergo multi ex ipsis etiam primoribus crederent, tumultuari cœperunt Judæi et scribæ ac Pharisæi : eo jam ventum esse clamantes, ut prope omnis populus Jesum quasi Christum exspectaret. Proinde in unum congregati Jacobum adeunt, hisque eum verbis compellant : Hortamur te, inquiunt, ut populi errorem comprimas, qui falsam de Jesu opinionem imbibit, perinde quasi Christus esset. Persuade igitur omnibus qui festo Paschæ die huc conveniunt, ut de Jesu recte sentiant. Tibi enim omnes fidem habemus, et cum universo populo hoc tibi testimonium perhibemus, justissimum te virum esse, nec ullum apud te personarum discrimen valere. Proinde plebi persuade ne circa Jesum deinceps aberret. Nam et universus populus, et nos libenter tibi obtemperamus. Ascende igitur in fastigium templi, ut in sublimi loco positus, ab omnibus conspici et exaudiri facile possis. Nam paschalis solemnitatis gratia, cunctæ Judæorum tribus et ex gentibus non pauci huc convenerunt. Posthæc supradicti scribæ et Pharisæi cum Jacobum in fastigio templi collocassent, contenta voce sic eum alloqui cœperunt : O Juste cui nos omnes fidem adhibere par est, quandoquidem populus omnis errat, Jesum sectans crucifixum, doce nos quod sit ostium Jesu suffixi cruci. Tunc Jacobus edita voce iis respondit : « Quid me, inquit,

A τοῦτον εἶναι τὸν Σωτῆρα. Ἐξ ὧν τινες ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός. Αἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι, οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν (1), οὔτε ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον (2). Πολλῶν οὖν καὶ τῶν ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων καὶ γραμματέων καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶν. Ἔλεγον οὖν συνελθόντες τῷ Ἰακώβῳ· Παρακαλοῦμέν σε, ἐπίσχες τὸν λαὸν ἐπεὶ ἐπλανήθη εἰς Ἰησοῦν, ὡς αὐτοῦ ὄντος τοῦ Χριστοῦ. Παρακαλοῦμέν σε πεῖσαι πάντας τοὺς ἐλθόντας εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ Πάσχα περὶ Ἰησοῦ. Σοὶ γὰρ πάντες πειθόμεθα. Ἡμεῖς γὰρ μαρτυροῦμέν σοι καὶ πᾶς ὁ λαός, ὅτι δίκαιος εἶ, καὶ ὅτι πρόσωπον οὐ λαμβάνεις. Πεῖσον οὖν σὺ τὸν B ὄχλον περὶ Ἰησοῦ μὴ πλανᾶσθαι. Καὶ γὰρ πᾶς ὁ λαὸς καὶ πάντες πειθόμεθά σοι. Στῆθι οὖν ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, ἵνα ἄνωθεν ᾖς ἐπιφανής, καὶ ᾖ εὐάκουστά σου τὰ ῥήματα παντὶ τῷ λαῷ. Διὰ γὰρ τὸ Πάσχα συνεληλύθασι πᾶσαι αἱ φυλαὶ μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν (3). Ἔστησαν οὖν οἱ προειρημένοι γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι τὸν Ἰάκωβον ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ναοῦ, καὶ ἔκραξαν αὐτῷ καὶ εἶπον· Δίκαιε, ᾧ πάντες πείθεσθαι ὀφείλομεν, ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος. Καὶ ἀπεκρίνατο φωνῇ μεγάλῃ· Τί με ἐπερωτᾶτε περὶ Ἰησοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου; καὶ αὐτὸς κάθηται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐκ δεξιῶν τῆς μεγάλης δυνάμεως, καὶ μέλλει ἔρχεσθαι ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ πολλῶν πληροφορηθέντων, C καὶ δοξαζόντων ἐπὶ τῇ μαρτυρίᾳ τοῦ Ἰακώβου, καὶ λεγόντων (4) Ὡσαννὰ (5) τῷ υἱῷ Δαβίδ, τότε πάλιν οἱ

est introductio, seu institutio atque initiatio. Ostium igitur Christi nihil est aliud quam fides in Deum Patrem et in Filium ac Spiritum sanctum. De hoc ostio dicitur in Psalmis : *Hæc est porta Domini et justi intrabunt per eam*, ut explicat Clemens in lib. VI *Στρωματέων*. Et ostium quidem Joannis Baptistæ erat pœnitentia; Christi vero ostium est remissio peccatorum quæ fit per baptismum.

(1) *Οὐκ ἐπίστευον οὔτε ἀνάστασιν.* Male Rufinus, eumque secutus Christophorsonus, vertit *non crediderunt*, quasi legeretur οὐκ ἐπίστευσαν. Longe melius Musculus vertit *non credunt*. Nam Græca vox hanc habet significationem. Falsum tamen est eas sectas non credidisse resurrectionem. Nam Pharisæi eam credebant.

(2) *Ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν, διὰ Ἰάκωβον.* Vox ἐπίστευσαν iterum repetenda est : quod virgula illa D quæ in manuscriptis etiam codicibus appicta est, satis declarat. In vetustissimo codice Mazarino post ἐπίστευσαν punctum ascriptum est ad pedes litteræ, quod virgulæ nostræ respondet, et Græce quidem vocatur ὑποστιγμή, a Latinis autem *subdistinctio*.

(3) *Μετὰ καὶ τῶν ἐθνῶν.* Merito Scaligerum hic reprehendit Dionysius Petavius, quod negasset licuisse ulli gentili interesse festis diebus Judæorum. Nam præter locum illum quem citat Petavius ex Evangelio Joannis cap. XII, plurima suppetunt Josephi testimonia, e quibus discimus, gentiles Azymorum solemnitati sæpius interfuisse. Certe Vitellius, legatus Syriæ, festo Paschæ ingressus est Hierosolyma, et a Judæis honorifice exceptus, ut legitur in lib. XVIII *Originum Judaicarum*, cap. 6. Idem de Quadrato, legato Syriæ, in lib. XX scribit.

(4) *Καὶ λεγόντων Ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβίδ.* Scaliger in *Animadversionibus Eusebianis* hæc de Jacobo dicta esse existimavit; cui in eo quidem facile assentior. Sed quod negat idem Scaliger Jacobum filium David dici potuisse, in hoc graviter hallucinatur. Fuit enim Jacobus filius Josephi, ac proinde oriundus ex stirpe David. Porro verissimum est quod ait Scaliger, eos qui Osanna acclamabant, palmas manibus gestare debuisse. Cui rei illustre exemplum est in *Itinerario Hierosolymitano* Antonini monachi, pag. 30. Ex quo discimus, morem olim fuisse Christianorum, ut episcopis ac presbyteris advenientibus obviam procedentes honoris causa, acclamarent Osanna. *Ibi venerunt mulieres in occursum nobis cum infantibus, palmas in manibus tenentes, et ampullas cum rosaceo oleo; et prostratæ pedibus nostris, plantas nostras ungebant, cantabantque lingua Ægyptiaca psallentes antiphonam : « Benedicti vos a Domino, benedictusque adventus vester, Osanna in excelsis. »* Idem testatur etiam Hieronymus *in cap.* XXI *Matthæi : Videant ergo episcopi et quantumlibet sancti homines, cum quanto periculo dici ista sibi patiantur : si Domino, cui vere hoc dicebatur (quia necdum erat solida credentium fides) pro crimine impingitur.* Cæterum voces illas *Osanna filio David*, quas a quibusdam Judæis acclamatas tunc fuisse dicit Hegesippus, non immerito quis existimet de Christo potius quam de Jacobo intelligi oportere. Nam cum Jacobus in fastigio templi positus, Jesum revera Christum esse ac Redemptorem generis humani prædicasset, Judæi quidam Christi fidem amplectentes, acclamare cœperunt Osanna filio David, id est, Jesu Christo palma et victoria.

(5) *Ὡσαννά.* In omnibus nostris exemplaribus

Digitized by Google

αὐτοὶ γραμματεῖς καὶ Φαρισαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον· Κακῶς ἐποιήσαμεν τοιαύτην μαρτυρίαν παρασχόντες τῷ Ἰησοῦ· ἀλλὰ ἀναβάντες, καταβάλωμεν αὐτὸν ἵνα φοβηθέντες μὴ πιστεύσωσιν αὐτῷ. Καὶ ἔκραξαν λέγοντες· Ὦ ὦ, καὶ ὁ δίκαιος ἐπλανήθη. Καὶ ἐπλήρωσαν τὴν Γραφὴν τὴν ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ (6) γεγραμμένην· *Ἀρωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται.* Ἀναβάντες οὖν κατέβαλον τὸν Δίκαιον, καὶ ἔλεγον ἀλλήλοις· Λιθάσωμεν Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον. Καὶ ἤρξαντο λιθάζειν αὐτὸν, ἐπεὶ καταβληθεὶς οὐκ ἀπέθανεν, ἀλλὰ στραφεὶς ἔθηκε τὰ γόνατα λέγων· Παρακαλῶ, Κύριε Θεὲ Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς· οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν. Οὕτω δὲ καταλιθοβολούντων αὐτὸν, εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ (7) τῶν μαρτυρουμένων ὑπὸ Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, ἔκραζε λέγων· Παύσασθε! τί ποιεῖτε (8); εὔχεται ὑπὲρ ὑμῶν ὁ Δίκαιος. Καὶ λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων τὸ ξύλον (9) ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια (10), ἤνεγκε κατὰ τῆς κεφαλῆς τοῦ Δικαίου. Καὶ οὕτως ἐμαρτύρησεν. Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ (11), καὶ ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ (12). Μάρτυς οὗτος

A interrogatis de Jesu Filio hominis? Ipse sedet in cœlo a dextris summæ virtutis, et venturus est in nubibus cœli. Cumque multi, hoc Jacobi testimonio **65** confirmati, glorificarent Jesum dicentes, Hosanna Filio David : tunc iidem Scribæ ac Pharisæi inter se collocuti, Male, inquiunt, fecimus, qui tanto testimonio Jesum ornaverimus. Verum ascendamus, eumque præcipitem dejiciamus, ut cæteri conterriti fidem illi habere desinant. Conclamare deinde cœperunt ac dicere : O o, ipse etiam Justus erravit. Et impleta sunt ea quæ apud Isaiam scripta sunt : *Tollamus e medio justum, quia molestus est nobis. Propterea fructum operum suorum manducabunt.* Mox ergo conscendentes, eum præcipitem egerunt. Et quoniam præcipitatus non statim mortem obierat, sed conversus flexis genibus orabat dicens : — Domine et Deus Pater, rogo ut ignoscas illis, quia nesciunt quid faciunt, — illi inter se dixerunt : — Lapidemus Jacobum Justum. Cœperunt igitur lapidibus eum impetere. Cumque hominem saxis obruerent, unus e sacerdotibus, ex filiis Rechab filii Rechabim qui Jeremiæ suffragio

duo sunt vocabula ὡς ἀννά. Ita etiam apud Hieronymum in Interpretatione nominum Hebraicorum: *Hosanna*, salvifica, *quod Græce aicitur* ὡς ἀννά. *Utrumque autem nomen per extensam litteram legendum.* Id est, Hosanna tam in Hebræa quam in Græca lingua primam syllabam producit. Isidorus quoque in lib. VI *Originum*, Hosanna ex duobus vocabulis *Hosi* et *Anna* compositum esse testatur, elisa scilicet una littera, sicut in versibus cum scandimus. *Hosi* enim *salvifica* interpretatur; *Anna* interjectio est, motum animi significans sub deprecantis affectu. Quæ Isidori verba desumpta sunt ex Hieronymi epistola 145, ad Damasum.

(6) *Ἐν τῷ Ἡσαΐᾳ.* Memoria lapsum esse Hegesippum affirmat Scaliger. Neque enim hunc locum apud Isaiam exstare, sed in lib. qui inscribitur *Sapientia Salomonis*, cap. II. Sed fallitur ipsemet Scaliger qui Hegesippum temere reprehendit. Revera enim hic locus legitur in Isaia cap. III, δήσωμεν τὸν δίκαιον, ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι· τοίνυν τὰ γεννήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Sed et in eo fallitur, quod apud Rufinum pro Isaia Jeremiam scribi dicit. Porro Hegesippus hunc Isaiæ locum quem dixi, in mente habuit paulo supra, cum diceret Jacobum a prophetis Justum esse appellatum, ἐκαλεῖτο Δίκαιος, ὡς οἱ προφῆται δηλοῦσι περὶ αὐτοῦ.

(7) *Υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ.* Merito Nicephorus hæc duo vocabula expunxit, ut jampridem notavit Scaliger, tum in *Animadversionibus Eusebianis*, tum in *Elenchotrihæresii*, cap. 25. Sed tamen cum apud Rufinum legantur, et in omnibus nostris exemplaribus exstent, ferri commode possunt. Ac si rem attentius expendamus, non sunt ita inepta atque insulsa ut putavit Scaliger. Εἷς τῶν ἱερέων τῶν υἱῶν Ῥηχὰβ υἱοῦ Ῥαχαβεὶμ, *unus ex sacerdotibus de filiis Rechab fili Rechabim.* Idem enim est ac si diceret, unus ex sacerdotibus, filius Rechab de genere Rechabitarum; quæ postrema verba consulte edita sunt, ut Rechab pater illius sacerdotis, ab aliis Rechab distingueretur. Plures enim eodem nomine appellabantur Rechab; verum hic de quo loquitur Hegesippus, erat ex stirpe Rechabitarum illorum, de quibus locutus est Jeremias.

(8) *Παύσασθε! Τί ποιεῖτε.* Epiphanius in hæresi LXXVIII non a Rechabita sacerdote hæc dicta esse scribit, sed a Simeone Clopæ filio, qui Jacobi

Justi frater patruelis erat.

(9) *Λαβών τις ἀπ' αὐτῶν εἷς τῶν γναφέων τὸ ξύλον.* Hæc verba duobus modis construi possunt : nempe hoc modo, εἷς τις ἀπ' αὐτῶν λαβὼν τὸ τῶν γναφέων ξύλον, id est, *unus ex illis arrepto fullonis vecte ;* aut in hunc modum, τὶς ἀπ' αὐτῶν, εἷς τῶν γναφέων, λαβὼν τὸ ξύλον, quam distinctionem secutus est Rufinus, ita enim vertit : *Et unus ex ipsis fullo, arrepto fuste, in quo vestes exprimere solent.* Neque aliter cæteri interpretes. Atque hunc sensum confirmat Clemens Alexandrinus in libro VII *Hypotyposeon*, ubi Jacobum a fullone interemptum esse scribit. Verba Clementis habentur supra in cap. 1 hujus libri. Apollonius Collatius in lib. I *De excidio Hierosol.* Jacobum non fullonis vecte, sed securi percussum interiisse scribit.

(10) *Τὸ ξύλον ἐν ᾧ ἀπεπίεζε τὰ ἱμάτια.* Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* hunc locum ita expressit : *Fullonis fuste, quo uda vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interiit.* Hieronymi verba Græce ita vertit Sophronius : Τῷ τε γναφικῷ μοχλῷ ᾧ τὰ ἱμάτια ἐκπιέζειν εἰώθασι, Musculus quidem Eusebii locum ita vertit : *Unus ex fullonibus arrepto instrumento quo vestimenta excutiunt ac purgant.* Langus vero Nicephori interpres sic reddidit : *Et fullonum quidam ligno quo vestes complanabat arrepto.* Mihi quidem magis placet Rufini et Christophorsoni expositio, qui *vestes premere* seu *exprimere* interpretati sunt. Id enim significat vox πιέζειν, ex qua fit πιεστήριον, quod est Latine *pressorium* seu *prelum*. Duplex fuit fullonum officium. Nam et maculas eluebant e vestibus, et eas dealbabant, ac splendorem iis conciliabant; utebantur autem ad id pressoriis seu prelis, ut notavi ad lib. XXVIII Amm. Marcellini, pag. 366. Porro in manuscriptis nostris Maz., Med. ac Fuketii scriptum est ἀποπίεζε.

(11) *Ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ τόπῳ.* Ita quidem codex Regius quem secutus est Stephanus. Verum reliqui tres, Maz. scilicet, Med. ac Fuk., aliquot vocabulis auctiores sunt hoc modo, καὶ ἔθαψαν αὐτὸν ἐπὶ τῷ τόπῳ παρὰ τῷ ναῷ. Quam quidem lectionem confirmant Nicephorus ac Rufinus.

(12) *Ἔτι αὐτοῦ ἡ στήλη μένει παρὰ τῷ ναῷ.* Quomodo fieri potest, ut hic cippus (id enim significat στήλη, ut supra notavimus) et hoc Jacobi sepulcrum adhuc permanserit post urbem a Romanis

Digitized by Google

commendati sunt, contenta voce : Parcite, inquit, quid facitis ? Justus orat pro vobis. Interim unus ex iis fullo, arrepto fuste quo vestes exprimere solebat, caput Justi percussit. Atque ita felici martyrio vitam finiit. Sepultus est eodem in loco, manetque adhuc cippus illius prope templum. Hic Jacobus tum Judæis tum Græcis locuples fuit testis, Jesum vere Christum fuisse. Nec multo post obsidio Vespasiani, et Judæorum captivitas subsecuta est. » Hæc Hegesippus prorsus cum Clemente consentiens, paulo fusius retulit. Porro Jacobus ob singularem justitiam adeo celebris apud omnes et admirabilis fuit, ut Judæorum prudentissimi hanc fuisse causam existimaverint secutæ mox obsidionis Hierosolymorum. Quam quidem non ob aliud sibi contigisse quam propter scelus in Jacobum admissum, ipse etiam Josephus scripto testari minime dubitavit, cum ait : « Hæc omnia contigerunt Judæis propter Jacobum Justum, fratrem Jesu qui dicitur Christus. Qui cum esset omnium consensu justissimus, nihilominus a Judæis necatus fuerat. » Idem in vicesimo Antiquitatum libro mortem illius commemorat his verbis : « Comperta morte Festi Cæsar Albinum Procuratorem in Judæam mittit. Interea Ananus junior quem pontificatum accepisse jam diximus, vir audax imprimis ac temerarius, **66** et qui sectam Sadducæorum sequebatur, quos quidem præ cæteris Judæis in judiciis exercendis immites esse supra retulimus, opportunum sibi tempus adesse ratus, eo quod Festus quidem obiisset, Albinus vero adhuc iter faceret,

A ἀληθὴς Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι γεγένηται, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Χριστός ἐστιν. Καὶ εὐθὺς, Οὐεσπασιανὸς πολιορκεῖ αὐτούς (13). » Ταῦτα διὰ πλάτους συνῳδὰ τῷ γε Κλήμεντι καὶ ὁ Ἡγήσιππος. Οὕτω δὲ ἄρα θαυμάσιός τις ἦν, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἐπὶ δικαιοσύνῃ βεβόητο ὁ Ἰάκωβος, ὡς καὶ τοὺς Ἰουδαίων ἐμφρονας δοξάζειν, ταύτην εἶναι τὴν αἰτίαν τῆς παραχρῆμα μετὰ τὸ μαρτύριον αὐτοῦ πολιορκίας τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἣν δι' οὐδὲν ἕτερον αὐτοῖς συμβῆναι, ἢ διὰ τὸ κατ' αὐτοῦ τολμηθὲν ἄγος. Ὁ γοῦν Ἰώσηπος (14) οὐκ ἀπώκνησε καὶ τοῦτ' ἐγγράφως ἐπιμαρτύρασθαι, δι' ὧν φησι λέξεων· « Ταῦτα δὲ συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ· ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα B οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τὸν θάνατον αὐτοῦ ἐν εἰκοστῷ τῆς Ἀρχαιολογίας δηλοῖ διὰ τούτων· « Ἤμπει δὲ Καῖσαρ Ἀλβῖνον εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἔπαρχον, Φήστου τὴν τελευτὴν πυθόμενος. Ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιερωσύνην εἴπομεν παρειληφέναι, θρασὺς ἦν τὸν τρόπον καὶ τολμητὴς διαφερόντως. Αἵρεσιν δὲ μετῄει τὴν Σαδδουκαίων, οἵπερ εἰσὶ περὶ τὰς κρίσεις ὠμοὶ παρὰ πάντας τοὺς Ἰουδαίους, καθὼς ἤδη δεδηλώκαμεν. Ἅτε δὴ οὖν τοιοῦτος ὢν ὁ Ἄνανος, νομίσας ἔχειν καιρὸν ἐπιτήδειον, διὰ τὸ τεθνάναι μὲν Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθίζει συνέδριον κριτῶν. Καὶ παραγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ Χριστοῦ λεγομένου, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ, καί τινας ἑτέρους ὡς C παρανομησάντων κατηγορίαν ποιησάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους (15). Ὅσοι δὲ ἐδόκουν ἐπιεικέστατοι

excisam? Sed neque verisimile est, quod ait Hegesippus, Jacobum juxta templum sepultum fuisse. Nam Judæi extra urbem corpora condebant, ut colligere est tum ex Evangelio, tum ex sepulcro Helenæ, Adiabenorum reginæ, de quo superius locuti sumus. Merito igitur Rufinus totam hanc pericopen in versione sua prætermisit. Hieronymus vero in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, cujus maxima pars ex *Historia ecclesiastica* Eusebii nostri desumpta est, hæc Hegesippi verba interpretatus ita emollivit : *Titulum usque ad obsidionem Titi, et ultimam Hadriani, notissimum habuit.* Ubi tamen illud probare non possum, quod de ultima Hadriani obsidione dicit. Nam in eo secutus est errorem Eusebii, quem jampridem alii confutarunt. Porro Hieronymus *titulum* dixit, pro eo quod in Græco est στήλη. Ad quam vocem in vetustissimo codice Mazarino hoc scholium ascriptum inveni : Ἰστέον ὅτι ἡ στήλη αὕτη λίθος ἦν ἄμορφος, ἐπιγραφὴν ἔχων τὸ ὄνομα τοῦ τεθαμμένου Ἰακώβου. Ἐξ οὗ καὶ ἔτι νῦν οἱ Χριστιανοὶ ἐν τοῖς μνήμασιν αὐτῶν λίθους ἱστᾶσιν, καὶ ἢ γράμματα ἐν αὐτοῖς γράφουσιν, ἢ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐγχαράττουσιν. *Sciendum est columnam hanc nihil aliud fuisse quam lapidem informem, in quo nomen Jacobi illic sepulti erat incisum. Unde et Christiani in sepulcris suis etiamnum lapides statuunt, in quibus aut litteras inscribere, aut crucis figuram insculpere consueverunt.*

(13) *Πολιορκεῖ αὐτούς.* Codex Regius, πολιορκεῖ τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας αὐτούς. Verum tres reliqui, Maz., Med. ac Fuketii, voces illas τὴν Ἰουδαίαν αἰχμαλωτίσας non agnoscunt. Ac meo quidem judicio prorsus superfluæ sunt et insulsæ. Neque enim Græce dici potest πολιορκεῖν τὴν Ἰουδαίαν, cum id verbum de urbibus dicatur, non autem de gentibus. Rufinus quoque et Nicephorus eas voces non habent.

(14) *Ὁ γοῦν Ἰώσηπος.* Hæc est scriptura codicis Regii, a qua paululum dissentiunt nostri codices Mazar., Med., Fuk. ac Savilii. Sic enim habent Ἀμέλει γέ τοι καὶ ὁ Ἰώσηπος.

(15) *Παρέδωκε λευσθησομένους.* Quid magis contrarium esse potest, quam hæc Josephi et illa Hegesippi narratio? Nam Josephus quidem Jacobum damnatum esse scribit in publico Judæorum consilio ; Hegesippus vero per seditionem ac tumultum populi occisum. Et Hegesippus quidem fuste fullonis necatum in media urbe ; Josephus autem lapidatum occubuisse narrat. Fiebat autem lapidatio extra portas civitatis, ut notum est. Porro Josephus annum quo mortuus est Jacobus, duabus notis nobis designavit, pontificatu scilicet Anani, et adventu Albini in Judæam. Eusebius in *Chronico*, Albinum Festo successisse scribit anno VI imperii Neronis. Idem tamen Jacobi martyrium confert in annum sequentem. Quod manifeste pugnat cum Josepho, qui diserte testatur Jacobum necatum priusquam Albinus in provinciam venisset. Eodem igitur anno initium Albini et Jacobi cædem Eusebius includere debuerat. Verum reclamat Baronius; et Jacobi martyrium anno septimo Neronis contigisse probat, tum ex consensu omnium veterum, tum ex Josephi libro secundo *De bello Judaico*, capite duodecimo. Ego vero Hieronymum, Nicephorum et alios qui Eusebii *Chronicon* secuti sunt, et exscripserunt, non discussa ejus sententia, haud numerandos puto. Josephi autem locus nihil aliud probat quam Albinum quarto anno antequam bellum inchoaretur Judaicum, et septimo antequam urbs caperetur, fuisse præsidem Judææ. Verum ex eo

Digitized by Google

τῶν κατὰ τὴν πόλιν εἶναι καὶ τὰ περὶ τοὺς νόμους ἀκριβεῖς, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ. Καὶ πέμπουσι πρὸς τὸν βασιλέα κρύφα, παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐπιστεῖλαι τῷ Ἀνάνῳ (16) μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν· μηδὲ γὰρ τὸ πρῶτον ὀρθῶς αὐτὸν πεποιηκέναι. Τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὸν Ἀλβῖνον ὑπαντιάζουσιν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας ὁδοιποροῦντα, καὶ διδάσκουσιν, ὡς οὐκ ἐξὸν ἦν Ἀνάνῳ χωρὶς τῆς αὐτοῦ γνώμης καθίσαι συνέδριον. Ἀλβῖνος δὲ πεισθεὶς τοῖς λεγομένοις, γράφει μετ' ὀργῆς τῷ Ἀνάνῳ, λήψεσθαι παρ' αὐτοῦ δίκας ἀπειλῶν. Καὶ ὁ βασιλεὺς δὲ Ἀγρίππας διὰ τοῦτο τὴν ἀρχιερωσύνην ἀφελόμενος αὐτοῦ ἄρξαντος μῆνας τρεῖς, Ἰησοῦν τὸν τοῦ Δαμμαίου (17) κατέστησεν. Ταῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάκωβον, οὗ ἡ πρώτη τῶν ὀνομαζομένων καθολικῶν Ἐπιστολῶν εἶναι λέγεται. Ἰστέον δὲ ὡς νοθεύεται μέν (18)· οὐ πολλοὶ γοῦν τῶν παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν, ὡς οὐδὲ τῆς λεγομένης Ἰούδα, μιᾶς καὶ αὐτῆς οὔσης τῶν ἑπτὰ λεγομένων καθολικῶν. Ὅμως δὲ ἴσμεν καὶ ταύτας μετὰ τῶν λοιπῶν ἐν πλείσταις δεδημοσιευμένας Ἐκκλησίαις.

A concilium judicum cogit. Inductoque in judicium Jacobo fratre Jesu ejus qui dicitur Christus, et cum eo quibusdam aliis, crimen illis violatæ legis impegit, statimque lapidandos tradidit. Sed quicumque inter cives modestissimi legisque observandæ studiosissimi habebantur, graviter id factum tulere. Itaque clam legatos ad regem mittunt, hortantes ut Ananum per litteras monere vellet ne deinceps talia gereret; neque enim prius illud recte atque ex jure ab eo factum fuisse. Quin etiam nonnulli eorum Albino ab urbe Alexandria iter facienti occurrerunt, eumque monuerunt non licuisse Anano absque ipsius consensu concilium judicum convocare. Quibus auditis, Albinus litteras plenas furoris et iracundiæ ad Ananum scribit, minatus se de illo pœnas sumpturum. Proinde rex Agrippa adempto ei pontificatu quem per tres menses gesserat, Jesum Damnæi filium pontificem constituit. Hæc sunt quæ de Jacobo memorantur, cui etiam adscribi solet epistola prima earum quæ Catholicæ dicuntur. Quam quidem nonnulli spuriam ac suppositam existimant. Sane pauci admodum ex vetustioribus, tum hujus Epistolæ tum illius Judæ quæ et ipsa in septem Catholicarum numero recensetur, mentionem fecere. Verumtamen hasquoque cum cæteris in plurimis Ecclesiis publice lectitari cognovimus.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὡς μετὰ Μάρκον πρῶτος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας Ἀννιανὸς κατέστη (Nic. *H. E.* II, 15).

Νέρωνος δὲ ὄγδοον ἄγοντος τῆς βασιλείας ἔτος, πρῶτος μετὰ Μάρκον τ�ν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστὴν (19), τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας, Ἀννιανὸς τὴν λειτουργίαν διαδέχεται, ἀνὴρ θεοφιλὴς ὢν καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος (20).

CAPUT XXIV

Ut post Marcum primus Alexandrinorum episcopus ordinatus est Annianus.

Interea, Nerone octavum imperii annum agente, primus post Marcum evangelistam Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem suscepit Annianus, vir Deo acceptus et omni ex parte mirabilis.

C

colligi non potest, Albinum septimo anno ante expugnationem Hierosolymorum, Judæam administrare cœpisse. Imo verius mihi videtur, eum anno IV Neronis in Judæam venisse. Nam Porcius Festus biennii spatio Judæam administravit, ut ex ejus gestis apparet, quæ pauca admodum a Josepho referuntur. Huic successit Albinus, anno Neronis quarto, mansitque usque ad annum decimum, ut ex Josepho recte ponit Eusebius. Anno igitur Neronis quarto cæsus est Jacobus. Conjecturam porro nostram confirmat Epiphanius in hæresi LXXVIII, ubi Jacobum hunc ait præfuisse Ecclesiæ Hierosolymitanæ annos circiter quatuor et viginti ab ascensu Domini.

(16) *Τῷ Ἀνάνῳ.* Nicephorus in libro secundo, cap. 4, hunc Ananum eumdem esse existimavit cum Anania illo qui Paulum colaphis cædi jussit, de quo Lucas in Actibus apostolorum. Sed in eo longe fallitur. Nam Ananias, Nebedæi filius, de quo loquitur Lucas, pontifex fuit principatu Claudii, ab anno ejus septimo usque ad Neronis initia: vir omnium ætatis suæ Judæorum potentissimus, teste Josepho in libro vicesimo. Sed et series illa pontificum quæ ibidem recensetur a Nicephoro, ex Josephi libris supplenda est: et post Josephum Camæ filium ponendus est Ananias, Nebedæi filius, de quo Josephus capite tertio libri vicesimi. Post hunc fuit Ismaelus Phabæi filius, ab Agrippa juniore factus. Josephus pagina 696. Cui successit Josephus, cognomento Cabi, Simonis filius. Post quem Ananus, Anani filius, de quo hic sermo est.

(17) *Δαμμαίου.* Apud Josephum et Nicephorum scribitur Δαμναίου.

(18) *Νοθεύεται μέν.* Hunc locum Rufinus et Christophorsonus ita verterunt, quasi hæc quorumdam esset opinio. Quem sensum nos etiam in interpretatione nostra secuti sumus. Sed nunc, re attentius perpensa, aliter sentimus, Eusebium scilicet absolute hanc Jacobi epistolam spuriam pronuntiare. Hieronymus de Jacobo: *Unam*, inquit, *scripsit Epistolam, quæ et ipsa ab alio quodam sub nomine ejus edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit auctoritatem.*

(19) *Μάρκον τὸν ἀπόστολον καὶ εὐαγγελιστήν.* Ita codex Regius. Verum in reliquis codicibus Maz., Med., Fuk. ac Saviliano, desunt hæ voces ἀπόστολον καί, quæ etiam in interpretatione Rufini non leguntur. Scio quidem Marcum merito apostolum dici posse, quippe qui primus Christi fidem Alexandrinis nuntiaverit. Sane Athanasius in *Synopsi* Marcum et Lucam apostolos vocat. In *Fastis* quoque Idatii Timotheus et Lucas apostoli dicuntur. Vide quæ supra notavi ad caput ultimum libri primi, ubi de Thaddæo et Abgaro agitur. Verum hoc loco non quærimus quem titulum mereatur Marcus, sed tantum quid Eusebius scripserit.

(20) *Ἀνὴρ θεοφιλὴς ὢν καὶ τὰ πάντα θαυμάσιος.* Tota hæc pericope in tribus nostris codicibus Maz., Med. ac Fuketiano, et in interpretatione Rufini desideratur. Quia tamen in codice Regio habebatur, ipsam retinui. Sed et ipsum Anniani nomen per duplex *r* restituimus ex auctoritate codic. Maz. ac Medic., quibus Rufinus ac Hieronymus aliique subscribunt. Quippe nomen Latinum est *Annianus*, et ab *Annio* deducitur.

Digitized by Google

CAPUT XXV 67

De Neronis persecutione, in qua Petrus et Paulus Romæ martyrium pro religione subierunt.

Cæterum Nero, confirmatum jam sibi imperium videns, ad impios et nefarios actus prolapsus, ipsum quoque veri Numinis cultum oppugnare instituit. Et qualis quidem quantaque ejus fuerit improbitas, non est præsentis otii hic describere. Sed cum multi res ab eo gestas diligentissime perscripserint, poterit qui volet, incredibilem hominis immanitatem et furorem ex ipsis cognoscere. Qui infinitis hominibus temere nulloque adhibito concilio trucidatis, eo tandem crudelitatis processit, ut ne a proximis quidem et charissimis cruentas manus abstinuerit : sed matrem cum fratribus et uxorem et alios innumerabiles propinquitate generis sibi conjunctos, non secus ac hostes et inimicos variis supplíciorum generibus exstinxerit. Verum hoc unum adhuc illi deerat, quod cæteris ejus titulis ascriberetur, ut scilicet primus Romanorum imperatorum, hostis Christianæ religionis diceretur fuisse. Cujus rei etiam Tertullianus meminit his verbis : « Consulite, inquit, commentarios vestros. Illic reperietis primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romæ orientem Cæsariano gladio ferocisse. Sed tali dedicatore damnationis nostræ etiam gloriamur. Qui enim scit illum, intelligere potest, nonnisi grande aliquod bonum a Nerone damnatum. » Sic igitur omnium divini Numinis hostium princeps et antesignanus Nero, in ipsos etiam apostolos sæviit. Ac Paulus quidem Romæ capite truncatus, Petrus vero cruci suffixus fuisse, eodem regnante traduntur. Quam quidem narrationem abunde confirmant Petri Paulique nomine insignita monumenta, quæ in urbis Romæ cœmeteriis etiamnum visuntur. Sed et Caius qui-

A

B

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Νέρωνα διωγμοῦ, καθ' ὃν ἐπὶ Ῥώμης Παῦλος καὶ Πέτρος, τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας μαρτυρίοις κατεκοσμήθησαν (Nic. *H. E.* II, 34-37)

Κραταιουμένης δὲ ἤδη τῷ Νέρωνι τῆς ἀρχῆς, εἰς ἀνοσίους ἐξοκείλας ἐπιτηδεύσεις, κατ' αὐτῆς ὡπλίζετο τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας. Γράφειν μὲν οὖν οἷός τις οὗτος γεγένηται τὴν μοχθηρίαν, οὐ τῆς παρούσης γένοιτ' ἂν σχολῆς. Πολλῶν γε μὴν τὰ κατ' αὐτὸν ἀκριβεστάταις παραδεδωκότων διηγήσεσι, πάρεστιν ὅτῳ φίλον, ἐξ αὐτῶν τὴν σκαιότητα τῆς τἀνδρὸς ἐκτόπου καταθεωρῆσαι μανίας, καθ' ἣν οὐ μετὰ λογισμοῦ, μυρίων ὅσων ἀπωλείας διεξελθών, ἐπὶ τοσαύτην ἦλασε μιαιφονίαν, ὡς μηδὲ τῶν οἰκειοτάτων τε καὶ φιλτάτων ἀποσχέσθαι, μητέρα δὲ ὁμοίως καὶ ἀδελφοὺς καὶ γυναῖκα σὺν καὶ ἄλλοις μυρίοις τῷ γένει προσήκουσι, τρόπον ἐχθρῶν καὶ πολεμίων, ποικίλαις θανάτων ἰδέαις διαχρήσασθαι. Ἐνέδει δὲ ἄρα τοῖς πᾶσι καὶ τοῦτ' ἐπιγραφῆναι αὐτῷ, ὡς ἂν πρῶτος αὐτοκρατόρων, τῆς εἰς τὸ Θεῖον εὐσεβείας πολέμιος ἀναδειχθείη. Τούτου δὲ πάλιν ὁ Ῥωμαῖος Τερτυλλιανὸς, ὧδέ πως λέγων μνημονεύει· « Ἐντύχετε τοῖς ὑπομνήμασιν ὑμῶν. Ἐκεῖ εὑρήσετε πρῶτον Νέρωνα τοῦτο τὸ δόγμα, ἡνίκα μάλιστα ἐν Ῥώμῃ τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας (21), ὠμὸς ἦν εἰς πάντας, διώξαντα. Τοιούτῳ τῆς κολάσεως ἡμῶν ἀρχηγῷ καυχώμεθα. Ὁ γὰρ εἰδὼς ἐκεῖνον, νοῆσαι δύναται, ὡς οὐκ ἂν εἰ μὴ μέγα τι ἀγαθὸν ἦν, ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι (22). » Ταύτῃ γοῦν οὗτος θεομάχος ἐν τοῖς μάλιστα πρῶτος ἀνακηρυχθεὶς, ἐπὶ τὰς κατὰ τῶν ἀποστόλων ἐπήρθη σφαγάς. Παῦλος δὴ οὖν ἐπ' αὐτῆς Ῥώμης τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθῆναι, καὶ Πέτρος ὡσαύτως ἀνασκολοπισθῆναι κατ' αὐτὸν ἱστοροῦνται. Καὶ πιστοῦταί γε τὴν ἱστορίαν ἡ Πέτρου καὶ Παύλου εἰς δεῦρο κρατήσασα ἐπὶ τῶν αὐτόθι κοιμητηρίων πρόσρησις (23). Οὐδὲν δ' ἧττον καὶ ἐκκλησιαστικὸς ἀνὴρ (24) Γάϊος ὄνομα, κατὰ Ζεφυ-

(21) *Τὴν ἀνατολὴν πᾶσαν ὑποτάξας.* Quisquis Tertulliani *Apologeticum* Latine vertit, sive is Eusebius sit, quod non puto, sive quis alius, Tertulliani verba non intellexit. Neque id in hoc uno Tertulliani loco ei contigit, sed etiam in aliis pluribus Tertulliani locis, qui ab Eusebio Græce in hoc opere proferuntur.

(22) *Ὑπὸ Νέρωνος κατακριθῆναι.* Nicephorus hunc Tertulliani locum ex Eusebio citans, addit verbum εἶχε, quod quidem necessarium videtur ad explendam totius loci sententiam.

(23) *Κοιμητηρίων πρόσρησις.* Post has voces in manuscriptis codicibus Medicæo et Fuketiano leguntur hæc verba ταῦτα μὲν οὖτος. Quæ in Mazarino etiam codice adduntur ad marginem. Verum hæc prorsus aliena sunt ab hoc loco. Videntur autem addita fuisse ab imperito scholiaste, qui putavit cuncta illa quæ de Petro et Paulo præmisit Eusebius, desumpta esse ex Tertulliani *Apologetico*, quod tamen verum non est.

(24) *Ἐκκλησιαστικὸς ἀνήρ.* Tribus modis dicitur *ecclesiasticus*. Interdum enim accipitur pro Christiano, et opponitur gentili, ut apud Hieronymum in præfatione libri *De scriptoribus ecclesiasticis*. Atque ita sumpsisse videtur Cyrillus in *catechesi* xv, cum ait, σημεῖον ἐκκλησιαστικὸν ζητοῦμεν οἱ ἐκκλησιαστικοί. Interdum vero *ecclesiasticus* designat Catholicum, et opponitur hæretico, ut apud Hieronymum in præfatione *in Matthæum*, et in *Commentariis in Ecclesiastem*, pag. 27, et *in cap.* XIII *Ezechielis*. Ita Origenes in tomo XVI *Explanationum in Joannis Evangelium : Dicet profecto Heracleon, et secum fortassis sentiens alius ecclesiasticus*. Et Cyrillus in *catechesi* XV, supra citata, ubi dicit, ταύτην δὲ εἶναι τῶν Ῥωμαίων οἱ ἐκκλησιαστικοὶ παραδεδώκασιν ἐξηγηταί. Epiphanius in hæresi Audianorum, pag. 821. Denique *ecclesiasticus* interdum denotat eum, qui in clero est constitutus : et opponitur sæculari seu laico, ut apud eumdem Hieronymum in epistola ad Pammachium de optimo genere interpretandi, et in epistola 46, ad Rusticum. Item in præfat. *Commentariorum in Danielem*, et in libro secundo *Apologiæ adversus Rufinum*. Atque ita sumit hoc nomen Cyrillus in *catechesi* XVII, cum ait : Καθὼς μέχρι σήμερον βλέπομεν ἄρχοντας κοσμικοὺς ὑπὸ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἀγομένους καὶ διδασκομένους. Auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 121. Et imperatores in lege XX, codice Theod., *de episcopis et clericis : Ecclesiastici aut ex ecclesiasticis, vel qui continentium se volunt nomine nuncupari*, etc., et in lege 21, eodem titulo : *Hi qui Ecclesiæ jugo obsequium deputarunt, curiis habentur immunes*, etc. Et paulo post : *cæteri revocentur, qui se post id tempus ecclesiasticis congregarunt*. Cum igitur hæc vox triplicem habeat significationem, quæri non immerito potest quomo-

Digitized by Google

ρῖνον Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπον· ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθεὶς, αὐτὰ δὴ ταῦτα περὶ τῶν τόπων ἔνθα τῶν εἰρημένων ἀποστόλων τὰ ἱερὰ σκηνώματα κατατέθειται, φησίν· « Ἐγὼ δὲ τὰ τρόπαια τῶν ἀποστόλων ἔχω δεῖξαι. Ἐὰν γὰρ θελήσῃς ἀπελθεῖν ἐπὶ τὸν Βατικανὸν (25), ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν, εὑρήσεις τὰ τρόπαια τῶν ταύτην ἱδρυσαμένων τὴν Ἐκκλησίαν. » Ὡς δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν ἄμφω καιρὸν ἐμαρτύρησαν, Κορινθίων ἐπίσκοπος Διονύσιος ἐγγράφως Ῥωμαίοις ὁμιλῶν, ὧδέ πως παρίστησιν· « Ταῦτα καὶ ὑμεῖς (26) διὰ τῆς τοσαύτης νουθεσίας (27), τὴν ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου φυτείαν γενηθεῖσαν (28) Ῥωμαίων τε καὶ Κορινθίων συνεκεράσατε. Καὶ γὰρ ἄμφω καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν Κόρινθον φοιτήσαντες (29) ἡμᾶς, ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὁμόσε διδάξαντες, ἐμαρτύρησαν κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν (30). » Καὶ ταῦτα δὲ, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον πιστωθείη τὰ τῆς ἱστορίας.

A dam, vir catholicus, qui Zephyrini Romanæ urbis episcopi temporibus floruit, in eo libro quem scripsit *Adversus Proclum* patronum sectæ Cataphrygarum, de loco in quo prædictorum apostolorum sacra corpora deposita sunt, ita loquitur : « Ego vero, **68** inquit, apostolorum tropæa possum ostendere. Nam sive in Vaticanum, sive ad Ostiensem viam pergere libet, occurrent tibi tropæa eorum qui Ecclesiam illam fundaverunt. » Porro ambos uno eodemque tempore martyrium subiisse, Dionysius Corinthiorum episcopus ad Romanos scribens, testatur his verbis : « Ita et vos, inquit, tanta admonitione vestra, sementem quæ Petri ac Pauli satione succreverat, Romanos scilicet et Corinthios, simul commiscuistis. Ambo enim illi in B urbem nostram Corinthum ingressi, sparso evangelicæ doctrinæ semine nos instituerunt; et in Italiam simul profecti, cum vos similiter instituissent, eodem tempore martyrium pertulerunt. » Atque hæc idcirco retuli, ut rei gestæ memoria magis ac magis firmaretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'

Ὡς μυρίοις κακοῖς περιηλάθησαν Ἰουδαῖοι, καὶ ὡς τὸν ὕστατον πρὸς Ῥωμαίους ἤρατο πόλεμον (Nic. *H. E.* III, 3).

CAPUT XXV

Quomodo Judæi innumeris malis vexati sunt, tandemque adversus Romanos bellum susceperunt.

Αὐθις δ' ὁ Ἰώσηπος (31) πλεῖστα ὅσα περὶ τῆς τὸ

Josephus vero, commemorans calamitates qui-

do hic accipienda sit. Equidem in secunda significatione malim accipere hoc loco, tum quia hæc frequentior hujus vocabuli significatio est, tum quod Eusebius de Caii libro adversus Proclum loquens, utrumque proprio epitheto designavit. Caium C enim *ecclesiasticum hominem* appellat : Proclum vero Cataphrygarum sectæ patronum, id est hæreticum : Ὃς δὴ Πρόκλῳ τῆς κατὰ Φρύγας προϊσταμένῳ γνώμης ἐγγράφως διαλεχθείς, etc. Quippe Cataphrygarum secta in duas partes divisa est. Alterius princeps fuit Proclus : alterius vero Æschynes. Qui Proclum sequebantur, dicebantur οἱ κατὰ Πρόκλον. Qui Æschyni favebant, dicebantur οἱ κατὰ Αἰσχύνην, ut docet Tertullianus in libro *De præscriptione hæreticorum*.

(25) *Ἐπὶ τὸν Βατικανόν*. Mirum est in omnibus nostris codicibus uno consensu haberi βασικανόν, nec aliter legitur in *Chronico* Georgii Syncelli. In sequentibus verbis ἢ ἐπὶ τὴν ὁδὸν τὴν Ὠστίαν omnes nostri codices Ὀστίαν habent. Verum in hoc dissentiunt, quod Mazarinus quidem et Medicæus codex cum leni spiritu scriptum habent Ὀστίαν, Regius autem et Feketianus asperum adhibent spiritum. Porro Vaticanus quidem ad B. Petrum referri D debet, qui sepultus est in Vaticano. Ostiensis autem via Paulum denotat, qui sepultus est in via Ostiensi.

(26) *Ταύτῃ καὶ ὑμεῖς*. Sic scribendum, non ταῦτα. Vocem ταύτῃ interpretatio nostra expressit. Atque itavidetur legisse Rufinus, qui sic vertit : *Sed et habentes commonitionem a Petro et Paulo, plantationem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ conjunxistis.*

(27) *Διὰ τοσαύτης νουθεσίας*. Id est, *per hujusmodi vestram cohortationem*. Respondet Dionysius epistolæ Soteris et cleri Romani, qui, missis ad Corinthios litteris, eos benevole admonuerat, ut infra docet Eusebius in lib. IV, cap. 22. Quod jam antea Clemens Romanus episcopus fecerat, datis ad Corinthios litteris. Ait igitur Dionysius Soteri : *Vos per vestram hanc commonitionem, plantationem Romanæ et Corinthiorum Ecclesiæ a Petro Pauloque olim factam, nunc denuo conjunxistis.* Hæc ideo fusius exposui, quia interpretes, ac præcipue Christophorsonus, in hujus loci versione magnopere aberrarunt.

(28) *Γενηθεῖσαν*. In *Chronico* Georgii Syncelli scribitur γεννηθεῖσαν. Sed nostri codices Regius, Maz., Med. ac Fuk., habent γενηθεῖσαν per simplex ν, quod equidem magis probo.

(29) *Φοιτήσαντες*. Sic Georgius Syncellus in *Chronico* rectius quam vulgo editum φυτεύσαντες. Sed et in his quæ sequuntur ὁμοίως δὲ καὶ εἰς τὴν Ἰταλίαν, supplendum est φοιτήσαντες.

(30) *Κατὰ τὸν αὐτὸν καιρόν*. Non dicit aperte Dionysius Petrum ac Paulum uno eodemque die passos fuisse, sed tantum eodem tempore; quod de plurium dierum intervallo explicari potest. Prudentius *Περὶ στεφάνων* eodem quidem die cæsos ait, sed non eodem anno; verum inter utriusque necem anni spatium intercessisse. Cum Prudentio consentit Augustinus in sermone 28, *De sanctis*, et in sermone nuper edito Parisiis in supplemento Operum Augustini. Arator lib. II *Hist. apost.* Simeon tamen Metaphrastes hæc Dionysii verba ita accepit, quasi dicere voluisset, Petrum ac Paulum eodem die simul subiisse martyrium. Verba ejus sunt in commentario *De peregrinationibus Petri ac Pauli* apud Surium in tomo III : *Caius vero quidam, vir ecclesiasticus, et Zephyrinus Romanorum episcopus, et Dionysius Corinthius scribunt uno tempore et simul Petrum et Paulum subiisse martyrium.* Sed primo falsum est, quod ait Metaphrastes de Caio. Quod si quis objiciat Caium forte id dixisse alio in loco quem non adduxit Eusebius, respondeo Eusebii nostri eam fuisse diligentiam, ut nunquam id omissurus fuerit, si a Caio dictum fuisset. Id enim agit in hoc capite, ut doceat Petrum ac Paulum Romæ passos esse eodem tempore. Ac prius quidem probat Caii testimonio; alterum vero verbis Dionysii. Quod si Caius de tempore martyrii apostolorum idem dixisset quod Dionysius, cur Eusebius id tacuisset hoc loco. Fallitur etiam Metaphrastes, dum Zephyrinum ejus rei citat auctorem. Videtur enim legisse in Eusebio, καὶ Ζεφυρῖνος Ῥωμαίων γεγονὼς ἐπίσκοπος.

(31) *Αὖθις δ' ὁ Ἰώσηπος*. Ab his verbis caput

Digitized by Google

bus universa Judæorum gens conflictata est, narrat etiam inter cætera, quam plurimos ex Judæorum nobilissimis atque honoratissimis, flagris cæsos in ipsa Hierosolymorum urbe, jussu Flori in crucem sublatos fuisse. Erat hic procurator Judææ, quo tempore bellum Judaicum conflatum est, anno imperii Neronis duodecimo. Subjicit deinde, post defectionem gentis Judæorum, maximos motus per universam Syriam esse excitatos, dum singularum urbium incolæ Judæos in iisdem degentes, tanquam hostes absque ulla miseratione delerent. Adeo ut cernere esset civitates cadaveribus insepultis refertas, projectos mixtim cum infantibus senes, et mulierum corpora ipso pudoris velamento nudata. Ac tota quidem provincia plena erat incredibilium calamitatum. Sed tamen iis quæ ubique perpetrabantur malis, longe gravior erat formido eorum quæ intentabantur. Hæc Josephus iisdem verbis refert. Et hic quidem rerum Judaicarum tunc temporis status erat.

Finis libri secundi ecclesiasticæ Historiæ.

A πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος καταλαβούσης διελθὼν συμφορᾶς, δηλοῖ κατὰ λέξιν ἐπὶ πλείστοις ἄλλοις μυρίους ὅσους τῶν παρὰ Ἰουδαίοις τετιμημένων, μάστιξιν αἰκισθέντας, ἐν αὐτῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ ἀνασταυρωθῆναι ὑπὸ Φλώρου. Τοῦτον δὲ εἶναι τῆς Ἰουδαίας ἐπίτροπον, ὁπηνίκα τὴν ἀρχὴν ἀναῤῥιπισθῆναι τοῦ πολέμου, ἔτους δωδεκάτου τῆς Νέρωνος ἡγεμονίας, συνέβη. Εἶτα δὲ καὶ καθ' ὅλην τὴν Συρίαν ἐπὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀποστάσει, δεινὴν φησι κατειληφέναι ταραχὴν, πανταχόσε τῶν ἀπὸ τοῦ ἔθνους πρὸς τῶν κατὰ πόλιν ἐνοίκων, ὡς ἂν πολεμίων, ἀνηλεῶς πορθουμένων· ὥστε ὁρᾶν τὰς πόλεις μεστὰς (32) ἀτάφων σωμάτων, καὶ νεκροὺς ἅμα νηπίοις γέροντας ἐῤῥιμμένους, γύναιά τε μηδὲ τῆς ἐπ' αἰδοῖ σκέπης μετειληφότα. Καὶ πᾶσαν μὲν τὴν ἐπάρχιον (33) μεστὴν B ἀδιηγήτων συμφορῶν, μείζονα δὲ τῶν ἑκάστοτε τολμωμένων τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειλουμένοις ἀνάτασιν (34). Ταῦτα κατὰ λέξιν ὁ Ἰώσηπος. Καὶ τὰ μὲν κατὰ Ἰουδαίους, ἐν τούτοις ἦν.

Τέλος τοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγου β'.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Γ'.

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER TERTIUS.

69 *ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΤΡΙΤΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.*

α'. *Ὅποι γῆς ἐκήρυξαν τὸν Χριστὸν οἱ ἀπόστολοι.* C β'. *Τίς πρῶτος τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας προέστη.* γ'. *Περὶ τῶν Ἐπιστολῶν τῶν ἀποστόλων.*

inchoavi, secutus auctoritatem codicis Regii. In codice autem Mazarino aliam lectionem ac distinctionem reperimus. Caput enim orditur ab his verbis, quæ paulo antea leguntur, καὶ ταῦτα δὲ, ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον, etc. Et totum locum ita legit ac distinguit: Καὶ ταῦτα δὲ ὡς ἂν ἔτι μᾶλλον πιστωθείη τὰ τῆς ἱστορίας, αὖθις ὁ Ἰώσηπος πλεῖστα ὅσα περὶ τῆς, etc. Et post verba illa quæ sequuntur δηλοῖ κατὰ λέξιν apposita est distinctio. Eamdem lectionem servant codd. Medicæus ac Fukelianus. Verum codicis Regii lectio atque distinctio longe rectior mihi videtur, quam secuti sunt etiam Nicephorus ac Rufinus. Pæne omiseram monere in titulo hujus capitis scribendum videri τὸ ὕστατον adverbialiter, sic enim vertit Rufinus: *Ut innumeris Judæi malis afflicti sint, ac novissime contra Romanos arma moverint.*

(32) *Τὰς πόλεις μεστάς.* Verba sunt Josephi ex lib. II *De bello Judaico*, pag. 814 editionis Genevensis.

(33) *Τὴν ἐπάρχιον.* Apud Josephum et Nicephorum scriptum est τὴν ἐπαρχίαν. Nostri tamen codices nihil mutant. Sic etiam in lib. III, cap. 35, de Plinio Secundo: ἡγούμενος τῆς ἐπαρχίου. Provinciam autem hoc loco intelligimus Judæam, quæ post obitum majoris Agrippæ in provinciæ formam redacta fuerat, et a procuratoribus Cæsaris regebatur.

(34) *Τὴν ἐπὶ τοῖς ἀπειλουμένοις ἀνάτασιν.*

Digitized by Google

δ'. Περὶ τῆς πρώτης τῶν ἀποστόλων διαδοχῆς.
ε'. Περὶ τῆς μετὰ τὸν Χριστὸν ὑστάτης Ἰουδαίων πολιορκίας.
ς'. Περὶ τοῦ πιέσαντος αὐτοὺς λιμοῦ.
ζ'. Περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ προρρήσεων.
η'. Περὶ τῶν τοῦ πολέμου σημείων.
θ'. Περὶ Ἰωσήπου, καὶ ὧν κατέλειψε συγγραμμάτων.
ι'. Ὅπως τῶν θείων μνημονεύει βίβλων.
ια'. Ὡς μετὰ Ἰάκωβον ἠγεῖται Συμεὼν τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας.
ιβ'. Ὡς Οὐεσπασιανὸς τοὺς ἐκ Δαβὶδ ἀναζητεῖσθαι προστάττει.
ιγ'. Ὡς δεύτερος Ἀλεξανδρέων ἠγεῖται Ἀβίλιος.
ιδ'. Ὡς καὶ Ῥωμαίων δεύτερος Ἀνέγκλητος ἐπισκοπεῖ.
ιε'. Ὡς τρίτος μετ' αὐτὸν Κλήμης.
ις'. Περὶ τῆς Κλήμεντος ἐπιστολῆς.
ιζ'. Περὶ τοῦ κατὰ Δομετιανὸν διωγμοῦ.
ιη'. Περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου καὶ τῆς Ἀποκαλύψεως.
ιθ'. Ὡς Δομετιανὸς τοὺς ἀπὸ γένους Δαβὶδ ἀναιρεῖσθαι προστάττει.
κ'. Περὶ τῶν πρὸς γένους τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν.
κα'. Ὡς τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τρίτος ἠγεῖται Κέρδων.
κβ'. Ὡς τῆς Ἀντιοχέων δεύτερος Ἰγνάτιος.

A κγ'. Ἱστορία περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου.
κδ'. Περὶ τῆς τάξεως τῶν Εὐαγγελίων.
κε'. Περὶ τῶν ὁμολογουμένων θείων Γραφῶν καὶ τῶν μὴ τοιούτων.
κς'. Περὶ Μενάνδρου τοῦ γόητος.
κζ'. Περὶ τῆς τῶν Ἐβιωναίων αἱρέσεως.
κη'. Περὶ Κηρίνθου τοῦ αἱρεσιάρχου.
κθ'. Περὶ Νικολάου καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ κεκλημένων.
λ'. Περὶ τῶν ἐν συζυγίαις ἐξετασθέντων ἀποστόλων.
λα'. Περὶ τῆς Ἰωάννου καὶ Φιλίππου τελευτῆς.
λβ'. Ὅπως Συμεὼν ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος ἐμαρτύρησεν.
λγ'. Ὅπως Τραϊανὸς ζητεῖσθαι Χριστιανοὺς ἐκώλυσεν.
λδ'. Ὡς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τέταρτος Εὔαρεστος ἠγεῖται.
λε'. Ὡς τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας τρίτος ἠγεῖται Ἰοῦστος.
B λς'. Περὶ τοῦ Ἰγνατίου καὶ τῶν ἐπιστολῶν αὐτοῦ.
λζ'. Περὶ τῶν εἰσέτι τότε διαπρεπόντων εὐαγγελιστῶν.
λη'. Περὶ τῆς Κλήμεντος ἐπιστολῆς καὶ τῶν ψευδῶν εἰς αὐτὸν ἀναφερομένων.
λθ'. Περὶ τῶν Παπίου συγγραμμάτων.

70 *IN TERTIO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.*

I. *Apud quas gentes Christum apostoli prædicaverint.*
II. *Quisnam primus Romanæ Ecclesiæ præfuerit.*
III. *De epistolis apostolorum.*
IV. *De prima apostolorum successione.*
V. *De postrema Judæorum expugnatione post Christi necem.*
VI. *De fame quæ Judæos oppressit.*
VII. *De prædictionibus Christi.*
VIII. *De signis ante bellum.*
IX. *De Josepho et de libris quos scriptos reliquit.*
X. *Quomodo idem Josephus sacrorum Librorum mentionem fecerit.*
XI. *Quomodo Simeon post Jacobum Hierosolymorum rexit Ecclesiam.*
XII. *Quomodo Vespasianus eos qui a Davide genus ducerent, conquiri jussit.*
XIII. *Quomodo item secundus Alexandrinæ Ecclesiæ præfuit Avilius.*
XIV. *Ut Romanorum Ecclesiæ secundus præfuit Anencletus.*
XV. *Ut tertius Romanæ Ecclesiæ episcopus fuit Clemens.*
XVI. *De epistola Clementis.*
XVII. *De persecutione Christianorum sub Domitiano.*
XVIII. *De Joanne apostolo et ejus Revelatione.*
XIX. *Quomodo Domitianus Davidis posteros jussit occidi.*
XX. *De propinquis Servatoris nostri.*
XXI. *Quod Alexandrinorum Ecclesiæ tertius præfuit Cerdo.*
XXII. *Ut Antiochenorum Ecclesiæ duodecimus antistes fuit Ignatius.*
XXIII. *Narratio de Joanne apostolo.*
XXIV. *De ordine Evangeliorum.*
C XXV. *De sacris Scripturis omnium consensu receptis, et de iis quæ non sunt hujusmodi.*
XXVI. *De Menandro præstigiatore.*
XXVII. *De Ebionæorum hæresi.*
XXVIII. *De Cerintho hæresiarcha.*
XXIX. *De Nicolao et sectatoribus ab eo cognominatis.*
XXX. *De apostolis qui in conjugio vixerunt.*
XXXI. *De Joannis et Philippi obitu.*
XXXII. *Quomodo Simeon Hierosolymorum episcopus martyrium subiit.*
XXXIII. *Quomodo Trajanus Christianos vetuit inquiri.*
XXXIV. *Quod Ecclesiam Rom. post Clementem quartus rexerit Evarestus.*
XXXV. *Quod post Simeonem tertius Hierosolymorum Ecclesiæ præfuit Justus.*
XXXVI. *De Ignatii martyrio et ejus epistolis.*
XXXVII. *De Evangelii prædicatoribus qui etiam tum*
D *florebant.*
XXXVIII. *De Clementis epistola, aliisque quæ falso ei tribuuntur.*
XXXIX. *De libris Papiæ.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὅποι τῆς ἐκήρυξαν τὸν Χριστὸν οἱ ἀπόστολοι (Nic. *H. E.* II, 39-44; III, 1).

Τὰ μὲν δὴ κατὰ Ἰουδαίους, ἐν τούτοις ἦν. Τῶν δὲ ἱερῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν ἐφ' ἅπασαν κατασπαρέντων τὴν οἰκουμένην, Θωμᾶς

71 CAPUT I.

Apud quas gentes Christum apostoli prædicaverint.

Dum res Judæorum hoc in statu essent, apostoli et discipuli Domini ac Servatoris nostri per universum orbem dispersi Evangelium prædicabant. Et

Apud Josephum legitur μετάστασιν, quod sensu caret. Itaque Josephi interpres Gelenius divinavit potius quam vertit. Nicephorus in libro III habet ἀναστάτωσιν, quam scripturam reperi etiam in codic. Fuk. et Sarilliano. Est autem ἀναστάτωσις *fuga* seu *migratio*, ut supra notavi ad caput 21. Hinc in glossis veteribus recte exponitur ἀνάστατος γίγνεται, *solum vertit*. Verum in optimis codicibus Mazarino ac Medicæo diserte scriptum est ἀνάτασιν. Quæ quidem scriptura rectior mihi videtur. Sane Rufinus

Digitized by Google

Thomas quidem, ut a majoribus traditum accepimus, Parthiam sortitus est, Andreas vero Scythiam. Joanni Asia obvenit, qui plurimum temporis in ea commoratus, Ephesi tandem diem obiit. At Petrus per Pontum, Galatiam, Bithyniam, Cappadociam atque Asiam Judæis qui in dispersione erant, prædicasse existimatur. Qui ad extremum Romam veniens, cruci suffixus est capite deorsum demisso : sic enim ut in cruce collocaretur oraverat. De Paulo jam quid attinet dicere, qui ab Hierosolymis usque ad Illyricum munus evangelicæ prædicationis implevit, ac postremo Romæ sub Nerone martyrio perfunctus est? Hæc Origenes in tertio volumine *Expositionum in Genesim* disertis verbis commemorat.

A μὲν, ὡς ἡ παράδοσις περιέχει, τὴν Παρθίαν (35) εἴληχεν, Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν, Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ καὶ Βιθυνίᾳ, Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ, κεκηρυχέναι τοῖς ἐν διασπορᾷ Ἰουδαίοις (36) ἔοικεν· ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. Τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος; Ταῦτα Ὠριγένει (37) κατὰ λέξιν ἐν τρίτῳ τόμῳ τῶν εἰς τὴν Γένεσιν ἐξηγητικῶν σαφῶς εἴρηται.

CAPUT II.

Quisnam primus Romanæ Ecclesiæ præfuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τίς πρῶτος τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας προέστη (Nic. *H. E.* III, 2).

Cæterum post Pauli Petrique martyrium primus Ecclesiæ Romanæ episcopatum suscepit Linus. Hujus mentionem facit Paulus in Epistola quam ab urbe Roma ad Timotheum scripsit, inter salutationes quæ ad calcem Epistolæ leguntur : « Salutat te, inquit, Eubulus, Pudens, Linus et Claudia. »

Τῆς δὲ Ῥωμαίων Ἐκκλησίας μετὰ τὴν Παύλου καὶ Πέτρου μαρτυρίαν, πρῶτος κληροῦται τὴν ἐπισκοπὴν Λῖνος. Μνημονεύει τούτου, Τιμοθέῳ γράφων ἀπὸ Ῥώμης ὁ Παῦλος, κατὰ τὴν ἐπὶ τέλει τῆς Ἐπιστολῆς πρόσρησιν, « Ἀσπάζεταί σε, λέγων, Εὔβουλος καὶ Πούδης καὶ Λῖνος καὶ Κλαυδία (38). »

CAPUT III.

De Epistolis apostolorum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῶν Ἐπιστολῶν τῶν ἀποστόλων (Nic. *H. E.* II, 45, 46).

Quod vero ad Petrum attinet, una ejus Epistola, quæ prior dici solet, tanquam germana ab omnibus sine controversia admittitur. Cujus etiam testimonio **72** veteres religionis nostræ antistites, utpote extra omnem dubitationem positæ, in scriptis suis frequentissime usi sunt. Quæ vero secunda appellatur, eam quidem inter sacros Novi Testamenti

Πέτρου μὲν οὖν Ἐπιστολὴ μία ἡ λεγομένη αὐτοῦ προτέρα, ἀνωμολόγηται. Ταύτῃ δὲ καὶ οἱ πάλαι πρεσβύτεροι ὡς ἀναμφιλέκτῳ ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν κατακέχρηνται συγγράμμασι. Τὴν δὲ φερομένην αὐτοῦ δευτέραν, οὐκ ἐνδιάθηκον μὲν εἶναι παρειλήφαμεν. C Ὅμως δὲ πολλοῖς χρήσιμος φανεῖσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐσπουδάσθη Γραφῶν. Τό γε μὴν τῶν ἐπικεκλημέ-

non aliter legisse mihi videtur. Sic enim vertit : *Sed tamen tam diro hoc et tam atroci spectaculo, multo gravius eos futurorum et per dies augescentium malorum metus et formido terrebat.* Adde quod Josephus eamdem usurpat sententiam in lib. XX *Antiquitatum*, ubi de sicariis agit, καὶ τῶν συμφορῶν τὸν φόβον εἶναι χαλεπώτερον. Quæ Josephi verba retulit Eusebius supra cap. 20. Certe non ovum ovo similius est, quam sunt inter se similia hæc duo Josephi loca. Tantum pro eo quod φόβον dixit in lib. XX *Antiquitatum*, hic ponit ἀνάτασιν, quod eamdem habet significationem.

victi et in servitutem redacti sunt. Deinde spontanea migratione, ut contigit temporibus Macchabæorum, cum quidam sponte ex Judæa in Ægyptum sedes transtulerunt. Lex enim non vetabat ne Judæi in alias terras migrarent, ut ex libro Ruth colligere est. Tertio id contingebat ob proselytos, quod cum ex omnibus gentibus admitterent Judæi, hinc fiebat ut per totum orbem dispergerentur. Sperabant autem Judæi, venturum quandoque Messiam, qui ipsos ita, ut diximus, dispersos ac dissipatos, in unum colligeret. Ita in cantico Aggæi et Zachariæ qui est psalmus CXLVI : Οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ ὁ Κύριος, καὶ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει.

(35) *Θωμᾶς μὲν τὴν Παρθίαν.* Idem scribit Pseudo-Clemens in lib. IX *Recognitionum*, apud quem Petrus ita loquitur : *Denique apud Parthos, sicut nobis Thomas, qui apud illos Evangelium prædicat, scripsit, non multi jam erga plurima matrimonia diffunduntur : nec multi apud Medos canibus objiciunt mortuos suos : neque Persæ matrum conjugiis, aut filiarum incestis matrimoniis delectantur.* Fortunatus in carmine primo libri quinti :

Bellica Persidis Thomæ subjecta vigori,
Fortior efficitur victa tiara Deo.

Vide notationes Baronii ad Martyrologium Romanum.

(36) *Τοῖς ἐν διασπορᾷ Ἰουδαίοις.* Sic codices Mazar. et Med., cum Fuk. ac Savil., rectius quam vulgo editum τοῖς ἐκ διασπορᾶς Ἰουδαίοις. In Epistola Catholica B. Petri legitur παρεπιδήμοις διασπορᾶς Πόντου, etc. Verum in Epistola Jacobi scribitur δώδεκα φυλαῖς ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ. Porro Judæi per totum orbem dispersi sunt variis temporibus et variis ob causas. Primo quidem cum abducti sunt ab hostibus in Babylonem et in Ægyptum ac Syriam, cumque a Romanis duce Pompeio

D (37) *Ταῦτα Ὠριγένει.* Cum Eusebius hic dicat, superiora ex libro III *Explanationum Origenis in Genesim* esse desumpta, dubitari merito potest, unde incipiant Origenis verba, an a vocibus illis Θωμᾶς μὲν, ὡς ἡ παράδοσις, etc., an potius ab istis Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ, etc. Neque enim Eusebius satis distincte nobis notavit, quodnam esset initium Origenis verborum. In codic. Mazarino ac Med. ad latus hujus lineæ hanc notam appositam inveni Φ. De qua nota jam multa dixi ad initium libri primi. Verum quid hic significet, difficile est affirmare. Neque enim ὡραῖον denotat, cum nulla venustas et elegantia in hoc loco possit reperiri. Forte igitur hæc nota est quam Isidorus vocat φ. et ρ., qua monemur intendendum esse sollicite, undenam incipiant Origenis verba.

(38) *Ἀσπάζεταί σε, λέγων, Εὔβουλος καὶ Πούδης καὶ Λῖνος καὶ Κλαυδία.* Hæc verba non habentur in codicibus nostris Maz., Med. ac Fuketiano, nec apud Nicephorum. Certe non valde necessaria sunt.

Digitized by Google

των αὐτοῦ *Πράξεων*, καὶ τὸ κατ' αὐτὸν ὠνομασμένον *Εὐαγγέλιον*, τό τε λεγόμενον αὐτοῦ *Κήρυγμα*, καὶ τὴν καλουμένην *Ἀποκάλυψιν* (39), οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παραδεδομένα, ὅτι μήτε ἀρχαίων, μήτε τῶν καθ' ἡμᾶς τις ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς, ταῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. Προϊούσης δὲ τῆς ἱστορίας (40), προύργου ποιήσομαι σὺν ταῖς διαδοχαῖς ὑποσημήνασθαι, τίνες τῶν κατὰ χρόνους ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ὁποίαις κέχρηνται τῶν ἀντιλεγομένων, τίνα τε περὶ τῶν ἐνδιαθήκων καὶ ὁμολογουμένων Γραφῶν, καὶ ὅσα περὶ τῶν μὴ τοιούτων αὐτοῖς εἴρηται. Ἀλλὰ τὰ μὲν ὀνομαζόμενα Πέτρου, ὧν μίαν μόνην γνησίαν ἴσμεν Ἐπιστολὴν, καὶ παρὰ τοῖς πάλαι πρεσβυτέροις ὁμολογουμένην (41), τοσαῦτα. Τοῦ δὲ Παύλου πρόδηλοι καὶ σαφεῖς, αἱ δεκατέσσαρες. Ὅτι γε μὴν τινες ἠθετήκασι τὴν πρὸς Ἑβραίους, πρὸς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας (42) ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν ἀντιλέγεσθαι φήσαντες, οὐ δίκαιον ἀγνοεῖν. Καὶ τὰ περὶ ταύτης δὲ τοῖς πρὸ ἡμῶν εἰρημένα, κατὰ καιρὸν παραθήσομαι. Οὐδὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτοῦ *Πράξεις*, ἐν ἀναμφιλέκτοις παρείληφα. Ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτὸς Ἀπόστολος ἐν ταῖς ἐπὶ τέλει προσρήσεσι τῆς πρὸς Ῥωμαίους, μνήμην πεποίηται μετὰ τῶν ἄλλων καὶ Ἑρμᾶ, οὗ φασιν ὑπάρχειν τὸ τοῦ *Ποιμένος* βιβλίον (43), ἰστέον ὡς καὶ τοῦτο πρὸς μέν τινων ἀντιλέλεκται. δι' οὓς οὐκ ἂν ἐν ὁμολογουμένοις τεθείη, ὑφ' ἑτέρων δὲ ἀναγκαιότατον οἷς μάλιστα δεῖ στοιχειώσεως εἰσαγωγικῆς, κέκριται. Ὅθεν ἤδη καὶ ἐν Ἐκκλησίαις ἴσμεν αὐτὸ δεδημοσιευμένον, καὶ τῶν παλαιοτάτων δὲ συγγραφέων κεχρημένους τινὰς αὐτῷ κατείληφα. Ταῦτα εἰς παράστασιν τῶν τε ἀναντιῤῥήτων καὶ τῶν μὴ παρὰ πᾶσιν ὁμολογουμένων θείων γραμμάτων, εἰρήσθω.

libros censitam non esse a majoribus accepimus. Sed tamen cum utilis esse videretur quam plurimis, una cum reliquis sacræ Scripturæ libris studiose lectitata est. Librum vero qui *Actus Petri* dicitur, et Evangelium ejus nomine inscriptum, *Prædicationis* quoque et *Revelationis* ejusdem libros, pro catholicis scriptis nunquam esse habitos constat, quandoquidem nec vetustiorum quisquam nec recentiorum Ecclesiæ scriptorum, desumpto ex iis libris testimonio usus fuit. Porro procedente deinceps opere diligenter indicaturus sum una cum successionibus apostolorum, qui subinde Ecclesiæ scriptores, scripturarum de quibus ambigitur, auctoritate sint usi : et quænam illi tum de Scripturis canonicis et omnium consensu receptis tum de iis quæ non sunt ejusmodi, in suis libris pronuntiaverint. Et hæc quidem sunt quæ Petri nomine circumferuntur, ex quibus unam duntaxat Epistolam ab antiquis etiam Patribus pro germana habitam esse cognovi. Pauli vero quatuordecim Epistolæ notæ sunt omnibus et perspicuæ. Sciendum tamen est Epistolam ad Hebræos a nonnullis ideo esse repudiatam, quod dicerent eam ab Ecclesia Romana pro certa ac genuina Pauli Epistola non haberi. Sed de ista quidem quid veteres tradiderint, suo tempore proferemus. Quod spectat ad librum qui *Actus Pauli* inscribitur, neque illum inter indubitatæ fidei et auctoritatis libros accepimus. Quoniam vero apostolus Paulus in salutationibus illis quæ sub finem Epistolæ ad Romanos leguntur, inter cæteros mentionem fecit Hermæ, cujus esse fertur is liber qui *Pastor* inscriptus est, sciendum est eum librum a nonnullis quidem in dubium esse revocatum. Quamobrem inter receptæ auctoritatis libros censeri non potest. Ab aliis vero maxime necessarius judicatur, iis præsertim qui primis religionis nostræ elementis instituendi sunt. Unde etiam in Ecclesiis

(39) *Τό τε λεγόμενον αὐτοῦ Κήρυγμα καὶ τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν.* Miror quod hic Eusebius dicit, Petri librum qui *Κήρυγμα* dicebatur, ejusque *Apocalypsim* a nemine veterum presbyterorum citari. Certe Clemens in libris *Hypotyposeon*, Petri *Apocalypsim* laudat, teste ipso Eusebio in cap. 14 libri VI. Quod spectat ad librum qui *Κήρυγμα*, seu *Prædicatio Petri* dicebatur, citatur etiam ab eodem Clemente in libris *Hypotyposeon*, sive in Excerptis Theodoti, ut dicemus ad cap. 14 lib. VI. Origenes quoque in tomo XIII *Expositionum in Joannis Evangelium*, mentionem facit hujus libri, et ex eo profert testimonium; sed utrum liber ille genuinus sit, an nothus, an mixtus, alibi se dicturum pollicetur. Vetus auctor in tractatu *De hæreticis non rebaptizandis*, quem Nicolaus Rigaltius edidit in notis suis ad Cyprianum, hunc librum ab hæreticis conflictum esse testatur : *Est autem adulterini hujus, imo internecivi baptismatis, si quis alius auctor, tum etiam quidam ab iisdem ipsis hæreticis propter. hunc eumdem errorem conflictus liber, qui inscribitur Petri prædicatio.* Denique Lactantius in lib. IV, cap. 20, hujus libri mentionem facit.

(40) *Προϊούσης δὲ τῆς ἱστορίας.* Pessime hunc locum interpretati sunt Rufinus et Christophorsonus, ut eruditus lector facile deprehendet, si utriusque versionem consulere voluerit.

(41) *Παρὰ τοῖς πάλαι πρεσβυτέροις ὁμολογουμένην.* Codic. Mazarinus ac Med., cum Fuk. et Savil., scriptum habent ὡμολογημένην.

(42) *Πρὸς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας.* Rufinus vertit : *Scio tamen apud Latinos de ea quæ ad Hebræos inscribitur haberi dubitationem.* Optime meo quidem judicio. Nam Eusebius Ῥωμαίους vocare solet omnes Latinos, ut in lib. II, cap. 25, ubi Tertullianum vocat *Romanum*, τούτου δὲ πάλιν ὁ Ῥωμαῖος Τερτυλλιανός, etc. Et in cap. 2 ejusdem libri de eodem Tertulliano ita loquitur, ἀνὴρ τά τε ἄλλα ἔνδοξος, καὶ τῶν μάλιστα ἐπὶ Ῥώμης λαμπρῶν. Si quis tamen Romanæ urbis Ecclesiam hoc loco intelligere maluerit, equidem non valde repugnabo. Id enim sensisse videtur Caius in disputatione quam scripsit Romæ *Adversus Proclum*. Ejus verba habes infra in lib. VI, cap. 20. Porro hunc Eusebii locum innuit Theodoritus in procœmio *Commentariorum in Epistolam ad Hebræos*, ubi ait Eusebium hanc Epistolam Paulo apostolo adjudicasse.

(43) *Ἑρμᾶ οὗ φασιν ὑπάρχειν τὸ τοῦ Ποιμένος βιβλίον.* Quidam existimant hunc librum, qui dicitur *Pastor*, non ab Herma illo cujus meminit Paulus in Epistola ad Romanos, sed ab alio Herma multo recentiore scriptum fuisse, qui Pii Romani pontificis frater fuit, ut tradit auctor libri *De pontificibus Romanis*. Exstat hodie hic *Pastoris* liber in Latinum sermonem translatus, ejusque testimoniis utuntur Origenes, Irenæus et Athanasius. Rufinus in *Interpretatione Symboli*, inter libros qui in Ecclesia quidem leguntur, auctoritatem tamen sacræ Scripturæ non habent, memorat librum *Pastoris* seu *Hermetis*, qui dicitur *Duæ Viæ* vel *Judicium Petri*.

Digitized by Google

eum publice legi comperimus, et quosdam ex vetustissimis scriptoribus, ipsius testimonio usos fuisse. Atque hæc de discrimine Scripturarum, quæ vel receptæ apud omnes auctoritatis, vel dubiæ et vacillantis apud plerosque fidei habentur, hactenus dicta sint.

73 CAPUT IV.

De prima apostolorum successione.

Porro Paulum gentibus prædicantem, ab Hierosolymis et finitimis locis usque ad Illyricum, Ecclesiarum ubique fundamenta jecisse, tum ex ipsius verbis constat, tum ex iis quæ a Luca in Actibus referuntur. Quibus item in provinciis Petrus Christum Judæis prædicans, novi Fœderis doctrinam tradiderit, satis aperte colligitur ex ea Epistola quæ ipsi ab omnibus, ut dixi, sine controversia ascribitur : quam quidem ille Hebræis per Pontum, Galatiam, Cappadociam, perque Asiam atque Bithyniam in dispersione agentibus scribit. Quot vero et quinam horum apostolorum veri imitatores, eorumdem judicio digni judicati sint, qui fundatas ab ipsis Ecclesias pastorali officio gubernarent, nequaquam facile est dicere : præterquam illos, quos ex ipsius Apostoli verbis facile quivis possit colligere. Hujus enim prope innumerabiles adjutores, et, ut ipse nominat, commilitones fuerunt : quorum ille plerosque immortali Epistolarum suarum testimonio ornatos, perpetuæ hominum memoriæ commendavit. Sed et Lucas in Actibus discipulos Pauli enumerans, singulos nominatim appellat. Ex his Timotheus quidem Ephesinæ Ecclesiæ episcopatum primus accepisse dicitur, quemadmodum etiam Titus insulæ Cretæ Ecclesiarum episcopus fuisse memoratur. Lucas vero, domo Antiochenus, arte medicus, qui et cum Paulo diu conjunctissime vixit, et cum reliquis apostolis studiose versatus est, artis illius ad sanandos hominum animos institutæ, quam sibi ex apostolorum doctrina comparaverat, duos nobis libros divinitus inspiratos reliquit. Alter eorum Evangelium est, quod quidem ita se prorsus exarasse testatur, prout ab ipsis verbi divini ministris, et qui ab initio Christum viderant, acceperat : quos etiam omnes se jam dudum assectatum esse profitetur. Alter liber inscribitur Actus apostolorum, quos ille non jam auditione acceptos, sed oculis suis spectatos scriptis tradidit. Hujus porro Evangelium aiunt a Paulo designari solitum esse, quoties tanquam de proprio quodam Evangelio sermonem faciens, dicit : « Secundum Evangelium meum. » Ex 74 reliquis

(44) Ἦν τοῖς ἐξ Ἑβραίων. Ita codex Regius. Verum quatuor reliqui diserte scriptum habent ἐν ᾗ τοῖς ἐξ Ἑβραίων, etc. Quam scripturam confirmat etiam Rufinus : *Sed et Petrus in quibus etiam ipse provinciis his qui ex circumcisione sunt, prædicaverit Christum, propriis vocibus in ea Epistola quam ipsius nomine absque ambiguitate claruit esse, designat : in qua ad eos qui in dispersione sunt, scribit; sine dubio Hebræos. Ipsi etenim dispersi dicuntur, tanquam propriis sedibus pulsi, et positi in dispersione ut ipse ait, Ponti, Galatiæ*, etc.

(45) Κρίσκης μὲν ἐπὶ τὰς Γαλλίας. Locus Pauli exstat in posteriore Epistola ad Timotheum, ubi hodie quidem legitur Κρίσκης εἰς Γαλατίαν. Sed veteres quidam, atque in his Eusebius, legisse videntur εἰς Γαλλίαν. Et sic scribendum esse in Epistola Pauli, contendit Epiphanius in hæresi Alogorum, numero 11. Eusebii scripturam secutus est Hieronymus in *Catalogo*, ejusque interpres Sophronius et alii recentiores. Verior tamen est altera lectio εἰς τὴν Γαλατίαν, quam confirmat Clemens in *Constitutionibus apostolicis*. Theodoritus in loco illo B. Pauli legit quidem Γαλατίαν, sed eo nomine Gallias ait significari, ad quas missus erat Crescens. Certe Galli Crescentem sibi vindicant, Viennenses et Moguntini. Vide Serarium in lib. II *Moguntinarum antiquitatum*.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῆς πρώτης ἀποστόλων διαδοχῆς (Nic. *H. E.* III, 1, 2).

Ὅτι μὲν οὖν τοῖς ἐξ ἐθνῶν κηρύσσων ὁ Παῦλος τοὺς ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ τῶν Ἐκκλησιῶν καταβέβληται θεμελίους, δῆλον ἐκ τῶν αὐτοῦ γένοιτ' ἂν φωνῶν, καὶ ἀφ' ὧν ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσιν ἱστόρησεν. Καὶ ἐκ τῶν Πέτρου δὲ λέξεων, ἐν ὁπόσαις καὶ οὗτος ἐπαρχίαις τοὺς ἐκ περιτομῆς τὸν Χριστὸν εὐαγγελιζόμενος, τὸν τῆς καινῆς Διαθήκης παρεδίδου λόγον, σαφὲς ἂν εἴη, ἀφ' ἧς εἰρήκαμεν ὁμολογουμένης αὐτοῦ Ἐπιστολῆς, ἣν τοῖς ἐξ Ἑβραίων (44) οὖσιν ἐν διασπορᾷ Πόντου καὶ Γαλατίας, Καππαδοκίας τε καὶ Ἀσίας καὶ Βιθυνίας, γράφει. Ὅσοι δὲ τούτων, καὶ τίνες γνήσιοι ζηλωταὶ γεγονότες, τὰς πρὸς αὐτῶν ἱδρυθείσας ἱκανοὶ ποιμαίνειν ἐδοκιμάσθησαν Ἐκκλησίας, οὐ ῥᾴδιον εἰπεῖν, μὴ ὅτι γε ὅσους ἂν τις ἐκ τῶν Παύλου φωνῶν ἀναλέξοιτο. Τούτου γὰρ οὖν μυρίοι συνεργοί, καὶ ὡς αὐτὸς ὠνόμασε συστρατιῶται γεγόνασιν, ὧν οἱ πλείους ἀλήστου πρὸς αὐτοῦ μνήμης ἠξίωνται, διηνεκῆ τὴν περὶ αὐτῶν μαρτυρίαν ταῖς ἰδίαις Ἐπιστολαῖς ἐγκαταλέξαντος. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τοὺς γνωρίμους αὐτοῦ καταλέγων, ἐξ ὀνόματος αὐτῶν μνημονεύει. Τιμόθεός γε μὴν τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας ἱστορεῖται πρῶτος τὴν ἐπισκοπὴν εἰληχέναι, ὡς καὶ Τίτος τῶν ἐπὶ Κρήτης Ἐκκλησιῶν. Λουκᾶς δὲ τὸ μὲν γένος ὢν τῶν ἀπ' Ἀντιοχείας, τὴν δὲ ἐπιστήμην ἰατρὸς, τὰ πλεῖστα συγγεγονὼς τῷ Παύλῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς δὲ οὐ παέργως τῶν ἀποστόλων ὡμιληκώς, ἧς ἀπὸ τούτων προσεκτήσατο ψυχῶν θεραπευτικῆς, ἐν δυσὶν ἡμῖν ὑποδείγματα θεοπνεύστοις καταλέλοιπε βιβλίοις· τῷ τε Εὐαγγελίῳ, ὃ καὶ χαράξαι μαρτύρεται, καθὰ παρέδοντο αὐτῷ οἱ ἀπαρχῆς αὐτόπται καὶ ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, οἷς καί φησιν ἐπάνωθεν ἅπασι παρηκολουθηκέναι, καὶ ταῖς τῶν ἀποστόλων Πράξεσιν, ἃς οὐκέτι δι' ἀκοῆς, ὀφθαλμοῖς δὲ αὐτοῖς παραλαβὼν συνετάξατο. Φασὶ δὲ ὡς ἄρα τοῦ κατ' αὐτὸν Εὐαγγελίου μνημονεύειν ὁ Παῦλος εἴωθεν, ὁπηνίκα ὡς περὶ ἰδίου τινὸς Εὐαγγελίου γράφων ἔλεγε· « Κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου. » Τῶν δὲ λοιπῶν ἀκολούθων τοῦ Παύλου, Κρίσκης μὲν ἐπὶ τὰς Γαλλίας (45) στειλάμενος ὑπ' αὐτοῦ μαρτυρεῖται, Λῖνος δὲ οὗ μέμνηται συνόντος ἐπὶ Ῥώμης αὐτῷ κατὰ τὴν δευτέραν πρὸς

Τιμόθεον Ἐπιστολήν, πρῶτος μετὰ Πέτρον τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἤδη πρότερον κληρωθεὶς δεδήλωται. Ἀλλὰ καὶ ὁ Κλήμης τῆς Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς Ἐκκλησίας τρίτος ἐπίσκοπος καταστὰς, Παύλου συνεργὸς καὶ συναθλητὴς γεγονέναι πρὸς αὐτοῦ μαρτυρεῖται. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Ἀρειοπαγίτην ἐκεῖνον, Διονύσιος ὄνομα αὐτῷ, ὃν ἐν Πράξεσι μετὰ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρὸς Ἀθηναίους Παύλου δημηγορίαν, πρῶτον πιστεῦσαι (46) ἀνέγραψεν ὁ Λουκᾶς, τῆς ἐν Ἀθήναις Ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον, ἀρχαίων τις ἕτερος Διονύσιος τῆς Κορινθίων παροικίας ποιμὴν ἱστορεῖ γεγονέναι. Ἀλλὰ γὰρ ὁδῷ προβαίνουσιν, ἐπὶ καιροῦ τὰ τῆς κατὰ χρόνους τῶν ἀποστόλων διαδοχῆς ἡμῖν εἰρήσεται. Νῦν δὲ ἐπὶ τὰ ἑξῆς ἴωμεν τῆς ἱστορίας.

Pauli comitibus Crescens quidem ab eo missus in Gallias Pauli ipsius testimonio declaratur. Linus vero, quem in secunda ad Timotheum Epistola Romæ secum versari testatur, primus post Petrum, ut supra jam diximus, Ecclesiæ Romanæ episcopatum adeptus est. Clemens quoque, is qui tertius Ecclesiæ Romanæ episcopus est constitutus, adjutor Pauli sociusque certaminum fuisse, ipsiusmet testimonio perhibetur. Denique Areopagitam illum nomine Dionysium, quem post concionem illam quam Paulus in Areopago ad Athenienses habuit, primum credidisse Lucas in Actibus scribit, Atheniensis Ecclesiæ primum episcopum fuisse tradit alter quidam Dionysius Corinthiorum episcopus, antiquissimus scriptor. Sed quinam subinde per ordinem temporum apostolis successerint, in progressu operis suo loco dicemus. Nunc ad reliqua pergamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς μετὰ τὸν Χριστὸν ὑστάτης Ἰουδαίων πολιορκίας (Nic. *H. E.* III, 5-8).

Μετὰ Νέρωνα δέκα πρὸς τρισὶν ἔτεσι τὴν ἀρχὴν ἐπικρατήσαντα, τῶν ἀμφὶ Γάλβαν καὶ Ὄθωνα ἐνιαυτὸν ἐπὶ μησὶν ἓξ διαγενομένων, Οὐεσπασιανὸς ταῖς κατὰ Ἰουδαίων παρατάξεσι λαμπρυνόμενος, βασιλεὺς ἐπ' αὐτῆς ἀναδείκνυται τῆς Ἰουδαίας, αὐτοκράτωρ πρὸς τῶν αὐτόθι στρατοπέδων ἀναγορευθείς. Τὴν ἐπὶ Ῥώμης οὖν αὐτίκα στειλάμενος, Τίτῳ τῷ παιδὶ τὸν κατὰ Ἰουδαίων ἐγχειρίζει πόλεμον. Μετά γε μὴν τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν, Ἰουδαίων πρὸς τῷ κατ' αὐτοῦ τολμήματι, ἤδη καὶ κατὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ πλείστας ὅσας ἐπιβουλὰς μεμηχανημένων, πρώτου τε Στεφάνου λίθοις ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρημένου, εἶτα δὲ μετ' αὐτὸν Ἰακώβου, ὃς ἦν Ζεβεδαίου μὲν παῖς, ἀδελφὸς δὲ Ἰωάννου, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντος, ἐπὶ πᾶσί τε Ἰακώβου τοῦ τὸν αὐτόθι τῆς ἐπισκοπῆς θρόνον, πρώτου μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάληψιν κεκληρωμένου, τὸν προδηλωθέντα τρόπον μεταλλάξαντος, τῶν τε λοιπῶν ἀποστόλων μυρία εἰς θάνατον ἐπιβεβουλευμένων, καὶ τῆς μὲν Ἰουδαίας γῆς ἀπεληλαμένων, ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ κηρύγματος διδασκαλίᾳ τὴν εἰς σύμπαντα τὰ ἔθνη στειλαμένων πορείαν σὺν δυνάμει τοῦ Χριστοῦ φήσαντος αὐτοῖς· « Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου· » οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῦ λαοῦ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας, κατά τινα χρησμὸν τοῖς αὐτόθι δοκίμοις δι' ἀποκαλύψεως δοθέντα, πρὸ τοῦ πολέμου μεταναστῆναι τῆς πόλεως, καί τινα τῆς Περαίας πόλιν οἰκεῖν κεκελευσμένου, Πέλλαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν (47), ἐν ᾗ τῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων

CAPUT V.

De postrema Judæorum expugnatione post Christi necem.

Post Neronem, qui per tredecim annos imperium tenuit, cum Galba atque Otho anno duntaxat et sex mensibus regnassent, Vespasianus in prœliis adversus Judæos spectatus, imperator in ipsa Judæa ab exercitu qui illic erat, renuntiatur. Qui confestim Romam versus contendens, curam belli adversus Judæos Tito filio commisit. Porro cum Judæi post Servatoris nostri in cœlos ascensum, non contenti eo scelere quod in ipsum admiserant, ejus quoque apostolos sæpissime insidiis appetissent; ac primum quidem Stephanum lapidibus obruissent: deinde Jacobum Zebedæi filium, Joannis fratrem capite truncassent: ac postremo Jacobum illum qui primus post ascensum Domini episcopalem Ecclesiæ illius sedem obtinuit, eo quem diximus modo peremissent: cum reliqui item apostoli infinitis prope modis non sine magno vitæ suæ discrimine ab iisdem vexati essent, et ex Judæa fugati, ad prædicandam Evangelii doctrinam omnes ubique terrarum gentes adire cœpissent, freti potentia Christi qui **75** olim ipsis dixerat: « Euntes docete omnes gentes in nomine meo; » sed et cum universa plebs fidelium Ecclesiæ Hierosolymitanæ, ex oraculo quod viris quibusdam sanctissimis divinitus editum fuerat, ante initium belli ex civitate migrare, et oppidum quoddam trans Jordanem, Pellam nomine, incolere jussa fuisset; jamque omnes qui in Christum crediderant, relictis Hierosolymis, sedes suas Pellam transtulissent: ita et regia urbe,

(46) *Πρῶτον πιστεῦσαι.* Antea editum πρῶτον ἐπίσκοπον πιστεῦσαι, tribus verbis; quorum duo priora in lineolis subnotata sunt, et ad marginem scriptum est ea superflua esse. Certe Christophorsonus in interpretatione sua utramque vocem prætermisit. Ego vero posteriorem duntaxat, nempe ἐπίσκοπον, expungendam, priorem vero esse retinendam puto. Idque confirmat versio Rufini, qui hunc locum ita interpretatus est: *Sed et Dionysium Areopagitam apud Athenas, quem Lucas scripsit primum Paulo prædicante credidisse*, etc. Conjecturam nostram plane confirmant codd. Maz., Med. et Fuk., in quibus diserte scribitur πρῶτον πιστεῦσαι. Porro hunc Eusebii locum in mente habuit Maximus, cum ait in prologo *Commentariorum in Dionysium Areopagitam*: Μνημονεύει δὲ τοῦ Ἀρειοπαγίτου καὶ Διονύσιος ἀρχαῖος Κορινθίων ἐπίσκοπος, καὶ Πολύκαρπος ἐν τῇ πρὸς Ἀθηναίους ἐπιστολῇ. Ubi delenda puto hæc verba καὶ Πολύκαρπος.

(47) *Πέλλαν αὐτὴν ὀνομάζουσιν.* Idem tradit Epiphanius in hæresi Nazaræorum, cap. 7, Christianos scilicet qui Hierosolymis habitabant, de imminente obsidione a Christo præmonitos, Pellam se contulisse. In libro autem *De ponderibus et mensu-*

Digitized by Google

quæ totius gentis caput est, et universa Judæa viris sanctis destituta, tum demum divina illos ultio ob tot admissa tum in Christum, tum in ejus apostolos scelera corripuit, totamque illam impiorum sobolem funditus delevit. Et quot quidem quantæque tunc calamitates universæ genti ubique contigerint : et quomodo hi præcipue qui Judæam incolebant, extremis cladibus oppressi sint; quot hominum millia cum pueris simul ac feminis ferro et fame et cujusque modi mortis generibus occubuerint : urbium præterea Judaicarum quot qualesque fuerint oppugnationes : quot quamque incredibilia mala hi qui Hierosolyma tanquam in munitissimam urbem se receperant, oculis suis aspexerint; quis belli totius ordo, quis singularum rerum fuerit eventus; denique quemadmodum abominatio desolationis quam prophetæ prædixerant, in ipso quondam celeberrimo Dei templo constituta sit, tunc cum destructum funditus atque incendio consumptum est : cuicunque libuerit, facile est ex Josephi *Historia* accurate cognoscere. Qualiter vero idem scriptor usque ad tricies centena hominum millia qui ex universa Judæa ad diem festum Paschæ confluxerant, Hierosolymis tanquam in carcere inclusa fuisse commemorat, operæ pretium est prolatis ipsius verbis ostendere. Quippe æquum erat, ut quibus diebus benignum omnium Servatorem et Christum Dei Jesum morte affecerant, iisdem omnes velut in unum carcerem contrusi, a divina justitia sceleris sui pœnam exciperent. Porro, omissis iis malis quæcunque illi aut ferro aut alio quovis genere singillatim perpessi sunt, eas duntaxat calamitates commemorandas puto, quas dira fame oppressi pertulerunt **76** : ut vel ex his lectores nostri operis intelligant, quo pacto admissi in Christum Dei piaculi pœnas ab illis non longe postea cœleste Numen expetiit.

τῇδε τῇ γραφῇ ἐντυγχάνοντες εἰδέναι, ὅπως αὐτοὺς μακρὸν ἡ ἐκ θεοῦ μετῆλθε τιμωρία.

CAPUT VI.

De fame quæ Judæos oppressit.

Agedum ergo, sumpto iterum quinto *Historiarum* Josephi libro, luctuosam rei gestæ tragœdiam recitemus. « Ditioribus quidem, manere perinde exitiosum erat. Nam propter divitias necabantur, quasi transfugere ad hostes voluissent. Cæterum simul cum inopia crescebat in dies furor seditioso-

ris, Christi discipulos ab angelo admonitos, Pellam migrasse scribit : postea vero cum Hadrianus Hierosolyma instaurasset, et ex suo nomine Æliam coloniam appellasset, eo reversos esse. Porro cum Eusebius nullum hujus rei citet auctorem, satis apparet illum ex veterum traditione ista scripsisse, cum alioqui ipse vicinus esset iis locis.

(48) *Χρῆν γοῦν*. Ante hæc verba Christophorsonus locum integrum Josephi inseruit ex lib. VI *De bello Judaico*, contra fidem manuscriptorum codicum, et absque ulla necessitate. Certe nec Rufinus nec Nicephorus illum Josephi locum inseruerunt, et Eusebius satis habuit illum indicare, et verba

A ἀπὸ τῆς Ἱερουσαλὴμ μετῳκισμένων, ὡσὰν παντελῶς ἐπιλελοιπότων ἁγίων ἀνδρῶν αὐτήν τε τὴν Ἰουδαίων βασιλικὴν μητρόπολιν καὶ σύμπασαν τὴν Ἰουδαίαν γῆν, ἡ ἐκ θεοῦ δίκη λοιπὸν αὐτοὺς ἅτε τοσαῦτα εἰς τε τὸν Χριστὸν καὶ τοὺς ἀποστόλους αὐτοῦ παρηνομηκότας μετῆει, τῶν ἀσεβῶν ἄρδην τὴν γενεὰν αὐτὴν ἐκείνην ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζουσα. Ὅσα μὲν οὖν τηνικάδε κατὰ πάντα τόπον ὅλῳ τῷ ἔθνει συνερβύη κακά, ὅπως τε αὖ μάλιστα οἱ τῆς Ἰουδαίας οἰκήτορες εἰς ἔσχατον περιηλάθησαν συμφορῶν, ὁπόσαι τε μυριάδες ἠθηδὸν γυναιξὶν ἅμα καὶ παισὶ, ξίφει καὶ λιμῷ καὶ μυρίοις ἄλλοις περιεπεπτώκασιν εἴδεσι θανάτου, πόλεών τε Ἰουδαϊκῶν ὅσαι τε καὶ οἷαι γεγόνασι πολιορκίαι, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα οἱ ἐπ' αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλὴμ ὡσὰν ἐπὶ μητρόπολιν ὀχυρωτάτην B καταπεφευγότες, δεινὰ καὶ πέρα δεινῶν ἐωράκασι, τοῦ τε παντὸς πολέμου τὸν τρόπον, καὶ τῶν ἐν τούτῳ γεγενημένων ἐν μέρει ἕκαστα, καὶ ὡς ἐπὶ τέλει τὸ πρὸς τῶν προφητῶν ἀνηγορευμένον βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, ἐν αὐτῷ κατέστη τῷ πάλαι τοῦ θεοῦ περιβοήτῳ νεῷ, παντελῆ φθορὰν καὶ ἀφανισμὸν ἔσχατον τὸν διὰ πυρὸς ὑπομείναντι, πάρεστιν ὅτῳ φίλον ἐπ' ἀκριβὲς ἐκ τῆς τῷ Ἰωσήπῳ γραφείσης ἀναλέξασθαι Ἱστορίας. Ὡς δὲ αὐτὸς οὗτος τῶν ἀθροισθέντων ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας ἁπάσης ἐν ἡμέραις τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς, ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ, ῥήμασιν αὐτοῖς, ἀποκλεισθῆναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀμφὶ τριακοσίας μυριάδας τὸ πλῆθος ἱστορεῖ, ἀναγκαῖον ὑποσημήνασθαι. Χρῆν γοῦν (48), ἐν αἷς ἡμέραις τὸν πάντων Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην τὸν Χριστὸν τὸν τοῦ θεοῦ C κατὰ τὸ πάθος διατέθειν ται, ταῖς αὐταῖς ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ κατακλεισθέντας, τὸν μετελθόντα αὐτοὺς ὄλεθρον πρὸς τῆς θείας δίκης καταδέξασθαι. Παρελθὼν δὴ τὰ τῶν ἐν μέρει συμβεβηκότων αὐτοῖς, ὅσα διὰ ξίφους καὶ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ κατ' αὐτῶν ἐγκεχείρηται, μόνας τὰς διὰ τοῦ λιμοῦ ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι συμφορὰς παραθέσθαι, ὡς ἂν ἐκ μέρους ἔχοιεν οἱ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ παρανομίας οὐκ εἰς

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τοῦ πιέσαντος αὐτοὺς λιμοῦ (Nic. *H. E.* III, 6).

Φέρε δὴ οὖν τῶν Ἱστοριῶν τὴν πέμπτην τοῦ Ἰωσήπου μετὰ χεῖρας αὖθις ἀναλαβὼν, τῶν τότε πραχθέντων δίελθε τὴν τραγῳδίαν· « Τοῖς γε μὴν εὐπόροις, φησὶ, καὶ τὸ μένειν πρὸς ἀπωλείας ἴσον ἦν. D Προφάσει γὰρ αὐτομολίας ἁνῃρεῖτό τις διὰ τὴν οὐσίαν. Τῷ λιμῷ δὲ ἡ ἀπόνοια τῶν στασιαστῶν συν-

quædam ex eo depromere, ut sunt illa ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ. Quæ quidem ipsamet verba Josephi esse satis indicavit Eusebius cum dixit : Ὥσπερ ἐν εἱρκτῇ ῥήμασιν αὐτοῖς ἀποκλεισθῆναι εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀμφὶ τριακοσίας μυριάδας τὸ πλῆθος ἱστορεῖ. In vulgatis editionibus deerant hæ voces ῥήμασιν αὐτοῖς, quas nos ex vetustis codicibus Maz., Med. et Fuk. supplevimus. Easdem etiam voces reperi in codice Regio, quo usus est Rob. Stephanus. Qui profecto nimis indulsit conjecturæ suæ, dum has voces expunxit hinc, et paulo infra restituit, hoc modo : ἀναγκαῖον δὲ ῥήμασιν αὐτοῖς ὑποσημήνασθαι, contra fidem omnium exemplarium.

Digitized by Google

ἡκμαζε, καὶ καθ' ἡμέραν ἀμφότερα προσεξεκάετο τὰ δεινά. Φανερὸς μέν γε οὐδαμοῦ σῖτος ἦν, ἐπεισπηδῶντες δὲ διηρεύνων τὰς οἰκίας. Ἐπειθ' εὑρόντες μὲν, ὡς ἀρνησαμένους ἠκίζοντο· μὴ εὑρόντες δὲ, ὡς ἐπιμελέστερον κρύψαντας ἐβασάνιζον. Τεκμήριον δὲ τοῦ τ' ἔχειν καὶ μὴ, τὰ σώματα τῶν ἀθλίων ἦν. Ὧν οἱ μὲν ἔτι συνεστῶτες, εὐπορεῖν τροφῆς ἐδόκουν, οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη, παρωδεύοντο (49), καὶ κτείνειν ἄλογον ἐδόκει τοὺς ὑπ' ἐνδείας τεθνηξομένους αὐτίκα. Πολλοὶ δὲ λάθρα τὰς κτήσεις ἑνὸς ἀντικατηλλάξαντο μέτρου, πυρῶν μὲν, εἰ πλουσιώτεροι τυγχάνοιεν ὄντες, οἱ δὲ πενέστεροι, κριθῆς. Ἔπειτα κατακλείοντες ἑαυτοὺς εἰς τὰ μυχαίτατα τῶν οἰκιῶν, τινὲς μὲν ὑπ' ἄκρας ἐνδείας, ἀνέργαστον τὸν σῖτον ἤσθιον, οἱ δὲ ἔπεσσον, ὡς ἥ τε ἀνάγκη καὶ τὸ δέος παρῄνει. Καὶ τράπεζα μὲν οὐδαμοῦ παρετίθετο, τοῦ δὲ πυρὸς ἐφέλκοντες (50), ἔτ' ὠμὰ τὰ σιτία διήρπαζον. Ἐλεεινὴ δ' ἦν ἡ τροφὴ καὶ δακρύων ἄξιος ἡ θέα, τῶν μὲν δυνατωτέρων πλεονεκτούντων, τῶν δὲ ἀσθενῶν ὀδυρομένων. Πάντων μὲν δὴ παθῶν ὑπερίσταται λιμός· οὐδὲν δ' οὕτως ἀπόλλυσιν ὡς αἰδῶ. Τὸ γὰρ ἄλλως ἐντροπῆς ἄξιον, ἐν τούτῳ καταφρονεῖται. Γυναῖκες γοῦν ἀνδρῶν, καὶ παῖδες πατέρων, καὶ τὸ οἰκτρότατον, μητέρες νηπίων ἐξήρπαζον ἐξ αὐτῶν τῶν στομάτων τὰς τροφάς. Καὶ τῶν φιλτάτων ἐν χερσὶ μαραινομένων, οὐκ ἦν φειδὼ τοὺς τοῦ ζῆν ἀφελέσθαι σταλαγμούς. Τοιαῦτα δὲ ἐσθίοντες, ὅμως οὐ διελάνθανον. Πανταχοῦ δ' οὖν ἐφίσταντο οἱ στασιασταὶ καὶ τούτων ταῖς ἁρπαγαῖς. Ὁπότε γὰρ κατίδοιεν ἀποκεκλεισμένην οἰκίαν, σημεῖον ἦν τοῦτο, τοῖς ἔνδον προσφέρεσθαι τροφήν. Εὐθέως δὲ εἰσαράξαντες τὰς θύρας (51), εἰσεπήδων καὶ μόνον οὐκ ἐκ τῶν φαρύγγων ἀναθλίβοντες τοὺς ἀκόλους ἀνέφερον. Ἐτύπτοντο δὲ γέροντες ἀντεχόμενοι τῶν σιτίων, καὶ κόμης ἐσπαράσσοντο γυναῖκες, συγκαλύπτουσαι τὰ ἐν χερσίν· οὐδέ τις ἦν οἶκτος πολιᾶς, ἢ νηπίων, ἀλλὰ συνεπαίροντες τὰ νήπια (52) τῶν ὠμῶν ἐκκρεμάμενα, κατέσειον εἰς ἔδαφος, τοῖς δὲ φθάσασι τὴν εἰσδρομὴν αὐτῶν καὶ προκαταπιοῦσι τὸ ἁρπαγησόμενον, ὡς ἀδικηθέντες ἦσαν ὠμότεροι. Δεινὰς δὲ βασάνων ὁδοὺς ἐπενόουν πρὸς ἔρευναν τροφῆς, ὁρόβοις μὲν ἀμφράττοντες τοῖς ἀθλίοις τῶν αἰδοίων τοὺς πόρους, ῥάβδοις δὲ ὀξείαις ἀναπείροντες τὰς ἕδρας. Τὰ φρικτὰ δὲ καὶ ἀκοαῖς ἔπασχέ τις εἰς ἐξομολόγησιν ἑνὸς ἄρτου καὶ ἵνα μηνύσῃ δράκα μίαν κεχρυμμένην ἁλφίτων. Οἱ βασανισταὶ δ' οὐκ ἐπείνων, καὶ γὰρ ἂν ἦττον ὠμὸν ἦν τὸ μετ' ἀνάγκης,

A rum, et utrumque malum magis ac magis quotidie ingravescebat. Et palam quidem nullum in urbe frumentum erat. Sed seditiosi irruentes in domos, omnia scrutabantur : et si quid reperissent, ædium dominos, utpote qui frumentum se habere negassent, crudeliter verberabant. Quod si forte nihil invenerant, quasi diligentius occultassent, tormentis excruciabant. Porro an cibos haberent, necne, indicio erant corpora miserorum. Nam qui adhuc firma erant valetudine, eos alimentorum copia abundare censebant. Qui vero jam contabescerent, eos missos faciebant. Quippe a ratione alienum videbatur, homines jamjamque præ inedia morituros, ferro interficere. Multi vero clam facultates suas uno frumenti quidem, si divites essent, sin
B pauperes, hordei modio permutabant. Deinde in intimos ædium recessus sese abdentes, nonnulli quidem famis ultima necessitate adacti fruges nondum molitas comedebant; alii vero panem conficiebant, quantum necessitas metusque suadebat. Et mensa quidem nullibi apponebatur : sed crudos adhuc cibos ex igne abstrahentes singuli diripiebant. Miserabilis porro erat alimonia, dignumque lacrymis spectaculum : cum valentiores quidem cuncta præriperent, infirmiores vero vicem suam dolerent. Omnes quidem animi affectus longe superat fames : nullum tamen æque evertit ac verecundiam. Nam quidquid alias honore dignum est ac reverentia, in famis necessitate contemnitur. Deni-
C que uxores viris, filii parentibus, et quod omnium maxime miserabile erat, matres infantibus cibum ex 77 ipso ore rapiebant. Et marcescentibus inter brachia liberis, vitales lactis guttas adimere non pigebat. Hujusmodi cibos dum caperent, latere tamen non poterant. Nam ubique seditiosorum manus, prædæ istorum ac rapinis imminebat : quippe hi sicubi clausam domum conspexerant, eos qui intus essent, cibum sumere hoc indicio suspicabantur, statimque effractis foribus irruebant, et prope ex ipsis faucibus expressa ciborum frusta revocabant. Vapulabant senes qui escam e manibus dimittere nolebant. Mulieres quoque occultantes ea quæ in manibus habebant, sparsis crinibus raptabantur. Nulla canorum, nulla infantiæ miseratio
D erat : sed raptos in sublime parvulos cum ipsis quibus penduli inhærebant buccellis, solo allidebant. Si qui vero incursum eorum prævenissent,

(49) Ἤδη, παρωδεύοντο. Prava hujus loci interpunctio quæ habetur in editione Stephani, Christophorsonum in errorem induxit. Atqui facile erat eam restituere in hunc modum, οἱ τηκόμενοι δὲ ἤδη, παρωδεύοντο, ut scribitur apud Nicephorum, et in codice Maz. et Med.

(50) Τοῦ δὲ πυρὸς ἐφέλκοντες. Nicephorus habet ὑφέλκοντες. Sed vulgata lectio magis placet, quippe quæ violentiam famis clarius designat. Singuli, inquit Josephus, crudos adhuc et semicoctos cibos ad sese attrahebant ac diripiebant. Hi enim significant voces illæ ἐφέλκοντες διήρπαζον. Quod tamen nec Rufinus nec Christophorsonus intellexerunt, ut ex utriusque versione apparet. Nam Christophorsonus vertit, *acide ore abripiebant*, quod a mente Josephi longe abest. Significat enim Josephus, miseros illos cibaria sibi mutuo rapuisse. Idque ex sequentibus Josephi verbis manifeste convincitur. In codice Maz. et Med. legitur ἀφέλκοντες. Sic etiam in codd. Fuk. et Savil.

(51) Εἰσαράξαντες τὰς θύρας. Sic Josephus ac Nicephorus; ita quoque codd. Mazar. et Fuk., hanc lectionem omnes interpretes uno consensu secuti sunt. In Medicæo εἰσαράξαντες habetur. Editi, ἐξάραντες τὰς χεῖρας.

(52) Τὰ νήπια. Melius apud Josephum et Nicephorum legitur τὰ παιδία.

Digitized by Google

idque quod ipsi rapturi erant, deglutire occupassent, eos longe inhumanius tractabant, quasi injuriam ab iis accepissent. Porro dira tormentorum genera excogitabant ad pervestigandum alimentum. Nam miseris hominibus, ipsos quidem genitalium meatus cervis obturabant; podicem vero præacutis sudibus transfigebant. Utque panem unum se habere quis fateretur, aut pugillum farinæ occultum indicaret, ea perferebat quæ vel ipso auditu horrorem incutiunt. Interim tortores ipsi penuria minime laborabant. Minus enim crudele visum fuisset, si necessitate adacti talia perpetrassent. Sed id agebant, ut audaciam suam hujusmodi exercitatione confirmarent, et commeatum sibi in multos dies compararent. Ac si qui noctu usque ad stationes Romanorum erepserant, agrestium olerum et herbarum colligendarum causa: occurrentes iis qui se jam hostium manus effugisse credebant, quidquid attulerant, deripiebant. Quin etiam supplicantibus sæpe miseris, et per tremendum Dei nomen obsecrantibus, ut partem eorum, quæ cum vitæ periculo attulerant, sibi concederent, nihil prorsus impertierunt. Gratandumque erat si spoliati, non etiam necarentur.» Deinde interjectis quibusdam hæc subjungit: «Judæis vero simul cum egrediendi facultate, spes quoque omnis salutis præclusa erat. Et augescens fames, per domos et familias populum depascebatur. Ac tecta quidem plena erant mulieribus et infantibus fame enectis: angiportus vero senibus mortuis referti. Pueri autem et adulti, turgidi velut simulacra quædam per fora oberrabant, et ubicunque quis labe correptus fuerat, corruebat. Porro propinquorum cadavera sepelire neque volebant **78** ægri: et qui adhuc integris viribus erant, tum multitudine mortuorum, tum quod sibi ipsi metuerent, absterrebantur. Plerique enim dum alios sepelirent, ipsi mortem obierant. Multi etiam antequam fatalis hora adesset, ad sepulcra loculosque properarunt. Cæterum nec luctus in iis calamitatibus, nec questus erat ullus; sed hujusmodi animorum affectus fames superaverat. Nam qui ægre adhuc spiritum trahebant, siccis oculis aspiciebant eos, qui fato celerius functi, perpetua jam quiete fruerentur. Altum vero silentium et dira quædam mortis caligo civitatem obsederat. Sed his malis graviores erant prædones. Effossis enim do-

γυμνάζοντες δὲ τὴν ἀπόνοιαν, καὶ προπαρασκευάζοντες ἑαυτοῖς εἰς τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐφόδια. Τοῖς δ' ἐπὶ τὴν Ῥωμαίων φρουρὰν νύκτωρ ἐξερπύσασιν ἐπὶ λαχάνων συλλογὴν ἀγρίων καὶ πόας, ὑπαντῶντες, ὅτ' ἤδη διαπεφευγέναι τοὺς πολεμίους ἐδόκουν, ἁφήρπαζον τὰ κομισθέντα, καὶ πολλάκις ἱκετευόντων, καὶ τὸ φρικτότατον ἐπικαλουμένων ὄνομα τοῦ Θεοῦ μεταδοῦναί τι μέρος αὐτοῖς, ὧν κινδυνεύσαντες ἤνεγκαν, οὐδοτιοῦν μετέδοσαν. Ἀγαπητὸν δ' ἦν, τὸ μὴ καὶ προσαπολέσθαι σεσυλημένον.» Τούτοις δὲ μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· «Ἰουδαίοις δὲ μετὰ τῶν ἐξόδων ἀπεκόπη πᾶσα σωτηρίας ἐλπίς. Καὶ βαθύνας ἑαυτὸν ὁ λιμὸς, κατ' οἴκους καὶ γενεὰς τὸν δῆμον ἐπεβόσκετο. Καὶ τὰ μὲν τέγη πεπλήρωτο γυναικῶν καὶ βρεφῶν λελυμένων, οἱ στενωποὶ δὲ γερόντων νεκρῶν. Παῖδες δὲ καὶ νεανίαι διοιδοῦντες, ὥσπερ εἴδωλα κατὰ τὰς ἀγορὰς ἀνειλοῦντο καὶ κατέπιπτον, ὅποι τινὰ τὸ πάθος καταλαμβάνοι· θάπτειν δὲ τοὺς προσήκοντας, οὔτε ἴσχυον οἱ κάμνοντες, καὶ τὸ διευτονοῦν ὤκνει, διά τε τὸ πλῆθος τῶν νεκρῶν, καὶ τὸ κατὰ σφᾶς ἄδηλον. Πολλοὶ γοῦν τοῖς ὑπ' αὐτῶν θαπτομένοις ἐπαπέθνησκον, πολλοὶ δ' ἐπὶ τὰς θήκας πρὶν ἐπιστῆναι τὸ χρεὼν, προῆλθον. Οὔτε δὲ θρῆνος ἐν ταῖς συμφοραῖς, οὔτε ὀλοφυρμὸς ἦν, ἀλλὰ ὁ λιμὸς ἤλεγχε τὰ πάθη. Ξηροῖς δὲ τοῖς ὄμμασιν (53) οἱ δυσθανατοῦντες ἐφεώρων τοὺς φθάσαντας ἀναπαύσασθαι. Βαθεῖα δὲ τὴν πόλιν περιεῖχε σιγὴ, καὶ νὺξ θανάτου γέμουσα. Καὶ τούτων οἱ λῃσταὶ χαλεπώτεροι. Τυμβωρυχοῦντες γοῦν τὰς οἰκίας, ἐσύλων τοὺς νεκροὺς, καὶ τὰ καλύμματα τῶν σωμάτων περισπῶντες, μετὰ γέλωτος ἐξῄεσαν. Τάς τε ἀκμὰς τῶν ξιφῶν (54) ἐδοκίμαζον ἐν τοῖς πτώμασι, καί τινας τῶν ἐῤῥιμμένων ἔτι ζῶντας διήλαυνον, ἐπὶ πεῖρα τοῦ σιδήρου. Τοὺς δὲ ἱκετεύοντας χρῆσαί σφισι δεξιὰν καὶ ξίφος, τῷ λιμῷ κατέλιπον ὑπερηφανοῦντες. Καὶ τῶν ἐκπνεόντων ἕκαστος, ἀτενὲς εἰς τὸν ναὸν ἐφεώρα (55), τοὺς στασιαστὰς ζῶντας ἀπολιπών. Οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ἐκ τοῦ δημοσίου θησαυροῦ θάπτειν ἐκέλευον τοὺς νεκροὺς, τὴν ὀσμὴν οὐ φέροντες· ἔπειθ' ὡς οὐ διήρκουν, ἀπὸ τῶν τειχῶν ἐῤῥίπτον εἰς τὰς φάραγγας. Περιὼν δὲ ταύτας (56) ὁ Τίτος, ὡς ἐθεάσατο πεπλησμένας τῶν νεκρῶν, καὶ βαθὺν ἰχῶρα μυδώντων τὸν ὑπορῥέοντα τῶν σωμάτων, ἐστέναξέ τε καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείνας κατεμαρτύρατο τὸν Θεὸν, ὡς οὐκ εἴη τὸ ἔργον αὐτοῦ.» Τούτοις ἐπειπών τινα μεταξὺ, ἐπιφέρει, λέγων· «Οὐκ ἂν

(53) *Ξηροῖς τοῖς ὄμμασιν.* In Josepho et Nicephoro additur καὶ σεσηρόσι τοῖς ὄμμασιν, id est *renidentes.* Male Gelenius ea Josephi verba interpretatur. Paulo post in codic. Maz. et Med. scribitur ἐφεώρων τοὺς φθάσαντας. Atque ita codd. Fuk. et Savil.

(54) *Ἀκμὰς τῶν ξιφῶν.* Apud Josephum scribitur ἀίχμάς. Sed nostrorum codicum lectio magis placet. Græci enim ἀκμὴν dicunt, quam Latini *aciem.* Ut cum dicunt ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῇ.

(55) *Εἰς τὸν ναὸν ἐφεώρα.* Notanda est religio Judæorum, qui ubicunque terrarum essent, oculis in urbem sacram et in templum conversis, Deum supplices orabant. Cujus moris exemplum est in capite VI Danielis: Εἰσῆλθε τὸν οἶκον αὐτοῦ· καὶ αἱ θυρίδες ἀνεῳγμέναι αὐτῷ ἐν τοῖς ὑπερῴοις αὐτοῦ κατέναντι Ἱερουσαλὴμ· καὶ καιροὺς τρεῖς τῆς ἡμέρας ἦν κάμπτων ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ. Ad quæ verba notat Hieronymus: *Orat autem secundum præceptum Dei, dictaque Salomonis, qui contra templum orandum esse admonuit.* Sic etiam in Esdræ cap. IV, juvenis ille Judæus oculis in cœlum sublatis versus Jerusalem Deum laudasse dicitur. Atque hinc manasse mihi videtur consuetudo Christianorum, qui ad ortum solis conversi Deum orabant, more accepto a Judæis qui ex circumcisione ad Christum transierant.

(56) *Περιὼν δὲ ταύτας.* Sic ex Josepho scribendum est, et sic codd. Maz., Med., Fuk. et Savil. Male ediderat Stephanus περιῳδών.

Digitized by Google

ὑποστειλαίμην εἰπεῖν, ἃ μοι κελεύει τὸ πάθος. Οἶμαι, Ῥωμαίων βραδυνάντων ἐπὶ τοὺς ἁλιτηρίους, ἢ καταποθῆναι ἂν ὑπὸ χάσματος, ἢ κατακλυσθῆναι τὴν πόλιν, ἢ τοὺς τῆς Σοδομηνῆς (57) μεταλαβεῖν κεραυνούς. Πολὺ γὰρ τῶν ταῦτα παθόντων ἤνεγκε γενεὰν ἀθεωτέραν. Τῇ γοῦν τούτων ἀπονοίᾳ πᾶς ὁ λαὸς συναπώλετο. » Καὶ ἐν τῷ ἕκτῳ δὲ βιβλίῳ, οὕτω γράφει· « Τῶν δ' ὑπὸ τοῦ λιμοῦ φθειρομένων κατὰ τὴν πόλιν, ἄπειρον μὲν ἔπιπτε τὸ πλῆθος, ἀδιήγητα δὲ συνέβαινε τὰ πάθη. Καθ' ἑκάστην γὰρ οἰκίαν, εἴπου τροφῆς παραφανείη σκιὰ, πόλεμος ἦν, καὶ διὰ χειρῶν ἐχώρουν οἱ φίλτατοι πρὸς ἀλλήλους, ἐξαρπάζοντες τὰ ταλαίπωρα τῆς ψυχῆς ἐφόδια. Πίστις δ' ἀπορίας (58) οὐδὲ τοῖς θνήσκουσιν ἦν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμπνέοντας οἱ λῃσταὶ διηρεύνων, μή τις ὑπὸ κόλπον ἔχων τροφὴν, σκήπτοιτο τὸν θάνατον αὐτοῦ. Οἱ δὲ ὑπ' ἐνδείας κεχηνότες, ὥσπερ λυσσῶντες κύνες ἐσφάλλοντο, καὶ παρεφέροντο, ταῖς τε θύραις ἐνσειόμενοι μεθυόντων τρόπον, καὶ ὑπὸ ἀμηχανίας εἰς τοὺς αὐτοὺς οἴκους εἰσεπήδων δὶς ἢ τρὶς ὥρᾳ μιᾷ. Πάντα δ' ὑπ' ὀδόντας ἦγεν ἡ ἀνάγκη. Καὶ τὰ μηδὲ τοῖς ῥυπαρωτάτοις τῶν ἀλόγων ζώων πρόσφορα συλλέγοντες, ἐσθίειν ὑπέφερον. Ζωστήρων γοῦν καὶ ὑποδημάτων τοτελευταῖον οὐκ ἀπέσχοντο, καὶ τὰ δέρματα τῶν θυρεῶν ἀποδέροντες ἐμασῶντο. Τροφὴ δὲ ἦν καὶ χόρτου τισὶ παλαιοῦ σπαράγματα. Τὰς γὰρ ἴνας ἔνιοι συλλέγοντες, ἐλάχιστον σταθμὸν ἐπώλουν Ἀττικῶν τεσσάρων. Καὶ τί δεῖ τὴν ἐπ' ἀψύχοις ἀναίδειαν τοῦ λιμοῦ λέγειν; εἶμι γὰρ αὐτοῦ δηλώσων ἔργον, ὁποῖον μήτε παρ' Ἕλλησι, μήτε παρὰ βαρβάροις ἱστόρηται, φρικτὸν μὲν εἰπεῖν, ἄπιστον δ' ἀκοῦσαι. Καὶ ἔγωγε μὴ δόξαιμι τερατεύεσθαι τοῖς αὖθις ἀνθρώποις, κἂν παρέλιπον τὴν συμφορὰν ἡδέως, εἰ μὴ τῶν κατ' ἐμαυτὸν εἶχον ἀπείρους μάρτυρας; ἄλλως τε καὶ ψυχρὰν ἂν καταθείμην τῇ πατρίδι χάριν καθυφέμενος τὸν λόγον (59), ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. Γυνὴ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰορδάνην κατοικούντων, Μαρία τοὔνομα, πατρὸς Ἐλεαζάρου, κώμης Βαθεζὼρ· σημαίνει δὲ τοῦτο οἶκος ὑσσώπου· διὰ γένος καὶ πλοῦτον ἐπίσημος, μετὰ τοῦ λοιποῦ πλήθους εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα καταφυγοῦσα συνεπολιορκεῖτο. Ταύτης τὴν μὲν ἄλλην κτῆσιν οἱ τύραννοι διήρπασαν, ὅσην ἐκ τῆς Περαίας ἀνασκευασαμένη, μετήνεγκεν εἰς τὴν πόλιν· τὰ δὲ λείψανα τῶν κειμηλίων κἂν εἴτι τροφῆς ἐπινοηθείη, καθ' ἡμέραν εἰσπηδῶντες ἥρπαζον οἱ δορυφόροι. Δεινὴ δέ τις τὸ γύναιον ἀγανάκτησις εἰσῄει. Καὶ πολλάκις λοιδορουῦσα καὶ καταρωμένη, τοὺς ἅρπαγας ἐφ' ἑαυτὴν ἠρέθιζεν. Ὡς δ' οὔτε παροξυνόμενός τις οὔτ' ἐλεῶν αὐτὴν ἀνῄρει, καὶ τὸ μὲν

mibus, quæ jam in sepulcra conversæ erant, cadavera spoliabant, et velamina corporibus detrahentes cum risu egrediebantur. Quin etiam gladiorum mucronem in ipsis cadaveribus experiri solebant; et quosdam jacentium adhuc spirantes, ad probandam ferri aciem transfigebant. Quod si qui ipsos rogabant, ut manum sibi ac ferrum commodarent, arrogantia elati, fami conficiendos relinquebant. Porro morientium singuli cum seditiosos sibi superstites relinquerent, fixis oculis templum spectabant. At seditiosi principio quidem ex publico ærario mortuos humari jusserant, cum cadaverum fœtorem ferre non possent. Postea vero cum humanis corporibus nequaquam sufficerent, in profundas voragines de muro projiciebant. Quas quidem circumiens Titus, ubi oppletas cadaveribus vidit, altamque saniem putrefactis corporibus diffluentem, ingemuit, sublatisque in cœlum manibus, Deum testatus est, facinus illud suum non esse. » Interpositis deinde nonnullis, idem Josephus hæc adjicit: « Nequaquam verebor, inquit, palam dicere quæ dolor jubet. Equidem arbitror, si Romani sceleratis istis exitium inferre cessassent, aut hiatu terræ, aut aquarum inundatione, aut fulminum jactu instar agri Sodomitici civitatem fuisse perituram. Quippe genus hominum protulerat multo scelestius iis qui talia quondam perpessi sunt. Itaque simul cum istorum furore ac vesania universus populus interiit. » Sed et in libro sexto ita scribit: « Eorum vero, inquit, qui per civitatem fame interibant, innumerabilis erat multitudo. Nec dicendo satis explicari possunt mala, quæ assidue contingebant. Per singulas enim domos sicubi vel umbra apparuisset cibi, pugna erat, et conjunctissimi quique inter se **79** dimicabant, infelicis vitæ subsidia vicissim sibi rapientes. Nec mors ipsa fidem penuriæ faciebat. Sed eos qui extremum spiritum exhalabant, perscrutabantur latrones, ne quis forte cibum in sinu abditum gerens, mori se simularet. Ipsi latrones præ inedia hiantes, huc illuc tanquam rabidi canes, vagi atque incerti ferebantur: et foribus illisi instar ebriorum, præ consilii inopia in easdem domos iterum ac sæpius unius horæ spatio irruebant. Porro omnia absque discrimine necessitas mandere cogebat, eaque etiam quæ ne sordidissimis quidem animalibus usui sunt, comedere sustinebant. Postremo nec cingulis nec calceamentis abstinuerunt. Ipsa quoque scutorum coria avulsa dentibus confi-

(57) *Τῆς Σοδομηνῆς*. Sic in codic. Regio, Maz., Fuk. et Saviliano scriptum reperi, sicque legitur apud Nicephorum et Josephum. Quæ lectio melior est quam vulgata Σοδομικῆς. Dicendum enim esset Σοδομιτικῆς, non Σοδομικῆς.

(58) *Πίστις δ' ἀπορίας*. Hunc locum Christophorsonus longa verborum ambage, ut fere solet, involvit potius quam exposuit, nec magis fideliter Gelenius. Rufinus autem brevius quidem quam nos vertit, *fides autem nec mortuis erat*. Sed verbum ἀπορίας omisit, et *morientibus* dicere debuit, non *mortuis*. — Mox legendum, ni fallor, ἐκπνέοντας. EDIT.

(59) *Καθυφέμενος τὸν λόγον*. In optimo codice Mazarinæo legitur τῶν λόγων, quod rectius videtur. Sequitur enim ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. Tamen *o* superscriptum est eadem manu. Totus autem hic locus in eodem codice ita perscriptus est: ἄλλως τε καὶ ψυχρὰν ἂν κατεθέμην τῇ πατρίδι χάριν, καθυφέμενος τῶν λόγων, ὧν πέπονθε τὰ ἔργα. Codd. quoque Med. ac Fuk. cum Saviliano scriptum habent κατεθέμην. Neque aliter Nicephorus in lib. III, cap. 6.

Digitized by Google

ciebant. Nonnullis vetusta fœni præsegmina usui fuere. Quidam enim cum festucarum levissimum pondus collegissent, quatuor Atticis drachmis venumdabant. Sed quid opus est impudentiam atque improbitatem famis in rebus inanimatis ostendere? Facinus dicturus sum, cujusmodi nec apud Græcos nec apud barbaros gestum fuisse memoratur, et quod tum dictu horrendum, tum auditu incredibile videbitur. Itaque libens certe acerbissimum hunc casum silentio præteriissem, ne posteri fabulas ac portenta me loqui existiment, nisi ex nostræ ætatis hominibus testes haberem prope innumerabiles. Cæterum leve ac frigidum quoddam officium patriæ præstarem, si quæ mala re ipsa perpessa est, oratione dissimularem. Mulier quædam Maria nomine, Eleazari filia, ex regione quæ trans Jordanem sita est, vico Bathezor, quæ vox hyssopi domum significat, genere atque opibus illustris, cum Hierosolyma perfugisset, una cum reliqua hominum multitudine obsessa tenebatur. Hujus reliquam omnem supellectilem, quam illa ex ulteriore Jordanis ripa raptim collectam in urbem advexerat, jam tyranni diripuerant. Ipsas autem magnarum opum reliquias, et quidquid alimenti ipsa sibi conquirere poterat, irruentes quotidie satellites auferebant. Ea res mulieris animum acerbissima quadam indignatione commovit. Ac sæpenumero conviciis et diris imprecationibus prædones de industria in semetipsam incitabat. Sed cum nemo illorum seu ira seu miseratione commotus, ipsam interficeret, tæderetque ipsam aliis cibum parare, nec vero jam parandi ullus modus superesset: cumque interim fames visceribus ac **80** medullis penitus insideret, et indignatio longe magis quam inedia effervesceret, mulier malis consultoribus usa furore ac necessitate, adversus naturam ipsam consurrexit; arreptoque filio quem adhuc lactentem habebat: Infortunate puer, inquit, inter tot belli, famis, ac seditionis mala, cui te servem? Apud Romanos quidem, tametsi vivere detur, servitus nos manet. Sed nunc servitutem ipsam prævenit fames: factiosi vero utraque calamitate acerbiores sunt. Proinde esto mihi quidem cibus, factiosis vero furia, hominibus autem fabula, quod solum adhuc deest cladibus Judæorum. Hæc dicens, filium jugulat. Coctum deinde ipsa quidem dimidiam partem comedit: quod reliquum erat, opertum interim servabat. Cum ecce repente superveniunt seditiosi, et sceleratissimo nidore naribus hausto, mortem mulieri statim minantur, nisi cibum quem paraverat, sibi exhiberet. At illa, bonam ipsis par-

A εὑρεῖν σιτίον (60) ἄλλοις ἐκοπία, πανταχόθεν δ' ἄπορον ἦν ἤδη καὶ τὸ εὑρεῖν, ὁ λιμὸς δὲ διὰ σπλάγχνων τε καὶ μυελῶν ἐχώρει, καὶ τοῦ λιμοῦ μᾶλλον ἐξεκαίοντο οἱ θυμοί, σύμβουλον λαβοῦσα τὴν ὀργὴν μετὰ τῆς ἀνάγκης, ἐπὶ τὴν φύσιν ἐχώρει. Καὶ τὸ τέκνον, ἦν δ' αὐτῇ παῖς ὑπομάθιος, ἁρπασαμένη, « Βρέφος, εἶπεν, ἄθλιον, ἐν πολέμῳ καὶ λιμῷ καὶ στάσει, τίνι σε τηρῶ; τὰ μὲν παρὰ Ῥωμαίοις, δουλεία κἂν ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς (61), φθάνει δὲ καὶ δουλείαν ὁ λιμός, οἱ στασιασταὶ δὲ ἀμφοτέρων χαλεπώτεροι. Ἴθι, γενοῦ μοι τροφὴ, καὶ τοῖς στασιασταῖς ἐρινὺς (62), καὶ τῷ βίῳ μῦθος, ὁ μόνος ἐλλείπων ταῖς Ἰουδαίων συμφοραῖς. » Καὶ ταῦθ' ἅμα λέγουσα, κτείνει τὸν υἱόν. Ἔπειτ' ὀπτήσασα, τὸ μὲν ἥμισυ κατεσθίει, τὸ δὲ λοιπὸν κατακαλύψασα, ἐφύλαττεν. Εὐ-

B θέως δ' οἱ στασιασταὶ παρῆσαν, καὶ τῆς ἀθεμίτου κνίσσης σπάσαντες, ἠπείλουν εἰ μὴ δείξειε τὸ παρασκευασθὲν, ἀποσφάξειν αὐτὴν εὐθέως. Ἡ δὲ καὶ μοῖραν αὐτοῖς εἰποῦσα καλὴν τετηρηκέναι, τὰ λείψανα τοῦ τέκνου διανεκάλυψεν. Τοὺς δ' εὐθέως φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ἥρει, καὶ παρὰ τὴν ὄψιν ἐπεπήγεσαν. Ἡ δ', « Ἐμὸν, ἔφη, τοῦτο τὸ τέκνον γνήσιον, καὶ τὸ ἔργον ἐμόν. Φάγετε, καὶ γὰρ ἐγὼ βέβρωκα. Μὴ γένησθε μήτε μαλακώτεροι γυναικὸς, μήτε συμπαθέστεροι μητρός. Εἰ δ' ὑμεῖς εὐσεβεῖς, καὶ τὴν ἐμὴν ἀποστρέφεσθε θυσίαν, ἐγὼ μὲν ἥμισυ βέβρωκα, καὶ τὸλοιπὸν δ' ἐμοὶ μεινάτω. » Μετὰ ταῦθ' οἱ μὲν τρέμοντες ἐξῆεσαν, πρὸς ἓν τοῦτο δειλοὶ, καὶ μόλις ταύτης τῆς τροφῆς τῇ μητρὶ παραχωρήσαντες. Ἀνεπλήσθη δ' εὐθέως ὅλη τοῦ μύσους ἡ πόλις, καὶ

C πρὸ ὀμμάτων ἕκαστος τὸ πάθος ἀναλαμβάνων, ὡς παρ' αὐτῷ τολμηθὲν (63) δεινῶς ἔφριττε. Σπουδὴ δὲ λοιπὸν τῶν λιμωττόντων ἐπὶ τὸν θάνατον ἦν, καὶ μακαρισμὸς τῶν φθασάντων πρὶν ἀκοῦσαι καὶ θεάσασθαι κακὰ τηλικαῦτα. » Τοιαῦτα τῆς Ἰουδαίων εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ παρανομίας τε καὶ δυσσεβείας τἀπίχειρα.

(60) *Εὑρεῖν σιτίον ἄλλοις.* Id est prædonibus, non sibi. Itaque non placet lectio illa quæ ad marginem editionis Genevensis ascribitur ἄλλως, quam Savilius quoque ad oram libri sui apposuit. Porro codices nostri Maz., Med. ac Fuk. voculam hic interserunt εὑρεῖν τι σιτίον ἄλλοις ἐκοπία, quomodo legitur etiam apud Nicephorum.

(61) *Ζήσωμεν ἐπ' αὐτοῖς.* Sic apud Nicephorum legitur, atque ita codex Maz., Med. et Savilii. Vulgatæ Josephi editiones, ἐπ' αὐτούς.

(62) *Τοῖς στασιασταῖς ἐρινύς.* Erinnyn dixit Josephus non eodem sensu quo Græci, qui deas quasdam apud inferos esse credebant, quæ noxios homines ac præcipue cædis reos persequerentur. Sed Erinnyn dixit pro ποινήν. Credebant enim Judæi, perinde ac Græci, umbras eorum qui occisi fuerant, persequi interfectores suos, et pœnas ab illis exposcere. Sic apud Virgilium in libro quarto

D Dido ait:

Omnibus umbra locis adero.

Eodem sensu accipio verba illa quæ leguntur in cap. IV Geneseos: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Id est: Frater tuus quem impie occidisti, postulat ut illum ulciscar, et cædis illius pœnas a te exigam. Sequitur deinde: *Vagus et profugus eris super terram.* Id est, umbra fratris tui quem occidisti, persequetur te ubique, et aderit infesta.

(63) *Παρ' αὐτῷ τολμηθέν.* In Nicephoro legitur παρ' αὐτοῦ, quomodo Rufinus et Gelenius in Josepho videntur legisse. Ferri tamen potest vulgata lectio; ut sensus sit, singulos cives tanto facinoris illius horrore perculsos fuisse, quasi apud se et in propriis ædibus perpetratum fuisset. Tamen in codic. Maz. et Med. scribitur παρ' αὐτοῦ τολμηθέν. Atque ita codex Fuketii.

Digitized by Google

tem se reservasse respondens, reliquias filii sui detexit. Horror confestim stuporque eos invasit. Stabant spectaculo attoniti. Tum mulier, Meus, inquit, est filius, meum hoc facinus. Edite vos, quando et ipsa comedi. Nolite aut femina molliores, aut matre benigniores videri. Quod si fortasse religiosi estis, et ab esu victimæ meæ abhorretis, ego dimidiam quidem partem jam consumpsi, reliquum perinde mihi maneat. Post hæc illi trementes abscessere, ad hoc unum pavidi atque imbelles, et hoc genere alimenti ægre matri relicto. Fama continuo tanti sceleris per totam civitatem dispersa est, et quisque facinus illud ante oculos proponens, tanquam a seipso perpetratum esset, horrebat. Exinde cuncti fame oppressi ad mortem omni studio contendebant, et beatos illos censebant, qui antequam tantas calamitates aut oculis aut auditu accepissent, fato abrepti fuerant. Igitur Judæorum scelus atque impietatem adversus Deum Jesum Christum hujusmodi ultio consecuta est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ προῤῥήσεων (Nic. *H.E.* III, 4).

Παραθεῖναι δ' αὐτοῖς ἄξιον, τὴν ἀψευδῆ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πρόῤῥησιν, δι' ἧς αὐτὰ ταῦτα δηλοῖ ὧδέ πως προφητεύων· « Οὐαὶ δὲ ταῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις καὶ ταῖς θηλαζούσαις ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις· προσεύχεσθε δὲ, ἵνα μὴ γένηται ὑμῶν ἡ φυγὴ χειμῶνος, μηδὲ σαββάτῳ. Ἔσται γὰρ τότε θλῖψις μεγάλη, οἵα οὐκ ἐγένετο ἀπ' ἀρχῆς κόσμου ἕως τοῦ νῦν, οὐδὲ μὴ γένηται. » Συναγαγὼν δὲ πάντα τὸν τῶν ἀνῃρημένων ἀριθμὸν ὁ συγγραφεὺς, λιμῷ καὶ ξίφει μυριάδας ἑκατὸν καὶ δέκα διαφθαρῆναί φησι, τοὺς δὲ λοιποὺς στασιώδεις καὶ λῃστρικοὺς, ὑπὸ ἀλλήλων μετὰ τὴν ἅλωσιν ἐνδεικνυμένους, ἀνῃρῆσθαι, τῶν δὲ νέων τοὺς ὑψηλοτάτους καὶ κάλλει σώματος διαφέροντας, τετηρῆσθαι θριάμβῳ, τοῦ δὲ λοιποῦ πλήθους, τοὺς ὑπὲρ ἑπτακαίδεκα ἔτη, δεσμίους εἰς τὰ κατ' Αἴγυπτον ἔργα παραπεμφθῆναι, πλείους δὲ εἰς τὰς ἐπαρχίας διανενεμῆσθαι φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις, τοὺς δ' ἐντὸς ἑπτακαίδεκα ἐτῶν, αἰχμαλώτους ἀχθέντας διαπεπρᾶσθαι, τούτων δὲ μόνων τὸν ἀριθμὸν, εἰς ἐννέα μυριάδας (64) ἀνδρῶν συναχθῆναι. Ταῦτα δὲ τοῦτον ἐπράχθη τὸν τρόπον, δευτέρῳ τῆς Οὐεσπασιανοῦ βασιλείας ἔτει, ἀκολούθως ταῖς προγνωστικαῖς τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προῤῥήσεσιν, θείᾳ δυνάμει ὥσπερ ἤδη παρόντα προεωρακότος αὐτὰ, ἐπιδακρύσαντός τε καὶ ἀποκλαυσαμένου κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν εὐαγγελιστῶν Γραφὴν, οἳ καὶ αὐτὰς αὐτοῦ παρατέθειντα τὰς λέξεις, τοτὲ μὲν φήσαντος ὡς πρὸς αὐτὴν τὴν Ἱερουσαλήμ· « Εἰ ἔγνως καί γε σὺ ἐν τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ τὰ πρὸς εἰρήνην σοι· νῦν δὲ ἐκρύβη ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου. Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σὲ, καὶ περιβαλοῦσί σοι οἱ ἐχθροί σου χάρακα, καὶ περικυκλώσουσί σε, καὶ συνέξουσί σε πάντοθεν, καὶ ἐδαφιοῦσί σε καὶ τὰ τέκνα σου· » τοτὲ δὲ, ὡς περὶ τοῦ λαοῦ· « Ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ τῷ λαῷ τούτῳ. Καὶ πεσοῦνται ἐν στόματι μαχαίρας καὶ αἰχμαλωτισθήσονται εἰς πάντα τὰ ἔθνη· καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔσται πατουμένη ὑπὸ ἐθνῶν, ἄχρις οὗ πληρωθῶσι καιροὶ ἐθνῶν. » Καὶ πάλιν· « Ὅταν δὲ ἴδητε κυκλουμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερουσαλὴμ, τότε γνῶτε, ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. » Συγκρίνας δέ τις τὰς

[30] Luc. XIX.

CAPUT VII.

De prædictionibus Christi.

Operæ pretium autem fuerit his adjungere certissimum Servatoris nostri oraculum, quo hæc ipsa prædixerat his verbis : « Væ prægnantibus et nutricibus in illis diebus. Orate autem ne fuga **81** vestra contingat hieme vel Sabbato. Erit enim tunc temporis calamitas magna, cujusmodi nondum fuit ab initio mundi, nec posthac erit. » Porrò idem ille historiæ scriptor universum numerum eorum qui vel gladio vel fame perierunt, simul colligens, undecies centena hominum millia periisse scribit : seditiosos vero et prædones qui superfuerant, post urbis excidium mutuo indicio damnatos, pœnas dedisse : et ex juventute quidem eos, qui proceritate corporis et forma cæteris præstarent, ad ornamentum triumphi reservatos : ex reliqua autem multitudine eos, qui septimum decimum ætatis annum excesserant, vinctos ad metalla exercenda in Ægyptum perductos esse : plurimos vero per provincias distributos, qui in publicis spectaculis aut ferro aut bestiis consumerentur : quicunque autem minores essent annis septemdecim, eos in servitutem abductos sub corona veniisse. Quorum quidem numerum ad nonaginta usque hominum millia pervenisse affirmat. Et hæc quidem anno secundo principatus Vespasiani Augusti ad hunc modum gesta sunt, juxta Servatoris nostri vaticinium. Qui divina præditus virtute, ea quæ ventura erant, tanquam præsentia multo ante præviderat : et illacrymatus fuerat atque ingemuerat, ut evangelistarum scripta testantur. Hi enim ipsa quoque illius verba retulerunt, quibus modo civitatem ipsam compellans, aiebat [30] : « Si cognovisses et tu in die illo quæ ad pacem tuam conducunt. Nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis : quia venient dies super te, et circumdabunt te inimici tui vallo, et circumgent te undique, et expugnabunt te, et solo adæquabunt, et filios tuos elident; » modo de populo ipso aiebat : « Erit enim clades magna et ira Dei adversus hunc populum; et cadent in ore gladii, et captivi ducentur in omnes gentes. Et Jerusalem calcabitur a gentibus, donec impleantur tempora gentium. » Et rursus : « Cum autem videritis cir-

(64) *Εἰς ἐννέα μυριάδας.* Hallucinatur Eusebius. Neque enim Josephus hoc dicit, sed tantum affirmat, numerum eorum qui toto belli tempore capti sunt a Romanis, ad nonaginta septem hominum millia pervenisse. Locus est in fine libri VI. Itaque merito Christophorsonus hoc loco Eusebii verba aliquantulum immutavit.

Digitized by Google

cumdari ab exercitu Jerusalem, tunc scitote quia appropinquavit desolatio ejus [31]. » Quod si quis Servatoris nostri verba cum iis comparet, quæ ab eodem Scriptore de universo bello commemorata sunt, fieri non potest quin admiretur præscientiam ac prædictionem Servatoris nostri, eamque vere divinam et supra **82** modum stupendam esse fateatur. Ac de iis quidem quæ universæ Judæorum genti post passionem Domini contigerunt, et post voces illas quibus latronem quidem et homicidam mortis supplicio liberari, ipsum vero auctorem vitæ e medio tolli populus omnis succlamaverat, Josephi narrationi quidquam addere minime necesse est. Illa vero adjicere æquum fuerit, quibus divini Numinis clementia ac providentia declaratur : quæ quidem post piaculum in Christum admissum, quadraginta annorum spatio, exitium illorum distulit. Quo in tempore apostoli ac discipuli pene omnes, et Jacobus ipse primus loci illius episcopus, is qui frater Domini dicebatur, adhuc superstites, et in ipsa Hierosolymorum civitate degentes, firmissimum loci munimentum perstabant, cum divina Providentia adhuc eos patientissime sustineret, si forte commissorum criminum pœnitentiam agentes, veniam et salutem consequi possent : cumque ejusmodi patientia minime contenta Dei benignitas, horrendis quibusdam signis ac portentis divinitus editis, calamitates ipsis, nisi pœnitentiam egissent, eventuras prænuntiaret. Quæ quidem signa cum a non incommodum fuerit nostri quoque operis lectoribus exhibere

CAPUT VIII.

De signis ante bellum.

Sumpto igitur in manus libro, recita mihi quæ in sexto *Historiarum* volumine referuntur his verbis : « Et falsis quidem illis vatibus, seque a Deo missos mentientibus, infelix populus fidem adhibebat. Evidentibus autem prodigiis, et futuram solitudinem prænuntiantibus, neque advertebant animos neque credebant. Sed tanquam attoniti, oculisque et mente capti, ipsius Dei præconia ac vaticinia insuper habuerunt; primum cum supra civitatem stetit sidus simile gladio, et anni spatio ardere perseveravit cometes; deinde cum ante defectionem primosque belli motus, populo ad festum diem Azymorum congregato, sexto idus Aprilis hora noctis nona, tanta repente lux circa altare templumque circumfusa est, ut die jam clarissimus esse videretur : eaque lux horæ **83** dimidiæ spatio permansit. Quod imperitis quidem bonum omen esse videbatur : sed sacrorum

[31] Luc. xxi.

τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέξεις ταῖς λοιπαῖς τοῦ συγγραφέως ἱστορίαις ταῖς περὶ τοῦ παντὸς πολέμου, πῶς οὐκ ἂν ἀποθαυμάσειεν, θείαν ὡς ἀληθῶς καὶ ὑπερφυῶς παράδοξον τὴν πρόγνωσίν τε καὶ πρόρρησιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὁμολογήσας. Περὶ μὲν οὖν τῶν μετὰ τὸ σωτήριον πάθος καὶ τὰς φωνὰς ἐκείνας ἐν αἷς ἡ τῶν Ἰουδαίων πληθὺς τὸν μὲν λῃστὴν καὶ φονέα τοῦ θανάτου παρῄτηται, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἐξ αὐτῶν ἱκέτευσεν ἀρθῆναι, τῷ παντὶ συμβεβηκότων ἔθνει, οὐδὲν ἂν δέοι ταῖς ἱστορίαις ἐπιλέγειν (65). Ταῦτα δ' ἂν εἴη δίκαιον ἔτι προσθῆναι, ἃ γένοιτ' ἂν παραστατικὰ φιλανθρωπίας τῆς παναγάθου προνοίας, τεσσαράκοντα ἐφ' ὅλοις ἔτεσι μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Χριστοῦ τόλμαν, τὸν κατ' αὐτῶν ὅλεθρον ὑπερθεμένης, ἐν ὅσοις τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν μαθητῶν πλείους, Ἰάκωβός τε αὐτὸς ὁ τῇδε πρῶτος ἐπίσκοπος, τοῦ Κυρίου χρηματίζων ἀδελφὸς, ἔτι τῷ βίῳ περιόντες, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως τὰς διατριβὰς ποιούμενοι, ἔρκος ὥσπερ ὀχυρώτατον παρέμενον τῷ τόπῳ, τῆς θείας ἐπισκοπῆς εἰσέτι τότε μακροθυμούσης, εἴ ἄρα ποτὲ δυνηθεῖεν ἐφ' οἷς ἔδρασαν μετανοήσαντες, συγγνώμης καὶ σωτηρίας τυχεῖν, καὶ πρὸς τῇ τοσαύτῃ μακροθυμίᾳ, παραδόξους θεοσημίας τῶν μελλόντων αὐτοῖς μὴ μετανοήσασι συμβήσεσθαι παρασχομένης. Ἃ καὶ αὐτὰ μνήμης ἠξιωμένα πρὸς τοῦ δεδηλωμένου συγγραφέως, οὐδὲν οἷον τοῖς τῇδε προσιοῦσι τῇ γραφῇ παραθεῖναι.

supradicto historiæ scriptore litteris mandata sint

CAPUT VIII.

De signis ante bellum.

Καὶ δὴ λαβὼν ἀνάγνωθι τὰ κατὰ τὴν ἕκτην τῶν Ἱστοριῶν αὐτῷ δεδηλωμένα ἐν τούτοις· « Τὸν γοῦν ἄθλιον ὄῆμον, οἱ μὲν ἀπατεῶνες καὶ καταψευδόμενοι τοῦ Θεοῦ, τηνικαῦτα παρέπειθον, τοῖς δ' ἐναργέσι καὶ προσημαίνουσι τὴν μέλλουσαν ἔσεσθαι ἐρημίαν τέρασιν οὔτε προσεῖχον οὔτε ἐπίστευον, ἀλλ' ὡς ἐμβεβροντημένοι, καὶ μήτε ὄμματα μήτε ψυχὴν ἔχοντες, τῶν τοῦ Θεοῦ κηρυγμάτων παρῄκουον· τοῦτο μέν, ὅτε (66) ὑπὲρ τὴν πόλιν ἄστρον ἕστη ῥομφαίᾳ παραπλήσιον, καὶ παρατείνας ἐπ' ἐνιαυτὸν κομήτης· τοῦτο δ' ἡνίκα πρὸ τῆς ἀποστάσεως καὶ τοῦ πρὸς τὸν πόλεμον κινήματος, ἀθροιζομένου τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τῶν ἀζύμων ἑορτὴν, ὀγδόῃ Ξανθικοῦ μηνὸς κατὰ νυκτὸς ἐννάτην ὥραν, τοσοῦτο φῶς περιέλαμψε τὸν βωμὸν καὶ τὸν ναὸν, ὡς δοκεῖν ἡμέραν εἶναι λαμπράν· καὶ τοῦτο παρέτεινεν ἐφ' ἡμίσειαν ὥραν. Ὃ τοῖς μὲν ἀπείροις ἀγαθὸν ἐδόκει εἶναι, τοῖς δὲ ἱερογραμματεῦσι (67) πρὸ τῶν ἀποβεβηκότων εὐθέως

(65) *Taῖς ἱστορίαις ἐπιλέγειν.* Male Christophorsonus vertit *in hac historia disserere non est omnino necesse.* Rectius Musculus, *non opus est ut historiis addamus aliquid.* Historias vocat Eusebius libros Josephi *De excidio urbis Hierosolymitanæ*, non historiam suam, ut putavit Christophorsonus.

(66) Vulg. *τοῦτο μὲν ὅτι.* Scribo ὅτε, ut est apud Josephum in lib. VII, pag. 960. Cæterum Nicephorus quidem astrum hoc gladio simile, et cometen qui per annum continuum apparuit, unum idemque sidus esse existimavit, non recte, ut opinor.

(67) *Τοῖς δὲ ἱερογραμματεῦσι. Legis peritos* vertit Rufinus, non male. Scribæ enim apud Judæos iidem erant ac legis periti seu legis doctores, ut recte notavit Petavius in animadversionibus ad hæresim XV Epiphanii. Horum munus erat sacros legis libros custodire, eosdemque legere coram populo in templo et in synagoga. Unde in capite VIII

Digitized by Google

ἐκρίθη (68). Καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἑορτὴν, βοῦς μὲν ἀχθεῖσα ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως πρὸς τὴν θυσίαν, ἔτεκεν ἄρνα ἐν τῷ ἱερῷ μέσῳ. Ἡ δ' ἀνατολικὴ πύλη τοῦ ἐνδοτέρω χαλκῆ μὲν οὖσα καὶ στιβαρωτάτη, κλειομένη δὲ περὶ δεῖλην μόλις ὑπ' ἀνθρώπων εἴκοσι, καὶ μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη (69) σιδηροδέτοις, κατάπηγας (70) δ' ἔχουσα βαθυτάτους, ὤφθη κατὰ νυκτὸς ὥραν ἕκτην αὐτομάτως ἠνοιγμένη. Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἡμέραις οὐ πολλαῖς ὕστερον, μιᾷ καὶ εἰκάδι Ἀρτεμισίου μηνὸς, φάσμα τι δαιμόνιον ὤφθη μεῖζον πίστεως. Τέρας δ' ἂν ἔδοξεν εἶναι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἱστόρητο, καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη, τῶν σημείων ἦν ἀξία. Πρὸ γὰρ ἡλίου δύσεως ὤφθη μετέωρα περὶ πᾶσαν τὴν χώραν ἅρματα καὶ φάλαγγες ἔνοπλοι διάττουσαι τῶν νεφῶν, καὶ κυκλούμεναι τὰς πόλεις. Κατὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἣ Πεντηκοστὴ καλεῖται, νύκτωρ οἱ ἱερεῖς παρελθόντες εἰς τὸ ἱερὸν ὥσπερ αὐτοῖς ἔθος ἦν, πρὸς τὰς λειτουργίας, πρῶτον μὲν κινήσεως ἔφασαν ἀντιλαμβάνεσθαι καὶ κτύπου, μετὰ δὲ ταῦτα φωνῆς ἀθρόας· Μεταβαίνωμεν (71) ἐντεῦθεν. Τὸ δὲ τούτων φοβερώτερον· Ἰησοῦς γάρ τις υἱὸς Ἀνανίου, τῶν ἰδιωτῶν, ἄγροικος, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν τοῦ πολέμου, τὰ μάλιστα τῆς πόλεως εἰρηνευομένης καὶ εὐθυνούσης, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν ἑορτὴν ἐν ᾗ σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος ἦν τῷ Θεῷ (72) κατὰ τὸ ἱερὸν, ἐξαπίνης ἀναβοᾷν ἤρξατο· Φωνὴ ἀπ' ἀνατολῆς, φωνὴ ἀπὸ δύσεως, φωνὴ ἀπὸ τῶν τεσσάρων ἀνέμων,

scribæ, ea quæ posthæc evenerunt, portendi illo signo statim judicarunt. In eadem quoque solemnitate vacca cum a pontifice ad sacrificium adduceretur, agnum in medio templo enixa est. Sed et janua interioris sacrarii orienti obversa, quæ tota ærea et immensi ponderis erat, et quæ sub vesperam vix a viginti hominibus claudebatur, et vectibus quidem ferro obvinctis sustinebatur, pessulos vero altissime in terram demissos habebat, circa sextam noctis horam visa est sponte patefacta. Paucis deinde post festivitatem exactis diebus, prodigiosum quoddam spectrum apparuit fidem omnem superans. Ac profecto id quod dicturus sum, fabula esse videretur, nisi ab iis, qui illud spectarunt, proditum esset, et subsecutæ clades ejusmodi ostentis haudquaquam impares exstitissent. Etenim ante solis occasum per universam regionem currus in aere sublimes ferri, et armatæ phalanges per cœlum discurrere, urbesque circumvallare sunt visæ. Festo autem die qui Pentecoste appellatur, sacerdotes noctu templum ingressi ad obeunda ex more ministeria, primum quidem motum ac strepitum se exaudisse dixerunt, tum deinde vocem quasi confertæ multitudinis simul clamantis: Migremus hinc. Quod vero his omnibus longe terribilius est: Jesus quidam Ananiæ filius, vir plebeius et rusticus, quadriennio priusquam

Esdræ scriba et legis doctor pro eodem sumitur. Sed hæc jam ab aliis notata sunt. Quod vero a nemine adhuc observatum est, præcipuum illorum officium fuit, ut pontificibus assiderent una cum senioribus in judiciis et publico concilio quod συνέδριον vocabant. Docet id Lucas in capp. VI et XXIII Actuum apostolorum. Fuit igitur id nomen magistratus apud Judæos, sicut apud Græcos. Et quemadmodum γραμματεῖς in Græcia concionibus et judiciis intererant, legumque et plebiscitorum ac senatus-consultorum custodiam habebant, sic etiam scribæ apud Judæos legis erant custodes. Eum certe honorem non exiguum fuisse, apparet ex multis Evangelii locis, in quibus fastus eorum et insolentia a Servatore perstringitur. Eodem plane modo apud Græcos γραμματεῖς, id est *scribæ publici*, in magna erant dignitate. Nam et nomen eorum senatus-consultis ac plebiscitis præfigebatur, ut ex Aristophane alibi notavi: et in concionibus magnam habebant auctoritatem, ut patet ex iis quæ refert B. Lucas de scriba publico civitatis Ephesiorum in capite XIX. Apud Judæos quidem eo honoratiores erant scribæ, quo Judæi præ cæteris gentibus suam legem venerabantur. Cujus scribæ non solum custodes, verum etiam interpretes erant. Quin etiam consulebantur tanquam prophetæ quidam et antistites et omnium sapientissimi, qui optime interpretarentur signa ac prodigia, et qui legis arcana penitus cognita haberent. Sic in Matthæi cap. XI Herodes scribas consulit. Et in hoc Josephi loco quem præ manibus habemus, prodigia in cœlo visa quid significent, prædicunt scribæ. Eosdem λογίους paulo post vocat Josephus. Porro magistratus urbis Hierosolymorum qui στρατηγός dicebatur, suum habebat scribam, ut docet Josephus in lib. XX. Sed an hic scriba fuerit ex numero illorum legis interpretum, difficile est dicere. Cæterum ἱερογραμματεῖς erant apud Ægyptios quidam sacerdotes, qui sacrorum disciplinam et arcanas litteras custodiebant, et futura prædicebant. De quibus Josephus in lib. II, cap. 5, ubi ἱερέας vocat quos supra ἱερογραμματεῖς vocaverat.

Hi post cantorem et horoscopum, tertio loco procedebant in templum, alas in capite gestantes, atramentum et calamum cum libro præferentes in manibus. Libros item Mercurii hieroglyphicos et de cosmographia, deque terrarum et Ægypti situ, item de Nilo ac de locis in honorem deorum consecratis, custodiæ suæ creditos habebant, ut scribit Clemens Alexandrinus in lib. VI. Lucianus in Longævis gentem hanc seu familiam fuisse ait apud Ægyptios.

(68) *Πρὸ τῶν ἀποβεβηκότων ἐκρίθη.* Ita diserte quinque nostri codices, Regius scilicet, Maz. ac Med. cum Fuk. ac Saviliano. Atque sic legit etiam Gelenius, ut ex versione ejus apparet. Vulgatæ Josephi editiones, πρὸς τῶν ἀπ., quod ferri non potest. Neque enim Græce dicitur πρὸς τῶν ἀποβεβηκότων ἐκρίθη. Dixisset potius πρὸς τὰ ἀποβεβηκότα.

(69) *Μοχλοῖς μὲν ἐπερειδομένη.* Intelligere videtur cardines quos Gallice *gonds*, Latine *gonfos* vocamus. Iis enim appensa est janua. Male interpretes *seras* verterunt. Posthæc Eusebius omisit nonnulla quæ apud Josephum leguntur, de eo prodigio confestim magistratui nuntiato. Sic enim interpretor eum qui στρατηγός a Josepho appellatur. De quo officio multa notavi ad librum ultimum Amm. Marcellini. Ejus dignitatis meminit etiam Josephus in lib. VII *De excidio*, pag. 960, et Lucas in Actibus cap. 5, ubi *magistratus templi* recte vertitur in vulgata editione.

(70) *Κατάπηγας.* Melius καταπῆγας, ut est apud Nicephorum et Josephum. Atque ita scribitur in codice Maz. et Med., quibus consentiunt Fuketianus et Savilianus.

(71) *Μεταβαίνωμεν.* In codice Maz., Med. ac Fuk. scribitur μεταβαίνομεν, quod non displicet.

(72) *Σκηνοποιεῖσθαι πάντας ἔθος ἦν τῷ Θεῷ.* Post hæc verba virgula notatur in codice Regio, Maz. et Fuk. et apud Josephum; quam interpunctionem secuti sunt Musculus et Christophorsonus. Ego vero cum Gelenio alteram distinctionem sequi malui.

Digitized by Google

bellum esset exortum, adhuc pacata civitate et rerum omnium copiis abundante, cum ad festum diem venisset quo tabernacula in honorem Dei juxta templum defigi ab omnibus mos est, repente exclamare cœpit : Vox ab oriente, vox ab occasu, vox a quatuor ventis : vox in Hierosolyma et in templum, vox in sponsos et in sponsas, vox in universum populum. Idque noctu et interdiu clamitans omnes civitatis vicos circuibat. Nonnulli vero ex primoribus populi diritatem ominis ægre ferentes, hominem corripiunt, multisque verberibus afficiunt. At ille nec pro se quidquam locutus, nec eos qui ipsum verberabant, privatim deprecatus, eadem quæ prius verba inclamare non destitit. Proinde magistratus Judæorum, rati, id quod erat, divinum quemdam esse hominis motum atque afflatum, cum ad præsidem Romanum perducunt. Apud **84** quem flagris ad ossium usque denudationem laniatus, nec preces, nec lacrymas ullas effudit. Sed quantum maxime poterat flebili ac lugubri modo vocem inflectens, ad singula verbera accinebat : Væ, væ Hierosolymis ! Aliud etiam majori admiratione dignum ab eodem scriptore memoratur. Oraculum scilicet quoddam in sacris libris repertum fuisse, quo prædicebatur, illis circiter temporibus quemdam ex ipsorum finibus profectum orbis terrarum imperio potiturum. Quod ille quidem scriptor in Vespasiano expletum esse existimavit. Verum Vespasianus non totius orbis terrarum, sed Romanum duntaxat imperium obtinuit. Rectius ergo id referatur ad Christum, cui dictum est a Patre : « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [82], » et per cujus apostolos circa idem tempus « in omnem terram exierat sonus, et ad fines orbis terrarum verba pervenerant [83]. »

A φωνὴ ἐπὶ Ἱεροσόλυμα καὶ τὸν ναὸν, φωνὴ ἐπὶ νυμφίους καὶ νύμφας, φωνὴ ἐπὶ πάντα τὸν λαόν. Τοῦτο μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ κατὰ πάντας τοὺς στενωποὺς περιῄει κεκραγώς. Τῶν δ' ἐπισήμων τινὲς δημοτῶν ἀγαναχτήσαντες πρὸς τὸ κακόφημον, καὶ ὀργισθέντες (73) συλλαμβάνουσι τὸν ἄνθρωπον, καὶ δειναῖς ἅμα καὶ πολλαῖς αἰκίζονται πληγαῖς. Ὁ δὲ οὐθ' ὑπὲρ ἑαυτοῦ φθεγξάμενος, οὔτε ἰδίᾳ πρὸς τοὺς παίοντας (74), ἃς καὶ πρότερον φωνὰς βοῶν διετέλει. Νομίσαντες δ' οἱ ἄρχοντες (75), ὅπερ ἦν, δαιμονιώτερον εἶναι κίνημα τὸν ἀνδρὸς, ἄγουσιν αὐτὸν ἐπὶ τὸν παρὰ Ῥωμαίοις ἔπαρχον (76)· ἔνθα μάστιξι μέχρι ὀστέων ξαινόμενος, οὔθ' ἱκέτευσεν οὔτ' ἐδάκρυσεν, ἀλλ' ὡς ἐνῆν μάλιστα τὴν φωνὴν ὀλοφυρτικῶς παρεγκλίνων, πρὸς ἑκάστην ἀπεκρίνατο πληγήν· « Αἲ αἲ B Ἱεροσολύμοις· » Ἕτερον δέ τι τούτου παραδοξότερον ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ συγγραφεὺς, χρησμόν τινα φάσκων ἐν ἱεροῖς γράμμασιν εὑρῆσθαι περιέχοντα, ὡς κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν (77) τις ἄρξει τῆς οἰκουμένης· ὃν αὐτὸς μὲν ἐπὶ Οὐεσπασιανὸν πεπληρῶσθαι ἐξείληφεν. Ἀλλ' οὐχ ἁπάσης γε οὗτος ἢ μόνης ἦρξε τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους. Δικαιότερον δ' ἂν ἐπὶ τὸν Χριστὸν ἀναχθείη, πρὸς ὃν εἴρητο ὑπὸ τοῦ Πατρός· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Οὗ δὴ κατ' αὐτὸ δὴ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ « εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. »

CAPUT IX.

De Josepho et de libris quos scriptos reliquit.

Porro his rebus tandem ad exitum perductis, rationi consentaneum videtur de Josepho ipso qui historiæ quam præ manibus habemus tantum adjumentum contulit, quis et unde, quove genere prognatus fuerit, exponere. Id vero etiam ipse declarat de se loquens his verbis : « Josephus, Mattathiæ filius, natione Hebræus, domo Hierosolymitanus, ex numero sacerdotum, qui et initio adver-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

C

Περὶ Ἰωσήπου, καὶ ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων (Nic. *H. E.* II, 18).

Ἐπὶ τούτοις πᾶσιν, ἄξιον μηδ' αὐτὸν τὸν Ἰώσηπον, τοσαῦτα τῇ μετὰ χεῖρας συμβεβλημένον ἱστορίᾳ, ὁπόθεν τε καὶ ἀφ' οἵου γένους ὡρμᾶτο, ἀγνοεῖν. Δηλοῖ δὲ πάλιν αὐτὸς καὶ τοῦτο λέγων ὧδε· « Ἰώσηπος Ματταθίου παῖς (78), ἐξ Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, αὐτός τε Ῥωμαίους πολεμήσας ταπρῶτα, καὶ τοῖς ὕστερον παρατυχὼν ἐξ ἀνάγκης. » Μάλιστα δὲ τῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Ἰουδαίων οὐ παρὰ μόνοις τοῖς ὁμοεθνέσιν,

[82] Psal. II. [83] Psal. XVIII.

(73) *Καὶ ὀργισθέντες.* Prior vox deest in codice Regio. Josephus nec priorem nec posteriorem agnoscit; cui consentit codex Maz. et Fuk. In Med. adduntur ad marginem.

(74) Vulg. *πρὸς τοὺς παρόντας.* Scribendum est παίοντας, ut legitur apud Josephum; quanquam Rufinus vulgatam lectionem secutus est.

(75) *Οἱ ἄρχοντες.* Id est magistratus templi, et pontifices et scribæ. Hi enim erant magistratus Judæorum, penes quos erat jurisdictio.

(76) *Ἔπαρχον.* Rufinus *judicem* vertit, recte. Cæteri interpretes *præfectum* interpretantur, gravi errore. Is erat Albinus præses et procurator Judææ. Recte igitur Musculus *præsidem Romanum* interpretatus est. Quod idcirco monendum existimavi, ut lector agnoscat Musculum plerisque in locis felicius vertisse quam Christophorsonum.

(77) *Ὡς ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις.* In codici- D cibus nostris Maz., Med. et Fuk. hic locus ita legitur ac distinguitur : ὡς ἀπὸ τῆς χώρας τις αὐτῶν, ἄρξει τῆς οἰκουμένης. Atque ita legitur apud Josephum pag. 961. Nicephorus quoque eamdem trajectionem retinuit, quamvis Josephi verba paululum immutavit. Porro in codice Regio ac Maz. τίς acuitur. Neque id in hoc solum loco, sed semper in iisdem libris ita fieri observavi, licet nulla sit interrogatio.

(78) *Ματταθίου παῖς.* In codice Regio legitur Ματθίου. Et ista apud Josephum in libro *De vita sua* et in proœmio *Historiarum belli Judaici*. Apud Sophronium quoque in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* scribitur Ἰώσηπος Ματθίου υἱός. Nec aliter vocat Sozomenus initio libri primi. Rufinus quoque Matthiam vocat patrem Josephi : *Josephus*, inquit, *Matthiæ filius, ex Hierosolymis sacerdos.* Ita scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

Digitized by Google

ἀλλὰ καὶ παρὰ Ῥωμαίοις γέγονεν ἀνὴρ ἐπιδοξότατος, ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθέσει ἀνδριάντος ἐπὶ τῆς Ρωμαίων τιμηθῆναι πόλεως, τοὺς δὲ σπουδασθέντας αὐτῷ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. Οὗτος δὴ πᾶσαν τὴν *Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν* ἐν ὅλοις εἴκοσι καταβέβληται συγγράμμασι, τὴν δ' *Ἱστορίαν τοῦ* κατ' αὐτὸν *Ἰουδαϊκοῦ πολέμου* ἐν ἑπτὰ (79), ἃ καὶ οὐ μόνον τῇ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίῳ φωνῇ παραδοῦναι αὐτὸς ἑαυτῷ μαρτυρεῖ, ἄξιός γε ὢν διὰ τὰ λοιπὰ πιστεύεσθαι. Καὶ ἕτερα δὲ αὐτοῦ φέρεται σπουδῆς ἄξια δύο, τὰ *Περὶ τῆς Ἰουδαίων ἀρχαιότητος*, ἐν οἷς καὶ ἀντιῤῥήσεις πρὸς Ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν κατὰ Ἰουδαίων τηνικάδε συντάξαντα λόγον (80) πεποίηται, καὶ πρὸς ἄλλους, οἳ διαβάλλειν καὶ αὐτοὶ τὰ πάτρια (81) τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους ἐπειράθησαν. Τούτων ἐν τῷ προτέρῳ τὸν ἀριθμὸν τῆς λεγομένης Παλαιᾶς τῶν ἐνδιαθήκων Γραφῶν τίθησι, τίνα παρ' Ἑβραίοις ἀναντίῤῥητα, ὡς ἂν ἐξ ἀρχαίας παραδόσεως, αὐτοῖς ῥήμασι διὰ τούτων διδάσκων.

A sus Romanos pugnavi, et rebus postea gestis necessitate coactus interfui. » Hic vir, omnium tunc temporis Judæorum præstantissimus fuit, non modo popularium suorum, sed etiam Romanorum judicio : adeo ut ipse quidem in urbe Roma statua donatus sit, libri vero ab eo conscripti in bibliotheca publica fuerint collocati. Scripsit autem *Antiquitates* quidem *Judaicas* viginti libris ; *Historiam* vero *belli Judaici*, quod a Romanis sua ætate gestum est, septem voluminibus complexus est, quam non solum Græco, sed etiam patrio sermone ab se editam esse testatur : dignus omnino cui et hic et in cæteris fides habeatur. Exstant etiam duo ejusdem libri *De Judæorum vetustate* lectu **83** dignissimi. In quibus et Apioni grammatico respondet qui illa ætate volumen adversus Judæos composuerat, et aliis nonnullis qui Judæorum origines perinde calumniari tentaverant. In priore autem horum librorum, numerum sacrorum voluminum quibus Vetus Testamentum constat, quænam sint apud Hebræos extra omnem controversiam posita, utpote a majoribus tradita, declarat his verbis.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅπως τῶν θείων μνημονεύει βιβλίων Ἰώσηπος (Nic. *H. E.* III, 9).

« Οὐ μυριάδες οὖν εἰσι βιβλίων παρ' ἡμῖν ἀσυμφώνων καὶ μαχομένων, δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι (82) βιβλία, τοῦ παντὸς ἔχοντα χρόνου τὴν ἀναγραφήν, τὰ δικαίως θεῖα πεπιστευμένα. Καὶ τούτων πέντε μέν ἐστι τὰ Μωϋσέως, ἃ τούς τε νόμους περιέχει καὶ τὴν τῆς ἀνθρωπογονίας παράδοσιν, μέχρι τῆς αὐτοῦ τελευτῆς. Οὗτος ὁ χρόνος ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγον ἐτῶν (83). Ἀπὸ δὲ τῆς Μωϋσέως τελευτῆς μέχρι τῆς Ἀρταξέρξου, τοῦ μετὰ Ξέρξην Περσῶν βασιλέως, οἱ μετὰ Μωϋσῆν προφῆται τὰ κατ' αὐτοὺς πραχθέντα συνέγραψαν ἐν τρισὶ καὶ δέκα βιβλίοις. Αἱ δὲ λοιπαὶ τέσσαρες, ὕμνους εἰς τὸν Θεὸν,

C

CAPUT X.

Quomodo idem Josephus divinorum librorum mentionem fecerit.

« Apud nos, inquit, nequaquam innumerabilis est librorum multitudo dissentientium atque inter se pugnantium ; sed duo duntaxat et viginti libri, totius præteriti temporis historiam complectentes, qui merito creduntur divini. Ex his quinque quidem sunt Mosis, qui et leges continent, et seriem rerum gestarum, a conditu generis humani usque ad ipsius Mosis interitum. Atque hoc spatium temporis tria propemodum annorum millia comprehendit. A Mosis autem interitu ad imperium usque Artaxerxis, qui post Xerxem regnavit apud Persas, prophetæ qui Mosi successere, res sua ætate

D

(79) Vulg. *ἐν ἑπτὰ λόγοις*. Posterior vox delenda est, quam nec Regius codex agnoscit. Subauditur autem συγγράμμασιν. Atque ita legendum esse apparet ex iis quæ sequuntur, ἃ καί, etc.

(80) *Συντάξαντα λόγον*. In Nicephoro scribitur λόγους. Quod confirmare videtur Josephus, qui plures libros contra Judæorum gentem ab Apione scriptos esse testatur. Vulgatam tamen scripturam tuetur Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Josephi scriptis.

(81) *Τὰ πάτρια*. Interpretes omnes, Langus scilicet, Musculus et Christophorsonus cum Rufino, *patrios ritus et instituta* interpretati sunt. Verum hoc vocabulo amplius aliquid significari existimo. Nam Josephus in libris *contra Apionem*, non iis solum respondet qui Judæorum leges atque instituta calumniati fuerant, sed præcipue adversus eos scribit, qui de origine atque antiquitate Judæorum falsa quædam commenti fuerant, ut patet ex libro primo. Sub finem autem secundi libri respondet Apollonio, Moloni et Lysimacho, qui de legibus institutisque Judæorum falsa quædam conscripserant. Πάτρια igitur hoc loco utrumque designat, antiquitatem scilicet et leges. Notum est vel mediocriter doctis, πάτρια sumi pro *antiquitatibus*, eoque titulo multi apud veteres exstabant libri, partim soluta oratione, partim versibus scripti. Sic Hermæ Hermopolitæ *Πάτρια τῆς Ἑρμουπόλεως* iambico versu scripta laudat Photius in *Bibliotheca*, cap. 279; et Herapollinis Grammatici *Περὶ πατρίων τῆς Ἀλεξανδρείας*, Christodori quoque poetæ plures ejusmodi libros citat Suidas. Unicus hodie liber Codini exstat hoc titulo inscriptus.

(82) *Δύο δὲ μόνα πρὸς τοῖς εἴκοσι*. Totidem erant apud Hebræos libri sacri, quot elementa seu litteræ, ut docet Origenes in *expositione primi psalmi*, et Hieronymus in *Proœmio galeato*, ubi etiam tres ordines sacrorum voluminum apud illos fuisse testatur. Primus ordo legem continebat, secundus prophetas, tertius hagiographa. Quæ cum Josepho optime conveniunt, sed in hoc differunt, quod Josephus quidem tredecim libros secundi ordinis facit, secutus scilicet seriem temporum, in tertio autem ordine quatuor tantum recenset libros, aliter ac Hieronymus tum in illo *Proœmio*, tum in *præfatione in Danielem*, qui octo quidem prophetarum libros numerat, hagiographorum autem novem. Sed Josephus librum Josue et Judicum, Regum item ac Paralipomenon libros et Esdram inter prophetica volumina reposuisse videtur, non quod prophetias continerent, quemadmodum prophetarum libri, sed ideo quod a prophetis essent conscripti.

(83) *Τρισχιλίων ὀλίγον ἐτῶν*. In tribus nostris codicibus Maz., Med. ac. Savil. ita scribitur hic locus : Ἀπολείπει τρισχιλίων ὀλίγῳ ἐτῶν.

Digitized by Google

crit nec corruptioni obnoxium. Ego vero quid hic scholiastes sibi voluerit, prorsus ignoro. Neque enim in verbis Ignatii quidquam est reprehendendum. Sed fortasse Græculus ille qui hoc scholion primus scripsit, Eutychianam hæresim sectabatur. De qua vetustissimus scriptor in *Vita Gregorii Magni* ita scribit : *Qui cum adhuc esset in eadem urbe positus, nascentem ibi novam hæresim de statu nostræ resurrectionis, ipso quo exorta est initio, juvante Dei gratia catholicæ veritatis, attrivit. Siquidem Eutychius, ejusdem urbis episcopus, dogmatizabat, corpus nostrum in illa resurrectionis gloria impalpabile, ventis aereque subtilius esse futurum. Quibus ille auditis, et ratione veritatis et exemplo Dominicæ resurrectionis ostendit, hoc dogma orthodoxæ fidei in omnibus esse contrarium*, etc. Exstat hæc *Vita* in manuscripto codice Musciacensi, digna profecto quæ typis edatur. Est enim longe antiquior ac purior illa quam Henricus Canisius edidit.

(71) *Μαθηταὶ θεοπρεπεῖς.* Rectius in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. et Savil. scriptum est διαπρεπεῖς μαθηταί.

Digitized by Google

θέντας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων θεμελίους ἐπῳκοδόμουν, αὔξοντες εἰς πλέον τὸ κήρυγμα, καὶ τὰ σωτήρια σπέρματα τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας ἀνὰ πᾶσαν εἰς πλάτος ἐπισπείροντες τὴν οἰκουμένην. Καὶ γὰρ δὴ πλεῖστοι τῶν τότε μαθητῶν σφοδροτέρῳ φιλοσοφίας ἔρωτι πρὸς τοῦ θείου Λόγου τὴν ψυχὴν πληττόμενοι, τὴν σωτήριον πρότερον ἀπεπλήρουν παρακέλευσιν, ἐνδεέσι νέμοντες τὰς οὐσίας. Ἔπειτα δὲ ἀποδημίας στελλόμενοι, ἔργον ἐπετέλουν εὐαγγελιστῶν, τοῖς ἔτι πάμπαν ἀνηκόοις τοῦ τῆς πίστεως λόγου κηρύττειν τὸν Χριστὸν φιλοτιμούμενοι, καὶ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων παραδιδόναι γραφήν. Οὗτοι δὲ θεμελίους τῆς πίστεως ἐπὶ ξένοις τισὶ τόποις αὐτὸ μόνον καταβαλλόμενοι, ποιμένας τε καθιστάντες ἑτέρους, τούτοις τε αὐτοῖς ἐγχειρίζοντες τὴν τῶν ἀρτίως εἰσαχθέντων γεωργίαν, ἑτέρας αὐτοὶ πάλιν χώρας τε καὶ ἔθνη μετήεσαν, σὺν τῇ ἐκ Θεοῦ χάριτι καὶ συνεργίᾳ, ἐπεὶ καὶ τοῦ θείου Πνεύματος εἰσέτι τότε δι' αὐτῶν πλεῖσται παράδοξοι δυνάμεις ἐνήργουν, ὥστε ἀπὸ πρώτης ἀκροάσεως, ἀθρόως αὖτανδρα πλήθη προθύμως τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν εὐσέβειαν αὐταῖς ψυχαῖς καταδέχεσθαι (72). Ἀδυνάτου δ' ὄντος ἡμῖν ἅπαντας ἐξ ὀνόματος ἀπαριθμεῖσθαι, ὅσοι ποτὲ κατὰ τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ἐν ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις γεγόνασι ποιμένες ἢ καὶ εὐαγγελισταί, τούτων εἰκότως ἐξ ὀνόματος γραφῇ μόνων τὴν μνήμην κατατεθείμεθα, ὧν ἔτι καὶ νῦν εἰς ἡμᾶς δι' ὑπομνημάτων τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας ἡ παράδοσις φέρεται.

A apostoli prius jecerant, additis ædificiis exstruxerunt : prædicationem Evangelii magis ac magis promoventes, et salutaria regni cœlestis semina per universum terrarum orbem late spargentes. Siquidem plerique ex illius temporis discipulis, quorum animos ardentioris philosophiæ desiderio Verbum divinum incenderat, Servatoris nostri præceptum jam antea expleverant, divisis inter egentes facultatibus suis. Deinde relicta patria peregre proficiscentes, munus obibant evangelistarum, iis qui fidei sermonem nondum audivissent, Christum prædicare, et sacrorum Evangeliorum libros tradere ambitiose satagentes. Illi postquam in remotis quibusdam ac barbaris regionibus fundamenta fidei jecerant, aliosque pastores constituerant, et novellæ plantationis curam iisdem commiserant, eo contenti ad alias gentes ac regiones, comitante Dei gratia ac virtute properabant. Quippe divini spiritus vis ac potentia, multa per eosdem miracula etiamtum operabatur. Adeo ut prima statim audita prædicatione, universi simul populi veri Numinis cultum promptissimo animo susciperent. Cæterum cum fieri nullo modo possit ut singulos nominatim recenseamus, quotquot primis illis apostolicæ successionis temporibus per omnes orbis terrarum Ecclesias antistites aut evangelistæ fuerunt : eorum duntaxat nomina hic commemorare statuimus, quorum monumenta apostolicam illorum doctrinam continentia adhuc supersunt.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Περὶ τῆς Κλήμεντος ἐπιστολῆς καὶ τῶν ψευδῶς εἰς αὐτὸν ἀναφερομένων (Nic. *H. E.* III, 18).

Ὥσπερ οὖν ἀμέλει τοῦ Ἰγνατίου ἐν αἷς κατελέξαμεν ἐπιστολαῖς, καὶ τοῦ Κλήμεντος ἐν τῇ ἀνωμολογημένῃ παρὰ πᾶσιν, ἣν ἐκ προσώπου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τῇ Κορινθίων διετυπώσατο. Ἐν ᾗ τῆς πρὸς Ἑβραίους πολλὰ νοήματα παραθεὶς, ἤδη δὲ καὶ αὐτολεξεὶ ῥητοῖς τισιν ἐξ αὐτῆς χρησάμενος, σαφέστατα παρίστησιν ὅτι μὴ νέον ὑπάρχει τὸ σύγγραμμα. Ὅθεν εἰκότως ἔδοξεν, αὐτὸ τοῖς λοιποῖς ἐγκαταλεχθῆναι γράμμασι τοῦ Ἀποστόλου. Ἑβραίοις γὰρ διὰ τῆς πατρίου γλώττης ἐγγράφως ὡμιληκότος τοῦ Παύλου, οἱ μὲν τὸν εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν, οἱ δὲ τὸν Κλήμεντα τοῦτον αὐτὸν ἑρμηνεῦσαι λέγουσι τὴν γραφήν. Ὅ καὶ μᾶλλον εἴη ἂν ἀληθὲς, τῷ τὸν ὅμοιον τῆς φράσεως χαρακτῆρα τήν τε τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολὴν, καὶ τὴν πρὸς Ἑβραίους ἀποσώζειν, καὶ τῷ μὴ πόρρω τὰ ἐν ἑκατέροις τοῖς συγγράμμασι νοήματα καθεστάναι. Ἰστέον δ' ὡς καὶ δευτέρα τις εἶναι λέγεται τοῦ Κλήμεντος ἐπιστολή. Οὐ μὴν ἔθ' ὁμοίως τῇ προτέρᾳ καὶ ταύτην γνώριμον ἐπιστάμεθα, ὅτι μηδὲ καὶ τοὺς ἀρχαίους αὐτῇ κεχρημένους ἴσμεν. Ἤδη δὲ καὶ ἕτερα πολυεπῆ καὶ μακρὰ συγγράμματα ὡς τοῦ αὐτοῦ χθὲς καὶ πρώην τινὲς προήγαγον, Πέτρου

C

110 CAPUT XXXVIII.

De Clementis Epistola, aliisque quæ falso ei tribuuntur.

Verbi gratia Ignatii, quas recensuimus epistolæ, et Clementis illa ab omnibus recepta, quam Ecclesiæ Romanæ nomine ad Corinthiorum Ecclesiam scripsit. In qua cum multas inserat sententias desumptas ex Epistola ad Hebræos, iisdemque interdum verbis utatur, satis indicat opus illud nequaquam recens esse. Quamobrem cum reliquis Apostoli scriptis non sine causa hoc etiam recensitum videtur. Cum enim ad Hebræos patrio sermone scripsisset Paulus, alii Lucam evangelistam, alii hunc de quo loquimur Clementem, Epistolam illam esse interpretatum ferunt. Quod quidem verius videtur, cum præsertim et Clementis, et illa ad Hebræos Epistola eumdem habeat stylum, nec utriusque scripti sententiæ valde inter se discrepent. Sciendum tamen est alteram quoque Clementis epistolam circumferri. Verum hanc non perinde receptam atque approbatam fuisse, pro certo habemus : quandoquidem vetustiores ejus testimonio nequaquam usos esse comperimus. Quidam porro alia etiam opera prolixa et copiosa sub ejus nomine heri ac nudius tertius in lucem protulerunt : puta Petri et

D

(72) Αὐταῖς ψυχαῖς καταδέχεσθαι. Iidem tres codices cum Saviliano scriptum habent ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς καταδέχεσθαι, quod magis probo.]

Digitized by Google

Apionis disputationes, quarum apud antiquos nulla omnino exstat mentio. Neque enim sincera rectæ fidei ab Apostolis traditæ nota in illis expressa reperitur. Et Clementis quidem quæ genuina et omnium consensu recepta sint scripta, jam satis liquet. De Ignatii quoque et Polycarpi scriptis abunde diximus.

CAPUT XXXIX.

De libris Papiæ.

Papiæ vero quinque omnino feruntur libri, quorum titulus est : *De interpretatione oraculorum Dominicorum.* Horum quinque duntaxat Papiæ librorum meminit Irenæus his verbis : « Testatur, inquit, hæc Papias Joannis auditor, et sodalis Polycarpi scriptor antiquus in quarto operis sui libro. Sunt enim ab eo quinque libri compositi. » Et hæc quidem Irenæus. At vero Papias ipse in proœmio librorum suorum, se quidem **111** sanctorum apostolorum spectatorem atque auditorem fuisse non dicit, sed ab eorum familiaribus normam fidei se accepisse testatur his verbis : « Nec pigebit, inquit, ea quæ quondam a senioribus didici ac memoriæ mandavi, cum interpretationibus nostris ascribere, ut veritas eorum

A δὴ (73) καὶ Ἀπίωνος (74) διαλόγους περιέχοντα· ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται (75). Οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας (76) ἀποσώζει τὸν χαρακτῆρα. Ἡ μὲν οὖν τοῦ Κλήμεντος ὁμολογουμένη γραφὴ, πρόδηλος. Εἴρηται δὲ καὶ τὰ Ἰγνατίου καὶ Πολυκάρπου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Περὶ τῶν Παπίᾳ συγγραμμάτων (Nic. *H. E.* III, 20').

Τοῦ δὲ Παπίᾳ συγγράμματα πέντε τὸν ἀριθμὸν φέρεται, ἃ καὶ ἐπιγέγραπται *Λογίων Κυριακῶν Ἐξηγήσεως*. Τούτων καὶ Εἰρηναῖος ὡς μόνων αὐτῷ γραφέντων μνημονεύει, ὧδέ πως λέγων· « Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαῖος ἀνὴρ, ἐγγράφως ἐπι- B μαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων. Ἔστι γὰρ αὐτῷ πέντε βιβλία συντεταγμένα. » Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος ταῦτα. Αὐτός γε μὴν ὁ Παπίας κατὰ τὸ προοίμιον τῶν αὐτοῦ λόγων, ἀκροατὴν μὲν καὶ αὐτόπτην οὐδαμῶς ἑαυτὸν γενέσθαι τῶν ἱερῶν ἀποστόλων, ἐμφαίνει, παρειληφέναι δὲ τὰ τῆς πίστεως παρὰ τῶν ἐκείνοις γνωρίμων διδάσκει, δι' ὧν φησι λέξεων· « Οὐκ ὀκνήσω δέ σοι καὶ ὅσα ποτὲ παρὰ τῶν πρεσβυτέρων καλῶς ἔμαθον καὶ καλῶς ἐμνημόνευσα,

(73) *Πέτρου δὴ καὶ Ἀπίωνος διαλόγους.* In lib. x *Recognitionum* Clementis Romani, mentio quidem fit Appionis, qui in urbem Antiochiam advenisse dicitur cum Anubione, sub idem fere tempus quo Petrus apostolus illuc venerat. Verum de Petri cum Appione disceptatione nulla ibi fit mentio. Quid igitur dicemus? An librum Clementis qui Petri cum Appione disputationem continebat, alium esse a libris *Recognitionum?* Mihi quidem non videntur duo fuisse libri. Nam si duo fuissent libri Clementis, alter *Recognitionum*, alter vero disputationem continens Petri cum Appione, cur Eusebius unum duntaxat commemorasset, alterum vero prætermisisset? Unus igitur fuit liber ille Clementis, qui *Πράξεις* seu *Περίοδοι Πέτρου* inscribebatur. Sed hic duas in partes erat divisus. Prior Matidiam et Faustinianum a liberis suis agnitos commemorabat; in secunda vero parte continebatur dialogus Petri cum Appione. Sane Rufinus qui illum Clementis librum Latine interpretatus est, in *Epistola ad Gaudentium episcopum* testatur, duo fuisse hujus libri corpuscula apud Græcos; quorum in altero quædam legerentur, quæ alterum non habebat. Scribit etiam se consulto quædam omisisse, propterea quod a veræ fidei doctrina abhorrerent.

(74) *Καὶ Ἀππίωνος.* Ita legitur hoc nomen in omnibus nostris codicibus, præterquam in Fuk. In quo *Apionis* nomen scribitur per simplex π, quemadmodum apud Josephum et alios. Photius tamen in *Bibliotheca* cap. 112, cum nostris exemplaribus consentit. et Clemens in lib. x *Recognitionum*, ubi ait Appionem Plistonicensem cum Anubione venisse ab Antiochia. Denique Agellius in libro sexto : *Appion*, inquit, *Græcus homo qui Plistonices est appellatus.* In *Lexico* Suidæ scriptum est, Ἀπίων ὁ Πλιστονίκου. Sed ex serie litterarum quæ in Lexicis observari debet, satis apparet scribendum esse Ἀππίων. Certe Ἀππίων nomen Romanum est, in Græcam speciem detortum, ut Μαρκίων, Κοδρατίων, et similia. Apion quidem familiare Ægyptiis nomen fuit, ab Api quem colebant, deductum; ut Serapion, Anubion, et similia. Certe Ptolemæus, Cyrenarum rex, Apion est appellatus. Quare cum grammaticus ille Phistonicis filius Ægyptius fuerit, Apion dicendus potius videtur quam Appion. Eadem est scribendi varietas in *Fastis consularibus.* Nam Appionem qui consul fuit principatu Justiniani Augusti, Latini fasti fere *Appionem* vocant; at in *Chronico Alexandrino* Apion dicitur.

(75) *Ὧν οὐδ' ὅλως μνήμη τις παρὰ τοῖς παλαιοῖς φέρεται.* Atqui Origenes in libro III *Explanationum in Genesim*, mentionem facit eorum Clementis librorum, et quemdam locum ex iis adducit, qui etiamnum legitur in libris *Recognitionum :* Καὶ Κλήμης δὲ ὁ Ῥωμαῖος Πέτρου ἀποστόλου μαθητὴς, συνῳδὲ τούτοις ἐν τῷ παρόντι προβλήματι πρὸς τὸν πατέρα ἐν Λαοδικείᾳ εἰπὼν ἐν ταῖς *Περιόδοις*, etc. Exstat hic locus in cap. 22 *Philocaliæ.* Et in vulgatis quidem editionibus locus iste profertur tanquam ex libro II *contra Celsum*, cum tamen in libris *contra Celsum* qui hodie exstant, non legatur. Est autem revera ex lib. III *Explanationum in Genesim*, ex quo luculentissimum fragmentum primo loco affertur in supradicto capite *Philocaliæ*, a pagina 330 usque ad paginam 332. Cui fragmento copulandum est illud quod sequitur pagina 357 : Φέρε δὲ ἀγωνισώμεθα, et reliqua usque ad finem capitis. Sic enim continue absque ulla interruptione citatur ab Eusebio in fine libri sexti *De præparatione.* Cæterum observavi, Origenem non raro uti solere testimoniis librorum *apocryphorum.* Ita tamen illis utitur, ut nonnisi optima quæque ex illis decerpat. In quo quidem apiculas imitatur, quæ ex floribus etiam venenatis mellis colligunt suavitatem.

(76) *Οὐδὲ γὰρ καθαρὸν τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοδοξίας.* Idem testatur Photius, in *Bibliotheca*, cap. 112, et ante eum Rufinus in *epistola ad Gaudentium episcopum :* in illis scilicet Clementis *Recognitionum* libris quædam de Filio Dei dicta fuisse, quæ a recto fidei dogmate deviarent, et cum Arianorum potius sententia consentirent. Denique Epiphanius in hæresi Ebionæorum, c. 15, diserte affirmat, libros Clementis Romani qui *Περίοδοι Πέτρου* inscribebantur, ab Ebionæis corruptos fuisse atque falsatos. Libri porro illi *De peregrinationibus Petri* iidem sunt cum *Recognitionum* libris, ut supra ex Origene ostendimus. Quare Eusebium hoc loco im-

Digitized by Google

συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις (77). διαβεβαιούμενος ὑπὲρ αὐτῶν ἀλήθειαν. Οὐ γὰρ τοῖς τὰ πολλὰ λέγουσιν ἔχαιρον ὥσπερ οἱ πολλοί, ἀλλὰ τοῖς τἀληθῆ διδάσκουσιν· οὐδὲ τοῖς τὰς ἀλλοτρίας ἐντολὰς μνημονεύουσιν, ἀλλὰ τοῖς τὰς παρὰ τοῦ Κυρίου τῇ πίστει δεδομένας, καὶ ἀπ' αὐτῆς παραγινομένας τῆς ἀληθείας. Εἰ δέ που καὶ παρηκολουθηκώς τις τοῖς πρεσβυτέροις ἔλθοι, τοὺς τῶν πρεσβυτέρων ἀνέκρινον λόγους· τί Ἀνδρέας, ἢ τί Πέτρος εἶπεν, ἢ τί Φίλιππος, ἢ τί Θωμᾶς, ἢ Ἰάκωβος· ἢ τί Ἰωάννης, ἢ Ματθαῖος· ἤ τις ἕτερος τῶν τοῦ Κυρίου μαθητῶν, ἃ τε Ἀριστίων, καὶ ὁ πρεσβύτερος Ἰωάννης, οἱ τοῦ Κυρίου μαθηταί, λέγουσιν. Οὐ γὰρ τὰ ἐκ τῶν βιβλίων τοσοῦτόν με ὠφελεῖν ὑπελάμβανον, ὅσον τὰ παρὰ ζώσης φωνῆς καὶ μενούσης. » Ἔνθα καὶ ἐπιστῆσαι ἄξιον ὡς καταριθμοῦντι αὐτῷ τὸ Ἰωάννου ὄνομα· ὧν τὸν μὲν πρότερον Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ, καὶ Ματθαίῳ, καὶ τοῖς λοιποῖς ἀποστόλοις συγκαταλέγει, σαφῶς δηλῶν τὸν εὐαγγελιστήν· τὸν δ' ἕτερον Ἰωάννην διαστείλας τὸν λόγον, ἑτέροις παρὰ τὸν τῶν ἀποστόλων ἀριθμὸν κατατάσσει, προτάξας αὐτοῦ τὸν Ἀριστίωνα. Σαφῶς τε αὐτὸν πρεσβύτερον ὀνομάζει. Ὡς καὶ διὰ τούτων ἀποδείκνυσθαι τὴν ἱστορίαν ἀληθῆ τῶν δύο κατὰ τὴν Ἀσίαν ὁμωνυμίᾳ κεχρῆσθαι εἰρηκότων, δύο τε ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα καὶ ἑκάτερον Ἰωάννου ἔτι νῦν λέγεσθαι· οἷς καὶ ἀναγκαῖον προσέχειν τὸν νοῦν. Εἰκὸς γὰρ τὸν δεύτερον, εἰ μή τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ' ὀνόματος φερομένην Ἰωάννου Ἀποκάλυψιν ἑωρακέναι. Καὶ ὁ νῦν δὲ ἡμῖν δηλούμενος Παπίας, τοὺς μὲν τῶν ἀποστόλων λόγους παρὰ τῶν αὐτοῖς παρηκολουθηκότων ὁμολογεῖ παρειληφέναι, Ἀριστίωνος δὲ καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου αὐτήκοον ἑαυτόν φησι γενέσθαι. Ὀνομαστὶ γοῦν πολλάκις αὐτῶν μνημονεύσας, ἐν τοῖς αὐτοῦ συγγράμμασι τίθησιν αὐτῶν παραδόσεις. Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν οὐκ εἰς τὸ ἄχρηστον εἰρήσθω. Ἄξιον δὲ ταῖς ἀποδοθείσαις τοῦ Παπίᾳ φωναῖς, προσάψαι λέξεις ἑτέρας αὐτοῦ, ἐξ ὧν παράδοξά τινα ἱστορεῖ καὶ ἄλλα, ὡς ἂν ἐκ παραδόσεως εἰς αὐτὸν ἐλθόντα. Τὸ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἱεράπολιν Φίλιππον τὸν ἀπόστολον ἅμα ταῖς θυγατράσι διατρῖψαι, διὰ τῶν πρόσθεν δεδήλωται. Ὡς δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς ὁ Παπίας γενόμενος, διήγησιν παρειληφέναι θαυμασίαν ὑπὸ τῶν τοῦ Φιλίππου θυγατέρων μνημονεύει, τὰ νῦν σημειωτέον. Νεκροῦ γὰρ ἀνάστασιν κατ' αὐτὸν γεγονυῖαν ἱστορεῖ, καὶ αὖ πάλιν ἕτερον παράδοξον περὶ Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαβᾶν (78) γεγονός, ὡς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιόντος καὶ μηδὲν ἀηδὲς διὰ τὴν τοῦ Κυρίου χάριν ὑπομείναντος. Τοῦτον δὲ τὸν Ἰοῦστον μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάληψιν, τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους μετὰ Ματθία στῆσαί τε καὶ ἐπεύξασθαι ἀντὶ τοῦ προδό-

nostra quoque assertione firmetur. Non enim, ut plerique solent, eos unquam sectatus sum qui verbis affluerent, sed eos potius qui verum docerent; nec eos qui nova quædam et inusitata præcepta, sed illos qui Domini mandata in figuris tradita, et ab ipsa veritate profecta memorabant. Quod si quis interdum mihi occurrebat qui cum senioribus versatus fuisset, ex eo curiose sciscitabar quænam essent seniorum dicta : quid Andreas, quid Petrus, quid Philippus, quid Thomas, quid Jacobus, quid Joannes, quid Matthæus, quid cæteri Domini discipuli dicere soliti essent : quidnam Aristion, et Joannes presbyter, discipuli Domini, prædicarent. Neque enim ex librorum lectione tantam me utilitatem capere posse existimabam, quantam ex hominum adhuc superstitum viva voce. » Quibus in verbis illud etiam observandum est, bis ab eo positum esse nomen Joannis. Et priorem quidem una cum Petro, Jacobo, Matthæo et reliquis apostolis recenset, satis indicans se de evangelista Joanne verba facere. Postea vero adhibita sermonis distinctione, alterum Joannem cum iis collocat qui extra numerum sunt apostolorum, præponens illi Aristionem quemdam : eumdemque presbyterum diserte nominat. Quo fit ut vera videatur esse narratio illorum, qui duos eodem nomine appellatos in Asia vixisse dixerunt : et apud Ephesum duo esse sepulcra, et utrumque Joannis hactenus nominari. Atque hoc animadvertere in primis necessarium puto. Verisimile est enim Revelationem illam Joannis nomine inscriptam, si non a priore illo, certe ab hoc posteriore visam fuisse. Et Papias quidem de quo nunc sermonem habemus, apostolorum dicta, ab iis qui cum apostolis versati fuerant, se accepisse profitetur : Aristionis autem et Joannis presbyteri auditorem se dicit fuisse. Multa certe quæ ab iis tradita acceperat, ipsorum nominatim mentione facta, in Commentariis suis retulit. Atque hæc quidem non superflue, **112** ut arbitror, a nobis dicta sint. Porro operæ pretium fuerit, supra citatis Papiæ verbis alia etiam ejusdem testimonia adjungere, in quibus miracula quædam ex aliorum fide ac traditione commemorat. Philippum quidem apostolum una cum filiabus Hierapoli degere solitum superius docuimus. Nunc vero quemadmodum Papias, qui iisdem temporibus vixit, mirabilem quamdam narrationem a Philippi filiabus accepisse se refert, exponamus. Scribit enim mortuum sua ætate ad vitam esse revocatum. Alterum quoque ingens miraculum refert de Justo qui Barsabas cognominatus est ; qui cum lethale

merito reprehendit vetus scholiastes his verbis, quæ ad marginem codicis Mazarini ascripta sunt : Τισὶ καὶ τοῖς τοῦ ἱεροῦ Κλήμεντος διαλόγοις, *ἐροῖς ὅσον* τὸ ὄφελος οἱ ὀρθοδόξως καὶ εἰλικρινῶς ἐντετυγηκότες σαφῶς ἴσασιν. Ἅπαγε τῶν διασυρμῶν, ὦ λογιώτατε· πείσεται γάρ σοι τῶν ὅλων οὐδεὶς τῆς τοῦ θεοῦ Ἐκκλησίας· τοῦ Κλήμεντος ἅπαντα ἐν σεμνυνομένοις ἐστὶ τοῖς τροφίμοις τῆς εὐσεβείας, ὑφ' ὧν σπουδάζεται.

(77) *Συγκατατάξαι ταῖς ἑρμηνείαις.* Ita legitur in codice Regio, et recte quidem, ut opinor. Certe Rufinus hunc locum ita legit, ut ex versione ejus apparet : *Non pigebit autem nos tibi omnia quæ quondam a presbyteris didicimus, et bene retinemus, recordantes exponere cum interpretationibus suis.* Reliqui tamen codices Maz., Med. ac Fuk. cum Nicephoro scriptum habent συντάξαι.

(78) *Ἰοῦστον τὸν ἐπικληθέντα Βαρσαβᾶν.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk legitur Βαρσαββᾶν.

Digitized by Google

poculum ebibisset, tamen Dei adjutus gratia, nullum inde accepit incommodum. Hunc autem Justum post Domini ascensum a sanctis apostolis productum esse in medium cum Matthia, factamque ad Deum precationem, ut alter eorum sorte duceretur, qui in locum proditoris Judæ substitutus numerum ipsorum expleret, Actuum liber commemorat his verbis : « Et statuerunt duos, Joseph qui vocabatur Barsabas, qui cognominatus est Justus, et Matthiam. Et orantes dixerunt. » Idem præterea scriptor alia nonnulla nudæ vocis traditione ad se pervenisse testatur, novas quasdam scilicet Servatoris parabolas ac prædicationes, aliaque fabulis propiora. Inter quæ et mille annorum spatium post corporum resurrectionem fore dicit, quo regnum Christi corporaliter siet in orbe terrarum. Quæ quidem ita opinatus esse videtur Papias ex male intellectis apostolorum narrationibus, cum ea quæ arcano quodam sensu et exempli causa ab illis dicebantur, non satis pervidisset. Fuit enim mediocri admodum ingenio præditus, ut ex scriptis illius conjicere licet. Plerisque tamen post ipsum ecclesiasticis scriptoribus ejusdem erroris occasionem præbuit, hominis vetustate sententiam suam suentibus : puta Irenæo, et si quis alius ejusdem opinionis fautor exstitit. Alias quoque supradicti Aristionis enarrationes sermonum Domini, et Joannis presbyteri traditiones refert in suis libris. Quas discendi studiosis indicasse contenti, rem illam, quam de Marco evangelista idem scriptor commemoravit, superioribus ejus verbis subnectemus. « Aiebat etiam, inquit, presbyter ille Marcum, Petri interpretem, **113** quæcunque memoriæ mandaverat, diligenter perscripsisse : non tamen ordine pertexuisse quæ a Domino aut dicta aut gesta fuerant. Neque enim ipse Dominum audiverat aut sectatus fuerat unquam. Sed cum Petro, ut dixi, postea versatus est, qui pro audientium utilitate, non vero ut sermonum Domini historiam contexeret, Evangelium prædicabat. Quocirca nihil peccavit Marcus, qui nonnulla ita scripsit, prout ipse memoria repetebat. Id quippe unum studebat, ut ne quid eorum quæ audierat, prætermitteret, aut ne quid falsi eis affingeret. » Hæc de Marco Papias narrat. De Matthæo vero sic habet : « Matthæus quidem, inquit, Hebraico sermone divina scripsit oracula : interpretatus est autem unusquisque illa prout potuit. » Porro idem Papias testimoniis ex priore Joannis Epistola, et ex priore itidem Petri

A του Ἰούδα ἐπὶ τὸν κλῆρον τῆς ἀναπληρώσεως τοῦ αὐτῶν ἀριθμοῦ, ἡ τῶν Πράξεων ὧδέ πως ἱστορεῖ γραφή· « Καὶ ἔστησαν δύο, Ἰωσὴφ τὸν καλούμενον Βαρσαβᾶν ὃς ἐπεκλήθη Ἰοῦστος, καὶ Ματθίαν· καὶ προσευξάμενοι εἶπον. » Καὶ ἄλλα δὲ ὁ αὐτὸς συγγραφεὺς ὡς ἐκ παραδόσεως ἀγράφου εἰς αὐτὸν ἥκοντα παρατέθειται, ξένας τέ τινας παραβολὰς τοῦ Σωτῆρος καὶ διδασκαλίας αὐτοῦ, καί τινα ἄλλα μυθικώτερα. Ἐν οἷς καὶ χιλιάδα τινὰ φησιν ἐτῶν ἔσεσθαι μετὰ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, σωματικῶς τῆς τοῦ Χριστοῦ βασιλείας ἐπὶ ταυτησὶ τῆς γῆς ὑποστησομένης. Ἃ καὶ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις, ὑπολαβεῖν. τὰ ἐν ὑποδείγμασι πρὸς αὐτῶν μυστικῶς εἰρημένα μὴ συνεωρακότα. Σφόδρα γάρ τοι σμικρὸς ὢν τὸν νοῦν, ὡς ἂν ἐκ τῶν αὐτοῦ B λόγων τεκμηράμενον εἰπεῖν, φαίνεται· πλὴν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν πλείστοις ὅσοις τῶν ἐκκλησιαστικῶν, τῆς ὁμοίας αὐτῷ ὀξύης παραίτιος γέγονε, τὴν ἀρχαιότητα τἀνδρὸς προβεβλημένοις, ὥσπερ οὖν Εἰρηναίῳ, καὶ εἴ τις ἄλλος τὰ ὅμοια φρονῶν ἀναπέφηνεν. Καὶ ἄλλας δὲ τῇ ἰδίᾳ γραφῇ παραδίδωσιν Ἀριστίωνος τοῦ πρόσθεν δεδηλωμένου τῶν τοῦ Κυρίου λόγων διηγήσεις (79), καὶ τοῦ πρεσβυτέρου Ἰωάννου παραδόσεις, ἐφ' ἃς τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψαντες, ἀναγκαίως νῦν προσθήσομεν ταῖς προεκτεθείσαις αὐτοῦ φωναῖς παράδοσιν, ἣ περὶ Μάρκου τοῦ τὸ Εὐαγγέλιον γεγραφότος ἐκτέθειται διὰ τούτων· « Καὶ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος ἔλεγε· Μάρκος μὲν ἑρμηνευτὴς Πέτρου (80) γενόμενος, ὅσα ἐμνημόνευσεν, ἀκριβῶς ἔγραψεν, οὐ μέντοι τάξει τὰ ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ ἢ λεχθέντα ἢ πραC χθέντα· οὔτε γὰρ ἤκουσε τοῦ Κυρίου, οὔτε παρηκολούθησεν αὐτῷ, ὕστερον δὲ, ὡς ἔφην, Πέτρῳ, ὃς πρὸς τὰς χρείας ἐποιεῖτο τὰς διδασκαλίας, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ σύνταξιν τῶν κυριακῶν ποιούμενος λόγων· ὥστε οὐδὲν ἥμαρτε Μάρκος, οὕτως ἕνια γράψας ὡς ἀπεμνημόνευσεν. Ἑνὸς γὰρ ἐποιήσατο πρόνοιαν, τοῦ μηδὲν ὧν ἤκουσε παραλιπεῖν, ἢ ψεύσασθαί τι ἐν αὐτοῖς. » Ταῦτα μὲν οὖν ἱστόρηται τῷ Παπίᾳ περὶ τοῦ Μάρκου. Περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτ' εἴρηται· « Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λόγια συνεγράψατο. Ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος (81). » Κέχρηται δ' ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου προτέρας Ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. Ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς, ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου. Ἣν τὸ *Κατ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον* περιέχει. Καὶ ταῦτα δ' ἡμῖν ἀναγκαίως πρὸς τοῖς ἐκτεθεῖσιν ἐπιτετηρήσθω.

Τέλος τοῦ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας λόγου τρίτου.

(79) *Τῶν τοῦ Κυρίου λόγων διηγήσεις.* Recte Musculus *enarrationes* vertit. Hoc enim sensu διηγήσεις usurpat Eusebius non semel. Sic paulo antea in hoc capite dixit : Ἃ καὶ ἡγοῦμαι τὰς ἀποστολικὰς παρεκδεξάμενον διηγήσεις. Origenes in lib. IV *De principiis*, Διὰ τοῦτο ἡμεῖς καὶ τὸ ἐν τῷ ὑπό τινων καταφρονουμένῳ βιβλίῳ τῷ *Ποιμένι*, οὕτω διηγούμεθα. Vide quæ notavi ad cap. 14 lib. VII.

(80) *Μάρκος ἑρμηνευτὴς Πέτρου.* Marcum interpretem Petri vocat etiam Hieronymus in *Catalogo*, ex hoc Papiæ loco, ut opinor. Hinc est quod plerique Græcorum Marci Evangelium a Petro dictatum esse scribunt. Ita Athanasius in tractatu *De libris sacræ Scripturæ*. Quod quomodo intelligendum sit, docet hic Papiæ locus. Neque enim existimandum est, Marcum ex ore dictantis Petri Evangelium suum excepisse ; sed cum Petrum audisset verbum Dei Judæis Hebraice prædicantem, Marcum singula quæ ad Christum pertinebant, studiose digessisse Græco sermone.

(81) *Ὡς ἠδύνατο ἕκαστος.* Nicephorus habet, ὡς ἦν δυνατὸς ἕκαστος, cui subscribunt quatuor nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savilianus.

Digitized by Google

desumptis utitur. Aliam quoque exponit historiam de muliere, quæ multorum criminum coram Domino accusata est. Quæ quidem historia in *Evangelio secundum Hebræos* scripta habetur. Atque hæc cum aliis quæ supra posuimus, non sine causa a nobis observata sint.

Explicit liber tertius Historiæ ecclesiasticæ.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Δ'.

—

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER QUARTUS.

—

ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΤΕΤΑΡΤΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. *Τίνες ἐπὶ τῆς Τραϊανοῦ βασιλείας, Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν ἐπίσκοποι.*
β'. *Ὁποῖα Ἰουδαῖοι κατ' αὐτὸν πεπόνθασιν.*
γ'. *Οἱ κατὰ Ἀδριανὸν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογησάμενοι τίνες.*
δ'. *Οἱ κατ' αὐτὸν Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων χρηματίσαντες ἐπίσκοποι.*
ε'. *Οἱ ἀπέκαθεν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἐπὶ τοὺς δηλουμένους Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι.*
ς'. *Ἡ κατὰ Ἀδριανὸν ὑστάτη Ἰουδαίων πολιορκία.*
ζ'. *Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγόνασι ψευδωνύμου γνώσεως ἀρχηγοί.*
η'. *Τίνες ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς.*
θ'. *Ἐπιστολὴ Ἀδριανοῦ ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν ἀκρίτως ἡμᾶς ἐλαύνειν.*
ι'. *Τίνες ἐπὶ τῆς Ἀντωνίνου βασιλείας ἐπίσκοποι Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασιν.*
ια'. *Περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς γενομένων αἱρεσιαρχῶν.*
ιβ'. *Περὶ τῆς Ἰουστίνου πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίας.*
ιγ'. *Ἀντωνίνου πρὸς τὸ Κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολὴ περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου.*
ιδ'. *Τὰ περὶ Πολυκάρπου τοῦ τῶν ἀποστόλων γνωρίμου μνημονευόμενα.*
ιε'. *Ὅπως κατὰ Οὐῆρον ὁ Πολύκαρπος ἅμα ἑτέρους ἐμαρτύρησεν ἐπὶ τῆς Σμυρναίων πόλεως.*

A 114

ις'. *Ὅπως Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος τὸν Χριστοῦ λόγον ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως πρεσβεύων ἐμαρτύρησεν.*
ιζ'. *Περὶ ὧν Ἰουστῖνος ἐν ἰδίῳ συγγράμματι μνημονεύει μαρτύρων.*
ιη'. *Τίνες εἰς ἡμᾶς ἦλθον τῶν Ἰουστίνου λόγων.*
ιθ'. *Τίνες ἐπὶ τῆς Οὐήρου βασιλείας, τῆς Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας προΐστησαν.*
κ'. *Τίνες κατ' αὐτὸν τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας γεγόνασιν ἐπίσκοποι.*
κα'. *Περὶ τῶν κατὰ τούτους διαλαμψάντων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων.*
κβ'. *Περὶ Ἡγησίππου καὶ ὧν οὗτος μνημονεύει.*
κγ'. *Περὶ Διονυσίου Κορινθίων ἐπισκόπου, καὶ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν.*
κδ'. *Περὶ Θεοφίλου τοῦ Ἀντιοχέων ἐπισκόπου.*
κε'. *Περὶ Φιλίππου καὶ Μοδέστου.*

B

κς'. *Περὶ Μελίτωνος καὶ ὧν οὗτος ἐμνημόνευσε.*
κζ'. *Περὶ Ἀπολλιναρίου τοῦ τῆς Ἱεραπολιτῶν Ἐκκλησίας ἐπισκόπου.*
κη'. *Περὶ Μουσανοῦ καὶ ὧν οὗτος συνεγράψατο.*
κθ'. *Περὶ Τατιανοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἱρέσεως.*
λ'. *Περὶ Βαρδησάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων.*

—

IN QUARTO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.

I. *Quinam Romanorum et Alexandrinorum episcopi fuerint imperante Trajano.*
II. *Qualia Judæi sub eodem imperatore perpessi sint.*
III. *Qui, imperante Adriano, pro defensione fidei libros scripserint.*
IV. *Qui sub eodem imperatore episcopi Romæ fuerint et Alexandriæ.*
V. *Qui jam inde a Servatore nostro usque ad hæc tempora Hierosolymorum episcopi fuerint.*
VI. *Postrema Judæorum expugnatio temporibus Adriani.*
VII. *Quinam eo tempore falsæ doctrinæ duces extiterint.*
VIII. *Quinam tunc fuerint ecclesiastici scriptores.*
IX. *Epistola Adriani ne quis Christianorum indicta causa puniretur.*

Digitized by Google

X. *Qui Romæ et Alexandriæ episcopi fuerint imperante Antonino.*
XI. *De his qui eodem tempore sectarum auctores fuerunt.*
XII. *De Justini* Apologetico *ad Antoninum.*
XIII. *Epistola Antonini ad Commune Asiæ de religione nostra.*
XIV. *Quæ de Polycarpo apostolorum discipulo commemorantur.*
XV. *Quomodo Polycarpus una cum aliis Smyrnæ passus est imperante Vero.*
XVI. *Quomodo Justinus philosophus religionem Christi Romæ prædicans martyrium meruit.*
XVII. *De martyribus quorum Justinus in suis libris mentionem facit.*
XVIII. *Quinam ad nos pervenerint Justini libri.*
XIX. *Quinam regnante Vero Ecclesiæ Romanæ et Alexandrinæ præfuerint.*
XX. *Quinam eo tempore Antiochenam Ecclesiam rexerint.*
XXI. *De scriptoribus ecclesiasticis qui eadem ætate floruerunt.*
XXII. *De Hegesippo, deque iis quorum mentionem facit.*
XXIII. *De Dionysio Corinthiorum episcopo et de epistolis ab eo scriptis.*
XXIV. *De Theophilo Antiochensium episcopo.*
XXV. *De Philippo et Modesto.*
XXVI. *De Melitone, deque his quorum ille mentionem fecit.*
XXVII. *De Apollinare Hierapolitanæ Ecclesiæ episcopo.*
XXVIII. *De Musano et ejus scriptis.*
XXIX. *De Tatiano et ejus hæresi.*
XXX. *De Bardesane Syro et de libris ejus qui supersunt*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τίνες ἐπὶ τῆς Τραϊανοῦ βασιλείας Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοποι γεγόνασιν.

Ἀμφὶ δὲ τὸ δωδέκατον (82) τῆς Τραϊανοῦ βασιλείας ἔτος, ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ παροικίας δηλωθεὶς ἐπίσκοπος τὴν ζωὴν μεταλλάττει, τέταρτος δὲ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν τῶν αὐτόθι λειτουργίαν κληροῦται Πρίμος. Ἐν τούτῳ καὶ Ἀλέξανδρος ἐπὶ Ῥώμης ὄγδοον ἔτος ἀποπληρώσαντος Εὐαρέστου, πέμπτην ἀπὸ Πέτρου καὶ Παύλου κατάγων διαδοχὴν, τὴν ἐπισκοπὴν ἀπολαμβάνει.

CAPUT I.

Quinam Romanorum et Alexandrinorum episcopi fuerint imperante Trajano.

Circa duodecimum annum imperii Trajani Cerdo, Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, cujus paulo supra mentionem fecimus, abiit e vita; quartusque ab apostolis ministerium ejus Ecclesiæ sortitus est Primus. Eodem tempore cum Evarestus annos octo in pontificatu exegisset, Romæ episcopatum suscepit Alexander, quintum a Petro et Paulo successionis obtinens locum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὁποῖα Ἰουδαῖοι κατ' αὐτὸν πεπόνθασι (Nic. *H. E.* III, 22)

Καὶ τὰ μὲν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας τε καὶ Ἐκκλησίας ὀσημέραι ἀνθοῦντα ἐπιμεῖζον ἐχώρει προκοπῆς, τὰ δὲ τῆς Ἰουδαίων συμφορᾶς κακοῖς ἐπαλλήλοις ἤκμαζεν. Ἤδη γοῦν τοῦ αὐτοκράτορος εἰς ἐνιαυτὸν ὀκτωκαιδέκατον ἐλαύνοντος, αὖθις Ἰουδαίων κίνησις ἐπαναστᾶσα, πάμπολυ πλῆθος αὐτῶν διέφθειρεν. Ἔν τε γὰρ Ἀλεξανδρείᾳ καὶ τῇ λοιπῇ Αἰγύπτῳ, καὶ προσέτι κατὰ Κυρήνην ὥσπερ ὑπὸ πνεύματος δεινοῦ τινος καὶ στασιώδους ἀναῤῥιπισθέντες, ὥρμηντο πρὸς τοὺς συνοίκους Ἕλληνας (83) στασιάζειν, αὐξήσαντές τε εἰς μέγα τὴν στάσιν, τῷ ἐπιόντι ἐνιαυτῷ πόλεμον οὐ σμικρὸν συνῆψαν, ἡγουμένου τηνικαῦτα Λούππου τῆς ἀπάσης Αἰγύπτου.

CAPUT II.

Qualia Judæi sub eodem imperatore perpessi sint.

Ac Servatoris quidem nostri doctrina atque Ecclesia magis ac magis in dies efflorescens, continuis incrementis augebatur. Judæorum autem calamitates novis subinde cladibus cumulabantur. Nam cum imperator annum jam imperii octavum decimum attigisset, rursus Judæorum tumultus exortus, maximam gentis illius multitudinem extinxit. Quippe Alexandriæ et per totam Ægyptum ac Cyrenaïcam, velut a violento quodam et seditioso dæmone exagitati, Judæi adversus Græcos et gentiles qui una cum ipsis habitabant, tumultum excitare cœperunt. Progressa deinde in majus seditione, sequenti anno bellum non mediocre conflavit.

(82) *Ἀμφὶ τὸ δωδέκατον.* In *Chronico* Eusebii initium Primi, Alexandriæ episcopi, cadit in annum x Trajani. Alexandri quoque Romani pontificis initium collocatur anno x Trajani. Sed et in annis episcoporum tam Romanorum quam aliarum urbium digerendis, observavi *Chronicon* Eusebii plerumque dissentire ab *Historia ecclesiastica*, sive ea exscriptorum culpa est, sive Hieronymi interpretis, sive ipsius Eusebii. Nam in tanta differentia, difficile est erroris causam assignare. Porro cum *Historia ecclesiastica* post libros *Chronicorum* ab Eusebio scripta sit, ubicunque ejusmodi dissensio occurrit, id potius sequendum videtur quod in *Historia ecclesiastica* scriptum est.

(83) *Ἡρὸς τοὺς συνοίκους Ἕλληνας.* Rufinus vertit, *Primo simul commanentibus vicinisque gentilibus inferre certamina.* Sic enim legitur in manuscripto codice Bibliothecæ Regiæ. Hieronymus autem in *Chronico* interpretatur, *adversus cohabitatores alienigenas.* Langus vertit *adversus cives suos Græcos.* Musculus autem et Christophorsonus *gentes* verterunt, nimis laxo et ambiguo vocabulo. Aut *gentiles* enim, aut *Græcos* vertere oportet, aut utrumque pariter, ut fecimus. Judæi qui cum Græcis seu gentilibus in urbibus et oppidis habitabant, et æquum jus civitatis cum iisdem habebant, sæpenumero cum illis jurgabantur, ut solent seditiones ac tumultus nasci ex religionum discrepantia. Græci enim Judæos cives habere dedignabantur; contra Judæi, deteriori conditione quam reliqui cives agere nolebant. Hinc frequenter rixæ per singulas urbes, tum in Ægypto, tum in Syria, ut Philo et Josephus testantur. Idcirco autem *gentiles et Græcos* in interpretatione mea simul posui, quod unica vox non sufficere videbatur. Neque enim solos Græcos tunc adorti sunt Judæi, sed etiam indigenas Ægyptios et Libyas. Neque rursus solos gentiles, verum etiam Christianos, quorum non mediocris tunc erat multitudo in Ægypto et Cyrenaica.

Digitized by Google

Καὶ δὴ ἐν τῇ πρώτῃ συμβολῇ ἐπικρατῆσαι αὐτοὺς συνέβη τῶν Ἑλλήνων, οἳ καὶ καταφυγόντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τοὺς ἐν τῇ πόλει Ἰουδαίους ἐζώγρησάν τε καὶ ἀπέκτειναν. Τῆς δὲ παρὰ τούτων συμμαχίας ἀποτυχόντες οἱ κατὰ Κυρήνην, τὴν χώραν τῆς Αἰγύπτου λεηλατοῦντες καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ νομοὺς (84) φθείροντες διετέλουν, ἡγουμένου αὐτῶν Λουκούα· ἐφ' οὓς ὁ αὐτοκράτωρ ἔπεμψε Μάρκιον Τούρβωνα (85) τὸν δυνάμει πεζῇ τε καὶ ναυτικῇ, ἔτι δὲ καὶ ἱππικῇ. Ὁ δὲ πολλαῖς μάχαις ἐν οὐκ ὀλίγῳ τε χρόνῳ τὸν πρὸς αὐτοὺς διαπονήσας πόλεμον, πολλὰς μυριάδας Ἰουδαίων, οὐ μόνον τῶν ἀπὸ Κυρήνης, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου συναιρομένων Λουκούᾳ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν, ἀναιρεῖ. Ὁ δὲ αὐτοκράτωρ ὑποπτεύσας καὶ τοὺς ἐν Μεσοποταμίᾳ Ἰουδαίους ἐπιθήσεσθαι τοῖς αὐτόθι, Λουκίῳ Κοήτῳ (86) προσέταξεν ἐκκαθᾶραι τῆς ἐπαρχίας αὐτούς. Ὡς καὶ παραταξάμενος, πάμπολυ πλῆθος τῶν αὐτόθι φονεύει, ἐφ' ᾧ κατορθώματι, Ἰουδαίας

A runt, Lupo tunc temporis totius Ægypti præfectu ram gerente. Et primo quidem conflictu forte Judæi gentiles superaverant. Qui mox Alexandriam confugientes, Judæos qui in ea urbe degebant, captos interfecerunt. Horum igitur auxilio **116** destituti Judæi qui Cyrenem incolebant, duce Lucua, Ægyptiorum regionem prædationibus ac latrociniis infestare, et præfecturas ejus vastare instituerunt. Itaque imperator Marcium Turbonem adversus eos misit cum pedestribus ac navalibus copiis, et cum equitatu. Hic multis præliis consertis, belloque in longum tempus protracto, infinita Judæorum millia, qui partim ex Cyrenaica provincia, partim ex Ægypto Lucuæ regi ipsorum opem laturi confluxerant, neci dedit. Sed imperator, veritus ne Judæi
B qui Mesopotamiam habitabant, incolas perinde aggrederentur, mandavit Lucio Quieto, ut eos extra provinciæ fines deportaret. Qui instructa adversus

(84) *Τοὺς ἐν αὐτῇ νομούς.* **Castella** vertit Rufinus magno errore, cum *præfecturas* vertere debuisset, aut *nomos*, ut Plinius. Tota enim Ægyptus in nomos divisa erat. Porro de hac totius Ægypti et Libyæ vastatione a Judæis facta, præter Dionem Orosius in lib. VII hæc habet : *Incredibili deinde motu sub uno tempore Judæi quasi rabie efferati, per diversas terrarum partes exarserunt. Nam et per totam Libyam adversus incolas atrocissima bella gesserunt : quæ adeo tunc interfectis cultoribus desolata est, ut nisi postea Adrianus imp. collectas illuc aliunde colonias deduxisset, vacua penitus terra abraso habitatore mansisset.* Hæc Orosius ex *Chronico* Eusebii. De his coloniis ab Adriano imp. in Libyam missis, intelligendum esse videtur vetus Epigramma incerti auctoris nondum editum :

Ἐσχατιαὶ Λιβύων Νασαμωνίδες, οὐκέτι θηρῶν
Ἔθρεσιν ἠπείρου νῶτα βαρυνόμεναι,
Ἠχοῖ ἐρημαίῃσιν ἐπιπτήσσεσθε λέοντων
Ὠρυταῖς, ψαμάθους ἄχρις ὑπὲρ νομάδων·
Φῦλον ἐπεὶ ἀνάριθμον ἐν ἰχνοπέδῃσιν ἀγρευθὲν
Ἐς μίαν αἰχμητὰς Καῖσαρ ἔθηκεν ὁ παῖς·
Αἱ δὲ πρὶν ἀγραύλων ἐγκοιτάδες ἀκρώρειαι
Θηρῶν, νῦν ἀνδρῶν εἰσι βοηλασίαι.

Id est :

Fines Libyæ Nasamonibus vicini, non amplius feraGmina continentis vestræ dorso portantes, [rum
Solitarios leonum expavescatis rugitus,
Resonantes ultra ipsas nomadum arenas :
Quandoquidem innumerabilem turbam laqueis captam
Cæsar militibus sub unum simul aspectum subjecit,
Et montium vertices qui prius fuerant cubilia ferarum,
Nunc ab hominibus incoluntur et arantur.

Corruptus est versus antepenultimus, quem sic
D restituendum puto :

Ἐς μίαν αἰχμητὰς Καῖσαρ ἔθηκεν ὅπα.

(85) *Μάρκιον Τούρβωνα.* Ab hoc Judæos deletos esse scribit etiam Spartianus in *Adriano*. *Marcio*, inquit, *Turbone, Judæis compressis, ad deprimendum tumultum Mauritaniæ destinato.* Ad quem locum hallucinatur Salmasius, qui putat Spartianum loqui de tumultu Judæorum sub Adriano, cui bello finem ait imposuisse Marcium Turbonem. In quo longe fallitur. Nam bellum Judaicum sub Adriano confecit Julius Severus, ut docet Dio, multo post initum imperii Adriani de quo hic loquitur Spartianus. Marcius autem Turbo extremis annis imperii Trajani Judæos compresserat, quemadmodum hic testatur Eusebius. Itaque Adrianus imperium recens adeptus, cum Mauri post obitum Trajani tumultuarentur, Turbonem qui recens Judæos compresserat, adversus Mauros misit, ut eadem felicitate qua Judæos contriverat, Mauros etiam compesceret. Hic est sensus Spartiani.

(86) *Λουκίῳ Κοήτῳ.* Rectius apud Nicephorum legitur Λουκίῳ Κυέτῳ· apud Rufinum in vetustissimis editionibus scriptum est *Lusio Quieto*. Codices Mazarinæus, Fuk. et Savilii Κυήτῳ scriptum habent. Κύντος Λούσιος dicitur in *Excerptis* ex Dione Cassio quæ ante viginti annos edidimus. Erat hic Maurus genere, non ex provincia Mauritania, sed ex Mauris barbaris qui Romano imperio fœderati erant. Et initio quidem præfecturam alæ Maurorum gesserat. Sed non multo post damnatus ob nequitiam, cum ignominia dimissus fuerat. Postea vero bello Dacico, cum exercitus auxilio Maurorum egeret, ipse egregiam operam navavit. Quam ob causam præmiis atque honoribus affectus, longe plura ac majora facinora altero bello Dacico edidit. Tandem vero bello Parthico quod adversus Parthos Trajanus gerebat, eo fortitudinis ac fortunæ simul processit, ut inter prætorios relatus, consulatumque adeptus sit, et provinciam Palæstinam rexerit. Quæ res ei primo invidiam, postea odium ac perniciem attulere. Hæc Dio in luculentis illis *Excerptis* Quibus addam insignem etiam Themistii locum in gratiarum actione ad Theodosium Augustum pro pace, et pro consulatu Saturnini Magistri equitum : Οὕτω καὶ ὁ σὸς πρόγονος καὶ ἀρχηγέτης· παῖδες μὲν οὐκ ἦσαν αὐτῷ, παῖδες δὲ ἀδελφῶν καὶ ἀδελφιδῶν· ἀλλ' ὅμως οὐδένα ἐκείνων τῆς εὐνοίας Λυσίου προὐτίμησεν· ἀλλ' οὐδὲ Ῥωμαίων ὄντα τὸν ἄνδρα, ἀλλ' οὐδὲ Λίβυν ἐκ τῆς ὑπηκόου Λιβύης, ἀλλ' ἐξ ἀδόξου καὶ ἀπῳκισμένης ἐσχατιᾶς, ἐπειδὴ Μαρδοὺς κατεστρατήγησεν. ἀνέδειξε πρότερον ὕπατον, εἶτα τῆς βασιλείας διάδοχον κατεστήσατο. Id est : *Sic plane parens et auctor generis tui Trajanus, cum liberos quidem non haberet, sed sororum atque ex sororibus nepotum filios haberet, nullum tamen ex illis Lusio præferendum putavit. Sed virum qui nec Romanus erat, ac ne Afer quidem ex provincia Africa, sed ex ignobili et remoto limite, propterea quod Mardos debellasset, primo consulem renuntiavit, ac deinde successorem imperii designavit.* Hunc Themistii locum eo libentius hic adduxi, quod oratio illa nondum edita est, cujus copiam mihi fecit Gabriel Cossartius, vir eloquentissimus. Porro quod Themistius dicit Lusium a Trajano successorem imperii esse designatum, id alibi legere non memini. Id quidem in animo habuisse Trajanum facile crediderim. Sane Spartianus Lusium Quietum suspectum imperio fuisse dicit. *Lusium Quietum, sublatis gentibus Mauris quas regebat, quia suspectus imperio fuerat, exarmavit.*

Digitized by Google

illos acie, ingentem eorum multitudinem prostravit. Ob quam victoriam legatus Judææ ab imperatore est designatus. Sed hæc gentilium quoque scriptores, qui res gestas temporum illorum memoriæ mandarunt, iisdem fere verbis retulere.

CAPUT III.

Qui imperante Adriano pro defensione fidei libros scripserint.

Cum Trajanus per viginti annos demptis sex mensibus principatum tenuisset, Ælius Adrianus suscepit imperium. Huic Quadratus obtulit orationem, quam pro defensione religionis nostræ idcirco conscripserat, quod quidam malevoli homines, vexare nostros atque incessere conabantur. Exstat hodieque apud plerosque ex fratribus hæc oratio, quam nos etiam habemus, ex qua et ingenium ejus B viri, et rectam apostolicæ fidei doctrinam perspicue licet cognoscere. Porro idem scriptor suam ipsius antiquitatem satis declarat his verbis : « Servatoris autem, inquit, nostri opera semper conspicua erant, quippe quæ vera essent : ii scilicet qui morbis liberati, aut qui ex morte ad vitam revocati fuerant. Qui quidem non solum dum sanabantur, aut dum ad vitam revocabantur, conspecti sunt ab omnibus, sed secuto deinceps tempore. Nec solum quandiu in terris moratus est Servator noster, verum etiam post ejus discessum diu superstites fuerunt, adeo ut nonnulli eorum etiam ad nostra usque tempora pervenerint. » Hæc de Quadrato. Aristides quoque vir fidelis ex religionis **117** nostræ sectatoribus, *Apologeticum* pro fide nostra perinde ac C Quadratus Adriano Cæsari nuncupatum reliquit. Qui quidem liber etiamnum servatur a plurimis.

CAPUT IV.

Qui sub eodem imperatore episcopi Romæ fuerint et Alexandriæ.

Anno autem principatus Adriani tertio Alexander Romanæ urbis episcopus fato functus est, cum decem annos administrationis explesset. Cui successit Xystus. Eodem circiter tempore mortuo Primo, anno episcopatus sui duodecimo, Alexandrinæ Ecclesiæ sacerdotium suscepit Justus.

CAPUT V.

Qui jam inde a Servatore nostro usque ad hæc tempora Hierosolymorum episcopi fuerint.

Eorum autem episcoporum tempora qui Hiero- D

ἡγεμὼν (87) ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος ἀνεδείχθη. Ταῦτα καὶ Ἑλλήνων οἱ τὰ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους γραφῇ παραδόντες, αὐτοῖς ἱστόρησαν ῥήμασι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'

Οἱ κατὰ Ἀδριανὸν ὑπὲρ τῆς πίστεως ἀπολογησάμενοι (Nic. *H. E.* III, 21).

Τραϊανοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν εἴκοσι τὴν ἀρχὴν μησὶν ἓξ δέουσι κρατήσαντος, Αἴλιος Ἀδριανὸς διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. Τούτῳ Κοδράτος λόγον προσφωνήσας ἀναδίδωσιν, ἀπολογίαν συντάξας ὑπὲρ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσεβείας, ὅτι δή τινες πονηροὶ ἄνδρες τοὺς ἡμετέρους ἐνοχλεῖν ἐπειρῶντο. Εἰσέτι δὲ φέρεται παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν, ἀτὰρ καὶ παρ' ἡμῖν τὸ σύγγραμμα, ἐξ οὗ κατιδεῖν ἔστι λαμπρὰ τεκμήρια τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς διανοίας, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας (88). Ὁ δ' αὐτὸς τὴν καθ' ἑαυτὸν ἀρχαιότητα παραφαίνει, δι' ὧν ἱστορεῖ ταῦτα ἰδίαις φωναῖς· « Τοῦ δὲ Σωτῆρος ἡμῶν τὰ ἔργα ἀεὶ παρῆν. Ἀληθῆ γὰρ ἦν· οἱ θεραπευθέντες, οἱ ἀναστάντες ἐκ νεκρῶν, οἳ οὐκ ὤφθησαν μόνον θεραπευόμενοι, καὶ ἀνιστάμενοι, ἀλλὰ καὶ ἀεὶ παρόντες· οὐδὲ ἐπιδημοῦντος μόνον τοῦ Σωτῆρος, ἀλλὰ καὶ ἀπαλλαγέντος, ἦσαν ἐπὶ χρόνον ἱκανόν, ὥστε καὶ εἰς τοὺς ἡμετέρους χρόνους τινὲς αὐτῶν ἀφίκοντο. » Τοιοῦτος μὲν οὖν οὗτος. Καὶ Ἀριστείδης δὲ πιστὸς ἀνὴρ τῆς καθ' ἡμᾶς ὁρμώμενος εὐσεβείας, τῷ Κοδράτῳ παραπλησίως ὑπὲρ τῆς πίστεως *Ἀπολογίαν* ἐπιφωνήσας Ἀδριανῷ, καταλέλοιπε. Σώζεται δέ γε εἰς δεῦρο παρὰ πλείστοις καὶ ἡ τούτου γραφή.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Οἱ κατὰ ταὐτὸν Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων χρηματίσαντες ἐπίσκοποι (Nic. *H. E.* III, 25).

Ἔτει δὲ τρίτῳ τῆς αὐτῆς ἡγεμονίας, Ἀλέξανδρος Ῥωμαίων ἐπίσκοπος τελευτᾷ, δέκατον τῆς οἰκονομίας ἀποπλήσας ἔτος. Ξύστος, ἦν τούτῳ διάδοχος. Καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων δὲ παροικίας ἀμφὶ τὸν αὐτὸν χρόνον, Πρῖμον μεταλλάξαντα δωδεκάτῳ τῆς προστασίας ἔτει, διαδέχεται Ἰοῦστος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Οἱ ἀνέκαθεν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος καὶ ἐπὶ τοὺς δηλουμένους, Ἱεροσολύμων ἐπίσκοποι

Τῶν γε μὴν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων τοὺς

(87) *Ἰουδαίας ἡγεμών.* Male Hieronymus et Rufinus *procuratorem Judææ* verterunt. Nec melius Christophorsonus *præfectum* interpretatur. Scribit enim Dio in *Excerptis* nostris, Lusium Quietum ornamentis prætoriis honoratum fuisse, et ad consulatum pervenisse, ac provinciam Palæstinam rexisse. Quæ res, inquit, ei invidiam conflavit. At Palæstinæ procuratio non tanta erat dignitas, ut invidiam Lusio conflare posset : nec vir senatorii ordinis et consularis procurator esse potuit. Fuit igitur legatus Augusti pro prætore provinciæ Palæstinæ; quam dignitatem gessit Tinius Rufus sub Adriano, ut mox videbimus. Neminem porro turbare debet, quod Palæstina tunc legatum habuit, quæ antea procuratori paruerat. Nam imperatores pro arbitratu mutabant administrationem provinciarum; et modo legatos, modo procuratores mittebant, prout usus reipublicæ exigebat. Itaque Trajanus cum Palæstinam assiduis Judæorum motibus turbari videret, legatum ei præfecit Lusium consularem, virum strenuum, qui dignitate sua et armis provinciam contineret. Sed et ante Lusium Atticus ille, de quo paulo ante locuti sumus cum de Simeonis Clopæ martyrio ageretur, videtur fuisse legatus provinciæ Palæstinæ.

(88) *Τῆς ἀποστολικῆς ὀρθοτομίας.* Ita loquitur Clemens Alexandrinus in lib. VII *Stromateon* : Ὁ γνωστικὸς ἄρα ἡμῖν μόνος ἐν αὐταῖς καταγηράσας γραφαῖς, τὴν ἀποστολικὴν καὶ ἐκκλησιαστικὴν σώζων ὀρθοτομίαν τῶν δογμάτων. Videtur autem hæc locutio desumpta esse ex Epistola ad Timotheum, in qua Apostolus dixit, ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.

Digitized by Google

χρόνους γραφῇ σωζομένους οὐδαμῶς εὗρον· κομιδῇ γὰρ οὖν βραχυβίους αὐτοὺς λόγος κατέχει γενέσθαι. Τοσοῦτον δ' ἐξ ἐγγράφων παρείληφα, ὡς μέχρι τῆς κατὰ Ἀδριανὸν Ἰουδαίων πολιορκίας, πεντεκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν αὐτόθι γεγόνασιν ἐπισκόπων διαδοχαί, ὡς πάντας Ἑβραίους φασὶν ὄντας ἀνέκαθεν, τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ γνησίως καταδέξασθαι. Ὥστ' ἤδη πρὸς τῶν τὰ τοιάδε ἐπικρίνειν δυνατῶν, καὶ τῆς τῶν ἐπισκόπων λειτουργίας ἀξίους δοκιμασθῆναι· συνεστάναι γὰρ αὐτοῖς τότε τὴν πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἐξ Ἑβραίων πιστῶν, ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καὶ εἰς τὴν τότε διαρκεσάντων πολιορκίαν, καθ' ἣν Ἰουδαῖοι Ῥωμαίων αὖθις ἀποστάντες, οὐ μικροῖς πολέμοις ἑλωσαν. Διαλελοιπότων δ' οὖν τηνικαῦτα τῶν ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπων, τοὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου (89) νῦν ἀναγκαῖον ἂν εἴη καταλέξαι. Πρῶτος τοιγαροῦν Ἰάκωβος ὁ τοῦ Κυρίου λεγόμενος ἀδελφὸς ἦν· μεθ' ὃν δεύτερος Συμεών, τρίτος Ἰοῦστος, Ζακχαῖος τέταρτος, πέμπτος Τωβίας, ἕκτος Βενιαμίν, Ἰωάννης ἕβδομος, ὄγδοος Ματθίας, ἔνατος Φίλιππος, δέκατος Σενεκᾶς, ἑνδέκατος Ἰοῦστος, Λευῒς δωδέκατος, Ἐφρῆς τρισκαιδέκατος, τεσσαρεσκαιδέκατος Ἰωσὴφ (90)· ἐπὶ πᾶσι πεντεκαιδέκατος Ἰούδας. Τοσοῦτοι καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Ἱεροσολύμων πόλεως ἐπίσκοποι ἀπὸ τῶν ἀποστόλων εἰς τὸν δηλούμενον διαγενόμενοι χρόνον, οἱ πάντες ἐκ περιτομῆς. Ἤδη δὲ δωδέκατον ἐχούσης ἔτος τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ, Ξύστον δεκαέτη χρόνον ἀποπλήσαντα ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς, ἕβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων διαδέχεται Τελεσφόρος· ἐνιαυτοῦ δὲ μεταξὺ καὶ μηνῶν διαγενομένων (91), τῆς Ἀλεξανδρέων παροικίας τὴν προστασίαν Εὐμενὴς ἕκτῳ κλήρῳ διαδέχεται, τοῦ πρὸ αὐτοῦ ἔτεσιν ἕνδεκα διαρκέσαντος.

A solymis præfuerunt, nusquam reperire potui. Omnes quippe brevi admodum tempore sedisse perhibentur. Illud tantum ex veterum scriptorum monumentis didici, ad illam usque obsessionem Judæorum quæ imperante Adriano contigit, quindecim episcopos continua successione illi Ecclesiæ præfuisse: quos omnes origine Hæbræos fuisse memorant, et fidem Christi sincere atque ex animo suscepisse. Adeo ut ab illis qui de hujusmodi rebus judicium ferre poterant, episcopali officio dignissimi censerentur. Quippe tunc temporis universa Hierosolymorum Ecclesia conflata erat ex Hebræis fidelibus, qui jam inde ab apostolorum ætate ad illam usque obsidionem permanserant, qua Judæi iterum a Romanis deficientes, maximis prœliis domiti atque B expugnati sunt. Proinde cum episcopi qui ex circumcisione erant, per id temporis defecerint, omnes a primo usque ad ultimum ordine suo recensere necessarium puto. Primus igitur fuit Jacobus, is qui Domini frater vocabatur; secundus Simeon, tertius Justus, quartus Zacchæus, quintus Tobias, sextus Benjamin, septimus Joannes, octavus Mathias, nonus Philippus, decimus subrogatus est Seneca, cui successit undecimus Justus. Post quem Levi duodecimus ordine fuit. Ephres deinde secutus est, post hæc Joseph. **118** Omnium postremus fuit Judas ordine quintus decimus. Atqui hi omnino sunt Hierosolymorum episcopi, qui jam inde ab apostolis, usque ad Judam et ad illa quæ designavimus tempora omnes ex circumcisione fuerunt. Porro annum imperii sui duodecimum agente Adriano, C cum Xystus episcopatum urbis Romæ decem annis obtinuisset, septimus ab apostolis Telesphorus in ejus locum successit. Anno deinde et mensibus aliquot interjectis, Eumenes Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem sextus ordine suscepit, cum decessor ipsius annos undecim præfuisset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ἡ κατὰ Ἀδριανὸν ὑστάτη Ἰουδαίων πολιορκία (Nic. *H. E.* III, 24).

Καὶ δὴ τὰ τῆς Ἰουδαίων ἀποστασίας αὖθις εἰς μέγα καὶ πολὺ προελθούσης, (92) Ῥοῦφος ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας (93), στρατιωτικῆς αὐτῷ συμμαχίας

CAPUT VI.

Postrema Judæorum expugnatio temporibus Adriani.

Cæterum cum defectio Judæorum magis ac magis iterum cresceret, Rufus legatus Judææ, auxiliis sibi ab imperatore submissis, amentiam ac despe-

(89) *Τοὺς ἀπὸ τοῦ πρώτου.* Nostri codices Maz., Med. ac Fuketii, scriptum habent τοὺς ἀπὸ πρώτου, quod quidem mihi videtur elegantius. Paulo post ἔνατος per simplex ν scribitur in optimis exemplaribus Mazarino ac Medicæo.

(90) *Ἰωσήφ.* In *Chronico* Eusebii *Joses* dicitur, et apud Epiphanium in hæresi Manichæorum. Sic Joseph frater Domini, de quo Matthæus et Marcus loquuntur in Evangelio, *Joses* ab Hieronymo et aliis appellatur. Ephres similiter in *Chronologia* Nicephori patriarchæ *Ephrem* dicitur. Cæterum non sine causa mirari subit, undenam Nicephorus annos illos acceperit, quos singulis Hierosolymorum episcopis assignat, cum Eusebius qui in Palæstina degebat, et qui omnes episcoporum illius Ecclesiæ indices perlegerat, nihil se de annis eorum legisse testetur.

(91) *Καὶ μηνῶν διαγενομένων.* Rectius in nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano hic locus scribitur hoc modo: Ἐνιαυτοῦ δὲ μεταξὺ καὶ μηνῶν διαγενομένου. Quamquam Savilius post vocem μηνῶν ad oram libri sui addiderat τινῶν, ex conjectura, ut opinor. Rufinus vero in suo exemplari legisse videtur μηνός, sic enim vertit: *Anno post quem et uno mense, Alexandrinæ Ecclesiæ moderamen Eumenes sexta successione suscepit.* Porro hic Eumenes in *Chronico* Eusebii quod Hieronymus Latine vertit, dicitur *Hymenæus*; vel ipsius Hieronymi, vel, quod libentius crediderim, librariorum D errore.

(92) *Ῥοῦφος ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας.* Eusebius in *Chronico*, anno sextodecimo imperii Adriani: *Judæi*, inquit, *in arma versi Palæstinam depopulantur, tenente provinciam Tinio Rufo, cui ad opprimendos rebelles Adrianus misit exercitum.* In *Chronico* Georgii Syncelli, qui Eusebii scrinia compilavit, dicitur Τίννιος Ῥοῦφος. De hoc Tinio Rufo Hieronymus *in Danielem*, cap. IX, ita scribit: *Quo mortuo, transactis septem hebdomadis, id est annis* XLIX, *Ælius Adrianus* (*a quo postea de ruinis Hierusalem urbs Ælia condita est*) *rebellantes Judæos, Tinio Rufo magistro exercitus pugnante superavit.* Ita scribendum est ex veteri codice; vulgo male legitur *Timo Ruffo*.

(93) *Ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας.* Male Langus et Christophorsonus *præfectum Judææ* vertit. Nam Romani imperatores non mittebant præfectos ad regendas provincias, sed tantum ad gentes barba-

Digitized by Google

rationem hominum in occasionem sæviendi vertens, eos acerbissime ultus est, cæsa innumerabili hominum multitudine cum conjugibus ac liberis, agroque illorum jure belli in populi Romani ditionem redacto. Erat tunc temporis Judæorum ductor Barcbochebas quidam, quod nomen stellam significat : vir alioqui cruentus et latrocinandi avidus, sed qui nomine suo auditoribus utpote vilissimis mancipiis fucum faciebat, quasi sidus e cœlo delapsum esset, ut ipsis ærumnarum mole oppressis lucem afferret. Anno demum octavo decimo imperii Adriani, cum totius belli vis circa Bethera urbem munitissimam nec procul Hierosolymis dissitam exarsisset, et protracta diutius a Romanis obsidione, rebelles fame ac siti oppressi essent, ipseque adeo seditionis auctor debitas pœnas dedisset, ex eo deinceps tempore universa Judæorum gens in regionem circa Hierosolymam sitam pedem inferre

A ὑπὸ βασιλέως πεμφθείσης, ταῖς ἀπονοίαις αὐτῶν ἀφειδῶς χρώμενος ἐπεξῆει, μυριάδας ἀθρόως ἀνδρῶν ὁμοῦ καὶ παίδων καὶ γυναικῶν διαφθείρων, πολέμου τε νόμῳ τὰς χώρας αὐτῶν ἐξανδραποδιζόμενος. Ἐστρατήγει δὲ Ἰουδαίων τηνικαῦτα Βαρχωχεβᾶς ὄνομα, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ (94), τὰ μὲν ἄλλα φονικὸς καὶ λῃστρικός τις ἀνὴρ (95), ἐπὶ δὲ τῇ προσηγορίᾳ οἷα ἐπ' ἀνδραπόδων (96), ὡς δὴ ἐξ οὐρανοῦ φωστὴρ αὐτοῖς κατελήλυθώς, κακουμένοις τε ἐπιλάμψαι τερατευόμενος. Ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου ἔτους ὀκτωκαιδεκάτου τῆς ἡγεμονίας Ἀδριανοῦ κατὰ Βήθθηρα πόλιν (97), ἥτις ἦν ὀχυρωτάτη, τῶν Ἱεροσολύμων οὐ σφόδρα πόρρω διεστῶσα, τῆς τε ἔξωθεν πολιορκίας χρονίου γενομένης, λιμῷ τε καὶ δίψει τῶν νεωτεροποιῶν εἰς ἕξκατον ὀλέθρου περιελαθέντων, καὶ τοῦ τῆς ἀπονοίας αὐτοῖς αἰτίου τὴν ἀξίαν ἐκτίσαντος δίκην, τὸ πᾶν ἔθνος ἐξ ἐκείνου καὶ τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται (98).

ras quæ Romanis fœderatæ erant. Sic gentes Maurorum per præfectos a Romanis imperatoribus missos regebantur, ut ex Augustino aliisque scriptoribus notavi ad Ammianum Marcellinum. Ex quo interpretari soleo locum Spartiani in *Adriano : Marcium Turbonem post præfecturam Mauritaniæ, insulis ornatum Pannoniæ, Daciæ quoque ad tempus præfecit.* Sola ex provinciis Ægyptus erat, quam præfecti regebant loco regum. Quare hic loco ἐπάρχων τῆς Ἰουδαίας non est exponendus *præfectus Judææ*, cum Judæa nunquam a præfectis administrata sit, sed potius *præses* aut *legatus provinciæ Palæstinæ*. Nam Palæstina seu Judæa tunc temporis per legatos Cæsaris regebatur, ut superius observavi. Fuit ergo Tinius Rufus legatus Cæsaris proprætore provinciæ Judææ seu Palæstinæ, sicut antea Lusius Quietus fuerat sub Trajano.

(94) *Βαρχοχεβᾶς ὄνομα, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ.* Tres nostri codices Maz., Med. ac Fuketii hunc locum paulo aliter scriptum exhibent, Βαρχωχέβας ὄνομα, ἀστέρα δηλοῖ τοῦτο. In Regio autem exemplari legitur: Βαρχωχεβᾶς, ὃ δὴ ἀστέρα δηλοῖ. Atque ita plane Nicephorus in capite XXIV, lib. III. De hoc Barchocheba Hieronymus in *Apolog. 2 adversus Rufinum* ita scribit : *Tu videlicet flammeus, imo fulmineus, qui in loquendo fulminas. Atque ut ille Barchochebas auctor seditionis Judaicæ, stipulam in ore succensam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere videretur*, etc. Simili quondam fraude Eunus Syrus, qui bellum Servile in Sicilia concitavit, in ore abditam nucem gestans, quam sulfure et igne stipaverat, ac leniter inspirans, flammam inter verba fundebat, ut scribit Florus in lib. III, c. 19.

(95) *Φονικὸς καὶ λῃστρικός τις ἀνήρ.* Hæc est lectio codicis Regii. Verum in Maz., Med. et Fuk. ita scriptum habetur, λῃστρικὸς καὶ φονικὸς ἀνήρ. Nicephorus tamen cum codice Regio consentit, prorsus ut illum videatur exscribere.

(96) *Οἷα ἐπ' ἀνδραπόδων.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. et apud Nicephorum legitur ἐπ' pro antea edito ἐξ, et hanc lectionem secuti sunt Rufinus et Christophorsonus. Judæos vocat *mancipia*, ob ignobilitatem atque egestatem, et quod plerique eorum ex captivis qui sub Tito venundati fuerant, originem ducebant.

(97) *Κατὰ Βήθθηρα πόλιν.* Ita legitur in codice Regio, quem secutus est Stephanus. Verum in codice Maz., Med. ac Fuketiano, nec non apud Nicephorum Βίθθηρα scriptum est. Scripti codices Rufini habent *apud Bethara oppidum*. Quare videndum est an eadem sit cum Betthar, quæ in *Itinerario Burdigalensi* mutatio dicitur, quinquaginta et duobus millibus passuum distans ab urbe Hierosolymitana. Est et Bethar villa in eodem *Itinerario* XII millibus distans ab urbe Hierosolyma. Hieronymus in *Epitaphio Paulæ* utramque Bethoron vocare videtur. Iter enim Paulæ describens a Cæsarea Hierosolymam usque : *A Nicopoli*, inquit, *proficiscens ascendit Bethoron inferiorem et superiorem, urbes a Salomone conditas, sed postea varia bellorum tempestate deletas.*

(98) *Τῆς περὶ τὰ Ἱεροσόλυμα γῆς πάμπαν ἐπιβαίνειν εἴργεται.* Idem scribitur in *Chronico* Eusebii, anno XVIII imperii Adriani : *Bellum Judaicum quod in Palæstina gerebatur finem accepit, rebus Judæorum penitus oppressis : ex quo tempore, etiam introeundi eis Hierosolyma licentia ablata, primum Dei nutu, deinde Romanis interdictionibus.* Ejusdem interdicti meminit Tertullianus in libro *contra Judæos*, cap. 15 : *Et exinde quod interdictum est, ne in confinio ipsius regionis demoretur quisquam Judæorum.* Et paulo post : *Quod vobis pro meritis vestris post expugnationem Jerusalem, prohibitis ingredi in terram vestram, de longinquo eam tantum oculis vestris videre permissum est.* Idem quoque Tertullianus in *Apologetico*, cap. 16, eleganter de Judæis dicit : *Dispersi, palabundi, et cœli et soli sui extorres vagantur per orbem, sine homine, sine Deo rege : quibus nec advenarum jure terram patriam saltem vestigio salutare conceditur.* Celsus quoque apud Origenem lib. VIII, in fine, eadem testatur de Judæis : Οἷς οὐδ' ὁποία τις βῶλος, οὐδ' ἑστία καταλείπεται. Gregorius Naz. in oratione 12, pag. 202, de postrema Judæorum dispersione loquens, testatur Judæis fas non fuisse patriam adire, et Hierosolymorum solo insistere, nisi unico anni die, quatenus patriam prospectantes, lugere solitudinem et exsilium suum possent. Quem locum non intellexit Billius. Μία στήλη τούτοις τῆς συμφορᾶς ἡ οἰκουμένη πᾶσα καθ' ἧς ἐσπάρησαν, καὶ ἡ λατρεία πεπαυμένη, καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος, μόγις γινωσκόμενον· ἧς τοσοῦτον ἐπιβατὸν αὐτοῖς ἐστι μόνον, καὶ τοσοῦτον ἀπολαύουσι τῆς ποτε αὐτῶν δόξης, ὅσον ἐν ἡμέρᾳ φανέντες θρηνῆσαι τὴν ἐρημίαν. Id est, *unum illis monumentum calamitatis est totus terrarum orbis per quem dispersi sunt : et sublatus Dei cultus : et ipsius Hierosolymæ solum vix facie cognitu : quam hactenus ipsis introire licet, et vetere sua gloria hactenus fruuntur, ut uno die conspecti vastitatem et excidium ejus lugeant.* Die scilicet quo capta et eversa quondam fuerat a Romanis Hierosolyma, Judæi ex variis gentibus in Palæstinam conveniebant, et mercede militibus persoluta introibant in eam urbis partem, ubi quon-

Digitized by Google

νόμου δόγματι καὶ διατάξεσιν Ἀδριανοῦ, ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος (99), ἐγκελευσαμένου, Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ (1). Οὕτω δὴ τῆς πόλεως εἰς ἐρημίαν τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους, καὶ παντελῆ φθορὰν τῶν πάλαι οἰκητόρων ἐλθούσης, ἐξ ἀλλοφύλου τε γένους συνοικισθείσης, ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις (2) τὴν ἐπωνυμίαν ἀμεί-

A prohibita est, lege et constitutione imperatoris Adriani : adeo ut ne prospicere quidem e longinquo patrium solum ipsis liceret, ut scribit Aristo Pellæus. In hunc igitur modum cum civitas Judæorum gente nudata esset, et veteribus incolis penitus vacuefacta, posthæc alienigenis eo confluentibus, urbs et colonia civium Romanorum effecta, in

dam fuerat templum Salomonis ; ibique excidium templi et civitatis suæ plangebant, ut ex Hieronymo et ex *Itinerario Burdigalensi* dudum observavit Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, p. 198. Ac mihi quidem videtur, Judæis id permissum fuisse per eos dies quibus mercatus solemnis fiebat ad Terebinthum. Cum enim ad eum mercatum multi ex barbaris convenirent, hac occasione etiam Judæi eo confluebant ; non quidem ob mercatum quem vel maxime vitabant, eo quod olim majores ipsorum ibi venundati fuissent, sed ut ruinas templi inviserent ac salutarent. Idque conjicio ex militibus, quos Judæis plangentibus appositos fuisse testatur Hieronymus. Nam in mercatibus illis qui ad limitem fiebant, apponebatur centurio cum militibus, ut notavi ad librum XXVII Ammiani Marcellini. Conjecturam autem nostram adjuvat Hieronymi locus in cap. XXXI Jeremiæ, ubi scribit exsecrabile fuisse Judæis, mercatum celeberrimum qui quotannis fiebat ad Terebinthum invisere. Cæterum notandum est, Eusebium quidem tum hic, tum in *Chronico* id tantum dicere, a temporibus Adriani vetitum fuisse Judæis in urbem Hierosolymam, et in vicinum urbi agrum introire. Quod quidem confirmat Gregorii locus a nobis allatus. Alii tamen non modo in urbem sacram, sed universam Palæstinæ regionem ingredi vetitos scripserunt. Ita præter Tertullianum Eusebius ipse in libro octavo *De demonstratione* : Πᾶσαι αἱ φυλαὶ τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους θρήνων καὶ κοπετῶν ἄξια πεπόνθασι, διὰ τὴν καταλαβοῦσαν αὐτοὺς ἐκ Θεοῦ πληγήν, ὑφ' ἧς καὶ ἡ μητρόπολις αὐτῶν ἀλλοφύλοις ἔθνεσιν ἐξεδόθη, καὶ τὸ ἱερὸν κατεσκάφη, αὐτοί τε τῆς ἰδίας χώρας ἀπελήλαντο, ἐν τῇ πολεμίᾳ ἐχθροῖς δουλεύοντες.

B no quæ jamdudum esse desierant? Certe Eusebius hoc quidem in loco, aperte non dicit Jerusalem ab Adriano eversam fuisse, sed id tantum obscure innuit. In libris autem *De demonstratione* et in *Chronico*, diserte affirmat Jerusalem funditus ab Adriano eversam fuisse. Ex quo obiter perspici potest, hos *ecclesiasticæ Historiæ* libros longe accuratius ab Eusebio elaboratos esse quam reliqua ejus scripta. Quod vero ad conditum Æliæ spectat, tantum abest ut condita fuerit ab Adriano post partam de Judæis victoriam. Imo bellum Judaicum ex Æliæ conditu originem cepit. Nam cum Judæi urbis suæ solum ab alienigenis occupatum viderent, et in eo ipso loco in quo Dei templum olim fuisset, sacra fieri Jovi Capitolino animadverterent, eam injuriam minime ferendam rati, arma corripuerunt, et initium fecerunt hujus belli quod hic narrat Eusebius : quodque anno XVI Adriani cœptum, octavo decimo aut nono finem tandem

C accepit. Ælia vero Capitolina diu ante condita fuerat, anno scilicet II Adriani, ut scribitur in *Chronico Alexandrino*. Plura Scaliger in Animadversionibus : quem in hac quidem parte libenter sequor. Sed quod pag. 199 Hilarium reprehendit et Athanasium quod dixerint sua ætate nullam amplius fuisse Jerusalem, in hoc non assentior Scaligero. Recte enim id dictum est a sanctissimis Patribus, cum ea urbs quæ tunc temporis dicebatur Jerusalem, Ælia potius esset, nec nisi abusive Jerusalem vocaretur. Neque enim Hierosolymam instauravit Adrianus, cum Judæi hostes tunc essent populi Romani. Sed Ælium coloniam civium Romanorum condidit, a cujus ingressu etiam Judæos arceri voluit. Itaque a temporibus Adriani usque ad Constantinum Magnum, semper Ælia vocata est, A tempore autem Constantini Magni, Hierosolymorum nomen quasi postliminio repetiit, tum ob splendorem illius nominis, tum ob primitivæ

D sedis prærogativam. Revera tamen Ælia erat, non Jerusalem. Adeoque in canone 7 concilii Nicæni episcopus Æliæ vocatur. Verum post celeberrimum illud martyrium a Constantino ædificatum in rerurrectionis Dominicæ loco, ambitio episcoporum obtinuit, ut Jerusalem potius quam Ælia diceretur. Sed id καταχρηστικῶς factum est, ut dixi. Itaque recte locuti sunt Hilarius et Athanasius : quibus addendus est etiam Eusebius in sermone II, *De resurrectione : Si autem dubitant, ostendant civitatem suam post ea quæ ausi sunt stantem.* Et in lib. V *Demonstrationis*, cap. 13. Et Gregorius Nazianzenus in orat. 12 : Καὶ αὐτῆς τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸ ἔδαφος μόγις γινωσκόμενον· ἧς τοσοῦτον ἐπιβατὸν αὐτοῖς ἐστι μόνον, etc. Vides ut Gregorius testatur, solum Hierosolymorum sua ætate vix agnosci potuisse, et Judæos vastitatem ejus etiam tum luxisse, respiciens videlicet ad veram et priscam Jerusalem, non ad novam illam quæ vetus nomen falso usurpaverat. Improprie igitur locutus est Hierony-

(99) Ὡς ἂν μηδ' ἐξ ἀπόπτου θεωροῖεν τὸ πατρῷον ἔδαφος. Eadem loquendi forma Philo in libro *Quod omnis probus liber*, Οὐ μόνον οὐκ ἐπιβῆναι τῆς χώρας, ἀλλ' οὐδ' ἐξ ἀπόπτου τὸ πατρῷον ἔδαφος θεάσασθαι δυναμένοις.

(1) Ἀρίστων ὁ Πελλαῖος ἱστορεῖ. Id est ex urbe Syriæ Pella, quæ post excisam a Tito urbem Hierosolymam, sedes fuit episcopatus Hierosolymitani, ut scribit Eusebius. Cæterum Scaliger Aristonis Pellæi verba esse existimavit quæcunque leguntur supra ab his vocibus ἀκμάσαντος δὲ τοῦ πολέμου, eaque passim Aristonis nomine citat, in quo tamen ei assentiri non possum. Nam et verba ipsa Eusebii stylum prorsus redolent ; et Aristo Pellæus obsidionem illam Bettharæ et expugnationem Judæorum fusius prosecutus fuerat. Quod si ipsa essent Aristonis verba, nequaquam id tacuisset Eusebius. Nam quoties verba ipsa auctorum adducturus est, semper de eo lectorem admonet. Cum autem addit ἱστορεῖ vel ἱστοροῦσι, indicat eam rem a scriptoribus illis quos laudat, fusius commemorari. Porro hic Aristo Pellæus auctor esse dicitur libelli cujusdam, cui titulus erat, *Disputatio Jasonis et Papisci*. Ita scribit Maximus in scholiis ad librum Dionysii *De mystica theologia*, cap. 1 : Ἀνέγνων δὲ τοῦτο ἐπτὰ οὐρανοὺς καὶ ἐν τῇ συγγεγραμμένῃ Ἀρίστωνι τῷ Πελλαίῳ *Διαλέξει Παπίσκου καὶ Ἰάσονος*, ἣν Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Ὑποτυπώσεων, τὸν ἅγιον Λουκᾶν φησὶν ἀναγράψαι. Hujus libelli meminit Celsus, et Origenes in lib. IV *Contra Celsum*. Eumdem ex Græco in Latinum sermonem vertit Celsus quidam. Sed sola ejus præfatio hodie superest inter opuscula Cypriani.

(2) Ἡ μετέπειτα συστᾶσα Ῥωμαϊκὴ πόλις. Dupliciter hic fallitur Eusebius, tum quod urbem Hierosolymam sub Adriano penitus eversam fuisse scribit, tum quod Æliam Capitolinam ab eodem Adriano conditam esse existimavit post expugnationem Bettharæ. Quod ad primum attinet, constat ex Josepho Hierosolyma prorsus eversa fuisse a Tito, ita ut aratrum etiam ejus solo fuerit impressum. Quomodo igitur iterum eversa sunt ab Adria-

Digitized by Google

honorem **119** Ælii Adriani imperatoris Ælia nuncupata est. Et cum Ecclesia ejusdem loci ex gentibus coaluisset, primus post episcopos ex circumcisione sacerdotium illius civitatis suscepit Marcus.

CAPUT VII.

Quinam eo tempore falsæ doctrinæ duces extiterint.

Porro Ecclesiis jam per universum orbem instar clarissimorum siderum fulgentibus, et vigente per omnes nationes fide in Dominum ac Servatorem nostrum Jesum Christum, malignus ille dæmon, utpote veritatis inimicus, et humanæ salutis hostis semper infestissimus, omnes machinas adversus Ecclesiam movens, prius quidem externis eam persecutionibus oppugnaverat : tum vero hac via ipsi præclusa, improbis quibusdam ac maleficis hominibus tanquam instrumentis et ministris utens ad exitium ac perniciem animarum comparatis, alias belli artes tentavit, nihil non comminiscens, ut præstigiatores ac subdoli homines religionis nostræ vocabulum sibi assumentes, tum eos ex fidelibus quos forte deceperant, in profundum exitii gurgitem abducerent, tum fidei nostræ ignaros vitæ ipsorum exemplo deterritos, a via quæ ad salutare Dei verbum ducit, procul averterent. Igitur ex Menandro illo, quem Simonis successorem fuisse supra retulimus, exorta venenata quædam bestia bilinguis ac biceps, duarum hæreseon inter se discrepantium duces constituit : Saturninum domo Antiochenum, et Basilidem Alexandrinum. Quorum ille quidem in Syria, hic vero apud Ægyptum impiæ doctrinæ scholas condidit. Et Saturninum quidem eadem fere cum Menandro mentitum esse declarat Irenæus : Basilidem vero specie arcanorum quorumdam, portentosas fabulas commentum, opinionis impiæ machinamenta in immensum extendisse. Porro cum eodem tempore plurimi ecclesiastici viri patrocinium veritatis susciperent, et pro ecclesiastica apostoli-

A ψασα, εἰς τὴν τοῦ κρατοῦντος Αἰλίου Ἀδριανοῦ τιμὴν, Αἰλία προσαγορεύεται. Καὶ δὴ τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας ἐξ ἐθνῶν συγκροτηθείσης, πρῶτος μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς ἐπισκόπους, τὴν τῶν ἐκεῖσε λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Μάρκος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Τίνες κατ' ἐκεῖνο καιροῦ γεγόνασι ψευδωνύμου γνώσεως ἀρχηγοί (Nic. *H. E.* IV, 2-4).

Ἤδη δὲ λαμπροτάτων δίκην φωστήρων τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἀποστιλβουσῶν Ἐκκλησιῶν, ἀκμαζούσης τε εἰς ἅπαν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως, ὁ μισόκαλος δαίμων οἷα τῆς ἀληθείας ἐχθρὸς καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἀεὶ τυγχάνων πολεμιώτατος, πάσας στρέφων κατὰ τῆς Ἐκκλησίας μηχανὰς, B πάλαι μὲν τοῖς ἔξωθεν διωγμοῖς κατ' αὐτῆς ὡπλίζετο· τότέ γε μὴν τούτων ἀποκεκλεισμένος, πονηροῖς καὶ γόησιν ἀνδράσιν ὥσπερ τισὶν ὀλεθρίοις ψυχῶν ὀργάνοις, διακόνοις τε ἀπωλείας χρώμενος, ἑτέραις κατεστρατήγει μεθόδοις, πάντα πόρον ἐπινοῶν, ὡς ἂν ὑποδύντες γόητες καὶ ἀπατηλοὶ τὴν αὐτὴν τοῦ δόγματος ἡμῖν προσηγορίαν, ὁμοῦ μὲν τῶν πιστῶν τοὺς πρὸς αὐτῶν ἁλισκομένους, εἰς βυθὸν ἀπωλείας ἄγοιεν, ὁμοῦ δὲ τοὺς τῆς πίστεως ἀγνῶτας δι' ὧν αὐτοὶ δρῶντες ἐπιχειροῖεν, ἀποτρέποιντο τῆς ἐπὶ τὸν σωτήριον λόγον παρόδου. Ἀπὸ γοῦν τοῦ Μενάνδρου ὃν διάδοχον τοῦ Σίμωνος ἤδη πρότερον παραδεδώκαμεν, ἀμφίστομος ὥσπερ καὶ δικέφαλος ὀφιώδης τις προελθοῦσα δύναμις, δυοῖν αἱρέσεων διαφόρων ἀρχηγοὺς κατεστήσατο, Σατορνῖνόν τε Ἀντιοχέα τὸ γένος, καὶ C Βασιλείδην Ἀλεξανδρέα, ὧν ὁ μὲν κατὰ Συρίαν, ὁ δὲ κατ' Αἴγυπτον, συνεστήσαντο θεομισῶν αἱρέσεων διδασκαλεῖα (3). Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα τὸν Σατορνῖνον τὰ αὐτὰ τῷ Μενάνδρῳ ψευδολογῆσαι ὁ Εἰρηναῖος δηλοῖ, προσχήματι δὲ ἀπορρητοτέρων, τὸν Βασιλείδην εἰς τὸ ἄπειρον τεῖναι τὰς ἐπινοίας (4), δυσσεβοῦς αἱρέσεως ἑαυτῷ τερατώδεις ἀναπλάσαντα μυθοποιίας. Πλείστων οὖν ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς ἀληθείας ὑπεραγωνιζομένων, λογικώτερόν τε τῆς

mus in *Epitaphio Paulæ*, cum dicit : *Ingressa est Hierosolymam, urbem trinominem, Jebus, Salem, Jerusalem : quæ ab Ælio postea Adriano de ruinis et cineribus civitatis in Æliam suscitata est.* Nam, ut sæpe dixi, nunquam ea mens Adriani fuit, ut urbem Hierosolymam suscitaret, quippe qui infensissimus esset Judæis, qui tunc hostes erant populi Romani ; sed Æliam urbem condidit, et in ea templum Jovis Capitolini, quo Judæos ab eo loco quem summa veneratione prosequebantur, penitus arceret. Rectius ergo Beda, seu quis alius, in expositione locorum et urbium, quarum mentio fit in Actibus apostolorum : *Jerusalem*, inquit, *metropolis quondam Judææ, quæ nunc ab Ælio Adriano Cæsare, quod eam a Tito destructam latiore situ instauraverit, Ælia cognominata est : cujus opere factum est, ut loca sancta, id est, Dominicæ passionis et resurrectionis, quondam extra urbem jacentia, nunc ejusdem urbis muro sep entrionali circumdentur.* Porro Ælia diu post Constantini tempora nomen suum retinuit. Certe in *Itinerario Antonini* et in *Tabula Peutingeriana* non aliter vocatur quam Ælia ; vitio tamen librariorum *Helia Capitolina* vulgo scribitur. Sed et Chrysostomus in oratione 3, *adversus Judæos*, ita appellatam fuisse ætate sua testatur :

Ἐπειδὴ γὰρ Αἴλιος Ἀδριανὸς ἐχρημάτιζεν, οὕτω καὶ τὴν πόλιν καλεῖσθαι ἐνομοθέτησεν· ἐκεῖθεν Αἰλία μέχρι τοῦ νῦν ὀνομάζεται, ἀπὸ τῆς ἐπωνυμίας τοῦ κρατήσαντος καὶ καθελόντος αὐτήν.

(3) *Αἱρέσεων διδασκαλεῖα.* In optimis codicibus Mazarino ac Medicæo scriptum inveni διδασκάλια. Atque, ut semel moneam, ita semper hoc nomen perscriptum est in nostris codicibus. Pro quo Rob. Stephanus, Regio exemplari semper inhærens, maluit edere διδασκαλεῖα. Idque nobis mutare religio fuit. Tantam tamen codicum nostrorum constantiam handquaquam spernendam esse existimo.

(4) *Εἰς τὸ ἄπειρον τεῖναι τὰς ἐπινοίας.* Vetus interpres Irenæi vertit. *In immensum extendit sententiam doctrinæ suæ.* Ἐπινοίας igitur vocat commenta seu adinventiones Basilidis quas ibidem refert Irenæus. Eas in immensum extendisse ait Basilidem, quippe qui fabulosa quædam confinxisset et vana. Hæc enim natura mendacii est, ut sit interminatum et vagum, nullo certo modo ac termino definitum. Veritas vero certa est, ac suis spatiis circumscripta, quibus nihil addi aut demi potest. Itaque recte Plato in *Theæteto*, ni fallor, veritatem ἐμμετρίαν seu *concinnitatem* esse dixit. Et Heracrus Thersiten ἀμετροεπῆ vocavit, id est *vanum ac mendacem.*

Digitized by Google

ἀποστολικῆς καὶ ἐκκλησιαστικῆς δόξης ὑπερμαχούντων, ἤδη τινὲς καὶ διὰ συγγραμμάτων τοῖς μετέπειτα προφυλακτικὰς αὐτῶν δὴ τούτων τῶν δηλωθεισῶν αἱρέσεων παρεῖχον ἐφόδους. Ὧν εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτου συγγραφέως Ἀγρίππα Κάστορος ἱκανώτατος κατὰ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. Ἐκφαίνων δ' οὖν αὐτοῦ τὰ ἀπόῤῥητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ Εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία (5), προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν καὶ Βαρκὼφ (6), καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς (7) ἑαυτῷ συστησάμενον, βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς κατάπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας· διδάσκειν τε ἀδιαφορεῖν εἰδωλοθύτων ἀπογευομένους, καὶ ἐξομνυμένους ἀπαραφυλάκτως τὴν πίστιν κατὰ τοὺς τῶν διωγμῶν καιροὺς, Πυθαγορικῶς τε τοῖς προσιοῦσιν αὐτῷ πενταετῆ σιωπὴν παρακελεύεσθαι. Καὶ ἕτερα δὲ τούτοις παραπλήσια ἀμφὶ τοῦ Βασιλείδου καταλέξας ὁ εἰρημένος, οὐκ ἀγεννῶς τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως εἰς προῦπτον ἐφώρασε τὴν πλάνην. Γράφει δὲ καὶ Εἰρηναῖος συγχρονίσαι τούτοις Καρποκράτην, ἑτέρας αἱρέσεως τῆς τῶν Γνωστικῶν ἐπικληθείσης πατέρα· οἱ καὶ τοῦ Σίμωνος, οὐχ ὡς ἐκεῖνος κρύβδην, ἀλλ' ἤδη καὶ εἰς φανερὸν, τὰς μαγείας παραδιδόναι ἠξίουν, ὡς ἐπὶ μεγάλοις δὴ μονονουχὶ σεμνυνόμενοι τοῖς κατὰ περιεργίαν πρὸς αὐτῶν ἐπιτελουμένοις φίλτροις (8), ὀνειροπομποῖς τε καὶ παρέδροις τισὶ δαίμοσι (9), καὶ ἄλλαις ὁμοιοτρόποις

A caque doctrina disertissime decertarent, nonnulli etiam assertiones suas scriptis proditas tanquam **120** remedia ad cavendas supradictas hæreses comparata, posteris reliquerunt. Ex quibus pervenit ad nos Agrippæ Castoris, scriptoris ea ætate nobilissimi, validissima adversus Basilidem confutatio, in qua hominis præstigiæ ac fraudes deteguntur. Dumque cuncta ejus arcana profert in lucem, quatuor et viginti libros in Evangelium ab illo conscriptos esse memorat, ipsumque sibi prophetas confinxisse Barcabam et Barcoph, aliosque nonnullos qui nunquam exstitissent : iisque barbara quædam nomina imposuisse, ad percellendos eorum animos, qui hujusmodi rerum admiratione capiuntur. Ait præterea illum docere, quod indifferens sit victimas
B diis immolatas degustare, et persecutionum tempore licenter fidem abnegare. Sectatoribus quoque suis Pythagoreorum more silentium quinquennii eum indicere affirmat. His aliisque similibus de Basilide recensitis, supradictus scriptor hæresis hujus errores in lucem protractos validissime coarguit. Sed et Carpocratem quemdam iisdem vixisse temporibus scribit Irenæus, alterius sectæ, quæ Gnosticorum dicitur, conditorem. Hi magicas Simonis præstigias non clam ut ille, sed palam ac publice tradendas esse censebant : et philtris arte magica curiose elaboratis, paredris quoque et somniorum immissoribus quibusdam spiritibus, aliisque hujus-

(5) *Εἰς μὲν τὸ Εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία.* Non dicit Eusebius in
C quodnam Evangelium Basilides eos libros scripserit; utrum in Evangelium Matthæi, an Marci. Ac fortasse hos viginti quatuor libros composuerat Basilides in suum ipsius Evangelium. Scripserat enim evangelium Basilides, et suo nomine prænotaverat, *τὸ κατὰ Βασιλείδην Εὐαγγέλιον*, ut testatur Origenes in *homilia* 1 *in Lucam*, Ambrosius *in proœmium B. Lucæ*, Hieronymus *præfatione in Matthæum*. Hi autem libri Basilidis ἐξηγητικοί dicebantur. Certe Clemens Alexandrinus in lib. IV *Stromateon* loca quædam affert ex lib. XXIII Basilidis *Ἐξηγητικῶν*.

(6) *Προφήτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν καὶ Βαρκώφ.* Ita quidem codex Regius. Sed in codice Maz., Med. et Fuk. scriptum est Βαρκαββᾶν cum accentu gravi in ultima. Nec aliter Nicephorus, nisi quod ultimam circumflectit. Apud Rufinum quoque, et apud Hieronymum in *Indiculo hæreseon* Barcabbas dicitur. Sic enim præferunt manuscripti
D codices Rufini. Cæterum in hos prophetas Barcabam et Barcob, Isidorus, Basilidis filius, *Expositionum libros* scripserat, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. VI *Stromateon* : Ἰσίδωρος δὲ, ὁ Βασιλείδου υἱὸς ἅμα καὶ μαθητὴς, ἐν τῷ πρώτῳ τῶν *Τοῦ προφήτου Παρχὼρ ἐξηγητικῶν*. Ubi Βαρχὼφ emendandum videtur, nisi quis existimare malit, Παρχὼρ etiam unum fuisse ex prophetis illis a Basilide confictis. Ex eorum prophetarum numero fuit etiam Cham, cujus nomine Basilides librum *Prophetiæ* contexuerat, ut ex Isidori verbis ibidem a Clemente citatis colligitur.

(7) *Καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινάς.* Frustra Christophorsonus *angelos* hic inseruit, quasi in Eusebii textu aliquid deesset. Verum Eusebius tantum de prophetis loquitur quos sibi commentus fuerat Basilides. Atque ita hunc Eusebii locum acceperunt Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Agrippa Castore loquitur, et Theodoritus in lib. I *hæreticarum Fa-*

bularum, et Nicephorus in libro quarto Recte porro Eusebius noster Basilidis hæresim principatu Adriani cœpisse dicit. Tunc enim primum hæretici ex latebris prodire et caput attollere cœperunt, cum apostolis omnibus jam exstinctis, opportunum sibi adesse tempus ad evulganda errorum suorum dogmata existimarent. Clemens certe in lib. VI *Stromateon*, de Basilide idem testatur his verbis : Κάτω δὲ περὶ τοὺς Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως χρόνους οἱ τὰς αἱρέσεις ἐπινοήσαντες γεγόνασι, καὶ μέχρι γε τῆς Ἀντωνίνου τοῦ πρεσβυτέρου διέτειναν ἡλικίας, καθάπερ ὁ Βασιλείδης.

(8) *Φίλτροις.* Amatoria vertit Rufinus, non male. Sic enim Latini vocant quæ Græci φίλτρα. Amm. Marcellinus lib. XXIX : *Immittebantur confestim, qui signatis domibus inter scrutinia supellectilis pœnis addicti, incantamenta quædam anilia, vel ludibriosa subderent amatoria.*

(9) *Παρέδροις τισὶ δαίμοσι.* Paredros spiritus Latine dixit Tertullianus in libro *De anima*, quos cum catabolicis et pythonicis spiritibus qui a Magis immittebantur, conjungit. Dicebantur autem paredri dæmones, qui hominibus assistebant, et morbos atque infortunia ab iisdem avertebant. Docet id Tertullianus in *Apologetico*, cap. 23, his verbis : *Si et somnia immittunt, habentes simul invitatorum angelorum et dæmonum assistentem sibi potestatem.* Magi quippe assistentes sibi et obsequentes dæmones habebant, qui essent ipsorum paredri; quorum ope multa miracula edebant. Sed et aliis immittebant ejusmodi spiritus, ut vel somnia eis injicerent, vel eis perpetuo ad tutelam assisterent. Priores spiritus ὀνειροπομπούς, secundos παρέδρους vocabant. Interdum etiam pueros magicis carminibus elidebant, qui deinde tanquam ex comitiali morbo excitati, consulentibus futura prædicerent. Quod per catabolicos spiritus faciebant, ut ad Tertulliani apologeticum Heraldus recte observavit. Eos catabolicos spiritus vocat Tertullianus. Ex his patet

Digitized by Google

modi maleficiis tanquam maximis ac pulcherrimis rebus gloriabantur. Consequenter etiam docebant, quicunque ad perfectionem mysteriorum, seu potius flagitiorum quæ apud ipsos agebantur, pervenire vellent, eos turpissima quæque perpetrare oportere : quippe qui mundi hujus principes ac rectores, ut ipsi vocant, aliter evitare non possent, nisi unicuique eorum debita munera per obscenissimam libidinem persolvissent. His igitur ministris usus malignus ille dæmon, primum effecit, ut ex fidelibus, quicunque ab illis decepti essent, ad miserabile exitium tanquam captivi abducerentur. Deinde gentibus a fide nostra alienis, amplam obtrectandi et calumniandi Evangelii materiam subministravit : dum ab illis primum orta infamia, ad totius Christiani nominis opprobrium diffunderetur. Atque hinc factum est, ut absurda quædam et impia de nobis opinio apud infideles tunc temporis spargeretur, quasi nefario concubitu **121** cum sororibus et matribus misceri, et exsecrandis dapibus vesci soleremus. Sed hæ dæmonis artes nequaquam in diuturnum tempus ei processere, quippe cum veritas ipsa seipsam astrueret et commendaret, progressuque temporis clarius in dies elucesceret. Et adversariorum quidem inventa a semetipsis confutata, confestim exstincta sunt : aliis super alias exorientibus sectis, cum priores assidue diffluerent, et in multiplices ac multiformes errorum species vario quæque modo evanescerent. Catholica autem Ecclesia, quæ sola vera est, semperque sui similis et constans, novis quotidie incrementis augebatur : gravitate, sinceritate, ac libertate, modestia denique et sanctitate vitæ cujusdam philosophiæque divinæ,

A τισὶν ἀγωγαῖς· τούτοις τε ἀκολούθως πάντα δρᾷν χρῆναι διδάσκειν τὰ αἰσχρουργότατα τοὺς μέλλοντας εἰς τὸ τέλειον τῆς κατ' αὐτοὺς μυσταγωγίας, ἢ καὶ μᾶλλον μυσαροποιίας ἐλεύσεσθαι, ὡς μὴ ἂν ἄλλως ἐκφευξομένους τοὺς κοσμικοὺς, ὡς ἂν ἐκεῖνοι φαῖεν, ἄρχοντας, μὴ οὐχὶ πᾶσι τὰ δι' ἀῤῥητοποιίας ἀπονείμαντας χρέα. Τούτοις δῆτα συνέβαινε διακόνοις χρώμενον τὸν ἐπιχαιρεσίκακον δαίμονα, τοὺς μὲν πρὸς αὐτῶν ἀπατωμένους οἰκτρῶς οὕτως εἰς ἀπώλειαν ἀνδραποδίζεσθαι, τοῖς δὲ ἀπίστοις ἔθνεσι πολλὴν παρέχειν κατὰ τοῦ θείου λόγου δυσφημίας περιουσίαν, τῆς ἐξ αὐτῶν φήμης εἰς τὴν τοῦ παντὸς Χριστιανῶν ἔθνους διαβολὴν καταχεομένης. Ταύτῃ δ' οὖν ἐπιπλεῖστον συνέβαινε τὴν περὶ ἡμῶν παρὰ τοῖς τότε ἀπίστοις ὑπόνοιαν δυσσεβῆ καὶ ἀτοπωτάτην διαδίδοσθαι, ὡς δὴ ἀθεμίτοις πρὸς μητέρας καὶ ἀδελφὰς μίξεσιν ἀνοσίαις τε τροφαῖς χρωμένων. Οὐκ εἰς μακρὸν γε μὴν αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει, τῆς ἀληθείας αὐτῆς ἑαυτὴν συνιστώσης, ἐπὶ μέγα τε φῶς κατὰ τὸν προϊόντα χρόνον διαλαμπούσης. Ἔσβεστο μὲν γὰρ αὐτίκα πρὸς αὐτῆς ἐνεργείας ἀπελεγχόμενα τὰ τῶν ἐχθρῶν ἐπιτεχνήματα, ἄλλων ἐπ' ἄλλαις αἱρέσεων καινοτομουμένων ὑπορρέουσῶν ἀεὶ τῶν προτέρων, καὶ εἰς πολυτρόπους καὶ πολυμόρφους ἰδέας ἄλλοτε ἄλλως φθειρομένων· προῄει δ' εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα ἡ τῆς καθόλου καὶ μόνης ἀληθοῦς Ἐκκλησίας λαμπρότης, τὸ σεμνὸν καὶ εἰλικρινὲς καὶ ἐλευθέριον, τό τε σῶφρον καὶ καθαρὸν τῆς ἐνθέου πολιτείας τε καὶ φιλοσοφίας εἰς ἅπαν γένος Ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων ἀποστίλβουσα. Συναπέσβη γοῦν ἅμα τῷ χρόνῳ (10) καὶ ἡ κατὰ παντὸς τοῦ δόγματος διαβολὴ, ἔμενε δὲ μόνη ἄρα παρὰ πᾶσι κρατοῦσα (11) καὶ ἀνομολογουμένη τὰ μάλιστα δια-

error Cl. Salmasii, qui in notis ad Spartianum, pag. 40, paredros dictos esse affirmat eos qui ex hominibus inter deos relati, facti essent assessores deorum. Quam Salmasii opinionem amplexus est Gothofredus in notis ad librum II Tertulliani *Ad nationes*. Longe rectius Turnebus in lib. XXVI *Adversariorum*, nisi quod *malos genios* interpretatur, cum tamen boni genii et ἀλεξίκακοι ita dicerentur, ut de Hephæstione scribit Lucianus. Denique paredros fere vocabant deos inferos, non autem cœlestes, quod cum a Salmasio minime observatum esset, causam erroris ei præbuit. Ita Demosthenes in oratione funebri in fine : Πῶς οὐ χρὴ τούτους εὐδαίμονας νομίζεσθαι, οὓς παρέδρους εἰκότως ἄν τις φήναι τοῖς κάτω θεοῖς εἶναι. Diodorus Siculus in lib I, pag. 45, Πρός τε τὸν Ὄσιριν καὶ τοὺς κάτω παρέδρους. Nostram sententiam confirmat etiam Rufini locus in lib. II *Historiæ*, cap. 13, in fine, ubi de Simone Mago sic dicit : *Utens adminiculo assistentis sibi et adhærentis dæmoniacæ virtutis, quam* πάρεδρον *vocant*. Et in lib. II *Recognitionum* Clementis : *Pueri*, inquit, *incorrupti et violenter necati animam juramentis ineffabilibus evocatam assistere mihi feci, et per ipsam fit omne quod jubeo*, ait Simon Magus.

(10) *Συναπέσβη γοῦν ἅμα τῷ χρόνῳ.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. deest ἅμα.

(11) *Μόνη παρὰ πᾶσι κρατοῦσα.* Hinc factum est ut Christiana religio a gentilibus tandem vocata fuerit ἡ κρατοῦσα δόξα, et Christiani κρατοῦντες dicerentur. Ita Damascius in Isidori *Vita*, pag. 1058, de Petro Mc ge cpu ens Alexandrinæ urbis

episcopo : Ὁ δὲ τῶν κρατούντων τὴν δόξαν ἐπισκοπεῖν εἰληχὼς ὄνομα Πέτρος, ἀνὴρ ἰταμὸς καὶ περιπονηρός. Id est : *Is vero qui prævalentis tunc religionis episcopus erat*, etc. Idem rursus pag. 1072, de Ammonio loquens, Ὁμολογίας τίθεται πρὸς τὴν ἐπισκοποῦντα τὸ τηνικαῦτα τὴν κρατοῦσαν δόξαν. Id est : *Paciscitur cum eo qui tunc temporis episcopus erat prævalentis sectæ*, Christianorum scilicet. Denique idem Damascius apud Suidam in voce *Σεβηριανός* · Τούτῳ, inquit, κατεπηγγέλατο Ζήνων βασιλεὺς, εἰ γένοιτο τῶν κρατούντων, τὴν μετὰ βασιλέα μεγίστην ἀρχήν. Id est : *Huic Zeno Augustus maximam ab imperatore dignitatem, præfecturam scilicet prætorii, promisit, dummodo Christianus fieret*. Sed et Porphyrius longe ante Damascium ita locutus fuerat in libro *De oraculorum philosophia*, cujus locum adduxit Eusebius in libro nono *Præparationis evangelicæ*, cap. 10, et Theodoritus in libro II *De curatione Græcanicæ superstitionis* : Χαλκόδετος γὰρ ἡ πρὸς θεοὺς ὁδὸς, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα, ἧς πολλὰς ἀτραποὺς βάρβαροι μὲν ἐξεῦρον, Ἕλληνες δὲ ἐπλανήθησαν, οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη καὶ διέφθειραν. Id est : *Via quidem quæ ducit ad deos, ære munita est et ardua atque aspera : cujus plurimas quidem calles barbari repererunt : Græci vero ab ea longius aberrarunt; qui autem nunc prævalent, prorsus corruperunt*. Scio quidem tam Eusebii quam Theodoriti interpretes vocem κρατοῦντας aliter explicasse. Sed nego alium Porphyrii sensum fuisse, quam illum quem in interpretatione mea expressi. Sic Chrysostomus in *homilia* 54 *in Matthæum*, pag. 329 : Οὐ μάστιγες, οὐ δεσμωτήρια, οὐκ ἄρχοντες, οὐ συναγωγαὶ ἐπίκεινται, ἀλλὰ

Digitized by Google

πρέπειν ἐπὶ σεμνότητι καὶ σωφροσύνῃ θείοις τε καὶ φιλοσόφοις δόγμασιν, ἡ καθ' ἡμᾶς διδασκαλία, ὡς μηδένα τῶν εἰς νῦν αἰσχρὰν ἐπιφέρειν τολμᾶν κατὰ τῆς πίστεως ἡμῶν δυσφημίαν, μηδέ τινα τοιαύτην διαβολήν, οἵαις πάλαι πρότερον φίλον ἦν χρῆσθαι τοῖς καθ' ἡμῶν ἐπισυνισταμένοις. Ὅμως δ' οὖν κατὰ τοὺς δηλουμένους αὖθις παρῆγεν εἰς μέσον ἡ ἀλήθεια πλείους ἑαυτῆς ὑπερμάχους, οὐ δι' ἀγράφων αὐτὸ μόνον ἐλέγχων, ἀλλὰ καὶ δι' ἐγγράφων ἀποδείξεων κατὰ τῶν ἀθέων αἱρέσεων στρατευομένους.

A omnium oculos non Græcorum modo, verum etiam barbarorum perstringens. Simul etiam exstincta est temporis lapsu calumnia illa, quæ universæ religioni nostræ afflicta fuerat. Mansitque tandem disciplina nostra, sola omnium consensu superior et victrix, ac præ reliquis sectis modestia, gravitate, divinæque sapientiæ præceptis excellere ab omnibus judicata: adeo ut exinde ad nostra usque tempora nemo sit ausus ullam infamiæ labem fidei nostræ aspergere, aut aliquam ejus modi calumniam inferre, qualem veteres illi nostræ religionis hostes jactare consueverant. Cæterum illis temporibus rursus veritas plures sui patronos in medium produxit, qui non solum viva voce, sed etiam scriptis disputationibus adversus impias hæreses decertarunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Τίνες ἐκκλησιαστικοὶ συγγραφεῖς (Nic. *H. E.* IV, 5).

Ἐν τούτοις ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος (12), οὗ πλείσταις ἤδη πρότερον κεχρήμεθα φωναῖς, ὡς ἂν ἐκ τῆς αὐτοῦ παραδόσεώς τινα τῶν κατὰ τοὺς ἀποστόλους παρατιθέμενοι. Ἐν πέντε δὴ οὖν συγγράμμασιν οὗτος τὴν ἁπλανῆ παράδοσιν τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος ἁπλουστάτῃ συντάξει γραφῆς ὑπομνηματισάμενος, καθ' ὃν ἐγνωρίζετο σημαίνει χρόνον, περὶ τῶν ἀρχῆθεν ἱδρυσάντων τὰ εἴδωλα οὕτω πως γράφων· « Οἷς κενοτάφια (13) καὶ ναοὺς ἐποίησαν ὡς μέχρι νῦν· ὧν ἐστι καὶ Ἀντίνοος δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος (14), ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος (15). Καὶ γὰρ καὶ πόλιν ἔκτισεν ἐπώνυμον Ἀντινόου, καὶ προφήτας (16). » Κατὰ τοῦτον

B

CAPUT VIII.

Quinam tunc fuerint ecclesiastici scriptores.

Inter quos celebris fuit Hegesippus, cujus testimonio in superioribus libris sæpissime usi fuimus, cum res apostolorum temporibus gestas ex illius fide ac relatione traderemus. Hic in quinque libris simplici admodum sermone conscriptis verissimam apostolicæ prædicationis historiam complexus, tempus ipsum quo floruit, aperte designat, cum de iis qui simulacra primum erigere cœperant, in hunc modum scribit: « Quibus cenotaphia templaque exstruxerunt, sicut nunc etiam fieri videmus. Ex quibus fuit Antinous, servus Cæsaris Adriani, **122** in cujus honorem certamen sacrum quod Antinoium vocant, nostra etiam ætate celebratur. Nam et

καὶ τουναντίον ἅπαν, ἡμεῖς ἄρχομεν καὶ κρατοῦμεν· καὶ γὰρ βασιλεῖς εὐσεβεῖς, etc. Ex his intelligendus est Juliani locus in *Misopogone*, pag. 99 : Καὶ ὁ μὲν θεὸς ἐμαρτύρησέ μου τοῖς λόγοις, ἐκλιπὼν τὸ προάστειον ὃ πολὺν ἐτήρησε χρόνον ἐν ἐκείνῃ τῇ ζάλῃ, τρέψας ἀλλαχοῦ τῶν κρατούντων τὴν διάνοιαν, καὶ τῷ χεῖρε βιασάμενος. Quæ sic interpretantur : *Meamque orationem Deus testimonio suo comprobavit, quod utinam nunquam fecisset, relicto suburbano quod tamdiu servaverat, cum eorum qui hunc temporis prævalebant, in illa tempestate ac procella mentes alio avertisset, manusque repressisset.* Tempestatem ac procellam vocat Constantiniana tempora, quibus templa deorum toto pene orbe terrarum subversa fuerant a Christianis; quorum tamen manus Apollinis Daphnæi templum effugerat.

C

(12) *Ἐγνωρίζετο Ἡγήσιππος.* Non recte, meo quidem judicio, Hegesippus confertur in tempora imperatoris Adriani. Nec locus ille Hegesippi quem hic adducit Eusebius, id evincit. Certe Hegesippus libros suos scripsit pontificatu Eleutheri, ut ipsemet testatur infra cap. 22. Æqualis igitur fuit Irenæo, qui et ipse sub Eleuthero Romanæ urbis episcopo insignes illos adversus hæreses libros edidit. Hieronymus tamen hunc Eusebii nostri locum secutus, in *Catalogo ecclesiasticorum scriptorum* Hegesippum præposuit Justino, quod utique fieri non debuit. Certe Eusebius noster in cap. 21 et 22 hujus libri, quasi priorem sententiam retractans, Hegesippum confert in tempora Marci Antonini.

D

(13) *Οἷς κενοτάφια.* Hieronymus in Catalogo sic vertit : *Tumulos etiam templaque fecerunt.* Rufinus vero sic interpretatur, *quibus templa, imo potius sepulcra fecerunt.*

(14) *Οὗ καὶ ἄγεται ἀγὼν Ἀντινόειος.* Hic agon in honorem Antinoi ab Adriano institutus, quinquennalis fuit, et Mantineæ in Arcadia celebrabatur, ut scribit Pausanias in *Arcadicis*. Male ergo Rufinus agonem annuum de suo adjecit.

(15) *Ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος.* Hæc est scriptura codicis Regii quem fere ubique secutus est Rob. Stephanus. Verum in tribus aliis, Maz., Med. et Fuk., hic locus ita legitur ac distinguitur, Οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος. Sed et in Saviliano codice et apud Nicephorum legitur γενόμενος. Quam quidem lectionem secutus videtur Rufinus; sic enim vertit : *Cui agones annui celebrantur, qui Antinoii appellantur, nostris adhuc temporibus instituti.* Certe dubitari non potest, quin hæc lectio priori sit anteferenda. Id enim probare vult Eusebius, Hegesippum floruisse temporibus Adriani. Quod quidem ex eo concludit, quod Hegesippus ipse testatur certamen Antinoium sua ætate institutum fuisse. Quod si legamus cum Regio codice ὁ καὶ ἐφ' ἡμῶν γινόμενος, tum argumentatio Eusebii non valebit. Sensus enim hic erit, certamen Antinoium adhuc ætate Hegesippi celebratum fuisse. Ex quo tantum abest ut concludi possit, Hegesippum vixisse imperante Adriano, quin potius illud consequitur, nonnisi post obitum Adriani Hegesippum libros suos composuisse. Nam si principatu Adriani scripsisset Hegesippus, non utique diceret certamen Antinoium adhuc sua ætate actum fuisse : quippe cum Adrianus sub finem imperii sui agonem illum instituerit. Cæterum has voces ἐφ' ἡμῶν γενόμενος mallem referre ad vocem Ἀντίνοος, et totum hunc locum ita construere, Ὧν ἐστι καὶ Ἀντίνοος, δοῦλος Ἀδριανοῦ Καίσαρος ἐφ' ἡμῶν γενόμενος, οὗ καὶ ἀγὼν ἄγεται Ἀντινόειος. Atque ita Hegesippi locum ab Eusebio acceptum esse pro certo habeo. Sic Justinus in *Apologetico* de hoc ipso Antinoo loquens sic ait : Καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου.

(16) *Καὶ προφήτας.* Hieronymus in *Catalogo* vertit : *Civitatemque ex ejus nomine condidit, et prophetas statuit in templo* Rufinus vero adhuc fusius : *Nam et civitatem condidit ejus nomini Antinoum, et templum ei et sacerdotes instituit ac prophetas.* Sane

Digitized by Google

urbem Antinoo cognominem Adrianus condidit, et prophetas instituit. » Eodem tempore Justinus, veræ philosophiæ amator sincerissimus, adhuc gentilium philosophorum scriptis ac sermonibus adhærescebat. Qui etiam in *Apologetico* ad imperatorem Antoninum scripto, hoc ipsum tempus designat his verbis : « Nec absurdum, inquit, videtur Antinoi qui nuperrime vixit, mentionem hic facere : quem omnes tanquam deum colere per vim ac metum instituerunt; cum quis esset et unde ortundus, probe cognitum haberent. » Idem quoque belli Judaici, quod tunc temporis gestum est, meminit his verbis : « Nam et in bello, inquit, Judaico quod nuper gestum est, Barchochebas, is qui Judaicæ defectionis auctor et signifer fuit, solos Christianos acerbissimis tormentis cruciari jussit, nisi Christum abnegarent et maledictis incesserent. » Sed et in eodem libro loquens de conversione sua a gentilium philosophia ad veri Numinis cultum, id non temere ac leviter, sed cum ratione ac judicio ab se factum esse declarat his verbis : « Nam et ego, inquit, qui Platonis doctrinam amplexus fueram, cum Christianos calumniis appeti audirem, eosque adversus mortem et cætera quæ formidabilia habentur, fortes atque intrepidos viderem, sic apud me reputabam, fieri non posse ut iidem vitiis ac voluptatibus dediti essent. Quis enim voluptatibus deditus, aut in-

A δὲ καὶ Ἰουστῖνος (17), γνήσιος τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας ἐραστής, ἔτι τοῖς παρ' Ἕλλησιν ἀσκούμενος ἐνδιέτριβε λόγοις. Σημαίνει δὲ καὶ αὐτὸς τουτονὶ τὸν χρόνον ἐν τῇ πρὸς Ἀντωνῖνον *Ἀπολογίᾳ* ὧδε γράφων· « Οὐκ ἄτοπον δὲ ἐπιμνησθῆναι ἐν τούτοις ἡγούμεθα καὶ Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου· ὃν καὶ ἅπαντες ὡς θεὸν διὰ φόβον σέβειν ὥρμηντο, ἐπιστάμενοι τίς τε ἦν καὶ πόθεν ὑπῆρχεν. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τοῦ τότε κατὰ Ἰουδαίων πολέμου μνημονεύων, ταῦτα παρατίθεται· « Καὶ γὰρ ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ (18), Βαρχωχεβᾶς ὁ τῆς Ἰουδαίων ἀποστάσεως ἀρχηγέτης, Χριστιανοὺς μόνους εἰς τιμωρίας δεινὰς, εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν, ἐκέλευεν ἄγεσθαι. » Ἐν ταὐτῷ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ τῆς Ἑλληνικῆς φιλοσοφίας ἐπὶ τὴν θεοσέβειαν μεταβολὴν
B αὐτοῦ, ὅτι μὴ ἀλόγως, μετὰ κρίσεως δ' αὐτῷ γεγόνει δηλῶν, ταῦτα γράφει· « Καὶ γὰρ αὐτὸς ἐγὼ τοῖς Πλάτωνος χαίρων διδάγμασι, διαβαλλομένους ἀκούων Χριστιανοὺς, ὁρῶν δὲ καὶ ἀφόβους πρὸς θάνατον καὶ πάντα τὰ νομιζόμενα φοβερὰ, ἐνενόουν ἀδύνατον εἶναι ἐν κακίᾳ καὶ φιληδονίᾳ ὑπάρχειν αὐτούς. Τίς γὰρ φιλήδονος ἢ ἀκρατὴς καὶ ἀνθρωπείων σαρκῶν βορὰν ἡγούμενος ἀγαθὸν, δύναιτ' ἂν θάνατον ἀσπάζεσθαι, ὅπως τῶν ἑαυτοῦ στερηθείη ἐπιθυμιῶν, ἀλλ' οὐκ ἐκ παντὸς ζῇν ἀεὶ τὴν ἐνθάδε βιοτὴν καὶ λανθάνειν τοὺς ἄρχοντας ἐπειρᾶτο, οὐχ ὅτι ἑαυτὸν κατήγγελλε φονευθησόμενον; » Ἔτι δ' ὁ αὐτὸς ἱστορεῖ δεξάμενον τὸν

in Græcis Hegesippi verbis aliquid necessario supplendum est. Nam ἔκτισε προφήτας, Græce vix dici potest. Sed meminisse debemus, Hegesippum simplici admodum et plebeio sermone scribere, ut hic etiam testatur Eusebius. Itaque Græca ejus verba interpretatione adjuvanda sunt. Frustra igitur Salmasius emendare aggressus est in notis ad *Historiam Augustam*, pag. 41. Ubi etiam quinam hic dicerentur prophetæ non intellexit. Sciendum est igitur apud Ægyptios summum sacerdotem qui reliquis sacerdotibus et pastophoris præesset, et qui templorum reditus cæteris distribueret, dictum esse prophetam. Primus enim in templo procedebat cantor, deinde horoscopus, tum scriba seu ἱερογραμματεύς, postea vestitor seu στολιστής· deinde novissimus incedebat propheta hydriam in sinu gestans, ut docet Clemens Alexandrinus in lib. VI, pag. 269. Epiphanius in libro III *Adversus hæreses*. Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις προφῆται καλούμενοι, τῶν ἀδύτων τε καὶ ἱερῶν ἀρχηγοί. Eorumdem prophetarum meminit Philostratus in libro I *De vita Apollonii*, cap. 1, et Diogenes Laertius in proœmio operis sui; Themistius in oratione 2, et Firmicus in libris *Matheseos* non semel. Clemens denique in libro I *Recognitionum*, haud procul ab initio : *Ægyptum*, inquit, *petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar; et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis.* Fuerunt etiam Idæi Jovis prophetæ in Creta, de quibus Porphyrius in libro III *De abstinentia*. Porro de prophetis Antinoi ab Adriano institutis mentio est in veteri inscriptione Græca quam citavit Casaubonus in notis ad Spartianum. Adde hic veterem inscriptionem quam refert Gruterus pag. 314, ubi Embes quidam Ægyptius προφήτης dicitur, id est sacerdos Serapidis. Quare non mirum est si Antinous ab Adriano consecratus prophetas habuit, quippe cum ab Ægyptiis præcipue coleretur. Cur autem Ægyptii prophetas vocarent antistites suos, hæc mihi causa esse videtur, quod arcana quædam sacra ac mysteria ab iis tradi crederent. Prophetæ

C enim dicuntur quasi arcanorum interpretes. Habuit certe Antinous sacra sua ac mysteria, quibus initiabantur qui vellent. Testatur id Pausanias in *Arcadicis* : Καὶ τελετή τε κατὰ ἔτος ἕκαστον, καὶ ἀγὼν ἔστιν αὐτῷ διὰ ἔτους πέμπτου. Id est : *Et mysteria quotannis, et quinto quoque anno certamina in honorem ejus celebrantur.*

(17) *Κατὰ τοῦτον δὲ καὶ Ἰουστῖνος.* Ita quidem codex Regius. Verum in Medicæo, Fuk. et Savil. legitur κατ' αὐτὸν δέ, etc. Codex autem Mazarinus scriptum habet κατὰ ταὐτὸν δέ, secunda tamen syllaba præpositionis tribus punctis superpositis notata est, quo significatur eam delendam esse. Mihi tamen valde placet ea lectio. Κατὰ ταὐτόν enim idem est ac κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ καιροῦ.

(18) *Ἐν τῷ νῦν γενομένῳ Ἰουδαϊκῷ πολέμῳ.* Male Rufinus eumque secutus Christophorsonus verterunt *In hoc quod nunc geritur bello Judaico.* In eodem quoque errore versatus est Scaliger, ut ex Eusebianis ejus Animadversionibus colligitur, pag. 298. Putavit enim τὸ *νῦν* dici non posse nisi de re admodum recenti, ne dicam præsenti. Itaque ex hac
D Justini voce necessario consequi ait, bellum Judaicum sub extrema Adriani tempora profligatum fuisse, et Justinum Antonino Pio *Apologeticum* suum obtulisse imperii ejus initio. Verum nihil necesse est ita affirmare; νῦν enim dici potest de re quæ nostra ætate facta est, idemque valet ac τὸ *καθ' ἡμᾶς*, quod Eusebius usurpare solet de rebus multo ante gestis : ut cum dicit de Porphyrio philosopho, ὁ καθ' ἡμᾶς γενόμενος. Denique ipse Justinus in hoc loco quem præ manibus habemus, de Antinoo ita loquitur : Ἀντινόου τοῦ νῦν γενομένου, id est, de Antinoo qui nostra ætate vixit. Certe Græci νῦν ponunt pro *nuper*. Ita Sophronius, qui librum Hieronymi *De scriptoribus ecclesiasticis* Græce vertit, verba illa Hieronymi cap. 2 : *Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, et a me nuper in Græcum Latinumque sermonem translatum est*, Græco dixit : Ὅπερ ἐπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν καὶ Ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μετεβλήθη.

Digitized by Google

Ἀδριανὸν παρὰ Σερεννίου Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἡγουμένου (19) γράμματα ὑπὲρ Χριστιανῶν, περιέχοντα ὡς οὐ δίκαιον εἴη ἐπὶ μηδενὶ ἐγκλήματι, βοαῖς δήμου χαριζομένους ἀκρίτως κτείνειν αὐτούς, ἀντιγράψαι Μινουκίῳ (20) Φουνδάνῳ ἀνθυπάτῳ τῆς Ἀσίας, προστάττοντα μηδένα κτείνειν ἄνευ ἐγκλήματος καὶ εὐλόγου κατηγορίας. Καὶ τῆς ἐπιστολῆς δὲ ἀντίγραφον παρατέθειται τὴν Ῥωμαϊκὴν φωνὴν ὡς εἶχε, διαφυλάξας. Προλέγει δ' αὐτῆς ταῦτα· « Καὶ ἐξ ἐπιστολῆς δὲ τοῦ μεγίστου καὶ ἐπιφανεστάτου Καίσαρος Ἀδριανοῦ τοῦ πατρὸς ὑμῶν ἔχοντες ἀπαιτεῖν ὑμᾶς καθὰ ἠξιώσαμεν κελεῦσαι τὰς κρίσεις γίνεσθαι, τοῦτο οὐχ ὡς ὑπὸ Ἀδριανοῦ κελευσθὲν μᾶλλον ἠξιώσαμεν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δικαίαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν (21). Ὑπετάξαμεν δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Ἀδριανοῦ τὸ ἀντίγραφον, ἵνα καὶ τοῦτο ἀληθεύειν ἡμᾶς γνωρίζητε. Καὶ ἔστι τόδε. » Τούτοις ὁ μὲν δηλωθεὶς ἀνὴρ αὐτὴν παρατέθειται τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφὴν (22), ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικὸν κατὰ δύναμιν αὐτὴν μετειλήφαμεν (23), ἔχουσαν ὧδε.

temperans, et humanis carnibus vesci pro deliciis habens, mortem ipsam possit libenter amplecti, quæ suas ipsi cupiditates ereptura sit, ac non potius omnibus modis contendat, ut in hac vita perpetuo degat et magistratus ipsos lateat, nedum se ipse necandum ultro prodat ac deferat? » Refert præterea idem Justinus, imperatorem Adrianum acceptis a viro clarissimo Serenio Graniano proconsule litteris, quibus monebat iniquum videri, Christianos nullo objecto crimine, tumultuosis vulgi clamoribus gratificandi studio, indicta causa occidere; rescripsisse Minucio Fundano Asiæ proconsuli, ne quis posthac sine objectu criminis et legitima accusatione condemnaretur. Cujus epistolæ exemplum, Latino, ut erat, sermone conscriptum, ibidem affert Justinus, præmissis interim his verbis: « Ac nos quidem, inquit, tametsi ex epistola **123** maximi et nobilissimi Cæsaris Adriani parentis vestri jure postulare a vobis poteramus, ut judicia de Christianis fieri ex ea formula quam poscebamus, juberetis; id tamen non tam idcirco postulavimus quod ab Adriano ita constitutum esset, quam propterea quod petitionem nostram justissimam esse intelligimus. Atque ut in eo quoque verum a nobis dici perspiciatis, exemplum epistolæ Adriani subjecimus, quod est hujusmodi. » Post hæc idem Justinus ipsum exemplar epistolæ Latino sermone scriptum subjungit: quod nos, prout potuimus, Græce interpretati sumus hoc modo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ἐπιστολὴ Ἀδριανοῦ ὑπὲρ τοῦ μὴ δεῖν ἀκρίτως ἡμᾶς ἐλαύνειν (Nic. *H. E.* III, 27).

« Μινουκίῳ Φουνδάνῳ. Ἐπιστολὴν ἐδεξάμην γραφεῖσάν μοι ἀπὸ Σερεννίου (24) Γρανιανοῦ λαμπροτάτου ἀνδρός, ὄντινα σὺ διεδέξω. Οὐ δοκεῖ μοι οὖν τὸ πρᾶγμα ἀζήτητον καταλιπεῖν, ἵνα μή τε οἱ ἄνθρωποι ταράττωνται, καὶ τοῖς συκοφάνταις χορηγία κακουργίας παρασχεθῇ. Εἰ οὖν σαφῶς εἰς ταύτην τὴν ἀξίωσιν οἱ ἐπαρχιῶται δύνανται διϊσχυρίζεσθαι κατὰ τῶν Χριστιανῶν, ὡς καὶ πρὸ βήματος ἀποκρίνασθαι, ἐπὶ τοῦτο μόνον τραπῶσιν, ἀλλ' οὐκ ἀξιώσεσιν (25),

CAPUT IX.

Epistola Adriani, ne quis Christianorum indicta causa puniatur.

« Ælius Adrianus Aug. Minucio Fundano procos. salutem. Accepi litteras ad me scriptas a Serenio Graniano V. cl., decessore tuo. Nec sane mihi videtur res ista absque diligenti inquisitione præteunda, ne forte et Christiani homines turbentur, et delatoribus calumniandi occasio præbeatur. Igitur si provinciales palam adesse possunt petitionibus suis adversus Christianos, ita ut pro tribunali respondeant, in id unum incumbant, nec petitioni-

(19) *Λαμπροτάτου ἡγουμένου.* Hieronymus in *Chronico* eunique secutus Orosius *legatum* interpretatur et *virum apprime nobilem*. Christophorsonus vero *præfectum illustrissimum* vertit, graviori adhuc errore. Nam cum ex epistola ipsius Adriani quæ infra subjicitur, constet Serennium Granianum decessorem fuisse Minucii Fundani, ipsum vero Minucium proconsulem Asiæ fuisse diserte testetur Justinus: necessario conficitur Granianum proconsulem Asiæ exstitisse. Ac profecto miror, hunc Hieronymi errorem a Scaligero non esse observatum. At Rufinus, æmulus Hieronymi, longe profecto rectius; sic enim vertit: *Susceptis a Serenio Graniano clarissimo viro præside litteris*, etc. *Præses* enim vox generalis est, quæ tam de proconsule quam de legato Cæsaris dici potest. Porro *Serenium* malim scribere cum Rufino et Hieronymo, quam *Serennium*. Quanquam optimus et antiquissimus codex Rufini diserte scriptum habet *Serennio*.

(20) *Ἀντιγράψαι Μινουκίῳ.* Quæri non immerito potest cur Adrianus ipsi Graniano a quo litteras acceperat, non responderit, sed epistolam suam miserit ad Minucium Fundanum successorem Graniani. Equidem hanc ejus rei causam fuisse opinor, quod Granianus post litteras missas ad imp. Adrianum, aut extremum diem obierat, aut ex magistratu decesserat. Proconsules enim annui erant.

(21) *Δικαίαν ἀξιοῦν τὴν προσφώνησιν.* In secundo, ut vulgo scribitur, Justini *Apologetico*, pag. 99, hic locus ita legitur: Ἀλλ' ἐκ τοῦ ἐπίστασθαι δίκαια ἀξιοῦν, τὴν προσφώνησιν καὶ ἐξήγησιν πεποιήμεθα. Quam lectionem equidem meliorem puto.

(22) *Τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀντιγραφήν.* In codice Regio legitur ἐπιστολήν, quod idem est. Ἀντιγραφή ad verbum est *rescriptum*; aliud est ἀντίγραφον, *exemplum* scilicet epistolæ seu rescripti.

(23) *Ἡμεῖς δ' ἐπὶ τὸ Ἑλληνικόν.* In codice Maz. et Med. scriptum est, ἡμεῖς δ' εἰς τὸ Ἑλληνικόν, etc., atque ita codex Fuketianus.

(24) *Ἀπὸ Σερεννίου.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuketiano, scriptum est Σερινίου.

(25) *Οὐκ ἀξιώσεσιν.* Intelligit acclamationes illas quæ a populo fieri solebant in theatris: *Christianos ad leonem*, ut testatur Tertullianus. Interdumque eveniebat, ut proconsules et præsides tumultuosis hujusmodi acclamationibus, licet inviti, cedere cogerentur. Quare merito imperator Adrianus monet Fundanum proconsulem, ne hujusmodi postulationibus ad persecutionem ac cædes Christianorum sese adduci patiatur. Porro vetus hæc fuit consuetudo in imperio Romano, ut plebs tum in

Digitized by Google

bus solisque clamoribus utantur. Etenim multo justius fuerit cognoscere te, si quis accusare voluerit. Quod si quis eos detulerit, probaveritque contra leges quidquam agere, tu pro gravitate delicti in eos statue. Sin mehercule calumniæ causa istud intenderit, operam dabis ut pro gravitate criminis in illum animadvertas. » Et hæc quidem de rescripto Adriani.

CAPUT X.

Qui Romæ et Alexandriæ episcopi fuerint imperante Antonino.

Cæterum Adriano vita perfuncto cum unum et viginti annos imperasset, Antoninus, cognomento Pius, administrationem imperii suscepit. Hujus anno primo, cum Telesphorus migrasset e vita anno sui episcopatus undecimo, pontificatum Romanæ urbis sortitus est Hyginus. Porro Telesphorum scribit **124** Irenæus illustri martyrio vitam finiisse. Quo loco etiam docet supra memorati Hygini temporibus, Valentinum propriæ sectæ conditorem, et Cerdonem erroris Marcionitarum auctorem, Romæ ambos floruisse. Verba ejus hæc sunt.

CAPUT XI.

De his qui eodem tempore sectarum auctores fuerunt.

« Nam Valentinus, inquit, Romam venit pontificatu Hygini. Viguit autem temporibus Pii, qui ad Anicetum usque permansit. Cerdon vero, qui Marcionem antecessit, ipse quoque pontificatu Hygini qui nonus fuit episcopus, cum ad Ecclesiam venisset, et errorem suum confessus esset, ita deinceps perseveravit : interdum occulte docens, interdum rursus confitens errorem : nonnunquam convictus impiæ doctrinæ, eoque nomine a fratrum conventu remotus. » Hæc Irenæus in tertio *Adversus hæreses* libro. In primo autem hæc rursus de Cerdone dicit : « Cerdon autem quidem ex Simonis disciplina profectus, cum Romam venisset pontificatu Hygini, qui in urbe, tum in provinciis, quoties ad publica spectacula convenerat, quidquid libitum erat, vel a præside, vel ab imperatore junctis vocibus postularet. Cujus rei sexcenta occurrunt exempla apud *Augustæ Historiæ* scriptores.

(26) Ὃς ἦν ἕνατος ἐπίσκοπος. Locus Irenæi exstat in lib. III, c. 4, ubi vetus interpres legisse videtur ὄγδοος. Quæ lectio magis convenit Irenæo, ut patet ex c. 3 ejusdem libri, ubi Romanos pontifices enumerans Irenæus, octavum ab apostolis Hyginum recenset. Hic tamen error antiquissimus est. Nam et in lib. I Irenæi, cap. 28, ἕνατος scribitur, et apud Epiphanium in hæresi Cerdonianorum, et in epistola Cypriani ad Pompeium. Qui locus Cypriani quia ex Irenæo versus videtur, non est hic omittendus : *Cujus magister Cerdon sub Hygino tunc episcopo, qui in urbe nonus fuit, Romam venit.*

(27) *Λαθροδιδασκαλῶν.* In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum est λαθροδιδάσκων. Nicephorus tamen et Regius codex vulgatam lectionem tuentur.

(28) *Ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος.* Notanda sunt imprimis hæc Irenæi verba de Cerdone hæretico : quem post confessionem hæreseos in Ecclesiam admissum fuisse dicit ab Hygino Romano pontifice, ac deinceps in urbe Roma mansisse ; nunc occulte doctrinam suam spargentem, nunc rursus confitentem errorem suum, nunc convictum pravæ hæreticæque doctrinæ, eoque nomine ab Ecclesiæ segregatum. Ex quibus colligere licet, in hæreseos crimine secundæ confessioni locum fuisse ; et hæreticos qui post confessionem et abdicationem erroris sui ad pristinum dogma iterum rediissent, quos nunc *relapsos* vocamus, tunc temporis ad secundam confessionem et pœnitentiam admissos fuisse. Tandem vero Cerdo, convictus quod post toties iteratam exomologesim, pestiferum virus erroris sui occulte spargeret, penitus se ab Ecclesia removit. Id enim sonant Irenæi verba quæ Rufinus et Christophorsonus perperam meo judicio interpretati sunt. Neque enim Cerdonem ex Ecclesia ejectum fuisse dicit Irenæus, sed ipsum se ab Ecclesia penitus segregasse. Ex quo apparet Cerdonem suo ipsius judicio condemnatum, prævenisse Ecclesiæ sententiam.

(29) Ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας. In codice Maz. et Fuk. scriptum est συνωδίας· vulgatam tamen scripturam confirmat vetus interpres Irenæi, qui hunc locum ita vertit lib. III, cap. 4 : *et abstentus est a religiosorum hominum conventu.*

A οὐδὲ μόναις βοαῖς. Πολλῷ γὰρ μᾶλλον προσῆκεν εἴ τις κατηγορεῖν βούλοιτο, τοῦτό σε διαγινώσκειν. Εἴ τις οὖν κατηγορεῖ καὶ δείκνυσί τι παρὰ τοὺς νόμους πράττοντας, οὕτως ὅριζε κατὰ τὴν δύναμιν τοῦ ἁμαρτήματος· ὡς, μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ τις συκοφαντίας χάριν τοῦτο προτείνοι, διαλάμβανε ὑπὲρ τῆς δεινότητος, καὶ φρόντιζε ὅπως ἂν ἐκδικήσειας. » Καὶ τὰ μὲν τῆς Ἀδριανοῦ ἀντιγραφῆς τοιαῦτα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Τίνες ἐπὶ τῆς Ἀντωνίνου βασιλείας ἐπίσκοποι Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων γεγόνασι (Nic. *H. E.* III, 25).

Τούτου δὲ τὸ χρεὼν μετὰ πρῶτον καὶ εἰκοστὸν ἔτος ἐκτίσαντος, Ἀντωνῖνος ὁ κληθεὶς Εὐσεβὴς τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν διαδέχεται. Τούτου δὲ ἐν ἔτει πρώτῳ Τελεσφόρου τὸν βίον ἐνδεκάτῳ τῆς λειτουργίας B ἐνιαυτῷ μεταλλάξαντος, Ὑγῖνος τὸν κλῆρον τῆς Ῥωμαίων ἐπισκοπῆς παραλαμβάνει. Ἱστορεῖ γε μὴν ὁ Εἰρηναῖος τὸν Τελεσφόρον μαρτυρίῳ τὴν τελευτὴν διαπρέψαι, δηλῶν ἐν ταὐτῷ κατὰ τὸν δηλούμενον Ῥωμαίων ἐπίσκοπον Ὑγῖνον, Οὐαλεντῖνον ἰδίας αἱρέσεως εἰσηγητὴν, καὶ Κέρδωνα τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης ἀρχηγὸν, ἐπὶ τῆς Ῥώμης ἄμφω γνωρίζεσθαι. Γράφει δὲ οὕτως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς αἱρεσιαρχῶν (Nic. *H. E.* III, 4).

« Οὐαλεντῖνος μὲν γὰρ ἦλθεν εἰς Ῥώμην ἐπὶ Ὑγίνου, ἤκμασε δὲ ἐπὶ Πίου, καὶ παρέμεινεν ἕως Ἀνικήτου. Κέρδων δὲ ὁ πρὸ Μαρκίωνος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ Ὑγίνου ὃς ἦν ἕνατος ἐπίσκοπος (26), εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐλθὼν καὶ ἐξομολογούμενος, οὕτω διετέλεσε, C ποτὲ μὲν λαθροδιδασκαλῶν (27), ποτὲ δὲ πάλιν ἐξομολογούμενος (28), ποτὲ δὲ ἐλεγχόμενος ἐφ' οἷς ἐδίδασκε κακῶς, καὶ ἀφιστάμενος τῆς τῶν ἀδελφῶν συνοδίας (29). » Ταῦτα δέ φησιν ἐν τρίτῳ τῶν *Πρὸς τὰς αἱρέσεις*. Ἔν γε μὴν τῷ πρώτῳ αὖθις περὶ τοῦ Κέρδωνος ταῦτα διέξεισι· « Κέρδων δέ τις ἀπὸ τῶν περὶ τὸν Σίμωνα τὰς ἀφορμὰς λαβὼν, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ὑγίνου ἕνατον κλῆρον τῆς

Digitized by Google

ἐπισκοπικῆς διαδοχῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἔχοντος, ἐδίδαξε τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ προφητῶν κεκηρυγμένον θεὸν μὴ εἶναι Πατέρα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· τὸν μὲν γὰρ γνωρίζεσθαι, τὸν δὲ ἀγνῶτα εἶναι· καὶ τὸν μὲν δίκαιον, τὸν δὲ ἀγαθὸν ὑπάρχειν. Διαδεξάμενος δὲ αὐτὸν Μαρκίων ὁ Ποντικός, ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον (30), ἀπηρυθριασμένως βλασφημῶν (31). » Ὁ δὲ αὐτὸς Εἰρηναῖος τὸν ἄπειρον βυθὸν τῆς Οὐαλεντίνου πολυπλανοῦς ὕλης εὐτονώτατα διαπλώσας (32), ἑρπετοῦ δίκην φωλεύοντος ἀπόκρυφον οὖσαν αὐτοῦ καὶ λεληθυῖαν ἀπογυμνοῖ τὴν κακίαν. Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλον τινὰ, Μάρκος αὐτῷ ὄνομα, κατ' αὐτοὺς γενέσθαι λέγει μαγικῆς κυδείας ἐμπειρότατον. Γράφει δὲ καὶ τὰς ἀτελέστους αὐτῶν τελετὰς, μυσαράς τε μυσταγωγίας ἐμφαίνων, αὐτοῖς δὴ τούτοις τοῖς γράμμασιν· « Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν νυμφῶνα κατασκευάζουσι, καὶ μυσταγωγίαν ἐπιτελοῦσι μετ' ἐπιῤῥήσεών τινων τοῖς τελουμένοις, καὶ πνευματικὸν γάμον φάσκουσιν εἶναι τὸ ὑπ' αὐτῶν γινόμενον, κατὰ τὴν ὁμοιότητα τῶν ἄνω συζυγιῶν. Οἱ δὲ ἄγουσιν ἐφ' ὕδωρ, καὶ βαπτίζοντες, οὕτως ἐπιλέγουσιν· Εἰς ὄνομα ἀγνώστου Πατρὸς τῶν ὅλων, εἰς Ἀλήθειαν μητέρα τῶν πάντων, εἰς τὸν κατελθόντα εἰς τὸν Ἰησοῦν. Ἄλλοι δὲ Ἑβραϊκὰ ὀνόματα ἐπιλέγουσι πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι (33) τοὺς τελουμένους. » Ἀλλὰ γὰρ μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος (34) Ὑγίνου τελευτήσαντος, Πίος ἐπὶ Ῥώμης ἐχειρίζεται τὴν λειτουργίαν. Κατά γε μὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν Μάρκος ἀναδείκνυται ποιμὴν, Εὐμενοῦς ἔτη τὰ πάντα δέκα πρὸς τρισὶν ἐκπλήσαντος. Τοῦ τε Μάρκου ἐπὶ δέκα ἔτη τῆς λειτουργίας ἀναπαυσαμένου, Κελαδίων τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Καὶ κατὰ τὴν Ῥωμαίων δὲ πόλιν πεντεκαιδεκάτῳ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνιαυτῷ Πίου μεταλλάξαντος, Ἀνίκητος τῶν ἐκεῖσε προέστηται. Καθ' ὃν Ἡγήσιππος ἱστορεῖ ἑαυτὸν ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ, παραμεῖναί τε αὐτόθι μέχρι τῆς ἐπισκοπῆς Ἐλευθέρου. Μάλιστα δὲ ἤκμαζεν ἐπὶ τῶνδε Ἰουστῖνος, ἐν φιλοσόφου σχήματι πρεσβεύων τὸν θεῖον λόγον, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐναγωνιζόμενος συγγράμμασιν. Ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρ-

episcopali sede nonus apostolorum successor fuit, docuit, Deum quem lex et prophetæ prædicaverunt, Patrem non esse Domini nostri Jesu Christi. Hunc enim cognosci, illum vero ignotum esse : et hunc quidem justum exsistere, illum autem bonum. Huic deinde succedens Marcion, natione Ponticus, scholam latius propagavit, impudentissime blasphemans. » Idem porro Irenæus postquam immensam voraginem materiæ illius variis erroribus involutæ quam Valentinus invexerat, uberrime explicuit, occultam ac latentem illius fraudem tanquam abditi serpentis denudat. Alium præterea quemdam nomine Marcum eodem tempore exstitisse scribit, magicarum præstigiarum peritissimum. Sed et profanas eorum hominum initiationes, et abominanda mysteria declarat his verbis : « Quidam enim eorum thalamum nuptialem construunt, et mysterium peragunt, verba nescio quæ super his qui initiantur, concipientes, easque spiritales nuptias esse affirmant, ad formam et exemplum cœlestium conjugiorum. Alii vero initiandos adducunt ad lavacrum, et mergentes, hæc proferunt verba : In nomine ignoti omnium Patris, in Veritate omnium matre, in eo qui descendit **125** in Jesum. Alii rursus Hebraica quædam pronuntiant nomina, ut majorem initiandis pavorem incutiant. » Sed Hygino post quartum episcopatus annum mortuo, Romanæ Ecclesiæ sacerdotium suscepit Pius. Alexandriæ vero cum Eumenes tredecim annos explesset, Marcus in ejus locum antistes designatus est. Quo deinde post decem pontificatus annos mortuo, Alexandrinæ Ecclesiæ administrationem Celadion accepit. At Romæ cum Pius anno episcopatus sui quinto decimo vitam cum morte commutasset, Anicetus Ecclesiæ illius Antistes factus est. Hujus temporibus se in urbem Romam venisse scribit Hegesippus, ibidemque ad Eleutheri usque episcopatum continuo permansisse. Eadem tempestate præ cæteris omnibus florebat Justinus, sub habitu philosophi verbum Dei prædicans, et scriptis voluminibus pro fide nostra propugnans. Qui in libro *adversus Marcionem* eum adhuc super-

(30) *Ηὔξησε τὸ διδασκαλεῖον.* In codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni διδασκάλειον, non in hoc solum loco, sed ubicunque id nomen occurrit.

(31) *Βλασφημῶν.* Religio fuit Christophorsono, vocem hanc quam ecclesiastici scriptores jamdudum Latinam fecerunt, usurpare. Vertit itaque *convicia jactans*, male omnino; melius vertisset, *impie loquens*. Sic Domitianus apud Suetonium dicit : *Impie locutus est Parmularius*. Nos tamen, Rufinum secuti, vertimus *blasphemare*. Neque enim refugienda sunt hæc verba, quæ tot sæculorum usus consecravit. Alioqui *Ecclesiæ* et *apostolorum* et *episcopi* et *catholici* vitanda erunt vocabula : et longa verborum serie obscuranda erit oratio, ne dictionis unius prorsus necessariæ asperitate lædatur. Cyprianus certe in dicta ad Pompeium epistola, cum hunc Irenæi locum suppresso auctoris nomine describeret, verbo *blasphemare* uti non recusavit. Sic enim ait : *Quem Marcion secutus, additis ad crimen augmentis, impudentius cæteris et abruptius in Deum Patrem Creatorem blasphemare instituit.*

(32) *Εὐτονώτατα διαπλώσας.* Nicephorus in lib. IV, cap. 3, habet διαπλεύσας, quod non probo. Scio quidem a poetis διαπλώσας dici pro διαπλεύσας· sed hic non videtur convenire. Quare malui vertere hoc loco *explicare*, eo sensu quo Eusebius in posterioribus libris dicit, ἤπλωτο τὰ γράμματα, *proposita sunt edicta.*

(33) *Πρὸς τὸ μᾶλλον καταπλήξασθαι.* Nostri codices Maz., ac Med. cum Fuk. et Savil. scriptum habent καταπλῆξαι. Atque ita legisse videtur vetus interpres Irenæi in cap. 18 libri primi. Sic enim vertit, *ut stupori sint vel perterreant eos qui sacrantur.*

(34) *Μετὰ τέταρτον τῆς ἐπισκοπῆς ἔτος.* Rufinus legisse videtur κατὰ τέταρτον. Sic enim vertit : *Quarto autem episcopatus sui anno cum decessisset Hyginus, Romanæ Ecclesiæ sacerdotium Pius suscepit.* Porro nomen Pii qui successit Hygino, in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. non circumflectitur, sed acuitur in prima syllaba. Idque rectius puto.

Digitized by Google

stitem fuisse dum scriberet, testatur his verbis: «Præterea, inquit, Marcionem quemdam Ponticum novimus, qui etiamnum superest, docetque discipulos suos alium quemdam invocare Deum majorem mundi hujus Conditore. Qui quidem dæmonum adjutus auxilio, plurimos mortales per universum orbem in duxit ut impie loquerentur, negarentque universi ificem patrem esse Christi: alium vero quemdam longe illo præstantiorem, hoc universum condidisse affirmarent. Omnes tamen eorum sectatores, Christiani, ut diximus, appellantur; eodem modo quo philosophis, tametsi diversæ sint sectæ ac sententiæ, commune nihilominus ex philosophia nomen est inditum.» Paucis deinde interjectis hæc subjungit: «Est etiam, inquit, liber a nobis compositus adversus omnes quæ unquam fuerunt hæreses: quem librum vobis, si ita videbitur, legendum trademus. Idem porro Justinus, præter opuscula quæ adversus gentiles doctissime elaboravit, alios etiam libros, qui fidei nostræ defensionem continent, imperatori Antonino cognomento Pio, et senatui Romano nuncupavit. Ipse enim in urbe Roma domicilium habebat. Cæterum in *Apologetico*, ipse de se quisnam esset et unde oriundus, declarat his verbis.

126 CAPUT XII.

De Justini Apologetico ad Antoninum.

«Imperatori Tito Ælio Adriano Antonino Pio Cæsari Augusto, et Verissimo filio Philosopho, et Lucio Philosophi quidem Cæsaris naturali filio, Pii autem adoptivo, doctrinæ amatori: senatui quo-

κίωνος (35) σύγγραμμα, μνημονεύει ὡς καθ' ὃν συνέταττε καιρὸν γνωριζομένου τῷ βίῳ τάνδρός. Φησὶ δὲ οὕτως· «Μαρκίωνα δέ τινα Ποντικὸν, ὃς καὶ νῦν ἔτι ἐστὶ διδάσκων τοὺς πειθομένους, ἄλλον τινὰ εἶναι νομίζειν μείζω τοῦ Δημιουργοῦ Θεόν, ὃς καὶ κατὰ πᾶν γένος ἀνθρώπων διὰ τῆς τῶν δαιμόνων συλλήψεως, πολλοὺς πέπεικε βλάσφημα λέγειν, καὶ ἀρνεῖσθαι τὸν Ποιητὴν τοῦδε τοῦ παντὸς πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ (36), ἄλλον δέ τινα ὡς ὄντα μείζονα παρὰ τοῦτον ὁμολογεῖν πεποιηκέναι. Καὶ πάντες οἱ ἀπὸ τούτων ὁρμημένοι, ὡς ἔφαμεν, Χριστιανοὶ καλοῦνται· ὃν τρόπον καὶ οὐ κοινῶν ὄντων δογμάτων τοῖς φιλοσόφοις, τὸ ἐπικαλούμενον ὄνομα τῆς φιλοσοφίας κοινόν ἐστι.» Τούτοις ἐπιφέρει λέγων· «Ἔστι δὲ ἡμῖν καὶ σύνταγμα κατὰ πασῶν τῶν γεγενημένων αἱρέσεων, ᾧ εἰ βούλεσθε ἐντυχεῖν, δώσομεν.» Ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος Ἰουστῖνος καὶ πρὸς Ἕλληνας ἱκανώτατα πονήσας καὶ ἑτέρους λόγους ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν ἔχοντας βασιλεῖ Ἀντωνίνῳ τῷ δὴ ἐπικληθέντι Εὐσεβεῖ, καὶ τῇ Ῥωμαίων συγκλήτῳ βουλῇ προσφωνεῖ. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῆς Ῥώμης τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἐμφαίνει δὲ ἑαυτὸν ὅστις καὶ πόθεν ἦν, διὰ τῆς ἀπολογίας ἐν τούτοις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῆς Ἰουστίνου πρὸς Ἀντωνῖνον ἀπολογίας (Nic. *H. E.* III, 26. 32).

«Αὐτοκράτορι Τίτῳ Αἰλίῳ Ἀδριανῷ Ἀντωνίνῳ Εὐσεβεῖ Καίσαρι Σεβαστῷ, καὶ Οὐηρισσίμῳ υἱῷ φιλοσόφῳ, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφου Καίσαρος (37) φύσει υἱῷ (38), καὶ Εὐσεβοῦς εἰσποιητῷ, ἐραστῇ παιδείας,

(35) *Ὃς δὴ καὶ γράψας κατὰ Μαρκίωνος.* Memoriæ vitio hic lapsus videtur Eusebius noster, qui Justini verba quæ infra citantur, desumpta esse putavit ex ejus libro *adversus Marcionem*. Atqui desumpta sunt ex secundo Justini *Apologetico*, pag. 70 editionis Parisiensis. Nicephorus in lib. IV, cap. 6, ubi omnes Justini libros recenset, mentionem facit libri *contra Marcionem*, ex eoque citat hunc locum quem hic adducit Eusebius; sed animadvertere debuerat Nicephorus, Eusebium memoriæ vitio lapsum fuisse. Neque enim verum est, quod Langus interpres Nicephori excogitavit, Justinum eadem verba usurpasse in duobus libris, id est, in *Apologetico* et in libro *contra Marcionem*. Eusebius quidem infra cap. 17, ubi omnes Justini libros enumerat, illius *contra Marcionem* libri mentionem facit. Potest tamen excusari Eusebius. Id enim solum dicit, Justinum scripsisse librum *contra Marcionem*, ejusque mentionem facere tanquam hominis qui adhuc vitam agebat dum ipse scriberet. Atque hæc duo probat Eusebius ex Justini loco qui est in *Apologetico* II. Ita prorsus explicandus est hic Eusebii locus qui in eo solum peccavit, quod obscurius locutus est. Unde ansam erroris præbuit Nicephoro.

(36) *Πατέρα εἶναι τοῦ Χριστοῦ.* Hæc verba desunt in vulgatis Justini codicibus, et superflua videntur. Duos enim Marcion inducebat deos, alterum opificem, a quo hic mundus fabricatus fuisset; alterum majorem, qui majora ac præstantiora condidisset; et hunc quidem confiteri nos debere, illum autem negandum esse aiebat. Hic est verborum Justini sensus, cui consentit Epiphanius in hæresi Marcionitarum, et Theodoritus in lib. I *Hæreticarum fabularum*. Itaque scribendum est apud Eusebium, ἄλλον δέ τινα ὡς ὄντα μείζονα, τὰ μείζονα παρὰ τούτων, etc., ut legitur in Justino. Quippe Marcion summum illum Deum Patrem Christi esse dicebat; Christum vero e cœlo descendisse, ut mundi hujus opificem, quem Judæorum Deum appellabat Marcion, coargueret, ut scribit Epiphanius.

(37) *Λουκίῳ φιλοσόφου Καίσαρος.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savilian. scribitur φιλοσόφῳ, prout etiam in vulgatis Justini editionibus habetur. Sed nihilominus recipienda est altera lectio, quam confirmat Rufinus et Nicephorus. Nam Rufini codices manuscripti hunc locum ita exhibent, *et Lucio Philosophi Cæsaris proprio filio*. Justinus quoque in priore *Apologia* hanc lectionem confirmat, cum ait: Οὐ πρέποντα εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφου Καίσαρος παιδί, qui locus, ut obiter moneam, mancus videtur et mutilus, nisi suppleatur hoc modo: αὐτοκράτορι, οὐδὲ Καίσαρι φιλοσόφῳ, οὐδὲ φιλοσόφου, etc.

(38) *Καίσαρος φύσει υἱῷ.* Lucius naturalis erat filius Ælii Veri Cæsaris quem Adrianus adoptaverat. Quo mortuo, cum Adrianus Antonium Pium adoptaret, eam legem adoptioni imposuit, ut Pius Marcum et Lucium sibi filios adoptaret, ut scribunt Spartianus et Capitolinus. Alii tamen Lucium a Marco adoptatum esse dicunt, ut refert Capitolinus in *Marci Vita*. Quare in his Justini verbis Cæsarem Philosophum non alium intelligere possumus quam Ælium Verum, eum qui ab Adriano est adoptatus. Ait enim Justinus Lucium natura quidem fuisse filium Cæsaris Philosophi, adoptivum vero Antonini Pii. Atqui constat Lucium Ælii Veri naturalem ac proprium filium fuisse. Igitur Philo-

Digitized by Google

ἱερᾷ τε συγκλήτῳ καὶ παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων, ὑπὲρ A
τῶν ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων ἀδίκως μισουμένων
καὶ ἐπηρεαζομένων, Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βαχ-
χείου (39), τῶν ἀπὸ Φλαυίας Νέας πόλεως (40) Συ-
ρίας τῆς Παλαιστίνης, εἷς αὐτῶν ὤν, τὴν προσφώνη-
σιν καὶ ἔντευξιν (41) ποιοῦμαι. » Ἐντευχθεὶς δὲ
καὶ ὑφ' ἑτέρων ὁ αὐτὸς βασιλεὺς ἐπὶ τῆς Ἀσίας
ἀδελφῶν, παντοίαις ὕβρεσι πρὸς τῶν ἐπιχωρίων δή-
μων καταπονουμένων, τοιαύτης ἠξίωσε τὸ κοινὸν
τῆς Ἀσίας διατάξεως.

que et populo Romano, pro viris ubique terrarum injusto odio laborantibus, et calumnia appetitis, Justinus Prisci filius, Bacchii nepos, oriundus Flavia Neapoli urbe Syriæ Palæstinæ, unus ex illorum numero, allocutionem et petitionem defero. » Interpellatus quoque idem imperator ab aliis fratribus in Asia commorantibus, qui omni injuriarum genere vexabantur a provincialibus, ad commune Asiæ hujusmodi constitutionem misit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ἀντωνίνου πρὸς τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας ἐπιστολὴ περὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου (Nic. *H. E.* III, 28).

« Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ (42) Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντω-
νῖνος (43) Σεβαστὸς, Ἀρμένιος, ἀρχιερεὺς μέγι-
στος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ πέμπτον καὶ δέκατον, B
ὕπατος τὸ τρίτον, τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας (44) χαίρειν.

CAPUT XIII.

Epistola Antonini ad commune Asiæ de religione nostra.

« Imperator Cæsar M. Aurelius Antoninus Aug. Armeniacus, Pontifex Maximus, tribunitiæ potestatis XV, consul III, communi Asiæ salutem. Equidem scio diis ipsis curæ esse, ne hujusmodi homines la-

sophi Cæsaris nomine, non alius intelligi potest quam Ælius Verus. Nam si eo nomine Marcum intelligamus, tum dicendum erit falli Justinum, qui Lucium naturalem Marci filium fuisse crediderit, cum tamen Lucius non natura, sed adoptione tantum Marci filius esse potuerit. Quis autem credat, tantum errorem a Justino admitti potuisse. Satius est ergo, in hoc Justini loco Philosophi Cæsaris nomine Ælium Verum intelligere. Verum duo sunt, quæ huic interpretationi videntur repugnare. Primum est quod cognomen Philosophi nullatenus convenire potest Ælio Vero. Fuit quidem Ælius Verus, is qui ab Adriano est adoptatus, eruditus in litteris, et poeticæ inprimis studiosus, ut in ejus Vita tradit Capitolinus, sed philosophiæ dedium fuisse nemo veterum prodidit. Moribus certe C
fuit longe alienis a studio ac professione philosophiæ. Deinde si Justinus Ælium Verum hic designare voluisset, cur ejus nomen reticuisset? Neque enim Philosophi Cæsaris appellatio sufficere videtur ad designandum Ælium Verum, cum præsertim hæc appellatio communis sit etiam Marco. Ex his difficultatibus facile nos expedire possumus, si hunc Justini locum ita legamus, prout exhibent scripti codices, καὶ Λουκίῳ φιλοσόφῳ, Καίσαρος ὄντι υἱῷ, quam quidem lectionem probat etiam Casaubonus in notis ad Capitolinum in *Vita Marci*. Nos vero eam lectionem paulo ante improbavimus. Nec sane videtur ferri posse hæc lectio, si rem attentius expendamus. Sequitur enim apud Justinum ἐραστῇ παιδείας, id est, *litterarum studioso*. Ubi vides Marco et Lucio sua quique adjungi epithe.a; et Marcum quidem philosophum nominari, Lucium vero studiosum litterarum.

(39) *Ἰουστῖνος Πρίσκου τοῦ Βαχχείου.* Hieronymus in *Catalogo* patrem Justini Priscum Bacchium dictum esse scribit, quem secutus est Christophorsonus. Verum Bacchius avus fuit Justini. Itaque addit Justinus τῶν ἀπὸ Φλαβίας, quod non nisi de pluribus dici potest, de patre nimirum et avo.

(40) *Ἀπὸ Φλαυίας τῆς Νέας πόλεως.* Inepte Christophersonus vertit *ex gente Flavia*. Flavia dicta est Neapolis civitas Palæstinæ, eo quod colonia esset a Flavio Vespasiano deducta. Antea Sichem dicebatur. Plinius tamen coloniam eam fuisse non dicit. Postea Severus imp. jus civitatis ei ademit, eo quod Nigri partes fovisset pertinacius. Spartianus in Severo: *Neapolitanis Palæstinensibus jus civitatis tulit*, id est in vici formam redegit. Porro Methodius in libro *De resurrectione* hoc Justinum ornat elogio: Ἰουστῖνος δὲ ὁ Νεαπολίτης, ἀνὴρ οὔτε τῷ χρόνῳ πόρρω ὢν τῶν ἀποστόλων, οὔτε τῇ ἀρετῇ.

(41) *Ἔντευξιν. Postulatum* vertit Rufinus. Ἐντυγχάνειν Græci dicunt adire imperatorem, et preces ad eum deferre, quod plerumque fiebat scripto. Exstat hujusmodi libellus precum Marcellini presbyteri, oblatus Theodosio Augusto, quem nuper edidit Jac. Sirmondus. Qui sic incipit: *Deprecamur mansuetudinem vestram*, etc. Sed et in II tomo Operum Athanasii, referuntur ejusmodi preces Arianorum oblatæ Joviano Augusto adversus Athanasium, quæ in Græco ἐντυχίαι dicuntur. Male interpres *colloquium* vertit. Incipiunt autem prorsus eodem modo quo libellus precum Marcellini, Δεόμεθά σου τοῦ κράτους.

(42) *Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk vox Καῖσαρ primam syllabam acuit, non circumflectit. Neque hoc duntaxat in loco, sed ubicunque ea vox occurrit, in illis exemplaribus constanter acuitur.

(43) *Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος.* Errat Eusebius, qui Antonino Pio hanc epistolam tribuit, cum sit divi Marci, ut ex inscriptione ipsa apparet, scripta anno I ejus imperii, cum ipse esset tertium consul. Vide *Fastos* Onuphrii, ad annum Urbis 914. Hunc Eusebii errorem vidit quidem auctor *Chronici Alexandrini*, sed illam epistolam imp. Marci male assignavit anno ejus X. Eusebii errorem secutus est Joannes Zonaras. Scribit enim Justinum philosophum apologiam pro Christianis Antonio Pio obtulisse, qua permotus imp. edictum ad commune Asiæ scripsit, ne ullus Christianorum religionis causa puniretur: sed si quis eo nomine delatus esset, accusatore multato reus dimitteretur. Scio quidem P. Halloixium in notationibus ad *Vitam Justini*, cap. 5, contendere hanc epistolam esse Antonini Pii; sed argumenta quæ ad hujus D
rei probationem affert, parum firma mihi videntur. Nam quod ex Melitonis *Apologetico* adducit prorsus evertit ejus sententiam. Quippe Melito omnia illic rescripta Antonini Pii pro Christianis recenset: epistolam scilicet ad Larissæos, ad Thessalonicenses, ad Athenienses et ad omnes Græcos. Quod si epistola ad commune Asiæ esset Antonini Pii, eam certe non omissurus fuisset Melito, utpote Asianus. Quomodo enim eam ignorare potuisset, quæ publice proposita fuerat Ephesi. Cur vero alias quidem Pii epistolas, ad Macedones et ad Achivos scriptas commemorasset, hujus ad suos populares scriptæ ne mentionem quidem fecisset?

(44) *Τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας.* Ita Cicero *commune Mityadum* et *commune totius Siciliæ* in *Verrinis* dixit. Porro cum κοινὸν Ἀσίας dicitur, subaudiendum est συνέδριον. Habebant enim Asiani commune concilium totius gentis, quo singulæ civitates legatos seu synedros mittebant, ut docet Aristides

Digitized by Google

teant. Multo enim magis illis convenit punire eos qui colere ipsos recusant, quam vobis. Qui eorum, adversus quos tumultuamini, sententiam ac propositum amplius confirmatis, dum eos accusatis tanquam impios. Illis autem longe optabilius fuerit, ut in jus vocati mortem oppetere videantur pro Deo suo, quam ut incolumes remaneant. Ita victores evadunt, animas suas potius projicientes, quam ut ea facere quæ vos jubetis, in animum suum inducant. Cæterum de terræmotibus qui vel facti sunt vel etiamnum fiunt, non absurdum videtur vos commonere, qui et animos abjicitis quoties hujusmodi casus contingunt, et vestra cum illorum institutis comparatis. Atqui illi quidem majorem tunc fiduciam in Deo collocant. Vos vero per omne illud tempus quo præ imperitia labi mihi videmini, deos negligitis: et tum alias cæremonias insuper habetis, tum cultum immortalis illius, et Christianos qui illum venerantur, expellitis, et ad mortem usque infestius perurgetis. Porro de his hominibus plurimi **127** provinciarum rectores divo patri nostro antea scripserunt. Quibus ille rescripsit, ejusmodi homines nulla molestia afficiendos esse, nisi forte contra statum imperii Romani aliquid moliri viderentur. Sed et multi ad me de illis retulerunt: quibus ego patris mei constitutionem secutus respondi. Quod si quis adhuc pergit cuiquam illorum negotium facessere ex eo quod Christianus sit, delatus quidem crimine absolvatur, tametsi constet eum reipsa Christianum esse. Delator autem ipse pœnas

Ἐγὼ μὲν οἶδα ὅτι καὶ τοῖς θεοῖς ἐπιμελές ἐστι, μὴ λανθάνειν τοὺς τοιούτους. Πολὺ γὰρ μᾶλλον ἐκεῖνοι κολάσαιεν ἂν τοὺς μὴ βουλομένους αὐτοὺς προσκυνεῖν, ἢ ὑμεῖς. Οὓς εἰς ταραχὴν ἐμβάλλετε, βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν (45), ὡς ἀθέων κατηγοροῦντες. Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρετὸν (46) τὸ δοκεῖν κατηγορουμένους (47) τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν, ὑπὲρ τοῦ οἰκείου Θεοῦ. Ὅθεν καὶ νικῶσι, προιέμενοι τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς, ἥπερ πειθόμενοι οἷς ἀξιοῦτε πράττειν αὐτούς. Περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων καὶ γινομένων οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα (48) πρὸς τὰ ἐκείνων. Οἱ μὲν οὖν εὐπαρρησιαστότεροι γίνονται πρὸς τὸν Θεόν· ὑμεῖς δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον καθ' ὃν ἀγνοεῖν δοκεῖτε, τῶν τε θεῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀμελεῖτε, καὶ τῆς θρησκείας τῆς περὶ τὸν ἀθάνατον, ὃν δὴ τοὺς Χριστιανοὺς θρησκεύοντας ἐλαύνετε καὶ διώκετε ἕως θανάτου. Ὑπὲρ δὲ τῶν τοιούτων, ἤδη καὶ πολλοὶ τῶν περὶ τὰς ἐπαρχίας ἡγεμόνων καὶ τῷ θειοτάτῳ ἡμῶν ἔ~ραψαν πατρὶ (49)· οἷς καὶ ἀντέγραψε μηδὲν ἐνοχλεῖν τοῖς τοιούτοις, εἰ μὴ φαίνοιντό τι περὶ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐγχειροῦντες. Καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν, οἷς δὴ καὶ ἀντέγραψα, κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρὸς γνώμῃ. Εἰ δέ τις ἐπιμένοι τινὰ τῶν τοιούτων εἰς πράγματα φέρων ὡς δὴ τοιοῦτον, ἐκεῖνος ὁ καταφερόμενος ἀπολελύσθω τοῦ ἐγκλήματος, καὶ ἐὰν φαίνηται τοιοῦτος ὤν· ὁ δὲ καταφέρων, ἔνοχος ἔσται δίκης. Προετέθη ἐν Ἐφέσῳ (50) ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας (51). » Τούτοις οὕτω χωρήσασιν

in iv Orat. sacrarum. Et Aristides quidem illic scribit, hoc concilium in superiore Phrygia convenisse, id est, Apameæ vel Synnadis. Videtur tamen etiam in aliis civitatibus congregatum fuisse. Erant et in aliis provinciis populi Rom. hujusmodi concilia, ut concilium provinciæ Africæ, concilium Byzacenorum, concilium Tripolitanorum; de quibus notavi ad lib. xxviii Amm. Marcellini, pag. 373.

(45) *Βεβαιοῦντες τὴν γνώμην αὐτῶν ἥνπερ ἔχουσιν.* Nicephorus post hæc verba addit περὶ ἡμῶν. Quam scripturam confirmat Rufini interpretatio. *Sed vos*, inquit, *confirmatis eorum quos persequimini sententiam quam de vobis habent, dicentes vos impios esse.*

(46) *Εἴη δ' ἂν κἀκείνοις αἱρετόν.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. legitur εἴη δ' ἂν ἐκείνοις αἱρετόν, quam scripturam magis probo.

(47) *Τὸ δοκεῖν κατηγορουμένους.* Ita quidem codex Regius, cui consentit Nicephorus. Verum in codice Mazarino et Fuketiano scriptum inveni τῷ δοκεῖν κατηγορουμένοις. Codex autem Medicæus scriptum habet τὸ δοκεῖν κατηγορουμένοις. Quod si τὸ δοκεῖν legamus, referendum erit ad verbum τεθνάναι, sicut retulit Musculus. Si vero τῷ δοκεῖν cum Maz. et Fuk. legi placet, tum referendum erit ad verbum κατηγορουμένους prout retulit Langus. Sic enim vertit: *Quibus præstabilius etiam, dum accusari arguique videntur, pro Deo suo mori potius, quam in vita manere.*

(48) *Παραβάλλοντας δὲ τὰ ἡμέτερα.* Legendum videtur τὰ ὑμέτερα, ut scribitur apud Justinum in calce *Apologetici*. Quam scripturam secutus est Christophorsonus. Sic enim vertit hunc locum: *Et infelices vestri omnium casus in religionem tanquam eorumdem causam transfertis.* Eumdem quoque sensum expressit Rufinus. Sed Græca Antonini verba

sensum hunc admittere non possunt. Optime Langus, doctus Nicephori interpres, hunc locum ita vertit: *De terræ motibus autem qui vel fuere vel fiunt adhuc, non importunum fuerit vos qui ea de causa animum despondistis, admonere, ut scilicet res vestras cum rebus illorum conferatis.* Igitur Langus hunc locum ita legit: Οὐκ ἄτοπον ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀθυμοῦντας ὅταν περ ὦσι· παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων. Quemadmodum legitur ad calcem *Apologetici* Justini. Quæ quidem scriptura mihi vehementer placet.

(49) *Τῷ θειοτάτῳ πατρί.* Supra monuimus, graviter hallucinari Eusebium qui hanc epistolam Antonino Pio ascripserit. Verum licet epistola illa non sit Antonini Pii, opportune tamen et suo loco hic adducitur. In ea quippe fit mentio epistolæ illius quam Antoninus Pius rescripserat ad rectores provinciarum, consultus ab iis quid Christianis agendum esset. Hujus epistolæ divi Pii meminit Melito infra cap. 26, qua vetitum esse dicit μηδὲν νεωτερίζειν περὶ Χριστιανούς. Hic vero in epistola divi Marci dicitur cautum esse a divo Pio μηδὲν ὀχλεῖν, quod idem est.

(50) *Προετέθη ἐν Ἐφέσῳ.* Id est, *proposita Ephesi*. Sic in aliquot legibus codicis Theodosiani additur: *P. P. Romæ* aut *Carthagine*. Quæ nota significat illam imperatoris legem publice propositam esse in ea civitate. Solebant autem imperatores, quoties aliquam constitutionem ad omnium notitiam pervenire vellent, sua manu ascribere: *Proponatur*, ut discimus ex Novellis aliquot Valentiniani et Majoriani, et ex epistola 51 Juliani Aug. ad Alexandrinos, in cujus calce scriptum est: Προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσι.

(51) *Ἐν τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας.* Aliter hic sumitur commune Asiæ, aliter in inscriptione hujus epistolæ. Nam in inscriptione quidem ipsa, ubi

Digitized by Google

ἐπιμαρτυρῶν Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσιν Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, κατ' αὐτὸ γνωριζόμενος τοῦ χρόνου, δῆλός ἐστιν ἐκ τῶν εἰρημένων αὐτῷ ἐν ᾗ πεποίηται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Οὐῆρον (52) ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος χρησιμωτάτῃ ἀπολογίᾳ.

A luat. Proposita Ephesi in publico conventu Asiæ. Hæc quidem ita gesta esse Melito Ecclesiæ Sardensis episcopus, qui iisdem temporibus floruit, perspicue testatur in *Apologetico* illo longe utilissimo, quem ad imperatorem Verum pro religione nostra conscripsit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Τὰ περὶ Πολυκάρπου τοῦ τῶν ἀποστόλων γνωρίμου μνημονευόμενα (Nic. *E. H.* III, 30).

CAPUT XIV.

Quænam de Polycarpo apostolorum discipulo memorentur.

Ἐπὶ δὲ τῶν δηλουμένων, Ἀνικήτου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγουμένου, Πολύκαρπον ἔτι περιόντα τῷ βίῳ γενέσθαι τε ἐπὶ Ῥώμης, καὶ εἰς ὁμιλίαν τῷ Ἀνικήτῳ ἐλθεῖν διά τι ζήτημα περὶ τῆς κατὰ τὸ Πάσχα ἡμέρας, Εἰρηναῖος ἱστορεῖ. Καὶ ἄλλην δὲ ὁ αὐτὸς περὶ τοῦ Πολυκάρπου παραδίδωσι διήγησιν, ἣν ἀναγκαῖον τοῖς περὶ αὐτοῦ δηλουμένοις ἐπισυνάψαι, οὕτως ἔχουσιν. Ἀπὸ τοῦ τρίτου τῶν *Πρὸς τὰς αἱρέσεις* Εἰρηναίου (53) · « Καὶ Πολύκαρπος δὲ οὐ μόνον ὑπὸ ἀποστόλων μαθητευθεὶς, καὶ συναναστραφεὶς πολλοῖς τοῖς τὸν Χριστὸν ἑωρακόσιν, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ ἀποστόλων κατασταθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν ἐν τῇ ἐν Σμύρνῃ Ἐκκλησίᾳ ἐπίσκοπος, ὃν καὶ ἡμεῖς ἑωράκαμεν ἐν τῇ πρώτῃ ἡμῶν ἡλικίᾳ. Ἐπιπολὺ γὰρ παρέμεινε, καὶ πάνυ γηραλέος, ἐνδόξως καὶ ἐπιφανέστατα μαρτυρήσας, ἐξῆλθε τοῦ βίου, ταῦτα διδάξας ἀεὶ, ἃ καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων ἔμαθεν, ἃ καὶ ἡ Ἐκκλησία παραδίδωσιν, ἃ καὶ μόνα ἐστὶν ἀληθῆ. Μαρτυροῦσι τούτοις αἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν Ἐκκλησίαι πᾶσαι, καὶ οἱ μέχρι νῦν διαδεξάμενοι τὸν Πολύκαρπον, πολλῷ ἀξιοπιστότερον καὶ βεβαιότερον ἀληθείας μάρτυρα ὄντα, Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ τῶν λοιπῶν κακογνωμόνων, ὃς καὶ ἐπὶ Ἀνικήτου ἐπιδημήσας τῇ Ῥώμῃ πολλοὺς ἀπὸ τῶν προειρημένων αἱρετικῶν ἐπέστρεψεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, μίαν καὶ μόνην ταύτην ἀλήθειαν κηρύξας ὑπὸ τῶν ἀποστόλων παρειληφέναι, τὴν ὑπὸ τῆς Ἐκκλησίας παραδεδομένην. Καὶ εἰσὶν οἱ ἀκηκοότες αὐτοῦ, ὅτι Ἰωάννης ὁ τοῦ Κυρίου μαθητὴς ἐν τῇ Ἐφέσῳ πορευθεὶς λούσασθαι, καὶ ἰδὼν ἔσω Κήρινθον, ἐξῆλτο τοῦ βαλανείου μὴ λουσάμενος, ἀλλ' ἐπειπών· *Φύγωμεν μὴ καὶ τὸ βαλανεῖον συμπέσῃ ἔνδον ὄντος Κηρίνθου τοῦ τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ.* Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Πολύκαρπος Μαρκίωνί ποτε εἰς ὄψιν αὐτῷ ἐλθόντι

Eadem tempestate, Aniceto Romanæ Ecclesiæ præsidente, Polycarpum qui etiam tum superstes erat, Romam venisse ob quæstionem quamdam quæ de Pascha inciderat, et cum Aniceto colloquium habuisse tradit Irenæus. Aliam præterea idem scriptor de Polycarpo rem narrat in tertio *Contra hæreses* libro, quam cæteris quæ de illo commemorantur, necessario adjungendam putavi. Sic autem habet : « Sed et Polycarpus, inquit, vir qui non solum ab apostolis eruditus, et cum multis qui Dominum viderant, familiariter versatus, verum etiam in Asia Smyrnensi Ecclesiæ ab ipsis apostolis ordinatus est episcopus : quem nos quoque adhuc adolescentes vidimus (vixit enim diutissime, et in ultima senectute summa cum gloria illustre perpessus martyrium, excessit e vita) ; hic, inquam, Polycarpus ea semper docuit quæ ab apostolis didicerat, et quæ etiampum tradit Ecclesia, et quæ sola sunt vera. Testantur hoc Ecclesiæ omnes quæ in Asia constitutæ sunt, et quicunque ad nostram usque ætatem in Polycarpi locum successerunt. Qui certe multo fide dignior ac locupletior testis fuit veritatis, quam aut Valentinus aut Marcio, et reliqui pravarum opinionum auctores. Idem Aniceti temporibus **128** Romam veniens, multos ex supradictis hæreticis ad Ecclesiam Dei revocavit, hanc unam et solam veritatem se ab apostolis accepisse prædicans, quæ ab Ecclesia traderetur. Et supersunt adhuc nonnulli qui illum id narrantem audiverint, Joannem Domini discipulum cum lavandi causa balneum Ephesi esset ingressus, viso intus Cerintho, mox illotum e balneo profugisse, atque in hæc prorupisse verba : *Fugiamus hinc, ne forte balneum*

legitur *M. Aurelius Antoninus communi Asiæ*, sumitur pro concilio, seu pro legatis qui ex tota Asia Ephesum convenerant ad sacra ludosque in honorem imperatorum ; in fine autem epistolæ, sumitur pro loco ipso in quem conveniebant. Potest etiam sumi pro templo quod commune Asiæ construxerat in honorem Romæ et Augusti. Exstat sane vetus nummus Claudii Augusti, editus a Joanne Tristano Sanctamantio, in quo templum expressum est hoc titulo : R. et AUG. cum hac inscriptione ad utrumque latus templi : COM. ASIÆ. Hoc templum Ephesi fuisse existimo, quo conveniebant omnes Asiæ civitates ad sacra pro salute imp. et populi Romani celebranda. Eratque hoc templum publici juris totius Asiæ, utpote communi sumptu exstructum. Ludi quoque eodem nomine dicebantur Κοινὸν Ἀσίας, vel in plurali numero Κοινά · quorum mentio fit in inscriptione Farnesiana, et in marmoribus Arundellianis. Et hos quidem ludos Smyrnæ actos fuisse docent supradictæ inscriptiones, et nummus imperatoris Severi apud Tristanum hoc titulo : ΠΡΩΤΑ ΚΟΙΝΑ ΑCIAC CMYPNAIΩN. Tamen nihil vetat, quominus hos ludos etiam Ephesi actos fuisse credamus, præsertim cum hæc epistola divi Marci id omnino suadere videatur.

(52) *Πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Οὐῆρον.* Ita fere Græci nominant M. Antoninum, ut notavi ad lib. XXVII, pag. 339, Amm. Marcellini. Hieronymus in Catalogo : *Melito*, inquit, *Asianus, Sardensis episcopus, librum imperatori Marco Anton. Vero qui Frontonis oratoris discipulus fuit, pro Christiano dogmate dedit.* Vide cap. 27 hujus libri. Cæterum monendus est lector Οὐῆρον, tribus syllabis scribi in nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. idque non hic solum sed in sequentibus libris.

(53) *Ἀπὸ τοῦ τρίτου τῶν Πρὸς τὰς αἱρέσεις Εἰρηναίου.* Hæc verba modico intervallo sejungi debent a reliquis. Sunt enim instar indicis seu tituli, quo monemur, ex quonam libro sequentia deprompta sint. Idque ita facere solet Eusebius, quoties integras paginas ex aliquo scriptore producit in medium. Verbi gratia in libro VII, cap. 32, ἐκ τῶν *Περὶ τοῦ Πάσχα* Ἀνατολίου *κανόνων*, et in lib. VIII, cap. 10, ubi luculentum affert testimonium ex epistola Phileæ martyris, *ἀπὸ τοῦ Φιλέου πρὸς Θμουΐτας γραμμάτων*.

Digitized by Google

corruat, in quo est Cerinthus veritatis inimicus. Ipse etiam Polycarpus, cum ei Marcion aliquando occurrisset, dixissetque : *Agnosce nos;* respondisse fertur : *Agnosco te primogenitum Satanæ.* Adeo religiose cavebant apostoli eorumque discipuli, ne vel sermonetenus miscerentur cum ullo eorum qui veritatem adulterabant. Quemadmodum et Paulus dixit : *Hæreticum hominem post unam aut alteram admonitionem devita*, scicns hujusmodi hominem perversum esse et sui ipsius judicio condemnatum peccare. Exstat etiam epistola Polycarpi ad Philippenses luculentissima, ex qua quicunque salutis suæ curam gerunt, poterunt si volent, et formam fidei illius, et prædicationem veritatis cognoscere.» Hactenus Irenæus. Cæterum Polycarpus in illa quæ etiamnum exstat ad Philippenses epistola, utitur quibusdam testimoniis ex priore Petri Epistola desumptis. Interim Antonino, cognomento Pio post secundum ac vicesimum imperii annum mortuo, M. Aurelius Verus, qui etiam Antoninus dictus est, ejus filius, cum Lucio fratre successit.

CAPUT XV.

Quomodo Polycarpus una cum aliis Smyrnæ martyrium passus sit imperante Vero.

Qua tempestate cum gravissimi persecutionum motus Asiam concussissent, Polycarpus vitam martyrio terminavit. Cujus exitum, prout litterarum monumentis proditus hodieque circumfertur, huic historiæ necessario inserendum putavi. Est autem epistola, Ecclesiæ illius quam Polycarpus regebat [illegible] ine ad Ecclesias Ponti scripta, quæcunque Polyc[illegible] acciderant exponens his verbis : « Ecclesia Dei quæ est Smyrnæ, Ecclesiæ **129** Dei apud Philomelium, et omnibus ubicunque terrarum sanctæ et catholicæ Ecclesiæ populis misericordia, pax et charitas Dei Patris, et Domini

(54-55) *Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς.* In quatuor nostris codicibus, Maz., Med., Fuk. et Savil., scriptum inveni ἐπιγινώσκεις ἡμᾶς. Quæ si vera est scriptura, per interrogationem id dictum accipere oportebit. Vulgatam tamen scripturam tuentur Nicephorus ac Rufinus. Vetus quoque interpres Irenæi eamdem lectionem secutus ita vertit in cap. 3 lib. III : *Et ipse quoque Polycarpus Marcioni aliquando occurrenti sibi, et dicenti : Cognosce nos, respondit : Cognosco primogenitum Satanæ.* Cæterum ἐπιγινώσκειν hoc loco idem fere est ac *salutare.* Nam idcirco agnosci se volebat Marcion, ut salutaretur. Sic olim in Ecclesia fidelibus ad sacram mensam accedentibus, diaconus sæpius inclamare solebat : Ἐπιγινώσκετε ἀλλήλους, ne quis scilicet profanus aut Judæus ad sacramentum altaris accederet, ut docet Chrysostomus. Eodem sensu Paulus in prima ad Corinthios sub finem : Ἐπιγινώσκετε αὐτούς · id est, *Salutate illos.* Sic etiam Latini dicebant *recognoscere*, ut legitur in *Actis* passionis Fructuosi episcopi.

(56) *Ἱκανωτάτη.* In hujus vocis significatione mirum est quantum variant interpretes. Rufinus vertit *pervalidam ;* vetus interpres Irenæi, *perfectissimam;* Langus, Nicephori interpres, *longissimam :* Christophorsonus, *accurate scriptam.* Occurrit eadem vox supra, ubi de Justini libro *Adversus gentiles* loquitur Eusebius.

(57) *Ὁ μέντοι Πολύκαρπος.* Quatuor nostri codices, Maz., Med., Fuk. et Savil. scriptum habent ὁ μέν γέ τοι.

(58) *Ἐγγράφως ἔτι φερόμενον.* Ita legitur in codice Regio; sed quatuor reliqui; Maz. scilicet et Med., cum Fuk. ac Saviliano, scriptum habent ἐγγράφως ἤδη φερόμενον, quod non probo. Nicephorus certe vulgatam scripturam tuetur. Sic enim habet : Καὶ εἰσέτι δ' ἐγγράφως τὸ μαρτύριον αὐτοῦ φέρεται. Quod si quis scriptam lectionem tueri velit, tum sensus erit : Polycarpi ac sociorum ejus martyrium litteris traditum esse omnium primum. Certe Acta martyrum nulla exstant antiquiora. Nec dubito quin hoc Polycarpi martyrium primo loco positum fuerit ab Eusebio in libro quem inscripserat Ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή. Paulo post in iisdem exemplaribus Maz., Med. et Fuk. legitur μνήμῃ τῇσδε τῆς ἱστορίας καταθέσθαι, quæ collocatio verborum videtur elegantior.

(59) *Ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις.* Scribendum videtur ταῖς κατὰ πάντα τόπον παροικίαις. Quod confirmat epistolæ ipsius inscriptio quæ sic habet : Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις. Cæterum in hac inscriptione nulla fit mentio Ecclesiarum Ponti. Nam Philomelium non est urbs Ponti, sed Lycaoniæ, ut Plinius scribit, aut ut alii, Pisidiæ. Sic enim in *Actis* concilii Chalcedonensis, Paulus quidam Philomeliensis nominatur inter episcopos Pisidiæ.

καὶ φήσαντι, *Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς* (54-55), ἀπεκρίθη· *Ἐπιγινώσκω τὸν πρωτότοκον τοῦ Σατανᾶ.* Τοσαύτην οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ μαθητοὶ αὐτῶν ἔσχον εὐλάβειαν, πρὸς τὸ μηδὲ μέχρι λόγου κοινωνεῖν τινι τῶν παραχαρασσόντων τὴν ἀλήθειαν, ὡς καὶ Παῦλος ἔφησεν· *Αἱρετικὸν ἄνθρωπον μετὰ μίαν καὶ δευτέραν νουθεσίαν παραιτοῦ·* εἰδὼς ὅτι ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος, καὶ ἁμαρτάνει ὢν αὐτοκατάκριτος. Ἔστι δὲ καὶ ἐπιστολὴ Πολυκάρπου πρὸς Φιλιππησίους γεγραμμένη ἱκανωτάτη (56). Ἐξ ἧς καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς πίστεως αὐτοῦ καὶ τὸ κήρυγμα τῆς ἀληθείας, οἱ βουλόμενοι καὶ φροντίζοντες τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας, δύνανται μαθεῖν. » Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος. Ὁ μέντοι Πολύκαρπος (57) ἐν τῇ δηλωθείσῃ πρὸς Φιλιππησίους αὐτοῦ γραφῇ φερομένῃ εἰς δεῦρο κέχρηταί τισι μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Πέτρου πρωτέρας Ἐπιστολῆς. Ἀντωνῖνον μὲν δὴ τὸν Εὐσεβῆ κληθέντα, εἰκοστὸν καὶ δεύτερον ἔτος τῆς ἀρχῆς διανύσαντα, Μάρκος Αὐρήλιος Οὐῆρος, ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, υἱὸς αὐτοῦ σὺν καὶ Λουκίῳ ἀδελφῷ διαδέχεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅπως κατὰ Οὐῆρον ὁ Πολύκαρπος ἅμα ἑτέροις ἐμαρτύρησεν ἐπὶ τῆς Σμυρναίων πόλεως (Nic. *H. E.* III, 34, 35).

Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Πολύκαρπος, μεγίστων τὴν Ἀσίαν ἀναθορυβησάντων διωγμῶν, μαρτυρίῳ τελειοῦται. Ἀναγκαιότατον δὲ αὐτοῦ τὸ τέλος ἐγγράφως ἔτι φερόμενον (58), ἡγοῦμαι δεῖν μνήμῃ τῆς ἱστορίας τῇσδε καταθέσθαι. Ἔστι δὲ ἡ γραφὴ ἐκ προσώπου ἧς αὐτὸς Ἐκκλησίας ἡγεῖτο, ταῖς κατὰ Πόντον παροικίαις (59) τὰ κατ' αὐτὸν ἀποσημαίνουσα διὰ τούτων· « Ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις, ἔλεος, εἰρήνη καὶ ἀγάπη Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πληθυνθείη. Ἐγράψαμεν ὑμῖν,

Digitized by Google

ἀδελφοὶ, τὰ κατὰ τοὺς μαρτυρήσαντας, καὶ τὸν μακάριον Πολύκαρπον ὅστις ὥσπερ ἐπισφραγίσας διὰ τῆς μαρτυρίας αὐτοῦ, κατέπαυσε τὸν διωγμόν (60). »

(60) *Κατέπαυσε τὸν διωγμόν*. Non dubito quin plerique hoc loco ægre laturi sint, quod Eusebius epistolam hanc de Polycarpi martyrio scriptam, integram nobis exhibere noluerit. Sed nequaquam difficile erit, huic studiosorum hominum cupiditati satisfacere. Etenim decem abhinc annis integra hæc epistola Londini edita est a Jacobo Usserio Armachano. Quare operæ pretium facturus mihi videor, si ea quæ ab Eusebio hic prætermissa sunt, ex editione Anglicana supplevero, ne quid hoc loco studiosi desiderare possint. Idque eo libentius facturus sum, quod vetus interpres hujus epistolæ, quem una cum Græco textu edidit Usserius, plerisque in locis, sed maxime in exordio ipsius epistolæ, sensum minime est assecutus. Sic igitur habet epistola :

τέρας ἐκ τῶν ἥλων ἀσφαλείας, ἀσκύλτως ἐπιμεῖναι τῇ πυρᾷ. » Οἱ δὲ οὐ καθήλωσαν, προσέδησαν δὲ αὐτόν. Ὁ δὲ ὀπίσω τὰς χεῖρας ποιήσας, καὶ προσδεθεὶς ὥσπερ κριὸς ἐπίσημος ἀναφερόμενος ἐκ μεγάλου ποιμνίου ὁλοκαύτωμα δεκτὸν Θεῷ παντοκράτορι, εἶπεν· « Ὁ τοῦ ἀγαπητοῦ καὶ εὐλογητοῦ Παιδός σου Ἰησοῦ Χριστοῦ Πατήρ, δι' οὗ τὴν περὶ σὲ ἐπίγνωσιν εἰλήφαμεν, ὁ Θεὸς ἀγγέλων καὶ δυνάμεων, καὶ πάσης τῆς κτίσεως, παντός τε τοῦ γένους τῶν δικαίων οἱ ζῶσιν ἐνώπιόν σου, εὐλογῶ σε ὅτι ἠξίωσάς με τῆς ἡμέρας καὶ ὥρας ταύτης, τοῦ λαβεῖν μέρος ἐν ἀριθμῷ τῶν μαρτύρων, ἐν τῷ ποτηρίῳ τοῦ Χριστοῦ εἰς ἀνάστασιν ζωῆς αἰωνίου ψυχῆς τε καὶ σώματος, ἐν ἀφθαρσίᾳ Πνεύματος ἁγίου· ἐν οἷς προσδεχθείην ἐνώπιόν σου σήμερον ἐν θυσίᾳ πιότης καὶ προσδεκτῇ, καθὼς προητοίμασας προφανερώσας καὶ πληρώσας ὁ ἀψευδὴς καὶ ἀληθινὸς Θεός. Διὰ τοῦτο καὶ περὶ πάντων σε αἰνῶ, σὲ εὐλογῶ, σὲ δοξάζω, διὰ τοῦ αἰωνίου ἀρχιερέως Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ σου Παιδός, δι' οὗ σοι σὺν αὐτῷ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ δόξα, καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς μέλλοντας αἰῶνας, ἀμήν. » Ἀναπέμψαντος δὲ αὐτοῦ τὸ Ἀμὴν (81), καὶ πληρώσαντος τὴν προσευχήν, οἱ τοῦ πυρὸς ἄνθρωποι ἐξῆψαν τὸ πῦρ· μεγάλης δὲ ἐκλαμψάσης φλογὸς, θαῦμα εἴδομεν οἷς ἰδεῖν ἐδόθη, οἳ καὶ ἐτηρήθησαν εἰς τὸ ἀναγγεῖλαι τοῖς λοιποῖς τὰ γενόμενα. Τὸ γὰρ πῦρ καμάρας εἶδος ποιῆσαν, ὥσπερ ὀθόνης πλοίου ὑπὸ πνεύματος πληρουμένης, κύκλῳ περιετείχισε τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· καὶ ἦν εἰς μέσον οὐχ ὡς σὰρξ καιομένη, ἀλλ' ὡς χρυσὸς καὶ ἄργυρος ἐν καμίνῳ πυρούμενος. Καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα (82), ὡς λιβανωτοῦ πνέοντος, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τιμίων ἀρωμάτων. Πέρας γοῦν ἰδόντες οἱ ἄνομοι μὴ δυνάμενον τὸ σῶμα ὑπὸ τοῦ πυρὸς δαπανηθῆναι, ἐκέλευσαν προσελθόντα αὐτῷ κομφέκτορα (83), παραβύσαι τὸ ξίφος. Καὶ τοῦτο ποιήσαντος, ἐξῆλθε πλῆθος αἵματος, ὥστε κατασβέσαι τὸ πῦρ, καὶ θαυμάσαι πάντα τὸν ὄχλον, εἰ τοσαύτη τις διαφορὰ μεταξὺ τῶν τε ἀπίστων καὶ τῶν ἐκλεκτῶν· ὧν εἷς καὶ οὗτος γέγονεν ὁ θαυμασιώτατος ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις διδάσκαλος ἀποστολικὸς καὶ προφητικὸς, γενόμενος ἐπίσκοπος τῆς ἐν Σμύρνῃ καθολικῆς Ἐκκλησίας. Πᾶν γὰρ ῥῆμα ὃ ἀφῆκεν ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐτελειώθη καὶ τελειωθήσεται. Ὁ δὲ ἀντίζηλος καὶ βάσκανος καὶ πονηρὸς ὁ ἀντικείμενος τῷ γένει τῶν δικαίων, ἰδὼν τὸ μέγεθος αὐτοῦ τῆς μαρτυρίας καὶ τὴν ἀπαρχῆς

(82) *Καὶ γὰρ εὐωδίας τοσαύτης ἀντελαβόμεθα.* Sic in quatuor nostris codicibus Maz., Med. Fuk. et Sav. legitur; ἀντελαβόμεθα ediderat Stephanus. Apud Nicephorum vero scriptum est εὐωδίας τοιαύτης ἀπελαμβάνομεν.

(83) *Κομφέκτορα.* Confectores dicebantur qui bestias in amphitheatro conficiebant. De his Suetonius in *Nerone*, cap. 12, et Josephus Scaliger in notis ad Manilium. Qui tamen in eo falli videtur, quod confectores ferarum confundit cum bestiariis. Neque enim confectores cum bestiis pugnabant sicut bestiarii, sed ad conficiendas feras immittebantur, si quando efferatæ bestiæ stragem populo minarentur, ut aliquoties contingebat. Hi confectores *lancearii* dicuntur in *Gestis præsidialibus* Tarachi, Probi et Andronici, cap. 10 : *Iratus præses mandat lanceariis ursum occidi.*

Digitized by Google

ἀνεπλῆπτον αὐτοῦ πολιτείαν, ἐστεφανωμένον τε τῷ τῆς ἀφθαρσίας στεφάνῳ καὶ βραβεῖον ἀναντίῤῥητον ἀπενηνεγμένον, ἐπετήδευσεν ὡς μηδὲ τὸ σωμάτιον αὐτοῦ ὑφ ἡμῶν ληφθείη, καίπερ πολλῶν ἐπιθυμούντων τοῦτο ποιῆσαι, καὶ κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ (84). Ὑπέβαλον γοῦν τινες Νικήτην τὸν τοῦ Ἡρώδου πατέρα, ἀδελφὸν δὲ Δάλκης (85), ἐντυχεῖν τῷ ἡγεμόνι, ὥστε μὴ δοῦναι αὐτοῦ τὸ σῶμα, μή, φησιν, ἀφέντες τὸν ἐσταυρωμένον, τοῦτον ἄρξωνται σέβειν. Καὶ ταῦτα εἶπον, ὑποβαλόντων καὶ ἐνισχυσάντων τῶν Ἰουδαίων, οἳ καὶ ἐτήρησαν μελλόντων ἡμῶν ἐκ τοῦ πυρὸς αὐτὸν λαμβάνειν, ἀγνοοῦντες ὅτι οὔτε τὸν Χριστόν ποτε καταλιπεῖν δυνησόμεθα, τὸν ὑπὲρ τῆς τοῦ παντὸς κόσμου τῶν σωζομένων σωτηρίας παθόντα, οὔτε ἕτερόν τινα σέβειν. Τοῦτον μὲν γὰρ Υἱὸν ὄντα τοῦ Θεοῦ προσκυνοῦμεν, τοὺς δὲ μάρτυρας, ὡς μαθητὰς τοῦ Κυρίου καὶ μιμητὰς, ἀγαπῶμεν ἀξίως, ἕνεκα εὐνοίας ἀνυπερβλήτου τῆς εἰς τὸν ἴδιον βασιλέα καὶ διδάσκαλον· ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς συγκοινωνούς τε καὶ μαθητὰς (86) γενέσθαι. Ἰδὼν οὖν ὁ ἑκατοντάρχης τὴν τῶν Ἰουδαίων γενομένην φιλονεικίαν, θεὶς αὐτὸν ἐν μέσῳ, ὡς ἔθος αὐτοῖς, ἔκαυσεν. Οὕτως τε ἡμεῖς ὕστερον ἀνελόμενοι τὰ τιμιώτερα λίθων πολυτελῶν καὶ δοκιμώτερα ὑπὲρ χρυσίον ὀστᾶ αὐτοῦ, ἀπεθέμεθα ὅπου καὶ ἀκόλουθον ἦν. Ἔνθα ὡς δυνατὸν ἡμῖν συναγομένοις ἐν ἀγαλλιάσει καὶ χαρᾷ, παρέξει ὁ Κύριος ἐπιτελεῖν τὴν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ ἡμέραν γενέθλιον, εἴς τε τῶν προηθλησάντων μνήμην, καὶ τῶν μελλόντων ἄσκησίν τε καὶ ἑτοιμασίαν. Τοιαῦτα τὰ κατὰ τὸν μακάριον Πολύκαρπον σὺν τοῖς ἀπὸ Φιλαδελφείας δώδεκα τοῖς ἐν Σμύρνῃ μαρτυρήσασι· ὃς μόνος ὑπὸ πάντων μᾶλλον μνημο-

A speciem præbens, tanquam velum navis ventorum flatu sinuatum circum corpus martyris stetit. Quod quidem in medio positum, non ut caro assa videbatur, sed velut aurum aut argentum quod in fornace excoquitur. Quippe odorem suavissimum quasi thuris alterinsve pretiosi aromatis, naribus nostris inhalantem hauriebamus. Postremo cernentes impii ac profani homines corpus flammis non posse consumi, confectorem propius accedere ensemque alte in corpus adigere jusserunt. Quo facto tanta vis sanguinis efflaxit, ut ignis prorsus exstingueretur, plebisque universa miraretur tantum esse discrimen inter infideles atque electos. Quorum ex numero hic certe unus fuit nostra ætate, apostolicus et propheticus doctor, catholicæ Smyrnensium Ecclesiæ episcopus. Quidquid enim ille ore suo unquam B protulit, aut impletum jam vidimus, aut scimus implendum. Verum invidus ille atque æmulus, et justorum generi semper infestus nequissimus dæmon, cum insigne illius martyrium, vitamque ab ineunte adolescentia sine ulla reprehensionis labe transactam intelligeret, atque idcirco immortalitatis corona ipsum esse redimitum, et præmium gloriosi certaminis sine controversia retulisse cerneret, operam dedit ne corpus illius a nostris auferretur ; tametsi multi inter nos essent, qui id agere magnopere cupiebant, et sacro illius cadaveri communicare. Quidam igitur suggesserunt Nicetæ Herodis patri, fratri autem Dalces, ut proconsulem adiret moneretque ne cadaver illius donaret, ne forte, ut C aiebant, relicto Crucifixo, hunc deinceps Christiani colere inciperent. Et isti quidem hæc dicebant,

(84) *Κοινωνῆσαι τῷ ἁγίῳ αὐτοῦ σαρκίῳ.* Hic locus inprimis notabilis est, quippe qui vetustissimam Christianorum consuetudinem, ac præterea rationem ejus nobis ostendit. Ideo enim reliquias martyrum aliquas habere tanto studio optabant, ut cum iisdem etiam mortuis communicarent. Nec contenti ea communione sanctorum quam catholica profitetur Ecclesia, per fidem scilicet, spem ac charitatem; per sacras etiam eorum reliquias et pignora, cum ipsis communicare cupiebant. Itaque eorum reliquias in cœmeteriis honorifice condebant, ibique quotannis convenientes, anniversarium martyrii diem celebrabant, hac ratione cum defuncto martyre perpetuo communicantes, ut testatur hæc epistola paulo infra. Atque id faciebant ex præcepto apostoli Pauli, qui in Epistola ad Rom., cap. XII, communicare nos sanctorum memoriis jubet. Certe Optatus in libro II, verba illa Apostoli, *memoriis sanctorum communicantes*, ita interpretatur, ut idem significent, quod offerre ad sepulcra martyrum. Nec aliter sumit Hilarius in libro *contra Constantium*, sub finem. De hac communione loquitur Marcellinus presbyter in libello precum ad Valentinianum imp., ubi de Oxyrynchitis qui sancti Pauli ipsorum quondam antistitis memoriam devotissime celebrabant : *Habentes*, inquit, *secum presbyteros et diaconos illius illibatæ fidei, per quos fruebantur divinis sacramentis, una cum supermemorato beatissimo Paulo.* Et hæc quidem de publico cultu reliquiarum quæ in cœmeteriis recondebantur. Fuit et alius mos secutis temporibus, ut singuli fidelium reliquias martyrum quascunque nancisci potuerant, omni honorifice servarent. De quo more audi quid senserit Eusebius noster in sermone 2 *de resurrectione : Non enim projecit quam incidit, sed accipiens eam ut medicamen ad sanitatem illius delicti quod admiserat abnegando, domi recondit : ut consuerunt infirmiores, fideles tamen, honorare si quid a martyribus sumpserint.* Huc etiam referendus est mos Ægyptiorum, qui martyrum corpora non humabant, sed domi in lectulis reposita servabant, ut refert Athanasius in *Vita B. Antonii.*

(85) *Ἀδελφὸν δὲ Δάλκης.* Hoc nomen varie corruptum in codicibus nostris inveni. Codex quidem Mediceus Δάλδης scriptum habet. Nicephorus autem Δάρκης. Cæteri codices vulgatam lectionem retinent cum Rufino. Sed cum hoc nomen nec Græcum sit nec Latinum, malim sequi editionem Usserianam, D in qua legitur ἀδελφὸν δὲ Ἄλκης. Nam Alce nomen fuit usitatum in Græcia, et præcipue apud Smyrnæos, ut docet Ignatii ad Smyrnæos epistola. Usserius quoque in manuscripto Savilii codice scriptum esse testatur ἀδελφὸν δ' Ἄλκης. Quam tamen lectionem Savilius ad oram libri sui qui penes nos est, minime adnotavit.

(86) *Συγκοινωνούς τε καὶ μαθητάς.* Rectius in codice Maz. et Mediceo scribitur καὶ συμμαθητάς. In integro autem exemplari hujus epistolæ quod Jac. Usserius edidit, ita scriptum habetur : ὧν γένοιτο καὶ ἡμᾶς κοινωνούς τε καὶ συμμαθητὰς γενέσθαι. Quam lectionem vetus ejus epistolæ interpres secutus est. Sic enim vertit, *ut nos socii ipsorum et condiscipuli esse mereamur.* Optime, meo quidem judicio. Optant enim Smyrnenses, ut discipuli Christi, et commilitones ac condiscipuli martyrum esse mereantur. Vulgatam lectionem retinet auctor *Chronici Alexandrini*, ubi agit de Polycarpo.

Digitized by Google

suggerentibus atque instantibus Judæis, qui etiam nostros sollicite observaverant, cum e rogo corpus auferre tentarent : stulti, qui ignorarent nos Christum nunquam posse relinquere, qui pro salute omnium, quotquot ex genere humano salvi futuri sunt, mortem pertulerit, nec alium quemquam colere. Illum enim utpote Filium **135** Dei adoramus, martyres

(87) *Ἐν παντὶ τόπῳ λαλεῖσθαι.* Finis hujus Smyrnæorum epistolæ omissus est ab Eusebio, propterea quod ad institutum ipsius parum facere videbatur, et quia in alio opere integram epistolam retulerat, in libro scilicet De antiquis martyrum passionibus. Nos vero ex editione Usseriana extremam hujus epistolæ partem supplebimus, ne studiosi lectores in hac editione nostra quidquam desiderare possint. Sic autem habet :

Οὐ μόνον διδάσκαλος γενόμενος ἐπίσημος, ἀλλὰ καὶ μάρτυς ἔξοχος οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον· διὰ τῆς ὑπομονῆς γὰρ καταγωνισάμενος τὸν ἄδικον ἄρχοντα, καὶ οὕτως τὸν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον ἀπολαβών, σὺν τοῖς ἀποστόλοις καὶ πᾶσι δικαίοις ἀγαλλιώμενος, δοξάζει τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα, καὶ εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἡμῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν σωμάτων ἡμῶν καὶ ποιμένα τῆς κατὰ τὴν οἰκουμένην καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸ παρὸν ἐπὶ κεφαλαίῳ μεμηνύκαμεν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ ἡμῶν Μάρκου. Μαθόντες οὖν ταῦτα, καὶ τοῖς ἐπέκεινα ἀδελφοῖς τὴν ἐπιστολὴν διαπέμψασθε, ἵνα καὶ ἐκεῖνοι δοξάζωσι τὸν Κύριον, τὰς ἐκλογὰς ποιοῦντα ἀπὸ τῶν ἰδίων δούλων, τῷ δυναμένῳ πάντας ἡμᾶς εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι καὶ δωρεᾷ εἰς τὴν αἰώνιον αὐτοῦ βασιλείαν, διὰ παιδὸς αὐτοῦ τοῦ μονογενοῦς Ἰησοῦ Χριστοῦ. ᾧ ἡ δόξα, τιμὴ, κράτος, μεγαλοσύνη εἰς αἰῶνας. Ἀμήν! Προσαγορεύετε πάντας τοὺς ἁγίους· ὑμᾶς οἱ σὺν ἡμῖν προσαγορεύουσιν, καὶ Εὐάρεστος ὁ γράψας πανοικεί. Μαρτυρεῖ δὲ ὁ μακάριος Πολύκαρπος μηνὸς Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου, πρὸ ἑπτὰ καλανδῶν Μαΐων, Σαββάτῳ Μεγάλῳ, ὥρᾳ ὀγδόῃ· συνελήφθη ὑπὸ Ἡρώδου, ἐπὶ ἀρχιερέως Φιλίππου Τραλλιανοῦ, ἀνθυπατεύοντος Στατίου Κοδράτου, βασιλεύοντος δὲ εἰς τοὺς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ. ὯΙ ἡ δόξα, τιμὴ, μεγαλοσύνη, θρόνος αἰώνιος ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν. Ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὐχόμεθα, ἀδελφοὶ, στοιχοῦντας τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον λόγῳ Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ δόξα τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ τῶν ἁγίων ἐκλεκτῶν, καθὼς ἐμαρτύρησεν ὁ μακάριος Πολύκαρπος, οὗ γένοιτο ἐν τῇ βασιλείᾳ Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς τὰ ἴχνη εὑρεθῆναι ἡμᾶς. Ταῦτα μετεγράψατο μὲν Γάϊος, ἐκ τῶν Εἰρηναίου, μαθητοῦ τοῦ Πολυκάρπου, ὃς καὶ συνεπολιτεύσατο τῷ Εἰρηναίῳ· ἐγὼ δὲ Σωκράτης ἐν Κορίνθῳ ἐκ τοῦ Γαΐου ἀντιγράφων ἔγραψα. Ἡ χάρις μετὰ πάντων. Ἐγὼ δὲ πάλιν Ἰτόνιος ἐκ τοῦ προγεγραμμένου ἔγραψα, ἀναζητήσας αὐτὰ, κατὰ ἀποκάλυψιν φανερώσαντός μοι Πολυκάρπου, καθὼς δηλώσω ἐν τῷ καθεξῆς, συναγαγὼν αὐτὰ ἤδη σχεδὸν ἐκ τοῦ χρόνου κεκμηκότα, ἵνα καί με συναγάγῃ ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ, ᾧ ἡ δόξα, σὺν Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Id est :

« Qui non solum doctor insignis, verum etiam summus exstitit martyr, cujus martyrium omnes imitari student, quippe quod cum Evangelio Christi consenserit. Etenim injustissimum præsidem patientia ac tolerantia superavit, et hac ratione immortalitatis coronam adeptus, una cum apostolis atque omnibus sanctis lætus glorificat Deum Patrem, et benedicit Dominum nostrum, gubernatorem corporum nostrorum, et catholicæ per universum orbem Ecclesiæ pastorem. Ac vos quidem petieratis ut cuncta quæ gesta sunt, fusius exponeremus. Nos vero inpræsentiarum brevi compendio indicavimus

per fratrem nostrum Marcum. Quæ vos posteaquam acceperitis, rogamus ut ad fratres ulterius positos epistolam transmittatis, quo et illi Dominum benedicant, qui ex suis famulis quoscunque vult, eligit, qui gratia sua atque indulgentia omnes nos in regnum suum æternum potest inducere, per Filium suum unigenitum Jesum Christum, cui gloria, honor, imperium ac majestas in sæcula. Amen! Salutate omnes sanctos universi qui nobiscum sunt, vos salutant, et Evarestus hujus epistolæ scriptor cum omni domo sua. Passus est autem beatus Polycarpus die secundo mensis Xanthici, ante diem VII Kalendas Martias, Magno Sabbato, hora octava. Captus est ab Herode, pontifice Asiæ Philippo Tralliano, Statio Quadrato proconsule, regnante in sæcula Jesu Christo, cui gloria, honor, majestas ac thronus sempiternus ab ætate in ætatem. Optamus vos in Domino valere, fratres charissimi, inhærentes præceptis atque Evangelio Jesu Christi, cum quo gloria et honor Deo Patri sanctoque Spiritui, ob salutem sanctorum qui electi sunt a Deo. Quorum exemplo passus est beatus Polycarpus. Ad cujus vestigia optamus ut in regno Christi locum habere mereamur. Hæc ex libro Irenæi, discipuli B. Polycarpi, descripsit Caius, qui etiam versatus est cum Irenæo. Ego vero Socrates Corinthi transcripsi ex Caii exemplari. Gratia sit cum omnibus. Po thæc ego Pionius ex supradicto descripsi, cum exemplaria diu quæsivissem, et Polycarpus per visionem ea mihi revelasset, ut inferius declarabo : cum autem vetustate ac longinquitate temporis prope corrupta essent, collegi ea, ut me quoque cum electis suis colligat Dominus noster Jesus Christus, cui cum Patre et Sancto Spiritu gloria in sæcula sæculorum. Amen! »

Hæc idcirco hic ascribenda esse duxi, ut tam illustre antiquitatis ecclesiasticæ monumentum hic quoque integrum legeretur. Sunt autem in calce hujus epistolæ quædam diligentius observanda. Primum est, hanc epistolam non continuo post Polycarpi martyrium, sed aliquanto post tempore a Smyrnæis scriptam fuisse. Nam cum Philomelienses de Polycarpi martyrio fama tantum ac rumoretenus audissent, litteras dederunt ad Smyrnæorum Ecclesiam, rogantes ut cuncta quæ in beatissimi viri passione gesta fuerant, singillatim prescripta ad ipsos mitterentur. Quod quidem libentissime præstiterunt Smyrnæi, scripta ad ipsos epistola quam in manibus habemus. Id autem subindicant his verbis : Ὑμεῖς μὲν οὖν ἠξιώσατε διὰ πλειόνων δηλωθῆναι ὑμῖν τὰ γενόμενα, etc. Secundo notandum est, Polycarpi martyrium passim in hac epistola evangelicum martyrium appellari. Nam et initio epistolæ aiunt Smyrnæi : σχεδὸν γὰρ πάντα τὰ προάγοντα ἐγένετο, ἵνα ἡμῖν ὁ Κύριος ἄνωθεν ἐπιδείξῃ τὸ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον μαρτύριον. Et in extrema epistolæ parte : οὗ τὸ μαρτύριον πάντες ἐπιθυμοῦσι μιμεῖσθαι, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον Χριστοῦ γενόμενον. Cur autem consonum Evangelio Christi vocetur hoc Polycarpi martyrium, utrobique afferunt rationem Smyrnæi, quod scilicet Polycarpus fugerit eos, qui ipsum persequebantur, exemplo Christi exspectans donec traderetur, et quod iniquitatem præsidis patientia sua superavit. Illud etiam observandum est, hanc Smyrnæorum epistolam perlatam quidem fuisse a Marco, scriptam vero manu Evaresti, cujus nomen ascripserunt

Digitized by Google

ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο (88) κατὰ τὴν αὐτὴν Σμύρναν πεπραγμένα ὑπὸ τὴν αὐτὴν περίοδον τοῦ χρόνου τῆς τοῦ Πολυκάρπου μαρτυρίας· μεθ' ὧν καὶ Μητρόδωρος τῆς κατὰ Μαρκίωνα πλάνης πρεσβύτερος δὴ εἶναι δοκῶν, πυρὶ παραδοθεὶς ἀνῄρηται. Τῶν γε μὴν τότε περιβόητος μάρτυς εἷς τις ἐγνωρίζετο Πιόνιος, οὗ τὰς κατὰ μέρος ὁμολογίας, τήν τε τοῦ λόγου παῤῥησίαν, καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς πίστεως ἐπὶ τοῦ δήμου καὶ τῶν ἀρχόντων ἀπολογίας, διδασκαλικάς τε δημηγορίας, καὶ ἔτι τὰς πρὸς τοὺς ὑποπεπτωκότας τῷ κατὰ τὸν διωγμὸν πειρασμῷ δεξιώσεις, παραμυθίας τε ἃς ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς τοῖς παρ' αὐτὸν εἰσαφικνουμένοις ἀδελφοῖς παρετίθετο, ἄς τε ἐπὶ τούτοις ὑπέμεινε βασάνους, καὶ τὰς ἐπὶ ταύταις ἀλγηδόνας, καθηλώσεις τε, καὶ τὴν ἐπὶ τῆς πυρᾶς καρτερίαν, τήν τε ἐφ' ἅπασι τοῖς παραδόξοις αὐτοῦ τελευτὴν, πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον, ἐπὶ ταύτην ἀναπέμψομεν, τοῖς τῶν ἀρχαίων συναχθεῖσιν ἡμῖν μαρτυρίοις ἐντεταγμένην (88*). Ἐξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ (89) πόλει τῆς Ἀσίας ὑπομνήματα με-

vero tanquam discipulos et imitatores Domini, merito amore prosequimur, ob eximiam ipsorum benevolentiam, quam erga Regem ac Magistrum suum declararunt. Quorum nos quoque consortes ac condiscipulos fieri omnibus modis optamus. Porro cum centurio pertinaciam Judæorum animadverteret, corpus in medio collocatum, ut moris est ipsis, concremavit. Atque ita nos demum ossa illius gemmis pretiosissimis chariora, et quovis auro puriora colligentes, ubi decebat condidimus. Quo etiam in loco nobis, si fieri poterit, convenientibus concedet Deus natalem ejus martyrii diem cum hilaritate et gaudio celebrare, tum in memoriam eorum qui glorioso certamine perfuncti sunt, tum ad posteros hujusmodi exemplo erudiendos et confirmandos. » Hæc de beato Polycarpo, qui cum aliis duodecim Philadelphensibus apud Smyrnam martyrio est coronatus. Qui tamen solus omnium hominum memoria ac fama præcipue celebratur, adeo ut nomen ipsius ubique terrarum etiam a gentilibus commemoretur.

Smyrnæi exemplo apostoli Pauli, qui in suis ad Romanos litteris Tertii quoque litterarum scriptoris nomen apposuit. Postremo notandum est, quod Polycarpus passus esse dicitur die secundo mensis Xanthici, id est, ante diem VII Kalendas Martias. Usserius quidem tum in notis ad epistolam Smyrnæorum, tum in libro De anno solari Macedonum et Asianorum, cap. 1, affirmat Smyrnæos præter morem reliquarum Asiæ civitatum, mensem Xanthicum exorsos fuisse a die 25 mensis Martii. Sed cum ad id probandum nullam rationem afferat, in eo non possum illi assentiri. Quis enim credat, Smyrnæos in mensium Macedonicorum dispositione a reliquis Asiæ civitatibus dissensisse? Certe si ita fuisset, Smyrnæi diem quo passus est Polycarpus, non ita designassent, ut legitur in hac epistola : μαρτυρεῖ δὲ ὁ Πολύκαρπος Ξανθικοῦ δευτέρᾳ ἱσταμένου. Sed ad vitandam ambiguitatem, adjecissent, καθ' ἡμᾶς τοὺς Σμυρναίους. Cæterum Smyrnæos in anni ac mensium suorum dispositione prorsus cum Asianis consensisse, docent *Acta* Pionii martyris qui passus est Smyrnæ in persecutione Deciana, in quibus ita scribitur : *Hæc acta sunt Julio proconsule, ante* IV *Idus Martias more Romanorum, Asiæ autem more, septimi mensis undecimo.* Rectius in *Chronico Alexandrino* legitur : ὃ ἐστι κατὰ Ἀσιανοὺς μηνὶ ἕκτῳ ιβ'. Cum igitur Smyrnæi non aliter menses suos ordinaverint quam cæteri Asiani, apud Asianos vero mensis Xanthici initium in vicesimum secundum Februarii diem inciderit, idem quoque a Smyrnæis observatum sit necesse est. Quare in epistola Smyrnæorum de martyrio Polycarpi, scribendum : πρὸ ἑπτὰ Καλανδῶν Μαρτίων, ut legit vetus interpres. Nam secundus dies mensis Xanthici apud Smyrnæos et Asianos cadebat in VII Kalendas Martias. Certe eo die, 23 scilicet Februarii, et Smyrnæi et omnes Græci memoriam sancti Polycarpi semper celebrarunt, ut constat tum ex *Actis* Pionii martyris, tum ex *Menæis* Græcorum. Quod si quis cum Usserio nobis objiciat, diem magni Sabbati, quo passus est B. Polycarpus, nunquam posse cadere in VII Kalendas Martias, respondebimus obscurum nobis esse atque incompertum, quodnam fuerit magnum illud Sabbatum, cujus a Smyrnæis facta est mentio, tum in epistola ad Philomelienses de martyrio Polycarpi, tum in *Actis* Pionii. Capellus quidem primum Sabbatum Quadragesimæ ita vocari existimavit. Cujus conjecturam sequetur qui volet. Sed cum diem ipsum quo passus est B. Polycarpus, tot tantisque testimoniis designatum habeamus, septimum scilicet

Kalendas Martias, præstat meo quidem judicio eam sententiam tueri, quæ tum Smyrnensis Ecclesiæ, tum omnium Orientalium tabulis confirmatur, quam incertis de magno Sabbato conjecturis et Judæorum traditionibus inniti. Neque enim probabile est, Smyrnæos diem quo passus est B. Polycarpus ignorasse; aut natalem ejus alio die quam quo passus fuerat, celebrasse, præsertim cum Smyrnæi in hac ipsa ad Philomelienses epistola diserte polliceantur, se quotannis diem ejus natalem pie sancteque esse celebraturos. Quare cum paulo ante Pionii martyrium, principatu Decii Augusti, id est, octoginta circiter annis a passione B. Polycarpi, constet Smyrnæos natalem B. Polycarpi celebrasse VII Kalendas Martias, nefas jam esse existimo de die passionis ejus amplius dubitare. *Siculorum Fastorum* auctor, inquit Usserius, pro Μαΐων legit Ἀπριλλίων. Verum enim Polycarpi natalem in 26 Martii esse statuendum et Asiani anni ratio et magni Sabbati character evincit, licet apud Latinos 26 Jan., apud Græcos 23 Febr. celebretur. Usserio astipulatur Pagius ad an. 167, n. 3, 4. Edit.

(88) *Ἐν τῇ αὐτῇ δὲ περὶ αὐτοῦ γραφῇ καὶ ἄλλα μαρτύρια συνῆπτο.* Male hunc locum acceperunt Rufinus, Nicephorus et Christophorsonus. Existimarunt enim in eadem illa de Polycarpi martyrio epistola, Pionii quoque et Metrodori aliorumque passiones a Smyrnæis commemoratas fuisse, cum tamen id non dicat Eusebius, sed tantum affirmet, epistolæ illi in qua de Polycarpi martyrio agebatur, adjunctas fuisse aliorum martyrum passiones, Pionii scilicet ac Metrodori. Certe Eusebius paulo post, epistolam de Pionii martyrio distinguit ab epistola illa in qua martyrium Polycarpi describitur : Πληρέστατα τῆς περὶ αὐτοῦ γραφῆς περιεχούσης, τοὺς οἷς φίλον ἐπὶ ταύτην ἀναπέμψομεν. Et in hoc quidem fortasse excusari potest Eusebius. In eo vero quod Pionium, Metrodorum, Carpum et reliquos passos esse existimat principatu Marci Antonini, iisdem temporibus quibus passus est Polycarpus, nemo illum excusare unquam potest. Quippe ex *Actis* Pionii, et ex *Actis* Carpi et Papuli, constat illos regnante Decio subjisse martyrium. Causam erroris Eusebio præbuit, quod *Acta* illa Pionii et Carpi simul cum *Actis* passionis sancti Polycarpi in uno codice compacta legebantur. Ex quo suspicatus est Eusebius illos uno eodemque tempore passos fuisse.

(88*) *Ἐντεταγμένην.* Al. impr., ἐντεταγμένη, nimirum typograph. errore. Edit.

(89) *Ἐξῆς δὲ καὶ ἄλλων ἐν Περγάμῳ.* Hunc locum ita accepit Christophorsonus, quasi *Acta* mar-

Digitized by Google

Atque hic exitus admirandi illius et apostolici Polycarpi : cujus ordinem ac seriem fratres Smyrnensis Ecclesiæ, in ea quam diximus epistola memoriæ prodiderunt. Seu et alia martyria sub idem tempus quo Polycarpus passus est, apud Smyrnam facta, in eadem epistola conjunctim leguntur. In quibus et Metrodorus quidam, qui Marcionis sectæ presbyter dicebatur, flammis consumptus interiit. Celeberrimus quoque inter reliquos ejus temporis martyres fuit Pionius. Cujus singulas confessiones, ac libertatem in dicendo, utque coram populis ac præsidibus pro fidei nostræ defensione peroraverit, conciones item de institutione fidei, præterea cohortationes, atque invitationes ad eos qui persecutionis tempore lapsi fuerant : allocutiones etiam et consolationes quas in carcere positus adeuntibus ipsum fratribus adhibuit; quæ super his tormenta, quantosque dolores sustinuerit : clavorum insuper confixiones, et mirabilem in medio rogo constantiam : mortem denique ipsam quæ cuncta illa miracula subsecuta est, si qui volent cognoscere, eos ad epistolam de illius martyrio uberrime conscriptam amandamus, quam nos in opere de priscis martyribus quorum passiones collegimus, **136** ordine suo inseruimus. Aliorum præterea qui in urbe Asiæ Pergamo sub id tempus martyrium passi sunt, Acta etiamnum circumferuntur, Carpi videlicet, Papuli, et mulieris cujusdam Agathonicæ : qui post multas atque illustres fidei nostræ confessiones glorioso exitu consummati sunt.

A μαρτυρηκότων φέρεται, Κάρπου καὶ Παπύλου, καὶ γυναικὸς Ἀγαθονίκης, μετὰ πλείστας καὶ διαπρεπεῖς ὁμολογίας ἐπιδόξως τετελειωμένων.

CAPUT XVI.

Quomodo Justinus philosophus religionem Christi Romæ prædicans martyrium meruit.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ὅπως Ἰουστῖνος ὁ φιλόσοφος τὸν Χριστοῦ λόγον ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πόλεως πρεσβεύων ἐμαρτύρησεν (Nic. *H. E.* III, 32).

Iisdem temporibus et Justinus, cujus supra mentionem fecimus, cum alterum librum pro fidei nostræ defensione imperatoribus superius memoratis obtulisset, sacro martyrio exornatus est fraude ac machinationibus Crescentis philosophi, qui vivendi rationem prorsus convenientem ac respondentem Cynicæ appellationi æmulabatur. Quem cum Ille disputans audientibus plurimis convicisset, tandem veritatis illius quam prædicaverat, præmium martyrio consecutus est. Hunc autem exitum vitæ, idem ille veræ sapientiæ studiosissimus sectator, in supradicto *Apologetico* aperte prout erat ipsi prope diem eventurus, prædicit his verbis : « Ego etiam exspecto ut ab aliquo eorum qui philosophi appellantur, insidiis appetar, et in nervum com-

Κατὰ τούτους δὲ καὶ ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν δηλωθεὶς Ἰουστῖνος, δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδοὺς (90) τοῖς δεδηλωμένοις ἄρχουσι, θείῳ κατακοσμεῖται μαρτυρίῳ, φιλοσόφου Κρίσκεντος (τὸν φερώνυμον δὲ οὗτος τῇ Κυνικῇ προσηγορίᾳ βίον τε καὶ τρόπον ἐζήλου) τὴν ἐπιβουλὴν αὐτῷ κατ-αρτύσαντος, ἐπείπερ πλεονάκις ἐν διαλόγοις ἀκροατῶν παρόντων (91) εὐθύνας αὐτὸν, τὰ νικητήρια τελευτῶν ὑπὲρ ἧς ἐπρέσβευεν ἀληθείας, διὰ τοῦ μαρτυρίου τοῦ κατ' αὐτὸν ἀνεδήσατο. Τοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τοῖς ἀληθείαις φιλοσοφώτατος, ἐν τῇ δεδηλωμένῃ Ἀπολογίᾳ σαφῶς οὕτως, ὥσπερ οὖν καὶ ἔμελλεν ὅσον οὔπω περὶ αὐτὸν συμβήσεσθαι, προλαβὼν ἀποσημαίνει τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασι· « Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆ-

C

tyrum Carpi et Papuli, in eadem illa Smyrnæorum epistola continerentur. Quod tamen verum non puto. Neque enim verisimile est, Smyrnæos martyria quæ Pergami gesta erant, in epistola sua retulisse. Probabilius est, *Acta* hæc martyrum Pergamenorum a Smyrnæis vel a quibusdam aliis, ob argumenti similitudinem postea adjuncta fuisse epistolæ Smyrnæorum, et in unum quasi corpus redacta. Atque ita hunc locum cepisse videtur Nicephorus. Duas porro epistolas Smyrnæorum fuisse existimo : alteram quæ de Polycarpi, alteram quæ de Pionii martyrio seorsum commemoraverit : quibus subjecta erant *Acta* passionis Carpi et Papuli. Certe Pionius itemque Carpus et Papulus, Decio imperante, martyrium passi sunt, ut eorum *Acta* hodieque testantur. Quare passio illorum referri non potuit in dicta Smyrnæorum epistola, quæ de Polycarpi martyrio adhuc recenti scripta est ad Ecclesiam Philomelii temporibus Marci Antonini. Vide Baronium ad annum Christi 169, cap. 22, et Usserium in libro *De anno solari Macedonum et Asianorum*, cap. 5.

(90) *Δεύτερον ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων βιβλίον ἀναδούς.* Eusebius infra cap. 17 mentionem iterum facit hujus secundi *Apologetici*, quem Justinus imp. M. Aurelio Antonino pro Christianis dicaverat. Ejusdem libri meminit etiam Hieronymus in opere *De scriptoribus ecclesiasticis*. Scaliger in Animadversionibus Eusebianis, pag. 201, ait hunc secundum Justini *Apologeticum*, cujus hoc loco mentionem facit Eusebius, hodie non exstare, idque palam esse affirmat. In quo tamen longe fallitur. Etenim Eusebius, postquam dixit Justinum philosophum secundam pro Christianis *Apologiam* M. Aurelio Antonino obtulisse, statim ex eadem oratione insignem locum affert, quo Justinus adversus Crescentem Cynicum philosophum invehitur. Qui quidem locus hodie exstat in *Apologia* prima ejusdem Justini, pag. 46 editionis Parisiensis Græco-Latinæ. Verum in vulgatis Justini editionibus, orationes illius apologeticæ præpostero ordine collocatæ sunt. Nam quæ secunda ponitur in excusis exemplaribus, ea priore loco poni debuit. Quæ vero in editionibus prima recensetur, et ad senatum Romanum inscripta est, ea posteriore loco collocari debet, ut pluribus infra dicturi sumus.

D

(91) *Ἀκροατῶν παόντων.* Ita quidem Regius. Sed quatuor reliqui, Mazar. scilicet ac Med., cum Fuk. et Saviliano, scriptum habent, ἐπ' ἀκροατῶν εὐθύνας αὐτόν, quod quidem mihi videtur elegantius. Porro hæc periodus cum in Græco confusa sit ac perturbata, in duas a nobis divisa est, ut sensus apertior redderetur. Idque etiam ante nos præstitit Rufinus.

Digitized by Google

ναι, καὶ ξύλῳ ἐντιναγῆναι (92), ἢ καὶ ὑπὸ Κρίσκεντος τοῦ ἀφιλοσόφου καὶ φιλοκόμπου. Οὐ γὰρ φιλόσοφον εἰπεῖν ἄξιον τὸν ἄνδρα, ὃς γε περὶ ὧν μὴ ἐπίσταται δημοσίᾳ καταμαρτυρεῖ, ὡς ἀθέων καὶ ἀσεβῶν Χριστιανῶν ὄντων, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν, πεπλανημένως τοῦτο πράττων (93). Εἴ τε γὰρ μὴ ἐντυχὼν τοῖς τοῦ Χριστοῦ διδάγμασι κατατρέχει ἡμῶν, παμπόνηρός ἐστι καὶ ἰδιωτῶν πολλῷ χείρων, οἳ φυλάττονται πολλάκις περὶ ὧν οὐκ ἐπίστανται διαλέγεσθαι καὶ ψευδομαρτυρεῖν. Καὶ εἰ ἐντυχὼν μὴ συνῆκε τὸ ἐν αὐτοῖς μεγαλεῖον, ἢ συνεὶς, πρὸς τὸ μὴ ὑποπτευθῆναι τοιοῦτος ταῦτα ποιεῖ, πολὺ μᾶλλον ἀγεννὴς καὶ παμπόνηρος, ἰδιωτικῆς καὶ ἀλόγου δόξης καὶ φόβου ἐλάττων ὤν. Καὶ γὰρ προθέντα με καὶ ἐρωτήσαντα αὐτὸν ἐρωτήσεις τινὰς τοιαύτας, μαθεῖν καὶ ἐλέγξαι ὅτι ἀληθῶς μηδὲν ἐπίσταται, εἰδέναι ὑμᾶς βούλομαι. Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω (94), εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐγ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν· βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. Εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου καὶ αἱ ἐκείνου ἀποκρίσεις, φανερὸν ὑμῖν ἐστιν, ὅτι οὐδὲν τῶν ἡμετέρων ἐπίσταται· ἢ εἰ ἐπίσταται, διὰ τοὺς ἀκούοντας δὲ οὐ τολμᾷ λέγειν, ὡς πρότερον ἔφην, οὐ φιλόσοφος, ἀλλὰ φιλόδοξος ἀνὴρ δείκνυται, ὃς γε μηδὲ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον ὂν τιμᾷ (95). » Ταῦτα μὲν οὖν ὁ Ἰουστῖ-

pingar : ab ipso forsitan Crescente, veræ philosophiæ ignaro, et vanitatis potius quam veritatis amatore. Neque enim philosophi vocabulum meretur, qui de rebus quas prorsus ignorat, publice loqui, et Christianos impios ac profanos affirmare non dubitat, quo gratiam captet plebeculæ : errans omnino. Si enim cum doctrinam Christi nunquam legerit, eam tamen suggillat, profecto nequissimus est, et vulgi hominibus multo deterior, qui plerumque cavere solent ne de iis rebus loquantur quas ignorant, neve falsum testimonium proferant. Si vero cum eam doctrinam legerit, majestatem illius minime intellexit ; aut si intellexit quidem, verum ita ut dixi se gerit, ne forte eum Christianum esse homines suspicentur, longe adhuc ignavior pejorque judicandus est, quippe qui popularibus atque insanis opinionibus, metuque inferiorem se esse fateatur. Neque vero illud ignorare vos velim, augustissimi imperatores, me cum multas hujusmodi interrogationes ei proposuissem, **137** deprehendisse illum revera nihil scire. Atque ut sciatis a me verum dici, paratus sum, si forte disputationes illæ ad vestram notitiam non pervenerunt, coram vobis interrogationes iterum proponere. Neque id ab imperatoria majestate alienum fuerit. Si vero cum interrogationes meæ, tum illius responsiones ad

(92) *Καὶ ξύλῳ ἐντιναγῆναι.* Ita codex Regius et Nicephorus hunc Justini locum exhibent. Sed in vetustissimo codice Mazarino scriptum inveni, κἂν ξύλῳ ἐντιναγῆναι. In Fuk., καὶ ἐν ξύλῳ ἐντιναγῆναι. In Medicæo, καὶ ἐν ξύλῳ ἐνταγῆναι. Hodie in vulgatis Justini editionibus excusum est, καὶ ξύλῳ ἐμπαγῆναι, quomodo etiam in codice Medicæo prius scriptum fuerat. Eamque lectionem secutus Scaliger, in Animadversionibus Eusebianis vertit *patibulo affigi*. At Christophorsonus et ante illum Langus, Nicephori interpres, verterunt *fustuarium pati*, pessime, meo quidem judicio. Rufinus, *baculo et clava feriri*, quasi Justinus clavam et baculum Crescentis Cynici formidaverit. Ego vero ξύλον, *nervum* interpretatus sum. Ita enim sumitur ea vox passim apud Eusebium, verbi gratia, in libro quinto, initio, τὰς ἐν τῷ ξύλῳ διατάσεις τῶν ποδῶν. Themistius, oratione 9 : Οἱ δὲ ἐκ τῶν σκιμπόδων εἰς δεσμωτήρια συνηρπάζοντο· τοῖς δὲ οἱ σκίμποδες ἐγίνοντο ἀντὶ ξύλων. Ad quem locum recte doctissimus Petavius adnotavit ξύλον esse quod Latini dicunt *nervum*, ut est in veteribus Glossis, eoque sensu apud Prudentium sumi lignum, cum ait :

Lignoque plantas inserit,
Divaricatis cruribus.

Quippe hujusmodi compedes erant e ligno. Idem Themistius in oratione nondum edita, quæ inscribitur *Constantius* seu *De humanitate*, de tyranno loquens : Καθάπερ οἶμαι δεσμωτηρίου τις φύλαξ, πολλοὺς ἔχων δεσμώτας ὑφ' ἑαυτὸν, ἀγαπᾷ τε καὶ γέγηθεν, ὅτι εὐτυχέστερός ἐστι τῶν ἐν τοῖς ξύλοις. Lucas quoque in Actibus apostolorum, cap. XVI, loquens de Paulo et Sila quos Philippensium magistratus in carcerem conjecerant, ξύλον ita usurpat : Ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐσωτέραν φυλακὴν, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Vetus interpres ita vertit : *Misit eos in interiorem carcerem et pedes eorum strinxit ligno.* Arator vero in lib. II *Apostolicæ Historiæ*, eamdem rem narrans expressit his versibus :

Conveniunt, ubi carcer erat : quem sedibus imis
Includunt comitante Sila : vestigia quorum

Ligno mersa cavo vinclis tenuere beatis.

In *Menæo* Græcorum, die 25 Septembris, de SS. Paulo et Tatta : Ἀσβληθέντες ὡς Χριστιανοὶ ξύλῳ ἠσφαλίσθησαν, καὶ ἀλύσεσιν ἐδέθησαν. Latini hoc lignum etiam *cippum* dixere. Glossæ veteres : *Cippus*, ποδοκάκη. Sic in Passione Chrysanti et Dariæ : *Tunc irati milites, mittunt eum in cippo novo et nodosissimo, ita ut in tertio puncto tibias coarctarent. Igitur cum starent ante eum et insultarent ei, ita putrefactum est lignum totius cippi, ut in cinerem converteretur.* Sic legitur in codice ms. At Metaphrastes eadem *Acta* describens sic habet ex versione Lipomani : *Milites indignati eum in carcerem conjecerunt, et triplici compede strinxere : quæ quidem cum ipsi astarent et illuderent, in pulverem redacta est.*

(93) *Πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν, πεπλανημένως τοῦτο πράττων.* Editi antea, πρὸς χάριν καὶ ἡδονὴν τῶν πολλῶν τῶν πεπλανημένων. Longe elegantior est lectio quam ex tribus nostris codicibus, Maz., Med. et Fuk., exhibemus. Quæ emendatio adeo necessaria est, ut nisi ita scripseris, quæ sequuntur Justini verba cum præcedentibus nullatenus cohæreant. Postquam enim dixit Justinus Crescentem indignum esse philosophi vocabulo, propterea quod de rebus loqueretur quas penitus ignorabat, et Christianos impios vocabat, ut gratiam captaret imperitæ multitudinis : addit deinde, illum in eo graviter errasse, πεπλανημένως τοῦτο πράττων. Rationem inde subjungit, εἴ τε γὰρ μὴ ἐντυχών, etc., eleganter omnino. Itaque non immerito in codice Regio ad latus horum verborum apposita est nota Ωρ. et supra accentus circumflexus, et ov. Quæ nota significat ὡραῖον, id est locum venustum et elegantem.

(94) *Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω.* Hanc loquendi vim et proprietatem non intellexit Christophorsonus. In hujusmodi autem locutione subauditur eleganter ἵνα εἰδῆτε.

(95) *Τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον ὂν τιμᾷ.* Intelligit egregiam illam Socratis sententiam quæ est apud Platonem : quam quidem ab Eusebio aut ab exscri-

Digitized by Google

aures vestras pervenerunt, perspicuum vobis est, illum in religione nostra prorsus nihil scire. Aut si scit ille quidem, sed propter auditores eloqui non audet, nequaquam philosophus, ut antea dixi, sed popularis auræ captator esse deprehenditur, quippe qui pulcherrimum illud Socratis dictum parvi faciat : Nullum esse veritati anteferendum virum. » Hactenus Justinus. Quem quidem, sicut ipse prædixerat, structis a Crescente insidiis, martyrio esse coronatum Tatianus vir qui primo ætatis suæ tempore rhetoricam docens, in gentilium disciplinis summa cum laude versatus est, et qui plurima ingenii sui monumenta posteris reliquit, in libro *Adversus gentes* testatur his verbis : « Et recte Justinus, vir omnium admiratione dignissimus, eos latronibus similes esse dixit. » Pauca deinde interlocutus de philosophis, hæc subjungit : « Crescens quidem qui in urbe Roma nidulum suum fixerat, fœdis puerorum amoribus, et avaritiæ supra omnes mortales deditus fuit. Et qui alios hortabatur ut mortem contemnerent, ipse tantopere eam formidabat, ut Justino tanquam gravissimum malum mortem concinnaverit, eo quod ille veritatem prædicans, philosophos helluones et deceptores esse convinceret. » Et hæc quidem Justino causa martyrii fuit.

νος. Ὅτι δὲ κατὰ τὴν αὐτοῦ πρόῤῥησιν πρὸς τοῦ Κρίσκεντος συσκευασθεὶς ἐτελειώθη, Τατιανὸς ἀνὴρ τὸν πρῶτον αὐτοῦ βίον σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι (96), καὶ δόξαν οὐ σμικρὰν ἐν αὐτοῖς ἀπενηνεγμένος, πλεῖστά τε συγγράμμασιν αὐτοῦ καταλιπὼν μνημεῖα, ἐν τῷ *Πρὸς Ἕλληνας* ἱστορεῖ λέγων ὧδέ πως· « Καὶ ὁ θαυμασιώτατος Ἰουστῖνος ὀρθῶς ἐξεφώνησεν, ἐοικέναι τοὺς προειρημένους λῃσταῖς. » Εἶτ' ἐπειπών τινα περὶ τῶν φιλοσόφων, ἐπιλέγει ταῦτα· « Κρίσκης γοῦν ὁ ἐννεοττεύσας τῇ μεγάλῃ πόλει, παιδεραστίᾳ μὲν πάντας ὑπερήνεγκε, φιλαργυρίᾳ δὲ πάνυ προσεχὴς ἦν. Θανάτου δὲ ὁ καταφρονεῖν συμβουλεύων, οὕτως αὐτὸς ἐδεδίει τὸν θάνατον, ὡς καὶ Ἰουστῖνον καθάπερ μεγάλῳ κακῷ, τῷ θανάτῳ περιβαλεῖν πραγματεύσασθαι, διότι κηρύττων τὴν ἀλήθειαν, λίχνους τοὺς φιλοσόφους καὶ ἀπατεῶνας ἐξήλεγχε. » Καὶ τὸ μὲν κατὰ Ἰουστῖνον μαρτύριον τοιαύτην εἴληχε τὴν αἰτίαν.

CAPUT XVII.

De martyribus quorum Justinus in suis libris mentionem facit.

Idem porro Justinus aliorum quoque qui paulo ante ipsum martyrio perfuncti erant, in priore *Apologetico* mentionem facit his verbis : quæ quo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ ὧν Ἰουστῖνος ἐν ἰδίῳ συγγράμματι μνημονεύει μαρτύρων (Nic. *H. E.* III, 33).

Ὁ δ' αὐτὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος (97), ἑτέρων πρὸ αὐτοῦ μαρτυρησάντων ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ μνημονεύει *Ἀπολογίᾳ* (98), χρησίμως τῇ ὑπο-

ptore omissam, necessario in versione nostra adjiciendam putavi. Porro hunc locum ex manuscriptis codicibus Maz., Med. et Fuk. ita restitui : ὥς γε μηδὲ τὸ Σωκρατικὸν ἀξιέραστον ὄν τιμᾷ. (*At nos cum aliis correximus* ὄν *pro* ὅν. EDIT.)

(96) *Σοφιστεύσας ἐν τοῖς Ἑλλήνων μαθήμασι.* Rufinus *magistrum eloquentiæ* vertit; *Tatianus*, inquit, *vir eruditissimus, in prima ætate sua oratoriam docens.* Ita etiam vertit Hieronymus in *Catalogo.* Theodoritus quoque in libro I *Hæreticarum fabularum*, Tatianum primo sophistam fuisse testatur. Ipse Tatianus de se loquens in fine libri *Adversus Græcos*, eodem utitur verbo quo Eusebius : Ταῦτα μὲν οὖν οὐ παρ' ἄλλου μαθὼν ἐξεθέμην, πολλὴν ἐπιφοιτήσας γῆν, καὶ τοῦτο μὲν σοφιστεύσας τὰ ὑμέτερα, τοῦτο δὲ τέχναις καὶ ἐπινοίαις ἐγκυρήσας πολλαῖς. Ubi vox σοφιστεύσας nihil ad eloquentiam pertinet, sed omnem Græcorum sapientiam et liberales disciplinas complectitur. Sane quod Tatianus ibidem ait se plurimas regiones peragrasse, multasque artes et inventiones mechanicas curiose didicisse, philosophum magis indicat quam professorem eloquentiæ. Adde quod liber ille *Adversus Græcos* conscriptus, satis testatur auctorem parum in dicendo exercitatum fuisse. Est enim eruditus quidem liber, sed sine ordine ac methodo compositus.

(97) *Πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν ἀγῶνος.* Quatuor nostri codices Maz., Med., cum Fuk. et Saviliano, scriptum habent, πρὸ τοῦ κατ' αὐτὸν μαρτυρίου.

(98) *Ἐν τῇ προτέρᾳ αὐτοῦ μνημονεύει Ἀπολογίᾳ.* Scribendum est ἐν τῇ δευτέρᾳ, ut recte conjecit D. Petavius in Animadversionibus ad hæresim XLVI Epiphanii, et P. Halloixius in *Vita S. Justini*, cap. 26. Quippe Eusebius alio ordine *Apologias* Justini recenset, quam quo nunc sunt editæ. Eam enim quæ in vulgatis editionibus secunda inscribitur, et Antonino Pio nuncupata est, Eusebius priorem appellat, ut videre est in capite 12 lib. IV, et in cap. 18 ejusdem libri. Sed et in libro II, cap. 12, ubi Justinum de Simone Mago loquentem inducit, locum affert ex priore ejus *Apologetico*, qui in II Justini *Apologia* hodie legitur. Quæ vero in vulgatis editionibus prima dicitur *Apologia* et ad senatum inscribitur, eam Eusebius secundam vocat, ut videre est in capite decimo sexto, et M. Aurelio Antonino post obitum imperatoris Pii, oblatam esse dicit a Justino in cap. 16 et 18. Ego vero, quod quidem spectat ad ordinem *Apologiarum* Justini, facile assentior Eusebio : et illam quæ ad senatum vulgo inscribitur, posteriorem esse concedo : præsertim cum videam idem placuisse viris doctissimis, Bellarmino, Baronio et iis quos supra memoravi. Sed et Georgius Syncellus in *Chronico*, ejusque interpres Anastasius Bibliothecarius, ad annum Christi 46, prorsus cum Eusebio consentiunt. Sed quod priorem Justini *Apologeticum* M. Aurelio Antonino nuncupatum esse scribit, in eo non possum illi assentiri. Nec ignoro viros doctissimos quos supra memoravi, cum Eusebio consentire. Sed quicunque rem ipsam accuratius expendere voluerit, inveniet profecto *Apologeticum* illum, non ut scribit Eusebius M. Aurelio, sed potius Antonino Pio nuncupatum esse. Nam initio *Apologetici* ait Justinus mulierem illam Christianam, cum a viro accusata esset, dedisse libellum imperatori, καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι ἀναδέδωκε. Quod si *Apologeticus* ille successoribus Antonini Pii dicatus fuisset ut vult Eusebius, certe Justinus in plurali numero dixisset ὑμῖν τοῖς αὐτοκράτορσιν. Marcus enim et Verus ambo simul erant Augusti. Secundo scribit Justinus, Lucium quemdam cum Ptolemæum Christianum ad supplicium duci videret, his verbis judicem compellasse : Οὐ πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφου Καίσαρος παιδί. Id est : *Non hæc decent imperatorem Pium, non Philosophi Cæsaris filium.* Apud Eusebium in cap. 17 lib. IV rectius legitur οὐδὲ

Digitized by Google

θέσει καὶ ταῦτα ἱστορῶν. Γράφει δὲ ὧδε· « Γυνή τις συνεβίου ἀνδρὶ ἀκολασταίνοντι, ἀκολασταίνουσα καὶ αὐτὴ πρότερον. Ἐπειδὴ δὲ τὰ τοῦ Χριστοῦ διδάγματα ἔγνω, ἐσωφρονίσθη, καὶ τὸν ἄνδρα ὁμοίως σωφρονεῖν πείθειν ἐπειρᾶτο, τὰ διδάγματα ἀναφέρουσα, τήν τε μέλλουσαν τοῖς οὐ σωφρόνως καὶ μετὰ λόγου ὀρθοῦ βιοῦσιν ἔσεσθαι ἐν αἰωνίῳ πυρὶ κόλασιν ἀπαγγέλλουσα. Ὁ δὲ ταῖς αὐταῖς ἀσελγείαις ἐπιμένων, ἀλλοτρίαν διὰ τῶν πράξεων ἐποιεῖτο τὴν γαμετήν. Ἀσεβὲς γὰρ ἡγουμένη τὸ λοιπὸν ἡ γυνὴ, συγκατακλίνεσθαι ἀνδρὶ παρὰ τὸν τῆς φύσεως νόμον καὶ παρὰ τὸ δίκαιον πόρους ἡδονῆς ἐκ παντὸς πειρωμένῳ ποιεῖσθαι, τῆς συζυγίας χωρισθῆναι ἐβουλήθη. Καὶ ἐπεὶ ἐξεδυσωπεῖτο ὑπὸ τῶν αὐτῆς, ἔτι προσμένειν συμβουλευόντων, ὡς εἰς ἐλπίδα μεταβολῆς ἤξοντός ποτε τοῦ ἀνδρὸς, βιαζομένη ἑαυτὴν ἐπέμενεν. Ἐπειδὴ δὲ ὁ ταύτης ἀνὴρ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν πορευθεὶς, χαλεπώτερα πράττειν ἀπηγγέλθη, ὅπως μὴ κοινωνὸς τῶν ἀδικημάτων καὶ ἀσεβημάτων γένηται, μένουσα ἐν τῇ συζυγίᾳ, καὶ ὁμοδίαιτος καὶ ὁμόκοιτος γινομένη, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν ῥεπούδιον δοῦσα, ἐχωρίσθη. Ὁ δὲ καλὸς κἀγαθὸς ταύτης ἀνὴρ, δέον αὐτὸν χαίρειν, ὅτι ἃ πάλαι μετὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ τῶν μισθοφόρων εὐχερῶς ἔπραττε, μέθαις χαίρουσα καὶ κακίᾳ πάσῃ, τούτων μὲν τῶν πράξεων πέπαυτο, καὶ αὐτὸν τὰ αὐτὰ παύσασθαι πράττοντα ἐβούλετο· μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης (99), κατηγορίαν πεποίηται,

A niam ad institutum nostrum faciunt, hic apponam: « Mulier quædam, inquit, virum habebat intemperantem. Ipsa quoque prius quidem lascive admodum se gesserat: sed postquam salutarem Christi doctrinam accepisset, statim modestior facta, viro etiam persuadere studuit ut castius viveret, Christiana præcepta illi suggerens, **138** et ignis æterni supplicium paratum iis qui obscene et sine recta ratione vixissent. Verum ille in eadem semper lascivia perseverans, ea agebat quæ uxoris animum penitus ab ipso alienarent. Mulier enim nefas esse existimans, cum eo viro qui contra naturæ leges præterque jus, undecunque vias libidinis exquireret, thori consortio jungi, discedere ab illo constituit. Verum propinquis mulieris consulentibus B ut in conjugio adhuc permaneret, spemque ei facientibus virum ad meliorem frugem tandem reversurum, consiliis eorum obtemperans mulier, ac sibi ipsa vim faciens, mansit cum viro. Sed posteaquam vir ipsius Alexandriam profectus, gravioribus adhuc flagitiis sese inquinare nuntiatus est, illa verita ne scelerum atque impietatis particeps fieret, si in conjugio ejusdem permaneret, victusque et thori consors exsisteret, misso ei repudio discessit. At bonus ille vir, qui gratulari sibi debuerat, quod uxor sua nihil jam eorum ageret quæ prius cum ministris ac mercenariis in vinum

φιλοσόφῳ, quam lectionem manuscripti codices confirmant. Quis est igitur qui non videat, Antoninum Pium hic designari? Nam et cognomentum ipsum Εὐσεβεῖ id satis indicat; et quod sequitur de Philosopho imperatoris filio, sententiam nostram manifeste confirmat. Dicet forte aliquis, nomine imperatoris Pii Marcum designari, quippe qui patris sui cognomen assumpserit. Sed si hoc conceditur, quisnam erit ille Philosophus Cæsaris filius? Cur Lucium Verum Augustum hic omisisset Justinus, cum in priore *Apologetico* ejus mentionem faciat? Annon luce clarius apparet, Antoninum Pium hic a Justino designari, cui *Apologeticum* suum inscripsit? Adde quod Urbicus ille præfectus, cujus ibidem meminit Justinus, vixit sub Antonino Pio. Is enim est Lollius Urbicus, qui legatus imperatoris Britannos compescuit, ut refert Capitolinus in *Vita Antonini*. Eum præfectum Urbis fuisse, imperante Pio, docet Apuleius in *Apologia*, sub initium. Nam cum Apuleius eam orationem habuerit sub Pio, ut ipsemet in ea oratione testatur, Lollium quoque Urbicum præfectum Urbis, a quo Æmilianum damnatum fuisse dicit, sub eodem Pio fuisse dicendum est. De eodem Q. Lollio Urbico præfecto Urbis vetus exstat inscriptio apud Gruterum, pag. 38. Hæ sunt rationes, quibus inductus *Apologeticum* posteriorem Justini non M. Aurelio, sed Antonino Pio nuncupatum esse contendo. In vulgatis quidem editionibus is *Apologeticus* inscribitur ad senatum Romanum. Verum aut falsa est hæc inscriptio, aut senatus nomine ipse quoque imperator subaudiendus est. Nam Justinus in eo *Apologetico* imperatorem ipsum alloquitur, ut patet ex eo loco supra citato, καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι αὐτοκράτορι, etc. Sed et pag. 47 ejusdem *Apologetici* de Crescente loquens et de disputationibus quas cum illo habuerat, imperatorem ipsum compellat his verbis: Εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος καὶ ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν. Βασιλικὸν δ' ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη. Quid his verbis clarius esse potest?

C Ait enim Justinus rem esse dignam imperatoria majestate, audire hujusmodi disputationes. Denique in fine ejusdem *Apologetici*, id ipsum judicat Justinus his verbis: Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμεν ὑπογράψαντας τὸ ὑμῖν δοκοῦν, προθεῖναι τουτὶ τὸ βιβλίδιον, etc. Id est: *Vos igitur rogamus ut postquam subscripseritis quodcunque vobis visum fuerit, libellum hunc proponatis.* An hæc verba alteri convenire possunt quam imperatori? Neque enim alius quam imperator, libellis precum subscribendi jus habet. Porro Justinus libellum vocat *Apologiam* suam, petitque ab imperatore ut eam publice proponat, quo veritas ab omnibus agnosci possit. Et paulo post subjicit: Ἐὰν δὲ ὑμεῖς τοῦτο προγράψητε, etc. Id est, *Quod si hoc edictum proposueritis.* Quæ certe nonnisi de imperatore dici possunt, cujus est edicta proponere, aut certe mandare ut proponantur. Erat igitur P. Halloixius, qui in *Vita S. Justini*, cap. 26, et in notationibus ad cap. 9, negat Justinum in toto illo *Apologetico*, vel semel imperatorem alloqui. Vides enim quatuor loca ex eo libro a me esse citata, in quibus Justinus imperatorem ipsum D affatur. Cæterum ex his quæ dixi colligi potest, Justinum sub Antonino Pio, non autem sub Marco fecisse martyrium. Nullam enim aliam causam habuit Eusebius, cur Justini martyrium in tempora M. Aurelii conferret, nisi quod secundum *Apologeticum* Marco dedicavit. Atqui certissimis argumentis ostendi, *Apologeticum* illum Pio nuncupatum fuisse. Ruit ergo funditus Eusebii ratio atque sententia. Quid quod Eusebius ipse in *Chronico*, eumque secutus Georgius Syncellus, Justini martyrium temporibus Antonini Pii videtur ascribere? Atque ita diserte ponit Michael Glycas in *Annalibus*.

(99) *Μὴ βουλομένου ἀπαλλαγείσης.* Duæ priores voces desunt in Mazarino et Regio. Sed sciendum est in codice Mazarino folium hic insertum fuisse, quod longe recentiore manu perscriptum est. Certe hæ voces habentur, tum in reliquis nostris exemplaribus, tum in editionibus Justini: nec sine gravissimo totius sententiæ damno abesse possunt.

Digitized by Google

atque omne vitiorum genus effusa licenter perpetrare consueverat nec solum nihil eorum ageret, verum etiam maritum ab ejusmodi flagitiis abducere studeret, mulierem quæ ab eo idcirco discesserat, quod recta suadenti ipse obtemperare nollet, accusavit et Christianam esse detulit. Et illa quidem libello tibi oblato, sacratissime imperator, postulavit ut prius rei familiaris procurandæ atque administrandæ sibi facultas daretur, ac deinde rebus domesticis recte constitutis, accusationi reponsuram se esse pollicita est. Idque tu mulieri permisisti. At maritus, qui tum quidem nihil adversus illam dicere poterat, in Ptolemæum quemdam, qui mulierem Christianæ religionis præceptis imbuerat, fueratque ab Urbicio supplicio affectus, impetum suum vertit hoc modo : centurioni cuidam amico suo persuasit, ut Ptolemæum comprehenderet, eumque in vincula conjiciens, hoc unum interrogaret, essetne Christianus. Cumque Ptolemæus, utpote amantissimus veri et ab omni fraude et mendacio alienus, Christianum se confessus esset, eum centurio custodiæ mancipavit, diùque in carcere afflixit. Oblatus tandem Urbicio judici Ptolemæus, id unum similiter interrogatus est, utrum esset Christianus. Ille vero qui per Christi doctrinam cuncta se bona consecutum **139** esse intelligeret, illam cœlestis ac divinæ virtutis institutionem iterum confessus est. Qui enim negat se esse Christianum, vel idcirco negat quod religionem illam improbet, vel certe eo quod se indignum et alienum ab ejus instituto esse cognoscit. Quorum neutrum cadere potest in eum qui vere Christianus sit. Cum vero Urbicius Ptolemæum ad supplicium duci jussisset, Lucius quidam qui et

A λέγων αὐτὴν Χριστιανὴν εἶναι. Καὶ ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι (1) ἀναδέδωκε, πρότερον συγχωρηθῆναι αὐτῇ διοικήσασθαι τὰ ἑαυτῆς ἀξιοῦσα, ἔπειτα ἀπολογήσασθαι περὶ τοῦ κατηγορήματος μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν ὑπέσχετο (2). Καὶ συνεχώρησας τοῦτο. Ὁ δὲ ταύτης ποτὲ ἀνὴρ πρὸς ἐκείνην μὲν μὴ δυνάμενος τανῦν ἔτι λέγειν (3), πρὸς Πτολεμαῖόν τινα, ὃν Οὐρβίκιος ἐκολάσατο, διδάσκαλον ἐκείνης τῶν Χριστιανῶν μαθημάτων γενόμενον, ἐτράπετο διὰ τοῦδε τοῦ τρόπου. Ἑκατόνταρχον εἰς δεσμὰ ἐμβαλόντα τὸν Πτολεμαῖον, φίλον αὐτῷ ὑπάρχοντα, ἔπεισε λαβέσθαι τοῦ Πτολεμαίου καὶ ἀνερωτῆσαι, εἰ αὐτὸ τοῦτο μόνον Χριστιανός ἐστι. Καὶ τὸν Πτολεμαῖον φιλαλήθη, ἀλλ' οὐκ ἀπατηλὸν οὐδὲ ψευδολόγον τὴν γνώμην ὄντα, ὁμολογήσαντα ἑαυτὸν εἶ-B ναι Χριστιανὸν, ἐν δεσμοῖς γενέσθαι ὁ ἑκατόνταρχος πεποίηκε, καὶ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐκολάσατο. Τελευταῖον δὲ, ὅτε ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθεν (4) ὁ ἄνθρωπος, ὁμοίως αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐξητάσθη, εἰ εἴη Χριστιανός. Καὶ πάλιν τὰ καλὰ ἑαυτῷ συνεπιστάμενος διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ διδαχὴν, τὸ διδασκάλιον τῆς θείας ἀρετῆς ὡμολόγησεν. Ὁ γὰρ ἀρνούμενος ὅτι οὐκ εἴη, ἢ κατεγνωκὼς τοῦ πράγματος ἔξαρνος γίνεται, ἢ ἑαυτὸν ἀνάξιον ἐπιστάμενος καὶ ἀλλότριον τοῦ πράγματος, τὴν ὁμολογίαν φεύγει· ὧν οὐδὲν πρόσεστι τῷ ἀληθινῷ Χριστιανῷ. Καὶ τοῦ Οὐρβικίου κελεύσαντος αὐτὸν ἀπαχθῆναι, Λούκιός τις, καὶ αὐτὸς ὢν Χριστιανὸς, ὁρῶν τὴν ἀλόγως οὖ-τως (5) γενομένην κρίσιν, πρὸς τὸν Οὐρβίκιον ἔφη· Τίς ἡ αἰτία τοῦ μήτε μοιχὸν, μήτε πόρνον, μήτε ἀν-C δροφόνον, μήτε λωποδύτην, μήτε ἅρπαγα, μήτε ἁπλῶς ἀδίκημά τι πράξαντα ἐλεγχόμενον, ὀνόματος δὲ Χριστιανοῦ προσωνυμίαν ὁμολογοῦντα τὸν ἄνθρω-

(1) *Ἡ μὲν βιβλίδιόν σοι τῷ αὐτοκράτορι.* Libellum supplicem intelligo, quo mulier dilationem judicii ab imperatore postulaverat. Nam cum a viro quocum divortium fecerat, accusata fuisset tanquam Christiana, ab imperatore dilationem sibi dari petiit, ut rem familiarem prius ordinaret, responsura post hæc accusationi. Solebant quippe apud Romanos dilationes concedi causa cognita, tam reis quam accusatoribus, ut docent leges in Codice Theodosiano, titulo 36, *Ut intra annum quæstio criminalis terminetur.* Sed quæri potest cur mulier imperatorem adierit, cum a judicibus ordinariis ad quos delata erant crimina, hujusmodi induciæ peterentur. An forte judex poscenti mulieri dilationem D negaverat? unde mulier necesse habuerat imperatoris auxilium implorare. An forte ad imperatorem ipsum delata erat quod esset Christiana? ut censuit Nicephorus ac Christophorsonus. Verum hæc posterior sententia parum probabilis mihi videtur. Primo quia Justinus id non dicit, deinde quia moris non erat ut criminalis quæstio recta ad principem, omisso, quod aiunt, medio, deferretur.

(2) *Μετὰ τὴν τῶν πραγμάτων αὐτῆς διοίκησιν ὑπέσχετο.* In codice Regio et Mazarino deest verbum ὑπέσχετο, quod quidem abesse potest absque ullo sensus damno. Certe Rufinus ac Nicephorus in Eusebianis quibus usi sunt exemplaribus hoc verbum non videntur reperiisse. Nam Rufinus quidem ita vertit : *Illa quidem libellum tibi obtulit, imperator, ut permitteretur ei rem familiarem ordinare : tum deinde responderet objectis.* Nicephorus vero Justini locum ita expressit : Βιβλίον ἀναδοῦσα, ἤτει πρότερον συγχωρηθῆναι τὰ κατ' αὐτὴν διοικήσασθαι.

(3) *Ταῦν ἔτι λέγειν.* Id est : Interea temporis, quoad dilatio ab imperatore concessa finem accepisset. Mulier enim dilationem a principe impetraverat, cum justa esset ejus petitio : ne scilicet ex calumnia viri a cujus consortio ob legitimam causam discesserat, rei familiaris dispendium pateretur. Hæc uberius explicanda erant, quia interpretes parum aut potius nihil omnino hic viderunt.

(4) *Ὅτε ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦλθεν.* In codice Mediceo et Fuketiano scriptum est ἐπὶ Οὐρβίκιον ἦχθη, quod magis placet. Apud Nicephorum quoque legitur, ὡς δὲ τελευταῖον Οὐρβικίῳ προσήχθη τῷ ἄρχοντι. Porro hic Urbicius erat prælectus urbis Romæ, cujus sententia in Ptolemæum et Lucium Christianos lata occasionem dedit huic Justini *Apologetico.* Dicebatur autem Q. Lollius Urbicus, ut docet vetus inscriptio Romæ posita, et Apuleius in *Defensione* sua, haud procul ab initio; ubi præfecturæ Urbanæ quam idem Urbicus gessit, non obscura fit mentio. Mirum est tamen in omnibus nostris exemplaribus eum constanter Urbicium appellari. Semel tantum atque iterum apud Justinum Urbicus recte dicitur, initio scilicet *Apologetici :* Καὶ τὰ χθὲς δὲ καὶ πρῴην ἐν τῇ πόλει ὑμῶν γενόμενα ἐπὶ Οὐρβίκου, etc. Et paulo post : Ὅπως δὲ καὶ ἡ αἰτία τοῦ παντὸς γενομένου ἐπὶ Οὐρβίκου φανερὰ ὑμῖν γένηται, etc.

(5) *Ἀλόγως οὕτως.* In tribus codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum est οὕτω.

Digitized by Google

πον τοῦτον ἐκολάσω (5'); Οὐ πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδὶ (6), οὐδὲ ἱερᾷ συγκλήτῳ κρίνεις, ὦ Οὐρβίκιε. Καὶ ὃς οὐδὲν ἄλλο ἀποκρινάμενος, καὶ πρὸς τὸν Λούκιον ἔφη· Δοκεῖς μοι καὶ σὺ εἶναι τοιοῦτος. Καὶ τοῦ Λουκίου φήσαντος, Μάλιστα, πάλιν καὶ αὐτὸν ἀπαχθῆναι ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ χάριν εἰδέναι ὡμολόγει· πονηρῶν γὰρ δεσποτῶν τῶν τοιούτων ἀπηλλάχθαι ἐπεῖπε, καὶ παρὰ ἀγαθὸν Πατέρα καὶ Βασιλέα τὸν Θεὸν πορεύεσθαι. Καὶ ἄλλος δὲ τρίτος ἐπελθών, κολασθῆναι προσετιμήθη. » Τούτοις ὁ Ἰουστῖνος εἰκότως καὶ ἀκολούθως ἃς προεμνημονεύσαμεν αὐτοῦ φωνὰς ἐπάγει λέγων· « Κἀγὼ οὖν προσδοκῶ ὑπό τινος τῶν ὠνομασμένων ἐπιβουλευθῆναι, » καὶ τὰ λοιπά.

A ipse Christianus erat, adeo injustam audiens sententiam, sic Urbicium allocutus est: Quid causæ est, inquit, ut hominem neque adulterii, neque stupri convictum, nec homicidam, nec furem, nec raptorem, nec ullius denique sceleris reum, nominis duntaxat Christiani vocabulum confitentem condemnaveris? Hujusmodi forma judicii non convenit temporibus imperatoris Pii, nec Philosophi Cæsaris filii, nec senatui Romano. Tum Urbicius, nullo alio responso hominem dignatus, sic eum alloquitur: Tu quoque, inquit, Christianus esse mihi videris. Cumque Lucius ita esse respondisset, jussus est itidem ad supplicium duci. Statimque magnam se gratiam Urbicio debere professus est, quippe qui hujusmodi malis dominis liberatus, ut aiebat, ad optimum Patrem Regemque esset migraturus. Sed et tertius quidam cum accessisset, eodem supplicio condemnatus est. » Deinde Justinus apte et consequenter ea verba subjungit quæ superius memoravimus: « Ego etiam, inquit, exspecto dum ab aliquo eorum qui philosophi appellantur, insidiis appetar, » et cætera.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Τίνες εἰς ἡμᾶς ἦλθον τῶν Ἰουστίνου λόγων (Nic. *H. E.* IV, 6).

Πλεῖστα δὲ οὗτος καταλέλοιπεν ἡμῖν πεπαιδευμένης διανοίας (7) καὶ περὶ τὰ θεῖα ἐσπουδακυίας ὑπομνήματα, πάσης ὠφελείας ἔμπλεα· ἐφ' ἃ τοὺς φιλομαθεῖς ἀναπέμψομεν, τὰ εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἐλθόντα χρησίμως παρασημηνάμενοι. Ὁ μέν τίς ἐστιν αὐτῷ *Λόγος πρὸς Ἀντωνῖνον* τὸν Εὐσεβῆ προσαγορευθέντα καὶ τοὺς τούτου παῖδας τήν τε Ῥωμαίων σύγκλητον προσφωνητικὸς, ὑπὲρ τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων· ὁ δὲ δευτέραν περιέχων ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀπολογίαν, ἣν πεποίηται πρὸς τὸν τοῦ δεδηλωμένου αὐτοκράτορος διάδοχόν τε καὶ ὁμώνυμον Ἀντωνῖνον Οὖῆρον, οὗ τὰ κατὰ τοὺς χρόνους ἐπὶ τοῦ παρόντος διέξιμεν. Καὶ ἄλλος ὁ *Πρὸς Ἕλληνας*, ἐν ᾧ μακρὸν περὶ πλείστων παρ' ἡμῖν τε καὶ τοῖς Ἕλλησιν φιλοσόφοις ζητουμένων κατατείνας λόγον, περὶ τῆς τῶν δαιμόνων διαλαμβάνει φύσεως· ἃ οὐδὲν ἂν ἐπείγοι τανῦν παρατίθεσθαι. Καὶ αὖθις ἕτερον *Πρὸς Ἕλληνας* εἰς ἡμᾶς ἐλήλυθεν αὐτοῦ σύγγραμμα, ὃ καὶ ἐπέγραψεν *Ἔλεγχον*. Καὶ παρὰ τούτους ἄλλο *Περὶ Θεοῦ μοναρχίας*, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν Γραφῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. Ἐπὶ τούτοις ἐπιγεγραμμένον *Ψάλτης*, καὶ ἄλλο *Σχολικὸν* (8) *περὶ ψυχῆς*·

CAPUT XVIII.

Quinam ad nos pervenerint ustini libri.

Hic porro vir plurima ingenii sui doctrinæque et intenti in res divinas studii monumenta nobis reliquit, plena multiplicis utilitatis. Ex quibus ea quæ ad notitiam nostram pervenerunt, titulis suis designasse contenti, discendi studiosos ad illa rejiciemus. Primum igitur locum inter ejus libros obtinet *Oratio ad Antoninum*, cognomento Pium, et ad ejus liberos senatumque Romanum pro religione nostra conscripta. Altera vero ejusdem *oratio* defensionem similiter fidei nostræ continens, Antonino Vero nuncupata est, imperatoris supradicti successori et cognomini, cujus **140** tempora inpræsentiarum exponimus. Est et alius ejus liber *Adversus gentiles*, in quo cum de aliis plurimis quæstionibus, quæ tam a nostris quam a gentilium philosophis agitari solent, uberrime disputat, tum de dæmonum natura sententiam suam exponit: quam quidem hic inserere nihil necesse est. Alius præterea ejusdem liber *Adversus gentiles* ad nos pervenit, quem ille *Confutationem* inscripsit. Præter hos libros est etiam alius *De monarchia Dei*, quam quidem non solum auctoritate sacrorum apud nos voluminum, sed gentilium etiam scriptorum testimo-

(5') Vel hic legendum κολάσαι, vel supra τίς ἡ αἰτία ὅτι. EDIT.

(6) *Οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρος παιδί.* In cod. Fuk. et Savil. necnon apud Justinum legitur φιλοσόφου, male. M. enim Aurelius hic intelligitur, quem Antoninus Pius jussu Adriani adoptaverat vir philosophiæ deditus. Quam ob causam Justinus in utroque *Apol.* philosophiæ ac pietatis nomina frequenter allegat, ut Antoninum Pium et Marcum Philosophum erga pietatem et philosophiam Christianorum æquiores reddat. Hinc est quod priorem *Apologeticum* ita exorditur: Ὑμεῖς μὲν ὅτι λέγεσθε εὐσεβεῖς καὶ φιλόσοφοι· rursus posteriorem *Apologeticum* ita concludit: Εἴη οὖν καθ' ὑμᾶς ἀξίως εὐσεβείας καὶ φιλοσοφίας τὰ δίκαια ὑπὲρ ἑαυτῶν κρῖναι. In codice Maz. hunc locum ita scriptum inveni, οὐδὲ Φιλοσόφῳ καὶ Καίσαρος παιδί. Ex quo conjicio locum hunc a Justino ita scriptum fuisse: Οὐ πρέποντα Εὐσεβεῖ αὐτοκράτορι, οὐδὲ φιλοσόφῳ Καίσαρι, οὐδὲ φιλοσόφου Καίσαρος παιδί.

(7) *Πεπαιδευμένης διανοίας.* In codice Regio legitur πεπαιδευμένης ψυχῆς.

(8) *Σχολικόν.* Apud Nicephorum legitur σχόλιον. Veteres Græci σχόλια vocabant breves quasdam adnotationes, quæ ab ἐξηγητικοῖς distinguuntur. Nam ἐξηγητικοὶ uberiores sunt et fusiores, et universum scriptoris opus exponunt. Scholia vero ad singulorum verborum aut unius sententiæ expositionem apponuntur. Scribit Hieronymus triplex fuisse Origenis opus in sacram Scripturam: unum ἐξηγητικόν, alterum ὁμιλητικόν, tertium σημειώσεις, quæ *excerpta* Latine dici posse idem Hieronymus scribit. Rufinus hoc loco *subnotationes* vertit satis commode. *Est*, inquit, *et alius liber in subnotationum modo de anima.* Præter hanc vulgarem scholiorum significationem alia est minus frequens. Scholia enim interdum dicuntur breves expositiones obscuriorum vocum ac sententiarum. Ita Cyrilli scholia *De Incarnatione Unigeniti* hodie leguntur, quæ nihil aliud sunt quam brevis expositio

Digitized by Google

niis asserit. Est et alius liber cui titulum fecit *Psaltes*. Alius item excerptorum liber *De anima*, in quo propositis variis interrogationibus quæ ad argumentum illud pertinent, gentilium philosophorum affert sententias : quibus etiam se contradicturum, suamque de his sententiam in alio opere prolaturum esse pollicetur. Composuit etiam *Dialogum adversus Judæos*, quem apud Ephesum habuit cum Tryphone, omnium tunc temporis Judæorum celeberrimo. Quo in libro ingenue testatur, quemadmodum per divinam gratiam ad veræ fidei doctrinam impulsus sit ; et quam contento prius studio in philosophiam incubuisset, quantoque animi ardore in veritate pervestiganda laboravisset. Refert etiam Judæos adversus Christi doctrinam multa insidiose ac fraudulenter machinatos fuisse, hujusmodi ad Tryphonem verbis utens : « Tantum abest, inquit, ut vos eorum quæ impie gesseratis pœnituerit. Quin imo quosdam ad id lectos homines in omnes orbis partes emisistis, qui dicerent sectam impiorum Christianorum exortam esse, eaque adversus nos probra divulgarent, quæ effutire solent ii qui res nostras penitus ignorant. Adeo non solum vobis ipsis, sed cunctis, ut ita dicam, hominibus erroris atque injustitiæ causam præbetis. » Sed et in eodem libro, prophetiæ dona adhuc sua ætate in Ecclesia viguisse scribit. Joannis quoque Revelationem commemorat, quam ab apostolo conscriptam esse diserte dicit. Quædam item prophetarum testimonia profert, quæ adversus Tryphonem disputans, a Judæis e sacris libris recisa atque expuncta esse convincit. Exstant et alia complura ejusdem opuscula penes multos fidei nostræ cultores. Tanti **141** porro æstimati sunt etiam a veteribus illius libri, ut Irenæus ejus testimoniis interdum utatur. Nam et in libro quarto *Contra hæreses* hæc habet : « Præclare, inquit, a Justino dictum est in libro *Adversus Marcionem* : « Ne ipsi « quidem Domino, ait, crediturus essem, si alium « Deum prædicaret quam mundi Conditorem. » Et in quinto ejusdem operis libro : « Recte, inquit, Justinus dixit, Satanam ante adventum Domini nunquam ausum fuisse impie loqui adversus Deum, quippe qui damnationem suam nondum liquido

A ἐν ᾧ διαφόρους πεύσεις προτείνας περὶ τοῦ κατὰ τὴν ὑπόθεσιν προβλήματος, τῶν παρ' Ἕλλησι φιλοσόφων παρατίθεται τὰς δόξας, αἷς καὶ ἀντιλέξειν ὑπισχνεῖται, τήν τε αὐτὸς αὐτοῦ δόξαν ἐν ἑτέρῳ παραθήσεσθαι συγγράμματι. Καὶ *Διάλογον* δὲ *πρὸς Ἰουδαίους* συνέταξεν, ὃν ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων πόλεως πρὸς Τρύφωνα τῶν τότε Ἑβραίων ἐπισημότατον πεποίηται· ἐν ᾧ τίνα τρόπον ἡ θεία χάρις αὐτὸν ἐπὶ τὸν τῆς πίστεως παρώρμησε λόγον δηλοῖ, ὁποίαν τε πρότερον περὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα σπουδὴν εἰσενήνεκται, καὶ ὅσην ἐποιήσατο τῆς ἀληθείας ἐκθυμοτάτην ζήτησιν. Ἱστορεῖ δ' ἐν ταὐτῷ περὶ Ἰουδαίων, ὡς κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιβουλὴν συσκευασαμένων, αὐτὰ ταῦτα πρὸς τὸν Τρύφωνα

B ἀποτεινόμενος· « Οὐ μόνον δὲ οὐ μετενοήσατε ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς (9), ἀλλὰ ἄνδρας ἐκλεκτοὺς ἐκλεξάμενοι τότε ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, ἐξεπέμψατε εἰς πᾶσαν τὴν γῆν λέγοντες, αἵρεσιν ἄθεον Χριστιανῶν πεφάνθαι, καταλέγοντές τε ταῦτα, ἅπερ καθ' ἡμῶν οἱ ἀγνοοῦντες ἡμᾶς ἅπαντες λέγουσιν, ὥστε οὐ μόνον ἑαυτοῖς ἀδικίας αἴτιοι ὑπάρχετε, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἁπλῶς ἀνθρώποις. » Γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτε (10) μέχρι καὶ αὐτοῦ χαρίσματα προφητικὰ διέλαμπεν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας. Μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, σαφῶς τοῦ ἀποστόλου αὐτὴν εἶναι λέγων. Καὶ ῥητῶν δέ τινων προφητικῶν μνημονεύει, διελέγχων τὸν Τρύφωνα, ὡς ἂν περικοψάντων αὐτὰ Ἰουδαίων ἀπὸ τῆς Γραφῆς. Πλεῖστα δὲ καὶ ἕτερα παρὰ πολλοῖς φέρεται ἀδελφοῖς τῶν αὐτοῦ πόνων.

C Οὐτωσὶ δὲ σπουδῆς εἶναι ἄξιοι καὶ τοῖς παλαιοῖς ἐδόκουν οἱ τἀνδρὸς λόγοι, ὡς τὸν Εἰρηναῖον ἀπομνημονεύειν αὐτοῦ φωνάς, τοῦτο μὲν ἐν τῷ τετάρτῳ *Πρὸς τὰς αἱρέσεις*, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἐπιλέγοντα· « Καὶ καλῶς Ἰουστῖνος ἐν τῷ *Πρὸς Μαρκίωνα* συντάγματί φησιν, ὅτι· Αὐτῷ τῷ Κυρίῳ οὐδ' ἂν ἐπείσθην, ἄλλον Θεὸν καταγγέλλοντι παρὰ τὸν Δημιουργόν· » τοῦτο δὲ ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως διὰ τούτων· « Καὶ καλῶς ὁ Ἰουστῖνος ἔφη, ὅτι πρὸ μὲν τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας οὐδέποτε ἐτόλμησεν ὁ Σατανᾶς βλασφημῆσαι τὸν Θεὸν, ἅτε μηδέπω εἰδὼς αὐτοῦ τὴν κατάκρισιν. » Καὶ ταῦτα δὲ ἀναγκαίως εἰρήσθω, εἰς προτροπὴν τοῦ μετὰ σπουδῆς τοὺς φιλομαθεῖς καὶ τοὺς τούτου περιέπειν λόγους. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τόνδε

D τοιαῦτα ἦν.

obscuriorum quæstionum de Incarnatione. Quæstio enim ipsa tituli loco præmittitur, deinde subjungitur expositio. Sententia item seu dogma interdum vice tituli seu indicis præfigitur hoc modo ὅτι, etc. Deinde apponitur demonstratio, ut videre est in supradicto Cyrilli Alexandrini libro. Hujusmodi fuit Justini liber *De anima* : quæstiones scilicet ac sententiæ quædam de natura et origine animarum : quibus subjuncta erat Justini expositio ac demonstratio. Exstant hodie Alexandri Aphrodisiensis libri duo *De anima*, quos σχόλια jure vocare possis. Sunt enim in scholiorum modum ea quam dixi ratione compositi. Hujusmodi etiam fuere scholiorum libri centum ab Amelio philosopho compositi, quorum meminit Porphyrius in *Plotini Vita*. Ejusdem argumenti fuisse videntur libri ἐπιλέκτων σχολῶν a Diogene Tarsensi compositi, quorum meminit Laertius in *Epicuro*. Denique scholion non nunquam dicitur locus ex aliquo scriptore excerptus. Sic apud Epiphanium in hæresi Marcionitarum, pag. 322 : Αὐτὴ μὲν τῆς προειρημένης ὑμῶν ὑποθέσεως ἡ σχολιοποιηθεῖσα σύντομος ὑπομνηματικὴ ἐξ ἀντιγράφων τοῦ Μαρκίωνος σύνταξις πρὸς ἔπος. Sequitur postea σχόλιον ἀπὸ τοῦ εὐαγγελίου τοῦ παρὰ Μαρκίωνι. Ubi vides, scholion nihil aliud esse quam locum excerptum ex evangelio Marcionis, cui Epiphanius refutationem subjungit. Ita *scholion Eunomii* dicitur in *Disputatione orthodoxi cum Eunomio* quam edidit Canisius tomo V. Recte ergo Hieronymus *excerpta* interpretatur, quas Origenes σημειώσεις seu σχόλια appellaverat.

(9) *Ἐφ' οἷς ἐπράξατε κακῶς.* In Fuk. et Sav. scriptum est κακοῖς, non male.

(10) *Γράφει δὲ καὶ ὡς ὅτι.* Pleonasmus est, cum alterutra vox sufficiat. Nisi forte quis malit scribere ὡς ἔτι μέχρι καὶ αὐτοῦ, etc. Sed nihil opus est hac emendatione, cum pleonasmus hic familiaris sit Eusebio. Ita enim loquitur in cap. 22 hujus libri.

Digitized by Google

cognovisset. » Atque hæc necessario a nobis dicta sint, ut discendi studiosi ad libros ejus accurate pervolvendos incitentur. Hactenus de Justino.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Τίνες ἐπὶ τῆς Οὐήρου βασιλείας, τῆς Ῥωμαίων καὶ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας προέστησαν (Nic. *H. E.* IV, 19).

Ἤδη δὲ εἰς ὄγδοον ἐλαυνούσης ἔτος τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν Ἀνίκητον ἔνδεκα τοῖς πᾶσιν ἔτεσι διελθόντα, Σωτὴρ διαδέχεται. Ἀλλὰ καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων παροικίας Κελαδίωνος τέτταρσιν ἐπὶ δέκα ἔτεσι προστάντος, τὴν διαδοχὴν Ἀγριππῖνος διαλαμβάνει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Τίνες τῆς Ἀντιοχέων (Nic. *H. E.* IV, 19).

Τηνικαῦτα καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Θεόφιλος ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐγνωρίζετο, τετάρτου μὲν τῶν ἐκεῖσε μετὰ Ἥρωνα καταστάντος Κορνηλίου, μετὰ δὲ αὐτὸν, πέμπτῳ βαθμῷ τὴν ἐπισκοπὴν Ἔρωτος διαδεξαμένου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῶν κατὰ τούτους διαλαμψάντων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων (Nic. *H. E.* IV, 19).

Ἤκμαζον δὲ ἐν τούτοις ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας Ἡγήσιππός τε ὃν ἴσμεν ἐκ τῶν προτέρων, καὶ Διονύσιος Κορινθίων ἐπίσκοπος, Πινυτός τε ἄλλος τῶν ἐπὶ Κρήτης ἐπίσκοπος, Φίλιππός τε ἐπὶ τούτοις καὶ Ἀπολινάριος καὶ Μελίτων, Μουσανός τε καὶ Μόδεστος, καὶ ἐπὶ πᾶσιν Εἰρηναῖος· ὧν καὶ εἰς ἡμᾶς τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως ἡ τῆς ὑγιοῦς πίστεως ἔγγραφος κατῆλθεν ὀρθοδοξία.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ Ἡγησίππου καὶ ὧν οὗτος μνημονεύει (Nic. *H. E.* IV, 7).

Ὁ μὲν οὖν Ἡγήσιππος ἐν πέντε τοῖς εἰς ἡμᾶς ἐλθοῦσιν *Ὑπομνήμασι*, τῆς ἰδίας γνώμης πληρεστάτην μνήμην καταλέλοιπεν, ἐν οἷς δηλοῖ, ὡς πλείστοις ἐπισκόποις συμμίξειεν, ἀποδημίαν στειλάμενος μέχρι Ῥώμης, καὶ ὡς ὅτι τὴν αὐτὴν παρὰ πάντων παρείληφε διδασκαλίαν. Ἀκοῦσαί γέ τοι πάρεστι μετά τινα (11) περὶ τῆς Κλήμεντος πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς αὐτῷ εἰρημένα, ἐπιλέγοντος ταῦτα· « Καὶ ἐπέμενεν ἡ Ἐκκλησία ἡ Κορινθίων ἐν τῷ ὀρθῷ λόγῳ, μέχρι Πρίμου ἐπισκοπεύοντος ἐν Κορίνθῳ· οἷς συνέμιξα πλέων εἰς Ῥώμην, καὶ συνδιέτριψα τοῖς Κορινθίοις ἡμέρας ἱκανὰς, ἐν αἷς συνανεπάημεν τῷ ὀρθῷ λόγῳ. Γενόμενος δὲ ἐν Ῥώμῃ, διαδοχὴν ἐποιησάμην (12) μέχρις Ἀνικήτου, οὗ διάκονος ἦν Ἐλεύθερος. Καὶ παρὰ Ἀνικήτου διαδέχεται Σωτὴρ, μεθ' ὃν Ἐλεύθερος. Ἐν ἑκάστῃ δὲ διαδοχῇ καὶ ἐν ἑκάστῃ πόλει οὕτως ἔχει, ὡς ὁ νόμος κηρύττει καὶ οἱ προφῆ-

CAPUT XIX.

Quinam imperante Vero Ecclesiæ Romanæ et Alexandrinæ præfuerint.

Porro supradicto imperatore jam octavum principatus annum agente, cum Anicetus Ecclesiæ Romanæ episcopatum undecim annis obtinuisset, Soter in ejus locum successit. Apud Alexandriam quoque cum Celadion per annos quatuordecim Ecclesiæ præfuisset, Agrippinus sedem ejus obtinuit.

CAPUT XX.

Quinam eo tempore Antiochenam Ecclesiam rexerint.

Antiochenæ vero Ecclesiæ episcopatum sextus ab apostolis Theophilus gubernabat. Quippe Cornelius, Heronis successor, quartus ab apostolis eidem Ecclesiæ præsederat. Quem deinde excipiens Eros, quinto ab apostolis loco eamdem Ecclesiam rexit.

CAPUT XXI.

De scriptoribus ecclesiasticis qui eadem ætate floruerunt.

Iisdem temporibus in Ecclesia floruit Hegesippus, de quo in superioribus libris abunde jam dixi; et Dionysius, Corinthiorum episcopus, Pinytus quoque Cretensium episcopus; Philippus præterea et Apollinaris ac Melito: Musanus etiam et Modestus, ac postremo **142** Irenæus. Quorum omnium libri, sinceram apostolicæ traditionis ac veræ fidei doctrinam continentes, ad nos usque pervenerunt.

CAPUT XXII.

De Hegesippo, deque iis quorum mentionem facit.

Hegesippus quidem in quinque *Commentariorum* libris qui ad nos pervenerunt, luculentissima fidei suæ testimonia nobis reliquit. Scribit enim se, cum Romam proficisceretur, plurimos episcopos adiisse, et ab omnibus unam eamdemque audivisse doctrinam. Idem postquam de Clementis ad Corinthios epistola quædam commemoravit, hæc addit, quæ nos, si placet, audiamus: « Et Corinthiorum quidem, inquit, Ecclesia in recta fide permansit usque ad Primum, ejusdem loci episcopum, quocum familiariter collocutus sum dum Romam navigarem; nec paucos dies versatus sum cum Corinthiis, mutuamque ex recta fide consolationem cepimus. Romam vero cum venissem, mansi ibi apud Anicetum, cujus tum diaconus erat Eleutherus. Post obitum deinde Aniceti successit Soter, quem excepit Eleutherus. In singulis autem episcoporum suc-

(11) *Μετά τινα.* Sic cod. Reg. prima manu. Ita etiam legit cod. Savil. Editi, μεγάλα τινά, male.

(12) *Διαδοχὴν ἐποιησάμην.* Savilius ad oram sui codicis pro διαδοχήν correxit διατριβήν· utrum ex conjectura, an ex fide manuscripti exemplaris, incertum, utcunque tamen necessaria est hæc emendatio. Porro in capite 11 hujus libri, ubi Eusebius hunc Hegesippi locum addixit, paulo aliter hæc referuntur. Etenim Eusebius illic scribit, Hegesippum Romam adventasse temporibus Aniceti, et usque ad pontificatum Eleutherii in urbe Roma permansisse. Hegesippus tamen hoc loco id non dicit, sed tantum ait, se Romæ mansisse usque ad pontificatum Aniceti. Romam ergo venerat Hegesippus sub extrema Pii tempora.

Digitized by Google

cessionibus, et per singulas urbes eadem manent, quæ per legem ac prophetas, et a Domino ipso prædicata sunt. » Hæreseon quoque quæ ætate sua exortæ sunt, initia idem scriptor exponit his verbis : « Postquam, inquit, Jacobus, cognomento Justus, martyrium perinde ac Dominus pertulit, ob ejusdem doctrinæ prædicationem, rursus frater patruelis Domini Simeon, Cleopæ filius,' episcopus constituitur, cunctis uno consensu secundum antistitem illum renuntiantibus, eo quod cognatus Domini esset. Et Ecclesiam quidem hactenus virginem vocabant, propterea quod vanis sermonibus nondum corrupta fuerat. Primus Thebuthis, indigne ferens quod minime creatus esset episcopus, eam occulte vitiare est aggressus. Fuit hic e septem

A ται καὶ ὁ Κύριος. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ τῶν κατ' αὐτὸν αἱρέσεων τὰς ἀρχὰς ὑποτίθεται διὰ τούτων· « Καὶ μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι Ἰάκωβον τὸν Δίκαιον, ὡς καὶ ὁ Κύριος ἐπὶ τῷ αὐτῷ λόγῳ, πάλιν ὁ ἐκ θείου αὐτοῦ Συμεὼν ὁ τοῦ Κλωπᾶ καθίσταται ἐπίσκοπος· ὃν προέθεντο πάντες ἀνεψιὸν ὄντα τοῦ Κυρίου (13) δεύτερον. Μεχρὶ τούτου (14) ἐκάλουν τὴν Ἐκκλησίαν παρθένον· οὔπω γὰρ ἔφθαρτο ἀκοαῖς ματαίαις. Ἄρχεται δ' ὁ Θέβουθις (15), διὰ τὸ μὴ γενέσθαι αὐτὸν ἐπίσκοπον, ὑποφθείρειν, ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὧν (16) (καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ), ἀφ' ὧν Σίμων, ὅθεν οἱ Σιμωνιανοί, καὶ Κλεόβιος, ὅθεν Κλεοβιηνοί, καὶ Δοσίθεος, ὅθεν Δοσιθιανοὶ (17), καὶ Γορθαῖος, ὅθεν Γορθηνοὶ (18), καὶ Μασβωθαῖοι, ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταὶ (19), καὶ Μαρκιωνισταὶ, καὶ

(13) *Ἀνεψιὸν ὄντα τοῦ Κυρίου.* Male Rufinus, eumque secuti Musculus et Christophorsonus *consobrinum Domini* verterunt, cum potius *fratrem patruelem* vertere debuissent. Clopas enim et Josephus fratres fuerunt. Clopas Simeonis pater fuit, patruus autem Christi. Errant itaque Musculus et Christophorsonus, qui θεῖον hoc loco *aunculum* interpretati sunt. Sed ineptissime Rufinus θεῖον pro adjectivo sumpsit. Vide quæ supra notavi ad caput 32 libri tertii.

(14) Vulg. *Διὰ τοῦτο.* Legendum μέχρι τούτου. Sic enim habet Eusebius in lib. III, cap. 32, ubi hunc Hegesippi locum adducit.

(15) *Ἄρχεται δ' ὁ Θέβουθις.* In codice Reg., Maz. et Fuk., necnon apud Nicephorum legitur Θίβουθις. Rufinus *Theobutem* vertit, nominis asperitatem aliquantulum molliens. Sic pro *Clopa* idem Rufinus et veteres fere omnes *Cleopam* dixere. In vetustissimo tamen Rufini codice qui fuit olim in bibliotheca Parisiensis Ecclesiæ scribitur *Thobutes.* Cæterum in tribus codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum invenio ἄρχεται γὰρ ὁ Θέβ.

(16) *Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὧν.* Nicephorus ultimam vocem expunxit tanquam superfluam. Sic enim habet : Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. In codice Regio scriptum inveni ὧν καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τῷ λαῷ. Quod ferri potest, si tollatur distinctio quæ in omnibus nostris codicibus habetur. Atque ita sensus erit, primum Thebutem aggressum esse vitiare Ecclesiam Hierosolymitanam, inducta pestilenti doctrina septem illarum Judaici populi sectarum, quibus ipse erat addictus. Melius tamen, meo quidem judicio, legeretur hoc modo : Ἀπὸ τῶν ἑπτὰ αἱρέσεων ὧν καὶ αὐτὸς τῶν ἐν τῷ λαῷ. Quod idem valet ac si diceret : Thebutes errorem suum conflaverat ex septem illis sectis Judaici populi, perinde ac Simon et Cleobius et Dositheus.

(17) *Καὶ Δοσίθεος ὅθεν Δοσιθιανοί.* Sunt tamen qui scribant hunc Dositheum multo antiquiorem fuisse. Certe si Drusio credimus in responsione ad Minerv. Serarii, cap. 10, vixit hic Dositheus circa tempora Sennacheribi regis Assyriorum. Hieronymus in *Dialogo adversus Luciferianos : Taceo de Judaismi hæreticis, qui ante adventum Christi, legem traditam dissiparunt : quod Dositheus Samaritanorum princeps prophetas repudiavit : quod Sadducæi ex illius radice noscentes, etiam resurrectionem carnis negaverunt.* Scaliger tamen in *Elencho trihæresii*, cap. 15, Dositheum Christo recentiorem esse contendit, idque ex Origenis auctoritate, qui in lib. I *contra Celsum* diserte id affirmat. Sed et idem Origenes in tractatu XXVII *in Matthæum*, Dositheum Samaritanum temporibus apostolorum vixisse scribit qui se Christum esse jactaverit ; et

B tomo XIII *Enarrationum in Evangelium Joannis.* Id autem hausisse videtur Origenes ex Clemente Romano, qui in lib. II *Recognitionum* de Simone Mago loquens ita scribit : *Interfecto enim, sicut scis et ipse, Baptista Joanne, cum Dositheus hæreseos suæ iniisset exordium, cum triginta principalibus discipulis, et alia muliere quæ Luna vocitata est. Unde et illi triginta, quasi secundum lunæ cursum in numero dierum positi videbantur. Simon hic, malæ, ut diximus, gloriæ cupidus, accedit ad Dositheum ; et simulatis amicitiis, exorat ut si quando aliquis ex illis triginta obiisset, in locum defuncti se continuo subrogaret : quia neque statutum numerum excedere apud eos fas erat, neque ignotum aliquem inserere, aut nondum probatum. Unde et cæteri studentes digni loco ac numero fieri, secundum sectæ suæ instituta placere per omnia gestiunt, quo possit unusquisque ex his qui illum numerum sequuntur, cum forte aliquis ut diximus, decesserit, dignus videri qui in locum defuncti substitui debeat. Igitur Dositheus plurimis ab hoc exoratus, ubi locus intra numerum factus est, introduxit Simonem. Sed hic non multo post incidit in amorem mulieris illius quam Lunam vocant*, etc. Ex quibus patet Dositheum iisdem cum Simeone vixisse temporibus. De Dosithæi ætate idem quoque sentit Eulogius, patriarcha Alexandrinus, ut legitur in *Bibliotheca* Photii, c. 230 ; eique sententiæ suffragatur Hegesippus in loco quem præ manibus habemus.

C

(18) *Ὅθεν Γορθηνοί.* Rectius apud Nicephorum in cap. 7 libri IV, καὶ Γορθαῖος ὅθεν Γορθαιανοί· καὶ Μασβώθεος ὅθεν Μασβωθεανοί· ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί, etc. Quam emendationem confirmat Rufini interpretatio. In codice Regio, Maz., Fuk. et Sav., Γοραθηνοί· apud Epiphanium in *Ancorato*, Γοροθηνοί dicuntur ; in *Panario* autem, Γορθηνοί. Porro has hæreses ex septem Judaici populi sectis originem traxisse, recte Hegesippus observat. Nam Simoniani, Dositheani, Gortheni et aliqua errorum nomina, nihil aliud fuerunt quam rivi ex Judaicis illis fontibus defluentes. At Theodoritus in libro I *Hæreticarum fabularum*, cap. 1, has omnes hæreses ex Simonis fonte fluxisse dicit, Cleobianos scilicet, Dositheanos, Gorthenos, Masbotheos, Menandrianos, Eutychitas et Canistas, ἐκ τῆσδε τῆς πικροτάτης ἀνεφύησαν ῥίζης Κλεοβανοί, Δοσιθεανοί, Γορθηνοί, Μασβώθεοι, Ἀδριανισταὶ, Εὐτυχηταὶ, Κανισταί. Sed cum constet ipsam Simonianam hæresim ex Judaicis sectis originem habuisse, rectius dixisset Theodoritus eas omnes ex Judaicis sectis fuisse propagatas, maxime cum quædam illarum hæreseon, Simoniana vetustiores esse videantur, verbi gratia, Gortheni et Dositheana.

D

(19) *Ὅθεν ἀπὸ τούτων Μενανδριανισταί.* Prima vox deest in codice Regio et apud Nicephorum, rectius sine dubio. Cæterum in codd. Maz., Med.

Digitized by Google

Καρποκρατιανοί, καὶ Οὐαλεντινιανοί, καὶ Βασιλειδιανοί, καὶ Σατορνιλιανοί, ἕκαστος ἰδίως καὶ ἑτέρως ἰδίαν δόξαν παρεισήγαγεν (20). Ἀπὸ τούτων ψευδόχριστοι, ψευδοπροφῆται, ψευδαπόστολοι, οἵτινες ἐμέρισαν τὴν ἑνωσιν τῆς Ἐκκλησίας φθοριμαίοις λόγοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ. » Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ τὰς πάλαι γεγενημένας παρὰ Ἰουδαίοις αἱρέσεις ἱστορεῖ λέγων· « Ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα (21) καὶ τοῦ Χριστοῦ, αὗται· Ἐσσαῖοι (22), Γαλιλαῖοι (23), Ἡμεροβαπτισταί, Μασβωθαῖοι (24), Σαμαρεῖται (25), Σαδδουκαῖοι, Φαρισαῖοι. »

A illis sectis in Judaico populo proseminatis. Ex quibus fuit etiam Simon, a quo Simoniani fluxerunt; et Cleobius, a quo Cleobiani : et Dositheus, a quo Dositheani : et Gortheus, a quo Gortheni : et Masbotheus, a quo Masbothæi sunt cognominati; ex his etiam manarunt Menandriani, ac Marcionitæ, et Carpocratiani, et Valentiniani, et Basilidiani, et Saturniliani, aliique qui seorsim singuli proprias opiniones induxerunt. Ex iis **143** orti sunt pseudochristi, pseudoprophetæ, pseudoapostoli, qui adulterinam invehentes doctrinam adversus Deum et adversus Christum ejus, unitatem Ecclesiæ di-

et Fuk. pro *Menandrianistis* scriptum est Ἀδριανιστραί, quomodo etiam legitur apud Theodoritum in libro primo *Hæreticarum fabularum*, ut supra vidimus. Rufinus *Menandrianos* vertit.

(20) *Παρεισήγαγεν.* Ita correxit Rob. Stephanus, cum in omnibus exemplaribus constanter legatur παρεισηγάγησαν. Qui barbarismus non alienus est ab Hegesippo. In codice tamen Fuk. scriptum inveni παρεισηγάγησαν. Apud Nicephorum vero legitur παρεισήγαγον, quod magis probo.

(21) *Ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα.* In cod. Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ ἡ τῶν κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα, etc. Quod quid sibi velit nescio, nisi forte ita emendare placet, ἐν υἱοῖς Ἰσραηλιτῶν· κατὰ τῆς φυλῆς Ἰούδα. Vulgata tamen lectio magis placet, quam et Regius codex et Nicephorus confirmant. Videtur autem Hegesippus, tribum Judæ ab his omnibus Judaici populi sectis puram ac vacuam existimasse, ita ut nullus e tribu Judæ, Essenorum aut Sadducæorum et Pharisæorum sectam secutus sit. Quod tamen nequaquam verisimile est. Sed hoc ab Hegesippo dictum est in gratiam tribus Judæ, ex qua Christus originem duxit. Omnes igitur illas Judaismi hæreses vigusse ait apud reliquas decem tribus, quæ proprio ac peculiari vocabulo Israel dicebantur, post divisionem regni Judæorum Roboami temporibus factam. Certe tribus Judæ in libris prophetarum Ecclesiæ personam denotat; decem vero tribus referuntur ad hæreticos quorum maxima est multitudo, ut scribit Hier. *in cap.* 1 *Osee.*

(22) *Ἐσσαῖοι.* Hæ sunt septem hæreses Judaici populi quarum frequenter mentionem facit Hegesippus, ut in libris superioribus vidimus; sed et Justinus in disputatione *Adversus Tryphonem* totidem recenset hæreses Judæorum, sed eas aliis nominibus appellat. Verba sunt hæc : Ὥσπερ οὐδὲ Ἰουδαίους ἄν τις ὀρθῶς ἐξετάσῃ, ὁμολογήσειεν εἶναι τοὺς Σαδδουκαίους, ἢ τὰς ὁμοίας αἱρέσεις, Γενιστῶν καὶ Μεριστῶν, καὶ Γαλιλαίων καὶ Ἑλληνιανῶν, καὶ Φαρισαίων, καὶ Βαπτιστῶν. *Sicut neque Judæos, si quis recte perpenderit, dicat esse Sadducæos aut ejusmodi hæreses, Genistarum et Meristarum, Galilæorum et Hellenianorum, Pharisæorum ac Baptistarum.* Epiphanius quoque septem Judaismi hæreses agnoscit, sed eas ita nominat : Scribas, Pharisæos, Sadducæos, Essæos, Nazaræos, Hemerobaptistas, Herodianos. In *Indiculo hæreseon* qui tribuitur B. Hieronymo, decem numerantur hæreses Judæorum. Qui locus quoniam illustris est, hic meretur apponi. I. *Esinei dicunt Christum docuisse illos omnem abstinentiam.* II. *Galilæi dicunt Christum venisse et docuisse eos, ne dicerent dominum Cæsarem, neve ejus monetis uterentur.* III. *Marbonei dicunt, ipsum esse Christum qui docuit illos in omni re sabbatizare.* IV. *Pharisæi negant Christum venisse, nec ulla in re cum prædictis communicant.* V. *Sadducæi negant resurrectionem dicentes : Dictum est ad Adam, Terra es et in terram ibis.* VI. *Genistæ præsumunt quoniam de genere Abrahæ sunt.* VII. *Meristæ, quoniam separant Scripturas, non credentes omnibus prophetis,*

dicentes aliis et aliis spiritibus prophetasse. VIII. *Samaritæ qui in locum Israel captivo et abducto in Babyloniam translati sunt. Venientes in terram Sa-* B *mariæ regionis ex parte Israelitarum, consuetudinem quam sacerdote reducto didicerunt, tenent : ex parte gentilem, quam in nativitatis suæ terra habuerunt. Nam in observationibus suis a Judæis omnino separantur, quorum superstitio procul dubio omnibus nota est.* IX. *Herodiani : Temporibus Salvatoris hæc hæresis exsurrexit. Hi Herodem magnificabant, dicentes ipsum esse Christum.* X. *Hemerobaptistæ qui quotidie corpora sua et domum et supellectilem lavant.* Apud Isidorum in lib. VIII *Originum*, octo numerantur hæreses, Pharisæi scilicet, Sadducæi, Esinei, Morbonei, Genistæ, Meristæ, Samaritæ et Hemerobaptistæ.. Denique Pseudo-Clemens in lib. I *Recognitionum* quinque duntaxat sectas Judæorum recenset, quæ schismata appellat : Sadducæos scilicet, Samaritas, Scribas, Pharisæos et quosdam ex Joannis Baptistæ discipulis. *Cum enim*, inquit, *jam immineret ortus Christi, ad sacrificia quidem reprimenda, baptismi vero gratiam largiendam, inimicus ex his quæ prædicta fuerant, adesse tempus intelligens, diversa schismata operabatur in populo, ut si forte prius peccatum potuisset aboleri, secunda corrigi culpa non posset. Erat ergo primum schisma eorum qui dicebantur Sadducæi, initio Joannis jam pene temporibus consumpto. Hique ut cæteris justiores, segregare se cœpere a populi cœtu et mortuorum resurrectionem negare*, etc. Sed et paulo post idem Clemens non plures quam quinque supradictas numerat sectas Judæorum. Mirabitur fortasse aliquis cur inter has sectas Essæos prætermiserit. Cujus rei nullam aliam rationem excogitare possumus, nisi quod veteres Ecclesiæ Patres Essæis supra modum faverunt.

(23) *Γαλιλαῖοι.* Hos quoque inter Judæorum hæreticos recenset Justinus et Hieronymus. Auctor ac princeps hujus sectæ fuit Judas Galilæus, qui post exilium regis Archelai, cum Romani in Judæa censum agere vellent, populares suos ad retinendam pristinam libertatem excitavit, et quartam sectam invexit Galilæorum, ut scribit Josephus in libro II *De bello Judaico.* D

(24) *Μασβωθαῖοι.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. legitur Μασβώθεοι, accentu in antepenultimam syllabam rejecto. In *Indiculo* Hieronymi *Marbonei* dicuntur ; apud Isidorum vero *Morbonei.* Cæterum hi Masbothei distinguendi sunt ab illis quorum paulo ante meminit Hegesippus. Illi enim erant ex septem sectis Judaici populi quæ circa Christi tempora exortæ sunt ; illi vero ex septem illis Judæorum sectis propagati sunt, perinde ac Simoniani, Dositheani atque Gortheni. Mihi quidem mendum subesse videtur in alterutro Hegesippi loco. Apud Rufinum *Masbuthei* dicuntur illi inter Judaicas sectas quarto loco numerati ; alii vero ex illis prognati sectis dicuntur *Masbutheani.* Sic enim scribitur in optimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

(25) *Σαμαρεῖται.* Rectius Epiphanius Samaritas

Digitized by Google

sciderunt. » Idem præterea scriptor sectas illas quæ quondam apud Judæos invaluerunt, recenset his verbis : « Erant, inquit, diversæ sectæ atque sententiæ in circumcisione, inter filios Israel adversus tribum Judæ, et adversus Christum : Essæi scilicet, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothæi, Samaritæ, Sadducæi, Pharisæi. » Scribit etiam alia quamplurima, quæ nos jam superius maxima ex parte, suis quæque locis ac temporibus inserentes retulimus. Nonnulla item ex Hebræorum Evangelio et Syriaco, et ex Hebraica lingua profert in medium, satis per hæc aperte significans, se ex Hebræis ad Christi fidem transiisse. Alia quoque ex Judaicis traditionibus scripto minime comprehensis petita commemorat. Non solum autem ipse, sed etiam Irenæus et omnes antiqui, Proverbia Salomonis vocare solent Sapientiam omnium virtutum præcepta continentem. Denique agens de libris qui apocryphi dicuntur, quosdam eorum sua ætate ab nonnullis hæreticis compositos esse scribit. Sed jam ad alios transeamus.

A Καὶ ἕτερα δὲ πλεῖστα γράφει, ὧν ἐκ μέρους ἤδη πρότερον ἐμνημονεύσαμεν, οἰκείως τοῖς καιροῖς τὰς ἱστορίας παραθέμενοι. Ἔκ τε τοῦ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγελίου καὶ τοῦ Συριακοῦ, καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου τινὰ τίθησιν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι· καὶ ἄλλα δὲ ὡς ἂν ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἀγράφου παραδόσεως μνημονεύει· οὐ μόνος δὲ οὗτος, ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς, πανάρετον Σοφίαν τὰς Σολομῶνος Παροιμίας ἐκάλουν (26). Καὶ περὶ τῶν λεγομένων δὲ ἀποκρύφων διαλαμβάνων, ἐπὶ τῶν αὐτοῦ χρόνων πρός τινων αἱρετικῶν ἀναπεπλάσθαι τινὰ τούτων ἱστορεῖ. Ἀλλὰ γὰρ ἐφ' ἕτερον ἤδη μεταβατέον (27).

CAPUT XXIII.

De Dionysio, Corinthiorum episcopo, et de epistolis ab eo scriptis.

Ac primum quidem de Dionysio dicendum est, qui Corinthiorum Ecclesiæ episcopatum gessit, nec solum populis sibi commissis, verum etiam aliarum regionum et urbium incolis, divinos labores suos prolixe communicavit, omnium commodis utilitatique inserviens, in catholicis illis, quas ad diversas Ecclesias scripsit, epistolis. Ex quibus una quidem est ad Lacedæmonios, rectæ fidei institutionem continens, pacemque et unitatem insinuans; altera vero ad Athenienses scripta, excitans ad fidem, et ad vitam ex præcepto Evangelii traducendam : qua in re negligentiam arguit Atheniensium, quippe qui a fide propemodum descivissent, ex quo Publius ipsorum episcopus in persecutionibus tunc temporis excitatis martyrium subierat. Meminit etiam Quadrati, qui post martyrium Publii, episcopus Athe-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ Διονυσίου Κορινθίων ἐπισκόπου καὶ ὧν ἔγραψεν ἐπιστολῶν (Nic. *H. E.* IV, 8).

B Καὶ πρῶτόν γε περὶ Διονυσίου φατέον, ὅτι τε τῆς ἐν Κορίνθῳ παροικίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγκεχείριστο θρόνον, καὶ ὡς τῆς ἐνθέου φιλοπονίας οὐ μόνον τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῖς ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀφθόνως ἐκοινώνει, χρησιμώτατον ἅπασιν ἑαυτὸν καθιστὰς, ἐν αἷς ὑπετυποῦτο καθολικαῖς πρὸς τας Ἐκκλησίας ἐπιστολαῖς. Ὧν ἐστιν ἡ μὲν πρὸς Λακεδαιμονίους, ὀρθοδοξίας κατηχητικὴ (28), εἰρήνης τε καὶ ἑνώσεως ὑποθετική· ἡ δὲ πρὸς Ἀθηναίους, διεγερτικὴ πίστεως καὶ τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον πολιτείας· ἧς ὀλιγωρήσαντας ἐλέγχει, ὡς ἂν μικροῦ δεῖν ἀποστάντας τοῦ λόγου, ἐξ οὗπερ τὸν πρωτεστῶτα C αὐτῶν Ποῦπλιον μαρτυρῆσαι κατὰ τοὺς τότε συνέβη διωγμούς. Κοδράτου δὲ μετὰ τὸν μαρτυρήσαντα Ποῦπλιον καταστάντος αὐτῶν ἐπισκόπου (29) μέμνηται, ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχ-

a Judæis distinxit, et Judæorum quidem septem hæreses recensuit : Samaritanorum vero quatuor. Hegesippum tamen secuti sunt Hieronymus, seu quisquis est auctor *Indiculi;* Isidorus, Honorius Augustodunensis et alii : qui Samaritas inter Judæorum hæreses retulerunt, late scilicet sumentes nomen Judæorum. Atque ita sensisse videtur Hegesippus, cum ait : Ἦσαν δὲ γνῶμαι διάφοροι ἐν τῇ περιτομῇ. Sed quod subjicit ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, id jam excusari non potest, cum Samaritani nunquam pro filiis Israel habiti fuerint.

(26) *Παράρετον Σοφίαν τὰς Σολομῶνος Παροιμίας ἐκάλουν.* Hieronymus in *Chronico*, olympiade CXXXVI, et in *Præfatione ad Proverbia Salomonis*, librum Sapientiæ Jesu filii Sirach, *παράρετον* appellari scribit. Eadem porro ratione proverbia Salomonis veteres appellarunt *παράρετον Σοφίαν*. Quippe liber ille Sapientiæ Jesu filii Sirach, apud Hebræos *Parabolæ* inscribitur, perinde ac liber Proverbiorum Salomonis. Et quemadmodum Salomon post Parabolas scripserat Ecclesiastem et Canticum canticorum, sic etiam Siracides Parabolis suis Ecclesiastem et Canticum exemplo Salomonis adjecit. Utriusque igitur Parabolæ dictæ sunt ab antiquis πανάρετος Σοφία. Sed et liber ille qui Sapientia Salomonis falso inscribitur, πανάρετος Σοφία dicitur ab Athanasio in Synopsi, et ab Epiphanio in libro *De ponderibus*. Verum ut hic liber falso ascribitur Salomoni, sic Panareti vocabulum falso usurpat.

(27) *Ἀλλὰ γὰρ ἐφ' ἕτερον ἤδη μεταβατέον.* Ab his verbis caput 23 incipit in codice Mazarino, Regio et Fuketiano.

(28) *Ὀρθοδοξίας κατηχητική.* In tribus codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum est κατηχητικῆς. Sed vulgatam lectionem magis probo, quam confirmat etiam Nicephorus. Sic enim ille hunc Eusebii locum expressit : Ὧν μία πρὸς Λακεδαιμο- D νίους ἐστὶ, κατήχησιν περιέχουσα ὀρθοδοξίας.

(29) *Κοδράτου δὲ μετὰ... Ποῦπλιον καταστάντος ἐπισκόπου.* Hunc Quadratum Athenarum episcopum distinguendum esse existimo a Quadrato illo apostolorum discipulo, cujus meminit Eusebius in lib. III, cap. 37, qui una cum Philippi filiabus prophetico charismate ornatus, Evangelium variis in locis prædicavit. Hunc enim episcopum non fuisse liquet ex supradicto Eusebii loco. Quadratus autem ille qui *Apologeticum* pro religione nostra Adriano imp. obtulit, de quo Eusebius in principio libri quarti, is ipse est apostolorum discipulus, ut diserte affirmat Eusebius in *Chronico*. Sed Quadratus Athenarum episcopus, ab illo apostolorum discipulo prorsus distinguendus est. Nam, ut supra dixi, Quadratus ille apostolorum di-

Digitized by Google

θέντων καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. Δηλοῖ δ' ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν κατὰ τὰ ἐν ταῖς Πράξεσι δεδηλωμένα, πρῶτος τῆς Ἀθηναίων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρίστο. Ἄλλη δ' ἐπιστολή τις αὐτοῦ πρὸς Νικομηδέας φέρεται· ἐν ᾗ τὴν Μαρκίωνος αἵρεσιν πολεμῶν, τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι (30). Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Γόρτυναν ἅμα ταῖς λοιπαῖς κατὰ Κρήτην παροικίαις ἐπιστέλας, Φίλιππον ἐπίσκοπον αὐτῶν ἀποδέχεται, ἅτε δὴ ἐπὶ πλείσταις (31) μαρτυρουμένης ἀνδραγαθίαις τῆς ὑπ' αὐτὸν Ἐκκλησίας, τήν τε τῶν αἱρετικῶν διαστροφὴν ὑπομιμνήσκει φυλάττεσθαι. Καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ δὲ τῇ παροικούσῃ Ἀμαστριν ἅμα ταῖς κατὰ Πόντον ἐπιστείλας, Βακχυλίδου μὲν καὶ Ἐλπίστου, ὡς ἂν αὐτὸν ἐπὶ τὸ γράψαι προτρεψάντων μέμνηται, Γραφῶν τε θείων ἐξηγήσεις παρατέθειται, ἐπίσκοπον αὐτῶν ὀνόματι Πάλμαν ὑποσημαίνων· πολλὰ δὲ περὶ γάμου καὶ ἁγνείας τοῖς αὐτοῖς παραινεῖ. Καὶ τοὺς ἐξ οἵας δ' οὖν ἀποπτώσεως, εἴτε πλημμελείας, εἴτε μὴν αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας, δεξιοῦσθαι προστάττει. Ταύταις ἄλλη ἐγκατέλεκται πρὸς Κνωσσίους ἐπιστολή, ἐν ᾗ Πινυτὸν τῆς παροικίας ἐπίσκοπον παρακαλεῖ, μὴ βαρὺ φορτίον ἐπάναγκες τὸ περὶ ἁγνείας τοῖς

niensium 144 est constitutus : ejusque labore et industria cives denuo in Ecclesiam convenisse, et redivivum fidei ardorem in illis reparatum esse testatur. Refert præterea Dionysium Areopagitam, qui a Paulo apostolo ad fidem conversus est, quemadmodum traditur in Actibus apostolorum, primum omnium Ecclesiæ Atheniensis sacerdotium suscepisse. Sed et alia ejus epistola exstat ad Nicomedienses, in qua Marcionis hæresim impugnans, veritatis regulæ firmiter adhærescit. Ecclesiæ præterea Gortynensium, et reliquis simul Ecclesiis Cretæ litteras scribens, episcopum ipsorum Philippum magnopere prædicat, quippe cujus Ecclesia egregiam laudem fortitudinis et generosi animi, communi omnium consensu retulisset : monetque ut ab hæreticorum fraude ac versutia sibi caveant. In epistola vero quam scribit ad Ecclesiam Amastrianorum et cæteras simul Ecclesias Ponti, se quidem a Bacchylide et Elpisto ad scribendum impulsum esse commemorat. Episcopum autem ipsorum Palmam nominatim appellans, sacrarum Scripturarum expositionem affert. Multa quoque de nuptiis et de castitate eis præcipit : et cunctos qui a quovis lapsu, sive delicto, sive etiam ab hæretica pravitate resiliunt, benigne suscipi jubet. In eodem volumine

scipulus, nunquam episcopus fuit. Certe nec Dionysius Corinthiorum episcopus, nec Eusebius Quadratum Athenarum episcopum aiunt fuisse discipulum apostolorum. Quod utique omissuri non erant, si res ita se habuisset, cum hæc vel præcipua laus esset Quadrati. Præterea temporum ratio satis admonet, ut hos duos Quadratos distinguamus. Quadratus enim ille apostolorum discipulus non processit ultra tempora imperatoris Adriani. Quadratus vero Athenarum episcopus Ecclesiam illam rexit principatu Marci Antonini, ut constat ex hac Dionysii ad Athenienses epistola. Nam Dionysius de hoc Quadrato loquitur tanquam de æquali, qui recens ordinatus fuisset episcopus Athenarum. Floruit autem Dionysius Corinthiorum episcopus regnante M. Antonino. Quare assentiri non possum B. Hieronymo, qui hos duos Quadratos minime distinxit. Sic enim scribit in libro *De scriptoribus ecclesiasticis : Quadratus apostolorum discipulus, Publio Athenarum episcopo ob Christi fidem martyrio coronato, in locum ejus substituitur, et Ecclesiam grandi terrore dispersam, fide et industria sua congregat*, etc. Idem scribit in epistola ad Magnum oratorem Romanum. Sed et in Græcorum *Menologio*, Quadratus apostolus confunditur cum Quadrato Athenarum episcopo. Verum in *Typico* monasterii S. Sabæ hic error non habetur. Sic enim in eo legitur die 21 Septembris, τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Κοδράτου τοῦ ἐν τῇ Μαγνησίᾳ. Et hæc quidem de Quadrato Athenarum episcopo a nobis observata sunt. Quod vero spectat ad Publium decessorem Quadrati, plerosque ita sentire video, Publium hunc Dionysio Areopagitæ proxime successisse. Ita Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanum, Sirmondus in dissertatione *De duobus Dionysiis*, Blondellus in præfatione quam *Apologiæ* suæ pro sententia Hieronymi præfixit, et ante illos Usuardus, cujus hæc sunt verba ad diem 21 Januarii : *Natalis B. Publii episcopi, qui secundus post Dionysium Areopagitam, Atheniensium Ecclesiam rexit.* Verum cum nec Eusebius nec Dionysius id de Publio dixerint, haud facile crediderim illum Dionysio proxime successisse. Certe Dionysius Areopagites principatu Domitiani abiit e vita, ut inter omnes constat. Nec probabile est illum vitam ulterius produxisse, quippe qui jam grandævus ad Christi fidem conversus sit. Athenis enim non nisi provecta jam ætate cives in Areopagum promovebantur. Quod si Publium ei proxime successisse dicamus, cum hic principatu M. Antonini martyrium fecerit, plus quam LXX annis in episcopatu eum vixisse dicendum est. Porro Publium regnante Marco subiisse martyrium, ex hac Dionysii ad Athenienses epistola colligitur. Scripsit enim hanc epistolam Dionysius ad Athenienses, ut eorum fidem suscitaret, quæ post mortem Publii, dissipata ob fervorem persecutionis Ecclesia, multum fuerat imminuta : nisi quod Quadratus qui in locum Publii recens substitutus fuerat, eam erigere atque excitare cœperat. Cujus conatum ut adjuvaret Dionysius, cum ad eum utpote metropolitem Achaiæ cura hæc pertineret, hanc ad Athenienses dedit epistolam, et quidem sub initio episcopatus sui. Orsus est autem episcopatum temporibus Soteris papæ, ut supra dixi, post obitum Primi, Corinthiorum episcopi, quem sub Aniceto sedisse testis est Hegesippus. Quod si Publius sub Trajano passus fuisset, ut vult Sirmondus, nihil jam causæ erat cur Dionysius tanto post tempore Atheniensibus scriberet ad suscitandam eorum fidem, cum jam a Quadrato id cumulate præstitum fuisset.

(30) Vulg. τῷ τῆς Ἐκκλησίας παρίστατα κανόνι. Nicephorus in lib. IV, cap. 8, pro his verbis hæc posuit, τῷ ἐκκλησιαστικῷ κανόνι στοιχεῖ, id est *ecclesiasticæ regulæ insistit*. In quo sensum quidem expressit Eusebii, sed vim verbi παρίστατα non est assecutus. Vox est familiaris Eusebio παρίστασθαι, quæ idem valet ac *probare, astruere, confirmare* ac *defendere*, ut hic vertit Rufinus. Sic Eusebius infra in capite ultimo hujus libri de Bardessane loquens : ἱκανῶς τῷ λόγῳ παριστάμενῳ· quem locum non intellexit Christophorsonus.

(31) Ἅτε δὴ ἐπὶ πλείσταις. Ita legitur in codice Regio. Sed tres reliqui, Maz. scilicet, Med. et Fuk., scriptum habent ὡς ἂν ἐπὶ πλείσταις, quod idem est.

Digitized by Google

continetur etiam epistola ad Gnossios, in qua Pinytum Ecclesiæ illius episcopum monet, ne grave onus castitatis fratrum cervicibus tanquam necessarium imponat, sed ejus quæ in plerisque hominibus inest infirmitatis rationem habeat. Cui epistolæ respondens postea Pinytus, admiratione quidem ac laudibus effert imprimis Dionysium : sed tamen hortatur, ut solidiorem cibum tandem impertiat, et transmissis iterum perfectioris doctrinæ litteris plebem sibi commissam alere velit : ne forte lacteis sermonibus perpetuo innutriti homines, in infantili quadam disciplina paulatim consenescant. Quæ quidem epistola et rectam Pinyti fidem, et sollicitudinem de profectu plebis ipsi commissæ, eloquentiam quoque et peritiam rerum divinarum, velut tabella quadam picta egregie commonstrat. Exstat etiam epistola ejusdem Dionysii ad Romanos, Soteri tunc temporis episcopo Romæ urbis nuncupata, ex qua pauca quædam hic inserere non absurdum fuerit, ubi scilicet ille morem institutumque Romanorum, **145** ad persecutionem usque nostra ætate factam perpetuo custoditum magnopere commendans, ita scribit : « Hæc enim, inquit, vobis consuetudo est jam inde ab ipso religionis exordio, ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, et Ecclesiis quamplurimis, quæ in singulis urbibus constitutæ sunt, necessaria vitæ subsidia transmittatis ; et hac ratione tum egentium inopiam sublevatis, tum fratribus qui in metallis opus faciunt, necessaria suppeditatis : per hæc quæ ab initio transmittere consuevistis munera, morem institutumque Romanorum a majoribus vestris acceptum Romani retinentes. Atque hunc morem beatus episcopus vester Soter non servavit solum, verum etiam adauxit : tum munera sanctis destinata copiose subministrans, tum fratres peregre advenientes, tanquam liberos suos pater amantissimus beatis sermonibus consolando. » In hac ipsa etiam epistola meminit Clementis epistolæ ad Corinthios scriptæ, quam ex prisca consuetu-

A ἀδελφοῖς ἐπιτιθέναι, τῆς δὲ τῶν πολλῶν καταστοχάζεσθαι ἀσθενείας. Πρὸς ἣν ὁ Πινυτὸς ἀντιγράφων, θαυμάζει μὲν καὶ ἀποδέχεται τὸν Διονύσιον, ἀντιπαρακαλεῖ δὲ στερροτέρας ἤδη ποτὲ μεταδιδόναι τροφῆς, τελειοτέροις γράμμασιν εἰσαῦθις τὸν ὑπ' αὐτῷ λαὸν ὑποθρέψαντα, ὡς μὴ διατέλους τοῖς γαλακτώδεσιν ἐνδιατρίβοντες λόγοις, τῇ νηπιώδει ἀγωγῇ λάθοιεν καταγηράσαντες. Δι' ἧς ἐπιστολῆς καὶ ἡ τοῦ Πινυτοῦ περὶ τὴν πίστιν ὀρθοδοξία τε καὶ φροντὶς τῆς τῶν ὑπηκόων ὠφελείας, τό τε λόγιον καὶ ἡ περὶ τὰ θεῖα σύνεσις, ὡς δι' ἀκριβεστάτης ἀναδείκνυται εἰκόνος. Ἔτι τοῦ Διονυσίου καὶ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ φέρεται, ἐπισκόπῳ τῷ τότε Σωτῆρι προσφωνοῦσα. Ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις (32), δι' ὧν τὸ μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθὲν Ῥω-

B μαίων ἔθος (33) ἀποδεχόμενος, ταῦτα γράφει· « Ἐξ ἀρχῆς γὰρ ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, Ἐκκλησίαις τε πολλαῖς ταῖς κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐφόδια πέμπειν, ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας, ἐν μετάλλοις δὲ ἀδελφοῖς ὑπάρχουσιν ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες, ὃ οὐ μόνον διατετήρηκεν ὁ μακάριος ὑμῶν ἐπίσκοπος Σωτὴρ, ἀλλὰ καὶ ἐπηύξηκεν, ἐπιχορηγῶν μὲν τὴν διαπεμπομένην δαψίλειαν τὴν εἰς τοὺς ἁγίους, λόγοις δὲ μακαρίοις τοὺς ἀνιόντας ἀδελφοὺς (34), ὡς τέκνα πατὴρ φιλόστοργος, παρακαλῶν. » Ἐν αὐτῇ δὲ ταύτῃ καὶ τῆς Κλήμεντος

C πρὸς Κορινθίους μέμνηται ἐπιστολῆς, δηλῶν ἀνέκαθεν ἐξ ἀρχαίου ἔθους ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας τὴν ἀνάγνωσιν αὐτῆς ποιεῖσθαι. Λέγει γοῦν· « Τὴν σήμερον οὖν Κυριακὴν ἁγίαν ἡμέραν διηγάγομεν, ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν (35) ὑμῶν τὴν ἐπιστολήν· ἣν ἔξομεν ἀεί ποτε ἀναγινώσκοντες νουθετεῖσθαι, ὡς καὶ τὴν προτέραν ἡμῖν διὰ Κλήμεντος γραφεῖσαν. » Ἔτι δὲ ὁ αὐτὸς καὶ περὶ τῶν ἰδίων ἐπιστολῶν, ὡς ῥᾳδιουργηθεισῶν, ταῦτά φησιν· « Ἐπιστολὰς γάρ, ἀδελφῶν (36) ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. Καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν, ἃ μὲν ἐξαιροῦν-

(32) *Ἐξ ἧς οὐδὲν οἷον τὸ καὶ*, etc. In codice Regio, quem secutus est Stephanus, pro οἷον τό scribitur ἄτοπον. Sed reliqui codices, Maz., Med., cum Fuk. et Saviliano scriptum habent οὐδὲν οἷον τὸ καὶ παραθέσθαι λέξεις. Quod profecto longe est elegantius. Phrasis est familiaris Eusebio, quam nos vernaculo sermone feliciter exprimimus. Sic supra in cap. XIII libri primi de Abgaro loquens ait : Οὐδὲν δὲ οἷον καὶ αὐτῶν ἐπακοῦσαι τῶν ἐπιστολῶν.

(33) *Φυλαχθὲν Ῥωμαίων ἔθος*. Notandum est illustre testimonium Dionysii Corinthiorum episcopi de Romana Ecclesia, quæ cum esset opulentissima, aliarum Ecclesiarum inopiam liberalitate sua sublevabat, et fratribus ad metallum damnatis aut in exsilium missis, alimenta et munera submittere consueverat. In hunc usum fiebant collectæ in Ecclesia Romana diebus Dominicis, de quibus exstant aliquot S. Leonis papæ sermones. Quæ laudabilis consuetudo jam inde a primis apostolorum temporibus instituta, in postrema etiam persecutione Diocletiani servata est, ut hic testatur Eusebius : quo tempore Ecclesia Romana Christianis ad metalla Palæstinæ et per Ægyptum damnatis, collectas pecunias misit. De hoc more Romanæ Ecclesiæ præter Dionysium Corinthiorum loquitur etiam Dionysius Alexandrinus episcopus in epistola ad Stephanum papam, quam refert Eusebius in lib. VII, cap. 4: Αἱ μέντοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία, οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε, καὶ οἷς νῦν ἐπεστείλατε. Id est, *Syriæ omnes et Arabia, quibus pecunias identidem subministratis*... Quem locum male verterunt interpretes.

D

(34) *Τοὺς ἀνιόντας ἀδελφούς*. Male Langus et Musculus *redeuntes* vertere. Melius Rufinus ita interpretatur, *advenientes fratres clementi satis et mitissimo solatur alloquio*. Intelligit enim Dionysius fratres qui ex longinquis regionibus Romam venire consueverant, penuria apud se laborantibus subsidium aliquod a Romanis relaturi.

(35) *Ἐν ᾗ ἀνεγνώκαμεν*. Nostri codices Mazar., Med. et Fuk. scriptum habent ἔγνωμεν, Nicephorus vero ἀνέγνωμεν. Cæterum cum hoc fragmento epistolæ Dionysii ad clerum Romanum, jungendus est alter locus ejusdem epistolæ quem citavit Eusebius in cap. penult. lib. II. Hæc enim duo fragmenta sibi invicem connectenda esse non dubitamus.

(36) *Ἐπιστολὰς... ἀδελφῶν*. Codex Mazar., Med. cum Fuk. vocem interserit hoc modo, ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν, etc.; atque ita Nicephorus et Rufinus.

Digitized by Google

τες, ἃ δὲ προστιθέντες. Οἷς τὸ οὐαὶ κεῖται. Οὐ θαυμαστὸν ἄρα εἰ καὶ τῶν Κυριακῶν ῥᾳδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται Γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι. » Καὶ ἄλλη δέ τις παρὰ ταύτας ἐπιστολὴ τοῦ Διονυσίου φέρεται, Χρυσοφόρᾳ πιστοτάτῃ ἀδελφῇ ἐπιστέλλοντος, ᾗ τὰ κατάλληλα γράφων, τῆς προσηκούσης καὶ αὐτῇ μετεδίδου λογικῆς τροφῆς. Καὶ τὰ μὲν τοῦ Διονυσίου τοσαῦτα.

A dine in ecclesia legi solitam esse testatur his verbis : « Hodie, inquit, sacrum diem Dominicum transegimus. In quo epistolam vestram legimus, quam quidem perpetuo deinceps legentes, perinde ac priorem illam nobis a Clemente scriptam epistolam, optimis præceptis ac documentis abundabimus. » Idem præterea scriptor epistolas suas a falsariis corruptas esse admonet, ita scribens : « Epistolas, inquit, scripsi rogatus a fratribus. Sed illas ministri quidam diaboli, zizaniis compleverunt : quædam ex illis expungentes, quædam adjicientes. Quos certe manet feralis illa sententia : Væ vobis. Non mirum igitur videri debet, si sacrosancta Domini scripta quidam adulterare aggressi sunt, quando quidem in longe inferioribus scriptis idem ausi fuisse deprehenduntur. » Habetur præterea alia ejusdem epistola ad Chrysophoram fidelissimam sororem, cui convenientia scribens, spiritale, ut decuit, pabulum subministrat. Atque hæc de Dionysii scriptis a nobis dicta sint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ Θεοφίλου τῶν Ἀντιοχέων ἐπισκόπου (Nic. *H. E.* IV, 9).

Τοῦ δὲ Θεοφίλου ὃν τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον δεδηλώκαμεν, τρία τὰ *Πρὸς Αὐτόλυκον* στοιχειώδη φέρεται συγγράμματα. Καὶ ἄλλο *Πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἑρμογένους* (37) τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, ἐν ᾧ ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου κέχρηται μαρτυρίαις· καὶ ἕτερα δέ τινα κατηχητικὰ αὐτοῦ βιβλία. Τῶν γε μὴν αἱρετικῶν οὐδὲν χεῖρον καὶ τότε, ζιζανίων δίκην, λυμαινομένων τὸν εἰλικρινῆ τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας σπόρον, οἱ πανταχόσε τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμένες, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους τῶν τοῦ Χριστοῦ προβάτων ἀποσοβοῦντες αὐτοὺς ἀνεῖργον, τοτὲ μὲν, ταῖς πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς νουθεσίαις καὶ παραινέσεσι, τοτὲ δὲ, πρὸς αὐτοὺς γυμνότερον ἀποδυόμενοι, ἀγράφοις τε εἰς πρόσωπον ζητήσεσι καὶ ἀνατροπαῖς, ἤδη δὲ καὶ δι' ἐγγράφων ὑπομνημάτων τὰς δόξας αὐτῶν ἀκριβεστάτοις ἐλέγχοις διευθύνοντες. Ὁ γέ τοι Θεόφιλος σὺν τοῖς ἄλλοις κατὰ τούτων στρατευσάμενος δῆλός ἐστιν, ἀπό τινος οὐκ ἀγεννῶς αὐτῷ κατὰ Μαρκίωνος πεπονημένου λόγου. Ὃς καὶ αὐτὸς μεθ' ὧν ἄλλων εἰρήκαμεν, εἰσέτι νῦν διασέσωσται. Τοῦτον μὲν οὖν ἕβδομος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας διαδέχεται Μαξιμῖνος.

B Theophili vero, quem Antiochenæ Ecclesiæ episcopum fuisse superius retulimus, tres supersunt *Ad Autolycum* libri, institutionem fidei continentes. Alius etiam exstat liber, quem *Contra* **146** *Hermogenis hæresim* inscripsit, in quo testimoniis utitur ex Joannis Revelatione desumptis. Exstant et alii ejusdem libri, in quibus elementa fidei nostræ traduntur. Porro cum nihilominus hac etiam tempestate hæretici zizaniorum instar sinceram apostolicæ doctrinæ sementem labefactarent, Ecclesiarum toto orbe pastores, eos tanquam feras atque immanes belluas ab ovili Christi fugare atque arcere properabant : partim hortando et commonendo fratres, partim adversus ipsos hæreticos fortiter colluctando : quos vel propositis cominus interrogationibus et confutationibus viva duntaxat voce, vel libris accuratissime conscriptis opiniones eorum refellentes, confutabant. Theophilus igitur una cum cæteris adversus illos hæreticos depugnavit, ut constat ex quodam illius libro haudquaquam spernendo, quem *contra Marcionem* elaboravit : qui liber una cum aliis quos retuli, etiamnum exstat. Huic porro Theophilo in episcopatu Antiochensis Ecclesiæ septimus ab apostolis successit Maximinus.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ Φιλίππου καὶ Μοδέστου (Nic. *H. E.* IV, 9).

Φίλιππός γε μὴν ὃν ἐκ τῶν Διονυσίου φωνῶν τῆς ἐν Γορτύνῃ παροικίας ἐπίσκοπον ἔγνωμεν, πάνυ γε σπουδαιότατον πεποίηται καὶ αὐτὸς κατὰ Μαρκίωνος λόγον· Εἰρηναῖός τε ὡσαύτως καὶ Μόδεστος, ὃς καὶ διαφερόντως παρὰ τοὺς ἄλλους τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἔκδηλον πᾶσι κατεφώρασε πλάνην· καὶ ἄλλοι δὲ πλείους, ὧν παρὰ πλείστοις τῶν ἀδελφῶν εἰσέτι νῦν πόνοι διασώζονται.

CAPUT XXIV.

De Theophilo, Anthiochensium episcopo.

CAPUT XXV.

De Philippo et Modesto.

Sed et Philippus, quem ex verbis Dionysii proxime citatis Gortynensis Ecclesiæ episcopum fuisse cognovimus, ipse quoque luculentissimum librum *Adversus Marcionem* composuit. Irenæus quin etiam et Modestus. Verum hic præ cæteris egregie errores illius ac dolos detegens, omnibus spectandos exhibuit. Scripserunt etiam alii complures, quorum libri apud plurimos ex fratribus adhuc studiose servantur.

(37) *Πρὸς τὴν αἵρεσιν Ἑρμογένους*. De Hermogene ejusque hæresi vide Baronium ad annum Christi 170. Cui tamen assentiri non possum in eo quod dicit Hermogenem docuisse in Africa, quod nescio undenam hausit Baronius. Nam si ex eo quod Tertullianus adversus illum scripsit, eum in Africa vixisse putandum est; pari jure eum Syrum esse credemus, eo quod Theophilus Antiochenus in eum scripsit. De eodem Hermogene loquitur Clemens Alexandrinus in lib. *Hypotyposeon*, sive in *Excerptis Theodoti*, ubi exponens hæc Davidis verba : *In sole posuit tabernaculum suum : Quidam*, inquit, *aiunt Christum in sole corpus suum deposuisse, ut Hermogenes*. Idem certe de Hermogene tradunt Theodoritus et Philastrius.

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

De Melitone et de his quorum ille mentionem fecit.

Iisdem temporibus Melito Sardianus et Apollinaris Hierapolitanus episcopi, summa laude viguerunt. Quorum uterque orationes pro fidei nostræ defensione scriptas, supra memorato imperatori qui tunc temporis regnabat, seorsum nuncupavit. Ex libris autem utriusque illorum, hi quos infra subjecimus, ad nostram notitiam pervenerunt. Melitonis quidem *De Pascha* libri duo. *De* **147** *recta vivendi ratione*, et *De prophetis* liber unus. Alius item *De Ecclesia*, alius *De die Dominico*. Est et *De natura hominis* liber unus. Alius *De formatione*. Alius *De obedientia sensuum fidei*. Præterea liber *De anima et corpore et mente*. Liber *De lavacro*, liber *De veritate*, liber B *De conditu et generatione Christi*. Item alius *De prophetia*, alius *De hospitalitate*, alius quoque qui *Clavis* inscribitur. Ad hæc *De diabolo*, et *De Revelatione Joannis*. *De Incarnatione Dei* liber unus. Postremus omnium est libellus ad imperatorem Antoninum.

(38) *Καὶ τὰ Περὶ πολιτείας καὶ Προφητῶν*. Male Rufinus et Christophorsonus ex uno Melitonis libro duos fecerunt: alterum *De recta conversatione*, alterum *De prophetis*, quasi in Græco legeretur καὶ τὸ *Περὶ προφητῶν*. Sed cum in omnibus scriptis codicibus, et apud Nicephorum, non alia lectio reperiatur quam ea quæ vulgata est, merito illorum sententiam et interpretationem rejicimus. Adde quod Hieronymus in lib. *De scriptoribus ecclesiasticis*, qui ex Eusebii *Historia* totus fere descriptus est, hunc Melitonis librum *De vita prophetarum* inscribi dicit. In codice Maz. et Med. scribitur *τὰ Περὶ τῆς πολι-* C *τείας*, itemque in Fuk. et Saviliano.

(39) *Ὁ Περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων*. Apud Nicephorum legitur ὁ *Περὶ ὑπακοῆς πίστεως*· καὶ ὁ *Περὶ αἰσθητηρίων*, ut duo fuerint Melitonis libri : alter *De obedientia fidei*, alter *De sensibus*, idque confirmant Hieronymus et Rufinus. In omnibus tamen nostris codicibus legitur καὶ ὁ *Περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων* absque distinctione, quam Rob. Stephanus post vocem πίστεως adjecit. Fuit igitur hic Melitonis liber ita inscriptus : *De obedientia sensuum fidei*, seu, quod idem est, *De obedientia fidei quæ fit a sensibus*. Quidam enim hæretici aiebant, animales quidem seu psychicos sensuum opera credere, spiritales vero per rationem. Ita Heracleo explicabat locum illum ex Joannis Evangelio : *Nisi signa et prodigia videritis, non credetis*. Quæ Christi verba aiebat Heracleo dici proprie ad eos, qui per opera et sensus naturam habeant obediendi, non autem credendi per rationem. Refert D hæc Origenes *Enarrationum in Joannis Evangelium* tomo XIII, ubi id refutat, docetque tam spiritales quam animales non posse nisi per sensum credere.

(40) *Ὁ Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἢ νοὸς, καὶ ὁ Περὶ λουτροῦ*. Hæc est lectio codd. Maz., Med. et Fuk., quam veram esse non dubitamus. Nam et interpretatio Rufini eam confirmat, *De anima et corpore et mente*, *De lavacro*. Cod. Reg., cui consentit etiam Niceph., ὁ *Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος* ἦν· ἐν οἷς καί, etc.

(41) *Καὶ Περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ*. Sic codd. Maz., Med. et Fuk., et Nicephor., id est *De creatione et generatione Christi*, quam Scripturam veram esse non ambigimus. Rufinus quidem vulgatam lectionem καὶ περὶ πίστεως καὶ γεν. secutus est, ut ex interpretatione ejus apparet. Hieronymus vero uno *generationis* vocabulo contentus, vocem κτίσεως utpote duriorem declinavit, propterea quod

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Περὶ Μελίτωνος καὶ ὧν αὐτὸς ἐμνημόνευσεν (Nic. *H. E.* IV, 10).

Ἐπὶ τῶνδε καὶ Μελίτων τῆς ἐν Σάρδεσι παροικίας ἐπίσκοπος, Ἀπολινάριός τε τῆς ἐν Ἱεραπόλει διαπρεπῶς ἠκμαζον· οἳ καὶ τῷ δηλωθέντι κατὰ τοὺς χρόνους Ῥωμαίων βασιλεῖ λόγους ὑπὲρ τῆς πίστεως ἰδίως ἑκάτερος ἀπολογίας προσεφώνησαν. Τούτων εἰς ἡμετέραν γνῶσιν ἀφῖκται τὰ ὑποτεταγμένα· Μελίτωνος τὰ *Περὶ τοῦ πάσχα* δύο, καὶ τὰ *Περὶ πολιτείας* καὶ *Προφητῶν* (38), καὶ ὁ *Περὶ Ἐκκλησίας*, καὶ ὁ *Περὶ Κυριακῆς* λόγος. Ἔτι δὲ ὁ *Περὶ φύσεως ἀνθρώπου*, καὶ ὁ *Περὶ πλάσεως*, καὶ ὁ *Περὶ ὑπακοῆς πίστεως αἰσθητηρίων* (39), καὶ πρὸς τούτοις ὁ *Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ἢ νοὸς*, καὶ ὁ *Περὶ λουτροῦ* (40), καὶ ὁ *Περὶ ἀληθείας*, καὶ *Περὶ κτίσεως καὶ γενέσεως Χριστοῦ* (41). Καὶ λόγος αὐτοῦ *Περὶ προφητείας* (42), καὶ ὁ *Περὶ φιλοξενίας* (43), καὶ *Ἡ κλείς*. Καὶ *τὰ Περὶ τοῦ διαβόλου*, καὶ τῆς *Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου*, καὶ ὁ *Περὶ ἐνσωμάτου Θεοῦ*, ἐπὶ πᾶσι καὶ τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον (44).

Christum in ordinem creaturarum cogere videretur. Verum antiqui Patres qui ante concilium Nicænum vixere, per vocabulum κτίσεως non eam solum creationem quæ ex nihilo fit, sed omne genus productionis intellexerunt, ipsamque adeo generationem Verbi. Itaque id quod in Proverbiis legitur : *Dominus creavit me principium viarum suarum*, de generatione illa æterna exposuerunt; itemque illud Apostoli, *primogenitus omnis creaturæ*. Quæ omnia Marcellus quidem Ancyræ episcopus, de Incarnatione Christi dicta esse contendebat : sed refutatur ab Eusebio in libro II *contra Marcellum*, cap. 3, et in lib. III *De ecclesiastica theologia*, cap. 2. Porro in codice Mazarino ad vocem κτίσεως notatur in margine eadem manu: Γρ. πίστεως. Quæ nota significat in quibusdam exemplaribus pro κτίσεως scribi πίστεως.

(42) *Καὶ λόγος αὐτοῦ Περὶ προφητείας*. Rufinus hæc cum verbis superioribus conjunxit hoc modo: *De fide et generatione Christi et de prophetia ejus*, cui tamen non assentior. Rectius Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* hunc locum ita vertit : *Item de prophetia sua librum unum*. Certe Melitonem prophetam a plerisque habitum fuisse docet Tertullianus. Hieronymus in *Melitone : Hujus*, inquit, *elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit a plerisque nostrorum prophetarum putari*.

(43) Codex Regius, cujus lectionem confirmat etiam Rufinus, habet... *Περὶ προφητείας, καὶ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος, καὶ περὶ φιλοξενίας*. Verum cum hic Melitonis liber *De anima et corpore*, jam antea commemoratus sit, quid opus est rursus eum hic recensere? Certe in codice Med., Fuk. et Savil. verba illa καὶ *Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος* non habentur. Sed neque apud Hieronymum ac Nicephorum ulla eorum exstat mentio hoc loco. Optimus tamen codex Maz. ea retinet, sed inverso ordine in hunc modum : Καὶ ὁ *Περὶ φιλοξενίας*· καὶ ὁ *Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος*.

(44) *Τὸ πρὸς Ἀντωνῖνον βιβλίδιον*. Id est libellus supplex. Sic videtur inscripta fuisse Melitonis *Apologia pro Christianis* ad imp. Antoninum Verum, eo quod proprie esset libellus supplex imperatori oblatus. Idem etiam fuit titulus *Apologetici* Justini, ut patet ex fine posterioris *Apologetici*, ubi Justinus ita loquitur : Καὶ ὑμᾶς οὖν ἀξιοῦμαι ὑπογράψαντας τὸ

Digitized by Google

Ἐν μὲν οὖν τοῖς *Περὶ τοῦ Πάσχα*, τὸν χρόνον καθ' ὃν συνέταττεν, ἀρχόμενος σημαίνει ἐν τούτοις· « Ἐπὶ Σερουιλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ περὶ τοῦ Πάσχα, ἐμπεσόντος κατὰ καιρὸν ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, καὶ ἐγράφη ταῦτα. » Τούτου δὲ τοῦ λόγου μέμνηται Κλήμης ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν ἰδίῳ *Περὶ τοῦ Πάσχα* λόγῳ, ὃν ἐξ αἰτίας τῆς τοῦ Μελίτωνος γραφῆς φησιν ἑαυτὸν συντάξαι. Ἐν δὲ τῷ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα βιβλίῳ, τοιαῦτά τινα καθ' ἡμῶν ἐπ' αὐτοῦ γεγονέναι ἱστορεῖ· « Τὸ γὰρ οὐδὲ πώποτε γενόμενον, νῦν διώκεται τὸ τῶν θεοσεβῶν γένος, καινοῖς ἐλαυνόμενον δόγμασι κατὰ τὴν Ἀσίαν. Οἱ γὰρ ἀναιδεῖς συκοφάνται καὶ τῶν ἀλλοτρίων ἐρασταὶ, τὴν ἐκ τῶν διαταγμάτων ἔχοντες ἀφορμὴν, φανερῶς λῃστεύουσι, νύκτωρ καὶ μεθημέραν διαρπάζοντες τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας. » Καὶ μεθ' ἕτερά φησι· « Καὶ εἰ μὲν σοῦ κελεύσαντος ταῦτα πράττεται, ἔστω καλῶς γινόμενον. Δίκαιος γὰρ βασιλεὺς οὐκ ἂν ἀδίκως βουλεύσαιτο πώποτε. Καὶ ἡμεῖς ἡδέως φέρομεν τοῦ τοιούτου θανάτου τὸ γέρας. Ταύτην δέ σοι μόνην προσφέρομεν δέησιν, ἵνα αὐτὸς πρότερον ἐπιγνοὺς τοὺς τῆς τοιαύτης φιλονεικίας ἐργάτας (45), δικαίως κρίνειας εἰ ἄξιοι θανάτου καὶ τιμωρίας, ἢ σωτηρίας καὶ ἡσυχίας, εἰσίν. Εἰ δὲ καὶ παρὰ σοῦ μὴ εἴη ἡ βουλὴ αὕτη καὶ τὸ καινὸν τοῦτο διάταγμα, ὃ μηδὲ κατὰ βαρβάρων πρέπει πολεμίων, πολὺ μᾶλλον δεόμεθά σου, μὴ περιδεῖν ἡμᾶς ἐν τοιαύτῃ δημώδει λεηλασίᾳ. » Τούτοις αὖθις ἐπιφέρει λέγων· « Ἡ γὰρ καθ' ἡμᾶς φιλοσοφία πρότερον μὲν ἐν βαρβάροις ἤκμασεν (46)· ἐπανθήσασα δὲ τοῖς σοῖς ἔθνεσι κατὰ τὴν Αὐγούστου τοῦ σοῦ προγόνου μεγάλην ἀρχὴν, ἐγενήθη μάλιστα τῇ σῇ βασιλείᾳ αἴσιον ἀγαθόν. Ἔκτοτε γὰρ εἰς μέγα καὶ λαμπρὸν τὸ Ῥωμαίων ἠυξήθη κράτος· οὗ σὺ διάδοχος εὐκταῖος γέγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ παιδὸς (47), φυλάσσων τῆς βασιλείας τὴν σύντροφον

A Cæterum in libro *De Pascha*, tempus ipsum quo scribebat, in principio operis sui designat his verbis : « Servilio Paulo, inquit, Asiæ proconsule, quo tempore Sagaris martyrium perpessus est, magna controversia Laodiceæ excitata est de solemnitate paschali, quæ tempestive in illos dies inciderat. Quibus etiam diebus hæc a nobis perscripta sunt. » Hujus autem libri mentionem facit Clemens Alexandrinus in opere suo *De Pascha*. Quod quidem ut conscriberet, Melitonis librum causam sibi præbuisse testatur. Jam vero in eo libro quem imperatori nuncupavit, hæc illo regnante adversus Christianos gesta esse refert : « Quod enim, inquit, nunquam antea factum fuerat, persecutionem nunc patitur piorum hominum genus, novis per Asiam de-
B cretis exagitatum. Impudentissimi namque delatores et alienarum opum cupidi, ex imperialibus edictis occasionem nacti, palam diu noctuque grassantur spoliantque homines innoxios. » Et paulo post : « Quod si, inquit, hæc tuo jussu fiant, recte atque ordine facta sunto. Neque enim fieri potest, ut justus princeps aliquid unquam injuste constituat : et nos libenti animo ejusmodi mortis præmium ferimus. Unum illud a te petimus, ut cum hujusmodi pertinacia perditos homines per te ipse prius examineris, tum deinde pro tua æquitate statuas, utrum supplicio ac morte affici, an salvi et securi degere mereantur. Sin vero illud consilium atque edictum
C plane inauditum, quod neque adversus barbaros hostes sanciri decuerat, nunquam a te profectum est, obsecramus te multo magis, ne nos hujusmodi publico latrocinio diutius vexari permittas. » Paucis deinde interjectis hæc subjungit : « Hæc enim, inquit, philosophiæ secta quam profitemur, prius quidem viguit apud **148** barbaros. Postea vero cum provinciis imperii tui illuxisset, principatu magni

ὑμῖν δοκοῦν, προθεῖναι τοῦτὶ βιβλίδιον. Certe orationem illam Melitonis nihil aliud fuisse quam libellum precum oblatum imperatori patet ex fragmento illo quod profert Eusebius, ταύτην δέ σοι μόνην προσφέρομεν δέησιν, etc.

(45) *Τῆς τοιαύτης φιλονεικίας ἐργάτας*. Male interpretes omnes hæc Melitonis verba accepere de calumniatoribus Christianorum, cum de Christianis intelligi debeant, quos Melito vocat ἐργάτας φιλονεικίας, id est ἀσκητάς. Profitebantur enim Christiani pertinaciam et constantiam in tormentis et
D calumniis perferendis. Certe non de aliis quam de Christianis ipsis hæc verba intelligenda esse, ex sequentibus apparet. Petit enim ab imperatore Melito, ut Christianorum causam prius ipse per se dispicere atque examinare velit; tum deinde statuat, utrum supplicio afficiendi sint, an potius conservandi.

(46) *Ἐν βαρβάροις ἤκμασεν*. Sic nominat Judæos, apud quos primum exorta est Christiana religio. Atque ita loquitur etiam Justinus in *Apologetico*, ni fallor, et Clemens Romanus in libro I *Recognitionum*. Hinc est quod Porphyrius Christianorum sectam appellat Βάρβαρον τόλμημα. Locus Porphyrii citatur ab Eusebio in libro VI hujus operis, pag. 220.

(47) *Γέγονάς τε καὶ ἔσῃ μετὰ τοῦ παιδός*. Ex hoc loco apparet Melitonem episcopum *Apologiam* suam obtulisse M. Antonino post mortem Aurelii Veri. Nam si superstite adhuc Aurelio Vero oratio-

nem hanc scripsisset Melito, mentionem illius procul dubio fecisset hoc loco; et pro verbis illis μετὰ τοῦ παιδός, dixisset omnino μετὰ τοῦ ἀδελφοῦ. Nam L. Aurelius frater fuit adoptivus D. Marci. Cum igitur solum Marci Antonini filium, Commodum videlicet, hic commemoret Melito, optetque ut cum illo quam diutissime imperet Marcus, manifestum est, ut dixi, hunc *Apologeticum* post mortem L. Veri Marco oblatum fuisse. Proinde in Eusebii *Chronico* recte id refertur anno X Marci Antonini, anno scilicet post mortem L. Veri. *Antonino*, inquit, *imp. Melito Asianus Sardiensis episcopus* Apologeticum *pro Christianis tradidit.* Cum Eusebii *Chronico* consentit auctor *Chronici Alexandrini*, qui etiam hoc addit, Marcum Antoninum Melitonis aliorumque Christianorum antistitum supplicationibus permotum, scripsisse epistolam ad Commune Asiæ, qua vetabat ne quis imposterum Christianos religionis suæ causa calumniaretur. Exstat hæc epistola supra in cap. 13 hujus libri. Ac laudandus est quidem auctor illius *Chronici*, quippe qui recte animadverterit, epistolam illam non Antonino Pio, ut Eusebius crediderat, sed Marco potius esse tribuendam. In eo tamen fallitur, quod eamdem epistolam anno decimo principatus M. Antonini scriptam esse existimavit. Scripta est enim anno primo ejus imperii, ut colligitur ex anno XV tribunitiæ potestatis in eadem epistola prænotato.

Digitized by Google

illius Augusti, qui unus ex majoribus tuis fuit, faustum prosperumque imperio Romano omen extitit. Ex eo siquidem tempore maximis incrementis aucta est majestas imperii Romani : cujus tu hæres ac successor, aspirantibus omnium votis, potius es posterisque deinceps una cum filio; si modo sectam illam, quæ cum imperio educata, et cum Augusto simul inchoata est, et quam majores tui una cum cæteris religionibus coluerunt, tueri velis. Porro religionem nostram bono publico adolevisse una cum imperio quod feliciter cœptum fuerat, illud certissimo argumento est, quod jam inde a principatu Augusti nihil adversi, sed contra omnia prospera et magnifica ex animi sententia votoque omnium contigerunt. Soli ex omnibus Nero ac Domitianus, malevolorum quorumdam consiliis inducti, religionem nostram criminari studuerunt. A quibus deinceps falsa illa adversum nos calumnia manavit ad posteros, ut mos est vulgi, absque ullo judicio hujusmodi rumoribus fidem adhibere. Verum imperitiam illorum correxerunt piissimi parentes tui, frequentibus rescriptis objurgantes eos qui adversus religionis nostræ homines novi aliquid moliti essent. Inter quos avus tuus Adrianus, cum aliis pluribus, tum Fundano Asiæ proconsuli litteras dedit. Pater quoque tuus, quo tempore cuncta simul cum ipso administrabas, scripsit ad civitates ne contra nos tumultus concitarent : nominatim ad Larissæos, ad Thessalonicenses, ad Atheniénses, ad universos denique Græcos. Te vero, quippe qui idem quod illi de nobis sentias, imo etiam longe humanius atque sapientius, tanto magis confidimus omnia esse facturum quæ rogamus. » Hæc in supradicto Melitonis libro leguntur. Idem in excerptis ab ipso compositis, universos Veteris Testamenti libros qui omnium consensu recepti sunt, statim in principio operis recenset. Quem quidem indicem hoc loco apponere necessarium putavi. Sic autem habet ad verbum : « Melito Onesimo fratri salutem. Cum pro amore ac studio tuo erga verbum Dei, sæpius a me postulaveris, ut excerpta quædam ex Lege et Prophetis quæ ad Servatorem et ad universam fidem nostram pertinent, tibi componerem ; cumque libros Veteris **149** Testamenti accurate cognoscere concupiveris, quot numero et quo sint ordine conscripti, id perficere omni studio laboravi. Scio quippe

καὶ συναρξαμένην Αὐγούστῳ φιλοσοφίαν· ἣν καὶ οἱ πρόγονοί σου πρὸς ταῖς ἄλλαις θρησκείαις ἐτίμησαν. Καὶ τοῦτο μέγιστον τεκμήριον τοῦ πρὸς ἀγαθοῦ τὸν καθ' ἡμᾶς λόγον συνακμάσαι τῇ καλῶς ἀρξαμένῃ βασιλείᾳ, ἐκ τοῦ μηδὲν φαῦλον ἀπὸ τῆς Αὐγούστου ἀρχῆς ἀπαντῆσαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἅπαντα λαμπρὰ καὶ ἔνδοξα κατὰ τὰς πάντων εὐχάς. Μόνοι πάντων ἀναπεισθέντες ὑπό τινων βασκάνων ἀνθρώπων, τὸν καθ' ἡμᾶς ἐν διαβολῇ καταστῆσαι λόγον ἠθέλησαν Νέρων καὶ Δομετιανός (48)· ἀφ' ὧν καὶ τὸ τῆς συκοφαντίας ἀλόγῳ συνηθείᾳ περὶ τοὺς τοιούτους ῥυῆναι συμβέβηκε ψεῦδος. Ἀλλὰ τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν οἱ σοὶ εὐσεβεῖς πατέρες ἐπηνωρθώσαντο, πολλάκις πολλοῖς ἐπιπλήξαντες ἐγγράφως, ὅσοι περὶ τούτων νεωτερίσαι ἐτόλμησαν. Ἐν οἷς ὁ μὲν πάππος σου Ἀδριανὸς, πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις, καὶ Φουνδάνῳ δὲ τῷ ἀνθυπάτῳ ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας γράφων φαίνεται· ὁ δὲ πατήρ σου (49), καὶ σοῦ τὰ σύμπαντα διοικοῦντος αὐτῷ, ταῖς πόλεσι περὶ τοῦ μηδὲν νεωτερίζειν περὶ ἡμῶν ἔγραψεν· ἐν οἷς καὶ πρὸς Λαρισσαίους, καὶ πρὸς Θεσσαλονικεῖς καὶ Ἀθηναίους, καὶ πρὸς πάντας Ἕλληνας. Σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην (50), καὶ πολύ γε φιλανθρωποτέραν καὶ φιλοσοφωτέραν, πεπείσμεθα πάντα πράσσειν ὅσα σου δεόμεθα. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῷ δηλωθέντι τέθειται λόγῳ. Ἐν δὲ ταῖς γραφείσαις αὐτῷ ἐκλογαῖς, ὁ αὐτὸς κατὰ τὸ προοίμιον ἀρχόμενος τῶν ὁμολογουμένων τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης Γραφῶν ποιεῖται κατάλογον· ὃν καὶ ἀναγκαῖον ἐνταῦθα καταλέξαι ἡγούμεθα, ἔχοντα ἐπὶ λέξεως οὕτως· « Μελίτων Ὀνησίμῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Ἐπειδὴ πολλάκις ἠξίωσας σπουδῇ τῇ πρὸς τὸν λόγον χρώμενος, γενέσθαι σοι ἐκλογὰς ἔκ τε τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν περὶ τοῦ Σωτῆρος καὶ πάσης τῆς πίστεως ἡμῶν, ἔτι δὲ καὶ μαθεῖν τὴν τῶν παλαιῶν βιβλίων ἐβουλήθης ἀκρίβειαν, πόσα τὸν ἀριθμὸν καὶ ὁποῖα τὴν τάξιν εἶεν, ἐσπούδασα τὸ τοιοῦτο πρᾶξαι, ἐπιστάμενός σου τὸ σπουδαῖον περὶ τὴν πίστιν, καὶ φιλομαθὲς περὶ τὸν λόγον, ὅτι τε μάλιστα πάντων πόθῳ τῷ πρὸς Θεὸν ταῦτα προκρίνεις, περὶ τῆς αἰωνίου σωτηρίας ἀγωνιζόμενος. Ἀνελθὼν οὖν εἰς τὴν ἀνατολὴν, καὶ ἕως τοῦ τόπου γενόμενος ἔνθα ἐκηρύχθη καὶ ἐπράχθη, καὶ ἀκριβῶς μαθὼν τὰ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης βιβλία, ὑποτάξας ἐπεμψά σοι· ὧν ἐστι τὰ ὀνόματα· Μωϋσέως πέντε, Γένεσις, Ἔξοδος, Λευϊτικὸν, Ἀριθμοὶ (51), Δευτερονόμιον· Ἰησοῦς Ναυῆ, Κριταὶ, Ῥούθ· Βασιλειῶν τέσσαρα· Παραλειπόμενα δὲ πατήρ σου, καὶ σοῦ τὰ πάντα συνδιοικοῦντος αὐτῷ.

(48) *Μόνοι πάντων . . . Νέρων καὶ Δομετιανός.* Idem scribit Tertullianus in *Apologetico*, cap. 5 : *Reperietis*, inquit, *primum Neronem in hanc sectam tum maxime Romæ orientem Cæsariano gladio ferocisse.* Et paulo post : *Tentaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate.* Quibus hæc subjungit : *Cæterum de tot exinde principibus ad hodiernum, edite aliquem debellatorem Christianorum. Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii, injusti, turpes, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est : quas nullus Adrianus, nullus Pius, nullus Verus impressit.*

(49) *Ὁ δὲ πατήρ σου.* Rescriptum quidem Antonini Pii pro Christianis hodie non exstat. Sed ejus mentio fit in rescripto M. Aurelii Antonini ad civitates Asiæ, quod supra retulit Eusebius cap. 13 hujus libri. Porro hunc locum ita scribi mallem :

(50) *Σὲ δὲ καὶ μᾶλλον περὶ τούτων τὴν αὐτὴν ἐκείνοις ἔχοντα γνώμην.* His verbis Melito designare videtur epistolam M. Antonini, ad Commune Asiæ datam pro Christianis, in qua inter cætera leguntur hæc verba : Καὶ ἐμοὶ δὲ περὶ τῶν τοιούτων πολλοὶ ἐσήμαναν· οἷς δὴ καὶ προέγραψα κατακολουθῶν τῇ τοῦ πατρός μου γνώμῃ.

(51) *Λευϊτικὸν, Ἀριθμοί.* In nostris codicibus Mazar., Med. et Fuk., necnon apud Nicephorum, inverso ordine legitur Ἀριθμοὶ, Λευϊτικόν. Atque ita Rufinus in suis exemplaribus scriptum invenerat ut ex versione ejus apparet. *Moysi libri quinque : Genesis, Exodus, Numeri, Leviticus, Deuteronomium.* Sic enim legitur in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ.

Digitized by Google

πομένων δύο· Ψαλμῶν Δαβίδ· Σολομῶνος Παροιμίαι, ἡ καὶ Σοφία (52), Ἐκκλησιαστής, Ἆσμα ἀσμάτων. Ἰώβ· Προφητῶν, Ἡσαΐου, Ἰερεμίου· τῶν δώδεκα ἐν μονοβίβλῳ· Δανιὴλ, Ἰεζεκιὴλ, Ἔσδρας. Ἐξ ὧν καὶ τὰς ἐκλογὰς ἐποιησάμην, εἰς ἓξ βιβλία διελών. » Καὶ τὰ μὲν τοῦ Μελίτωνος τοσαῦτα.

quanto fidei ardore, et quanta discendi cupiditate flagres; teque præcipue ob amorem Dei ista omnibus rebus anteferre, pro comperto habeo, et æternæ salutis obtinendæ causa decertare. Ego igitur cum in Orientem profectus essem, et ad locum ipsum pervenissem, in quo hæc et prædicata et gesta olim fuerunt, Veteris Testamenti libros diligenter didici, eorumque indicem infra subjectum ad te misi. Est autem ejusmodi: Mosis libri quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium; Jesus Nave; Judices; Ruth; Regnorum libri quatuor; Paralipomenon duo; Psalmi Davidis; Salomonis Proverbia, quæ et Sapientia, Ecclesiastes, Canticum canticorum; Job; Prophetarum, Isaiæ, Jeremiæ, et duodecim prophetarum liber unus; Daniel; Ezechiel; Esdras. Ex his igitur excerpta collegi, quæ in sex libros a me distributa sunt. » Sed de Melitonis scriptis hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ Ἀπολιναρίου τοῦ τῆς Ἱεραπολιτῶν Ἐκκλησίας ἐπισκόπου (Nic. *H. E.* IV, 11).

Τοῦ δὲ Ἀπολιναρίου (53) πολλῶν παρὰ πολλοῖς σωζομένων, τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα ἐστὶ τάδε· *Λόγος* ὁ πρὸς τὸν προειρημένον βασιλέα, καὶ *Πρὸς Ἕλληνας* συγγράμματα πέντε. Καὶ *Περὶ ἀληθείας* πρῶτον καὶ δεύτερον. Καὶ *Πρὸς Ἰουδαίους* πρῶτον καὶ δεύτερον (53'). Καὶ ἃ μετὰ ταῦτα συνέγραψε *Κατὰ τῆς Φρυγῶν αἱρέσεως*, μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης (54) χρόνον· τότε γε μὴν ὥσπερ ἐκφύειν ἀρχομένης, ἔτι τοῦ Μοντανοῦ ἅμα ταῖς αὐτοῦ ψευδοπροφήτισιν ἀρχὰς τῆς παρεκτροπῆς ποιουμένου. Τοσαῦτα καὶ περὶ τοῦδε λεκτέον.

CAPUT XXVII.

De Apollinare Hierapolitanæ Ecclesiæ episcopo.

Apollinaris vero, licet penes multos multa existent opera, hæc tamen sola ad nos pervenerunt: *Oratio* ad supradictum imperatorem; *Adversus gentiles* libri quinque; *De veritate* duo; duo item *Adversus Judæos*; et alii quos postmodum scripsit *Contra Cataphrygum hæresim*, quæ quidem non longe postea maximos tumultus excitavit: tunc temporis primum enasci cœperat, Montano cum falsis vatibus suis adhuc erroris sui fundamenta jaciente. Atque hæc de Apollinare dicenda habuimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ Μουσανοῦ καὶ ὧν οὗτος συνεγράψατο (Nic. *H. E.* IV, 11).

Καὶ Μουσανοῦ δὲ, ὃν ἐν τοῖς φθάσασι κατελέξαμεν, φέρεταί τις ἐπιστρεπτικώτατος λόγος (55) *Πρός τι-*

CAPUT XXVIII.

De Musano et ejus scriptis.

Sed et Musani, cujus in superioribus mentionem fecimus, elegantissimus quidam exstat liber *Ad*

(52) *Ἡ καὶ Σοφία.* Hunc locum restituimus ex fide veterum codicum, Regii, Maz., Med., Fuk. et Saviliani, quibus subscribit etiam Nicephorus Σολομῶνος Παροιμίαι, ἡ καὶ Σοφία. Sed et Rufinus hanc lectionem confirmat, ita vertens: *Salomonis Proverbia, quæ et Sapientia.* Certe veteres pene omnes Proverbia Salomonis, Sapientiam vocabant; interdum et Sapientiam Panareton. Vide quæ supra notavimus ad cap. 22. Dionysius Alexandrinus: Ὅτι Κύριος δίδωσι σοφίαν, καὶ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ γνῶσις καὶ σύνεσις, ὡς ἡ Σοφὴ βίβλος ἐμήνυσε. Quæ Dionysii verba referuntur in cap. 28 Catenæ in Job. Auctor *Itinerarii Hierosolymitani: Ibi etiam constat cubiculus, in quo Salomon sedit et Sapientiam descripsit.*

(53) *Τοῦ δὲ Ἀπολιναρίου.* In manuscriptis codicibus Maz., Med. et Fuk. nulla hoc loco fit capitum distinctio. Sed caput hoc 27, quod est de Apollinare, et sequens caput, quod est de Musano, attribuuntur capiti 26, cujus titulus est hic in manuscriptis codicibus: *Περὶ Μελίτωνος, καὶ ὧν αὐτὸς ἐμνημόνευσεν Ἀπολιναρίου καὶ Μουσανοῦ.* Quam distinctionem secutus est etiam Rob. Stephanus in contextu hujus libri. Nam in indice quidem capitulorum qui præfixus est huic libro, Regium codicem secutus, tria hæc capita distinxerat; unum scilicet de Melitone, aliud de Apollinare, aliud de Musano. In ipso autem corpore seu contextu libri, Medicæum secutus codicem, quem in capitulorum numeris ad marginem libri notandis semper sequi solet, nullam hoc loco capitum distinctionem apposuit, sed tria capita in unum contulit, quod est de Melitone. Nos, Regii codicis auctoritatem secuti, tria hæc capita distinximus, quod etiam ante nos fecerant typographi Genevenses. Certe Regius codex, non solum in indice capitulorum qui libro præfixus est, verum etiam in corpore tria hæc capita distinguit, modicis intervallis inter finem unius capituli et alterius initium relictis. Sed et Rufinus hæc tria capitula sejunxit. Cæterum, etsi in codice Mazarino nulla sit hoc loco novi capitis distinctio, ad latus tamen ascripta sunt hæc verba eadem manu: *Περὶ Ἀπολιναρίου.* Et paulo post ad illa verba καὶ Μουσανοῦ δέ, scriptum est in margine *Περὶ Μουσανοῦ.*

(53') *Καὶ πρὸς Ἰουδαίους πρῶτον καὶ δεύτερον.* Absunt hæc a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. Sed neque Rufinus ea in exemplaribus suis legerat, ut ex versione ejus apparet: sed nec Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi omnes Apollinaris libros recenset, hujus libri *contra Judæos* mentionem facit. Nicephorus tamen ejus operis meminit.

(54) *Μετ' οὐ πολὺν καινοτομηθείσης.* Christophorsonus vertit: *Quæ non multo post tempore de integro renovata.* Quam interpretationem probare non possum. Langus vero et Musculus fere eumdem sensum ambo secuti sunt. Sic enim Langus: *Et quæ præterea adversum Phrygum hæresim composuit, quæ non multo post res novas in Ecclesiam induxit.* Musculus vero in hunc modum, *quæ non multo post tempore insolescere cœpit.* Possis etiam ita vertere, *quæ non multo postea apertius publicata est.*

(55) *Ἐπιστρεπτικώτατος λόγος.* Musculus et Christophorsonus Rufini interpretationem secuti verterunt *elegantissimus.* Mihi tamen magis placet interpretari *acerrimum, vehementissimum*; possis etiam vertere *objurgatorium.* Idem enim est ἐπιστρεπτικός, ac νουθετικός. Nicephorus vero cum ea vox ipsi displiceret, ἀποτρεπτικός pro ea substituit, minus recte.

Digitized by Google

quosdam fratres, qui ad Encratitarum hæresim desciverant : quæ tunc primum exorta novum quemdam ac perniciosum errorem orbi invexit. Hujus sectæ auctorem fuisse perhibent Tatianum.

150 CAPUT XXIX.

De Tatiano et ejus hæresi.

Eum ipsum cujus verba superius adduximus, de admirabili illo Justino, ubi etiam ejusdem martyris discipulum eum fuisse retulimus. Docet hoc Irenæus in primo *Contra hæreses* libro, de Tatiano simul ejusque hæresi scribens verbis : « A Saturnino, inquit, et Marcione profecti qui vocantur *Continentes*, docuerunt non contrahendum esse matrimonium, reprobantes scilicet primitivum illud opificium Dei, et tacite accusantes Deum, qui masculum et feminam condidit ad propagationem generis humani. Induxerunt etiam abstinentiam ab esu eorum quæ animata appellant, ingratos se exhibentes erga eum qui universa creavit Deum. Negant etiam primi hominis salutem. Atque hoc nuper apud illos excogitatum est, Tatiano quodam omnium primo hujus impietatis auctore. Qui Justini auditor, quandiu quidem cum illo versatus est, nihil ejusmodi protulit. Post martyrium autem illius, ab Ecclesia se abrumpens, doctoris arrogantia elatus ac tumidus, tanquam præstantior cæteris, novam quamdam formam doctrinæ conflavit : Æonas invisibiles commentus perinde ac Valentinus : asserens quoque cum Saturnino et Marcione, matrimonium nihil aliud esse quam corruptionem ac stuprum. Nova præterea argumenta ad subvertendam Adami salutem excogitans. » Hæc Irenæus de hæresi, quæ tunc viguit, Encratitarum. Non multo vero postea Severus quidam, cum supradictæ hæresi robur ac vires addidisset, in causa fuit, ut illius sectæ homines ex ipsius vocabulo Severiani

(56) *Εισάγουσαν ἐν τῷ βίῳ*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent εισάγουσαν τῷ βίῳ absque præpositione, quod mihi videtur elegantius. Codex quoque Savilii præpositionem non habet.

(57) *Ἧς παρεκτροπῆς*. Ab his verbis in codice Mazarino incipit caput 29. Quod quidem caput non 29, sed 27, in illo codice nominatur, ob rationem quam supra dixi.

(58) *Ἀπὸ Σατορνίνου*. Sic legitur in codice Maz., Med., Fuk. et Saviliano, necnon apud Nicephorum. Epiphanius et Theodoritus *Saturnilum* vocant. Hegesippus quoque hæreticos ab eo cognominatos Saturnilianos dixit supra in cap. 22.

(59) *Καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη*. Jam supra monuimus, νῦν apud Græcos interdum idem valere ac *nuper*. Ita etiam hoc in loco sumitur ab Irenæo.

(60) *Οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθείς*. Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* vertit *inflatus eloquentiæ tumore*. Itaque Hieronymus διδάσκαλον *magistrum eloquentiæ* hic intellexit, cujusmodi fuisse Tatianum, priusquam ad Christi fidem transiisset, supra ex Theodorito et Eusebio notavimus. Quibus etiam addi potest Victor, Capuanus episcopus, in præfatione ad *Harmoniam evangelicam* Ammonii atque Tatiani. Verum hoc in loco *doctorem ecclesiasticum* intelligi malim. Quod confirmant sequentia Irenæi verba, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο.

(61) *Τὴν αἰτιολογίαν*. Ad oram codicis Maz. adornatum est eadem manu : Γρ. ἀντιλογίαν. Quæ nota indicat, in aliis exemplaribus scribi ἀντιλογίαν. Quam lectionem confirmat vetus interpres Irenæi. Certe Irenæus paulo ante de Encratitis ita dixit, ἀντιλέγουσι δὲ τῇ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ. Rufinus tamen vulgatam lectionem tuetur. In codice Fuk. scriptum inveni τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ ἀπαγορεύσας. Savil. vero ad oram sui libri ita emendarat, σωτηρίᾳ ἀπαγορεύσας, παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν ἐποιήσατο. Quam conjecturam probare nullo modo possum. Porro verbum illud ἀπαγορεύσας, quod in Fuk. et Savilii libris habetur, huc translatum est ex præcedenti linea, ubi legitur τὸν γάμον τε φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως ἀναγορεύσας. Illic enim pro verbo ἀναγορεύσας, codex Med. habet ἀπαγορεύσας. Et ad oram codicis Mazar. adnotatum est eadem manu Γρ. ἀπαγορεύσας.

(62) *Σμικρῷ δὲ ὕστερον Σεουῆρος*. Epiphanius hunc Severum antiquiorem facit Tatiano : male, ut ex hoc Eusebii loco convincitur. Certe Irenæus nullam hujus Severi mentionem facit. Recte ergo Theodoritus in libro primo *Hæreticarum fabularum*, Severum Tatiano postposuit.

ναις αὐτῷ γραφεὶς ἀδελφοὺς, ἀποκλίναντας ἐπὶ τὴν τῶν λεγομένων Ἐγκρατιτῶν αἵρεσιν, ἄρτι τότε φύειν ἀρχομένην, ξένην τε καὶ φθοριμαίαν ψευδοδοξίαν εἰσάγουσαν ἐν τῷ βίῳ (56), ἧς παρεκτροπῆς (57) ἀρχηγὸν καταστῆναι Τατιανὸν λόγος ἔχει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ τῆς κατὰ Τατιανὸν αἱρέσεως (Nic. *H. E.* IV, 11).

Οὗ μικρῷ πρόσθεν τὰς περὶ τοῦ θαυμασίου Ἰουστίνου παρατεθείμεθα λέξεις, μαθητὴν αὐτὸν ἱστοροῦντες τοῦ μάρτυρος. Δηλοῖ δὲ τοῦτο Εἰρηναῖος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν *Πρὸς τὰς αἱρέσεις*, ὁμοῦ τά τε περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς κατ' αὐτὸν αἱρέσεως οὕτω γράφων· « Ἀπὸ Σατορνίνου (58) καὶ Μαρκίωνος οἱ καλούμενοι *Ἐγκρατεῖς* ἀγαμίαν ἐκήρυξαν, ἀθετοῦντες τὴν ἀρχαίαν πλάσιν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἥρεμα κατηγοροῦντες τοῦ ἄρρεν καὶ θῆλυ εἰς γένεσιν ἀνθρώπων πεποιηκότος· καὶ τῶν λεγομένων παρ' αὐτοῖς ἐμψύχων ἀποχὴν εἰσηγήσαντο, ἀχαριστοῦντες τῷ πάντα πεποιηκότι Θεῷ· ἀντιλέγουσί τε τῇ τοῦ πρωτοπλάστου σωτηρίᾳ. Καὶ τοῦτο νῦν ἐξευρέθη (59) παρ' αὐτοῖς, Τατιανοῦ τινος πρώτως ταύτην εἰσενέγκαντος τὴν βλασφημίαν· ὃς Ἰουστίνου ἀκροατὴς γεγονὼς, ἐφόσον μὲν συνῆν ἐκείνῳ, οὐδὲν ἐξέφηνε τοιοῦτον, μετὰ δὲ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν ἀποστὰς τῆς Ἐκκλησίας, οἰήματι διδασκάλου ἐπαρθεὶς (60) καὶ τυφωθεὶς ὡς διαφέρων τῶν λοιπῶν, ἴδιον χαρακτῆρα διδασκαλείου συνεστήσατο, Αἰῶνάς τινας ἀοράτους ὁμοίως τοῖς ἀπὸ Οὐαλεντίνου μυθολογήσας· τὸν γάμον τε, φθορὰν καὶ πορνείαν παραπλησίως Μαρκίωνι καὶ Σατορνίνῳ ἀναγορεύσας, τῇ δὲ τοῦ Ἀδὰμ σωτηρίᾳ παρ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτιολογίαν (61) ποιησάμενος. » Ταῦτα μὲν ὁ Εἰρηναῖος τότε· σμικρῷ δὲ ὕστερον Σεουῆρός (62) τις ὄνομα, κρατύνας τὴν προδεδηλωμένην αἵρεσιν, αἴτιος τοῖς ἐξ αὐτῆς ὡρμημένοις τῆς ἀπ' αὐτοῦ παρηγμένης Σεουηριανῶν προσηγορίας γέγονε. Χρῶνται μὲν οὖν οὗτοι Νόμῳ καὶ Προφήταις καὶ Εὐαγγελίοις, ἰδίως ἑρμηνεύοντες τῶν ἱερῶν τὰ νοήματα Γραφῶν· βλασφη-

Digitized by Google

μοῦντες δὲ Παῦλον τὸν ἀπόστολον, ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς Ἐπιστολὰς, μηδὲ τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων καταδεχόμενοι· ὁ μέντοι γε πρότερος αὐτῶν ἀρχηγὸς ὁ Τατιανὸς συνάφειάν τινα καὶ συναγωγὴν οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς, τὸ *Διὰ τεσσάρων* (63) τοῦτο προσωνόμασεν· ὃ καὶ παρά τισιν εἰσέτι νῦν φέρεται. Τοῦ δὲ Ἀποστόλου φασὶ τολμῆσαί τινας αὐτὸν μεταφράσαι φωνὰς, ὡς ἐπιδιορθούμενον αὐτῶν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Καταλέλοιπε δὲ οὗτος πολύ τι πλῆθος συγγραμμάτων. Ὧν μάλιστα παρὰ πολλοῖς μνημονεύεται διαβόητος αὐτοῦ λόγος, ὁ *Πρὸς Ἕλληνας*, ἐν ᾧ καὶ τῶν ἀνέκαθεν χρόνων μνημονεύσας, τῶν παρ' Ἕλλησιν εὐδοκίμων ἁπάντων προγενέστερον Μωϋσέα τε καὶ τοὺς Ἑβραίων προφήτας ἀπέφηνεν, ὃς δὴ καὶ δοκεῖ τῶν συγγραμμάτων ἁπάντων αὐτοῦ κάλλιστός τε καὶ ὠφελιμώτατος ὑπάρχειν. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τούσδε, τοιαῦτα ἦν (64).

dicerentur. Hi Legem quidem et Prophetas cum Evangeliis admittunt, sed proprio quodam sensu sacras Scripturas exponunt. Paulum autem apostolum maledictis impetentes, Epistolas ejus repudiant, ac ne apostolorum quidem Actus suscipiunt Cæterum primus eorum auctor atque institutor Tatianus, catenam et collectionem nescio quam Evangeliorum contexuit, quam Διὰ τεσσάρων, hoc est, Evangelium ex quatuor Evangeliis compositum, nominavit, quod opus a quibusdam etiamnum habetur. Aiunt etiam nonnulli, ausum illum esse 151
dicta Pauli apostoli elegantioribus verbis exprimere, utpote qui compositionem verborum illius corrigere studeret. Maximum certe librorum numerum ab eo relictum esse constat. Ex quibus præcipue multorum testimonio laudatur insignis ille *Adversus Gentiles* liber, in quo, repetitis prioris ævi temporibus Moysem et cæteros Hebræorum prophetas, omnibus qui apud Græcos celeberrimi exstiterunt, vetustiores fuisse convincit. Qui quidem liber, omnium quos ille scripsit, elegantissimus simul atque utilissimus videtur. Sed de his hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ Βαρδησάνου τοῦ Σύρου, καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ Λόγων (Nic. *H. E.* IV, 16, 17).

Ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς βασιλείας πληθυουσῶν (65) τῶν αἱρέσεων ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν (66), Βαρδησάνης ἱκανώτατός τις ἀνὴρ, ἔν τε τῇ Σύρων φωνῇ διαλεκτικώτατος, πρὸς τοὺς κατὰ Μαρκίωνα καί τινας ἑτέρους διαφόρων προϊσταμένους δογμάτων, δια-

CAPUT XXX.

De Bardesane Syro et de libris ejus qui supersunt.

Porro ejusdem imperatoris temporibus, cum hæreses numero quamplurimæ exstitissent in Mesopotamia, Bardesanes quidam, vir disertissimus Syriaco sermone, et acerrimus in disputando, adversus Marcionem aliosque variarum opinionum

(63) *Τὸ Διὰ τεσσάρων*. Exstat hodieque hoc opus Tatiani cum *Harmonia Evangeliorum* Ammonii Alexandrini in tomo VII *Bibliothecæ Patrum*, ut observavit Baronius ad annum Christi 174. Epiphanius in hæresi XLVI hoc opus Tatiani a quibusdam dicit vocari *Evangelium secundum Hebræos*. Sed fallitur aut ipse Epiphanius, aut ii qui ita sentiebant. Etenim Evangelium illud secundum Hebræos antiquius est Tatiano. Quippe Hegesippus, qui aliquot annis Tatianum antecessit, Evangelii secundum Hebræos mentionem fecerat, ut scribit Eusebius supra cap. 22. Papias quoque historiam quamdam ex eodem Hebræorum Evangelio petitam, in suis libris narraverat, teste Eusebio in fine libri tertii. Denique multa citantur ab Hieronymo ex Evangelio Hebræorum, quæ hodie non leguntur in illo Evangelio Tatiani. In eo quidem consentiebant duo hæc Evangelia, quod genealogiam Christi expunxerant. Nam de Hebræorum Evangelio id diserte testatur Epiphanius in hæresi Nazaræorum. De Tatiani autem Evangelio idem ait Theodoritus in libro primo *Hæreticarum fabularum*. Porro quod scribit Hieronymus in epistola ad Algasiam, Theophilum Antiochenum episcopum quatuor evangelistarum dicta in unum corpus compegisse, vereor ne memoria lapsus sit, Theophilo tribuens quod Tatiano competebat. Potuit tamen etiam Theophilus ejusmodi opus elaborare. Nam et Ammonius Alexandrinus Evangelium Διὰ τεσσάρων composuit, insertis in Matthæi Evangelium reliquorum trium evangelistarum excerptis, ut testatur Eusebius in epistola ad Carpianum, quam Evangeliorum canonibus præfixit. De hoc Tatiani Evangelio sensit B. Ambrosius *in proœmium Lucæ*, cum ait de hæreticis : *Plerique etiam ex quatuor Evangelii libris in unum ea quæ venenatis putaverunt assertionibus convenientia referserunt*. Cæterum quod Baronius observavit, opus hoc Tatiani quod Διὰ τεσσάρων vocabatur, hodie exstare in tomo VII *Bibliothecæ Patrum*, diligentius inquirendum est. Ego certe re attentius examinata tandem deprehendi, opus illud quod post Ammonii harmoniam editum esse dixi, longe differre ab Evangelio Tatiani. Quippe opus illud, sicut lectio ipsa indicat, nihil aliud est quam paraphrasis quatuor Evangeliorum, seu potius epitome eleganter conscripta ab homine catholico. At Evangelium Tatiani ipsismet evangelistarum verbis contextum fuit, resectis duntaxat iis quæ ad Davidicam Christi genealogiam spectant. Præterea in opere illo quod editum est, Christus filius David dicitur non semel. Denique tres anni prædicationis Christi in illo opere distinguuntur, cum veteres annum duntaxat unum prædicationi Christi tribuerint

(64) Vulg. *τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἦν*. Absunt a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. hæ duæ voces καὶ τοσαῦτα.

(65) *Πληθυουσῶν*. Tres codices Maz., Med. et Fuk. πληθουσῶν habent, quod non probo.

(66) *Ἐπὶ τῆς μέσης τῶν ποταμῶν*. Post hæc verba virgulam ponunt tum scripti codices omnes, tum Nicephorus ac Rufinus. Sic enim vertit : *Per idem tempus innumeris hæresibus ubique pullulantibus et præcipue apud Mesopotamiam*, etc. Certe Tatianus a quo Encratitarum hæresis instituta est, vixit in Mesopotamia, ibique errorem suum disseminavit, ut testatur Epiphanius. Idque ex eo colligitur, quod scribit Theodoritus, se plus quam ducentos Evangelii ab illo compositi codices in Ecclesiis Osdroenæ reperisse. Potest tamen hic locus etiam aliter interpungi, apposita scilicet virgula post vocem αἱρέσεων, et expuncta altera quam diximus virgula. Quam interpunctionem secutus videtur Hieronymus in *Catalogo*. Codex Regius utrobique virgulam habet.

Digitized by Google

auctores atque assertores, patria lingua dialogos conscripsit una cum infinitis aliis opusculis. Quos quidem discipuli illius (habuit enim ille quamplurimos auditores, utpote qui fidem nostram fortiter asserebat) ex Syriaco sermone in Græcum transtulerunt. In his est diagolus *De fato* ad Antoninum scriptus, sane luculentissimus. Sed et alia multa ex occasione persecutionis quæ tunc temporis in nostros grassata est, scripsisse dicitur. Atque hic primum quidem sectator fuit Valentini; postea vero cum doctrinam illam improbavisset, et pleraque ejus dogmata fictas esse fabulas convicisset, ipse quidem sibi visus est ad rectiorem sententiam transivisse : vetusti tamen atque inoliti erroris sordes non penitus extersit. Per id etiam tempus Ecclesiæ Romanæ episcopus Soter vivendi finem fecit. B

Finis libri quarti Historiæ ecclesiasticæ.

(3) *Διὰ τὴν προκειμένην.* Hoc loco verba videntur esse transposita. Sic igitur legendum puto, διὰ τὴν ἐγκειμένην σωματικὴν ἀσθένειαν. Et paulo post ubi legitur, διὰ τὴν ἐγκειμένην τῆς μαρτυρίας ἐπιθυμίαν, scribo προκειμένην. Porro hoc Pothini martyrium elegantissime describit Eucherius Lugdunensis episcopus in sermone de S. Blandina : *Præstitit inter ista divina Providentia, ut in tantis patriæ sacrificiis, etiam pontifex non deesset. Rapitur ad impiam quæstionem grandævus et plenus dierum B. pater noster Pothinus, Ecclesiæ hujus antistes, et pro eruditionis, ut credimus, merito, gregi suo jungitur. Ac post Dominici corporis sacrificium, profanis tribunalibus novam de se hostiam Christo oblaturus infertur. Senilis infirmitas per injurias et afflictiones furentium ministrorum ita celerem sortitur exitum, ut intelligeres ad tempus illud soli martyrio reservatum.*

(4) *Ἐῤῥίφη ἐν τῇ εἱρκτῇ.* Codex Medicæus habet εἰς τὴν εἱρκτήν, nec aliter codex Maz., Fuk. et Savilii.

(5) *Σπανίως μὲν... γεγονός.* Notandum est quod aiunt Lugdunenses, rarum adhuc in Ecclesia ejusmodi indulgentiæ usum fuisse erga lapsos. Nempe quia ad hoc usque tempus pauci admodum lapsi fuerant. Itaque cessante morbo, nihil opus erat hujusmodi medicina. Subsecutis autem persecutionibus, hoc remedium crebrius usitatum est.

Digitized by Google

σύλληψιν ἔξαρνοι γενόμενοι, συνεκλείοντο καὶ αὐτοὶ καὶ μετεῖχον τῶν δεινῶν. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ ὄφελός τι αὐτοῖς ἡ ἐξάρνησις ἐγίνετο· ἀλλ' οἱ μὲν ὁμολογοῦντες ὃ καὶ ἦσαν, συνεκλείοντο ὡς Χριστιανοί, μηδεμιᾶς ἄλλης αἰτίας αὐτοῖς ἐπιφερομένης, οὗτοι δὲ λοιπὸν ὡς ἀνδροφόνοι καὶ μιαροὶ κατείχοντο, διπλότερον παρὰ τοὺς λοιποὺς κολαζόμενοι. Ἐκείνους μὲν γὰρ ἐπεκούφιζεν ἡ χαρὰ τῆς μαρτυρίας, καὶ ἡ ἐλπὶς τῶν ἐπηγγελμένων, καὶ ἡ πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπη, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ πατρικόν· τούτους δὲ τὸ συνειδὸς μεγάλως ἐτιμωρεῖτο, ὥστε καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς ἅπασι κατὰ τὰς παρόδους, διαδήλους τὰς ὄψεις αὐτῶν εἶναι. Οἱ μὲν γὰρ ἱλαροὶ προῆσαν (6), δόξης καὶ χάριτος πολλῆς ταῖς ὄψεσιν αὐτῶν συγκεκραμένης, ὥστε καὶ τὰ δεσμὰ κόσμον εὐπρεπῆ περικεῖσθαι αὐτοῖς, ὡς νύμφῃ κεκοσμημένῃ ἐν χρυσοῖς περιπεποικιλμένοις (7), τὴν εὐωδίαν ὀδωδότες ἅμα τὴν Χριστοῦ (8), ὥστε ἐνίους δόξαι καὶ μύρῳ κοσμικῷ κεχρίσθαι αὐτούς· οἱ δὲ, κατηφεῖς καὶ ταπεινοὶ καὶ δυσειδεῖς, καὶ πάσης ἀσχημοσύνης ἀνάπλεοι, προσέτι δὲ ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ὀνειδιζόμενοι ὡς ἀγεννεῖς καὶ ἄνανδροι, ἀνδροφόνων μὲν ἔγκλημα ἔχοντες, ἀπολωλεκότες δὲ τὴν πάντιμον καὶ ἔνδοξον καὶ ζωοποιὸν προσηγορίαν. Ταῦτα δὲ οἱ λοιποὶ θεωροῦντες, ἐστηρίχθησαν, καὶ οἱ συλλαμβανόμενοι ἀδιστάκτως ὡμολόγουν, μηδὲ ἔννοιαν ἔχοντες διαβολικοῦ λογισμοῦ. » Τούτοις μεταξύ τινα ἐπειπόντες, αὖθις ἐπιφέρουσι· « Μετὰ ταῦτα δὴ λοιπὸν εἰς πᾶν εἶδος διηρεῖτο τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου (9) αὐτῶν. Ἐκ διαφόρων γὰρ χρωμάτων καὶ παντοίων ἀνθῶν ἕνα πλέξαντες στέφανον, προσήνεγκαν τῷ Πατρί. Ἐχρῆν γοῦν τοὺς γενναίους ἀθλητὰς, ποικίλον ὑπομείναντας ἀγῶνα καὶ μεγάλως νικήσαντας, ἀπολαβεῖν τὸν μέγαν τῆς ἀφθαρσίας στέφανον. Ὁ μὲν οὖν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος καὶ ἡ Βλανδίνα καὶ Ἄτταλος ἤγοντο ἐπὶ τὰ θηρία εἰς τὸ δημόσιον (10), καὶ εἰς τὸ κοινὸν τῶν ἐθνῶν τῆς ἀπανθρωπίας θέαμα, ἐπίτηδες τῆς τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης (11). Καὶ ὁ μὲν Μάτουρος καὶ ὁ Σάγκτος αὖθις

A nectutem, partim vi morbi penitus exhausto ac soluto : animam vero adhuc retinens, ut per eam Christus triumpharet. Perlatus igitur a militibus ad tribunal, prosequentibus ipsum magistratibus civitatis, et universa plebe variis eum acclamationibus impetente tanquam ipse Christus esset, egregium edidit testimonium. Interrogatus vero a præside quisnam esset Christianorum Deus, respondit : « Si dignus **160** fueris, cognosces. » Post hæc absque ullo humanitatis respectu raptatus, atque innumeris plagis affectus est, cum ii quidem qui propius astabant, calcibus et pugnis illum contumeliose appeterent, nec ullam ejus ætati reverentiam exhiberent ; qui vero longius distabant, quidquid ad manum erat, in ipsum conjicerent : B omnes denique gravissimi delicti ac piaculi reos se existimarent, nisi pro sua quisque parte ei petulanter insultare studuissent. Quippe hoc modo injuriam deorum suorum ulturos se arbitrabantur. Exinde vix adhuc spirans in carcerem projectus est, tandemque post biduum animam exhalavit. Hic vero singularis quædam Dei dispensatio, et immensa Jesu Christi misericordia apparuit : raro quidem inter fratres exemplo, sed a dexteritate ingenioque Jesu Christi minime alieno. Omnes siquidem qui a prima statim comprehensione fidem negaverant, ipsi quoque in carcerem conjecti, eadem quæ cæteri martyres perferebant. Neque enim illis quidquam tunc profuit fidei suæ negatio. Verum illi quidem qui sese id quod revera erant, C esse profitebantur, tanquam Christiani conjiciebantur in vincula, nullo alio crimine ipsis objecto. Hi vero perinde ac homicidæ et scelerati homines deinceps detinebantur, duplo gravius quam reliqui supplicium perferentes. Illos enim gaudium martyrii, spesque promissæ beatitudinis, et charitas erga Christum, et Dei Patris Spiritus recreabat. Hos vero graviter torquebat conscientia : ita ut dum traducerentur, ipso vultu atque aspectu facile dis-

(6) Vulg. *προσῆεσαν*. In codice Maz. et Fuk., Savil. et Medicæo, legitur προῆεσαν, quam scripturam secutus videtur Christophorsonus. Hoc est quod ante dixit, κατὰ τὰς παρόδους, dum scilicet e carcere procedunt usque ad tribunal.

(7) *Ἐν χρυσοῖς χρυσοῖς περιπεποικιλμένοις*. Alludit ad locum qui est in psalmo XLIV et paulo aliter hodie legitur, περιπεποικιλμένῃ scilicet, sed melius est περιπεποικιλμένοις. Mos enim erat, tunicarum fimbrias variegare, ut testatur Amm. Marcellinus in lib. XIV, *ut longiores fimbriæ tunicæ perspicue luceant, varietate liciorum effigiatæ in species animalium multiformes*. Certe in codice Med. et Maz. scribitur πεποικιλμένοις, nec aliter Fuk.

(8) *Εὐωδίαν ὀδωδότες... τοῦ Χριστοῦ*. Alludit ad verba Pauli apostoli, *Christi bonus odor sumus*.

(9) *Τὰ μαρτύρια τῆς ἐξόδου*. Verba hic videntur esse transposita, quæ sic construo, εἰς πᾶν εἶδος διηρεῖτο τῆς ἐξόδου τὰ μαρτύρια αὐτῶν.

(10) *Εἰς τὸ δημόσιον*. Hoc nomine amphitheatrum videtur intelligi. Neque enim referri potest ad θέαμα, primo quia repetitur præpositio εἰς τὸ δημόσιον καὶ εἰς τὸ κοινόν, etc. Ita enim legitur in codice Med., Maz., Fuk. et Savil. Quod si δημόσιον referretur ad vocem θέαμα, dixissent εἰς τὸ δημόσιον καὶ κοινόν, etc. Porro eleganter amphitheatrale munus, in hac epistola vocatur publicum gentilium inhumanitatis spectaculum. In eo siquidem loco gentiles suam tum in Christianos, tum in reliquos bestiarios, belluinam sævitiam publice spectandam exhibebant. D

(11) *Τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας... διδομένης*. Hujus loci sensum non assecuti sunt interpretes. Sensus autem est, præsidem seu legatum provinciæ Lugdunensis, spectaculum ferarum extra ordinem populo præbuisse, constituta ad id die, propter Christianos quos ad bestias damnaverat. Erant enim apud Romanos ordinarii ac solemnes munerum dies, qui in mensem Decembrem incidebant, ut est in calendario Heruvartii. Extra hos dies non licebat muneratiis ac duumviris quibus hujusmodi editionum onus erat impositum, spectacula ferarum populo exhibere, ut docet epistola Ecclesiæ Smyrnensis de martyrio Polycarpi, quæ superius relata est in libro IV. Verum majores judices qui jus gladii et ad bestias damnandi habebant, hujusmodi meridiana spectacula, quoties ipsis libitum erat, exhibebant, ut cum populi voluptate noxios e medio tollerent. Cujus rei exemplum illustre est in *Actis* martyrum

Digitized by Google

cernerentur a cæteris. Quippe illi quidem hilares accedebant, majestatem quamdam venustati intermistam vultibus præferentes; adeo ut vincula præcipuum ipsis ornatum addidisse viderentur, instar sponsæ fimbriis aureis variegatis ornatæ : ad hæc suavem Christi odorem spirantes, ita ut nonnulli terreno eos unguento delibutos putarent. Illi vero demisso vultu, abjecti et squalidi ac sordidi, omnique deformitatis genere cooperti : ab ipsis quin etiam gentilibus probro affecti utpote ignavi atque imbelles, qui homicidarum quidem sibi ipsis crimen imposuissent, Christianorum autem venerandum et gloriosum ac salutare nomen amisissent. Quæ cum cæteri viderent, magnopere confirmabantur. Et si quem postea comprehendi contigerat, is statim absque ulla cunctatione confitebatur, ne cogitatione quidem tenus consilium **161** ac suggestionem dæmonis admittens. » Paucis deinde interjectis, iterum hæc subjiciunt : « Illis ita gestis, inquiunt, deinceps ipsorum martyria in varias mortis species divisa sunt. Ex omni quippe florum genere diversisque coloribus unicam texentes coronam beatissimi martyres, Deo Patri obtulerunt. Æquum sane erat ut fortissimi athletæ, qui multiplex certamen subierant, atque insignem victoriam retulerant, insignem immortalitatis coronam acciperent. Maturus igitur et Sanctus cum Blandina et Attalo ducti sunt ad bestias in amphitheatrum, ad publicum spectaculum inhumanitatis gentilium : præbito de industria munerum die propter nostros. Et Maturus quidem ac Sanctus rursus omnia tormentorum genera in amphitheatro subierunt, quasi nihil antea perpessi essent. Aut potius quasi athletæ qui multis jam vicibus adversarium superassent, et de corona ipsa jam decertarent, rursus consueta illic flagrorum verba pertulerunt, et bestiarum ipsos trahentium morsus, et quæcunque alia vul-

διῆσαν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ διὰ πάσης κολάσεως, ὡς μηδὲν ὅλως προπεπονθότες, μᾶλλον δὲ ὡς διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων (12) ἐκβεβιακότες τὸν ἀντίπαλον, καὶ περὶ τοῦ στεφάνου αὐτοῦ τὸν ἀγῶνα ἔχοντες, ὑπέφερον πάλιν τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων (13) τὰς ἐκεῖσε εἰθισμένας, καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν θηρίων ἑλκηθμοὺς, καὶ πάνθ' ὅσα μαινόμενος ὁ δῆμος ἄλλοι ἀλλαχόθεν ἐπεβόων καὶ ἐπεκελεύοντο, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ' ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, κνίσσης αὐτοὺς ἐνεφόρει. Οἱ δ' οὐδ' οὕτως ἔλεγον, ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐξεμαίνοντο, βουλόμενοι νικῆσαι τὴν ἐκείνων ὑπομονήν. Καὶ οὐδ' ὡς παρὰ Σάγκτου ἕτερόν τι ἠκουσαν, παρ' ἣν ἀπαρχῆς εἴθιστο λέγειν τῆς ὁμολογίας φωνήν. Οὗτοι μὲν οὖν δι' ἀγῶνος μεγάλου ἐπιπολὺ παραμενούσης αὐτῶν τῆς ψυχῆς, τοὔσχατον ἐτύθησαν, διὰ τῆς ἡμέρας ἐκείνης, ἀντὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς μονομαχίοις (14) ποικιλίας, αὐτοὶ θέαμα γενόμενοι τῷ κόσμῳ. Ἡ δὲ Βλανδίνα ἐπὶ ξύλου κρεμασθεῖσα, προὔκειτο βορὰ τῶν εἰσβαλλομένων θηρίων· ἡ καὶ διὰ τοῦ βλέπεσθαι σταυροῦ σχήματι κρεμαμένη, διὰ τῆς εὐτόνου προσευχῆς, πολλὴν προθυμίαν ἐνεποίει τοῖς ἀγωνιζομένοις, βλεπόντων αὐτῶν ἐν τῷ ἀγῶνι, καὶ τοῖς ἔξωθεν ὀφθαλμοῖς διὰ τῆς ἀδελφῆς, τὸν ὑπὲρ αὐτῶν ἐσταυρωμένον, ἵνα πείσῃ τοὺς πιστεύοντας εἰς αὐτὸν, ὅτι πᾶς ὁ ὑπὲρ τῆς Χριστοῦ δόξης παθὼν, τὴν κοινωνίαν ἀεὶ ἔχει μετὰ τοῦ ζῶντος Θεοῦ. Καὶ μηδενὸς ἁψαμένου τότε τῶν θηρίων αὐτῆς, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἱρκτὴν, εἰς ἄλλον ἀγῶνα τηρουμένη, ἵνα διὰ πλειόνων γυμνασμάτων νικήσασα, τῷ μὲν σκολιῷ ὄφει ἀπαραίτητον ποιήσῃ τὴν καταδίκην, προτρέψηται δὲ τοὺς ἀδελφοὺς ἡ μικρὰ καὶ ἀσθενὴς καὶ εὐκαταφρόνητος, μέγαν καὶ ἀκαταγώνιστον ἀθλητὴν Χριστὸν ἐνδεδυμένη, διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιβάσασα (15) τὸν ἀντικείμενον, καὶ δι' ἀγῶνος τὸν τῆς ἀφθαρσίας στεφανομένη στέφανον. Ὁ δὲ Ἄτταλος καὶ αὐτὸς μεγάλως

Tarachi, Probi et Andronici. Nam cum Maximus, proconsul Ciliciæ, eos ad bestias damnasset, advocans Terentianum sacerdotalem Ciliciæ, jussit ei sequenti die munera edenda curare, ut legitur in cap. 10 eorumdem Actorum.

(12) *Διὰ πλειόνων ἤδη κλήρων*. Jam supra monuimus multas hic translationes esse a re athletica. Inter has numeranda est vox κλῆροι. Solebant enim athletæ qui in ludis certaturi erant, sortito educi. Quod quomodo fieret, docet nos Lucianus in *Hermotimo*. Cistella erat argentea, deo certaminum præsidi sacra, in quam conjiciebantur sortes seu tesseræ breves. In duabus inscripta erat littera A, in aliis duabus B, in aliis item duabus Γ, et sic deinceps. Tum athletæ sortes e cista educebant. Quibus A obvenisset, ii inter se committebantur primo loco pugnaturi. Eratque hic πρῶτος κλῆρος. Similiter qui litteram B eduxissent, secundo loco inter se certabant. Ita sors et urna suum cuique adversarium assignabat. Is qui adversarium suum vicerat, non statim coronabatur. Sed cum aliis qui adversarios item suos vicerant, iterum pugnaturus componebatur, donec unus omnium victor supereesset. Quam in rem pluribus opus erat sortitionibus. Hinc est quod in inscriptione Farnesiana, quam refert Gruterus pag. 314, Asclepiades quidam pancratiasta, in multis certaminibus victoriam retulisse dicitur, τὸ δεύτερον καὶ τρίτον μετὰ πρῶτον ἢ δεύτερον κλῆρον στήσας τοὺς ἀνταγωνιστάς. Id est, *post primam aut post secundam sortitionem, secundo vel tertio superatis adversariis*. Id enim usu veniebat, ob eam rationem quam dixi, quoties plura erant paria athletarum. Quippe victores inter se componebantur, et secunda inter eos fiebat sortitio, ac rursus tertia, donec victoria ad unum redisset. Et hoc est quod in hac epistola dicitur διὰ πλειόνων κλήρων. Ad hanc athletarum sortem referenda sunt ea quæ habes in principio hujus epistolæ de Epagatho, ἀνελήφθη καὶ αὐτὸς εἰς τὸν κλῆρον τῶν μαρτύρων.

(13) *Τὰς διεξόδους τῶν μαστίγων*. Musculus vertit *verberum illationes;* Christophorsonus, *trajectiones*. Dictum videtur pro τὰς ἐν ταῖς διεξόδοις μάστιγας, id est, *verbera illata dum traducerentur in pompa*.

(14) *Ἐν τοῖς μονομαχίοις*. Codex Maz., Med. et Fuk. habent μονομαχίμοις.

(15) *Διὰ πολλῶν κλήρων ἐκβιβάσασα*. Scribendum est ἐκβιάσασα, ut supra. Atque ita legitur in codice Medicæo et apud Nicephorum. Vide Petrum Fabrum in libro primo *Agonistici*, cap. 24. Porro notandum est Blandinam, utpote servam, cruci affixam fuisse, quod erat supplicium servorum.

Digitized by Google

ἐξαιτηθεὶς ὑπὸ τοῦ ὄχλου, καὶ γὰρ ἦν ὀνομαστὸς, ἕτοιμος εἰσῆλθεν ἀγωνιστὴς διὰ τὸ εὐσυνείδητον, ἐπειδὴ γνησίως ἐν τῇ Χριστιανῇ συντάξει γεγυμνασμένος ἦν, καὶ ἀεὶ μάρτυς ἐγεγόνει παρ' ἡμῖν ἀληθείας. Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου (16), πίνακας αὐτὸν προάγοντος ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο Ῥωμαϊστί· Οὗτός ἐστιν Ἄτταλος ὁ Χριστιανός· καὶ τοῦ δήμου σφόδρα σφριγῶντος ἐπ' αὐτῷ, μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ὅτι Ῥωμαῖός ἐστιν, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι μετὰ καὶ τῶν λοιπῶν τῶν ἐν τῇ εἱρκτῇ ὄντων, περὶ ὧν ἐπέστειλε τῷ Καίσαρι, καὶ περιέμενε τὴν ἀπόφασιν τὴν ἀπ' ἐκείνου. Ὁ δὲ διὰ μέσου καιρὸς οὐκ ἀργὸς αὐτοῖς οὐδὲ ἄκαρπος ἐγίνετο, ἀλλὰ διὰ τῆς ὑπομονῆς αὐτῶν, τὸ ἀμέτρητον ἔλεος ἀνεφαίνετο Χριστοῦ. Διὰ γὰρ τῶν ζώντων ἐζωοποιοῦντο τὰ νεκρὰ, καὶ μάρτυρες τοῖς μὴ μάρτυσιν ἐχαρίζοντο (17). Καὶ ἐνεγίνετο πολλὴ χαρὰ τῇ παρθένῳ μητρὶ, οἷς ὡς νεκροὺς ἐξέτρωσε, τούτους ζῶντας ἀπολαμβανούσῃ. Δι' ἐκείνων γὰρ οἱ πλείους τῶν ἠρνημένων ἀνεμητροῦντο (18) καὶ ἀνεκυΐσκοντο, καὶ ἀνεζωπυροῦντο, καὶ ἐμάνθανον ὁμολογεῖν, καὶ ζῶντες ἤδη καὶ τετονωμένοι, προσῄεσαν τῷ βήματι, ἐγγλυκαίνοντος (19) τοῦ τὸν μὲν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ μὴ βουλομένου, ἐπὶ δὲ τὴν μετάνοιαν χρηστευομένου Θεοῦ, ἵνα καὶ πάλιν ἐπερωτηθῶσιν ὑπὸ τοῦ ἡγεμόνος· ἐπιστείλαντος γὰρ τοῦ Καίσαρος, τοὺς μὲν ἀποτυμπανισθῆναι (20), εἰ δέ τινες ἀρνοῖντο, τούτους ἀπολυθῆναι, τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως (ἔστι δὲ αὕτη πολυάνθρωπος ἐκ πάντων τῶν ἐθνῶν συνερχομένων εἰς αὐτὴν) ἀρχομένης συνεστάναι (21), ἀνῆγεν ἐπὶ τὸ βῆμα θεατρίζων τοὺς μακαρίους, καὶ ἐμπομπεύων τοῖς ὄχλοις. Διὸ καὶ πάλιν ἀνήταζε, καὶ ὅσοι μὲν ἐδόκουν πολιτείαν Ῥωμαίων ἐσχηκέναι, τούτων ἀνέτεμνε τὰς κεφαλὰς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἔπεμπεν εἰς θηρία. Ἐδοξάζετο δὲ μεγάλως ὁ Χριστὸς ἐπὶ τοῖς πρότερον ἀρνησαμένοις, τότε παρὰ τὴν τῶν ἐθνῶν ὑπόνοιαν ὁμολογοῦσι. Καὶ γὰρ ἰδίᾳ οὗτοι ἀνητάζοντο, ὡς δῆθεν ἀπολυθησόμενοι. Καὶ ὁμολογοῦντες, προσετίθεντο τῷ

A gus insanum pro suo quisque arbitrio variis acclamationibus imperabat : ipsam postremo ferream cathedram, cui superposita martyrum membra cum torrerentur, illorum nares molestissimus nidor implebat. Verum illi ne sic quidem finem sævicndi fecerunt. Sed contra, eo vehementius accendebatur eorum furor, cum expugnare martyrum constantiam contenderent. Nullam tamen ab ipso sancto vocem elicere potuerunt, præter illam quam ab initio proferre consueverat confessionis suæ vocem. Ili ergo maximo certamine perfuncti, cum vitalem spiritum diu protraxissent, tandem jugulati sunt : eo die spectaculum facti mundo, loco multiplicis illius varietatis quæ in gladiatorum spectaculis cernitur. Blandina vero ad palum suspensa, bestiis B objecta est. Quæ cum in crucis speciem suspensa cerneretur, Deoque contentissime supplicaret, maximam alacritatem addebat certantibus; quippe qui in ipso certamine, sub sororis persona corporeis oculis cernerent illum, qui pro ipsorum salute crucifixus ideo fuerat, ut credentibus in ipsum persuaderet, quicunque pro Christi gloria pateretur, hunc Dei viventis consortem futurum. Cumque nulla tunc bestia corpus illius attigisset, deposita ex stipite, rursus in **162** carcerem conjicitur, in aliud certamen reservata : ut pluribus prolusionibus adversario superato, tortuosi quidem serpentis condemnationem certam atque inevitabilem redderet, fratres vero exemplo suo accenderet : C quippe quæ tametsi pusilla infirmaque et contempta, Christi tamen, magni illius invictique athletæ, robore induta, et adversarium multis vicibus superasset, et glorioso certamine coronam immortalitatis reportasset. Attalus quoque vehementer a populo postulatus ad supplicium, utpote vir valde celebris, paratus ad certamen accessit, fretus conscientia recte factorum. Quippe in Christianorum disciplina solide exercitatus, testisque apud nos

(16) *Καὶ περιαχθεὶς κύκλῳ τοῦ ἀμφιθεάτρου.* Solebant olim gladiatores et bestiarii, antequam certamen obirent, per ora populi circumduci. De qua pompa loquitur Lucianus in *Toxari*, ut notavit Salmasius in *Notis ad Julium Capitolinum*, pag. 91, et Casaubonus; post Lipsium in *Saturnalibus*, qui locum Quintiliani ex *Declamatione* nona eo spectantem primus adduxit. Id autem fiebat non solum in iis qui seipsos ad ludum auctoraverant, sed in reis qui ad ferrum aut bestias damnati erant. Martialis :

Traducta est gyris, nec cepit arena nocentes.

(17) *Καὶ μάρτυρες... ἐχαρίζοντο.* Id est, dextram lapsis porrexerunt, et medicinam adhibuerunt, et pro iis intercesserunt. Id enim solebant martyres, ut ex Cypriano didicimus.

(18) *Ἀνεμητροῦντο.* Dudum conjeceram ita scribendum esse. Postea vero in codice Regio superscriptum inveni eadem manu. Quinetiam Christophorsonum ita legisse apparet.

(19) *Ἐγγλυκαίνοντος.* Hoc verbum tam active quam passive sumi potest. Et Nicephorus quidem active dictum intellexit. Sic enim hunc locum interpretatus est, καὶ ἐγλυκαίνοντο ὑπὸ τοῦ μὴ θέλοντος τὸν θάνατον. Metaphora est ab oleastro, qui insitus dulcescit, de quo Paulus apostolus. Sed et passive sumi potest, et quidem commode, ut mihi videtur. Id enim sibi volunt Lugdunenses : nomen Christi, quem lapsi negaverant, dulce de cætero ipsis fuisse. Paulo post pro ἐρωτηθῶσι, Codex Medicæus et Mazarinus ἐπερωτηθῶσι habent. Sic etiam codex Fuk. et Savilii.

(20) *Ἀποτυμπανισθῆναι.* Hanc vocem non intellexit Christophorsonus, qui *tympanis torqueri* vertit. Quid hoc verbum significet, jampridem docuit Villiomarus in libris *Adversus Robertum Titium*.

(21) *Τῆς ἐνθάδε πανηγύρεως... ἀρχομένης συνεστάναι.* Celebris ex omni Gallia conventus ludorum causa fiebat Lugduni, ad aram Augusto sacratam. Dicata autem fuerat hæc ara Julio Antonio et Fabio Africano coss., Kalendis Augusti, ut scribit Suetonius in *Claudio*. Eos ludos adhuc sua ætate manisse scribit Dio. Ex his colligitur martyres Lugdunenses mense Augusto passos esse. Quod autem Ado, Usuardus, Beda, Notkerus aliique natalem Lugdunensium martyrum conferunt in diem quartum Nonas Junii, nihil me movet. Diu enim post illorum necem, cum illorum reliquiæ inventæ fuissent, hic dies potissimum electus est, quo omnium simul memoria celebraretur, cum tamen non uno eodemque die omnes passi sint, ut ex hac epistola constat.

Digitized by Google

veritatis semper exstiterat. Cumque per amphitheatrum circumduceretur, præcedente ipsum tabella, in qua Latino sermone inscriptum erat : Hic est Attalus Christianus : populo adversus illum vehementius incitato, præses postquam civem Romanum eum esse comperit, reduci in custodiam cum cæteris jubet. Inde litteris ad Cæsarem datis, de his omnibus qui inclusi tenebantur, sententiam ejus exspectabat. Enimvero hujus temporis mora, nequaquam inutilis neque infructuosa illis fuit : sed per ipsorum tolerantiam immensa Christi misericordia tandem illuxit. Quippe mortua jam Ecclesiæ membra, viventium ope atque auxilio ad vitam revocata sunt : et martyres gratificati sunt iis qui fidem negaverant : ingentique gaudio mater eademque virgo Ecclesia cumulata est, cum eos quos tanquam exstinctos abortu ejecerat, vivos jam ac spirantes recuperaret. Etenim per illos sanctissimos martyres, hi qui fidem negaverant, rursus in utero delineabantur, rursus concipiebantur, et vitali calore reparato rursus fidem confiteri discebant. Cumque jam ad vitam revocati roboratique essent, Deo qui non vult mortem peccatoris, sed pro sua benignitate ad pœnitentiam potius invitat, mitiorem eis succum infundente, ad tribunal accessere, quo iterum a præside interrogarentur. Quippe rescriptum fuerat a Cæsare, ut confitentes quidem gladio cæderentur; hi vero qui negarent, dimitterentur incolumes. Ineunte igitur solemni apud nos mercatu, qui maxima hominum frequentia celebratur, utpote ex omnibus populis ac provinciis eo conveniente virorum multitudine, præses beatissimos martyres ad tribunal adduci jussit, tanquam in theatrali pompa eos populo ostentans.

163 Cumque illos denuo interrogasset, quicunque cives Romani reperti sunt, capite truncati, re-

τῶν μαρτύρων κλήρῳ (22)· ἔμειναν δὲ ἔξω, οἱ μηδὲ ἴχνος πώποτε πίστεως, μηδὲ αἴσθησιν ἐνδύματος νυμφικοῦ, μηδὲ ἔννοιαν φόβου Θεοῦ σχόντες, ἀλλὰ καὶ διὰ τῆς ἀναστροφῆς αὐτῶν βλασφημοῦντες τὴν ὁδόν (23)· τουτέστιν οἱ υἱοὶ τῆς ἀπωλείας. Οἱ δὲ λοιποὶ πάντες τῇ Ἐκκλησίᾳ προσετέθησαν· ὧν καὶ ἀνεταζομένων, Ἀλέξανδρός τις, Φρὺξ μὲν τὸ γένος, ἰατρὸς δὲ τὴν ἐπιστήμην, πολλοῖς ἔτεσιν ἐν ταῖς Γαλλίαις διατρίψας, καὶ γνωστὸς σχεδὸν πᾶσι διὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην καὶ παῤῥησίαν τοῦ λόγου (ἦν γὰρ καὶ οὐκ ἄμοιρος ἀποστολικοῦ χαρίσματος), παρεστὼς τῷ βήματι, καὶ νεύματι προτρέπων αὐτοὺς πρὸς τὴν ὁμολογίαν, φανερὸς ἦν τοῖς περιεστῶσι τὸ βῆμα ὥσπερ ὠδίνων. Ἀγανακτήσαντες δὲ οἱ ὄχλοι ἐπὶ τὸ (25') τοὺς πρότερον ἡρνημένους αὖθις ὁμολογεῖν, κατεβόησαν τοῦ Ἀλεξάνδρου, ὡς ἐκείνου τοῦτο ποιοῦντος. Καὶ ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος (24), καὶ ἀνετάσαντος αὐτὸν, ὅστις εἴη, τοῦ δὲ φήσαντος ὅτι Χριστιανός, ἐν ὀργῇ γενόμενος, κατέκρινεν αὐτὸν πρὸς θηρία· καὶ τῇ ἐπιούσῃ εἰσῆλθε μετὰ καὶ τοῦ Ἀττάλου. Καὶ γὰρ καὶ τὸν Ἄτταλον, τῷ ὄχλῳ χαριζόμενος ὁ ἡγεμών, ἐξέδωκε πάλιν πρὸς θηρία. Οἳ καὶ διὰ πάντων διελθόντες τῶν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ πρὸς κόλασιν ἐξευρημένων ὀργάνων, καὶ μέγιστον ὑπομείναντες ἀγῶνα, τοὖσχατον ἐτύθησαν (25) καὶ αὐτοί· τοῦ μὲν Ἀλεξάνδρου μήτε στενάξαντος, μήτε γρύξαντός τι ὅλως, ἀλλὰ κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ Θεῷ (26). Ὁ δὲ Ἄτταλος, ὁπότε ἐπὶ τῆς σιδηρᾶς ἐπετέθη καθέδρας καὶ περιεκαίετο, ἡνίκα ἡ ἀπὸ τοῦ σωματίου κνίσσα ἀνεφέρετο, ἔφη πρὸς τὸ πλῆθος τῇ Ῥωμαϊκῇ φωνῇ· Ἰδοὺ τοῦτό ἐστιν ἀνθρώπους ἐσθίειν, ὃ ποιεῖτε ὑμεῖς. Ἡμεῖς δὲ οὔτε ἀνθρώπους ἐσθίομεν, οὔθ' ἕτερόν τι πονηρὸν πράττομεν. Ἐπερωτώμενος δὲ, τί ὄνομα ἔχει ὁ Θεὸς, ἀπεκρίθη· « Ὁ Θεὸς ὄνομα οὐκ ἔχει ὡς ἄνθρωπος. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις, τῇ ἐσχάτῃ λοιπὸν ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν (27), ἡ Βλαν-

(22) *Τῷ τῶν μαρτύρων κλήρῳ.* Regius Rob., Steph., χορῷ. Hoc loco codex Mediceus melior est Regio. Lectionem enim κλήρῳ alteri longe præstare ex iis quæ supra diximus liquido patet. Κλήρῳ etiam legitur in codice Maz. et Fuk. et Saviliano, et sic Nicephorus quoque scriptum habet.

(23) *Βλασφημοῦντες τὴν ὁδόν.* Hoc loco βλασφημοῦντες idem valet ac βλασφημεῖσθαι ποιοῦντες. Quæ loquendi forma usitata est in sacris libris, ut cum dicitur in Evangelio : *Viri Ninivitæ surgent et condemnabunt vos in judicio;* id est, condemnari facient. Et Musculus quidem vertit hoc modo, *per vitæ suæ conversationem viam Dei blasphemantes.* Christophorsonus vero interpretatur, *viam veritatis contumeliis afficientes.* At Nicephorus cum hæc non intelligeret, locum interpolavit.

(23') *Τό.* Forte τῷ. Edit.

(24) *Ἐπιστήσαντος τοῦ ἡγεμόνος.* Rufinus vertit : *qui a præside in medium statui jussus.* Musculus autem ita vertit, *urgente vero præside*, etc., quem secutus est Christophorsonus. Possis etiam ita vertere, *quod cum animadvertisset præses*, etc. Mihi tamen magis arridet Rufini versio : ἐπιστῆσαι enim proprie est *sistere coram judice*, quod etiam παραστῆσαι dicitur.

(25) *Τοὖσχατον ἐτύθησαν.* Eodem verbo superius usi sunt Lugdunenses, ubi de Sancto, Maturo et Blandina loquuntur. Ac Rufinus quidem hoc loco vertit *jugulati sunt;* Musculus, *cæsi sunt;* Christophorsonus, *gladio feriuntur.* Ego vero malim vertere, *gladio confossi sunt.* Mos enim erat, ut bestiarii a confectore trucidarentur, quemadmodum notavi supra ad martyrium Polycarpi. Eusebius in libro *De martyribus Palæstinæ*, cap. 11, de Adriano martyre loquens, qui ad bestias damnatus fuerat : Λέοντι παραβληθείς, καὶ μετὰ τοῦτον ξίφει κατασφαγεὶς, ἐτελειώθη, et paulo post de Eubulo scribens commartyre : Μετὰ τοὺς θῆρας ὁμοίως τῷ προτέρῳ θῦμα γενόμενος. Ex quibus verbis plane conficitur, ἐτύθησαν idem esse quod κατεσφάγησαν. Sic in *Actis* passionis Tarachi, Probi et Andronici : *Maximus autem ira repletus vocavit Tarentianum sacerdotem et jussit gladiatores introduci ut sanctos Dei martyres interficerent. Statim præceptum Maximi impletum est. Consumpti autem sunt gladio.* Ita codex manuscriptus quem vidi.

(26) *Κατὰ καρδίαν ὁμιλοῦντος τῷ Θεῷ.* Rufinus hunc locum longa circuitione verborum exposuit hoc modo : *Intra seipsum semper cum Deo loquente, et in laudibus ejus ac precibus permanente.* Optime. Nam oratio nihil aliud est quam ὁμιλία πρὸς τὸν Θεόν, et ita eam definit Clemens Alexandrinus, cui consentit Proclus philosophus in libro II *Commentariorum in Timæum Platonis*, p. 64, ubi de precatione elegantissime disserit ex Porphyrio.

(27) *Τῇ ἐσχάτῃ... ἡμέρᾳ τῶν μονομαχιῶν.* Ex his patet munus gladiatorum per aliquot dies præluse solitum esse Lugduni in illo celebri mercatu et concentu totius Galliæ ad aram Augusti. Hinc est qu

Digitized by Google

δίνα πάλιν εἰσεκομίζετο μετὰ καὶ Ποντικοῦ παιδαρίου ὡς πεντεκαίδεκα ἐτῶν. Οἳ καὶ καθημέραν εἰσῆγοντο πρὸς τὸ βλέπειν τὴν τῶν λοιπῶν κόλασιν, καὶ ἠναγκάζοντο ὀμνύναι κατὰ τῶν εἰδώλων αὐτῶν. Καὶ διὰ τὸ ἐμμένειν εὐσταθῶς, καὶ ἐξουθενεῖν αὐτοὺς, ἠγριώθη πρὸς αὐτοὺς τὸ πλῆθος, ὡς μήτε τὴν ἡλικίαν τοῦ παιδὸς οἰκτεῖραι, μήτε τὸ γύναιον αἰδεσθῆναι. Πρὸς πάντα δὲ τὰ δεινὰ παρέβαλλον αὐτοὺς, καὶ διὰ πάσης ἐν κύκλῳ διῆγον κολάσεως, ἐπαλλήλως ἀναγκάζοντες ὀμόσαι, ἀλλὰ μὴ δυνάμενοι τοῦτο πρᾶξαι· ὁ μὲν γὰρ Ποντικὸς, ὑπὸ τῆς ἀδελφῆς παρωρμημένος, ὡς καὶ τὰ ἔθνη βλέπειν ὅτι ἐκείνη ἦν προτρεπομένη καὶ στηρίζουσα αὐτὸν, πᾶσαν κόλασιν γενναίως ὑπομείνας, ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. Ἡ δὲ μακαρία Βλανδίνα πάντων ἐσχάτη, καθάπερ μήτηρ εὐγενὴς παρορμήσασα τὰ τέκνα καὶ νικηφόρους προπέμψασα πρὸς τὸν Βασιλέα, ἀναμετρουμένη καὶ αὐτὴ πάντα τὰ τῶν παίδων ἀγωνίσματα, ἔσπευδε πρὸς αὐτοὺς χαίρουσα καὶ ἀγαλλιωμένη ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ, ὡς εἰς νυμφικὸν δεῖπνον κεκλημένη, ἀλλὰ μὴ πρὸς θηρία βεβλημένη. Καὶ μετὰ τὰς μάστιγας, μετὰ τὰ θηρία, μετὰ τὸ τήγανον (28), τοῦσχατον εἰς γύργαθον βληθεῖσα, ταύρῳ παρεβλήθη· καὶ ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα (29) πρὸς τοῦ ζώου, μηδὲ αἴσθησιν ἔτι τῶν συμβαινόντων ἔχουσα διὰ τὴν ἐλπίδα καὶ ἐποχὴν τῶν πεπιστευμένων καὶ ὁμιλίαν πρὸς Χριστὸν, ἐτύθη καὶ αὐτὴ, καὶ αὐτῶν ὁμολογούντων τῶν ἐθνῶν, ὅτι μηδὲ πώποτε παρ' αὐταῖς γυνὴ τοιαῦτα καὶ τοσαῦτα ἔπαθεν. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως κόρον ἐλάμβανεν αὐτῶν ἡ μανία, καὶ ἡ πρὸς τοὺς ἁγίους ὠμότης· ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρὸς (30) ἄγρια καὶ βάρβαρα φῦλα ταραχθέντα, δυσπαύστως εἶχε. Καὶ ἄλλην ἰδίαν ἀρχὴν ἐπὶ τοῖς σώμασιν ἐλάμβανεν ἡ ὕβρις αὐτῶν. Τὸ γὰρ νενικῆσθαι αὐτοὺς οὐκ ἐδυσώπει, διὰ τὸ μὴ ἔχειν ἀνθρώπινον ἐπιλογισμὸν, μᾶλλον δὲ καὶ ἐξέκαεν αὐτῶν τὴν ὀργὴν, καθάπερ θηρίου καὶ τοῦ ἡγεμόνος καὶ τοῦ δήμου, τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἀδίκως ἐπιδεικνυμένων μῖσος (31)·

A liqui traditi sunt bestiis. Cæterum ingens gloria accessit Christo per eos qui prius quidem negaverant, tunc vero confitebantur fidem Christi præter spem atque exspectationem gentilium. Illi siquidem seorsum interrogati sunt quasi mox absolvendi. Qui cum se Christianos confessi essent, reliquorum martyrum numero ascripti sunt. Foris autem manserunt ii, quorum animis nec vestigium ullum fidei, nec reverentia vestis nuptialis, nec sensus timoris Dei impressus unquam insederat; filii scilicet perditionis, qui sua ipsorum conversatione religionem quam profitebantur infamaverant. Verum cæteri omnes aggregati sunt Ecclesiæ. De quibus cum quæstio haberetur, Alexander quidam, natione Phryx, professione medicus, qui plures B jam annos moratus fuerat in Galliis, vir omnibus notissimus ob amorem Dei et eximiam in prædicanda fide libertatem (quippe apostolicæ gratiæ minime expers erat), tribunali assistens, cum illos ad fidei confessionem nutibus hortaretur, cunctis qui tribunal circumdabant, tanquam parturiens videbatur. At vulgus moleste ferens quod qui antea fidem negaverant, eamdem de integro confiterentur, adversus Alexandrum tanquàm hujus facinoris auctorem conclamare cœpit. Instans illico præses, interrogavit hominem quisnam esset. Qui cum Christianum se esse dixisset, iratus judex eum ad bestias damnavit. Postridie igitur una cum Attalo ingressus est. Nam et hunc præses, gratificari populo studens, bestiis rursum tradiderat. Ambo ita- C que cum omnia tormentorum genera quæ adversus ipsos excogitata fuerant, in amphitheatro percucurrissent, maximoque certamine perfuncti essent, tandem gladio percussi sunt. Et Alexander quidem nec ingemuit unquam, nec vocem ullam protulit, sed interius mente in se collecta colloquebatur cum Deo. Attalus vero cum in ferrea cathedra colloca-

supra dixit de Maturo et Sancto : Ἀντὶ πάσης τῆς ἐν τοῖς μονομαχίοις ποικιλίας αὐτοὶ θέαμα γενόμενοι τῷ κόσμῳ. Præter hæc munera gladiatoria, datus præterea fuerat a præside dies spectaculi ferarum propter Christianos, ut nominatim dicitur in hac epistola, τῆς τῶν θηριομαχιῶν ἡμέρας διὰ τοὺς ἡμετέρους διδομένης. Neque enim hæc inter se confundenda esse existimo, μονομαχίας scilicet et θηριομαχίας, quamvis Latini uno muneris vocabulo utrumque spectaculum comprehendant. Si quis tamen μονομαχίας et θηριομαχίας hic pro eodem sumi contendat, equidem non magnopere repugnabo. Certe in *Gestis præsidialibus* sanctorum martyrum Tarachi, Probi et Andronici, gladiatores sumuntur pro bestiariis. Sic enim scribitur cap. 10 : *In prima muneris editione, cum multæ ferœ immissæ essent, multorum gladiatorum corpora qui multis horis cum bestiis pugnaverant, devorata sunt.* Paulo post tamen gladiatorum munus a munere ferarum ibidem distinguitur his verbis : *Maximus proconsul indignans jubet edi gladiatorum munus, quibus mandaretur imprimis Christianos martyres gladiis confodi.* Sed et Cyrillus Hierosolymitanus in prima *Catechesi mystagogica*, μονομαχεῖν dicit de bestiariis, et Chrysostomus in homilia *de Jona*, pag. 661, οἱ θηρίοις πυκτεύειν μέλλοντες. Quod idem est ac si dixisset θηρίοις μονομαχεῖν.

(28) *Μετὰ τὸ τήγανον.* Craticulam vertit Rufinus. Idem plane est quod supra vocavit ferream cathedram, cui impositi martyres, tanquam in sartagine torrebantur. Sic enim supradictum est de Maturo : Ἐπὶ πᾶσι τὴν σιδηρᾶν καθέδραν, ἐφ' ἧς τηγανιζόμενα τὰ σώματα, etc. Mos enim erat, ut Christiani, antequam bestiis objicerentur, in hujusmodi cathedra suppositis prunis ardentibus sederent, ut paulo D ante legitur de Attalo.

(29) *Ἱκανῶς ἀναβληθεῖσα.* Inter voluptates amphitheatralis spectaculi hæc erat, ut taurus in arenam produceretur, cui in furorem concitato noxios homines reticulo inclusos objiciebant, quos ille velut pilas in altum jactabat. Notissimi sunt hac de re Martialis versus :

Taurus ut impositas jactat ad astra pilas.

(30) *Ὑπὸ γὰρ ἀγρίου θηρός.* Antiquum serpentem vertit Rufinus, dæmonem scilicet rectius hoc modo designari existimans. Certe Græca vox etiam *serpentem* significat. Unde et *theriace* dicitur. Sic paulo infra ὁ θὴρ pro diabolo sumitur, ubi Musculus *viperam* vertit.

(31) *Τὸ ὅμοιον εἰς ἡμᾶς ἀδίκως ἐπιδεικνυμένων μῖσος.* Rectius in codice Maz., Medicæo et Fuketiano scribitur ἄδικον, quod equidem valde probo, nisi quis malit legere τὸ ἄδικον εἰς ἡμᾶς ὁμοίως ἐπιδεικνυμένων μῖσος. De injusto erga se gentium odio

tus undique torreretur, et ambustum corpus nidorem gravissimum exhalaret, Latino sermone populum allocutus : « En, inquit, hoc demum est homines vorare quod agitis. Nos vero neque homines voramus, neque omnino quidquam mali facimus. » Interrogatus etiam quod nomen Dei esset : « Deus, inquit, **164** nomen non habet perinde ac nos mortales. » Post hos omnes, ultimo tandem spectaculorum die, Blandina rursus illata est una cum Pontico, adolescente quindecim circiter annos nato. Qui etiam quotidie antea introducti fuerant, ut reliquorum cruciatus intuerentur. Adactique per simulacra gentilium jurare, cum in proposito constantes permanerent, deosque illorum nihili facerent, tantus in eos exarsit multitudinis furor, ut nec ætatem pueri miserarentur, nec mulieris sexum ulla prosequerentur reverentia. Cunctis igitur cruciatibus eos vexare ac per omnia pœnarum genera circumagere cœperunt, jurare illos subinde compellentes. Nunquam tamen id quod volebant, perficere valuerunt. Nam Ponticus quidem, sororis exhortationibus incitatus, ita ut gentiles quoque ipsam esse cernerent quæ puerum hortaretur et confirmaret, cuncta supplicia generose perpessus, animam exhalavit. Beata vero Blandina, omnium postrema, tanquam nobilis mater quæ filios ad fortiter certandum accenderat, et victores ad Regem præmiserat, eosdem certaminum cursus quos filii confecerant remetiens, ad eosdem ire properabat, de exitu suo læta atque exsultans, prorsus quasi ad nuptiale convivium invitata, non bestiis objecta esset. Denique post flagra, post ferarum vellicationes, post sartaginem, reticulo inclusa, tauro objecta est. A quo diu in altum jactata, nihil jam eorum quæ fiebant penitus sentiens, tum ob spem et comprehensionem eorum quæ credebat bonorum, tum ob familiarem congressum quem cum Christo in oratione habebat, tandem et ipsa victimæ instar jugulata est : ipsis etiam gentilibus ingenue fatentibus, nullam unquam apud se feminam exstitisse quæ tot ac tanta pertulerit. Sed ne sic quidem furor illorum et immanitas adversus sanctos conquievit. Quippe feræ et barbaræ gentes ab immani illa bestia concitatæ, pacari facile non poterant. Quin potius aliud quoddam initium sæviendi, in sanctorum corporibus protervia illorum invenit. Neque enim ex eo quod a martyribus victi fuissent, pudore ac verecundia suffundebantur, quippe qui humano sensu ac ratione penitus essent destituti. Sed contra præsidis simul ac populi tanquam immanis belluæ ma-

A ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἔτι (32), καὶ ὁ δίκαιος δικαιωθήτω ἔτι. Καὶ γὰρ τοὺς ἐναποπνιγέντας ἐν τῇ εἱρκτῇ παρέβαλον κυσὶν, ἐπιμελῶς παραφυλάσσοντες νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, μὴ κηδευθῇ τις ὑφ' ἡμῶν. Καὶ τότε δὴ προθέντες τά τε τῶν θηρίων, τά τε τοῦ πυρὸς λείψανα, πῇ μὲν ἐσπαραγμένα, πῇ δὲ ἠνθρακωμένα (33), καὶ τῶν λοιπῶν τὰς κεφαλὰς σὺν τοῖς ἀποτμήμασιν αὐτῶν ὡσαύτως ἀτάφους παρεφύλαττον μετὰ στρατιωτικῆς ἐπιμελείας ἡμέραις συχναῖς. Καὶ οἱ μὲν ἐνεβριμῶντο καὶ ἔβρυχον τοὺς ὀδόντας ἐπ' αὐτοῖς, ζητοῦντές τινα πεῤ ρισσοτέραν ἐκδίκησιν παρ' αὐτῶν λαβεῖν· οἱ δὲ ἐνεγέλων καὶ ἐπετώθαζον, μεγαλύνοντες τὰ εἴδωλα αὐτῶν, καὶ ἐκείνοις προσάπτοντες τὴν τούτων τιμωρίαν. Οἱ δὲ ἐπιεικέστεροι καὶ κατὰ ποσὸν συμπαθεῖν B δοκοῦντες, ὠνείδιζον πολὺ, λέγοντες· Ποῦ ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ τί αὐτοὺς ὤνησεν ἡ θρησκεία, ἣν καὶ πρὸ τῆς ἑαυτῶν εἵλοντο ψυχῆς; Καὶ τὰ μὲν ἀπ' ἐκείνων τοιαύτην εἶχε τὴν ποικιλίαν, τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὰ σώματα κρύψαι τῇ γῇ. Οὔτε γὰρ νὺξ συνεβάλλετο ἡμῖν πρὸς τοῦτο, οὔτε ἀργύρια ἔπειθεν (34), οὔτε λιτανεία ἐδυσώπει· παντὶ δὲ τρόπῳ παρετήρουν ὡς μέγα τι κερδανοῦντες, εἰ μὴ τύχοιεν ταφῆς. » Τούτοις ἑξῆς μεθ' ἑτερά φασι· « Τὰ οὖν σώματα τῶν μαρτύρων παντοίως παραδειγματισθέντα καὶ αἰθριασθέντα ἐπὶ ἡμέρας ἑξ, μετέπειτα καέντα καὶ αἰθαλωθέντα ὑπὸ τῶν ἀνόμων κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανὸν (35) ποταμὸν πλησίον παραῤῥέοντα, ὅπως μηδὲ λείψανον αὐτῶν φαίνηται ἐπὶ τῆς γῆς ἔτι. Καὶ ταῦτ' ἔπραττον, C ὡς δυνάμενοι νικῆσαι τὸν Θεὸν, καὶ ἀφελέσθαι αὐτῶν τὴν παλιγγενεσίαν· ἵνα, ὡς ἔλεγον ἐκεῖνοι, μηδὲ ἐλπίδα σχῶσιν ἀναστάσεως, ἐφ' ᾗ πεποιθότες, ξένην τινὰ καὶ καινὴν ἡμῖν εἰσάγουσι θρησκείαν, καὶ καταφρονοῦσι τῶν δεινῶν, ἕτοιμοι καὶ μετὰ χαρᾶς ἔχοντες ἐπὶ τὸν θάνατον· νῦν ἴδωμεν, εἰ ἀναστήσονται, καὶ εἰ δύναται βοηθῆσαι αὐτοῖς ὁ Θεὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελέσθαι ἐκ τῶν χειρῶν ἡμῶν. »

passim querebantur Christiani. Tatianus *Adversus Græcos*, pagina 149 : Καὶ μὴ διὰ τὸ μισεῖν ἀδίκως, πεπαυόμησθε. Cf. Tertull. in *Apologetici* cap. 1.

(32) *Ὁ ἄνομος ἀνομησάτω ἔτι.* Ex capite ultimo Apocalypseos versu 11, ubi pro ἄνομος ἀνομησάτω hodie legitur ἄδικος ἀδικησάτω. Simile quid legitur in cap. XII Danielis. Citatur hic locus a Fausto Reiensi, qui vulgo Eusebius Emissenus inscribitur, in sermone tertio ad monachos : *Et ejusmodi animæ eveniet illa sententia : Peccator adjiciat ad peccandum. Quam nos, charissimi, refugientes, illam potius teneamus quæ dicit : Et sanctus adhuc sanctificetur.*

(33) *Μὴ δὲ ἠνθρακωμένα.* Ita codex Regius et Nicephorus. Sed tres reliqui codices Mazarinus, Medicæus et Fuketianus scriptum habent ἠνθρακευμένα. Et paulo post in iisdem codicibus legitur πρὸς τῆς ἑαυτῶν εἵλαντο ψυχῆς, non εἵλοντο, ut ex Regio exemplari edidit Stephanus.

(34) *Οὔτε ἀργύρια ἔπειθεν.* Hæc verba non ha-

D bentur in tribus codicibus Mazarino, Medicæo et Fuketii. Solus codex Regius ea retinet, cui astipulantur Rufinus et Nicephorus. Nam Rufinus quidem ita vertit : *Apud nos vero ingens luctus habebatur, præcipue quod non possemus corpora humi tradere : quippe quibus nec noctis tempore aliqua ad hoc opportunitas præbebatur : neque muneribus suadere custodes, neque precibus, aut ullo alio genere copia erat.* Nicephorus vero locum hunc ita expressit : Οὔτε γὰρ ἡ νὺξ καθυπούργει, οὔτε χρυσίῳ μετελθεῖν ἦν· πολλῷ γε μεῖον ἔπειθε δέησις.

(35) *Κατεσαρώθη εἰς τὸν Ῥοδανόν.* Cod. Reg. κατεῤῥάνθη, cui consentit Nicephorus. Sed reliqui codices Maz., Med., Fuk. et Savilii præferunt κατεσαρώθη. Quam lectionem vulgatæ longe præferendam duco. Certe Rufinus non aliter videtur legisse, ut ex interpretatione ejus apparet. Sic enim vertit : *Incensa ossa martyrum et in favillam redacta, cum reliquo terræ pulvere in Rhodanum fluvium dispersere.*

Digitized by Google

gis inde accendebatur furor, qui quidem nullo jure adversus nos æquali odio ferebantur: ut impleretur Scriptura, **165** quæ dicit: « Iniquus adhuc inique agat, et justus adhuc justificetur [35]. » Eorum enim corpora qui in carcere suffocati perierant, canibus objecerunt, sollicite observantes noctu atque interdiu, ne quis nostrorum ea sepulturæ mandaret. Post hæc quidquid aut a bestiis, aut ab igne reliquum fuerat, partim laniata, partim ambusta membra exponentes: reliquorum denique capita cum ipsis corporum truncis similiter insepulta per plurimos dies additis militum excubiis custodierunt. Et alii quidem infremebant ac dentibus stridebant in mortuos, adhuc exquisitiore quodam supplicio eos afficere cupientes. Alii vero irridebant insultabantque, simulacra sua laudibus extollentes, ac pœnas de martyribus sumptas eis ascribentes. Nonnulli paulo æquiores, et qui vicem nostram dolere quodammodo videbantur, exprobrabant identidem hæc dicentes: Ubi est Deus eorum? et quid illis profuit hæc religio, cui vitam quoque suam postposuerunt? Ac gentilium quidem insectatio talem habuit varietatem. Nos vero gravissimo interim dolore premebamur, quod humare cadavera nobis non liceret. Nam neque noctis tenebræ nos juvare, neque auri vis flectere, neque preces ullæ animos eorum commovere potuerunt. Sed omni studio atque industria cadavera custodiebant, quasi ingens lucrum facturi, si sepultura caruissent. » Nonnullis deinde interjectis hæc addunt: « Igitur martyrum corpora, postquam omni genere contumeliæ traducta, et sub divo per sex dies exposita jacuerunt, tandem cremata atque in cineres redacta, in præfluentis Rhodani alveum sparsa sunt ab impiis, ne ullæ deinceps eorum reliquiæ in terris superessent. Atque id agebant, prorsus quasi Deo superiores esse, et resurrectionem illis adimere possent: ut quemadmodum ipsi dicebant, ne spes quidem ulla resurgendi eis relinqueretur, qua freti novam quamdam ac peregrinam nobis invehunt religionem, et gravissima quæque tormenta contemnunt, promptique et alacres mortem subeunt. Videamus nunc an sint resurrecturi, et utrum adesse ipsis Deus suus, ac de manibus nostris ipsos eripere valeat. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὡς οἱ θεοφιλεῖς μάρτυρες τοὺς ἐν τῷ διωγμῷ διαπεπωκότας ἐθεράπευον δεξιούμενοι (Nic. *H. E.* IV, 18).

Τοιαῦτα καὶ τὰ κατὰ τὸν δεδηλωμένον αὐτοκράτορα ταῖς Χριστοῦ συμβέβηκεν Ἐκκλησίαις, ἀφ' ὧν καὶ τὰ ἐν ταῖς λοιπαῖς ἐπαρχίαις ἐνηργημένα, εἰκότι λογισμῷ στοχάζεσθαι πάρεστιν. Ἄξιον τούτοις ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυνάψαι γραφῆς λέξεις ἑτέρας, δι' ὧν τὸ ἐπιεικὲς καὶ φιλάνθρωπον τῶν δεδηλωμένων μαρτύρων ἀναγέγραπται τούτοις αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν· « Οἳ καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ζηλωταὶ καὶ μιμηταὶ Χριστοῦ ἐγένοντο, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ὥστε ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες, καὶ οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δίς, ἀλλὰ πολλάκις μαρτυρήσαντες, καὶ ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες (36), καὶ τὰ καυτήρια, καὶ τοὺς μώλωπας, καὶ τὰ τραύματα ἔχοντες περικείμενα, οὔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτοὺς ἀνεκήρυττον, οὔτε μὴν ἡμῖν ἐπέτρεπον τούτῳ τῷ ὀνόματι προσαγορεύειν αὐτούς, ἀλλ' εἴ ποτέ τις ἡμῶν δι' ἐπιστολῆς ἢ διὰ λόγου μάρτυρας αὐτοὺς προσεῖπεν, ἐπέπληττον πικρῶς. Ἤδεως γὰρ παρεχώρουν τὴν τῆς μαρτυρίας προσηγορίαν τῷ Χριστῷ, τῷ πιστῷ καὶ ἀληθινῷ μάρτυρι, καὶ πρωτοτόκῳ τῶν νεκρῶν, καὶ ἀρχηγῷ τῆς ζωῆς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπεμιμνήσκοντο τῶν ἐξεληλυθότων ἤδη μαρτύρων, καὶ ἔλεγον· Ἐκεῖνοι ἤδη μάρτυρες, οὓς ἐν τῇ ὁμολογίᾳ Χριστὸς ἠξίωσεν ἀναληφθῆναι, ἐπισφραγισάμενος αὐτῶν διὰ τῆς ἐξόδου τὴν μαρτυρίαν· ἡμεῖς δὲ ὁμόλογοι μέτριοι καὶ ταπεινοί. Καὶ μετὰ δακρύων παρεκάλουν τοὺς ἀδελφοὺς, δεόμενοι ἵνα ἐκτενεῖς εὐχαὶ γίνωνται πρὸς τὸ

[35] Dan. XXII.

(36) *Καὶ ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες.* Henricus Savilius ad oram sui codicis hunc locum ita emendavit, καὶ τοῖς θηρίοις παραβληθέντες, καὶ ἐξ αὐτῶν αὖθις ἀναληφθέντες. Quæ emendatio in Genevensi quoque editione apposita est ad marginem ex libro Christophorsoni. Sane Christophorsonus locum hunc ita legit, ut ex versione ejus appareat. Sed utrum ex conjectura, an ex fide veterum codicum ita legerit, incertum est. Nostri certe codices nihil mutant. Porro ἀναληφθῆναι hoc loco significat, *in carcerem iterum contrudi.* Sic supra de Blandina, καθαιρεθεῖσα ἀπὸ τοῦ ξύλου, ἀνελήφθη πάλιν εἰς τὴν εἱρκτήν. Et paulo post de Attalo, μαθὼν ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀναληφθῆναι.

CAPUT II.

Quemadmodum Deo dilecti martyres lapsis in persecutione manum porrigentes curationem adhibuerint.

Hæc supradicti imperatoris temporibus Christi Ecclesiis contigerunt, ex quibus ea quæ in reliquis provinciis gesta sunt, conjectura assequi licet. Sed et alia quædam ex eadem epistola hic adjungere operæ pretium fuerit, quibus benignitas atque humanitas illorum quos memoravimus martyrum describitur his verbis: « Qui quidem Christum æmulari atque imitari tantopere studuerunt, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: ut quamvis in tantum gloriæ culmen evecti essent, nec semel atque iterum, sed sæpius martyrium subiissent, et a bestiis denuo in carcerem relati essent; quamvis ignium impressa vestigia, quamvis vibices et vulnera toto corpore circumferrent, tamen nec seipsos martyres prædicarent, nec a nobis ita se appellari paterentur. Verum si quis nostrum per litteras aut in familiari colloquio eos martyres compellasset, objurgabant graviter atque increpabant. Martyris enim appellationem libentissime concedebant Christo, utpote fide veroque testi, et primogenito mortuorum, vitæque cœlestis principi et auctori. Eos quoque qui jam ex hac vita migraverant martyres, nobis commemorabant aiebantque: « Illi jam sunt martyres, quos in ipsa confessione Christus assumi voluit, professionem ipsorum morte tanquam annulo obsignans: nos vero viles atque abjecti confessores. » Simul profusis la-

Digitized by Google

crymis obsecrabant fratres, ut continuæ ad Deum preces fierent, quo tandem ipsi perfectum finem adipisci mererentur. Ac reipsa quidem virtutem martyrum exhibebant, cum ingenti libertate ac fiducia gentilibus respondentes: et egregiam animi indolem partim tolerantia, partim quod metus ac pavoris expertes essent, perspicue testabantur. Ipsam vero martyrum appellationem a fratribus sibi oblatam, utpote timore Dei constricti refugiebant. » Et paulo post: « Deprimebant se, inquiunt, sub manu potenti; a qua nunc sublimius elevati sunt. Tunc vero omnium defensionem suscipiebant, neminem accusabant, cunctos absolvebant, **167** neminem ligabant. Quinetiam pro illis a quibus acerbissime cruciati fuerant, exemplo perfectissimi martyris Stephani, Deum precabantur: « Domine, ne imputes illis hoc peccatum. » Quod si ille pro lapidantibus orabat, quanto magis pro fratribus eum orasse credibile est. » Nec multo post, hæc addunt: « Hoc enim maximum certamen illis fuit adversus diabolum, ob sinceram ac minime fucatam charitatem, ut quos ille malignus serpens vivos jam se devorasse crediderat, elisis faucibus evomere cogeretur. Neque enim fastu et arrogantia intumuerunt adversus lapsos, sed ea quibus abundabant bona, indigentibus liberaliter subministrabant, materna quædam misericordiæ viscera gestantes, magnamque vim lacrymarum pro illorum salute coram Deo Patre fundentes. Vitam petierunt, et largitus est eis Deus [36]: quam etiam illi proximis suis communicarunt, ubique victores ad Deum profecti. Cumque pacem dilexissent, pacem nobis commendassent, ipsi cum pace migraverunt ad Deum: non dolorem matri, non fratribus discidium ac bellum, sed gaudium et pacem et concordiam charitatemque omnibus relinquentes. » Atque hæc de beatorum illorum affectu erga eos fratres qui lapsi fuerant, ad legentium utilitatem hic posita sint, propter eos qui inhumano quodam ac truci animo præditi, inclementer adversus Christi membra postmodum sævierunt.

A τελειωθῆναι αὐτούς. Καὶ τὴν μὲν δύναμιν τῆς μαρτυρίας ἔργῳ ἐπεδείκνυντο, πολλὴν παῤῥησίαν ἄγοντες πρὸς πάντα τὰ ἔθνη, καὶ τὴν εὐγένειαν διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ ἀφοβίας καὶ ἀτρομίας φανερὰν ἐποίουν, τὴν δὲ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς τῶν μαρτύρων προσηγορίαν παρῃτοῦντο, ἐμπεπλησμένοι φόβου Θεοῦ. » Καὶ αὖθις μετὰ βραχέα φασίν· « Ἐταπείνουν ἑαυτοὺς ὑπὸ τὴν κραταιὰν χεῖρα, ὑφ' ἧς ἱκανῶς νῦν εἰσιν ὑψωμένοι. Τότε δὲ πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο (37), κατηγόρουν δὲ οὐδενός· ἔλυον μὲν ἅπαντας, ἐδέσμενον δὲ οὐδένα, καὶ ὑπὲρ τῶν τὰ δεινὰ διατιθέντων ηὔχοντο, καθάπερ Στέφανος ὁ τέλειος μάρτυς· « Κύ-
« ριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. » Εἰ δ' ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων ἐδέετο, πόσῳ μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν; » Καὶ αὖθίς φασι μεθ' ἕτερα· « Οὕτως
B γὰρ καὶ μέγιστος αὐτοῖς πρὸς αὐτὸν ὁ πόλεμος ἐγένετο, διὰ τὸ γνήσιον τῆς ἀγάπης, ἵνα ἀποπνιχθεὶς ὁ θὴρ, οὓς πρότερον ὤητο καταπεπωκέναι ζῶντας, ἐξεμέσῃ (37'). Οὐ γὰρ ἔλαβον καύχημα κατὰ τῶν πεπτωκότων, ἀλλ' ἐν οἷς ἐπλεόναζον αὐτοί, τοῦτο τοῖς ἐνδεεστέροις ἐπῆρκουν, μητρικὰ σπλάγχνα ἔχοντες, καὶ πολλὰ περὶ αὐτῶν ἐκχέοντες δάκρυα πρὸς τὸν Πατέρα. Ζωὴν ᾐτήσαντο, καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς· ἣν καὶ συνεμερίσαντο τοῖς πλησίον. Κατὰ πάντων νικηφόροι (38) πρὸς Θεὸν ἀπελθόντες, εἰρήνην ἀγαπήσαντες ἀεὶ, καὶ εἰρήνην ἀεὶ παρεγγυήσαντες, μετ' εἰρήνης ἐχώρησαν πρὸς Θεὸν, μὴ καταλιπόντες πόνον
C τῇ μητρὶ, μηδὲ στάσιν καὶ πόλεμον τοῖς ἀδελφοῖς, ἀλλὰ χαρὰν καὶ εἰρήνην, καὶ ὁμόνοιαν, καὶ ἀγάπην. » Ταῦτα καὶ περὶ τῆς τῶν μακαρίων ἐκείνων πρὸς τοὺς παραπεπτωκότας τῶν ἀδελφῶν στοργῆς, ὠφελίμως προσκείσθω, τῆς ἀπανθρώπου τε καὶ ἀνηλεοῦς ἕνεκα διαθέσεως, τῶν μετὰ ταῦτα ἀφειδῶς (39) τοῖς Χριστοῦ μέλεσι προσενηνεγμένων.

CAPUT III.

Cujusmodi visio martyri Attalo in somnis divinitus missa apparuit.

Porro in eadem epistola quæ res supra memoratas complectitur, alia etiam habetur narratio prorsus memoria dignissima, quam quidem nihil vetat, quominus hoc loco lectoribus proponamus. Sic autem habet: « Alcibiades quidam, unus ex illorum martyrum numero, durum et squalidum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὁποῖα τῷ μάρτυρι Ἀττάλῳ δι' ὀνείρου γέγονεν ἐπιφάνεια (Nic. *H. E.* IV, 8).

Ἡδ' αὐτὴ τῶν προειρημένων μαρτύρων γραφὴ, καὶ
D ἄλλην τινὰ μνήμης ἀξίαν ἱστορίαν περιέχει, ἣν καὶ οὐδεὶς ἂν γένοιτο φθόνος, μὴ οὐχὶ τῶν ἐντευξομένων εἰς γνῶσιν προσθεῖναι. Ἔχει δὲ οὕτως· « Ἀλκιβιάδου γάρ τινος ἐξ αὐτῶν, πάνυ αὐχμηρὸν βιοῦντος βίον, καὶ μηδενὸς ὅλως τὸ πρότερον μεταλαμβάνοντος, ἀλλ' ἢ

[36] Psal. XX.

(37) *Πᾶσι μὲν ἀπελογοῦντο.* Rufinus hunc locum ita vertit: *Placabant omnes, neminem accusabant.* Christophorsonus vero et ante illum Langus sic interpretari maluit, *defendere omnes, neminem accusare.* Quam interpretationem probare non possum. Neque enim in Græco dicitur, ὑπὲρ πάντων ἀπελογοῦντο, sed πᾶσιν ἀπ Sed neque martyres illi cunctos sine discrimine defendebant, hæreticos scilicet, Judæos et gentiles. Rectius itaque Musculus vertit, *omnibus rationem fidei suæ reddebant.* Possis etiam vertere *omnibus se excusabant.* Id enim proprie est ἀπολογεῖσθαι. Unde *Apologiæ sacerdotum*, de quibus Gregorius Magnus in *Sacramentario.*

(37') *Ἵνα..., οὓς... ᾤετο καταπεπωκέναι ζῶντας, ἐξεμέσῃ.* Sunt quibus placeret, virgulam ante ζῶντας transponendo, scribere... οὓς... καταπεπωκέναι, ζῶντας ἐξεμέσῃ. EDIT.

(38) Vulg. *Κατὰ πάντα νικηφόροι.* Sic ex codice Regio edidit Stephanus. Reliqui tamen codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent κατὰ πάντων νικηφόροι. Id est, *de omnibus victores.* Nicephorus vero ita hunc locum reflexit, καὶ πάντες νικηφόροι, etc.

(39) *Τῶν μετὰ ταῦτα ἀφειδῶς.* Novatianos intelligit, qui lapsis omnem spem indulgentiæ postea præclusere.

Digitized by Google

ἄρτῳ μόνῳ καὶ ὕδατι χρωμένου, πειρωμένου τε καὶ ἐν τῇ εἱρκτῇ οὕτω διάγειν, Ἀττάλῳ μετὰ τὸν πρῶτον ἀγῶνα, ὃν ἐν τῷ ἀμφιθεάτρῳ ἤνυσεν, ἀπεκαλύφθη, ὅτι μὴ καλῶς ποιοίη ὁ Ἀλκιβιάδης, μὴ χρώμενος τοῖς κτίσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλοις τύπον σκανδάλου ὑπολειπόμενος. Πεισθεὶς δὲ Ἀλκιβιάδης, πάντων ἀνέδην μετελάμβανε, καὶ ηὐχαρίστει τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἀνεπίσκεπτοι χάριτος Θεοῦ ἦσαν, ἀλλὰ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἦν σύμβουλον αὐτοῖς.» Καὶ ταῦτα μὲν ὡδὶ ἐχέτω. Τῶν δ' ἀμφὶ τὸν Μοντανὸν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον (40), περὶ τὴν Φρυγίαν ἄρτι τότε πρῶτον τὴν περὶ τοῦ προφητεύειν ὑπόληψιν παρὰ πολλοῖς ἐκφερομένων (πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιίαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους Ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν παρὰ πολλοῖς ταῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον). καὶ ἐπὶ διαφωνίας ὑπαρχούσης περὶ τῶν δεδηλωμένων, αὖθις οἱ κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφοὶ, τὴν ἰδίαν κρίσιν καὶ περὶ τούτων, εὐλαβῆ καὶ ὀρθοδοξοτάτην ὑποτάττουσιν, ἐκθέμενοι καὶ τῶν παρ' αὐτοῖς τελειωθέντων μαρτύρων διαφόρους ἐπιστολὰς, ἃς ἐν δεσμοῖς ἔτι ὑπάρχοντες, τοῖς ἐπ' Ἀσίας καὶ Φρυγίας ἀδελφοῖς διεχάραξαν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρῳ (41) τῷ τότε Ῥωμαίων ἐπισκόπῳ, τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες (42).

A vivendi genus sectabatur, nullumque omnino cibum admittens, solo pane et aqua hactenus vesci consueverat. Cumque in carcere positus eamdem vivendi rationem vellet retinere, Attalo post primum quod in amphitheatro confecerat certamen, revelatum est, non recte neque ordine facere Alcibiadem, qui et creaturis Dei minime uteretur, et aliis exemplum scandali fieret. **168** Paruit itaque Alcibiades, et cunctis deinceps cibis promiscue uti cœpit, gratias agens Deo. Neque enim divina gratia eos præsentia sua destituerat, sed consultorem habebant Spiritum sanctum.» Verum de his hactenus. Cæterum cum Montanus et Alcibiades ac Theodotus, tunc primum in Phrygia opinione hominum tanquam prophetæ celebrari cœpissent B (multa quippe divinæ gratiæ miracula in pluribus Ecclesiis etiam tum fieri solita, fidem plurimis faciebant eos quoque prophetare), cumque illorum nominum causa dissensio orta esset, qui in Gallia erant fratres, privatum de his judicium suum, religiosum in primis et cum recta fide consentiens, rursus eidem epistolæ subjunxerunt, prolatis imperfectorum apud se martyrum variis epistolis, quas illi dum in vinculis adhuc essent, partim ad fratres in Asia et Phrygia degentes, partim ad Eleutherum Romanæ urbis episcopum scripserant, pro pace Ecclesiarum quasi legatione fungentes.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅπως οἱ μάρτυρες τὸν Εἰρηναῖον δι' ἐπιστολῆς παρετίθεντο (Nic *H. E.* IV, 15-15).

Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες (43) καὶ τὸν Εἰρηναῖον (44),

CAPUT IV.

Quomodo martyres Irenæum epistola sua commendaverint.

Sed et iidem martyres Irenæum, qui tunc tem-

(40) *Τῶν δ' ἀμφὶ Μοντανὸν, καὶ Ἀλκιβιάδην, καὶ Θεόδοτον.* Hic Alcibiades distinguendus est ab Alcibiade illo, martyrum Lugdunensium collega, de quo supra. Nam hic quidem sanctissimus martyr fuit, ut apparet ex iis quæ de illo referunt Lugdunenses. Alter vero, cum Montano ac Theodoto, signifer fuit sectæ Cataphrygarum. De quo vide capp. 16 et 17 hujus libri.

(41) *Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἐλευθέρῳ.* Eleutherus, Romanæ urbis episcopus, a Montanistis primum deceptus fuerat, qui falsæ pietatis imagine errorem suum callide obtegebant. Ad hæc, litteris atque exhortationibus Lugdunensium martyrum impulsus, ad Ecclesias Asiæ atque Phrygiæ epistolam scripserat de recipiendis in Ecclesiam Montanistis. Sed statim admonitus a Praxea quodam Asiano, pacificas quas emiserat litteras revocavit, et Aniceti decessoris sui auctoritatem secutus, novam prophetiam admittere recusavit, ut scribit Tertullianus in libro *Adversus Praxeam : Nam idem tunc episcopum Romanum agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis et Ecclesiis eorum asseverando, et præcessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum concessare.* Baronius quidem in hoc Tertulliani loco per episcopum Romanum, Anicetum intellexit. Verum ego Eleutherum intelligi potius crediderim, tum ob ea quæ hic refert Eusebius de litteris Lugdunensium martyrum ad Eleutherum datis de pace Ecclesiarum, tum ob id quod Tertullianus subnectit de præcessorum auctoritate. Quo nomine Soterem et Anicetum procul dubio designat, qui Montani prophetiam repudiaverant. Hic certe Tertulliani locus valde illustris est, et ex verbis Eusebii quæ nunc præ manibus habemus, maximam lucem accipit.

(42) *Τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης ἕνεκα πρεσβεύοντες.* Christophorsonus quidem hæc verba retulit ad solum Eleutherum, Romanæ urbis episcopum. Ego vero ad utrosque referri puto, tum ad Eleutherum, tum ad fratres in Asia et Phrygia constitutos. Consulti enim fuerant Lugdunenses et Viennenses a fratribus in Asia et Phrygia consistentibus, quid sentiendum esset de pseudoprophetia illa quæ apud ipsos exorta fuerat, quidve agendum foret Montano, Theodoto aliisque, qui per Spiritus sancti

(43) *Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες.* Blondellus in *Apologia pro sententia Hieronymi*, cap. 8, pag. 26, negat martyres Lugdunenses dedisse litteras ad Eleutherum papam. Nam martyrium Pothini ac Lugdunensium contigisse affirmat anno VII imp. Marci, Christi 167, quo tempore Soter Rom. Ecclesiam administrabat. Martyres igitur Lugdunenses non potuerunt ad Eleutherum scribere, qui nondum Soteri successerat. Proinde Blondellus hanc epistolam a clero Lugdunensi Ecclesiæ scriptam esse contendit. Sed Blondelli vanitatem refellit Eusebius. Quid enim apertius his verbis? Οἱ δ' αὐτοὶ μάρτυρες καὶ τὸν Εἰρηναῖον, πρεσβύτερον τότ' ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ' δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων. Jam ergo ruit tota Blondelli argumentatio. Cum enim martyres Lugdunenses adhuc in carcere positi scripserint ad Eleutherum papam, qui, teste Blondello, pontificatum iniit anno Christi 170, falsum est quod ait Blondellus, illos anno Christi 167 passos esse martyrium.

(44) *Μάρτυρες καὶ τὸν Εἰρηναῖον.* Baronius quidem ad annum Christi 179, cap. 53, ait Irenæum a martyribus Romam missum esse ad Eleutherum papam. Idemque scribit Hieronymus in *Catalogo*. Verum

Digitized by Google

poris adhuc presbyter Lugdunensis erat Ecclesiæ, supradicto Eleuthero per litteras commendarunt, eum testimonio suo non mediocriter ornantes, sicut ipsorum verba declarant quæ sic se habent : « Te per omnia ac perpetuo optamus in Deo valere, pater Eleuthere. Has litteras ut ad te perferret, fratrem et collegam nostrum Irenæum hortati sumus. Quem quidem ut commendatum habeas rogamus, utpote æmulatorem Testamenti Christi. Quod si nobis compertum esset, locum cuiquam conferre justitiam, eum tanquam presbyterum Ecclesiæ (hunc enim gradum obtinet) tibi imprimis commendassemus. » Cæterum quid opus est expressum in supradicta epistola catalogum martyrum hic recensere, quorum alii securi percussi, alii feris objecti, alii in carcere exanimati sunt? Quid item opus est referre numerum confessorum qui postea superfuerunt? Hæc enim quicunque voluerit, cuncta poterit plenissime cognoscere ex ipsius epistolæ lectione, quam quidem nos, ut **169** supra monuimus, in *Passionibus martyrum* a nobis collectis integram inseruimus. Atque hæc sunt quæ Antonini principatu contigerunt.

πρεσβύτερον τότ' ὄντα τῆς ἐν Λουγδούνῳ παροικίας, τῷ δηλωθέντι κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ συνίστων, πλεῖστα τῷ ἀνδρὶ μαρτυροῦντες, ὡς αἱ τοῦτον ἔχουσαι τὸν τρόπον δηλοῦσι φωναί· « Χαίρειν ἐν Θεῷ σε ἐν πᾶσιν εὐχόμεθα καὶ ἀεὶ, πάτερ Ἐλευθέριε (45). Ταῦτά σοι τὰ γράμματα προετρεψάμεθα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ κοινωνὸν Εἰρηναῖον διακομίσαι, καὶ παρακαλοῦμεν ἔχειν σε αὐτὸν ἐν παραθέσει, ζηλωτὴν ὄντα τῆς Διαθήκης τοῦ Χριστοῦ. Εἰ γὰρ ᾔδειμεν τόπον τινὶ δικαιοσύνην περιποιεῖσθαι, ὡς πρεσβύτερον Ἐκκλησίας (ὅπερ ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ) ἐν πρώτοις ἂν παρεθέμεθα. » Τί δεῖ καταλέγειν τὸν ἐν τῇ δηλωθείσῃ γραφῇ τῶν μαρτύρων κατάλογον, ἰδίᾳ μὲν τῶν ἀποτμήσει κεφαλῆς τετελειωμένων, ἰδίᾳ δὲ τῶν θηρσὶν εἰς βορὰν παραβεβλημένων, καὶ αὖθις τῶν ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κεκοιμημένων, τόν τε ἀριθμὸν τῶν εἰσέτι τότε περιόντων ὁμολογητῶν; Ὅτῳ γὰρ φίλον, καὶ ταῦτα ῥᾴδιον πληρέστατα διαγνῶναι, μετὰ χεῖρας ἀναλαβόντι τὸ σύγγραμμα, ὃ καὶ αὐτὸ τῇ *Τῶν μαρτυρίων* συναγωγῇ πρὸς ἡμῶν, ὡς γοῦν ἔφην, κατειλεκται. Ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπ' Ἀντωνίνου τοιαῦτα.

sancti gratiam futura se prædicere jactabant. De his igitur Lugdunenses ac Viennenses presbyteri, ad Asianos sententiam suam perscripserunt peculiari epistola; quam utinam hic quoque apposuisset Eusebius. Epistolas quoque martyrum ea de re ad Asianos scriptas, suis litteris adjecerant presbyteri Lugdunenses, ut sententiam suam auctoritate martyrum confirmarent. Quod si conjicere licet, hæc illorum videtur fuisse sententia, prophetas illos benigne tractandos esse, et ad pœnitentiam provocandos : ac si quidem resipiscerent, ad Ecclesiam admittendos esse, ut pax inter fratres solidetur. Si vero pertinaces in errore suo permanerent, nec post frequentes admonitiones obtemperare sacerdotibus vellent, ab Ecclesiæ corpore abscindendos. Porro ab iisdem Lugdunensibus presbyteris Irenæus Romam directus est ad Eleutherum papam, cum epistolis tam martyrum quam Lugdunensis cleri, ut cum Eleuthero de iisdem rebus communicaret. Cum enim in omnibus ecclesiasticis negotiis primæ essent partes episcopi Romani, merito Lugdunenses hanc controversiam ad eum detulerunt : id agentes et omnibus modis studentes, ut episcopi Romani auctoritate quæ semper summa fuit in Ecclesia, hæc apud Asiam orta dissensio sedaretur, et pax in Ecclesia restitueretur.

Verum ego non dubito quin Irenæus Romam directus fuerit ab omni clero Lugdunensis Ecclesiæ. Proficiscentem vero martyres commendarunt Eleuthero. Astipulatur nobis etiam Feuardentius, qui in *Vita B. Irenæi*, quam operibus ejus præfixit, Irenæum a Pothino et reliquis martyribus Lugdunensibus adhuc in carcere constitutis, ad Eleutherum papam et in Asiam missum esse scribit. Certe has martyrum epistolas de quibus hic loquitur Eusebius, vivente adhuc Pothino scriptas fuisse pro certo habeo. Neque enim credibile est, post mortem Pothini episcopi, destituta suo pastore Lugdunensium Ecclesia, confessores illos et martyres Christi Irenæum presbyterum tam procul amandasse, idque in ipso persecutionis ardore. Erat enim Irenæus præcipuum lumen et decus Lugdunensis Ecclesiæ, quemadmodum ex epistola martyrum discimus, et quo uno maxime universa loci hujus Ecclesia sustentabatur. Quare non possum assentiri Baronio nec Feuardentio : quorum hic quidem asserit Irenæum Romam ad Eleutherum papam, atque inde in Asiam ac Phrygiam litteras martyrum pertulisse : Baronius vero sola ad Eleutherum papam legatione perfunctum esse contendit. Rogatus quidem fuerat Irenæus a martyribus et ab omni clero Lugdunensis Ecclesiæ, ut litteras ipsorum ad Eleutherum deferret : idque ipse se facturum promiserat, ut testatur epistola martyrum hic ab Eusebio relata. Verum cum Pothini mors subsecuta esset, Irenæus id præstare non potuit. Auctorem hujus sententiæ ac subscriptorem habeo Eusebium ipsum. Is enim scribit, statim post Pothini necem Irenæum in ejus locum subrogatum fuisse. Verba Eusebii sunt : Ποθεινοῦ δὲ σὺν τοῖς ἐπὶ Γαλλίας μαρτυρήσασι τελειωθέντος, Εἰρηναῖος τῆς ἐν Λουγδούνῳ, ἧς ὁ Ποθεινὸς ἡγεῖτο, παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Quare non potuit Irenæus martyrum litteras ad Eleutherum perferre post obitum Pothini. Tunc enim Irenæus erat episcopus cum martyres in suis illis ad Eleutherum litteris quas Irenæo tradiderant, illum duntaxat presbyterum appellent. Dicet hic aliquis Irenæum ante mortem Pothini eas litteras pertulisse. Verum Eusebius hanc opinionem prorsus refellit. Nam in fine superioris capitis diserte testatur, Lugdunenses epistolæ suæ quam ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ de martyrum suorum glorioso certamine conscripserant, subjecisse alias epistolas, quas iidem martyres, adhuc in carcere constituti, partim ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ, partim ad Eleutherum papam exaraverant. Has autem Lugdunensium litteras finita demum persecutione scriptas fuisse certissimum est. Contra vero martyrum litteræ ad Eleutherum papam et ad Asianos in ipso persecutionis æstu et in carceris claustris exaratæ sunt, ut testatur Eusebius. Quas Lugdunenses cum aliquanto temporis spatio retinuissent, opportunum videlicet tempus ad eam legationem opperientes, tandem sedata persecutione et pace Ecclesiæ suæ restituta, ad Eleutherum papam et ad Asianos adjuncta epistola sua direxerunt. Ex quo apparet diu post mortem Pothini illas martyrum epistolas Romam atque in Asiam perlatas fuisse.

(45) *Πάτερ Ἐλευθέριε.* Codex Reg., Maz. et Fuk. habent Ἐλεύθερε, quibus consentit Nicephorus et Rufinus. Sunt tamen qui hunc pontificem

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὡς Μάρκῳ Αὐρηλίῳ Καίσαρι ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς οὐρανόθεν ὁ Θεὸς ἐπακούσας ὑέτισεν (Nic. *H. E.* IV, 12).

Τούτου δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Αὐρήλιον (46) Καίσαρα, λόγος ἔχει Γερμανοῖς καὶ Σαρμάταις ἀντιπαρατεττόμενον μάχῃ, δίψει πιεζομένης αὐτοῦ τῆς στρατιᾶς, ἐν ἀμηχανίᾳ γενέσθαι, τοὺς δὲ ἐπὶ τῆς Μελιτινῆς (47) οὕτω καλουμένης λεγεῶνος στρατιώτας ἐκ πίστεως ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς δεῦρο συνεστώσης, ἐν τῇ πρὸς τοὺς πολεμίους παρατάξει γόνυ θέντας ἐπὶ τὴν γῆν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἡμῖν τῶν εὐχῶν ἔθος, ἐπὶ τὰς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας τραπέσθαι. Παραδόξου δὲ τοῖς πολεμίοις τοῦ τοιούτου δὴ θεάματος, ἄλλο τι λόγος ἔχει παραδοξότερον ἐπικαταλαβεῖν αὐτίκα· σκηπτὸν μὲν εἰς φυγὴν καὶ ἀπώλειαν συνελαύνοντα τοὺς πολεμίους, ὄμβρον δὲ ἐπὶ τὴν τῶν τὸ Θεῖον παρακεκληκότων στρατιὰν, πᾶσαν αὐτὴν ἐκ τοῦ δίψους μέλλουσαν ὅσον οὔπω διαφθαρήσεσθαι ἀνακτώμενον. Ἡ δὲ ἱστορία φέρεται μὲν καὶ παρὰ τοῖς πόρρω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου συγγραφεῦσιν, οἷς μέλον γέγονε τῆς κατὰ τοὺς δηλουμένους γραφῆς, δεδήλωται δὲ καὶ πρὸς τῶν ἡμετέρων. Ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔξωθεν ἱστορικοῖς ἅτε τῆς πίστεως ἀνοικείοις, τέθειται μὲν τὸ παράδοξον, οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς (48) τοῦτο ὡμολογήθη γεγονέναι· τοῖς δέ γε ἡμετέροις, ἅτε ἀληθείας φίλοις, ἁπλῶ καὶ ἀκακοήθει τρόπῳ τὸ πραχθὲν παραδέδοται. Τούτων δ' ἂν εἴη καὶ Ἀπολινάριος, ἐξ ἐκείνου φήσας τὴν δι' εὐχῆς τὸ παράδοξον πεποιηκυῖαν λεγεῶνα, οἰκείαν τῷ γεγονότι πρὸς τοῦ βασιλέως εἰληφέναι προσηγορίαν, Κεραυνοβόλον (49) τῇ Ῥωμαίων ἐπικληθεῖσαν φωνῇ.

CAPUT V.

Quomodo M. Aurelio Cæsari Deus nostrorum precibus exauditis pluviam præstitit.

Hujus porro fratrem M. Aurelium Cæsarem, cum adversus Germanos et Sarmatas pugnaturus aciem instrueret, et exercitus ipsius siti premeretur, pene ad inopiam consilii redactum esse memorant. Tum vero milites legionis Melitinæ, quæ fidei merito etiam nunc manet, dum acies adversus hostes ordinatur, flexis in terram genibus ut nostris orantibus mos est, preces ad Deum fudisse perhibentur. Cujus spectaculi novitate hostibus stupefactis, aliud quiddam longe majori dignum admiratione accidisse narrant : hinc quidem fulminum jactus, quibus hostium copiæ in fugam versæ atque exstinctæ sint : illinc vero imbrium vim, quibus exercitus eorum qui Deum precati fuerant, jamjam siti periturus, præter spem recreatus est. Atque ea res tum a scriptoribus a fide nostra penitus alienis, quibus curæ fuit res eo tempore gestas memoriæ mandare, tum a nostris etiam hominibus refertur. Sed gentilium scriptores, utpote a religione nostra dissidentes, hoc quidem miraculum commemorarunt ; non tamen id nostrorum precibus factum esse confessi sunt. Nostri vero, utpote veritatis cultores, simpliciter atque ingenue rem ipsam litteris tradiderunt. Ex his est Apollinaris, qui legionem ipsam cujus precibus id miraculum perpetratum est, exinde congruo rei vocabulo Fulmineam ab imperatore cognominatam esse scribit. Sed et Tertullianus ejusdem rei idoneus testis est in *Apo-*

Romanum Eleutherium nominant, inter quos est Nicephorus patriarcha CP. in *Chronographia tripartita*, quam Anastasius Bibliothecarius Latine vertit : et Georgius Syncellus, et vetus interpres Irenæi in lib. III *Contra hæreses*. Porro in codice Maz. ac Medicæo, ante hæc verba, χαίρειν ἐν θεῷ σε, etc., paulo majoribus litteris, in Medicæo etiam miniatis scribitur ἐπιστολῆς spatio utrinque relicto, ut notetur hanc esse epistolam martyrum Lugdunensium.

(46) *Τούτου δὴ ἀδελφὸν Μάρκον Αὐρήλιον.* Graviter hic fallitur Eusebius, qui M. Aurelium fratrem fuisse ait imp. Antonini, cum tamen unus idemque fuerit M. Aurelius Antoninus. Hujus autem adoptivus frater, non Marcus, sed Lucius Ælius Verus dictus est, ut cuncti sciunt. Verum is qui contra Germanos et Sarmatas pugnavit, et cui pugnanti repentinum imbrem ad sedandam militum sitim Deus indulsit, non est Lucius Ælius Verus, sed M. Aurelius Antoninus, ut omnes historici testantur, et ipse Eusebius in *Chronico*, qui id factum refert anno XIV Antonini, id est quatuor aut quinque annis post obitum L. Ælii Veri.

(47) *Τοὺς... ἐπὶ τῆς Μελιτινῆς.* Xiphilinus τοὺς ἀπὸ Μελιτινῆς habet, quasi Melitina nomen fuerit non legionis ipsius ut vult Eusebius, sed potius regionis ex qua primum conscripti fuerant milites. Est autem Melitina regio Cappadociæ inter Comagenem et Cataoniam sita, teste Strabone in lib. XII, qui eam nullas habuisse urbes dicit. Postea tamen Melitina urbs exstitit satis nobilis, quæ, nova provinciarum divisione facta, minori Armeniæ attributa est, ut docet Amm. Marcellinus ; qui quidem eam semper Melitinam nominat. In codice Maz., Med., Fuk. et Saviliano scribitur Μελιτινῆς, accentu in ultima syllaba.

(48) *Οὐ μὴν καὶ ταῖς τῶν ἡμετέρων εὐχαῖς.* Gentiles scriptores qui hujus rei meminerunt, alii quidem, magorum incantationibus pluviam impetratam esse dixerunt ; alii vero precibus imp. Marci. Ita Capitolinus in *Marco*, et Claudianus in VI *Consulatu Honorii*. Quinetiam precationis ipsius verba referunt, quibus usus est Marcus. *Hanc*, inquit, *dextram ad te, Jupiter, tendo, quæ nullius unquam sanguinem fudit.* Themistius in oratione nondum edita ad imperatorem Theodosium, quæ inscribitur : *Τίς ἡ βασιλικωτάτη τῶν ἀρετῶν ;* Ἀντωνίνῳ τῷ Ῥωμαίων αὐτοκράτορι, ᾧ τοῦτο αὐτὸ ἐπώνυμον ὁ Εὐσεβὴς ἦν, τοῦ στρατεύματος ὑπὸ δίψους αὖτφ πιεζομένου, ἀνασχὼν τὼ χεῖρε ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν οὐρανόν· Ταύτῃ, ἔφη, τῇ χειρὶ προὐτρεψάμην σε καὶ ἱκέτευσα τὸν ζωῆς δοτῆρα, ᾗ ζωὴν οὐκ ἀφειλόμην. Καὶ οὕτω κατῆδεσε τὸν Θεὸν τῇ εὐχῇ, ὥστε ἐξ αἰθρίας ἦλθον νεφέλαι ὑδροφοροῦσαι τοῖς στρατιώταις. Addit Themistius vidisse se pictam in tabula hujus rei imaginem : imperatorem quidem in acie deos precantem ; milites vero galeis imbrem excipientes, et aquam cœlitus missam bibentes.

(49) *Κεραυνοβόλον.* Jam dudum monuit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, legionem Fulminatricem ab hoc miraculo cognominatam non fuisse, quippe quæ diu ante tempora M. Antonini ita vocata fuerit. Docet id manifeste Dio Cassius in libro LV, ubi legiones omnes enumerat. Vetus quoque inscriptio, a Scaligero prolata, id ipsum confirmat. Quamobrem de ipso quidem miraculo pluviæ a Christianis militibus impetratæ, et Apollinari et Tertulliano testantibus facile credimus ; legionem

Digitized by Google

logetico, quem pro fidei nostræ defensione ad senatum urbis Romanæ Latino sermone conscripsit, cujus etiam supra mentionem fecimus, ubi hanc historiam validiore atque evidentiore argumento confirmat. Scribit enim Marci gravissimi imperatoris litteras adhuc sua ætate exstitisse, quibus testabatur exercitum Romanum in Germania, cum aquæ penuria jamjam periturus esset, Christianorum precibus esse **170** servatum. Eumdem quoque principem capitis pœnam comminatum esse dicit accusatoribus Christianorum. Quibus ista subjungit : « Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii, injusti, truces, vani, dementes? quas Trajanus ex parte frustratus est, vetando inquiri Christianos ; quas nullus Adrianus, quanquam curiositatum omnium explorator ; nullus Vespasianus, quanquam Judæorum debellator; nullus Pius, nullus Verus impressit. » Sed de his quisque pro arbitratu suo statuat : nos vero ad historiæ ordinem redeamus. Igitur cum Pothinus anno ætatis nonagesimo una cum Gallicanis martyribus cæsus esset, episcopatum Lugdunensis Ecclesiæ post illum suscepit Irenæus. Quem quidem in adolescentia Polycarpi auditorem fuisse comperimus. Hic in tertio *Adversus hæreses* libro, Romanæ urbis episcoporum seriem recensens, in Eleuthero, cujus nunc tempora ac res gestas inquirimus, finem enumerandi facit, quippe cum eo Ro-

A Μάρτυς δὲ τούτων γένοιτ' ἂν ἀξιόχρεως ὁ Τερτυλλιανὸς, τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ προσφωνήσας (50) ὑπὲρ τῆς πίστεως Ἀπολογίαν, ἧς καὶ πρόσθεν ἐμνημονεύσαμεν, τήν τε ἱστορίαν βεβαιῶν σὺν ἀποδείξει μείζονι καὶ ἐναργεστέρᾳ. Γράφει δ' οὖν καὶ αὐτὸς λέγων, Μάρκου τοῦ συνετωτάτου βασιλέως ἐπιστολὰς εἰσέτι νῦν φέρεσθαι, ἐν αἷς αὐτὸς μαρτυρεῖ ἐν Γερμανίᾳ ὕδατος ἀπορίᾳ μέλλοντα αὐτοῦ τὸν στρατὸν διαφθείρεσθαι, ταῖς τῶν Χριστιανῶν εὐχαῖς σεσῶσθαι. Τοῦτον δέ φησι καὶ θάνατον ἀπειλῆσαι (51) τοῖς κατηγορεῖν ἡμῶν ἐπιχειροῦσιν. Οἷς ὁ δηλωθεὶς ἀνὴρ καὶ ταῦτα προστεπιλέγει· « Ποταποὶ οὖν οἱ νόμοι οὗτοι οἱ καθ' ἡμῶν μόνοι ἔπονται ἀσεβεῖς (52), ἄδικοι, ὠμοί, οὓς οὔτε Οὐεσπασιανὸς ἐφύλαξε, καίτοι γε Ἰουδαίους νικήσας, οὓς Τραϊανὸς ἐκ μέρους ἐξουθέ-
B νησε, κωλύων ἐπιζητεῖσθαι Χριστιανούς, οὓς οὔτε Ἀδριανὸς, καίτοι γε πάντα τὰ περίεργα πολυπραγμονῶν, οὔτε ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθεὶς ἐπεκύρωσεν; » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπῃ τις ἐθέλῃ, τιθέσθω· μετίωμεν δὲ ἡμεῖς ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς ἀκολουθίαν. Ποθεινοῦ δὴ ἐφ' ὅλοις τῆς ζωῆς ἔτεσιν ἐνενήκοντα σὺν τοῖς ἐπὶ Γαλλίας μαρτυρήσασι τελειωθέντος, Εἰρηναῖος τῆς κατὰ Λούγδουνον, ἧς ὁ Ποθεινὸς ἡγεῖτο, παροικίας (53) τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Πολυκάρπου δὲ τοῦτον ἀκουστὴν γενέσθαι κατὰ τὴν νέαν ἐμανθάνομεν ἡλικίαν. Οὗτος τῶν ἐπὶ Ῥώμης τὴν διαδοχὴν ἐπισκόπων ἐν τρίτῃ συντάξει τῶν *Πρὸς τὰς αἱρέσεις* παραθέμενος, εἰς Ἐλεύθερον οὗ τὰ κατὰ τοὺς χρό-

vero Melitinam ob id Fulminatricem esse dictam a M. Antonino imp. nondum mihi persuasit Apollinaris. Dicet forte aliquis, Fulminatricem quidem legionem fuisse ante tempora M. Antonini; sed Marcum, ob acceptum a Melitina legione beneficium, ei quoque Fulminatricis cognomen indidisse. Verum si ita esset, secunda Fulminatrix dici debuerat. Dio tamen nullam ejus mentionem facit, quamvis omnes legiones a superioribus principibus conscriptas accurate recenseat. Sed et Fulminatricem illam in Cappadocia sedes habuisse dicit, quod Melitinæ legioni apte convenit. In *Notitia imperii Romani*, sub dispositione ducis Armeniæ recensetur præfectura legionis XII Fulmineæ Melitinæ, id est, apud oppidum Melitinam constitutæ. Ex quo colligitur Melitinam nomen legionis non fuisse, sed oppidi, in quo legio XII Fulminea consistebat. Legiones vero a locis in quibus præsidium agebant, denominare moris non fuit, sed a regionibus in quibus erant conscriptæ. Itaque quod de legione Melitina tradit Eusebius, parum mihi probabile videtur. Adde quod Rufinus hoc legionis nomen consulto, ut arbitror, prætermisit, quippe qui nosset, Melitinam nomen esse oppidi minoris Armeniæ, in quo legio XII Fulminea adhuc sua ætate prætenderet. Recte etiam idem Rufinus Κεραυνοβόλον *Fulmineam* vertit; non *Fulminatricem*, ut Onuphrius et Scaliger aliique appellant. Quos refellit *Notitia imperii* in loco quem superius adduxi. Cæterum ut ingenue dicam quod sentio, parum mihi probabile videtur, totam legionem militum Romanorum eo tempore Christianam fuisse, quod tamen affirmare videtur Eusebius. Qui et in eo peccat, quod Apollinaris locum non protulit, nec librum ipsum in quo hæc Apollinaris scripserat, indicavit. Sed et verba quibus totam hanc narrationem concludit, satis indicant ipsum de veritate rei dubitasse. Sic enim ait : Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὅπῃ τις ἐθέλῃ τιθέσθω· id est, *Sed de his quisque pro arbitrio suo judicet.*

(50) *Τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ προσφωνήσας.* Hunc locum emendavimus, ex manuscriptis codicibus Mazar., Med., Fuk. et Savilii, qui diserte scriptum habent τῇ Ῥωμαϊκῇ συγκλήτῳ, non ut Rob. Stephanus Regium codicem secutus ediderat, τὴν Ῥωμαϊκὴν τῇ συγκλήτῳ, etc. Quanquam *Apologeticus* Tertulliani proprie non senatui Romano, sed præsidibus provinciarum, cunctisque magistratibus imperii Romani est nuncupatus. Qui quoniam e senatu ut plurimum eligebantur, ideo dici potest, *Apologeticum* illum senatui Romano dicatum esse.

(51) *Καὶ θάνατον ἀπειλῆσαι.* Verba Tertulliani sunt hæc in *Apologetici* cap. 5 : *Qui sicut non palam ab ejusmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio modo palam dispersit; adjecta etiam accusatoribus damnatione et quidem tetriore.* In edicto M. Aurelii quod supra retulit Eusebius, lib. IV, cap. 12, pœna accusatoribus Christianorum proponitur his verbis: Ὁ δὲ καταφέρων ἔνοχος ἔσται δίκης. Id est, *delator vero pœnæ subjaceat.* Ubi notandum est, imperatorem pœnæ genus non definiisse, sed eam judicantis arbitrio permisisse, ut, habita ratione dignitatis ejus qui delatus fuisset, et ejus qui reum detulisset, accusator a judice puniretur. Ejusdem legis meminit Eusebius infra, cap. 21 hujus libri, ubi de Apollonio.

(52) *Οἱ καθ' ἡμῶν μόνοι ἔπονται ἀσεβεῖς.* Sic puto scribendum ; ait enim Tertullianus : *Quales ergo leges istæ, quas adversus nos soli exercent impii.* Edit., μόνων ἔπονται. In codice Med., Fuk. et Saviliano scribitur, οἱ καθ' ἡμῶν μόνων ἔσονται ἀσεβεῖς. Quæ lectio et a verbis et a sensu Tertulliani longius recedit. Cæterum pro μόνων codex Maz. et Fuk. scriptum habent μόνον.

(53) *Εἰρηναῖος τῆς κατὰ Λούγδουνον παροικίας.* Baronius quidem anno Christi 180 electionem Irenæi collocavit. Nam post mortem Pothini, quæ contigit anno Christi 179, cessavisse ait episcopatum Lugduni, donec persecutionis

Digitized by Google

νους ἡμῖν ἐξετάζεται, ὡς ἂν δὴ κατ' αὐτὸν σπουδαζομένης αὐτῷ τῆς γραφῆς, τὸν κατάλογον ἵστησι, γράφων ὧδε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Τῶν ἐπὶ Ῥώμης ἐπισκοπευσάντων κατάλογος (Nic. *H. E.* IV, 15).

« Θεμελιώσαντες οὖν καὶ οἰκοδομήσαντες οἱ μακάριοι ἀπόστολοι τὴν Ἐκκλησίαν, Λίνῳ τὴν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν ἐνεχείρισαν. Τούτου τοῦ Λίνου Παῦλος ἐν ταῖς πρὸς Τιμόθεον ἐπιστολαῖς μέμνηται· Διαδέχεται δὲ αὐτὸν Ἀνέγκλητος. Μετὰ τοῦτον δὲ τρίτῳ τόπῳ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐπισκοπὴν κληροῦται Κλήμης, ὁ καὶ ἑωρακὼς τοὺς μακαρίους ἀποστόλους, καὶ συμβεβληκὼς αὐτοῖς, καὶ ἔτι ἔναυλον τὸ κήρυγμα τῶν ἀποστόλων καὶ τὴν παράδοσιν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχων· οὐ μόνος· ἔτι γὰρ πολλοὶ ὑπελείποντο τότε ὑπὸ τῶν ἀποστόλων δεδιδαγμένοι. Ἐπὶ τούτου οὖν τοῦ Κλήμεντος στάσεως οὐκ ὀλίγης τοῖς ἐν Κορίνθῳ γενομένης ἀδελφοῖς, ἐπέστειλεν ἡ ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησία ἱκανωτάτην γραφὴν τοῖς Κορινθίοις, εἰς εἰρήνην συμβιβάζουσα αὐτούς, καὶ ἀνακαινοῦσα τὴν πίστιν αὐτῶν, καὶ ἣν νεωστὶ ἀπὸ τῶν ἀποστόλων παράδοσιν εἰλήφει. » Καὶ μετὰ βραχέα φησί· « Τὸν δὲ Κλήμεντα τοῦτον διαδέχεται Εὐάρεστος, καὶ τὸν Εὐάρεστον Ἀλέξανδρος. Εἶθ' οὕτως ἕκτος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων καθίσταται Ξύστος. Μετὰ δὲ τοῦτον Τελεσφόρος, ὃς καὶ ἐνδόξως ἐμαρτύρησεν· ἔπειτα Ὑγῖνος, εἶτα Πῖος, μεθ' ὃν Ἀνίκητος. Διαδεξαμένου τὸν Ἀνίκητον Σωτῆρος, νῦν δωδεκάτῳ τόπῳ τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατέχει κλῆρον Ἐλεύθερος. Τῇ αὐτῇ τάξει καὶ τῇ αὐτῇ διαδοχῇ (54) ἥ τε ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παράδοσις καὶ τὸ τῆς ἀληθείας κήρυγμα κατήντηκεν εἰς ἡμᾶς. »

CAPUT VI.

Enumeratio episcoporum urbis Romæ:

« Fundata jam et ædificata Ecclesia beatissimi apostoli episcopatus officium Lino tradiderunt. Hujus Lini mentionem facit Paulus in litteris ad Timotheum. Huic successit Anencletus. Post quem tertio ab apostolis loco pontificatum sortitus est Clemens, qui quidem beatissimos apostolos viderat, et cum iisdem familiariter versatus fuerat : et prædicationem apostolorum adhuc auribus suis insonantem, traditionemque præ oculis habebat. Nec vero ipse solus : sed et alii plurimi etiam tum supererant ab apostolis instituti. Hujus Clementis temporibus cum gravissima dissensio Corinthi exorta esset inter fratres, Ecclesia Romana luculentissimam epistolam Corinthiis scripsit, qua eos ad pacem concordiamque revocaret, et fidem illorum, et quam recens ab apostolis susceperant traditionem renovaret. » Paulo post subdit : « Huic porro Clementi successit Evarestus, Evaresto Alexander. Sextus deinde post apostolos **171** constitutus est Xystus. Quem deinceps excepit Telesphorus, qui etiam illustri martyrio defunctus est. Post hunc Hyginus, ac deinde Pius. Post Pium Anicetus. Cui cum successisset Soter, duodecimo demum ab apostolis loco episcopatum nunc obtinet Eleutherus. Hac serie et successione, tum traditio apostolorum in Ecclesia, tum veritatis prædicatio ad nos usque pervenit. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὡς καὶ μέχρι τῶν τότε καιρῶν διὰ τῶν πιστῶν δυνάμεις ἐνηργοῦντο παράδοξοι (Nic. *H. E.* IV, 15).

Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος, ἀκουλούθως ταῖς προδιεξοδευθείσαις ἡμῖν ὑπογράφας ἱστορίαις (55), ἐν οἷς ἐπέγραψε, πέντε οὖσι τὸν ἀριθμόν, *Ἐλέγχου* (55') *καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως*, ἐν δευτέρῳ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως, ὅτι δὴ καὶ εἰς αὐτὸν ὑποδείγματα τῆς θείας καὶ παραδόξου δυνάμεως ἐν Ἐκκλησίαις τισὶν ὑπολέλειπτο, διὰ τούτων ἐπισημαίνεται λέγων· « Τοσοῦτον δὲ ἀποδέουσι τοῦ νεκρὸν ἐγεῖραι, καθὼς ὁ Κύριος ἤγειρε καὶ οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς, καὶ ἐν τῇ ἀδελφότητι πολλάκις (56), διὰ τὸ ἀναγκαῖον τῆς

CAPUT VII.

Quod ad illa usque tempora per fideles miracula patrabantur

Hæc Irenæus breviter perstrinxit ac veluti delineavit in illis quinque libris, quos *De falsæ doctrinæ refutatione ac eversione* inscripsit, quæ quidem plane consentiunt cum iis quæ in superioribus historiæ nostræ libris tradidimus. In secundo autem ejusdem operis libro, divinæ admirandæque virtutis specimina adhuc sua ætate in quibusdam Ecclesiis superfuisse testatur his verbis : « Tantum abest, inquit, ut mortuum excitent per orationem, quemadmodum Dominus et apostoli fecerunt. Sed et

furor deferbuisset, et Irenæus, qui Romam a Pothino et a Lugdunensi Ecclesia missus fuerat, domum reversus esset. Sed nos supra non infirmis rationibus demonstravimus, Irenæum legationem illam non obiisse. Itaque nihil jam vetat quominus Irenæi ordinatio in eumdem annum quo Pothinus est mortuus, conferatur.

(54) *Τῇ αὐτῇ διδαχῇ*. Sic habent etiam nostri codices. Malim tamen scribere διαδοχῇ, cum Christophorsono et Savilio, et cum veteri interprete Irenæi.

(55) *Ὑπογράψας ἱστορίαις*. Hujus verbi vim ac proprietatem non satis expresserunt interpretes. Musculus enim vertit *subjecit*, quod est ineptissimum ; Christophorsonus pro simplici verbo accepit.

Verum ὑπογράφειν aliquid amplius significat, nempe *delineare* et *adumbrare*, metaphora ducta a pictoribus. Possis etiam interpretari *subscribere*, quod idem est ac *consentire* et *suffragari*.

(55') *Ἐλέγχου*. Intellige quasi scriptum esset, τὰ τοῦ ἐλέγχου. Edit.

(56) *Πολλάκις*. Textus vulgatus, πολλοὶ πολλάκις. Apud Nicephorum in lib. IV, c. 13, deest vox πολλοί, quam nec vetus interpres Irenæi, nec Rufinus agnoscit. Itaque expungenda est, utpote quæ sensum turbet. Paulo post, ubi legebatur : Μετὰ νηστείας πολλῆς καὶ ἀγνείας, restituimus καὶ λιτανείας, ut legitur apud Nicephorum, et in quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., quibus subscribit vetus interpres Irenæi et Rufinus.

Digitized by Google

sæpenumero inter fratres, tota simul unius loci Ecclesia ob aliquam necessitatem id flagitante cum jejuniis multis et orationibus, reversa est in corpus anima defuncti, et sanctorum precibus hominis vita donata est. » Et aliquanto post: « Quod si, inquit, simulatione quadam ac præstigiis hæc Dominum fecisse dicturi sunt, ad prophetarum oracula eos deducentes, ex illis demonstrabimus cuncta de ipso ita prædicta et gesta esse certissime, eumque solum esse Filium Dei. Unde etiam in ejus nomine, quotquot veri sunt ejus discipuli, accepta ab eo gratia ad salutem atque utilitatem reliquorum omnium ea faciunt, prout unusquisque ipsorum ab eo munus acceperit. Alii enim dæmonas expellunt certissime ac verissime; adeo ut qui ejusmodi malis spiritibus liberati sunt, sæpe fidem amplectantur, et in Ecclesia permaneant. Alii præscientiam futurorum et visiones sortiti sunt, et prophetieas prædictiones. Alii infirmos per impositionem manuum curant, ac pristinæ sanitati restituunt. Sed et mortui aliquoties, ut supra diximus, excitati sunt, et pluribus deinceps annis nobiscum remanserunt. **172** Quid plura? Non potest numerus iniri donorum, quæ per universum orbem Ecclesia a Deo accipiens, in nomine ejus qui sub Pontio Pilato crucifixus est Jesu Christi, quotidie ad opitulationem gentium operatur; nec fallens quemquam, nec pecuniam corradens. Ut enim gratis accepit a Deo, sic etiam gratis ministrat. » Idem in alio loco ita scribit : « Sicuti multos ex fratribus audimus in Ecclesia, qui prophetiæ dona consecuti sunt, et omni linguarum genere per Spiritum loquuntur, et ad hominum utilitatem, occulta in lucem proferunt, atque arcana Dei mysteria exponunt. » Ex his igitur apparet, multiplicem donorum spiritalium varietatem ad illa usque tempora penes eos qui digni essent permansisse.

CAPUT VIII.

Qualiter Irenæus divinarum meminit Scripturarum.

Sed quoniam in ipso hujus operis exordio polliciti sumus, veterum nos Ecclesiæ presbyterorum ac scriptorum verba suo loco adducturos, quibus ea quæ a majoribus sibi tradita accepissent, de sacris utriusque Testamenti libris exposuerunt, ipsius etiam Irenæi qui unus ex illorum numero fuit,

κατὰ τόπον Ἐκκλησίας πάσης αἰτησαμένης μετὰ νηστείας καὶ λιτανείας πολλῆς, ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα τοῦ τετελευτηκότος, καὶ ἐχαρίσθη ὁ ἄνθρωπος ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων. » Καὶ αὖθίς φησι μεθ' ἕτερα· « Εἰ δὲ καὶ τὸν Κύριον φαντασιωδῶς τὰ τοιαῦτα πεποιηκέναι φήσουσιν, ἐπὶ τὰ προφητικὰ ἀνάγοντες· αὐτοὺς, ἐξ αὐτῶν ἐπιδείξομεν πάντα οὕτως περὶ αὐτοῦ καὶ προειρῆσθαι καὶ γεγονέναι βεβαίως, καὶ αὐτὸν μόνον εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Διὸ καὶ ἐν τῷ ἐκείνου ὀνόματι οἱ ἀληθῶς αὐτοῦ μαθηταὶ, παρ' αὐτοῦ λαβόντες τὴν χάριν, ἐπιτελοῦσιν ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων, καθὼς εἷς ἕκαστος αὐτῶν τὴν δωρεὰν εἴληφε παρ' αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ δαίμονας ἐλαύνουσι βεβαίως καὶ ἀληθῶς, ὥστε πολλάκις καὶ πιστεύειν αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς καθαριστθέντας (57) ἀπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ εἶναι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· οἱ δὲ καὶ πρόγνωσιν ἔχουσι τῶν μελλόντων, καὶ ὀπτασίας, καὶ ῥήσεις προφητικάς· ἄλλοι δὲ τοὺς κάμνοντας διὰ τῆς τῶν χειρῶν ἐπιθέσεως ἰῶνται, καὶ ὑγιεῖς ἀποκαθιστᾶσιν. Ἤδη δὲ, καθὼς ἔφαμεν, καὶ νεκροὶ ἠγέρθησαν, καὶ παρέμειναν σὺν ἡμῖν (58) ἱκανοῖς ἔτεσι. Καὶ τί γάρ; οὐκ ἔστιν ἀριθμὸν εἰπεῖν τῶν χαρισμάτων, ὧν κατὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἡ Ἐκκλησία παρὰ Θεοῦ λαβοῦσα, ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ σταυρωθέντος ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, ἑκάστης ἡμέρας ἐπ' εὐεργεσίᾳ τῇ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελεῖ, μήτε ἐξαπατῶσά τινας, μήτε ἐξαργυριζομένη· ὡς γὰρ δωρεὰν εἴληφε παρὰ Θεοῦ, δωρεὰν καὶ διακονεῖ. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ τόπῳ ὁ αὐτὸς γράφει· « Καθὼς καὶ πολλῶν ἀκούομεν ἀδελφῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ προφητικὰ χαρίσματα ἐχόντων, καὶ παντοδαπαῖς λαλούντων διὰ τοῦ Πνεύματος γλώσσαις, καὶ τὰ κρύφια τῶν ἀνθρώπων εἰς φανερὸν ἀγόντων ἐπὶ τῷ συμφέροντι, καὶ τὰ μυστήρια τοῦ Θεοῦ ἐκδιηγουμένων. » Ταῦτα καὶ περὶ τοῦ διαφορὰς χαρισμάτων μέχρι καὶ τῶν δηλουμένων χρόνων παρὰ τοῖς ἀξίοις διαμεῖναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅπως ὁ Εἰρηναῖος τῶν θείων μνημονεύει Γραφῶν (Nic. *H. E.* IV, 14).

Ἐπεὶ δὲ ἀρχόμενοι τῆς πραγματείας ὑπόσχεσιν πεποιήμεθα, παραθήσεσθαι κατὰ καιρὸν εἰπόντες τὰς τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν πρεσβυτέρων τε καὶ συγγραφέων φωνὰς, ἐν αἷς τὰς περὶ τῶν ἐνδιαθήκων Γραφῶν εἰς αὐτοὺς κατελθούσας παραδόσεις γραφῇ παραδεδώκασι (59), τούτων δὲ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἦν,

(57) *Τοὺς καθαριστθέντας*. Sic etiam Latini purgari dicebant eos qui immundis spiritibus liberabantur. Ambrosius in lib. VII *Epistolarum*, epist. 2; Paulinus in *Vita Ambrosii*. Occurrit ea vox et in can. 14 concilii Arausicani. Severus in dialogo primo *De vita Martini*, cap. 14 : *Quinto demum mense purgatus est non solum dæmone, sed quod illi erat utilius et optatius, vanitate.* Sed et in lib. I *De vita Martini* titulus capitis 17 in ms. codice hic est : *Ubi dæmoniaco furenti digitos in os intulit, et confestim purgavit.* Eucherius in passione sancti Mauricii : *Hæc duo*, inquit, *miracula passioni martyrum inserenda. Cæterum satis multa sunt, quæ vel in purgatione dæmonum, vel in restauratione claudorum*, etc. Ita legitur in vetustissimo codice Mosciacensi, non ut Surius edidit, *expugnatione dæmonum*. Porro in quatuor nostris codicibus Max., Med., Fuk. et Saviliano scriptum est, αὐτοὺς ἐκείνους τοὺς καθαριστθέντας. Qui articulus deest in Regio exemplari, et in editione Stephani.

(58) *Παρέμειναν σὺν ἡμῖν*. Sic in codice Max., Med. et Saviliano, necnon apud Nicephorum legitur vulg. om. σύν. Fuketianus habet παρέμειναν ἐν ἡμῖν.

(59) *Γραφῇ παραδεδώκασι*. Post hæc verba, codex Max. et Med. has voces interserit, τούτων δὲ καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἦν, quæ videntur esse superfluæ, et a scholiaste quodam ad marginem ascriptæ; habentur tamen etiam in Fuk. et Saviliano.

Digitized by Google

φέρε καὶ τὰς αὐτοῦ παραθώμεθα λέξεις, καὶ πρώτας γε τὰς περὶ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων, οὕτως ἐχούσας· « Ὁ μὲν δὴ Ματθαῖος ἐν τοῖς Ἑβραίοις τῇ ἰδίᾳ αὐτῶν διαλέκτῳ καὶ γραφὴν ἐξήνεγκεν Εὐαγγελίου, τοῦ Πέτρου καὶ τοῦ Παύλου ἐν Ῥώμῃ εὐαγγελιζομένων καὶ θεμελιούντων τὴν Ἐκκλησίαν. Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον (60), Μάρκος ὁ μαθητὴς καὶ ἑρμηνευτὴς Πέτρου, καὶ αὐτὸς τὰ ὑπὸ Πέτρου κηρυσσόμενα, ἐγγράφως ἡμῖν παραδέδωκε, καὶ Λουκᾶς δὲ ὁ ἀκόλουθος Παύλου, τὸ ὑπ' ἐκείνου κηρυσσόμενον Εὐαγγέλιον, ἐν βιβλίῳ κατέθετο. Ἔπειτα Ἰωάννης ὁ μαθητὴς τοῦ Κυρίου, ὁ καὶ ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ ἀναπεσών, καὶ αὐτὸς ἐξέδωκε τὸ Εὐαγγέλιον, ἐν Ἐφέσῳ τῆς Ἀσίας διατρίβων. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τρίτῳ τῆς εἰρημένης ὑποθέσεως τῷ προδηλωθέντι εἴρηται. Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως, καὶ τῆς ψήφου τῆς τοῦ Ἀντιχρίστου προσηγορίας οὕτω διαλαμβάνει· « Τούτων δὲ οὕτως ἐχόντων, καὶ ἐν πᾶσι δὲ τοῖς σπουδαίοις καὶ ἀρχαίοις ἀντιγράφοις τοῦ ἀριθμοῦ τούτου κειμένου, καὶ μαρτυρούντων αὐτῶν ἐκείνων τῶν κατ' ὄψιν τὸν Ἰωάννην ἑωρακότων, καὶ τοῦ λόγου διδάσκοντος ἡμᾶς ὅτι ὁ ἀριθμὸς τοῦ ὀνόματος τοῦ θηρίου κατὰ τὴν τῶν Ἑλλήνων ψῆφον διὰ τῶν ἐν αὐτῷ γραμμάτων ἐμφαίνεται. » Καὶ ὑποκαταβὰς περὶ τοῦ αὐτοῦ φάσκει· « Ἡμεῖς οὖν οὐκ ἀποκινδυνεύομεν περὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἀντιχρίστου ἀποφαινόμενοι βεβαιωτικῶς. Εἰ γὰρ ἔδει ἀναφανδὸν τῷ νῦν καιρῷ κηρύττεσθαι τοὔνομα αὐτοῦ, δι' ἐκείνου ἂν ἐῤῥέθη τοῦ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν ἑωρακότος· οὐδὲ γὰρ πρὸ πολλοῦ χρόνου ἑωράθη, ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομετιανοῦ ἀρχῆς. » Ταῦτα καὶ περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως ἱστόρηται τῷ δεδηλωμένῳ. Μέμνηται δὲ καὶ τῆς Ἰωάννου πρώτης ἐπιστολῆς, μαρτύρια ἐξ αὐτῆς πλεῖστα εἰσφέρων· ὁμοίως δὲ καὶ τῆς Πέτρου προτέρας. Οὐ μόνον δὲ οἶδεν, ἀλλὰ καὶ ἀποδέχεται τὴν τοῦ Ποιμένος γραφὴν, λέγων· « Καλῶς οὖν εἶπεν ἡ γραφὴ ἡ λέγουσα· Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ῥητοῖς δέ τισιν ἐκ τῆς Σολομῶντος *Σοφίας* κέχρηται, μονονουχὶ φάσκων (61)· « Ὅρασις δὲ Θεοῦ περιποιητικὴ ἀφθαρσίας· ἀφθαρσία δὲ ἐγγὺς εἶναι ποιεῖ Θεοῦ. » Καὶ ἀπομνημονευμάτων (62) δὲ ἀποστολικοῦ

A verba, si placet, apponamus, ac primum quidem quæ de sacris Evangeliis scribit in hunc modum: « Matthæus, inquit, apud Hebræos propria eorum lingua conscriptum Evangelium edidit, dum Petrus ac Paulus Romæ Christum prædicarent, et Ecclesiæ fundamenta jacerent. Post horum vero interitum Marcus discipulus atque interpres Petri, quæ a Petro prædicata fuerant, perscripta nobis tradidit. Lucas quoque, sectator Pauli, Evangelium a Paulo prædicatum litteris mandavit. Joannes denique, Domini discipulus, qui etiam in ejus sinu recubuerat, Evangelium edidit, cum Ephesi in Asia moraretur. » Hæc ille in tertio supradicti operis libro, cujus antea mentionem fecimus. In quinto vero, de Revelatione Joannis et de computatione nominis B Antichristi sic disserit: « Cum igitur hæc ita se habeant, et in omnibus probis ac vetustis exemplaribus **173** numerus hic exstet, et ipsi qui Joannem viderunt fidem faciant, ipsa denique ratio nos doceat, numerum nominis bestiæ juxta computationem Græcorum, litteris in ipso contentis declarari. » Et aliquanto post hæc de eodem Joanne dicit: « Nos vero de Antichristi nomine temere ac periculose quidquam affirmare nolumus. Nam si huic sæculo nomen illius manifeste nuntiandum fuisset, ab illo utique expressum esset qui Revelationem vidit. Neque enim dudum, sed nostra pene memoria sub exitum imperii Domitiani visa est Revelatio. Hæc ille de Revelatione tradit. Primæ quoque Joannis epistolæ mentionem facit, multa ex ea proferens C testimonia; et prioris item Petri. Liber quoque *Pastoris* non solum ab eo cognitus, sed etiam magnopere approbatus est his verbis: « Recte inquit scriptura quæ dicit: Ante omnia crede unum esse Deum, qui cuncta creavit, et numeris omnibus absoluta digessit, » et cætera. Utitur etiam sententiis ex Salomonis *Sapientia* depromptis, ita fere dicens: « Visio Dei parit incorruptionem: incorruptio autem proximos Deo facit. » Sed et apostolici cujusdam presbyteri, cujus nomen reticuit, dicta commemorat, et ejusdem expositiones sacrarum Scripturarum adducit. Præterea Justini martyris et Ignatii mentionem facit, ex eorum scriptis

(60) *Μετὰ δὲ τὴν τούτων ἔξοδον.* Nescio qua ratione Christophorsonus hunc Irenæi locum interpolarit, et pro vulgata lectione, quam omnium codicum consensus, et Rufini auctoritas vetusque interpres Irenæi confirmant, hanc maluerit substituere, μετὰ δὲ τούτου τὴν ἔκδοσιν. An fortasse timuit, ne hæc Irenæi ratio parum consentiret cum iis quæ supra retulit Eusebius in libro II, ex Papia et Clemente Alexandrino, qui Evangelium Marci, vivente adhuc Petro, Romæ editum esse et ab eodem confirmatum tradiderunt. Quibus plane refragatur Irenæus hoc loco, dum Evangelium Marci post interitum Pauli ac Petri scriptum esse affirmat. Sed quid mirum, si hac in re antiqui Patres inter se dissentiunt, cum de sacrorum Evangeliorum scriptione nihil fere certi habeamus, nisi quatuor tantum esse, et a quatuor auctoribus scripta. Quo autem tempore, et quam ob causam scripta sint, et an Matthæi Evangelium Hebraico primum sermone fuerit exaratum, parum constat.

(61) *Μονονουχὶ φάσκων.* Locus Irenæi exstat in D libro IV *Contra hæreses*, cap. 37, sed paulo aliter conceptus. Nec enim Irenæus Salomonis locum nominatim citat ex capite VI *Sapientiæ*, sed tantum ad eum alludit. Quare Eusebius non sine causa addidit μονονουχὶ, id est, tantumnon ita dicens. Cæterum præter Irenæum etiam Hegesippus utitur testimoniis ex libro Sapientiæ Salomonis; ut videre est in cap. 23, lib. II, ubi martyrium Jacobi refertur ex Hegesippo. Neuter tamen, nec Hegesippus, nec Irenæus, librum illum vocat *Sapientiam* Salomonis. Quippe veteres omnes ecclesiastici scriptores, *Sapientiam* Salomonis appellant librum illum qui hodie *Proverbia* inscribitur. Liber autem ille qui titulum *Sapientiæ* Salomonis hodie præfert, ψευδεπίγραφος est, teste Hieronymo, quamvis Eusebii ætate ita appellaretur, ut ex hoc loco discimus, et ex capite 26, infra, ubi Eusebius ait, Irenæum in *Dialogis* proferre testimonia ex libro qui dicitur *Sapientia* Salomonis.

(62) *Ἀπομνημονευμάτων.* In hujus vocis interpretatione ambo lapsi sunt interpretes. Nam Mu-

Digitized by Google

testimonia proferens. Quinetiam pollicetur alicubi se peculiari volumine Marcioni responsurum, argumentis ex libris illius ad ipsum refutandum petitis. Jam vero de interpretatione illa divinorum librorum, quæ a Septuaginta interpretibus elaborata est, audi quæ scribit ad verbum : « Deus igitur, inquit, homo factus est, et Dominus ipse servavit nos dato Virginis signo. Non autem ut quidam dicunt qui sacras Scripturas interpretari nunc audent : « Ecce adolescentula in utero concipiet et pariet filium, » quemadmodum verterunt Theodotion Ephesius et Aquila Ponticus, ambo Judæi proselyti. Quos secuti Ebionæi, Christum ex Josepho genitum esse dicunt. » Paucis deinde interjectis hæc subjungit : « Prius enim quam Romani imperium suum confirmassent, cum Macedones adhuc Asiam obtinerent, Ptolemæus, Lagi filius, bibliothecam **174** quam Alexandriæ exstruxerat, omnium gentium libris quotquot lectu digni essent exornare contendens, petiit ab Hierosolymitanis, ut ipsorum Scripturas Græco sermone interpretatas acciperet. At illi, erant enim tunc Macedonibus obnoxii, quos habebant sacrarum litterarum et utriusque linguæ peritissimos, septuaginta seniores ad Ptolemæum miserunt, ejus desi-

A τινος πρεσβυτέρου, οὗ τοὔνομα σιωπῇ παρέδωκε, μνημονεύει, ἐξηγήσεις τε αὐτοῦ θείων Γραφῶν παρατίθεται. Ἔτι καὶ Ἰουστίνου τοῦ μάρτυρος καὶ Ἰγνατίου μνήμην πεποίηται, μαρτυρίαις αὖθις καὶ ἀπὸ τῶν τούτοις γραφέντων κεχρημένος. Ἐπήγγελται δὲ ὁ αὐτὸς ἐκ τῶν Μαρκίωνος συγγραμμάτων ἀντιλέξειν αὐτῷ ἐν ἰδίῳ σπουδάσματι. Καὶ περὶ τῆς κατὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα ἑρμηνείας τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, ἄκουε οἷα κατὰ λέξιν γράφει· « Ὁ Θεὸς οὖν ἄνθρωπος ἐγένετο, καὶ αὐτὸς Κύριος ἔσωσεν ἡμᾶς, δοὺς τὸ τῆς Παρθένου σημεῖον· ἀλλ' οὐχ ὡς ἔνιοί φασι τῶν νῦν τολμώντων μεθερμηνεύειν τὴν Γραφήν, « Ἰδοὺ ἡ νεάνις ἐν γαστρὶ ἕξει καὶ τέξεται υἱόν, » ὡς Θεοδοτίων (63) ἡρμήνευσεν ὁ Ἐφέσιος, καὶ Ἀκύλας ὁ Ποντικός, ἀμφότεροι Ἰουδαῖοι προσήλυτοι· οἷς κατακολουθήσαντες οἱ Ἑβιωναῖοι, ἐξ Ἰωσὴφ αὐτὸν γεγενῆσθαι φάσκουσι. » Τούτοις ἐπιφέρει μετὰ βραχέα λέγων· « Πρὸ γὰρ τοῦ Ῥωμαίους κρατύναι (64) τὴν ἀρχὴν αὐτῶν, ἔτι τῶν Μακεδόνων τὴν Ἀσίαν κατεχόντων, Πτολεμαῖος ὁ Λάγου (65) φιλοτιμούμενος τὴν ὑπ' αὐτοῦ κατεσκευασμένην βιβλιοθήκην ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κοσμῆσαι τοῖς πάντων ἀνθρώπων συγγράμμασιν, ὅσα γε σπουδαῖα ὑπῆρχεν, ἠτήσατο παρὰ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν, εἰς τὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον σχεῖν αὐτῶν μεταβεβλημένας τὰς Γραφάς (66). Οἱ δὲ (ὑπήκουον γὰρ ἔτι τοῖς Μα-

B

sculus quidem *commentarios* vertit, Christophorsonus autem *libros;* neuter bene. Atqui Rufinus recte ipsis præiverat, et quasi facem accenderat ita vertens : *Sed et apostolici cujusdam viri sermonum quasi memoriter meminit.* Ἀπομνημονεύματα sunt dicta sapientum quæ memoria repetuntur. Sic Xenophon libros scripsit *Τῶν Σωκράτους ἀπομνημονευμάτων*, id est, *Dictorum Socratis quæ memoria recolebat.* Si quis in eo loco Socratis libros interpretaretur, erraret procul dubio, cum Socrates nullos libros scripserit, ut satis constat. Eo sensu ἀπομνημονεύειν sumit Papias apud Eusebium supra, in fine libri tertii.

(63) *Ὡς Θεοδοτίων.* Ex scriptoribus qui Theodotionis mentionem fecere, nullus exstat antiquior Irenæo. Quare videndum est an ex eo Theodotionis ætas elici possit. Epiphanius in libro *De ponderibus*, auctor est Theodotionem sub Commodo floruisse, et interpretationem suam edidisse. Epiphanii sententiam secutus est auctor *Chronici Alexandrini*, qui anno sexto imperatoris Commodi Theodotionem opus suum edidisse prodit. Mihi tamen videtur paulo antiquior esse Theodotio. Nam cum Irenæus eum nominet in libris *Contra hæreses*, quos quidem libros ab Irenæo scriptos esse constat pontificatu Eleutheri (id enim ipse testatur in libro III illius operis), prorsus necesse est, ut Theodotionem ante pontificatum Eleutheri floruisse dicamus. Cæterum in codice Mazarino vox νεᾶνις circumflectitur.

(64) *Κρατύναι.* In nostris exemplaribus, Maz., Med. et Fuk., verbum κρατῦναι circumflectitur.

(65) *Πτολεμαῖος ὁ Λάγου.* Sacrorum librorum Græcam interpretationem sub Ptolemæo Lagi filio factam fuisse, nonnulli ex veteribus prodiderunt, ut testatur Clemens Alexandrinus in libro I *Stromatei*, et Anatolius in *Computo Paschali*, et Theodoritus in *Præfatione Commentariorum in Psalmos.* Alii sub Ptolemæo Philadelpho id factum esse memorant. Quæ quidem opinio, cum plurium scriptorum auctoritate firmetur, tandem prævaluit. Ana-

C

tolius interpretationem illam Septuaginta seniorum, tam sub Ptolemæo Lagi filio, quam sub ejus successore Philadelpho factam esse confirmat. Quod certe mihi videtur admodum probabile. Nam cum Aristobulus, Josephus ac Tertullianus diserte scribant, Demetrium Phalereum auctorem ejus rei fuisse Ptolemæo, constetque eumdem Demetrium Phalereum in summa gratia et auctoritate fuisse apud Ptolemæum Lagi filium, et paulo post ejus interitum e vita migrasse, omnino necesse est ut interpretationem illam, si quidem curante Demetrio facta est, sub Ptolemæo Lagi filio inchoatam fuisse dicamus. Cumque Philadelphus biennio circiter una cum patre regnaverit, ascitus ab eo in consortium regni, ideo fortasse interpretatio illa sub utroque principe facta esse memoratur. Hæc cum scripsissem, postea comperi D. Petavium eadem fere sensisse in animadversionibus ad Epiphanium.

D

(66) *Μεταβεβλημένας τὰς Γραφάς.* Sic etiam Clemens Alexandrinus ait libros omnes, tam legis quam prophetarum, a LXX Senioribus in Græcum sermonem conversos fuisse; cui subscribit Theodoritus in loco supra citato, et Olympiodorus in *Commentariis ad librum Job*, et reliqui fere omnes. Aristobulus tamen et Josephus, ambo Judæi scriptores, legem duntaxat ab illis Græce interpretatam fuisse innuunt. Aristobuli quidem hæc verba sunt apud Eusebium in lib. XIII *Præparationis :* Ἡ δὲ ὅλη ἑρμηνεία τῶν διὰ τοῦ νόμου πάντων ἐπὶ τοῦ προσαγορευθέντος Φιλαδέλφου, etc. Josephus vero in proœmio librorum *De antiquitate Judaica*, ita scribit : Εὕρον τοίνυν ὅτι Πτολεμαῖος μὲν ὁ δεύτερος βασιλεὺς περὶ παιδείαν καὶ βίβλων συναγωγὴν σπουδάσας, ἐξαιρέτως ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον, καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν τῆς πολιτείας εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβαλεῖν. Et paulo post idipsum declarat apertius his verbis : Οὐδὲ γὰρ πᾶσαν ἐκεῖνος ἔφθη λαβεῖν τὴν ἀναγραφήν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ τοῦ νόμου παρέδοσαν οἱ πεμφθέντες ἐπὶ τὴν ἐξήγησιν πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Idem scribit in lib. XII *Antiquitatum*, cap. 2, et in lib. II *Contra Apionem*, non procul ab initio. Sed responderi potest, Judæos legis nomine prophetas interdum comprehendere, ut notat Dru-

Digitized by Google

κεδόσι τότε) τοὺς παρ' αὐτοῖς ἐμπειροτάτους τῶν Γραφῶν καὶ ἀμφοτέρων τῶν διαλέκτων, ἑβδομήκοντα πρεσβυτέρους ἔπεμψαν Πτολεμαίῳ, ποιήσοντας τοῦθ' ὅπερ ἐβούλετο (67). Ὁ δὲ ἰδίᾳ πεῖραν αὐτῶν λαβεῖν θελήσας, εὐλαβηθείς τε μή τι ἄρα συνθέμενοι, ἀποκρύψωσι τὴν ἐν ταῖς Γραφαῖς διὰ τῆς ἑρμηνείας ἀλήθειαν, χωρίσας αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων (68), ἐκέλευσε τοὺς πάντας τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν γράφειν, καὶ τοῦτο ἐπὶ πάντων τῶν βιβλίων ἐποίησε. Συνελθόντων δὲ αὐτῶν ἐπὶ τὸ αὐτὸ παρὰ τῷ Πτολεμαίῳ, καὶ συναντιβαλόντων ἑκάστου τὴν ἑαυτοῦ ἑρμηνείαν, ὁ μὲν Θεὸς ἐδοξάσθη, αἱ δὲ Γραφαὶ ὄντως θεῖαι ἐγνώσθησαν, τῶν πάντων τὰ αὐτὰ ταῖς αὐταῖς λέξεσι καὶ τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασιν ἀναγορευσάντων (69) ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους· ὥστε καὶ τὰ παρόντα ἔθνη γνῶναι, ὅτι κατ' ἐπίπνοιαν τοῦ Θεοῦ εἰσιν ἡρμηνευμέναι αἱ Γραφαί. Καὶ οὐδέν γε θαυμαστὸν τοῦτο ἐνηργηκέναι τὸν Θεὸν, ὃς γε καὶ ἐν τῇ ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ αἰχμαλωσίᾳ τοῦ λαοῦ, διαφθαρεισῶν τῶν Γραφῶν, καὶ μετὰ ἑβδομήκοντα ἔτη τῶν Ἰουδαίων ἀνελθόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, ἔπειτα ἐν τοῖς χρόνοις Ἀρταξέρξου τοῦ Περσῶν βασιλέως, ἐνέπνευσεν Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ ἐκ τῆς φυλῆς Λευΐ, τοὺς τῶν προγεγονότων προφητῶν πάντας ἀνατάξασθαι λόγους, καὶ ἀποκαταστῆναι τῷ λαῷ τὴν διὰ Μωϋσέως νομοθεσίαν. » Τοσαῦτα ὁ Εἰρηναῖος.

A derio satisfacturos. Ptolemæus, cum singulorum seorsum periculum facere vellet, veritus ne forte ex compacto veritatem Scripturæ interpretatione sua occultarent, semotos ab invicem eamdem omnes Scripturam interpretari jussit: idque in omnibus præstitit libris. Post hæc cum omnes simul convenissent apud Ptolemæum, ac versiones suas inter se contulissent, et Deus glorificatus est, et Scripturas vere divinas esse compertum est. Quippe omnes cuncta a capite ad calcem iisdem dictionibus ac vocabulis expresserant: adeo ut ipsi qui aderant gentiles, afflatu divino conversas esse Scripturas cognoscerent. Neque vero mirandum est id a Deo præstitum fuisse, cum in captivitate populi quæ sub Nabuchodonosoro contigit, corruptis Scripturis, B ac post septuaginta demum annos regressis in patriam Judæis, Artaxerxis Persarum regis temporibus, Esdram sacerdotem de tribu Levi afflatu suo Deus impulerit, ut omnes veterum prophetarum libros denuo componeret, legemque ministerio Moysis latam populo restitueret. » Hactenus Irenæus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Οἱ κατὰ Κόμοδον ἐπισκοπεύσαντες (Nic. *H. E.* IV, 19).

Ἐννέα δὲ καὶ δέκα ἔτεσι τῇ βασιλείᾳ διαρκέσαντος Ἀντωνίνου, Κόμοδος τὴν ἡγεμονίαν παραλαμβάνει· οὗ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Ἐκ- C κλησιῶν Ἰουλιανὸς ἐγχειρίζεται τὴν ἐπισκοπὴν, ἐπὶ δυοκαίδεκα ἔτεσι τὴν λειτουργίαν ἀναπλήσαντος Ἀγριππίνου.

CAPUT IX.

Quinam episcopi fuerint Commodi principatu.

Porro cum Antoninus novemdecim annis imperium tenuisset, Commodus principatum excepit. Cujus anno primo Julianus Alexandrinæ Ecclesiæ suscepit sacerdotium, cum Agrippinus duodecim annos episcopalis administrationis explesset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ Παντάινου τοῦ φιλοσόφου (Nic. *H. E.* IV, 32).

Ἡγεῖτο δὲ τηνικαῦτα τῆς τῶν πιστῶν αὐτόθι διατριβῆς, τῶν ἀπὸ παιδείας ἀνὴρ ἐπιδοξότατος, ὄνομα αὐτῷ Πάνταινος, ἐξ ἀρχαίου ἔθους διδασκαλείου τῶν ἱερῶν λόγων παρ' αὐτοῖς συνεστῶτος, ὃ καὶ εἰς ἡμᾶς

175 CAPUT X.

De Pantæno philosopho.

Per idem tempus fidelium scholæ præerat vir doctrinæ causa celeberrimus, nomine Pantænus, quippe jam inde a priscis temporibus, sacrarum litterarum schola in ea civitate fuerat instituta:

sius in cap. 11 *Responsionis ad Minerval Serarii*. Cui explicationi favere videtur Josephus in lib. II *Contra Apionem*, ita scribens de Ptolemæo Philadelpho: Ἐπιθυμητὴς ἐγένετο τοῦ γνῶναι τοὺς ἡμετέρους νόμους, καὶ ταῖς τῶν ἱερῶν Γραφῶν βίβλοις ἐντυχεῖν· ἔπεμψε γοῦν ἀξιῶν ἄνδρας ἀποσταλῆναι τοὺς ἑρμηνεύσοντας αὐτῷ τὸν νόμον. Vide præfationem Masii in Græcam editionem Josuæ.

(67) *Ποιήσοντας τοῦθ' ὅπερ ἐβούλετο.* Ita lego cum Christophorsono et Sav., pro vulgati ποιήσαντος τοῦ Θεοῦ, tametsi codices nostri et Nicephorus nihil mutant, nisi quod ἠβούλετο habent, non ἐβούλετο.

(68) *Χωρίσας αὐτοὺς ἀπ' ἀλλήλων.* Justinus quidem LXX seniores singulos seorsum in singulis cellis a Ptolemæo collocatos esse scribit. Epiphanius vero in libro *De ponderibus et mensuris* ait binos in singulis cellis constitutos fuisse. Sed Irenæi verba propius ad Justini narrationem accedere videntur. Alii totam hanc de septuaginta cellis narrationem irridenti, quarum nec apud Josephum et Aristeam, nec apud Philonem ulla fit mentio.

(69) *Ἀναγορευσάντων. Recitare* vertit vetus interpres Irenæi. Aristeas tamen et Josephus non ipsos LXX seniores, sed Demetrium Phalereum interpretationem illam pro concione recitasse scribunt. Verum liber ille Aristeæ a Judæo quodam Alexandrino conflictus est, ut recte observavit Scaliger in animadversionibus Eusebianis. Certe epistola Demetrii Phalerei ad Ptolemæum Philadelphum falsitatem suam satis prodit. In ea quippe laudatur Hecatæus Abderites, ejusque testimonium tanquam vetusti scriptoris adducitur, cum tamen constet eum Demetrio Phalereo haudquaquam antiquiorem esse. Vixit enim Hecatæus ille sub Alexandri Magni successoribus, ut testatur Suidas aliique. Josephus quidem in libro primo *Contra Apionem*, ait Hecatæum Abderitam cum Ptolemæo Lagi filio familiariter esse versatum. Æquales igitur fuerunt Hecatæus et Demetrius Phalereus. Adde quod epistola illa Demetrii Phalerei quam adducit Aristeas, plane insulsa est et barbaris vocibus plena, cum tamen constet Demetrium, utpote Atheniensem, eloquentissimum fuisse. Quid quod idem Aristeas Heptastadii meminit, quod tamen post Philadelphi tempora a regibus Ægypti ædificatum est, ut notavi in *Commentariis ad Amm. Marcellinum*.

Digitized by Google

quæ quidem nostra adhuc ætate perseverat, et ab hominibus tum eloquentia, tum divinarum litterarum studio instructissimis obtineri dicitur. Sed præ cæteris omnibus ea tempestate floruisse fertur is, quem diximus, Pantænus, utpote qui præceptis institutisque Stoicæ philosophiæ primum innutritus fuisset. Tantum porro animi ardorem erga verbum Dei idem vir ostendisse perhibetur, ut Orientis nationibus Evangelii Christi prædicator exstiterit, ad ipsam usque Indiam progressus. Quippe complures erant etiam tum evangelistæ sermonis Dei, qui divina quadam æmulatione succensi, apostolorum exemplo studium suum conferre ad ædificationem fidei et ad incrementum verbi divini properabant. Ex quorum numero Pantænus ad Indos usque penetrasse dicitur, ibique Evangelium Matthæi, quod adventum ipsius jam prævenerat, apud quosdam Christi notitia imbutos reperisse : quibus scilicet Bartholomæus, unus ex duodecim apostolis, olim, ut fama est, prædicaverat, et Evangelium Matthæi Hebraicis conscriptum litteris reliquerat : quod quidem ad prædicta usque tempora servatum esse memoratur. Hic ergo Pantænus post multa præclare gesta, tandem Alexandrinæ præfuit scholæ, ubi partim viva voce, partim scriptis, divinorum dogmatum thesauros exposuit.

CAPUT XI.

De Clemente Alexandrino.

Tunc etiam Alexandriæ iisdem cum Pantæno studiis divinarum Scripturarum incumbens floruit Clemens, prisco illi Rom. Ecclesiæ antistiti et apostolorum discipulo Clementi cognominis. Qui etiam in *Institutionum* libris a se conscriptis, Pantænum præceptorem suum diserte nominat. Sed et in primo *Stromateon* libro eumdem ipsum designare mihi

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ Κλήμεντος Ἀλεξανδρέως (Nic. *H. E.* IV, 33.)

Κατὰ τοῦτον ταῖς θείαις Γραφαῖς συνασκούμενος, ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐγνωρίζετο Κλήμης, ὁμώνυμος τῷ πάλαι τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγησαμένῳ φοιτητῇ τῶν ἀποστόλων. Ὃς δὴ καὶ ὀνομαστὶ ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν (73), ὡς ἂν διδασκάλου τοῦ Πανταίνου μέμνηται. Τοῦτον δὲ αὐτὸν καὶ τῶν *Στρωματέων* ἐν πρώτῳ συγγράμματι αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ,

A παρατείνεται (70), καὶ πρὸς τῶν ἐν λόγῳ καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ δυνατῶν συγχρωτεῖσθαι παρειλήφαμεν. Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διαλάμψαι λόγος ἔχει τὸν δεδηλωμένον, οἷα καὶ ἀπὸ φιλοσόφου ἀγωγῆς τῶν καλουμένων Στωϊκῶν ὁρμώμενον. Τοσαύτην δ' οὖν φασιν αὐτὸν ἐκθυμοτάτῃ διαθέσει προθυμίαν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐνδείξασθαι, ὡς καὶ κήρυκα τοῦ κατὰ Χριστὸν Εὐαγγελίου τοῖς ἐπ' ἀνατολῆς ἔθνεσιν ἀναδειχθῆναι, μέχρι καὶ τῆς Ἰνδῶν στειλάμενον γῆς. Ἦσαν γὰρ ἦσαν εἰσέτι τότε πλείους εὐαγγελισταὶ τοῦ λόγου, ἔνθεον ζῆλον ἀποστολικοῦ μιμήματος συνεισφέρειν ἐπ' αὐξήσει καὶ οἰκοδομῇ τοῦ θείου λόγου προθυμούμενοι. Ὧν εἷς γενόμενος καὶ ὁ Πάνταινος, καὶ εἰς Ἰνδοὺς ἐλθεῖν λέγεται· ἔνθα λόγος εὑρεῖν αὐτὸν προφθᾶσαν τὴν αὐτοῦ παρουσίαν, τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον παρά τισιν αὐτόθι τὸν Χριστὸν ἐπεγνωκόσιν· εἷς Βαρθολομαῖον τῶν ἀποστόλων ἕνα κηρύξαι, αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι Γραφὴν (71), ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον. Ὅ γε μὴν Πάνταινος ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι (72), τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν τελευτῶν ἡγεῖται διδασκαλείου, ζώσῃ φωνῇ καὶ διὰ συγγραμμάτων τοὺς τῶν θείων δογμάτων θησαυροὺς ὑπομνηματιζόμενος.

(70) *Ὅ καὶ εἰς ἡμᾶς παρατείνεται.* Non dubito quin Eusebius scripserit : Ὅ καὶ εἰς ἡμᾶς παρατεῖναί τε καὶ πρὸς τῶν ἐν λόγῳ καὶ τῇ περὶ τὰ θεῖα σπουδῇ δυνατῶν συγχρωτεῖσθαι παρειλήφαμεν.

(71) *Αὐτοῖς τε Ἑβραίων γράμμασι τὴν τοῦ Ματθαίου καταλεῖψαι Γραφήν.* Rufinus et Hieronymus in *Catalogo* ait Pantænum ab India redeuntem Alexandriam, Evangelium illud Matthæi Hebraicis litteris scriptum secum detulisse. Verum Eusebius id non dicit. Quod enim addit Eusebius, ἣν καὶ σώζεσθαι εἰς τὸν δηλούμενον χρόνον, hoc tantum sibi vult, exemplar illud Bartholomæi ad Pantæni usque adventum in Indiam servatum fuisse. Ita Nicephorus in lib. IV, cap. 32, hæc Eusebii verba recte exposuit. Cui tamen non assentior in eo quod dicit, Evangelium illud Matthæi quod apud Indos reperit Pantænus, a Bartholomæo ibi dictatum fuisse. Crediderim potius, codicem illum Evangelii a Bartholomæo illuc e Judæa delatum fuisse. Porro Evangelium Matthæi Hebraico sermone scriptum, in Cæsariensi bibliotheca a Pamphilo martyre collecta servatum fuisse adhuc sua ætate, testatur Hieronymus in *Catalogo*. Vereor tamen, ne id potius fuerit Evangelium secundum Hebræos, quo utebantur Nazaræi. Hoc enim Hebræorum Evangelium, quidam Matthæi authenticum esse existimarunt, licet falso, ut scribit idem Hieronymus in *Commentariis in Matthæum*.

(72) *Ἐπὶ πολλοῖς κατορθώμασι.* Non probo interpretationem Christophorsoni qui vertit, *propter multa recte facta*. Rectius Musculus interpretatus est hoc modo : *Hic igitur Pantænus postquam multa recte fecisset, Alexandrinæ scholæ præficitur.*

(73) *Ἐν αἷς συνέταξεν Ὑποτυπώσεσιν. Dispositionum* libros vertunt Rufinus et Hieronymus, quos deinde cæteri fere omnes secuti sunt. Ego tamen *Institutiones* sive *Informationes* malim vertere. Ita Sextus Empiricus libros *Pyrrhonianarum hypotyposeon* inscripsit, id est, institutionum Pyrrhonicæ sectæ. Ὑποτύπωσις pro *instructione* seu *institutione* sumitur in concilio Nicæno secundo, ubi Patres de quibusdam sententiis sacræ Scripturæ pronuntiant eas esse scriptas εἰς ἡμετέραν ὑποτύπωσιν. Recte ergo Rufinus in lib. VI, c. 11, hos Clementis Ὑποτυπώσεων libros Latine *Informationum* dici posse scribit. Porro ii Clementis libri continebant brevem et compendiariam utriusque Testamenti expositionem, ut testatur Photius in *Bibliotheca*. Ob errores autem quibus scatebant, negligentius habiti, tandem perierunt. Nec alia, meo quidem judicio, causa est cur Papiæ et Hegesippi aliorumque veterum libri interciderint. Excerpta tamen ex Theodoto quæ post *Στρωματέας* leguntur, descripta videntur ex libris *Hypotyposeon*, quod miror a nemine adhuc animadversum fuisse. Id autem colligitur, tum quod in illis Theodoti excerptis eadem traduntur de Christo, quæ Photius in libris *Hypotyposeon* a se lecta esse testatur ; tum

Digitized by Google

ὅτι τοὺς ἐμφανεστέρους ἧς κατείληφεν ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἐπισημαινόμενος (74), ταῦτά φησιν· « Ἤδη δὲ οὐ γραφὴ εἰς ἐπίδειξιν τετεχνασμένη ἥδε ἡ πραγματεία, ἀλλά μοι ὑπομνήματα εἰς γῆρας θησαυρίζεται λήθης φάρμακον· εἴδωλον ἀτεχνῶς καὶ σκιαγραφία τῶν ἐναργῶν καὶ ἐμψύχων ἐκείνων ὧν κατηξιώθην ἀκοῦσαι λόγων τε καὶ ἀνδρῶν μακαρίων, καὶ τῷ ὄντι ἀξιολόγων. Τούτων ὁ μὲν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος ὁ Ἰωνικὸς, ὁ δὲ ἐπὶ τῆς μεγάλης Ἑλλάδος, τῆς Κοίλης ἄτερος αὐτῶν Συρίας (75) ἦν, ὁ δὲ ἀπ' Αἰγύπτου. Ἄλλοι δὲ ἀνὰ τὴν Ἀνατολήν· καὶ ταύτης ὁ μέν τις τῶν Ἀσσυρίων, ὁ δὲ ἐν τῇ Παλαιστίνῃ Ἑβραῖος ἀνέκαθεν. Ὑστάτῳ δὲ περιτυχὼν, δυνάμει δὲ ἄρα πρῶτος ἦν, ἀνεπαυσάμην, ἐν Αἰγύπτῳ θηράσας λεληθότα (76). Ἀλλ' οἱ μὲν τὴν ἀληθῆ τῆς μακαρίας διδασκαλίας σώζοντες παράδοσιν, εὐθὺς ἀπὸ Πέτρου καὶ Ἰακώβου, Ἰωάννου τε καὶ Παύλου τῶν ἁγίων ἀποστόλων, παῖς παρὰ πατρὸς ἐκδεξάμενος (ὀλίγοι δὲ οἱ πατράσιν ὅμοιοι), ἦκον δὴ σὺν Θεῷ καὶ εἰς ἡμᾶς, τὰ προγονικὰ ἐκεῖνα καὶ ἀποστολικὰ καταθησόμενοι σπέρματα. »

A videtur, ubi præstantissimos **176** quosque apostolicæ doctrinæ successores a quibus institutus fuerat, recenset his verbis : « Hi quidem libri, nequaquam ad ostentationem elaborati, sed quasi viaticum senectutis, et oblivionis remedium, a me sepositi commentarii reconduntur : ut sint nobis imago quædam et species adumbrata efficacis illius animatæque doctrinæ, quam a viris beatis, et commemoratione profecto dignissimis audire meruimus. Horum alter in Græcia Ionicus, alter in Magna Græcia fuit. Quorum ille quidem ex Cœlesyria erat oriundus, ille vero ex Ægypto. Alii autem in Oriente vixerunt; ex quibus alter quidem fuit Assyrius : alter in Palæstina, ab ultima origine Hebræus. Novissimum vero, tametsi hic doctrinæ merito omnium primus erat, cum casu quodam offendissem, tandem in eo acquievi : quem quidem in Ægypto latentem, tanquam venator indagaveram. Illi ergo sinceram apostolicæ doctrinæ traditionem custodientes, quam jam inde a Petro, Jacobo, Joanne ac Paulo sanctissimis apostolis, tanquam filii a parentibus, continua successione traditam acceperant, tametsi raro contingat ut parentibus similes sint filii, Dei nutu ad nostra usque tempora pervenerunt, ut avita et apostolica semina mentibus nostris insererent. »

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων (Nic. *H. E.* IV, 19).

Ἐπὶ τούτων τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, ὁ παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν βεβοημένος ἐγωρίζετο Νάρκισσος, πεντεκαιδεκάτην ἄγων διαδοχὴν, ἀπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων κατὰ Ἀδριανὸν πολιορκίας· ἐξ οὗ δὴ πρῶτον τὴν αὐτόθι Ἐκκλησίαν ἐξ ἐθνῶν συστῆναι μετὰ τοὺς ἐκ περιτομῆς, καθηγήσασθαί τε αὐτῶν πρῶτον ἐξ ἐθνῶν ἐπίσκοπον Μάρκον ἐδηλώσαμεν. Μεθ' ὃν ἐπισκοπεῦσαι Κασσιανὸν, αἱ τῶν αὐτόθι διαδοχαὶ (77) περιέχουσι· καὶ μετὰ τοῦτον

CAPUT XII.

De Hierosolymorum episcopis.

Eadem tempestate Narcissus, Hierosolymorum episcopus, floruit, vir multorum sermonibus nostra quoque ætate celebratus. Hic quintum decimum successionis locum obtinuit post obsessionem illam Judæorum, quæ Adriano regnante facta est. Ex quo quidem tempore Ecclesiam illius loci primum ex gentibus coaluisse post eos qui ex circumcisione fuerunt, primumque ex gentibus Marcum illis præfuisse retulimus. Post quem episcopatu functum esse

C

quod auctor eorum excerptorum sub finem Pantænum magistrum suum appellat. Sic enim ait : Ὁ Πάνταινος δὲ ἡμῶν ἔλεγεν, *etc.* Fuit autem Pantænus Clementis Alexandrini præceptor, ut scribit Eusebius; quem Clemens in illis *Hypotyposeon* libris identidem laudabat, sicut Photius refert. Porro Theodoti excerpta laudat etiam Victorinus Petabionensis episcopus in *Commentario ad Joannis Apocalypsim.*

(74) Ἐπισημαινόμενος. Tres nostri codices, Maz., Med. et Fuk. scriptum habent ἐπισημηνάμενος. Sed vulgata lectio melior videtur.

(75) *Τῆς Κοίλης ἄτερος αὐτῶν Συρίας.* Ex duobus viris a Clemente memoratis, male interpretes hoc loco quatuor fecerunt. Duos enim sacrarum litterarum doctores a se auditos hic memorat Clemens; alterum in Achaia, qui Ionicus dicebatur; alterum vero in Italia; et horum quidem alterum e Cœlesyria oriundum fuisse : alterum autem Ægyptium. Præter hos duos, alios quoque in Orientis partibus ab se auditos esse subjungit : alterum Assyrium genere, quem Tatianum esse suspicor; alterum Hebræum ex Palæstina, quem Theophilum esse Cæsariensem episcopum credidit Baronius ad annum Christi 185. Assyrium vero illum idem Baronius Bardesanem esse opinatur. Ego vero Hebræum illum ex Palæstina oriundum, potius Theodotum esse crediderim : idque ex eo conjicio, quod Epitome *Hypotyposeon* Clementis inscribitur· Ἐκ τῶν Θεοδότου ἀνατολικῆς διδασκαλίας. Clemens enim ea quæ a magistris in Oriente didicerat, vocat Ἀνατολικὴν διδασκαλίαν. Theophilum vero Cæsariensem hic a Clemente non designari, duo mihi argumenta persuadent. Primum quod Theophilus æqualis fuit Clementis. Floruit enim temporibus Victoris papæ, ut ex Eusebio discimus. Deinde Theophilum hunc, Hebræum, aut quod idem est Judæum fuisse, nemo veterum dixit. Jam vero quod spectat ad Bardesanem, neque hic a Clemente intelligi potest. Non enim Assyrius fuit Bardesanes, sed Osroenus, oriundus Edessa, quæ caput est Osroenæ.

D

(76) *Θηράσας λεληθότα.* Post hæc verba sequuntur quædam apud Clementem, quæ Eusebius omittere non debuerat. Ex his enim colligi videtur, Pantænum ex Sicilia oriundum fuisse. Annon id aperte innuunt Clementis hæc verba? Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιττα, etc. Cum enim præcedentibus verbis Clemens Pantænum designet, ut testatur Eusebius, hæc quoque ad eumdem Pantænum referantur necesse est. Siculam igitur apem eum nominat Clemens, eo quod de Sicilia esset oriundus. Cum enim Siculam potius apem eum vocaret quam Atticam? Petrus Halloixius in *Vita Pantæni*, ait illum fuisse genere Hebræum, idque ex Clementis verbis colligit. Verum Clemens plane contrarium innuit. Nam Hebræum quidem illum ait a se auditum esse in Oriente, Pantænum vero in Ægypto.

(77) *Αἱ τῶν αὐτόθι διαδοχαί.* Nobiles Ecclesiæ, et præsertim quæ ab apostolis institutæ fuerant,

Digitized by Google

Cassianum, deinde Publium, postea Maximum, ac deinceps Julianum, episcoporum series quæ in archivis illius Ecclesiæ servantur, ostendunt. Juliano successit Caius, Caio Symmachus : Symmacho vero alter Caius. Post quem rursus alter Julianus : quem excepit Capito, ac deinde Valens et Dolichianus. Postremo Narcissus, qui continuo successionis ordine tricesimus ab apostolis fuit.

A τον Πούπλιον, εἶτα Μάξιμον, καὶ ἐπὶ τούτοις Ἰουλιανόν· ἔπειτα Γάϊον, μεθ' ὃν Σύμμαχον, καὶ Γάϊον ἕτερον· καὶ πάλιν ἄλλον Ἰουλιανόν, Καπίτωνά τε πρὸς τούτοις καὶ Οὐάλεντα (78), καὶ Δολιχιανόν, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὸν Νάρκισσον, τριακοστὸν ἀπὸ τῶν ἀποστόλων κατὰ τὴν τῶν ἐξῆς διαδοχὴν γεγενημένον.

177 CAPUT XIII.

De Rhodone et Marcionitarum dissensione ab eodem commemorata.

Per idem tempus Rhodon, oriundus ex Asia, et in urbe Roma, ut ipse scribit, a Tatiano illo cujus supra meminimus eruditus, varios conscripsit libros, et cum reliquis adversus Marcionis hæresim decertavit. Quam quidem sua ætate in diversas B scissam esse sententias narrat, auctores illius dissensionis in libris suis referens, et mendacia a singulis eorum excogitata diligenter coarguens. Audi ergo, si placet, eum ita scribentem. « Propterea, inquit, inter se ipsi dissentiunt, quippe qui ejusmodi doctrinam tuentur quæ omnino stare non potest. Nam ex illorum grege Apelles quidem sanctioris vitæ cultum et senectutem præ se ferens, unum fatetur esse principium : prophetarum autem oracula ex adversario spiritu profecta esse dicit, virginis cujusdam dæmoniacæ nomine Philumenæ responsis inductus. Alii vero, perinde ac Marcion ipse, duo inducunt principia, inter quos est Potitus et Basilicus. Ili ergo Ponticum illum lupum secuti, cum divisionem rerum æque ac ille C reperire non possent, ad temeritatem deflexerunt, et duo rerum principia nude et absque ulla demonstratione pronuntiarunt. Alii rursus ab his tanquam tempestate in pejus abrepti, non duas solum, sed tres naturas posuerunt : quorum, ut disciplinæ il-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ Ῥόδωνος καὶ ἧς ἐμνημόνευσεν κατὰ Μαρκίωνα διαφωνίας (Nic. *H. E.* IV, 29).

Ἐν τούτῳ καὶ Ῥόδων γένος τῶν ἀπὸ Ἀσίας, μαθητευθεὶς ἐπὶ Ῥώμης, ὡς αὐτὸς ἱστορεῖ, Τατιανῷ, ὃν ἐκ τῶν πρόσθεν ἔγνωμεν, διάφορα συντάξας βιβλία, μετὰ τῶν λοιπῶν καὶ πρὸς τὴν Μαρκίωνος παρατέτεται αἵρεσιν· ἣν καὶ εἰς διαφόρους γνώμας κατ' αὐτὸν διαστᾶσαν ἱστορεῖ, τοὺς τὴν διάστασιν ἐμπεποιηκότας ἀναγράφων, ἐπ' ἀκριβές τε τὰς παρ' ἑκάστῳ τούτων ἐπινενοημένας διελέγχων ψευδολογίας. Ἄκουε δ' οὖν καὶ αὐτοῦ ταῦτα γράφοντος· « Διὰ τοῦτο καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἀσύμφωνοι γεγόνασιν, ἀσυστάτου γνώμης ἀντιποιούμενοι. Ἀπὸ γὰρ τῆς τούτων ἀγέλης Ἀπελλῆς μὲν ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος (79) καὶ τῷ γήρᾳ, μίαν ἀρχὴν ὁμολογεῖ, τὰς δὲ προφητείας ἐξ ἀντικειμένου λέγει πνεύματος, πειθόμενος ἀποφθέγμασι παρθένου δαιμονώσης, ὄνομα Φιλουμένης. Ἕτεροι δὲ, καθὼς καὶ αὐτὸς ὁ ναύτης Μαρκίων (80), δύο ἀρχὰς εἰσηγοῦνται· ἀφ' ὧν εἰσι Πότιμός (81) τε καὶ Βασιλικός. Καὶ οὗτοι μὲν κατακολουθήσαντες τῷ Ποντικῷ λύκῳ, καὶ μὴ εὑρίσκοντες τὴν διαίρεσιν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐδὲ ἐκεῖνος, ἐπὶ τὴν εὐχέρειαν ἐτράποντο, καὶ δύο ἀρχὰς ἀπεφήναντο ψιλῶς καὶ ἀναποδείκτως. Ἄλλοι δὲ πάλιν ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐξοκείλαντες, οὐ μόνον δύο, ἀλλὰ καὶ τρεῖς ὑποτίθενται φύσεις, ὧν ἐστιν ἀρχηγὸς καὶ προστάτης Σύνερως, καθὼς οἱ τὸ διδασκάλιον αὐτοῦ προ-

episcoporum suorum successionem in archivis reconditam diligentissime servabant, eorum nomina et obitus diem in diptychis perscribentes. Hujusmodi libros accurate excusserat Eusebius noster, sicuti ex hoc loco apparet : qui præcipuarum sedium episcopos non aliunde quam ex hujusmodi tabulis digessit. Quamobrem successiones episcoporum quæ in *Historia* et in *Chronico* Eusebii recensentur, maximi faciendæ sunt, utpote omnium vetustissimæ ac certissimæ.

(78) *Καὶ Οὐάλεντα.* Ante hunc Valentem desunt nomina duorum episcoporum, Maximi scilicet et Antonini, quæ per negligentiam librariorum omissa sunt. Nam cum Eusebius Narcissum Hierosolymorum episcopum quintum decimum a Marco, et tricesimum ab apostolis fuisse affirmet, id omnino stare non potest, nisi duos hic episcopos addideris. Certe Eusebius in *Chronico*, post Capitonem vicesimo sexto ab apostolis loco recenset Maximum ac deinde Antoninum; post hæc Valentem ac Dolichianum, tum deinde Narcissum. Cum Eusebio consentiunt Georgius Syncellus et Nicephorus, nisi quod inter Julianum et Capitonem Heliam quemdam interserunt, quem Eusebius non agnoscit.

(79) *Ἀπελλῆς ὁ τῇ πολιτείᾳ σεμνυνόμενος.* Rufinus vertit, *qui abstinentiæ et senectutis prærogativa usus*, etc. Recte. Nam πολιτεία simpliciter et absolute poni solet pro abstinentia et strictiore quadam disciplina. Ita Clemens Alexandrinus in exordio libri primi *Stromat.* bis usurpat. Sed non video quomodo Apelles jactare se ob continentiam potuerit, qui a Marcione ob stuprum ejectus, Alexandriam secessit, ut auctor est Tertullianus in libro *De præscriptionibus*. Quocirca videndum ne vox πολιτεία hoc loco aliud quidpiam significet, et pro decurionatu sumatur. Nam decuriones πολιτευόμενοι seu πολιτευταὶ dicebantur a Græcis, ut plurimis notavi ad Amm. Marcellinum. Posset etiam D quis suspicari scribendum hic esse τῇ πολιᾷ σεμ. καὶ τῷ γήρᾳ. Nam senex Apelles vulgo dicebatur. Sic eum nominat Rhodon infra, et Hieronymus in *Catalogo*. Confirmat hanc emendationem Eusebius in lib. VI, cap. 39, ubi de Alexandro episcopo.

(80) *Ὁ ναύτης Μαρκίων.* Hæc est codicis Regii lectio, quam confirmat interpretatio Rufini. Sic enim ille : *Alii autem, sicut ipse nauta Marcion, duo esse principia introducunt.* Certe Tertullianus in libro *De præscriptionibus*, testatur Marcionem initio navicularium fuisse. *Ubi tunc*, inquit, *Marcion Ponticus nauclerus, Stoicæ studiosus?* In reliquis tamen exemplaribus, Maz., Med. et Fuketii, nec non apud Nicephorum, desunt hæ voces ὁ ναύτης.

(81) *Πότιτος.* Sic, rectius quam Πότιμος, in codice Maz., Med., Fuk. et Saviliano. Ita enim Theodoretus, in libro I *Hæreticarum fabularum*, et Rufinus eum nominant.

Digitized by Google

βαλλόμενοι λέγουσι. » Γράφει δὲ ὁ αὐτὸς ὡς καὶ εἰς λόγους ἐληλύθοι τῷ Ἀπελλῇ, φάσκων οὕτως· « Ὁ γὰρ γέρων Ἀπελλῆς συμμίξας ἡμῖν, πολλὰ μὲν κακῶς λέγων ἠλέγχθη· ὅθεν καὶ ἔφασκε μὴ δεῖν ὅλως ἐξετάζειν τὸν λόγον, ἀλλ' ἕκαστον, ὡς πεπίστευκε, διαμένειν. Σωθήσεσθαι γὰρ τοὺς ἐπὶ τὸν ἐσταυρωμένον ἠλπικότας ἀπεφαίνετο, μόνον ἐὰν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς εὑρίσκωνται. Τὸ δὲ πάντων ἀσαφέστατον (82) ἐδογματίζετο αὐτῷ πρᾶγμα, καθὼς προειρήκαμεν, τὸ περὶ τοῦ Θεοῦ. Ἔλεγε γάρ μίαν ἀρχὴν, καθὼς καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος. » Εἶτα προθεὶς αὐτοῦ πᾶσαν τὴν δόξαν, ἐπιφέρει φάσκων· « Λέγοντος δέ μου πρὸς αὐτὸν, Πόθεν ἡ ἀπόδειξις αὕτη σοι, ἢ πῶς δύνασαι λέγειν μίαν ἀρχὴν, φράσον ἡμῖν· ἔφη, τὰς μὲν προφητείας ἑαυτὰς ἐλέγχειν, διὰ τὸ μηδὲν ὅλως ἀληθὲς εἰρηκέναι. Ἀσύμφωνοι γὰρ ὑπάρχουσι καὶ ψευδεῖς, καὶ ἑαυταῖς ἀντικείμεναι. Τὸ δὲ πῶς ἐστι μία ἀρχὴ, μὴ γινώσκειν ἔλεγεν, οὕτω δὲ κινεῖσθαι μόνον. Εἶτ' ἐπομοσαμένου μου τἀληθὲς εἰπεῖν, ὤμνυεν ἀληθεύων λέγειν, μὴ ἐπίστασθαι (83) πῶς εἷς ἐστιν ἀγέννητος Θεὸς, τοῦτο δὲ πιστεύειν. Ἐγὼ δὲ γελάσας, κατέγνων αὐτοῦ, διότι διδάσκαλος εἶναι λέγων, οὐκ ᾔδει τὸ διδασκόμενον ὑπ' αὐτοῦ κρατύνειν. » Ἐν τῷ αὐτῷ δὲ συγγράμματι Καλλιστίωνι προσφωνῶν, ὁ αὐτὸς μεμαθητεῦσθαι ἐπὶ Ῥώμης Τατιανῷ ἑαυτὸν ὁμολογεῖ. Φησὶ δὲ καὶ ἐσπουδάσθαι τῷ Τατιανῷ προβλημάτων βιβλίον· δι' ὧν τὸ ἀσαφὲς καὶ ἐπικεκρυμμένον τῶν θείων Γραφῶν παραστήσειν ὑποσχομένου τοῦ Τατιανοῦ, αὐτὸς ὁ Ῥόδων ἐν ἰδίῳ συγγράμματι τὰς τῶν ἐκείνου προβλημάτων ἐπιλύσεις ἐκθήσεσθαι ἐπαγγέλλεται. Φέρεται δὲ τοῦ αὐτοῦ καὶ *εἰς τὴν Ἑξαήμερον* ὑπόμνημα. Ὁ γέτοι Ἀπελλῆς οὗτος, μυρία κατὰ τοῦ Μωϋσέως ἠσέβησε νόμου, διὰ πλειόνων συγγραμμάτων τοὺς θείους βλασφημίσας λόγους, εἰς ἔλεγχόν τε, ὥς γε δὴ ἐδόκει, καὶ ἀνατροπὴν αὐτῶν οὐ μικρὰν πεποιημένος σπουδήν. Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τούτων.

lius sectatores memorant, princeps et antesignanus fuit Syneros. » Idem Rhodon se cum Apelle colloquium esse scribit his verbis : « Senex enim Apelles, inquit, inito nobiscum colloquio, multa quidem perperam dicere convictus est. Quamobrem etiam asserebat non esse omnino examinandam fidem, sed unumquemque in eo quod semel imbibisset, perstare oportere. Quippe eos qui in Crucifixo spem suam collocassent, servandos esse affirmabat, dummodo in bonis operibus deprehenderentur. Rem vero omnium obscurissimam esse statuebat, ut diximus, quæstionem de Deo. Unum siquidem principium esse dicebat sicut et nostra religio docet. » Universa deinde ejus doctrina in medium prolata, hæc subjungit : « Cum vero ipsi dicerem : Unde hæc tibi demonstratio, aut qua ratione affirmare potes unum **178** esse principium? Dic nobis si placet. Tum ille respondit : Prophetias eo quod nihil omnino veri dicant, seipsas refellere. Sunt enim, aiebat, dissonantes et falsæ ac sibimetipsis contrariæ. Porro qua ratione unicum esset principium, se quidem nescire profitebatur; sed tamen moveri atque impelli ut ita sentiret. Post hæc cum eum jurejurando adegissem, ut ex animi sui sententia loqueretur, juravit se verum dicere, nec se omnino scire qua ratione unus esset ingenitus Deus, se tamen ita credere. His auditis ego hominem deridens reprehendi, qui cum se doctorem profiteretur, doctrinam suam rationibus confirmare non posset. » Cæterum in eodem libro quem Callistioni nuncupavit, Romæ a Tatiano se eruditum esse testatur. Refert etiam a Tatiano elucubratum esse *Quæstionum* librum, in quo cum Tatianus obscuros atque involutos sacræ Scripturæ locos se expositurum esse promisisset, ipse Rhodon solutiones quæstionum Tatiani peculiari opere editurum se esse profitetur. Exstant etiam ejusdem *in Hexaemeron Commentarii*. Iste porro quem diximus Apelles, plurima adversus legem Mosaicam impie est locutus; multisque libris maledicentissimis oracula divina insectatus est, dum ea confutare, et ut quidem sibi videbatur, penitus evertere, ingenti studio molitur. Verum de his hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τῶν κατὰ Φρύγας ψευδοπροφητῶν (Nic. *H.E.* IV, 20).

Μισόκαλός γε μὴν εἰς τὰ μάλιστα καὶ φιλοπόνηρος ὢν ὁ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πολέμιος, μηδένα τε μηδαμῶς τῆς κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλῆς ἀπολιπὼν τρόπον, αἱρέσεις ξέναις αὖθις ἐπιφύεσθαι κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐνήργει· ὧν οἱ μὲν ἰοβόλων δίκην ἑρπετῶν ἐπὶ τῆς Ἀσίας καὶ Φρυγίας εἵρπον, τὸν μὲν

CAPUT XIV.

De falsis prophetis Cataphrygarum.

Cæterum hostis Ecclesiæ Dei, qui semper virtuti infestus est et malis delectatur, nec ullam unquam insidiandi hominibus speciem atque occasionem prætermittit, peregrinas quasdam hæreses adversus Ecclesiam pullulare iterum fecit. Quarum sectatores alii quidem venenatorum anguium instar per

(82) *Τὸ δὲ πάντων ἀσαφέστατον.* Rufinus legit σαφέστατον, ut ex versione ejus constat quæ sic habet : *Manifeste tamen decernebat de Deo, sicut prædiximus, unum esse principium.* Quam lectionem secutus est etiam Christophorsonus. Verum hæc interpretatio ferri non potest. Primum enim verbum ἐδογματίζετο passivam habet significationem. Deinde, tantum abest ut Apelles disputationem de Deo, manifestam atque expeditam esse diceret, quin potius asserebat, rem esse omnium obscurissimam, prorsusque nihil sciri posse de Deo, ac ne ipsos quidem prophetas quidquam de Deo manifeste, atque ut res est pronuntiasse, quemadmodum infra docet Rhodon.

(83) *Μὴ ἐπίστασθαι.* In eo quidem non valde reprehendendus erat Apelles, quod diceret nescire se quomodo unus esset ingenitus Deus, se tamen ita credere. Verum in eo aberrabat, quod prophetias quibus ea de uno et ingenito Deo doctrina traditur, prorsus repudiabat; et quod philosophiæ imperitissimus, aliorum se doctorem profitebatur. Hac de causa merito a Rhodone suggillatur. [Stroth. ἀληθεύειν, λέγων ex Stephan. Nic. scripsit. *H.*]

Digitized by Google

Asiam Phrygiamque repserunt. Qui et Montanum Paracletum, duasque ejus comites Priscillam et Maximillam Montani prophetissas esse jactabant.

CAPUT XV.

De Blasti schismate quod factum est Romæ.

Alii vero in urbe Roma viguerunt, quorum dux fuit Florinus quidam presbyterii in Ecclesia gradu dejectus; et Blastus simili errore implicatus. Qui quidem **179** quamplurimos ab Ecclesiæ gremio abstrahentes, in suam sententiam perduxerunt, cum uterque seorsum novam doctrinam adversus fidei veritatem invehere laboraret.

CAPUT XVI.

Quænam de Montano et de falsis illius prophetis memorentur.

Et adversus Cataphrygarum quidem hæresim propugnator veritatis Deus, tum Apollinarem Hierapolitanum, cujus supra meminimus, tum alios cum illo quamplures doctrina et eloquentia præstantes, tanquam validum atque invictum telum excitavit. A quibus etiam uberrima nobis materia ad præsentem historiam relicta est. Unus igitur ex illis in ipso principio operis quod *adversus Cataphrygas* composuit, prius se cum illis nuda voce dimicasse admonet, eorumque errores coarguisse. Sic enim sermonem suum orditur : « Cum jamdudum id mihi munus injunxeris, Avirci Marcelle clarissime, ut adversus Miltiadis hæresim opus aliquod componerem, anceps tamen atque animo du-

A παράκλητον Μοντανόν, τὰς δ' ἐξ αὐτοῦ γυναῖκας, Πρίσκιλλαν καὶ Μαξιμίλλαν, ὡσὰν τοῦ Μοντανοῦ προφήτιδας γεγονυίας αὐχοῦντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Βλάστον ἐπὶ Ῥώμης γενομένου σχίσματος.

Οἱ δ' ἐπὶ Ῥώμης ἡκμαζον, ὧν ἡγεῖτο Φλωρῖνος, πρεσβυτερίου τῆς Ἐκκλησίας ἀποπεσών, Βλάστος τε σὺν τούτῳ παραπλησίῳ πτώματι (84) κατεσχημένος. Οἳ καὶ πλείους τῆς Ἐκκλησίας περιέλκοντες, ἐπὶ σφῶν ὑπῆγον βούλημα, θάτερος ἰδίως περὶ τὴν ἀλήθειαν νεωτερίζειν πειρώμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ις'.

Ὅσα περὶ Μοντανοῦ καὶ τῶν μετ' αὐτοὺ ψευδο-
B *προφητῶν μνημονεύεται* (Nic. *H. E.* IV. 23).

Πρὸς μὲν οὖν τὴν λεγομένην κατὰ Φρύγας αἵρεσιν, ὅπλον ἰσχυρὸν καὶ ἀκαταγώνιστον ἐπὶ τῆς Ἱεραπόλεως τὸν Ἀπολινάριον, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος πεποίητο, ἄλλους τε σὺν αὐτῷ πλείους τῶν τηνικάδε λογίων ἀνδρῶν ἡ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχος ἀνίστη δύναμις, ἐξ ὧν καὶ ἡμῖν ἱστορίας πλείστη τις ὑπόθεσις καταλέλειπται. Ἀρχόμενος γοῦν τῆς κατ' αὐτῶν γραφῆς τῶν εἰρημένων δή τις (85), πρῶτον ἐπισημαίνεται ὡς καὶ ἀγράφοις κατ' αὐτῶν ἐπεξέλθοι ἐλέγχοις. Προοιμιάζεται γοῦν τοῦτον τὸν τρόπον· « Ἐκ πλείστου δσου καὶ ἱκανωτάτου χρόνου, ἀγαπητὲ Ἀουίρκιε Μάρκελλε (86), ἐπιταχθεὶς ὑπὸ σοῦ συγγράψαι τινὰ λόγον εἰς τὴν τῶν κατὰ Ἀλκιβιάδην (87) λεγομένων αἵρεσιν, ἐφεκτικώτερόν πως (88) μέχρι νῦν διεκεί-

(84) *Παραπλησίῳ πτώματι.* Duplici modo explicari potest vox πτῶμα. Rufinus quidem et Christophorsonus pro errore sumpserunt. Et ita Eusebius hanc vocem alicubi usurpavit, ut memini. Nicephorus vero pro exauctoratione sumpsit, et Blastum gradu presbyterii pulsum, perinde ac Florinum, intellexit.

(85) *Τῶν εἰρημένων δή τις.* Ita quidem ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Verum in optimis codicibus Mazar. ac Med. desunt duæ postremæ voces δή τις. In Fuketiano autem ita scriptum habetur τῶν εἰρημένων, ἤδη πρῶτον, etc. Porro quisnam sit iste ex cujus libro *adversus Cataphrygas* testimonium hic affert Eusebius, variæ sunt scriptorum opiniones. Rufinus quidem et Nicephorus in lib. IV, cap. 23, eosque secutus Baronius, hunc Apollinarem Hierapolitanum esse existimarunt, quem paulo ante nominavit Eusebius. Hieronymus vero in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* Apollonium esse credidit, graviori errore. Idem tamen de Miltiade loquens, Rhodonem hujus libri auctorem videtur facere. Nam in *Apollonio* quidem hæc dicit : *Apollonius vir disertissimus scripsit adversum Montanum, Priscillam et Maximillam insigne et longum volumen, in quo asserit Montanum et insanas vates periisse suspendio.* In Miltiade vero sic ait : *Miltiades, cujus Rhodon in opere quod adversus Montanum, Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur*, etc. Sed utrobique memoria labitur Hieronymus, dum Apollonio et Rhodoni tribuit quæ dicta sunt a scriptore innominato, cujus hic fragmenta refert Eusebius. Hunc porro non esse Apollinarem Hierapolitanum, ex eo patet quod Apollinaris quidem adversus Cataphrygarum hæresim adhuc nascentem libros scripsit, ut testatur Eusebius in fine lib. IV. Hic autem ignotus auctor, post Montani et Maximillæ ac Theodoti mortem libros suos exaravit, ut ex fragmentis C liquet. Plura vide apud Halloixium in notationibus ad *Vitam S. Apollinaris*, cap. 3. Qui tamen in eo fallitur, quod dicit librum Miltiadis ab hoc scriptore redactum esse in compendium. Quem quidem errorem abunde refellimus in capite sequenti.

(86) *Ἀουίρκιε Μάρκελλε.* Rectius in cod. Maz., Med. et Fuk. scribitur Αὐίρκιε. Apud Nicephorum in lib. IV legitur Ἀβέρκιε. In *Menologiis* Græcorum, ad diem 22 Octobris, mentio fit τοῦ ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου Ἀβερκίου ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, τοῦ θαυματουργοῦ, cujus Vitam Græce edidit P. Halloixius in tomo II *De illustribus Orientalis Ecclesiæ scriptoribus.* Est autem id nomen Latinum, ut opinor, quippe cum nullam habeat Græcæ originis notam.

(87) Vulg. *Τῶν κατὰ Μιλτιάδην.* Nicephorus addit ἴσον δ' εἰπεῖν Μοντανόν, quod scholii vice a Nicephoro additum esse non dubito. Sed cur hic quisquis est D innominatus auctor, hæresim Cataphrygarum, Miltiadis potius quam Montani sectam appellaverit, obscurum est. Non enim hic Miltiadem illum intelligit, de quo Eusebius in sequenti capite loquitur. Is enim pro catholica veritate adversus Cataphrygas scripsit. Itaque Joannes Langus, vir doctissimus, qui Nicephorum interpretatus est, hoc loco *Alcibiadem* pro *Miltiade* emendavit. Certe Alcibiades inter præcipuos auctores sectæ Cataphrygarum memoratur ab Eusebio supra in cap. 3 hujus libri. Aut igitur hic legendum est *Alcibiades*, aut illic scribendum *Miltiades.*

(88) *Ἐφεκτικώτερόν πως.* In codice Regio ac Medicæo πως accentum rejicit in ultimam syllabam antecedentis vocabuli. Quod ideo notare volui, quia ad marginem editionis Genevensis idipsum indicatur paulo obscurius. In codice quoque Maz. et Fuk. πως accentum rejicit in antecedentem vocem.

Digitized by Google

μην, οὐκ ἀπορίᾳ τοῦ δύνασθαι ἐλέγχειν μὲν τὸ ψεῦδος, μαρτυρεῖν δὲ τῇ ἀληθείᾳ· δεδιὼς δὲ καὶ ἐξευλαβούμενος, μή πη δόξω τισὶν ἐπισυγγράφειν ἢ ἐπιδιατάσσεσθαι τῷ τῆς τοῦ Εὐαγγελίου Καινῆς Διαθήκης λόγῳ, ᾧ μήτε προσθεῖναι μήτ' ἀφελεῖν δυνατὸν, τῷ κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτὸ πολιτεύεσθαι προῃρημένῳ. Προσφάτως δὲ γενόμενος ἐν Ἀγκύρᾳ τῆς Γαλατίας, καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ τόπον Ἐκκλησίαν (89) ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ, ὡς αὐτοί φασι, προφητείας, πολὺ δὲ μᾶλλον, ὡς δειχθήσεται, ψευδοπροφητείας διατεθρυλλημένην (90), καθόσον δυνατὸν, τοῦ Κυρίου παρασχόντος περὶ αὐτῶν τε τούτων καὶ τῶν προτεινομένων ὑπ' αὐτῶν ἕκαστά τε (91) διελέχθημεν ἡμέραις πλείοσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ὡς τὴν μὲν Ἐκκλησίαν ἀγαλλιασθῆναι, καὶ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐπιῤῥωσθῆναι, τοὺς δὲ ἐξεναντίας πρὸς τὸ παρὸν ἀποκρουσθῆναι, καὶ τοὺς ἀντιθέτους (92) λυπηθῆναι. Ἀξιούντων οὖν τῶν κατὰ τόπον πρεσβυτέρων, ὅπως τῶν λεχθέντων κατὰ τῶν ἀντιδιατιθεμένων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ ὑπόμνημά τι καταλίπωμεν, παρόντος καὶ τοῦ συμπρεσβυτέρου ἡμῶν Ζωτικοῦ τοῦ Ὀτρηνοῦ (93), τοῦτο μὲν οὐκ ἐπράξαμεν, ἐπηγγειλάμεθα δὲ ἐνθάδε γράψαντες τοῦ Κυρίου διδόντος, διὰ σπουδῆς πέμπειν αὐτοῖς. » Ταῦτα καὶ ἐξῆς τούτοις ἕτερα καταρχὰς εἰπὼν τοῦ λόγου, τὸν αἴτιον τῆς δηλουμένης αἱρέσεως προϊὼν τοῦτον ἀνιστορεῖ τὸν τρόπον· « Ἡ τοίνυν ἔνστασις αὐτῶν καὶ ἡ πρόσφατος τοῦ ἀποσχίσματος αἵρεσις πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, τὴν αἰτίαν ἔσχε τοιαύτην. Κώμη τις εἶναι λέγεται ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ (94), καλουμένη Ἀρδαβᾶν τοὔνομα· ἔνθα φασί τινα τῶν νεοπίστων πρώτως, Μοντανὸν τοὔνομα, κατὰ Γράτον Ἀσίας ἀνθύπατον, ἐν ἐπιθυμίᾳ ψυχῆς ἀμέτρῳ φιλοπρωτείας δόντα πάροδον εἰς ἑαυτὸν τῷ ἀντικειμένῳ, πνευματοφορηθῆναί τε καὶ αἰφνιδίως ἐν κατοχῇ τινι καὶ παρεκστάσει γενόμενον, ἐνθουσιᾷν, ἄρξασθαί τε λαλεῖν καὶ ξενοφωνεῖν, παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς

bius hactenus substiti : non quod aut mendacium refellere, aut veritati patrocinari minime valerem : sed quod verebar ac reformidabam, ne forte quibusdam viderer evangelicæ Novi Testamenti doctrinæ quidquam scribendo addere, et denuo statuere voluisse : cui tamen neque adjici quidquam neque adimi fas est, ab eo præsertim qui ex Evangelii præceptis vitam agere instituerit. Nuper vero cum essem Ancyræ in Galatia, et Ecclesiam illius loci nova illa non ut ipsi dicunt prophetia, sed, ut postea demonstrabitur, pseudoprophetia turbatam deprehendissem ; quantum facere potui, Deo juvante, tum de his ipsis, tum de reliquis omnibus quæ ab illis proponebantur, singillatim in ecclesia disserui pluribus diebus : adeo ut Ecclesia quidem incredibili gaudio affecta, et in veritate fidei magnopere confirmata sit ; adversarii vero tunc quidem fugati et Dei hostes non mediocri dolore perculsi fuerint. Cum vero ejus loci presbyteri postularent ut eorum quæ contra veritatis adversarios dicta fuerant, commentarium ipsis scriptum relinquerem : astante etiam compresbytero nostro Zotico Otreno, id quidem minime præstiti ; **180** sed simul atque huc rediissem, scripturum me omnia, et ad ipsos quamprimum missurum Deo favente promisi. » Hæc et alia in exordio operis postquam dixit, paulatim ulterius progressus, supradictæ hæresis auctorem describit his verbis : « Igitur obstinata illorum coitio adversus Ecclesiam, et nova perniciosi schismatis hæresis, hanc habuit originem. Vicus quidam esse dicitur in Mysia contermina Phrygiæ nomine Ardaba. In quo aiunt Montanum quemdam ex iis qui fidelium numero recens ascripti fuerant, immodica primi loci cupiditate captum, primum sub Grato Asiæ proconsule aditum in se adversario spiritui præbuisse : et dæmone repletum

(89) *Τὴν κατὰ τόπον Ἐκκλησίαν.* Editum fuerat τὴν κατὰ Πόντον Ἐκκλησίαν· sed longe præferenda est codicis Regii scriptura, quam recepimus ex Nicephoro in lib. IV, cap. 23 ; id est, *Ecclesiam illius loci*, Ancyræ scilicet. Sic in inscriptione epistolæ Smyrnensium ad reliquas Ecclesias : Καὶ πάσαις ταῖς κατὰ πάντα τόπον τῆς ἁγίας καθολικῆς Ἐκκλησίας παροικίαις. Et infra in hac pagina. Textus vulg. antea, κατὰ Πόντον.

(90) *Διατεθρυλλημένην.* Id est, *personantem* ac *perstrepentem*. Tota enim Ecclesia illius loci rumore novæ prophetiæ personabat, cum ob tantæ rei novitatem cuncti de ea re loquerentur. Ex quo apparet, donum prophetiæ jam tum illis temporibus in Ecclesia rarum atque insolitum fuisse ; quippe cum exorta Montani prophetia, tantos tumultus tunc temporis in Ecclesia excitaverit. Quod certe non contigisset, si solemne tunc ac pervulgatum in Ecclesia fuisset prophetiæ donum. Porro διατεθρυλλημένην Langus vertit *decantatam*.

(91) *Ἕκαστά τε.* Amplector emendationem Christophorsoni, qui ἑκάστοτε correxit, id est, *assidue*, *quotidie*, et sic Savilius ad oram libri sui emendavit.

(92) *Καὶ τοὺς ἀντιθέτους.* Malim ἀντιθέους, ut legitur ad marginem editionis Genevensis. Cum enim jam dixerit τοὺς ἐξεναντίας ἀποκρουσθῆναι, ineptissima esset repetitio, si τοὺς ἀντιθέτους iterum nominaret. Verum ἀντιθέους, quod longe gravius est, appellat Montanistas, id est, *Dei adversarios*, eo quod novum Paracletum inducerent. Atque ita in codice Fuk. et Savil. scriptum habetur. Si quis vero ἀντιθέτους retinere maluerit, non repugnabo. Infra enim dicuntur ἀντιδιατιθέμενοι, ut et apud Greg. Nyssænum lib. I *Contra Eunomium*, et Paulum in II *ad Timoth.*

(93) *Τοῦ Ὀτρηνοῦ.* Male apud Nicephorum legitur Ὀστρηνοῦ. Distinguendus autem videtur hic Zoticus Otrenus a Zotico, Comanensi episcopo, cujus infra meminit hic auctor. Nam Comanensis ille antiquior fuit.

(94) *Ἐν τῇ κατὰ τὴν Φρυγίαν Μυσίᾳ.* Rufinus vertit, *vicus quidam esse dicitur apud Phrygiam Mysiæ civitatem*, ineptissime. Nec melius Musculus et Christophorsonus interpretantur *apud Mysiam Phrygiæ*. Quid enim, amabo, sibi vult Mysia Phrygiæ ? Duplex olim fuit Mysia, sicut et Phrygia, teste Strabone in lib. XII : alia major, quam Olympenem vocat Strabo ; alia minor, quam Hellespontiam vocat Ptolemæus. Utraque porro Phrygiæ contermina fuit. Unde natum proverbium apud Græcos : Χωρὶς τὰ Μυσῶν. Fuit et altera Mysia in Europa, Thraciæ contributa, quam Latini quidem Mœsiam vocant, Græci vero semper Μυσίαν. Ad hujus ergo distinctionem ἡ κατὰ Φρυγίαν Μυσία hic dicitur Mysia Phrygiæ contermina, seu Asiatica. Porro vicus iste in codice Maz. dicitur Ἀρδαβᾶ6.

Digitized by Google

subito quodam furore ac mentis excessu concuti cœpisse, et nova quædam atque inaudita proloqui; hariolantem ac prædicentem futura, præter morem atque institutum Ecclesiæ a majoribus traditum et continua deinceps successione propagatum. Porro ex his qui tunc temporis adulterinos hominis sermones audierant, alii quidem ut abreptitium et dæmoniacum ac spiritu erroris actum, turbasque in populo excitantem indignabundi objurgabant, et loqui ulterius prohibebant. Quippe qui in mente haberent discrimen a Domino prænotatum, minasque quibus jubemur adventum falsorum prophetarum vigilanter ac sollicite observare. Alii vero velut sancto Spiritu et prophetiæ gratia elati inflatique, mirum in modum, et distinctionis a Domino prænonstratæ penitus obliti, illum infatuantem et adulatorem vulgique seductorem spiritum ultro ad loquendum provocabant, capti ejus illecebris, et in fraudem inducti. Hac igitur arte seu potius fraude ac versutia diabolus adversus eos qui dicto Domini audientes non erant, exitium machinatus, cum ab illis immerito coleretur, mentes eorum a vera fide secubantes somnoque oppressas excitavit paulatim ac vehementius inflammavit. Quippe duas alias mulierculas suscitavit, et adulterino spiritu replevit, adeo ut ipsæ quoque perinde ac supra memoratus ille, insana quædam et importuna atque aliena loquerentur. Et eos quidem qui ea re delectabantur atque intumescebant, spiritus ille beatos prædicabat, et promissorum magnitudine supra modum inflabat. Interdum tamen conjecturis et fide dignis argumentis utens, palam eos condemnabat, **181** quo scilicet etiam objurgatorius videretur. Hi perpauci erant Phryges, hujusmodi fraude decepti. Universam vero, quæ per orbem terrarum sparsa est, Ecclesiam, idem ille arrogantissimus spiritus maledictis appetere eos docebat, eo quod nec honorem, nec aditum ullum ad ipsam pseudopropheticus spiritus reperiret. Nam cum fideles qui in Asia erant, sæpius et in plurimis Asiæ locis ejus rei

A Ἐκκλησίας ἔθος δῆθεν προφητεύοντα. Τῶν δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐν τῇ τῶν νόθων ἐκφωνημάτων ἀκροάσει γενομένων, οἱ μὲν ὡς ἐπὶ ἐνεργουμένῳ καὶ δαιμονῶντι καὶ ἐν πλάνης πνεύματι ὑπάρχοντι καὶ τοὺς ὄχλους ταράττοντι ἀχθόμενοι ἐπετίμων, καὶ λαλεῖν ἐκώλυον, μεμνημένοι τῆς τοῦ Κυρίου διαστολῆς τε καὶ ἀπειλῆς, πρὸς τὸ φυλάττεσθαι τὴν τῶν ψευδοπροφητῶν ἐγρηγορότως παρουσίαν· οἱ δὲ ὡς ἁγίῳ Πνεύματι καὶ προφητικῷ χαρίσματι ἐπαιρόμενοι καὶ οὐχ ἥκιστα χαυνούμενοι, καὶ τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι, τὸ βλαψίφρον καὶ ὑποχοριστικὸν καὶ λαοπλάνον πνεῦμα προύκαλοῦντο, θελγόμενοι καὶ πλανώμενοι ὑπ' αὐτοῦ, εἰς τὸ μηκέτι κωλύεσθαι σωπᾷν. Τέχνῃ δέ τινι, μᾶλλον δὲ τοιαύτῃ μεθόδῳ κακοτεχνίας ὁ διάβολος τὴν κατὰ τῶν παρηκόων (95) B ἀπώλειαν μηχανησάμενος, καὶ παρ' ἀξίαν ὑπ' αὐτῶν τιμώμενος, ὑπεξήγειρέ τε καὶ προσεξέκαυσεν αὐτῶν τὴν ἀποκεκοιμημένην (96) ἀπὸ τῆς κατὰ ἀλήθειαν πίστεως διάνοιαν, ὡς καὶ ἑτέρας τινὰς δύο γυναῖκας ἐπεγεῖραι, καὶ τοῦ νόθου πνεύματος πληρῶσαι, ὡς καὶ λαλεῖν ἐκφρόνως καὶ ἀκαίρως καὶ ἀλλοτριοτρόπως ὁμοίως τῷ προειρημένῳ, καὶ τοὺς μὲν χαίροντας (97) καὶ καυχωμένους ἐπ' αὐτῷ, μακαρίζοντος τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ τοῦ μεγέθους τῶν ἐπαγγελμάτων ἐκφυσιοῦντος, ἔσθ' ὅπη δὲ καὶ κατακρίνοντος στοχαστικῶς καὶ ἀξιοπίστως αὐτοὺς ἄντικρυς, ἵνα καὶ ἐλεγκτικὸν (98) εἶναι δοκῇ· ὀλίγοι δ' ἦσαν οὗτοι τῶν Φρυγῶν ἐξηπατημένοι· τὴν δὲ καθόλου καὶ πᾶσαν τὴν C ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησίαν βλασφημεῖν διδάσκοντος τοῦ ἀπηυθαδισμένου πνεύματος, ὅτι μήτε τιμὴν μήτε πάροδον εἰς αὐτὴν τὸ ψευδοπροφητικὸν ἐλάμβανε πνεῦμα. Τῶν γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν πιστῶν πολλάκις καὶ πολλαχῇ τῆς Ἀσίας εἰς τοῦτο συνελθόντων (99), καὶ τοὺς προσφάτους λόγους ἐξετασάντων καὶ βεβήλους ἀποφηνάντων καὶ ἀποδοκιμασάντων τὴν αἵρεσιν, οὕτω δὴ τῆς τε Ἐκκλησίας ἐξεώσθησαν, καὶ τῆς κοινωνίας εἴρχθησαν. » Ταῦτα ἐν πρώτοις ἱστορήσας, καὶ δι' ὅλου τοῦ συγγράμματος τὸν ἔλεγχον τῆς κατ' αὐτοὺς πλάνης ἐπαγαγών, ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς τελευτῆς τῶν προδεδηλωμένων ταῦτά φησιν· « Ἐπει-

(95) *Κατὰ τῶν παρηκόων.* Rufinus *indisciplinatos* vertit, Musculus *immorigeros*, non male. Intelliguntur enim ii qui præceptum Domini, quo præmoniti fuerant, ut a falsis prophetis caverent, negligebant: τῆς διαστολῆς τοῦ Κυρίου ἐπιλανθανόμενοι, ut supra loquitur hic innominatus scriptor. Pessime Christophorsonus.

(96) *Τὴν ἀποκεκοιμημένην.* Metaphora est a mulieribus, quæ, relicto mariti thoro, furtim ad mœchum transeunt. Nam κοιμᾶσθαι, seu dormire, de hujusmodi adulteriis dici solet, ut in libris sacris occurrit non semel. Quod cum non intelligeret Christophorsonus, *erroris somno consopitam* vertit.

(97) *Καὶ τοὺς μὲν χαίροντας.* Hæc periodus connectenda est cum illa sequenti τὴν δὲ καθόλου, etc. Sic enim sensus integer absolvitur; quod interpretes non animadverterunt. Tamen acumen interpretis in hoc præcipue elucet, ut verborum ac sensus ἀκολουθίαν diligentissime consectetur. Porro hic locus in codd. Maz., Med., Fuk. et Savil. ita legitur, καὶ τοὺς μὲν χαίροντας καὶ χαυνουμένους ὑπ' αὐτῶν, etc.

(98) *Ἵνα καὶ ἐλεγκτικόν.* Sciebat Montanus, seu dæmon qui per Montani os loquebatur, olim a Domino prædictum fuisse, fore ut Spiritus Dei in adventu suo mundum argueret de peccato. Itaque D dæmon ille ut verum Dei Spiritum se esse auditoribus confirmaret, eos interdum arguebat et objurgabat. Vide Ambrosium in *Epist. ad Thessal.*, cap. 5. Cujus verba hic merentur ascribi: *Hinc est, unde et Joannis apostoli Epistola « Nolite, inquit, omni spiritui credere; sed probate spiritus si ex Deo sunt »: quia si multa bona dicat, in aliquo autem, quod fidei adversum est, promat, sciatur non esse Spiritus sanctus. Nihil enim erroris in Spiritu sancto poterit reperiri. Sed ut per exercitium eloquii quædam spiritalia, quædam vero carnalia, quia omnis error carni deputatur, aut certe commento quodam astutiæ bona fingit, ut his inserat mala, sicut supra memoravi, quemadmodum in Montano et Priscilla et Maximilla prophetis Cataphrygarum spiritus mundi imitatione boni simulabat, ut per multa verisimilia, necnon et vera, mentiretur se esse Spiritum sanctum.*

(99) *Εἰς τοῦτο συνελθόντων.* Christophorsonus legisse videtur εἰς ταὐτό.

Digitized by Google

ἂν τοίνυν καὶ προφητοφόντας ἡμᾶς ἀπεκάλουν, ὅτι μὴ τοὺς ἀμετροφώνους (1) αὐτῶν προφήτας ἐδεξάμεθα· τούτους γὰρ εἶναί φασιν, οὕσπερ ἐπηγγείλατο τῷ λαῷ πέμψειν ὁ Κύριος, ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν πρὸς θεοῦ, ἔστι τις, ὦ βέλτιστοι, τούτων τῶν ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ γυναικῶν λαλεῖν ἀρξαμένων, ὅστις ὑπὸ Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἢ ὑπὸ παρανόμων ἀπεκτάνθη ; οὐδείς· οὐδέ γέ τις αὐτῶν κρατηθεὶς ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος (2) ἀνεσταυρώθη ; οὐ γὰρ οὖν· οὐδὲ μὴν οὐδὲ ἐν συναγωγαῖς Ἰουδαίων τῶν γυναικῶν τις ἐμαστιγώθη ποτὲ, ἢ ἐλιθοβολήθη ; οὐδαμόσε οὐδαμῶς. Ἄλλῳ δὲ θανάτῳ τελευτῆσαι λέγονται Μοντανός τε καὶ Μαξίμιλλα. Τούτους γὰρ ὑπὸ πνεύματος βλαψίφρονος ἑκατέρους ὑποκινήσαντος, λόγος ἀναρτῆσαι ἑαυτοὺς, οὐχ ὁμοῦ, κατὰ δὲ τὸν τῆς ἑκάστου τελευτῆς καιρὸν φήμη πολλή· καὶ οὕτω δὲ τελευτῆσαι καὶ τὸν βίον καταστρέψαι, Ἰούδα προδότου δίκην. Καθάπερ καὶ τὸν θαυμαστὸν ἐκεῖνον τὸν πρῶτον τῆς κατ' αὐτοὺς λεγομένης προφητείας οἷον ἐπίτροπόν (3) τινα Θεόδοτον, πολὺς αἴρει λόγος (4), ὡς αἰρόμενόν ποτε καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανοὺς παρεκστῆναί (5) τε καὶ καταπιστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι, καὶ διασκευθέντα, κακῶς τελευτῆσαι. Φασὶ γοῦν τοῦτο οὕτως γεγονέναι. Ἀλλὰ μὴ ἄνευ (6) τοῦ ἰδεῖν ἡμᾶς, ἐπίστασθαί τι τῶν τοιούτων νομίζομεν, ὦ μακάριε. Ἴσως μὲν γὰρ οὕτως, ἴσως δὲ οὐχ οὕτως τετελευτήκασι Μοντανός τε καὶ Θεόδοτος καὶ ἡ προειρημένη γυνή. Αὖθις δ' ἐν τῷ αὐτῷ φησι λόγῳ, τοὺς τότε ἱεροὺς ἐπισκόπους πεπειρᾶσθαι μὲν τὸ ἐν τῇ Μαξιμίλλῃ πνεῦμα διελέγξαι, κεκωλύσθαι δὲ πρὸς ἑτέρων, συνεργούντων δηλαδὴ τῷ πνεύματι. Γράφει δὲ οὕτως· Καὶ μὴ λεγέτω ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανὸν (7) τὸ διὰ Μαξιμίλλης πνεῦμα, διώκο-

causa convenissent, novamque illam doctrinam examinassent, et profanam atque impiam judicassent, damnata hæresi isti ab Ecclesia et fidelium communione expulsi sunt. » His in principio operis commemoratis, ac per totum deinceps librum confutatione illorum erroris adjecta, supradictus scriptor in secundo libro de illorum quos dixi obitu ita scribit : « Quando igitur, inquit, prophetarum nos interfectores vocarunt, propterea quod loquaces ipsorum prophetas non admisimus (hos enim esse affirmant, quos Dominus populo se missurum esse promiserit), respondeant nobis, quæso, per Deum : estne aliquis eorum qui jam inde a Montano et mulierculis garrire primum cœperunt, qui a Judæis persecutionem passus sit, aut ab impiis trucidatus ? Nemo certe. Nec vero ullus eorum pro Christi nomine prehensus, in crucem actus est : sed neque ulla mulier in Judæorum synagogis aut flagris cæsa aut lapidibus impetita est. Nusquam profecto, nec unquam. Imo longe alio mortis genere interiisse dicuntur Montanus et Maximilla. Ambo enim, ut fama est, ab insano spiritu incitati, laqueo sibi gulam fregerunt : non quidem simul, sed suæ quisque mortis tempore : atque ita instar proditoris Judæ vitam finierunt. Sic etiam admirabilis ille Theodotus, qui primus prophetiæ illorum quasi procurator quidam fuit, plurimorum sermone perhibetur falso mentis excessu abreptus fuisse, perinde ac si levaretur aliquando et assumeretur in cœlum : cumque se totum fraudulentissimo spiritui permisisset, ab eo in altum jactatus miserabili exitu periisse. Et id quidem ita factum esse narrant. Sed quoniam ipsi non vidimus, nequaquam existimamus nos quid-

(1) Ἀμετροφώνους. Alludit ad epithetum illud, quo Homerus in *Iliade* Thersitem affecit, ἀμετροεπής, quod idem est ac *falsiloquus*. Nam qui mentiuntur, nullum in dicendo modum servare solent.

(2) Ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος. In Nicephoro legitur ὑπὲρ τοῦ νόμου, quod non probo ; subauditur enim τοῦ Χριστοῦ, ut Rufinus et Christophorsonus supplevit. Sic infra cap. 18 loquitur Apollonius, ubi de Alexandro.

(3) Οἷον ἐπίτροπον. Rufinus hæc verba non agnoscit. Sic enim vertit, *veluti primogenitum prophetiæ ipsorum, Theodotum nomine*. Omnes tamen codices et Nicephorus hanc vocem agnoscunt. Erat apud Montanistas arca quædam, in quam sodales stipem conjiciebant ad prophetarum alimoniam. Primus Theodotus hujus arcæ curam gessit, quem idcirco procuratorem prophetiæ hic scriptor vocat, quod reditus illorum et prædia procuraret. Erat alioqui Montanus cum suis prophetissis, magnus æruscator, qui pecuniam undique corraderet oblationum specie. Salaria etiam præbere solitus iis qui doctrinam suam prædicarent, ut scribit Apollonius apud Eusebium in capite sequenti. Arcam igitur seu fiscum habuerit necesse est, et procuratorem ærarii, qui salaria, id est pecunias numeraret iis quibus Montanus decreverat.

(4) Πολὺς αἴρει λόγος. In codice Medicæo, Maz. et Fuk. legitur ἐρεῖ. Apud Eusebium tamen in lib. VIII bis ita scribitur, ut hoc loco scriptum vides, πολὺς αἴρει λόγος, ubi αἴρει idem valet ac κρατεῖ.

(5) Παρεκστῆναι. Male interpretes omnes hunc locum cepere. Παρεκστῆναι est falso mentis excessu abripi. Sic παρέκστασις supra sumitur, id est falsa exstasis. Sunt enim veræ exstases in Ecclesia, cujusmodi fuit Petri apostoli, in *Actibus*, cap. X et XI, ubi Petrus vidisse dicitur in exstasi visionem. Talis item fuit exstasis Pauli apostoli, cum ad tertium usque cœlum abreptus est. Puerorum quoque exstases in testimonium adducuntur a Cypriano in Epistola nona. Sunt item falsæ exstases apud hæreticos, quæ παρεκστάσεις eleganter dicuntur ab hoc scriptore, eodem modo quo παραδιορθώσεις falsæ emendationes dicuntur a Porphyrio in *Quæstionibus Homericis*. Et hæ quidem falsæ exstases, propius ad furorem accedunt, utpote a dæmone procuratæ. Illæ vero quæ a divino Spiritu immittuntur, placidæ sunt, nec statum mentis ullo modo perturbant, ut docet Epiphanius in hæresi Cataphrygarum, et hic auctor innominatus. Quare fallitur Nicolaus Rigaltius, qui in notis suis ad epistolam nonam Cypriani, exstases *furorem* et *alienationem mentis* interpretatus est. Non ita Hieronymus, cujus hæc sunt verba ad Suniam et Fretelam : *Aliter enim Latinus sermo* ἔκστασιν *exprimere non potest nisi « mentis excessum. »*

(6) Ἀλλὰ μὴ ἄνευ. Sic in codd. Regio, Maz., Fuk., Sav. et Med. scriptum reperi, quam lectionem veriorem esse existimo quam ἀλλὰ μήν, eamque secutus est Musculus. At Christophorsonus ἄλλα μὴν tuetur, hæcque per interrogationem dici existimat.

(7) Ἐν τῷ αὐτῷ λόγῳ τῷ κατὰ Ἀστέριον Οὐρβανόν. Hæc verba scholion esse mihi videntur, quod vetus quidam scholiastes, seu Eusebius ipse, ad marginem libri sui adnotaverat ad ea verba quæ

Digitized by Google

quam eorum certo cognoscere. Nam forte hoc, forte etiam alio mortis genere Montanus ac Theodotus et mulier illa jam a nobis nominata occubuerunt. » Refert præterea in eodem libro **182** sanctissimos episcopos spiritum illum qui in Maximilla residebat, confutare conatos quidem fuisse; sed ab aliis qui spiritui favebant, prohibitos. Verba ejus hæc sunt : « Nec mihi jam dicat ille Maximillæ spiritus, prout in eodem Asterii Urbani libro relatum est : Arceor tanquam lupus ab ovibus. Non sum lupus, sed verbum, spiritus et potentia. Verum potentiam illam in spiritu evidenter ostendat et approbet, faterique et assentiri per spiritum cogat eos qui tunc aderant ut garrulum illum spiritum alloquerentur et examinarent, viros probos et episcopali dignitate præditos : Zoticum scilicet Comanensem, et Julianum Apamenum. Quibus Themison aliique os obturantes, mendacem illum et vulgi seductorem spiritum ab aliis coargui vetuerunt. » In eodem quoque libro postquam nonnulla ad falsam illam Maximillæ prophetiam convincendam interseruit, tum tempus ipsum quo hæc scripta sunt designat, tum mulieris illius vaticinia commemorat, quibus bella et tumultus imminere prædixerat. Quorum quidem vaticiniorum falsitatem convincit his verbis : « Nonne, inquit, etiam hoc mendacium omnibus manifestum apparuit? Etenim ab obitu Maximillæ usque in hunc diem plusquam tredecim anni jam elapsi sunt : nec tamen ullum aut particulare bellum aut universale in terris fuit. Imo Christianis, præcipua quadam Dei misericordia, pax stabilis et firma permansit. » Atque hæc in secundo leguntur libro. Ex tertio item volumine pauca proferre libet, ubi adversus eos qui jactabant plures illorum martyrio esse coronatos, hæc dicit : « Postquam vero in omnibus quæ supra posui convicti, nihil habent quod respondeant, ad martyres confugere conantur, asserentes multos se martyres habere, idque potentiæ prophetici illius qui apud ipsos est spiritus certissimum esse documentum. Sed hoc, meo quidem judicio, nihilo verius est. Nam et aliarum hæreseon sectatores plurimos se habere martyres prædicant : neque idcirco tamen eis assentiemur, nec veritatem penes illos esse fatebimur. Primi certe qui Marcionis hæresim sequuntur, vulgo Marcionitæ cognominati, quamplurimos habere se dicunt martyres Christi. Et tamen Christum ipsum revera minime confitentur. » Paucis deinde interpositis, **183** hæc subjungit : « Quamobrem, inquit, quotiescunque Ecclesiæ viri ad martyrium pro vera fide subeundum vocati, una cum quibusdam de Phrygum hæresi qui martyres dicuntur, casu quodam coierint, semper ab illis dissentiunt, et communionem eorum sollicite vitantes, gloriosum martyrii exitum consequuntur, quippe qui Montani et muliercularum spiritui assensum accommodare nefas ducant. Atque id verum esse constat ex iis quæ nostra ætate in urbe Apamea quæ ad Mæandrum sita est, gesta sunt a Caio et Alexandro martyribus, oriundis Eumenia. »

A μαι ὡς λύκος ἐκ προβάτων· οὐκ εἰμὶ λύκος· ῥῆμά εἰμι καὶ πνεῦμα καὶ δύναμις· ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ πνεύματι δύναμιν ἐναργῶς δειξάτω καὶ ἐλεγξάτω, καὶ ἐξομολογεῖσθαι διὰ τοῦ πνεύματος καταναγκασάτω τοὺς τότε παρόντας εἰς τὸ δοκιμάσαι καὶ διαλεχθῆναι τῷ πνεύματι λαλοῦντι, ἄνδρας δοκίμους καὶ ἐπισκόπους, Ζωτικὸν ἀπὸ Κομάνης κώμης, καὶ Ἰουλιανὸν ἀπὸ Ἀπαμείας. Ὧν οἱ περὶ Θεμίσωνα (8) τὰ στόματα φιμώσαντες, οὐκ εἴασαν τὸ ψευδὲς καὶ λαοπλάνον πνεῦμα ὑπ' αὐτῶν ἐλεγχθῆναι. Ἐν ταὐτῷ δὲ πάλιν ἕτερα μεταξὺ πρὸς ἔλεγχον τῶν τῆς Μαξιμίλλης ψευδοπροφητειῶν εἰπών, ὁμοῦ τόν τε χρόνον καθ' ὃν ταῦτ' ἔγραφε, σημαίνει, καὶ τῶν προῤῥήσεων αὐτῆς μέμνηται, δι' ὧν πολέμους ἔσεσθαι καὶ ἀκαταστασίας προεμαντεύσατο· ὧν καὶ τὴν ψευδολογίαν εὐθύνει ὧδε λέγων· « Καὶ πῶς οὐ καταφανὲς

B ἤδη γέγονε καὶ τοῦτο τὸ ψεῦδος; Πλείω γὰρ ἢ τρισκαίδεκα ἔτη εἰς ταύτην τὴν ἡμέραν, ἐξ οὗ τετελεύτηκεν ἡ γυνή· καὶ οὔτε μερικὸς, οὔτε καθολικὸς κόσμῳ γέγονε πόλεμος, ἀλλὰ καὶ Χριστιανοῖς μᾶλλον εἰρήνη διάμονος ἐξ ἐλέους Θεοῦ. » Καὶ ταῦτα δὲ ἐκ τοῦ δευτέρου συγγράμματος. Καὶ ἀπὸ τοῦ τρίτου δὲ σμικρὰς παραθήσομαι λέξεις, δι' ὧν πρὸς τοὺς αὐχοῦντας, ὡς ἄρα πλείους καὶ αὐτῶν μεμαρτυρηκότες εἶεν, ταῦτά φησιν· « Ὅταν τοίνυν ἐν πᾶσι τοῖς εἰρημένοις ἐλεγχθέντες ἀπορήσωσιν, ἐπὶ τοὺς μάρτυρας καταφεύγειν πειρῶνται, λέγοντες πολλοὺς ἔχειν μάρτυρας,

C καὶ τοῦτο εἶναι τεκμήριον πιστὸν τῆς δυνάμεως τοῦ παρ' αὐτοῖς λεγομένου προφητικοῦ πνεύματος. Τὸ δέ ἐστιν ἄρα ὡς ἔοικε παντὸς μᾶλλον οὐκ ἀληθές. Καὶ γὰρ τῶν ἄλλων αἱρέσεών τινες, πλείστους ὅσους ἔχουσι μάρτυρας, καὶ οὐ παρὰ τοῦτο δήπου συγκαταθησόμεθα, οὐδὲ ἀλήθειαν ἔχειν αὐτοὺς ὁμολογήσομεν. Καὶ πρῶτοί γε οἱ ἀπὸ τῆς Μαρκίωνος αἱρέσεως Μαρκιωνισταὶ καλούμενοι, πλείστους ὅσους ἔχειν Χριστοῦ μάρτυρας λέγουσιν· ἀλλὰ τόν γε Χριστὸν αὐτὸν μετὰ ἀλήθειαν οὐχ ὁμολογοῦσι. » Καὶ μετὰ βραχέα τούτοις ἐπιφέρει λέγων· « Ὅθεν τοι καὶ ἐπειδὰν οἱ ἐπὶ τὸ τῆς

D κατὰ ἀλήθειαν πίστεως μαρτύριον κληθέντες ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τύχωσι μετά τινων τῶν ἀπὸ τῆς τῶν Φρυγῶν αἱρέσεως λεγομένων μαρτύρων, διαφέρονταί τε πρὸς αὐτοὺς, καὶ μὴ κοινωνήσαντες αὐτοῖς τελειοῦνται, διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι συγκαταθέσθαι τῷ διὰ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν πνεύματι. Καὶ ὅτι τοῦτο ἀληθὲς, καὶ ἐπὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων ἐν Ἀπαμείᾳ τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ τυγχάνει γεγενημένον, ἐν τοῖς περὶ Γάϊον καὶ Ἀλέξανδρον ἀπὸ Εὐμενείας μαρτυρήσασι, πρόδηλον. »

paulo ante præcesserunt, αὖθις δὲ ἐν τῷ αὐτῷ φησι λόγῳ. Porro ex his verbis elicitur, Asterium Urbanum auctorem esse horum trium librorum *Adversus Cataphrygas*, non autem Apollinarem, ut credidit Rufinus et Christophorsonus.

(8) *Οἱ περὶ Θεμίσωνα.* Illustris hic fuit inter Montanistas, qui se confessorem et martyrem jactabat; aususque est epistolam catholicam exemplo apostoli scribere ad Ecclesias, ut novam prophetiam commendaret. De hoc multa Apollonius in sequenti capite.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ Μιλτιάδου καὶ ὧν συνέταξε λόγων (Nic. *H. E.* IV, 24).

Ἐν τούτῳ δὲ τῷ συγγράμματι καὶ Μιλτιάδου συγγραφέως μέμνηται (9), ὡς λόγον τινὰ καὶ αὐτοῦ κατὰ τῆς προειρημένης αἱρέσεως γεγραφότος. Παραθέμενος γοῦν αὐτῶν λέξεις τινάς, ἐπιφέρει λέγων· « Ταῦτα εὑρὼν ἔν τινι συγγράμματι αὐτῶν ἐνισταμένων τῷ Μιλτιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι (10), ἐν ᾧ ἀποδείκνυσι περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν, ἐπετεμόμην. » Ὑποκαταβὰς δὲ ἐν ταὐτῷ τοὺς κατὰ τὴν Καινὴν Διαθήκην προπεφητευκότας καταλέγει, ἐν οἷς καταριθμεῖ Ἀμμίαν τινὰ καὶ Κοδράτον, λέγων οὕτως· « Ἀλλ' ὅτε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει (11), ᾧ ἕπεται ἄδεια καὶ ἀφοβία, ἀρχόμενος μὲν ἐξ ἑκουσίου ἀμαθίας, καταστρέφων δὲ εἰς ἀκούσιον μανίαν ψυχῆς, ὡς προείρηται. Τοῦτον δὲ τὸν τρόπον, οὔτε τινὰ τῶν κατὰ τὴν Παλαιάν, οὔτε τῶν κατὰ τὴν Καινὴν πνευματοφορηθέντα προφήτην δεῖξαι δυνήσονται, οὔτε Ἄγαβον, οὔτε Ἰούδαν, οὔτε Σίλαν, οὔτε τὰς Φιλίππου θυγατέρας, οὔτε τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, οὔτε Κοδράτον, οὔτε τινὰς ἄλλους (12) μηδὲν αὐτοῖς προσήκοντας καυχήσονται. » Αὖθις δὲ μετὰ βραχέα, ταῦτά φησιν· « Εἰ γὰρ μετὰ Κοδράτου καὶ τὴν ἐν Φιλαδελφείᾳ Ἀμμίαν, ὥς φασιν, αἱ περὶ Μοντανὸν διεδέξαντο γυναῖκες τὸ προφητικὸν χάρισμα, τοὺς ἀπὸ Μοντανοῦ καὶ τῶν γυναικῶν τίνες παρ' αὐτοῖς διεδέξαντο, δειξάτωσαν· δεῖν γὰρ εἶναι τὸ προφητικὸν χάρισμα ἐν πάσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ μέχρι τῆς τελείας παρουσίας, ὁ Ἀπόστολος ἀξιοῖ· ἀλλ' οὐκ ἂν ἔχοιεν δεῖξαι τεσσαρεσκαιδέκατον ἤδη που τοῦτο ἔτος ἀπὸ τῆς Μαξιμίλλης τελευτῆς. » Οὗτος μὲν δὴ τοσαῦτα. Ὁ γέ τοι πρὸς αὐτοῦ

CAPUT XVII.

De Miltiade et illius scriptis.

A

» In eodem quoque libro Miltiadis cujusdam scriptoris mentionem facit, qui adversus supradictam hæresim librum conscripserit. Citatis enim quibusdam verbis illorum hæreticorum, ita deinde scribit : « Hæc ego cum reperissem in quodam libro ipsorum adversus Miltiadem fratrem nostrum, qui peculiari opere docuerat non decere prophetam in exstasi loqui, in compendium redegi. » Deinde aliquanto post in eodem libro universos Novi Testamenti prophetas enumerat, inter quos Ammiam quamdam et Quadratum recenset his verbis : « Pseudo-propheta autem, inquit, in falso mentis excessu, cujus comes est licentia et audacia, a spontanea quidem imperitia initium sumens, in amentiam autem, ut jam dixi, involuntariam desinens. Hujusmodi vero spiritu nullum unquam nec in Vetere nec in Novo Testamento prophetam afflatum poterunt demonstrare : non Agabum, non Judam, non Silam, nec Philippi filias, nec Ammiam Philadelphensem, nec Quadratum, nec plures quoque alios, qui nihil ad ipsos pertinent, prædicabunt. » Paucis deinde interjectis, sic loquitur : « Nam si quidem, ut prædicant, post Quadratum et Ammiam Philadelphensem mulieres illæ Montani in prophetiæ gratiam successerunt, ostendant nobis quinam inter ipsos Montano ac mulierculis successerint. Etenim prophetiæ donum in omni Ecclesia ad ultimum usque Domini adventum permanere debere auctor est Apostolus. Sed nullum prorsus poterunt ostendere, tametsi jam quartus decimus

B

C

(9) *Μιλτιάδου... μέμνηται.* Ex his patet error Hieronymi in lib. *De scriptoribus ecclesiasticis*, ubi hæc scribit : *Miltiades, cujus Rhodon in opere suo quod adversus Montanum, Priscillam, Maximillamque composuit, recordatur.* Non Rhodonem, sed innominatum hunc scriptorem debuit dicere. Nam Rhodon adversus Montanum et Cataphrygas non scripsit, sed adversus Marcionis hæresim, ut testatur Eusebius.

(10) Vulg. *τῷ Ἀλκιβιάδου τοῦ ἀδελφοῦ συγγράμματι.* Nescio quo fato *Alcibiadis* nomen pro *Miltiade*, et *Miltiadis* pro *Alcibiade* substitutum est. Nam superiore quidem capite Miltiadis vocabulum pro Alcibiade positum esse observavimus. Hic contra, Alcibiades pro Miltiades irrepsit. Certe apud Nicephorum Μιλτιάδου legitur, quanquam nec Nicephorus, nec Christophorsonus hunc locum intellexit.

D

(11) *Ἀλλ' ὅτε ψευδοπροφήτης ἐν παρεκστάσει.* Male Rufinus et Baronius hæc verba ex Miltiadis libro desumpta esse existimarunt. Neque enim hic innominatus auctor quidquam citat ex Miltiadis libro, sed tantum ex responsione Cataphrygarum adversus Miltiadis librum ; quod non animadverterunt interpretes. Est autem hic hujus loci sensus, magnum esse discrimen inter veros prophetas et falsos. Veri enim prophetæ, qui Spiritu Dei repleti erant, quieto ac tranquillo animo prædicebant futura. Pseudoprophetæ vero, qualis erat Montanus, cum furore et insania loquebantur. Certe Catholici hoc præcipue objiciebant Montanistis, qui se prophetico spiritu plenos esse jactabant, quod in exstasi prophetarent, cum tamen nec in Novo nec in Veteri Testamento prophetas in exstasi unquam prophetasse legamus. Itaque Miltiades librum adversus eos scripsit hoc titulo : *Περὶ τοῦ μὴ δεῖν προφήτην ἐν ἐκστάσει λαλεῖν.* Et Epiphanius *Adversus hæresim Montanistarum*, c. 2 : Ὅσα γὰρ οἱ προφῆται εἰρήκασι, μετὰ συνέσεως παρακολουθοῦντες ἐφθέγγοντο· et c. 4 ac sequentibus, hanc veræ ac spiritualis prophetiæ certissimam notam esse dicit, ut mentis suæ compotes sint, qui futura prædicunt. Similiter Joannes Chrysostomus homilia 29 *in Epistola I ad Corinthios*, ubi discrimen affert inter divinationem et prophetiam. Hoc enim, inquit, proprium est vatis seu divinatoris, emotæ esse mentis ; pelli ; trahi ; raptari tanquam furentem. Propheta vero non ita : sed mente sobria, et cum modesta ac temperata animi constitutione ; et quæ loquitur, intelligens dicit omnia. His adde Hieronymum in *Præfatione Commentariorum in Nahum : Non enim loquitur in ἐκστάσει, ut Montanus et Prisca Maximillaque delirant : sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis universa quæ loquitur.* Porro notandum est hunc anonymum scriptorem nunquam exstases appellare vanos illos mentis excessus Montanistarum, sed semper parexstases, ob eam rationem quam supra dixi. Quippe exstases fere in bonam partem sumuntur a Cypriano et Tertulliano ; et viris sanctis immissæ leguntur a Deo, ut Adamo et Petro apostolo. At parexstasis semper in malam partem accipitur.

(12) *Οὔτε ἤδη τινὰς ἄλλους.* In codd. Med., Maz. et Fuk. et apud Nicephorum legitur οὔτε τινάς, etc.

Digitized by Google

hic agatur **184** annus ab obitu Maximillæ. » Hæc ille. Miltiades vero, cujus mentionem fecit, alia quoque sui in divinis Scripturis studii monumenta nobis reliquit : tum in libris quos adversus gentes, tum in iis quos adversus Judæos composuit; utrumque argumentum binis voluminibus exsecutus. Præterea *Apologeticum* pro Christiana, quam ipse profitebatur, philosophia, ad hujus sæculi principes conscripsit.

A δεδηλωμένος Μιλτιάδης, καὶ ἄλλας ἡμῖν τῆς ἰδίας περὶ τὰ θεῖα λόγια σπουδῆς μνήμας καταλέλοιπεν, ἔν τε οἷς πρὸς Ἕλληνας συνέταξε λόγοις, καὶ τοῖς πρὸς Ἰουδαίους, ἑκατέρᾳ ἰδίως ὑποθέσει ἐν δυσὶν ὑπαντήσας συγγράμμασιν, ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς κοσμικοὺς ἄρχοντας (13), ὑπὲρ ἧς μετῄει φιλοσοφίας, πεποίηται ἀπολογίαν.

CAPUT XVIII.

Quemadmodum Apollonius Cataphrygas confutaverit, et quorum mentionem fecerit.

Sed et Apollonius, ecclesiasticus scriptor, supradictam Cataphrygarum hæresim adhuc sua ætate vigentem refutare aggressus, peculiare adversus eos volumen condidit, tum falsas prophetias quæ B ab illis circumferuntur verbatim expendens, tum vitam moresque eorum qui hæresis illius auctores fuerunt, discutiens. Ac de Montano quidem audi si placet quæ dicat : « Sed quisnam est novus ille doctor ? Opera ejus et doctrina satis aperte produnt. Hic est qui nuptiarum discidia docuit, qui jejuniorum leges imposuit ; qui Pepuzam et Tymium, Phrygiæ oppidula, Jerusalem nominavit, ut cunctos undique homines eo convocaret; qui pecuniarum exactores constituit; qui sordidam munerum captationem oblationum nomine callide obvelavit ; qui doctrinam suam prædicantibus salaria præbet, ut per fœdam ventris ingluviem doctrina ejus convalescat. » Hæc ille de Montano. De Montani vero prophetissis aliquanto post loquitur in C hunc modum : Ostendimus igitur, inquit, has principes prophetissas simul ac spiritu impletæ sunt, viros suos dimisisse. « Quantopere ergo mentiebantur qui Priscam virginem vocabant? » Deinde subjungit hæc verba : « Non tibi videtur Scriptura

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὅσα καὶ Ἀπολλώνιος τοὺς κατὰ Φρύγας ἀπήλεγξε, καὶ τίνων ἐμνημόνευσεν (Nic. *H. E.* IV, 25).

Τῆς δὲ κατὰ Φρύγας καλουμένης αἱρέσεως, καὶ Ἀπολλώνιος, ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεύς, ἀκμαζούσης εἰσέτι τότε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἔλεγχον ἐνστησάμενος, ἴδιον κατ' αὐτῶν πεποίηται σύγγραμμα, τὰς μὲν φερομένας αὐτῶν προφητείας ψευδεῖς οὔσας κατὰ λέξιν εὐθύνων, τὸν δὲ βίον τῶν τῆς αἱρέσεως ἀρχηγῶν, ὁποῖός τις γέγονε, διελέγχων. Αὐτοῖς δὲ ῥήμασι περὶ τοῦ Μοντανοῦ ταῦτα λέγοντος ἄκουε· « Ἀλλὰ τίς ἐστιν οὗτος ὁ πρόσφατος διδάσκαλος, τὰ ἔργα αὐτοῦ καὶ ἡ διδασκαλία δείκνυσιν. Οὗτός ἐσμεν ὁ διδάξας λύσεις γάμων, ὁ νηστείας νομοθετήσας; (14), ὁ Πέπουζαν καὶ Τύμιον Ἱερουσαλὴμ ὀνομάσας (πόλεις δέ εἰσιν αὗται μικραὶ τῆς Φρυγίας), τοὺς πανταχόθεν ἐκεῖ συναγαγεῖν ἐθέλων, ὁ πρακτῆρας χρημάτων καταστήσας, ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν τὴν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος, ὁ σαλάρια χορηγῶν τοῖς κηρύττουσιν αὐτοῦ τὸν λόγον, ἵνα διὰ τῆς γαστριμαργίας ἡ διδασκαλία τοῦ λόγου κρατύνηται. » Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Μοντανοῦ· καὶ περὶ τῶν προφητίδων δὲ αὐτοῦ ὑποκαταβὰς οὕτω γράφει· « Δείκνυμεν οὖν αὐτὰς πρώτας τὰς προφήτιδας ταύτας, ἀφ' οὗ τοῦ πνεύματος ἐπληρώθησαν, τοὺς ἄνδρας καταλιπούσας. Πῶς οὖν ἐψεύδοντο Πρίσκιλλαν παρθένον (15) ἀποκαλοῦντες; » Εἶτ' ἐπιφέρει λέγων· « Δοκεῖ

(13) *Κοσμικοὺς ἄρχοντας*. Hieronymus et Rufinus, eosque secuti cæteri interpretes, hæc de imperatoribus Romanis dici existimarunt, quibus Miltiades *Apologeticum* suum nuncupasset. Ego vero cum eo tempore non plures ; sed unus fuerit imperator Romanus, Commodus videlicet, rectores provinciarum malim intelligere. Nam vox ἄρχοντες fere semper præsides provinciarum significat. His igitur *Apologeticum* suum dicavit Miltiades, sicut D Tertullianus postea fecit. Nam *Apologeticus* quidem ejus ad omnes generaliter provinciarum præsides directus est. Specialiter vero ad Scapulam, proconsulem Africæ, librum pro Christianis idem Tertullianus misit. Pene omiseram hunc Miltiadem Ecclesiarum sophistam vocari a Tertulliano, id est rhetorem.

(14) *Ὁ νηστείας νομοθετήσας*. Tres quotannis quadragesimas, ac præterea duas Xerophagiarum hebdomadas Montanus instituerat. Ac de Xerophagiis quidem testatur Tertullianus in libro *De jejuniis*. De tribus vero quadragesimis testis est Hieronymus, tum in epistola ad Marcellam, tum in *Commentariis* ad caput I *Aggæi*, ita scribens : *Et omnem laborem manuum, accipiamus jejunia eorum et observationes varias, et* χαμευνίας, *id est, humidormitiones : qui tribus quadragesimis per annum jejunantes, et* ξηροφαγίαις *humiliantes animam suam, et vel maxime de Tatiani radice crescentes, super hujusmodi laboribus audiunt : Tanta passi estis sine causa*. Cæterum notandum est hoc loco Apollonium tanquam gravissimum facinus objicere Montano, quod jejunia sub lege, ac sub præcepti forma constituisset : non quod jejunare crimen sit, aut quasi quibusdam in Ecclesia non liceat, semperque licuerit indicere jejunia. Nam et Joannes apostolus triduanum Ephesiis jejunium indixit priusquam ad scribendum Evangelium se conferret. Verum Montano id facere nullatenus licebat, homini hæretico, et ab Ecclesiæ corpore segregato, nec ullum sacerdotium gerenti. Merito igitur eum reprehendit Apollonius; quod ex arbitrio suo, non ex apostolica traditione constituisset jejunia. Nam Catholicorum quidem jejunia ex apostolorum traditione manant; de solemnibus ac publicis jejuniis loquor, quæ certis diebus in Ecclesia quotannis observabantur. Hæreticorum autem jejunia ex inani præsumptione, et sanctitatis simulatione procedunt. Cujusmodi fuere jejunia quæ Montanus sectatoribus suis tanquam Paracletus indixit.

(15) *Πρίσκιλλαν Παρθένον*. In codice Maz., Med. et Fuk. et apud Nicephorum legitur Πρίσκαν, quam scripturam confirmat etiam Rufinus. Sed et Tertullianus et Firmilianus aliique *Priscam* nominant.

Digitized by Google

σα (16) πᾶσα Γραφὴ κωλύειν προφήτην λαμβάνειν ὧρα καὶ χρήματα; Ὅταν οὖν ἴδω τὴν προφῆτιν εἰληφυῖαν καὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πολυτελεῖς ἐσθῆτας, πῶς αὐτὴν μὴ παραιτήσομαι; » Αὖθις δὲ ὑποκαταβάς, περί τινος τῶν κατ' αὐτοὺς ὁμολογητῶν ταῦτά φησιν· « Ἔτι δὲ καὶ Θεμίσων ὁ τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν (17) ἠμφιεσμένος, ὁ μὴ βαστάσας τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον (18), ἀλλὰ πλήθει χρημάτων ἀποθέμενος τὰ δεσμά, δέον ἐπὶ τούτῳ ταπεινοφρονεῖν, ὡς μάρτυς καυχώμενος, ἐτόλμησε μιμούμενος τὸν Ἀπόστολον, καθολικήν τινα συνταξάμενος ἐπιστολήν, κατηχεῖν μὲν τοὺς ἀμεινον αὐτοῦ πεπιστευκότας, συναγωνίζεσθαι δὲ τοῖς τῆς κενοφωνίας λόγοις, βλασφημῆσαι δὲ εἰς τὸν Κύριον καὶ τοὺς ἀποστόλους, καὶ τὴν ἁγίαν Ἐκκλησίαν. » Καὶ περὶ ἑτέρων δὲ αὖθις τῶν κατ' αὐτοὺς τετιμημένων ὡς δὴ μαρτύρων, οὕτω γράφει· « Ἵνα δὲ μὴ περὶ πλειόνων λέγωμεν, ἡ προφῆτις ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεστιᾶται, ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοὶ (19), οὗ τὰς λῃστείας καὶ τὰ ἄλλα τολμήματα ἐφ' οἷς κεκόλασται, οὐχ ἡμᾶς δεῖ λέγειν, ἀλλὰ ὁ ὀπισθόδομος (20) ἔχει. Τίς οὖν τίνι χαρίζεται τὰ ἁμαρτήματα; πότερον ὁ προφήτης τὰς λῃστείας τῷ μάρτυρι, ἢ ὁ μάρτυς τῷ προφήτῃ τὰς πλεονεξίας; εἰρηκότος γὰρ τοῦ Κυρίου, Μὴ κτήσησθε χρυσὸν, μήτε ἄργυρον, μήτε δύο χιτῶνας, οὗτοι πᾶν τοὐναντίον, πεπλημμελήκασι περὶ τὰς τούτων τῶν ἀπηγορευμένων κτήσεις. Δείξομεν γὰρ τοὺς λεγομένους παρ' αὐτοῖς προφήτας καὶ μάρτυρας, μὴ μόνον παρὰ πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παρὰ πτωχῶν καὶ ὀρφανῶν καὶ χηρῶν κερματιζομένους. Καὶ εἰ πεποίθησιν ἔχουσιν ἐν τούτῳ, στήτωσαν καὶ διορισάσθωσαν ἐπὶ τούτοις (21), ἵνα ἐὰν ἐλεγχθῶσι, κἂν τοῦ λοιποῦ παύσωνται πλημμελοῦντες· δεῖ γὰρ τοὺς καρποὺς δοκιμάζεσθαι τοῦ προφήτου· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκεται. Ἵνα δὲ τοῖς βουλομένοις τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον ᾖ γνώριμα, κέκριται ὑπὸ Αἰμιλίου Φροντίνου ἀνθυπάτου ἐν Ἐφέσῳ, οὐ διὰ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ δι' ἃς ἐτόλμησε λῃστείας, ὧν ἤδη παραδάτης (22)· εἶτα ἐπιψευσάμενος τῷ ὀνό-

A universa prohibere, ne propheta munera et pecunias accipiat? Cum igitur videam prophetissam aurum et argentum vestesque pretiosas accepisse, quomodo eam non repudiabo?» Et paulo post de quodam ex eorum numero qui confessores apud ipsos habentur, hæc dicit: « Præterea Themison speciosa avaritia **185** obvelatus, qui confessionis signum non pertulit, sed magna pecuniæ vi erogata vincula abjecit: cum ob eam causam modestius deinceps ac submissius agere deberet, tanquam martyr sese efferens, ausus est exemplo Apostoli conscripta epistola catholica eos quidem, qui fideliores ipso exstiterant, instituere, novæ autem doctrinæ patrocinari, ac postremo in Dominum, in apostolos, et in sacrosanctam Ecclesiam impie
B loqui.» Rursus de alio quodam ex numero eorum quos illi tanquam martyres venerantur, ita scribit: « Sed ne de pluribus loquamur, respondeat nobis prophetissa de Alexandro qui se martyrem prædicat: quocum ipsa convivatur; qui adoratur etiam ipse a multis. Cujus latrocinia et reliqua facinora pro quibus pœnas dedit, nihil opus est nos dicere, præsertim cum in tabulario contineantur. Uter igitur illorum alteri peccata condonat? An prophetes martyri latrocinia! an martyr prophetæ avaritiam? Cum enim Dominus præceperit: Nolite possidere aurum neque argentum, neque duas tunicas; isti contra in rerum vetitarum possessione graviter deliquerunt. Qui enim ab ipsis prophetæ et martyres
C dicuntur, eos non solum a divitibus, sed etiam a mendicis, pupillis et viduis pecunias corrogare demonstrabimus. Quod si hac in parte confidunt innocentiæ suæ, sistant se, et de his nobiscum disceptent, ut siquidem convicti fuerint, saltem in posterum delinquere desinant. Actus enim prophetæ tanquam fructus examinandi sunt: ex fructibus quippe arbor cognoscitur. Quod vero ad Alexandrum pertinet, ut veritas omnibus nosse cupientibus innotescat, judicatus est Ephesi ab Æmilio Frontino, Asiæ proconsule, non ob nomen Christi,

(16) *Δοκεῖ σοι.* Nicephorus in lib. IV, cap. 26, negativam addit particulam, οὐ δοκεῖ σοι, etc.; atque ita Savilius ad marginem sui libri emendavit.

(17) *Τὴν ἀξιόπιστον πλεονεξίαν.* Musculus vertit *indubitata avaritia circumdatus.* Christophorsonus vero *totus revera avaritiæ sordibus involutus.* Langus autem interpretatus est, *inexplebilis avaritiæ sordibus obvolutus*, quasi ἄπληστον πλεονεξίαν legeretur. Ego vero non dubito quin hic locus ita intelligendus sit ut verti, quod satis declarat vox ἠμφιεσμένος, qua *velamentum* et *simulatio* designatur. Etenim Montanistæ illi avaritiam suam religionis prætextu et specioso oblationum vocabulo obvelabant, ut supra dixit Apollonius: Ὁ ἐπ' ὀνόματι προσφορῶν δωροληψίαν ἐπιτεχνώμενος.

(18) *Τῆς ὁμολογίας τὸ σημεῖον.* Christophorsonus quidem crucem intelligi putavit, eo quod in Evangelio crux portari frequenter dicitur. Sed procul dubio vincula ipsa intelligit Apollonius, quæ Themison pro Christo portare nequiverat. Quod enim confessionis signum hic vocat Apollonius, sequente linea nominat τὰ δεσμά.

(19) *ὯΙ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί.* Scribendum videtur καὶ αὐτῶν, id est Montanistarum.

(20) *Ὀπισθόδομος.* Athenis dicebatur ὀπισθόδομος ædes quædam post templum Minervæ Poliadis, in qua pecuniæ publicæ recondebantur, ut ex Demosthene docet Harpocration. Sed et in omnibus
D templis erat ὀπισθόδομος. Varro in lib. IV *De lingua Latina: Ideo in ædibus sacris ante cellam, ubi sedes dei est, Græci dicunt πρόδομον, quod post*, ὀπισθόδομον. Eadem habet Pollux in lib. I. Hic vero ὀπισθόδομος pro *tabulario* sumitur seu pro loco in quo tabulæ publicæ asservabantur, non pro ærario, ut sumitur apud Athenienses. Infra δημόσιον ἀρχεῖον vocat Apollonius.

(21) *Διορισάσθωσαν ἐπὶ τούτοις.* Musculus vertit, *et super ea nobiscum disceptent, ea lege ut*, etc.

(22) *Ὃν ἤδη παραβάτης.* Hunc locum optime Rufinus exposuit hoc modo: *Judicatus est apud Æmilium Frontinum proconsulem Ephesi, non propter nomen Christi, sed propter quædam latrocinia. Nam a Christi nomine jam apostata exstiterat. Sed posthæc ut fideles quidam fratres, qui per illud tempus apud judicem aliquid poterant, pro ipso intercederent, simulavit se propter nomen Domini laborare, et per hoc dimittitur.* At Christophorsoni versio,

Digitized by Google

sed ob ea quæ perpetraverat latrocinia, cum jam desertor fidei esset. Deinde vero, ementitus nomen Christi, dimissus est, cum urbis illius fideles fefellisset. Ecclesia vero ejus loci unde erat oriundus, ipsum non recepit, eo quod latrocinia exerceret. Si qui vero totum illius negotium scire desiderant, præsto est publicum Asiæ tabularium. Et tamen propheta illum ignorare se fingit, quocum plures annos simul vixit. Hunc nos convincendo, per ipsum etiam prophetæ convincimus falsitatem. Idem in aliis compluribus possumus ostendere. Quod **186** si fiduciam sui habent, subeant examen. » Rursus in alio ejusdem operis loco, de prophetis quos tantopere jactant, hæc subjungit : « Si negant prophetas suos munera accepisse, hoc igitur fateantur, non esse illos prophetas, si munera accepisse convicti sint. Ac tum demum sexcenta ejus rei documenta ac testimonia proferemus. Necesse porro est ut omnes prophetæ fructus atque actus probentur. Dic mihi, tingitne capillos propheta? an stibio oculos linit? an studet ornari? Prophetane tabula ludit et tesseris? an pecuniam locat fenori? ingenue fateantur ac respondeant utrum hæc agere liceat, an secus. Ego vero hæc apud ipsos acta esse convincam. » Cæterum hic ipse Apollonius in eodem libro testatur, tunc cum hæc scriberet, annum quadragesimum fuisse ex quo Montanus adulterinam illam prophetiam commentus fuerat. Addit præterea Zoticum illum, cujus a priore scriptore facta est mentio, cum jam Maximilla Pepuzis se prophetare simularet, supervenientem dæmonium quo illa agitabatur, coarguere instituisse : verum ab aliis qui idem cum illa sentiebant, esse cohibitum. Meminit etiam cujusdam Thraseæ qui circa hæc tempora martyr fuit. Ad hæc tanquam ex veterum traditione hæc refert, Dominum apostolis suis præcepisse, ne intra duodecim annos Hierosolymis excederent. Utitur quoque testimoniis ex Joannis Re-

ματι τοῦ Κυρίου, ἀπολελυται πλανήσας τοὺς ἐκεῖ πιστούς. Καὶ ἡ ἰδία παροικία αὐτὸν, ὅθεν ἦν, οὐκ ἐδέξατο, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν λῃστήν· καὶ οἱ θέλοντες μαθεῖν τὰ κατ' αὐτὸν, ἔχουσι τὸ τῆς Ἀσίας δημόσιον ἀρχεῖον· ὃν ὁ προφήτης συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν, ἀγνοεῖ. Τοῦτον ἐλέγχοντες ἡμεῖς, δι' αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπόστασιν ἐξελέγχομεν τοῦ προφήτου. Τὸ ὅμοιον ἐπὶ πολλῶν δυνάμεθα ἀποδεῖξαι. Καὶ εἰ θαῤῥοῦσιν, ὑπομεινάτωσαν τὸν ἔλεγχον. » Πάλιν τε αὖ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοῦ συγγράμματος, περὶ ὧν αὐχοῦσι προφητῶν, ἐπιλέγει ταῦτα· « Ἐὰν ἀρνῶνται δῶρα τοὺς προφήτας αὐτῶν εἰληφέναι, τοῦτο ὁμολογησάτωσαν, ὅτι ἐὰν ἐλεγχθῶσιν εἰληφότες, οὐκ εἰσὶ προφῆται. Καὶ μυρίας ἀποδείξεις τούτων παραστήσομεν. Ἀναγκαῖον δέ ἐστι πάντας καρποὺς δοκιμάζεσθαι προφήτου. Προφήτης, εἰπέ μοι, βάπτεται (23); προφήτης στιβίζεται; προφήτης φιλοκοσμεῖ; προφήτης τάβλαις καὶ κύβοις παίζει; προφήτης δανείζει; Ταῦτα ὁμολογησάτωσαν πότερον ἔξεστιν ἢ μὴ, ἐγὼ δὲ ὅτι γέγονε παρ' αὐτοῖς, δείξω. » Ὁ δ' αὐτὸς οὗτος Ἀπολλώνιος κατὰ τὸ αὐτὸ σύγγραμμα ἱστορεῖ, ὡς ἄρα τεσσαρακοστὸν ἐτύγχανεν ἔτος (24) ἐπὶ τὴν τοῦ συγγράμματος αὐτοῦ γραφὴν, ἐξ οὗ τῇ προσποιήτῳ αὐτοῦ προφητείᾳ ὁ Μοντανὸς ἐπικεχείρηκε. Καὶ πάλιν φησὶν, ὡς ἄρα Ζωτικὸς οὗ καὶ ὁ πρότερος συγγραφεὺς ἐμνημόνευσεν, ἐν Πεπούζοις προφητεύειν ἤδη προσποιουμένης (25) τῆς Μαξιμίλλης ἐπιστὰς, διελέγξαι τὸ ἐνεργοῦν ἐν αὐτῇ πνεῦμα πεπείρατα, ἐκωλύθη γε μὴν ὑπὸ τῶν τὰ ἐκείνης φρονούντων. Καὶ Θρασέα δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει. Ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν Σωτῆρά φησι προστεταχέναι τοῖς αὐτοῦ ἀποστόλοις, ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ. Κέχρηται δὲ καὶ μαρτυρίαις ἀπὸ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως· καὶ νεκρὸν δὲ δυνάμει θείᾳ πρὸς αὐτοῦ Ἰωάννου ἐν τῇ Ἐφέσῳ ἐγηγέρθαι ἱστορεῖ. Καὶ ἄλλα τινά φησι, δι' ὧν ἱκανῶς τῆς προειρημένης αἱρέσεως πληρέστατα διηύθυνε τὴν πλάνην. Ταῦτα καὶ ὁ Ἀπολλώνιος.

primum in eo peccat, quod παραβάτην *maleficum* vertit; deinde in eo quod ἐκρίθη vertit *condemnatus est*.

(23) *Βάπτεται*. Hieronymus in *Catalogo* hunc locum ita vertit : *Dic mihi, crinem fucat propheta? stibio oculos linit? Propheta vestibus et gemmis ornatur? Propheta tabula ludit et tesseris? Propheta fenus accipit?* Longe profecto elegantius quam Rufinus. Græci βάπτειν τὴν τρίχα dicunt, quod Latini *crines tingere* seu *rutilare*. Id enim præcipue studebant matronæ, ut rutilum haberent crinem. Quam in rem cinere lixivio utebantur, ut docet Varro. Sammonicus Serenus de capillo tingendo ita præcipit :

Ad rutilam speciem nigros flavescere crines
Unguento cineris, prædixit Tullius auctor.

Vide Hesychium in *Ξανθίζειν*.

(24) *Τεσσαρακοστὸν ἐτύγχανεν ἔτος*, etc. Jam videor mihi deprehendisse quam ob causam Eusebius Apollonium hunc post anonymum illum scriptorem de quo in superiori capite actum est, collocaverit. Cum enim anonymus ille testetur, se quatuordecim annis post Montani et Maximillæ obitum libros suos scripsisse; hic autem Apollonius affirmet, quadraginta annis, antequam scriberet, Montanum prophetiam suam invexisse : putavit Eusebius Apollonium anonymo illo scriptore recentiorem esse. In quo tamen, meo quidem judicio, longe falsus est; etenim Apollonius, Montano adhuc superstite cum insanis suis vatibus Priscilla et Maximilla, librum suum composuit, ut ex his fragmentis quæ profert Eusebius elicitur, idque non uno loco; ut cum dixit: Ἡ προφῆτις ἡμῖν εἰπάτω τὰ κατὰ Ἀλέξανδρον, τὸν λέγοντα ἑαυτὸν μάρτυρα, ᾧ συνεστιᾶται, ᾧ προσκυνοῦσι καὶ αὐτῷ πολλοί. Et paulo post de eodem Alexandro loquens ait : Ὃν ὁ προφήτης συνόντα πολλοῖς ἔτεσιν ἀγνοεῖ. Ex quibus verbis apparet et Alexandrum et Montanum ipsum ac Maximillam adhuc vixisse, cum hæc scriberet Apollonius. Neque vero ait Apollonius quadraginta annos effluxisse ab obitu Montani ad tempus quo ista scribebat. Sed id tantum dicit, quadraginta annis antequam ipse ad scribendum accederet, Montanum pseudoprophetiam suam invexisse. Ponamus igitur, Montanum anno ætatis tricesimo fabulam suam inchoasse. Cum Apollonius contra ejus sectam scriberet, vix Montanus septuagesimum annum excesserat. Maximillam autem et Priscillam non statim ab ipso sui erroris exordio Montanus comites habuit; sed eas diu postea prophetiæ suæ retibus implicuisse ac decepisse mihi videtur.

(25) *Προφητεύειν ἤδη προσποιουμένης*. In tribus codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum habetur προφητεύειν δὴ προσποιουμένης, levi discrimine.

Digitized by Google

velatione depromptis, mortuumque Ephesi ab eodem Joanne per divinam potentiam suscitatum esse narrat. Multa denique alia scribit, quibus perniciosissimum illum errorem abunde et luculentissime confutavit. Hæc Apollonius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Σαραπίωνος περὶ τῆς τῶν Φρυγῶν αἱρέσεως (Nic. *H. E.* IV, 27).

Τῶν δὲ Ἀπολιναρίου κατὰ τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως μνήμην πεποίηται Σαραπίων, ὃν ἐπὶ τῶν δηλουμένων χρόνων μετὰ Μαξιμῖνον, ἐπίσκοπον τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας, κατέχει λόγος γενέσθαι. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ ἐν ἰδίᾳ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Καρικὸν καὶ Ποντικὸν (26), ἐν ᾗ διευθύνων καὶ αὐτὸς τὴν αὐτὴν αἵρεσιν, ἐπιλέγει ταῦτα· « Ὅπως δὲ καὶ τοῦτο ἴδητε ὅτι τῆς ψευδοῦς ταύτης τάξεως τῆς ἐπιλεγομένης νέας προφητείας (27) ἐδδέλυκται ἡ ἐνέργεια παρὰ πάσῃ τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι (28), πέπομφα ὑμῖν καὶ Κλαυδίου Ἀπολιναρίου τοῦ μακαριωτάτου γενομένου ἐν Ἱεραπόλει τῆς Ἀσίας ἐπισκόπου γράμματα. » Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ τοῦ Σαραπίωνος ἐπιστολῇ, καὶ ὑποσημειώσεις φέρονται διαφόρων ἐπισκόπων, ὧν ὁ μέν τις ὧδέ πως ὑπεσημήνατο· Αὐρήλιος Κυρήνιος μάρτυς ἐρρῶσθαι ὑμᾶς εὔχομαι· ὁ δέ τις τοῦτον τὸν τρόπον· Αἴλιος Πούπλιος Ἰούλιος ἀπὸ Δεβελτοῦ κολωνίας τῆς Θρᾴκης (29) ἐπίσκοπος· ζῇ ὁ Θεὸς ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅτι Σωτᾶς ὁ μακάριος ὁ ἐν Ἀγχιάλῳ (30), ἠθέλησε τὸν δαίμονα τὸν Πρι-

CAPUT XIX.

Serapionis sententia de Cataphrygarum hæresi.

Apollinaris autem scriptorum adversus supradictam hæresim mentionem facit Serapio, qui circa hæc tempora Antiochenæ Ecclesiæ episcopus post Maximinum fuisse dicitur. Nam in epistola quam ad Caricum et Ponticum scripsit, eamdem refellens hæresim, Apollinarem nominat his verbis : « Atque ut sciatis, inquit, qualiter universa quæ in terris est fraternitas, operationem illam simulatæ factionis, quæ nova prophetia nominatur, aversata atque abominata est, **187** beatissimi patris Claudii Apollinaris, qui Hierapolitanæ urbis in Asia episcopus fuit, litteras ad vos misi. » In eadem Serapionis epistola leguntur subscriptiones variorum episcoporum. Quorum unus subscripsit in hunc modum : « Aurelius Cyrenius martyr opto vos bene valere. » Alter autem hoc modo : « Ælius Publius Julius Develti coloniæ Thraciæ episcopus. Testor Deum qui in cœlis est, quod beatus Sotas, qui est Anchiali, dæmonium Priscillæ ejicere voluit, sed hypocritæ nequaquam permiserunt. » Sed et aliorum complu-

(26) *Πρὸς Καρικὸν καὶ Ποντικόν*. Eusebius in libro VI, cap. 12, ubi Serapionis Antiocheni opera recenset, habet : Πρὸς Πόντιον καὶ Καρικὸν ἐκκλησιαστικοὺς ἄνδρας. Apud Hieronymum in *Catalogo* legitur, *ad Carinum et Pontium*. In codice Mediceo καρτερικός scribitur, mendose.

(27) *Ἐπιλεγομένης νέας προφητείας*. Tertullianus *De jejuniis*, initio : *Hi Paracleto controversiam faciunt : propter hoc novæ prophetiæ recusantur*. Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Gaio. Firmilianus quoque in epistola ad Cyprianum : *Illi qui Cataphrygæ appellantur, et novas prophetias usurpare conantur*. Et rursus in eadem epistola : *Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitant, qui etsi novos prophetas recipiunt*, etc. Vetus auctor qui adversus Cataphrygas scripsit, in proœmio ad Avircium Marcellum : Καὶ καταλαβὼν τὴν κατὰ Πόντον Ἐκκλησίαν ὑπὸ τῆς νέας ταύτης, οὐχ ὡς αὐτοί φασι προφητείας, etc.

(28) *Τῇ ἐν κόσμῳ ἀδελφότητι*. Sic codices Maz., Med., Fuk. ac Savilii scriptum habent, pro vulg. ἐν Χριστῷ· præterea voces illas quæ in editis sequuntur, τῇ ἁνὰ τὴν οἰκουμένην ὅλην, non agnoscunt ; quod confirmat Rufinus.

(29) *Ἀπὸ Δεβελτοῦ κολωνίας τῆς Θρᾴκης*. Sic supra innominatus auctor de Zotico episcopo dixit, ὁπὸ Κομάνης· et Polycrates in epistola ad Victorem papam, Θρασέας ἀπὸ Εὐμενείας. Multa hujusmodi ἐθνικά efferuntur cum præpositione, ut notavit Stephanus in libro *De urbibus*. Debeltum seu Develtum colonia in Thracia memoratur a geographis, et in nummis veteribus quos edidit Joannes Tristanus. Anchialus quoque, quæ postea nominatur, urbs est Thraciæ satis nota. Sed non sine causa mirari subit, cur in hac epistola Serapionis Antiocheni episcopi, subscriptiones episcoporum Thraciæ fuerint adjectæ. Equidem, si conjecturæ indulgere licet, existimo episcopos Thraciæ epistolam scripsisse ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ adversus prophetiam Montani, eodem plane modo quo presbyteri Viennensis ac Lugdunensis Ecclesiæ super eodem negotio ad illas scripserant, sententiam suam de nova illa prophetia exponentes, ut supra retulit Eusebius. Certe has subscriptiones ad calcem alicujus epistolæ adjectas fuisse docet vel hæc una Aurelii Cyrenii subscriptio : *Aurelius Cyrenius martyr, opto vos bene valere*. Porro ipsius Serapionis epistolæ episcopos illos subscripsisse, nequaquam verisimile est. Primo quia Eusebius id non dicit, sed tantum subscriptiones plurium episcoporum in illa Serapionis epistola contineri, sicut Apollinaris Hierapolitani epistola eidem Serapionis epistolæ subjecta fuerat. Hoc enim consulto fecerat Serapio, ut plurium episcoporum auctoritate Montani sectam convinceret. Præterea qua ratione fieri posset ut episcopi Thraciæ subscriberent litteris episcopi Antiocheni ? Credibilius itaque est id quod dixi, episcopos scilicet Thraciæ communi nomine scripsisse ad Ecclesias Asiæ et Phrygiæ. Quod autem Baronius hæc in concilio gesta esse censet in *Annalibus*, ad annum Christi 175, num. 19, ægre id illi concesserim. Neque enim subscriptiones illæ synodicas litteras sapiunt ; nec Eusebius ullum concilium vel in Asia ab Apollinare, vel in Græcia coactum esse scribit. Sed nec Tertulliani locus ex libro *De jejuniis* quidquam facit pro Baronio : *Aguntur præterea per Græcias illa certis in locis concilia ex universis Ecclesiis, per quæ et altiora quædam in commune tractantur, et ipsa repræsentatio totius nominis Christiani magna veneratione celebratur*. Hic enim Tertullianus non de conciliis Catholicorum loquitur, sed de conventibus Montanistarum, ut sequentia aperte demonstrant.

(30) *Ὁ ἐν Ἀγχιάλῳ*. Id est episcopus Anchiali, quod est oppidum in Thracia, ut dixi. At Christophorsonus hæc ita vertit, quasi Sotas in urbe Anchialo dæmonium Priscillæ ejicere voluerit, quod falsum est. Neque enim Priscilla Anchialum venit, sed Sotas episcopus fama novæ illius prophetiæ excitus, ex Thracia in Phrygiam navigaverat, ibique Priscillam, non divino Spiritu, sed a dæmone agitari cernens, eam exorcismis purgare tentaverat. Non solus autem Sotas, sed et plurimi alii episcopi in Phrygiam tunc temporis profecti sunt, ad prophetiam illam de propinquo examinandam, ut diserte testatur anonymus ille scriptor in c. 16.

Digitized by Google

rium episcoporum idem cum illis sentientium subscriptiones propriis ipsorum manibus appositæ, in illa quam dixi epistola leguntur. Et ea quidem quæ ad illos hæreticos pertinent, hujusmodi fuere.

CAPUT XX.

Quæ Irenæus adversus schismaticos Romæ agentes conscripserit.

Adversus autem illos qui sinceram Ecclesiæ legem adulterabant, Irenæus varias conscripsit epistolas. Alteram ad Blastum quam inscripsit *De schismate :* alteram ad Florinum *De Monarchia*, seu *Quod Deus non sit conditor malorum.* Eam enim opinionem hic defendere videbatur. Qui cum postea in errorem Valentini abreptus fuisset, iterum Irenæus ejus gratia librum *De octonario* composuit. In quo etiam libro primam se apostolorum successionem contigisse significat. Sed et in fine ejusdem libri adnotationem utilissimam reperimus, quæ huic historiæ nostræ inserenda mihi videtur. Sic autem habet : « Adjuro te, inquit, qui transcripseris hunc librum per Dominum nostrum Jesum Christum, et per gloriosum ejus adventum, in quo judicaturus est vivos et mortuos; ut conferas quod transcripseris, et diligenter emendes ad exemplar ex quo transcripsisti : utque adjurationem istam similiter exscribas, et codici tuo inseras. » Atque hæc utiliter tum ab illo dicta, tum a nobis commemorata sint, ut priscos illos ac sine controversia sanctissimos viros, tanquam pulcherrimum exemplum exactissimæ diligentiæ semper ante oculos habeamus. Porro in ea ad Florinum **188** epistola de qua jam prius dixi, idem Irenæus se cum Polycarpo familiariter esse versatum prodit his verbis: « Hæc vero dogmata, Florine, ut parcissime ac levissime dicam, non sunt sanæ doctrinæ. Hæc dogmata dissentiunt ab Ecclesia, et in maximam impudentis dogmatibus adhæsisse : et alterum quidem bonorum, alterum mali auctorem affirmasse.

(33) *Δι' ὃν αὖθις.* Transpositum est adverbium, ut ex versione nostra lector animadvertet. Amat autem hujusmodi verborum trajectiones Eusebius noster. Quod ab interpretibus minime observatum, hic semel monendum esse duxi.

(34) *Τὸ Περὶ ὀγδοάδος.* Hieronymus in Catalogo habet, Περὶ τῶν ὀγδοαστῶν *egregium* σύνταγμα. De ogdoadibus Valentini vide Irenæum et Epiphanium.

(35) *Σημείωσιν.* Hieronymus et Rufinus *subscriptionem* verterunt, quos secutus est Christophorsonius. Fateor quidem σημείωσιν interdum pro *subscriptione* sumi, ut in superiori capite vidimus. Hic tamen ita sumi non potest. Nam subscriptio nomen subscribentis debet exprimere. Quod cum hoc loco minime factum sit, nequaquam hæc subscriptio dici debet, sed potius *adnotatio*. Sic σημειώσεις dicebantur notæ illæ quæ ad marginem scriptorum codicum appingebantur, ut lector rem notatu dignam ibi contineri intelligeret. Quæ nota in plerisque adhuc Græcis exemplaribus reperitur compendiose expressa duabus tantum prioribus litteris, quæ significant σημείωσαι. Cæterum hoc Irenæi factum adeo placuit Eusebio, ut eamdem quoque observationem ipse in vestibulo *Chronici* sui apposuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅσα Εἰρηναῖος τοῖς ἐπὶ Ῥώμης σχισματικοῖς ἐγγράφως διελέχθη (Nic. *H. E.* IV, 30).

Ἐξ ἐναντίας δὲ τῶν ἐπὶ Ῥώμης (31) τὸν ὑγιῆ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸν παραχαραττόντων, Εἰρηναῖος διαφόρους ἐπιστολὰς συντάττει, τὴν μὲν ἐπιγράψας πρὸς Βλάστον περὶ σχίσματος, τὴν δὲ πρὸς Φλωρῖνον περὶ μοναρχίας (32) ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν. Ταύτης γάρ τοι τῆς γνώμης οὗτος ἐδόκει προασπίζειν· δι' ὃν αὖθις (33) ὑποσυρόμενον τῇ κατὰ Οὐαλεντῖνον πλάνῃ, καὶ τὸ περὶ ὀγδοάδος (34) συντάττεται τῷ Εἰρηναίῳ σπουδασμα· ἐν ᾧ καὶ ἐπισημαίνεται τὴν πρώτην τῶν ἀποστόλων κατειληφέναι ἑαυτὸν διαδοχήν. Ἔνθα πρὸς τῷ τοῦ συγγράμματος τέλει χαριεστάτην αὐτοῦ σημείωσιν (35) εὑρόντες, ἀναγκαίως καὶ ταύτην τῇδε καταλέξομεν τῇ γραφῇ, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· « Ὁρκίζω σε τὸν μεταγραψόμενον τὸ βιβλίον τοῦτο, κατὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ κατὰ τῆς ἐνδόξου παρουσίας αὐτοῦ ἧς ἔρχεται κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἵνα ἀντιβάλῃς ὃ μετεγράψω, καὶ κατορθώσῃς αὐτὸ πρὸς τὸ ἀντίγραφον τοῦτο, ὅθεν μετεγράψω ἐπιμελῶς· καὶ τὸν ὅρκον τοῦτον ὁμοίως μεταγράψῃς, καὶ θήσεις ἐν τῷ ἀντιγράφῳ. » Καὶ ταῦτα ὠφελίμως πρὸς ἐκείνου λελέχθω, ὑφ' ἡμῶν τε ἱστορείσθω, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἄριστον σπουδαιοτάτης ἐπιμελείας τοὺς ἀρχαίους ἐκείνους καὶ ὄντως ἱεροὺς ἄνδρας ὑπόδειγμα. Ἐν ᾗ γε μὴν προειρήκαμεν πρὸς τὸν Φλωρῖνον ὁ Εἰρηναῖος ἐπιστολῇ, αὖθις τῆς ἅμα Πολυκάρπῳ συνουσίας αὐτοῦ μνημονεύει λέγων· « Ταῦτα τὰ δόγματα, Φλωρῖνε, ἵνα πεφεισμένως εἴπω, οὐκ ἔστιν ὑγιοῦς γνώμης· ταῦτα τὰ δόγματα ἀσύμφωνά ἐστι

supra. Porro notandum est, Sotam mortuum jam fuisse, cum hæc scribebat Ælius Julius. Quod satis indicat vox illa μακάριος, quam Græci de mortuis solent usurpare. Quod si Sotas adhuc superfuisset, ipse profecto hanc rem subscriptione sua firmasset. Sic etiam intelligendum est, quod Serapio Apollinarem μακαριώτατον appellat, quippe qui jam vivere desiisset.

(31) *Ἐξ ἐναντίας δὲ τῶν ἐπὶ Ῥώμης.* Hinc orsi sumus caput istud, Rufinum secuti et Musculum, et Christophorsonium. Sed et ratio ita jubet. Hæc enim pendent ex cap. 16 supra. Certe codex Maz. caput inchoat ab his verbis : Καὶ τὰ μὲν κατὰ τούτους ἦν τοιαῦτα· ἐξ ἐναντίας, etc.; cui consentit codex Fuk. et Regius.

(32) *Περὶ μοναρχίας.* Veteres Christiani hac voce crebro uti solebant, quoties adversus gentiles disputarent. Eoque titulo complures libros ediderunt, ut unum Deum omnium rerum conditorem regemque esse ostenderent. Et monarchiam quidem Deo Patri, οἰκονομίαν vero, id est dispensationem atque administrationem, assignabant Filio et Spiritui sancto, ut docet Tertullianus *Adversus Praxeam*, et Tatianus *Adversus Græcos*. Exstat hodie Justini liber inscriptus hoc titulo. Porro ut ad Irenæi librum accedamus, ex ipso titulo colligi potest, Florinum duo principia invexisse, et Marcionis ac Cer-

Digitized by Google

τῇ Ἐκκλησίᾳ, εἰς τὴν μεγίστην ἀσέβειαν περιβάλλοντα τοὺς πειθομένους αὐτοῖς· ταῦτα τὰ δόγματα οὐδὲ οἱ ἔξω τῆς Ἐκκλησίας αἱρετικοὶ ἐτόλμησαν ἀποφήνασθαί ποτε· ταῦτα τὰ δόγματα, οἱ πρὸ ἡμῶν πρεσβύτεροι, οἱ καὶ τοῖς ἀποστόλοις συμφοιτήσαντες, οὐ παρέδωκάν σοι. Εἶδον γάρ σε παῖς ὢν ἔτι ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ παρὰ τῷ Πολυκάρπῳ, λαμπρῶς πράττοντα ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ, καὶ πειρώμενον εὐδοκιμεῖν παρ' αὐτῷ. Μᾶλλον γὰρ τὰ τότε διαμνημονεύω, τῶν ἐναγχος γινομένων. Αἱ γὰρ ἐκ παίδων μαθήσεις συναύξουσαι τῇ ψυχῇ, ἑνοῦνται αὐτῇ, ὥστε με δύνασθαι εἰπεῖν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος διελέγετο ὁ μακάριος Πολύκαρπος, καὶ τὰς προόδους (36) αὐτοῦ καὶ τὰς εἰσόδους, καὶ τὸν χαρακτῆρα τοῦ βίου, καὶ τὴν τοῦ σώματος ἰδέαν, καὶ τὰς διαλέξεις ἃς ἐποιεῖτο πρὸς τὸ πλῆθος, καὶ τὴν κατὰ Ἰωάννου συναναστροφὴν ὡς ἀπήγγελλε, καὶ τὴν μετὰ τῶν λοιπῶν τῶν ἑωρακότων τὸν Κύριον· καὶ ὡς ἀπεμνημόνευε τοὺς λόγους αὐτῶν, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου τίνα ἦν ἃ παρ' ἐκείνων ἀκηκόει, καὶ περὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ, καὶ περὶ τῆς διδασκαλίας, ὡς παρὰ αὐτοπτῶν τῆς ζωῆς τοῦ λόγου παρειληφὼς ὁ Πολύκαρπος, ἀπήγγελλε πάντα σύμφωνα ταῖς Γραφαῖς. Ταῦτα καὶ τότε διὰ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ τὸ ἐπ' ἐμοὶ γεγονὸς σπουδαίως ἤκουον, ὑπομνηματιζόμενος αὐτὰ οὐκ ἐν χάρτῃ, ἀλλ' ἐν τῇ ἐμῇ καρδίᾳ· καὶ ἀεὶ διὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ γνησίως αὐτὰ ἀναμαρυκῶμαι· καὶ δύναμαι διαμαρτύρασθαι ἐμπροσθεν τοῦ Θεοῦ, ὅτι εἴ τι τοιοῦτον ἀκηκόει ἐκεῖνος ὁ μακάριος καὶ ἀποστολικὸς πρεσβύτερος, ἀνακράξας ἂν καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα (37) αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὸ σύνηθες εἰπών, « Ὦ καλὲ Θεέ, εἰς οἵους με καιροὺς τετήρηκας, ἵνα τούτων ἀνέχωμαι· » πεφεύγοι ἂν καὶ τὸν τόπον ἐν ᾧ καθεζόμενος ἢ ἑστὼς τῶν τοιούτων ἀκηκόει λόγων. Καὶ ἐκ τῶν ἐπιστολῶν δὲ αὐτοῦ ὧν ἐπέστειλεν, ἤτοι ταῖς γειτνιώσαις Ἐκκλησίαις ἐπιστηρίζων αὐτάς, ἢ τῶν ἀδελφῶν τισι νουθετῶν αὐτοὺς καὶ προτρεπόμενος, δύναται φανερωθῆναι » Ταῦτα ὁ Εἰρηναῖος.

A pietatem eos conjiciunt qui illis assentiuntur. Hæc dogmata ne ipsi quidem hæretici extra Ecclesiam positi proferre unquam ausi sunt. Hæc dogmata hi qui ante nos vixere presbyteri, qui etiam apostolorum discipuli exstiterant, nequaquam tibi tradiderunt. Vidi enim te, cum adhuc puer essem, in inferiore Asia apud Polycarpum, splendide agentem in palatio, et magnopere laborantem ut te illi approbares. Etenim ea quæ tunc temporis gesta sunt, melius memoria teneo quam illa quæ nuper acciderunt. Quippe ea quæ pueri didicimus, simul cum animo ipso coalescunt, eique penitus inhærent. Adeo ut et locum ipsum possim dicere, in quo beatissimus Polycarpus sedens disserebat; processus quoque ejus et ingressus, vitæque totius B formam, et corporis speciem; sermones denique quos ad populum habebat; et familiarem consuetudinem, quæ illi cum Joanne, ut narrabat, et cum reliquis qui Dominum ipsum vidissent, intercesserat: et qualiter dicta illorum commemorabat: et quæcunque de Domino ab iisdem audierat. De miraculis quoque illius ac de doctrina, prout ab iis qui verbum vitæ ipsi conspexerant Polycarpus acceperat, eodem prorsus modo referebat, in omnibus cum Scriptura sacra consentiens. Hæc ego divina mihi largiente clementia tunc studiosus audiebam, non in charta sed in corde meo audita describens: eademque per Dei gratiam assidue repeto ac revolvo. Et in conspectu Dei affirmare possum, beatum illum et apostolicum presbyterum, si C quid ejusmodi unquam audiisset, exclamaturum continuo, et obturatis auribus suis dicturum fuisse prout ipsi moris erat: « Deus bone, quæ me in tempora reservasti, ut hæc sustinerem! » Atque ex loco ipso aufugiturum, in quo seu stans, seu sedens, ejusmodi sermones audiisset. Sed et ex epistolis illius id liquido comprobari potest, quas ille partim ad vicinas Ecclesias ut eas confirmaret, partim ad quosdam ex fratribus misit, admonens illos atque exhortans. » Hactenus Irenæus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὅπως ἐπὶ Ῥώμης ἐμαρτύρησεν Ἀπολλώνιος (Nic. *H. E.* IV, 26).

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τῆς Κομόδου βασιλείας χρόνον, μεταβέβλητο μὲν ἐπὶ τὸ πρᾶον τὰ καθ' ἡμᾶς, εἰρήνης σὺν θείᾳ χάριτι τὰς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλαβούσης Ἐκκλησίας· ὅτε καὶ ὁ σωτήριος λόγος ἐκ παντὸς γένους ἀνθρώπων, πᾶσαν ὑπήγετο ψυχὴν ἐπὶ τὴν εὐσεβῆ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ θρησκείαν· ὥστε ἤδη

189 CAPUT XXI.

Quomodo Apollonius Romæ martyrium passus est.

Eodem tempore, Commodo imperium Romanum obtinente, res quidem nostræ in tranquilliore statu D versabantur, pace per Dei gratiam cunctas orbis terrarum Ecclesias complexa. Atque interim salutaris Dei sermo ex omni genere hominum quamplurimos ad religiosum summi Numinis cultum

(36) *Τὰς προόδους.* Sic cod. Reg., Maz., Medic. et Niceph. Ita etiam Fuk. ac Savil., codices textus vulg., παρόδους.

(37) *Καὶ ἐμφράξας τὰ ὦτα.* Hic mos erat veterum Christianorum, ut si forte in familiari colloquio impium aliquem sermonem et a fidei catholicæ regula dissentientem audiissent, protinus obturatis auribus sese in fugam darent. Qua de re locus extat illustris in lib. II *Recognitionum* Pseudo-Clementis, ubi Simon B. Petro ait: *Si dixero quod neque tibi consonum, nec vulgo huic imperito rectum videtur, tu quidem quasi obstupefactus, aures continuo occludens, velut ne blasphemia polluantur, verteris in fugam.* Sed et Irenæus in lib. III *Contra hæreses*, capite quarto, eumdem morem declarat his verbis: *Quibus si aliquis annuntiaverit ea quæ ab hæreticis adinventa sunt, proprio sermone eorum colloquens, statim concludentes aures, longo longius fugient, ne audire quidem sustinentes blasphemum colloquium.* Præterea Athanasius in *Epistola ad solitarios*: Ὦ τίς ἀκούσας οὐ δακρύσειε, τάχα καὶ τὴν ἀκοὴν κλείσειεν, ἵνα μηδὲ ἑτέρου λέγοντος ἀνέχηται; Hieronymus denique in lib. I *Adversus Rufinum*: *Lectis nuper Theophili papæ epistolis, in quibus Origenis exponit errores, dicitur obturasse aures suas, et auctorem tanti mali clara coram omnibus voce damnasse.*

Digitized by Google

pertrahebat : adeo ut multi ex iis qui in urbe Roma genere atque opibus eminebant, simul cum universa domo ac familia salutem consecuturi accurrerent. Verum infestissimus bonis omnibus dæmon et suopte ingenio invidus, istud ferre non potuit. Rursus igitur varias adversus nos machinas commentus armatur. Denique Romæ Apollonium quemcam e numero fidelium, qui in humanioribus litteris et in philosophia eximius habebatur, in judicium adduxit, suscitato ei accusatore homine quodam perditissimo, qui ad hujusmodi flagitia idoneus inprimis minister dæmonis videbatur. Sed miser, intempestive suscepta accusatione, cum ex imperatoris edicto capitalis pœna in eos qui talia detulissent esset constituta, confestim fractis cruribus occiditur, Perenne ejusmodi adversus ipsum sententiam pronuntiante. Martyr vero Deo acceptissimus, cum judex multis eum precibus obsecrasset, petissetque ab illo uti coram senatu rationem

A καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης εὖ μάλα πλούτῳ καὶ γένει διαφανῶν πλείους ἐπὶ τὴν σφῶν ὁμόσε χωρεῖν πανοικί τε καὶ παγγενῇ σωτηρίαν. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα τοῦτο τῷ μισοκάλῳ δαίμονι βασκάνῳ ὄντι τὴν φύσιν οἰστόν· ἀπεδύετο (38) γοῦν αὖθις, ποικίλας τὰς καθ' ἡμῶν μηχανὰς ἐπιτεχνώμενος. Ἐπὶ γοῦν τῆς Ῥωμαίων πόλεως, Ἀπολλώνιον (39) ἄνδρα τῶν τότε πιστῶν ἐπὶ παιδείᾳ καὶ φιλοσοφίᾳ βεβοημένον, εἰς δικαστήριον ἄγει, ἕνα γέ τινα τῶν εἰς ταῦτα ἐπιτηδείων αὐτῷ διακόνων (40) ἐπὶ κατηγορίᾳ τάνδρὸς ἐγείρας. Ἀλλ' ὁ μὲν δεῖλαιος παρὰ καιρὸν τὴν δίκην εἰσελθών, ὅτι μὴ ζῇν ἐξὸν ἦν κατὰ βασιλικὸν ὅρον (41) τοὺς τῶν τοιῶνδε μηνυτάς, αὐτίκα κατάγνυται τὰ σκέλη, Περεννίου δικαστοῦ τοιαύτην κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἀπενέγκαντος. Ὁ δέ γε θεοφιλέστατος μάρτυς, πολλὰ

B λιπαρῶς ἱκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ (42), καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς (43) αἰτήσαντος, λογιωτάτην ὑπὲρ ἧς ἐμαρτύρει πίστεως ἐπὶ πάντων παρασχὼν ἀπολογίαν (44), κεφαλικῇ κολάσει ὡς ἀπὸ

(38) *Ἀπεδύετο.* Metaphora est ab athletis, qui luctaturi corpora nudabant, et variis artibus ac machinamentis adversarios prosternere studebant.

(39) *Ἀπολλώνιον.* Hunc Apollonium Nicephorus quidem eumdem esse existimavit cum illo qui adversus novam Montani prophetiam scripsit, de quo supra in cap. 16. Sed Hieronymus in *Catalogo* eos distinxit, rectius, ut apparet. Et hunc quidem de quo in præsenti capite scribit Eusebius, senatorem urbis Romæ vocat, de suo id admensus. Neque enim hoc dicit Eusebius. Verum de hac re infra videbimus.

(40) *Ἐπιτηδείων αὐτῷ διακόνων.* Hieronymus C in libro *De script. eccl.* hunc servum Apollonii esse existimavit, quem secutus est Christophorsonus. Certe ex versione Christophorsoni apparet, illum in Eusebio legisse αὐτοῦ διακόνων, contra fidem omnium exemplarium. Obscurum etiam est quod ait ibidem Hieronymus : *A servo Severo proditus*, quasi Severus nomen esset servi. Sophronius tamen vertit, παρὰ τοῦ δούλου παρὰ Σεβήρῳ προδοθείς, quasi Severus nomen esset judicis ad quem delatus fuerat Apollonius. Sed hunc sensum refutat Eusebius, qui judicem ipsum apud quem Apollonius est accusatus, *Perennem* vocat, non *Severum*.

(41) *Κατὰ βασιλικὸν ὅρον.* Intelligit legem divi Marci, quæ pœnam capitis sanxerat in eos qui Christianos in judicium detulissent, ut testis est Tertullianus in *Apologetici* cap. 5. Exstat lex ipsa M. Aurelii imperatoris ad commune Asiæ supra in lib. IV, c. 13, ubi vide quæ adnotavi. At Rufinus legem Trajani videtur intellexisse, vel certe Hadriani ad D Minucium Fundanum.

(42) *Λιπαρῶς ἱκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ.* Solebant interdum judices ipsi qui Christianos ad se delatos interrogabant, hortari ipsos et obtestari, ut parcerent et consulerent sibi, et deorum cultum amplecterentur. Cujus rei infinita exstant exempla apud Tertullianum, Eusebium et in Actis martyrum.

(43) *Ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς.* Miror id dici de Perenne, quem constat præfectum prætorii fuisse sub Commodo. Erant autem præfecti prætorio illis temporibus ex equestri ordine, nec in senatu sedendi jus habebant? Itaque imperatores quoties præfectum prætorii exauctorare vellent, senatorem eum faciebant, laticlavia ei veste submissa, ut docent scriptores historiæ Augustæ. Quomodo igitur fieri potuit ut Perennis, qui erat præfectus prætorio, præciperet Apollonio ut in senatu rationem fidei suæ redderet? Quod si dicas Apollonium fuisse senatorem, ac proinde Perennem jussisse ut coram senatu rationem cultus sui redderet, id concedamus, si placet. Sed tunc nascetur alia difficultas, quomodo Perennis de capite senatoris Romani judicare potuerit. Neque enim præfectus prætorio, sed præfectus Urbi de causis senatorum cognoscebat. Ex his facile mihi persuadeo, Apollonium fuisse senatorii ordinis, «t scripsit Hieronymus; qui cum, indicio nescio cujus desperati hominis, delatus fuisset ad Perennem præfectum prætorii quasi Christianus, interrogatus a judice cujus dignitatis esset, cum se senatorii loci esse respondisset, jussus est a Perenne coram senatu rationem fidei suæ reddere. Quod cum Apollonius disertissime præstitisset, senatus sententia extremo supplicio affectus est. Quidni vero credamus Hieronymo, qui et in libro *De ecclesiasticis scriptoribus*, et in epistola ad Magnum, tam diserte significet Apollonium fuisse senatorem. Etsi enim hoc distincte non dicit Eusebius, id tamen ex ejus narratione omnino colligitur, ut supra ostendi. Deinde potuit Hieronymus legere *Acta* ipsa passionis Apollonii, ad quæ nos ablegat Eusebius. In quibus *Actis*, et senator Romanus, et a servo suo proditus dicebatur, ut credibile est. Hæc autem *Acta* Græco sermone perscripta fuerant Romæ a Græcis hominibus, eodem modo quo *Acta* martyrum Lugdunensium Græce scripta sunt Lugduni.

(44) *Παρασχὼν ἀπολογίαν.* Hieronymus ex hoc Eusebii loco male intellecto, Apollonium inter scriptores ecclesiasticos numeravit. *Apollonius*, inquit, *Rom. urbis senator, sub Commodo principe a servo proditus quod Christianus esset, imperato ut rationem fidei suæ redderet, insigne volumen composuit, quod in senatu legit; et nihilominus sententia senatus pro Christo capite truncatus est.* Quæ sine dubio Hieronymus ex prava Rufini interpretatione hausit, quam secutus quoque est Christophorsonus. Verum Eusebius Apollonium coram judicibus pro fidei suæ defensione disertissime perorasse tantum dixit, non autem Apologeticum ab eo esse conscriptum. Hunc Rufini et Hieronymi errorem jampridem notavit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, pag. 208. Cui in hac quidem parte libenter accedo. In eo vero quod Eusebii nostri verba interpolavit, longe, meo quidem judicio, fallitur. Cum enim in Eusebii libris legatur : Πολλὰ λιπαρῶς ἱκετεύσαντος τοῦ δικαστοῦ, καὶ λόγον αὐτὸν ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσαντος, Scaliger correxit ἱκετεύσας τοῦ δικαστοῦ καὶ λόγον αὐτῷ ἐπὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς αἰτήσας δοῦναι· atque ita interpre-

Digitized by Google

ζήματος (45–46) συγκλήτου τελειοῦται· μηδ' ἄλλως ἀφεῖσθαι τοὺς ἅπαξ εἰς δικαστήριον παριόντας καὶ μηδαμῶς τῆς προθέσεως μεταβαλλομένους, ἀρχαίου παρ' αὐτοῖς νόμου (47) κεκρατηκότος. Τούτου μὲν οὖν τὰς ἐπὶ τοῦ δικαστοῦ φωνὰς καὶ τὰς ἀποκρίσεις ἃς πρὸς πεῖσιν πεποίηται τοῦ Περεννίου, πᾶσάν τε τὴν πρὸς τὴν σύγκλητον ἀπολογίαν ὅτῳ διαγνῶναι ζῆλον, ἐκ τῆς τῶν *Ἀρχαίων μαρτυρίων* (48) συναχθείσης ἡμῖν ἀναγραφῆς εἴσεται.

A fidei suæ redderet, elegantissima oratione pro defensione fidei suæ coram omnibus pronuntiata, capitali supplicio a senatu damnatus est. Quippe veteri apud eos lege sancitum erat, ut Christiani qui semel in jus vocati fuerant, nisi a proposito suo discederent, nequaquam dimitterentur. Porro cuncta ab illo in judicio dicta, et quæcunque Perenni interroganti respondit, et orationem illam quam pro fidei nostræ defensione in senatu habuit, quisquis nosse voluerit, ex *Antiquorum martyrum passionibus* a nobis collectis poterit percipere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Τίνες κατὰ τούτους ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν (49) *ἐγνωρίζοντο* (Nic. *H. E.* IV, 19).

Δεκάτῳ γε μὴν τῆς Κομόδου βασιλείας ἔτει, δέκα πρὸς τρισὶν (50) ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν λελειτουργηκότα Ἐλεύθερον διαδέχεται Βίκτωρ· ἐν ᾧ καὶ Ἰουλιανοῦ δέκατον ἔτος ἀναπλήσαντος, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν παροικιῶν τὴν λειτουργίαν ἐγχειρίζεται Δημήτριος· καθ' οὓς καὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας ὄγδοος ἀπὸ τῶν ἀποστόλων ὁ πρόσθεν ἤδη δεδηλωμένος, ἔτι τότε Σαραπίων ἐπίσκοπος ἐγνωρίζετο· Καισαρείας δὲ τῆς ἐπὶ Παλαιστίνῃ καθηγεῖτο Θεόφιλος. Καὶ Νάρκισσος δὲ ὁμοίως, οὗ καὶ πρόσθεν μνήμην ὁ λόγος ἐποιήσατο, τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας ἔτι τότε τὴν λειτουργίαν εἶχεν. Κορίνθου δὲ τῆς καθ' Ἑλλάδα κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐπίσκοπος ἦν Βάκχυλλος (51), καὶ τῆς ἐν Ἐφέσῳ παροικίας Πολυκράτης, καὶ ἄλλοι δὲ, ὡς γε εἰκὸς, ἐπὶ τούτοις μυρίοι κατὰ τούσδε διέπρεπον. Ὧν γε μὴν ἔγγραφος ἡ τῆς πίστεως εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν ὀρθοδοξία, τούτους εἰκότως ὀνομαστὶ κατελέξαμεν.

CAPUT XXII.

Quinam eo tempore episcopi inclaruerint.

Interea Commodo decimum annum imperii agente, cum Eleutherus tredecim annis episcopatum administrasset, **190** Victor in ejus locum successit. Eodemque anno cum Julianus decimum annum explesset, Ecclesiarum Alexandrinæ administrationem suscepit Demetrius. Per idem tempus Serapio, de quo paulo ante diximus, Antiochensis Ecclesiæ episcopus successionis ordine octavus ab apostolis, etiam tum florebat. Cæsareæ vero in Palæstina præerat Theophilus. Narcissus item cujus supra meminimus, Hierosolymitanæ Ecclesiæ sacerdotio fungebatur. Tunc etiam Corinthi in Achaia Bacchylus, et Ephesi in Asia Polycrates episcopi fuere. Sed et alii præter hos innumerabiles iisdem, ut credibile est, temporibus enituerunt. Verum nos, ut par erat, eorum duntaxat nomina recensuimus, qui rectæ fidei doctrinam scriptis suis proditam nobis reliquerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τοῦ τότε κινηθέντος ἀμφὶ τοῦ Πάσχα ζητήματος (Nic. *H. E.* IV, 36).

Ζητήσεως δὴ τότε κατὰ τούσδε οὐ σμικρᾶς ἀνακινη-

CAPUT XXIII.

De quæstione quæ tunc temporis agitata est super Pascha.

Iisdem temporibus gravi controversia exorta, eo

---

statur : *Deo autem acceptissimus martyr, postquam multis precibus a judice contendisset, ut in senatu rationem redderet sibi liceret*, etc. Verum huic emendationi omnes scripti codices, et ratio ipsa refragatur. Hieronymus quoque ita legit ut hodie editum est; vertit enim, *imperato ut rationem fidei suæ redderet.*

(45-46) *Ὡς ἀπὸ δόγματος.* Omnes interpretes et ipse Scaliger hunc locum ita verterunt, quasi prima particula otiosa sit. Quod tamen verum non puto : primum quia senatores judices non erant, nec jurisdictionem habebant; deinde Perennis, qui judex erat in ea causa, Apollonium ad senatum remiserat, non ut senatus de eo judicaret, sed ut Apollonius coram eo rationem cultus sui redderet. Hunc scilicet honorem senatui deferendum putavit, ut hominem senatorii ordinis non prius damnaret, quam senatus ipse de ejus crimine cognovisset. Senatus igitur cum Apollonium audiisset, hominem juxta legum præscripta judicandum esse respondit. Posthæc Apollonius capite plexus est, judicio quidem Perennis ipsius, sed tamen ex senatus sententia, eo quod senatus reum audierat, et in damnationem ejus consenserat.

(47) *Ἀρχαίου παρ' αὐτοῖς νόμου.* Lex pro more et consuetudine hic sumi videtur. Quanquam interpretes de lege scripta hæc accepisse video. Legem igitur seu rescriptum Trajani ad Plinium Secundum intelligo, in quo cavetur Christianos quidem inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere.

(48) *Τῶν Ἀρχαίων μαρτυρίων.* Edit. μαρτύρων, sed longe rectius in codice Maz. et Fuk. legitur μαρτυρίων. Nam Eusebius passiones martyrum, quæ Græce μαρτύρια dicuntur, collegerat, partim ex actis judicialibus, partim ex epistolis fidelium, ut ipse testatur in lib. IV, cap. 15. Hoc opus inscriptum erat *Ἀρχαίων μαρτυρίων συναγωγή*, ut videre est in proœmio hujus libri. Quod postea Symeon Metaphrastes in collectionem suam transfudit.

(49) *Ἐπίσκοποι τῶν ἐπαρχιῶν*, id est, episcopi metropolitani. Potest etiam de patriarchis intelligi. Tamen in codice Medicæo voces illæ τῶν ἐπαρχιῶν omissæ sunt, nec eas agnoscit Rufinus, nec vetustissimus codex Maz. et Fuk.

(50) *Δέκα πρὸς τρισίν.* At in *Chronico* anni 15 assignantur Eleuthero, et ad ultimum usque Commodi annum ejus pontificatus producitur. Quæ profecto mira dissensio est.

(51) Vulg. *Βάκχυλλος.* Rectius apud Nicephorum scribitur Βάκχυλος, nec aliter Rufinus et Hieronymus. Græci hujusmodi ὑποκοριστικὰ per simplex λ efferre solent : Βάκχυλος, ex quo Βακχυλίδης, Σιμύλος, Παπύλος, Αἰσχύλας, Δημύλος. Interdum tamen per duplex λ efferunt diminutiva vocabula, ut Δίυλλος et Ἡρύλλος, quod est *parvus Jupiter*, *parvus Hercules*. Ita ergo Βάκχυλλος, *parvus Bacchus*.

Digitized by Google

quod omnes per Asiam Ecclesiæ vetusta quadam traditione nixæ, quartadecima luna salutaris Paschæ festum diem celebrandum esse censebant, quo die præscriptum erat Judæis ut agnum immolarent : eaque omnino luna in quemcunque demum diem septimanæ incidisset, finem jejuniis imponendum esse statuebant : cum tamen reliquæ totius orbis Ecclesiæ alio more uterentur, qui ex apostolorum traditione profectus etiamnum servatur, ut scilicet non alio quam Resurrectionis Dominicæ die jejunia solvi liceat : synodi ob id, cœtusque episcoporum convenere. Atque omnes uno consensu ecclesiasticam regulam universis fidelibus per epistolas tradiderunt : ne videlicet ullo alio quam Dominico die mysterium Resurrectionis Domini unquam celebretur : utque eo duntaxat die Paschalium jejuniorum terminum observemus. Exstat etiamnum epistola sacerdotum, qui tunc in Palæstina congregati sunt : quibus præsidebant Theophilus Cæsareæ Palæstinæ, et Narcissus Hierosolymorum episcopus. Alia item exstat epistola synodi

A

B

(52) Vulg. *ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἅπασαι αἱ παροικίαι.* Longe præferenda est lectio quam in quatuor nostris codicibus reperimus Maz., Med., Fuk. et Savil., ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἀπάσης αἱ παροικίαι. Porro Asia tribus modis sumitur, ut docet Aristides in *Allocutione Smyrnæa* ad imperatorem. Interdum enim accipitur pro tertia parte orbis terrarum, interdum pro provincia, in novem conventus seu juridictiones divisa, quæ parebat Romano proconsuli; nonnunquam strictius sumitur pro ea regione quæ ad fontes Mæandri porrigitur. Cum igitur Eusebius hic affirmet Asiæ totius Ecclesias diem Paschæ una cum Judæis celebrasse, quæri merito potest quomodo hic sumendum sit Asiæ nomen. Mihi quidem videtur intelligi provincia Asiæ quam proconsul regebat.

C

(53) *Ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς.* Nostri codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent ἐπὶ τῆς τοῦ Πάσχα σωτηρίου ἑορτῆς.

(54) *Κατὰ ταύτην... τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις.* Jacobus Usserius in *Prolegomenis ad Ignatii epistolas*, c. 9, scribit Asianos, qui primo Azymorum die cum Judæis Pascha celebrabant, eum diem cum luctu ac jejunio transegisse, eoque demum transacto jejunium quadragesimale solvisse. Verum huic sententiæ refragatur Eusebius, qui diserte affirmat Asianos die 14 primi mensis, quamvis non esset Dominica, finem statuisse Quadragesimæ. Quod vero Usserius affert Chrysostomi testimonium, meo quidem judicio, ejus sententiam nihil adjuvat. Nam Chrysostomus in oratione illa adversus eos qui primo Pascha jejunant, invehitur adversus quosdam Quartadecimanos, qui XIV luna cum Judæis Pascha celebrabant, eoque die jejunabant ac mysteria celebrabant; id enim proprium erat Quartadecimanorum, ut in eorum hæresi tradit Epiphanius. Verum priscos Asianos ita fecisse, nec Chrysostomus, nec alius quisquam dixit.

D

55) *Ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις.* Notanda sunt hæc Eusebii verba, quibus aperte significat, solos Asianos tunc temporis Pascha cum Judæis celebrasse, reliquas autem omnes Ecclesias aliter observasse. Quare non assentior Halloixio nec Usserio, aliisque, qui credunt Syros etiam ac Mesopotamenos ac Cilicas idem tunc fecisse quod Asianos. Imo vero Syri et Mesopotameni hoc quidem tempore recte sentiebant, ut patet ex eorum conciliis, quæ hic ab Eusebio memorantur. Nam Osdroene pars est Mesopotamiæ Postea vero

θείσης, ὅτι δὴ τῆς Ἀσίας ἁπάσης αἱ παροικίαι (52) ὡς ἐκ παραδόσεως ἀρχαιοτέρας, σελήνης τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην ᾧοντο δεῖν ἐπὶ τῆς τοῦ σωτηρίου Πάσχα ἑορτῆς (53) παραφυλάττειν, ἐν ᾗ θύειν τὸ πρόβατον Ἰουδαίοις προηγόρευτο· ὡς δέον ἐκ παντὸς κατὰ ταύτην, ὁποίᾳ δ' ἂν ἡμέρᾳ τῆς ἑβδομάδος περιτυγχάνοι, τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις (54) ποιεῖσθαι, οὐκ ἔθους ὄντος τοῦτον ἐπιτελεῖν τὸν τρόπον ταῖς ἀνὰ τὴν λοιπὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις (55), ἐξ ἀποστολικῆς παραδόσεως τὸ καὶ εἰς δεῦρο κρατῆσαν ἔθος φυλαττούσαις, ὡς μηδετέρᾳ προσήκειν παρὰ τὴν τῆς ἀναστάσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἡμέρᾳ τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι (56). Σύνοδοι δὴ καὶ συγκροτήσεις ἐπισκόπων ἐπὶ ταὐτὸν ἐγίνοντο, πάντες τε μιᾷ γνώμῃ δι' ἐπιστολῶν ἐκκλησιαστικὸν δόγμα τοῖς πανταχόσε διετυποῦντο, ὡς ἂν μηδ' ἐν ἄλλῃ ποτὲ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως ἐπιτελοῖτο τοῦ Κυρίου μυστήριον, καὶ ὅπως ἐν ταύτῃ μόνῃ τῶν κατὰ τὸ Πάσχα νηστειῶν φυλαττοίμεθα τὰς ἐπιλύσεις (57). Φέρεται δ' εἰσέτι νῦν τῶν κατὰ Παλαιστίνην τηνικάδε συγκεκροτημέ-

ad Judaicam observationem delapsi sunt : idque ante concilium Nicænum, ut docet Athanasius. Contra vero Asiani, damnato pristino errore, saniorem sententiam amplexi sunt. Certe ante concilium Nicænum Asiani morem Ecclesiæ Romanæ sequebantur in observatione Paschæ, ut docet epistola Constantini ad Ecclesias, quam refert Eusebius in libro III *De ejus vita*, cap. 18.

(56) *Τὰς νηστείας ἐπιλύεσθαι.* Paulo ante dixerat τὰς τῶν ἀσιτιῶν ἐπιλύσεις ποιεῖσθαι. Cyrillus in *Homiliis Paschalibus* περιλύειν τὰς νηστείας, pro eodem frequenter usurpat. Dicebatur etiam ἀπολύειν. Ita Epiphanius in hæresi LXXV, quæ est Aerianorum : Ποίαν τε ἡμέραν ἄγειν, πῶς τε ἀπολύειν εἰς ἐπιφώσκουσαν Κυριακήν, φανερόν ἐστι. Item in *Expositione fidei catholicæ :* Ἐν ἄλλοις δὲ τόποις οὐ γίνεται λατρεία τῆς οἰκονομίας, ἢ μόνον ἐπιφωσκούσης τῆς Κυριακῆς, ὅτε ἀπολύει περὶ τὴν τῶν ἀλεκτρυόνων κλαγγήν. Scio quidem doctissimum Epiphanii interpretem ἀπολύειν vertisse *dimittere populum.* Verum interpretationem nostram confirmat Clemens in libro V *Constitutionum*, cap. 15, qui pro verbo ἀπολύειν, quo usus est Epiphanius, posuit ἀπονηστίζεσθαι, qua voce usus est etiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem et Hippolytus in *Canone Paschali.* Quæsitum fuit apud veteres qua hora solvendum esset jejunium Paschale. Alii usque ad diluculum Dominicæ Paschalis post galli cantum aiebant producendum esse jejunium, ut videre est apud Epiphanium et Clementem. Alii vespera Sabbati Paschalis jejunium dissolvebant. Atque ita præcipit Cyrillus in *Homiliis paschalibus.* Quæ quidem institutio utilior videtur et rationi magis consentanea. Nam cum nocte quæ Paschalem diem antecedit, pernoctandum esset in ecclesia, propter laborem vigiliæ sic jejunium solvi oportuit, ne fideles in ecclesia fatiscerent. Certe olim in Ecclesia Romana Sabbatis per Quadragesimam, non jejunabant, propterea quod ab eo die in ecclesia B. Petri vigilias agere consueverant, ut docet Leo in sermone 4, *de Quadragesima.* Sed et monachi quoties vigilandum esset, maturius finiebant jejunium, διὰ τὸν κόπον τῆς ἀγρυπνίας, ut legitur in *Typico* sancti Sabæ.

(57) *Φυλαττοίμεθα τὰς ἐπιλύσεις.* In codice Maz. et Fuk. scriptum inveni φυλαττώμεθα. Ac licet præcesserit ἐπιτελοῖτο, tamen hæc modi mutatio elegantior videtur.

Digitized by Google

ων γραφῇ, ὧν προὐτέταχτο Θεόφιλος (58) τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας ἐπίσκοπος καὶ Νάρκισσος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις· καὶ τῶν ἐπὶ Ῥώμης δὲ ὁμοίως ἄλλη περὶ τοῦ αὐτοῦ ζητήματος, ἐπίσκοπον Βίκτορα δηλοῦσα· τῶν τε κατὰ Πόντον ἐπισκόπων ὧν Πάλμας (59) ὡς ἀρχαιότατος προὐτέταχτο, καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν δὲ παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει· ἔτι τε τῶν κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν καὶ τὰς ἐκεῖσε πόλεις. Καὶ ἰδίως Βακχύλλου (60) τῆς Κορινθίων Ἐκκλησίας ἐπισκόπου, καὶ πλείστων ὅσων ἄλλων, οἱ μίαν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν τε καὶ κρίσιν ἐξενηνεγμένοι, τὴν αὐτὴν τέθεινται ψῆφον. Καὶ τούτων μὲν ἦν ὅρος εἷς, ὁ δεδηλωμένος.

A Romanæ, cui Victoris episcopi **191** nomen præfixum est. Habentur præterea litteræ episcoporum Ponti, quibus Palma utpote antiquissimus præfuit. Epistola quoque Ecclesiarum Galliæ exstat, quibus præerat Irenæus. Ecclesiarum quoque in Osdroenæ provincia et in urbibus regionis illius constitutarum litteræ visuntur. Seorsum vero Bacchylli Corinthiorum episcopi, aliorumque complurium epistolæ exstant. Qui omnes eamdem fidem eamdemque doctrinam proferentes, unam edidere sententiam. Et hæc quidem fuit, ut dixi, illorum definitio.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ τῆς κατὰ τὴν Ἀσίαν διαφωνίας (Nic. *H. E.* IV, 37).

Τῶν δὲ ἐπὶ τῆς Ἀσίας ἐπισκόπων τὸ πάλαι πρότερον αὐτοῖς παραδοθὲν διαφυλάττειν ἔθος χρῆναι διισχυριζομένων, ἡγεῖτο Πολυκράτης· ὃς καὶ αὐτὸς ἐν ᾗ πρὸς Βίκτορα καὶ τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν διετυπώσατο γραφῇ, τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν (61) ἐκτίθεται διὰ τούτων· « Ἡμεῖς οὖν ἀρχαιουργητον ἄγομεν τὴν ἡμέραν, μήτε προστιθέντες, μήτε ἀφαιροῦμενοι. Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, ἅτινα ἀναστήσεται τῇ ἡμέρᾳ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου, ἐν ᾗ ἔρχεται μετὰ δόξης ἐξ οὐρανῶν, καὶ ἀναστήσει πάντας τοὺς ἁγίους, Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα ἀποστόλων, ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει, καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι. Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, ἢ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται· ἔτι δὲ καὶ Ἰωάννης ὁ ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Κυρίου ἀναπεσών, ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς (62), καὶ μάρτυς, καὶ διδάσκαλος· οὗτος

CAPUT XXIV.

De dissensione Ecclesiarum Asiæ.

Episcopis vero Asiæ, qui morem sibi a majoribus traditum retinendum esse acriter contendebant, Polycrates præerat. Qui quidem in ea epistola quam ad Victorem et ad Romanæ urbis Ecclesiam scripsit, traditionem ad sua usque tempora propagatam exponit his verbis: « Nos igitur verum ac genuinum agimus diem: nec addentes quidquam, nec detrahentes. Etenim in Asia magna quædam lumina extincta sunt, quæ illo adventus Dominici die resurrectura sunt, cum Dominus e cœlo veniet plenus majestate et gloria, sanctosque omnes suscitabit. Philippus scilicet unus e duodecim apostolis, qui mortuus est Hierapoli, et duæ ejus filiæ quæ virgines consenuerunt: alia quoque ejusdem filia, quæ Spiritu sancto afflata vixit, et Ephesi requiescit. Præterea Joannes qui in sinu Domini recubuit, qui etiam sacerdos fuit, et laminam gestavit; martyr denique et doctor exstitit. Hic, inquam, Joan-

(58) *Ὧν προὐτέταχτο Θεόφιλος.* Nicephorus, cum hunc Eusebii locum exscriberet, Narcissum Hierosolymorum episcopum Theophilo Cæsariensi episcopo præposuit; in quo longe falsus est. Nam Cæsariensis episcopus, ante concilium Nicænum, et diu postea, metropolitani honorem ac dignitatem semper obtinuit, ita ut omnibus Palæstinæ conciliis præsideret tanquam primæ sedis episcopus. Nihilominus tamen Hierosolymorum episcopis honor semper est habitus, utpote apostolicæ Ecclesiæ quæ prima episcopum habuisset. Itaque quodam honoris privilegio fruebantur ejus sedis episcopi; nec Cæsariensi episcopo subjacebant, sed erant αὐτοκέφαλοι. Id declarat canon 7 concilii Nicæni. Sed et Græcus auctor *Synodici*, cum Cæsariensem episcopum Hierosolymitano anteponi minime ferret, duas ex una finxit synodos: primam Hierosolymitanam Narcissi, secundam Cæsariensem Theophili.

(59) *Πάλμας.* Erat hic episcopus Amastridis in Ponto, de quo Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Ecclesiam Amastrianorum, teste Eusebio in lib. IV, cap. 23. Eodem nomine fuit quidam vir consularis quem Adrianus occidi jussit, ut scribit Spartianus. Male a Rufino et Christophorsono Palmas dicitur et Palmeas. Nam Πάλμας Latinis est *Palma*, ut Μίδας *Mida*, Θρασέας *Thrasea*, Μνασέας *Mnasea*. Porro Eusebius hunc Palmam præsedisse ait ob antiquitatis prærogativam, non autem quasi metropolitanum. Neque enim Amastris, sed Heraclea metropolis fuit urbium Ponti. Verum in ecclesiasticis conciliis diversa fuit sedendi ratio pro diversis temporibus ac locis. Simplicissima quidem et rationi maxime consentanea sessionis fuit ratio, ut antiquissimus episcopus cæteris præsideret. Postea episcopis primariarum urbium seu metropoleon, id honoris concessum. Apostolicæ vero sedes, utpote matres reliquarum Ecclesiarum, citra controversiam principem semper locum obtinuerunt. Inter quas Romana Ecclesia, tanquam caput omnium Ecclesiarum ab apostolicis usque temporibus habita est.

(60) *Καὶ ἰδίως Βακχύλλου.* Hieronymus in libro *De Script. eccles.* hunc locum ita exponit: *Bacchylus Corinthi episcopus sub eodem Severo principe clarus habitus, de Pascha ex omnium qui in Achaia erant episcoporum persona, elegantem librum scripsit.* Ex his apparet, Hieronymum vocem ἰδίως ita interpretatum esse, quasi Bacchylus seorsum et ipse in Achaia concilium congregaverit. Verum alius quoque sensus afferri potest, ut scilicet Bacchylus privato nomine epistolam scripserit de Pascha, non autem synodicam ut cæteri. Sic ἰδίαν ἐπιστολὴν dicit Eusebius in lib. VI, cap. 11.

(61) *Τὴν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν παράδοσιν.* Codex Medicæus et Savilii scriptum habent, εἰς αὐτούς, non male; vulgatam tamen lectionem tuetur Rufinus.

(62) *Τὸ πέταλον πεφορεκώς.* Hieronymus in lib. *De Script. eccles.* hæc Polycratis verba sic vertit, *qui supra pectus Domini recubuit, et pontifex ejus fuit, auream laminam in fronte portans.* Rufinus vero ita interpretatur, *qui fuit summus sacerdos et pontificale πέταλον gessit.* De pontificatu Judæorum hæc non esse accipienda, satis apparet. Neque enim Joannes pontifex fuit Judæorum, aut ex genere sacerdotali. Itaque recte Hieronymus

Digitized by Google

nes apud Ephesum extremum diem obiit. Polycarpus quoque, qui apud Smyrnam episcopus et martyr fuit, itemque Thraseas Eumeniæ episcopus et martyr, qui Smyrnæ requiescit. Quid Sagarim episcopum eumdemque martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ est mortuus? Quid beatum Papirium, quid Melitonem eunuchum, qui Spiritu sancto afflatus cuncta gessit: qui et Sardibus situs est, adventum Domini de cœlis, in quo resurrecturus est, exspectans. Hi omnes diem Paschæ quarta decima luna juxta Evangelium observarunt, nihil omnino variantes, sed regulam fidei constanter sequentes. Ego quoque omnium vestrum minimus Polycrates, **192** ex traditione cognatorum meorum, quorum etiam nonnullos assectatus sum: fuerunt enim septem omnino ex cognatis mei episcopi, quibus ego octavus accessi. Qui quidem omnes semper Paschæ diem tunc celebrarunt, cum Judæorum populus fermentum abjiceret. Ego, inquam, fratres, quinque et sexaginta annos natus in Domino, qui cum fra-

A ἐν Ἐφέσῳ κεκοίμηται. Ἔτι δὲ καὶ Πολύκαρπος ὁ ἐν Σμύρνῃ καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς· καὶ Θρασέας (63) καὶ ἐπίσκοπος καὶ μάρτυς ἀπὸ Εὐμενείας, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται. Τί δὲ δεῖ λέγειν Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα (64), ὃς ἐν Λαοδικείᾳ κεκοίμηται; Ἔτι δὲ καὶ Παπείριον τὸν μακάριον (65), καὶ Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον (66)· ὃς κεῖται ἐν Σάρδεσι περιμένων τὴν ἀπὸ τῶν οὐρανῶν ἐπισκοπήν, ἐν ᾗ ἐκ νεκρῶν ἀναστήσεται. Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν τὴν ἡμέραν τῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης τοῦ Πάσχα κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον, μηδὲν παρεκβαίνοντες, ἀλλὰ κατὰ τὸν κανόνα τῆς πίστεως ἀκολουθοῦντες· ἔτι δὲ κἀγὼ ὁ μικρότερος πάντων ὑμῶν Πολυκράτης, κατὰ παράδοσιν τῶν συγγενῶν μου, οἷς καὶ παρηκολούθησά τισιν αὐτῶν· B ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς (67) μου ἐπίσκοποι, ἐγὼ δὲ ὄγδοος· καὶ πάντοτε τὴν ἡμέραν ἤγαγον οἱ συγγενεῖς μου, ὅταν ὁ λαὸς ἧρνε τὴν ζύμην (68)· ἐγὼ οὖν, ἀδελφοί, ἑξήκοντα πέντε ἔτη ἔχων ἐν Κυρίῳ, καὶ συμβεβληκὼς τοῖς ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἀδελφοῖς,

vocem addidit *pontifex ejus*, id est Christi. Tria enim in Joanne notat Polycrates, quæ ad commendationem ejus faciebant. Primum quod sacerdos fuerit, deinde quod martyr; tertio quod doctor seu evangelistes. Proinde ut martyr Christi et evangelistes Christi fuit, sic etiam sacerdos Christi intelligatur necesse est. Quod autem de lamina dicit Polycrates, credibile est primos illos Christianorum pontifices exemplo Judaicorum pontificum, hoc honoris insigne gestasse. Certe et Jacobum fratrem Domini qui primus Hierosolymis episcopus est ordinatus, pontificalem laminam in fronte gestasse auctor est Epiphanius in hæresi Nazaræorum, et in C hæresi LXXVIII. Idem de Marco evangelista tradit auctor ms. *Passionis* ejus: *Quem quidem B. Marcum juxta ritum carnalis sacrificii, pontificalis apicis petalum in populo gestasse Judæorum, illustrium virorum syngraphæ declarant: ex quo manifeste datur intelligi, de stirpe eum levitica, imo pontificis Aaron sacræ successionis originem habuisse.*

(63) *Καὶ Θρασέας.* Hic est Thrasea martyr, cujus mentionem facit Apollonius in libro *Contra Cataphrygas*, supra cap. 18, in fine: Καὶ Θρασέα δέ τινος τῶν τότε μαρτύρων μνημονεύει. Hunc in urbe Smyrna martyrio consummatum esse scribit Rufinus, quem secuti sunt Beda, Ado et cæteri qui *Martyrologia* scripsere. Polycrates tamen tantum dixit, ὃς ἐν Σμύρνῃ κεκοίμηται.

(64) *Σάγαριν ἐπίσκοπον καὶ μάρτυρα.* Hujus martyris mentionem facit Melito, Sardianus episcopus, in libro *De Pascha*, his verbis: Ἐπὶ Σεροῦιλίου Παύλου ἀνθυπάτου τῆς Ἀσίας, ᾧ Σάγαρις D καιρῷ ἐμαρτύρησεν, ἐγένετο ζήτησις πολλὴ ἐν Λαοδικείᾳ, etc., quæ cuncta Eusebius supra in libro IV. Fuit hic episcopus Laodiceæ in Asia; cujus temporibus commota est quæstio in urbe Laodicea de festo paschali. In veteri *Martyrologio Romano* quod edidit Rosweydus, quinto die Octobris hæc habentur: *Eumeniæ Thraseæ episcopi, apud Smyrnam coronati, qui unus fuit ex antiquis.* Die autem sequenti hæc notantur: *Sagaris episcopi Laodicensis, de antiquis Pauli apostoli discipulis.*

(65) *Παπείριον τὸν μακάριον.* In cod. Maz., Med. et Fuk. scriptum invenі Παπίριον, quod est nomen Romanum. Et Polycrates quidem non dicit cujus urbis episcopus fuerit hic Papirius. Invenio tamen apud Symeonem Metaphrastem, Papirium hunc successorem fuisse B. Polycarpi Smyrnæorum episcopi. Verba Symeonis hæc sunt in *Vita S. Polycarpi*: Κατέστησε δὲ ὁ Πολύκαρπος καὶ ἄλλους μὲν διακόνους· ἕνα δὲ ᾧ ὄνομα Καμέριος, ὃς καὶ τρίτος ἀπ' αὐτοῦ μετὰ Παπύριον ἐπίσκοπος γεγένηται. Rufinus quoque *Papyrium* vocat. Sic enim præferunt vulgatæ editiones; sed vetustissimus codex Corbeiensis habet *Papirium*.

(66) *Τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον.* Hieronymus in libro *De scr. pt. eccl.* hæc Polycratis verba ita vertit: *Et Melitonis in sancto Spiritu eunuchi, qui semper Domino serviens positus est in Sardis.* Ex quibus apparet, Hieronymum verba Polycratis male distinxisse in hunc modum: Μελίτωνα τὸν εὐνοῦχον, τὸν ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πάντα πολιτευσάμενον. Rectius Rufinus ita interpretatur: *Melitonem propter regnum Dei eunuchum, et Spiritu sancto repletum.* Sic enim supra Polycrates de Philippi filia locutus est: Καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ θυγάτηρ ἐν ἁγίῳ Πνεύματι πολιτευσαμένη, id est, *Spiritu sancto repleta.* Certe Melitonem a plerisque prophetam existimatum fuisse testatur ipse Hieronymus in libro *De script. eccl.*, ita de eo scribens: *Hujus elegans et declamatorium ingenium laudans Tertullianus in septem libris quos scripsit adversus Ecclesiam pro Montano, dicit eum a plerisque nostrorum prophetam putari.*

(67) *Ἑπτὰ μὲν ἦσαν συγγενεῖς.* Rufinus existimavit septem ordine parentes seu propinquos Polycratis, episcopatum Ephesi gessisse. Sic enim vertit: *Septem namque ex parentibus meis per ordinem fuerunt episcopi, et ego octavus.* Certe hic sensus ex verbis Græcis elici potest. Tamen cum Polycrates non addat, propinquos suos Ephesinæ urbis omnes episcopos fuisse, possumus intelligere illos in diversis Asiæ urbibus sacerdotium obtinuisse.

(68) *Ὅταν ὁ λαὸς ἧρνε.* Text. vulg. ἤρτυε, quod ferri non potest; nam quartadecima luna primi mensis populus Judæorum non parabat fermentum, sed potius projiciebat Sic enim diserte lex jubet. Quare hoc loco restituimus scripturam optimorum codicum Vaticani, Regii et Mazarini, in quibus diserte scriptum est ἧρνε τὴν ζύμην. In Fuk. scriptum inveni ἧρνε. Sed et in codice Medicæo prius scriptum erat ἧρνε, sed postea erasa litera ν, ejus loco τ substitutum est. Est autem ἀρνύειν plebeium vocabulum: cujusmodi verbis amat uti Polycrates, ut ex hac epistola apparet. Significat autem *tollere, removere;* unde et ἀρνεῖσθαι. Cæterum in antiquis codicibus Vaticano et Mazarino ad marginem scriptum est eadem manu Γρ. ἤρτυε, id est, *alias scribitur* ἤρτυε. Quam de-

Digitized by Google

καὶ πᾶσαν ἁγίαν Γραφὴν διεληλυθὼς, οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Οἱ γὰρ ἐμοῦ μείζονες εἰρήκασι· « Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. » Τούτοις ἐπιφέρει περὶ πάντων γράφων τῶν συμπαρόντων αὐτῷ καὶ ὁμοδοξούντων ἐπισκόπων, ταῦτα λέγων· « Ἐδυνάμην δὲ τῶν ἐπισκόπων τῶν συμπαρόντων μνημονεῦσαι, οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ (69), καὶ μετεκαλεσάμην· ὧν τὰ ὀνόματα ἐὰν γράφω, πολλὰ πλήθη εἰσίν. Οἱ δὲ ἰδόντες τὸν μικρόν μου ἄνθρωπον, συνηυδόκησαν τῇ ἐπιστολῇ, εἰδότες ὅτι εἰκῇ πολιὰς οὐκ ἤνεγκα, ἀλλὰ ἐν Κυρίῳ Ἰησοῦ πάντοτε πεπολίτευμαι. » Ἐπὶ τούτοις ὁ μὲν τῆς Ῥωμαίων προεστὼς Βίκτωρ, ἀθρόως τῆς Ἀσίας πάσης ἅμα ταῖς ὁμόροις Ἐκκλησίαις τὰς παροικίας ἀποτέμνειν, ὡς ἑτεροδοξούσας, τῆς κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται, καὶ στηλιτεύει (70) γε διὰ γραμμάτων, ἀκοινωνήτους ἅρδην πάντας τοὺς ἐκεῖσε ἀνακηρύττων ἀδελφούς. Ἀλλ' οὐ πᾶσί γε τοῖς ἐπισκόποις ταῦτ' ἠρέσκετο. Ἀντιπαρακελεύονται οὖν τὰ αὐτῷ, τὰ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς πρὸς τοὺς πλησίον ἑνώσεως καὶ ἀγάπης φρονεῖν. Φέρονται δὲ καὶ αἱ τούτων φωναὶ, πληκτικώτερον καθαπτομένων τοῦ Βίκτορος. Ἐν οἷς καὶ ὁ Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὢν ἡγεῖτο (71) κατὰ τὴν Γαλλίαν ἀδελφῶν ἐπιστείλας,

A tribus toto orbe dispersis sermones sæpe contuli, qui Scripturam sacram omnem perlegi, nihil moveor iis quæ nobis ad formidinem intentantur. Etenim ab illis qui me longe majores erant dictum scio: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus [37]. » Post hæc de episcopis qui simul aderant cum hæc scriberet, et eadem cum ipso sentiebant, sic loquitur: « Possem etiam episcoporum qui mecum sunt, facere mentionem, quos petiistis ut convocarem, sicut et feci. Quorum nomina si ascripsero, ingens numerus videbitur. Hi cum me pusillum hominem invisissent, epistolam nostram assensu suo comprobarunt, gnari me canos istos non frustra gestare, sed vitam ex præceptis institutisque Jesu Christi semper egisse. » His ita gestis, Victor quidem Romanæ urbis episcopus illico omnes Asiæ vicinarumque provinciarum Ecclesias tanquam contraria rectæ fidei sentientes, a communione abscindere conatur; datisque litteris universos qui illic erant fratres proscribit, et ab unitate Ecclesiæ prorsus alienos esse pronuntiat. Verum hæc non omnibus placebant episcopis. Proinde Victorem ex adverso hortati sunt, ut ea potius sentire vellet quæ paci et unitati charitatique erga proximum congruebant.

B

[37] Act. v.

teriorem lectionem Rob. Stephano placuisse miror. Certe Rufinus ἤρνυε legit, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit, *qui omnes ita observarunt hunc diem, ut conveniret cum illo quo fermentum Judæorum populus aufert.* Facessat igitur deinceps emendatio eorum, qui ἤρτυε τὰ ἄζυμα hic restituunt.

C

(69) *Οὓς ὑμεῖς ἠξιώσατε μετακληθῆναι ὑπ' ἐμοῦ.* Scripserat igitur Victor papa ad Polycratem Ephesinæ urbis episcopum, ut, convocato episcoporum Asiæ concilio, litteras suas et sententiam Romani concilii de celebratione festi paschalis ipsis recitaret: minatus sese illum a communione Romanæ Ecclesiæ segregaturum, nisi decretis suis obtemperaret, et minis quidem Victoris ita respondet Polycrates: Οὐ πτύρομαι ἐπὶ τοῖς καταπλησσομένοις. Cæterum quod attinet ad convocationem episcoporum, Polycrates Victori obtemperavit, ut ex hoc loco apparet.

(70) *Καὶ στηλιτεύει.* Langus quidem vertit *notat.* Musculus vero et Christophorsonus verterunt *invehitur*, quia scilicet στηλιτευτικὸς λόγος *invectiva oratio* dicitur. Cæterum cum hæc ab Eusebio obscurius narrata sint, multi dubitarunt utrum Victor papa Ecclesias Asiæ a communione sua revera sejunxerit, an vero id tantum conatus atque interminatus sit. Quod ad me attinet, hoc postremum verius puto. Etenim Eusebius diserte dicit ἀποτέμνειν πειρᾶται. Deinde epistolæ Irenæi et aliorum episcoporum ad Victorem scriptæ, satis arguunt rem adhuc in pendenti fuisse, nec damnationis sententiam etiamtum a Victore in Asianos fuisse prolatam. Sic enim scribit Eusebius de Irenæi litteris ad Victorem: Τῷ γε μὴν Βίκτορι προσηκόντως ὡς μὴ ἀποκόπτοι ὅλας Ἐκκλησίας Θεοῦ, πλεῖστα ἕτερα παραινεῖ. Nondum ergo Ecclesias Asiæ a communione Victor absciderat, cum has litteras scriberet Irenæus, quandoquidem Victorem Irenæus his litteris admonet, ne illas ob vetusti moris observantiam a totius Ecclesiæ corpore sejungere velit. Socrates tamen in libro v, cap 22, Eusebii verba ita accepit, quasi Victor Asianos a communione sua separaverit. Atque ita auctor *Libri synodici*, cujus tamen testimonium parvi facio. Observavi enim illum scriptorem, quisquis fuerit, multa temere confingere. Sed nostram sententiam confirmat, primo Eusebius ipse in locis supra citatis. Deinde Photius in *Bibliotheca*, cap. 120, ubi scribit Irenæum plures dedisse litteras ad Victorem papam, dum illum hortatur ne ob dissensionem de Pascha ullos a communione Ecclesiæ segregaret. Ergo ante litteras Irenæi neminem adhuc Victor a communione præsciderat. Sed neque dici potest post epistolas Irenæi id a Victore factum fuisse. Primo enim Eusebius hoc non dicit, non omissurus utique, si id a Victore postea factum fuisset. Imo vero prorsus contrarium innuit, dum Irenæum ob hujusmodi litteras vocat εἰρηνοποιόν, id est *pacis auctorem.* Litteræ igitur Irenæi ad Victorem papam scriptæ, pacem Ecclesiæ præstiterunt. Cum enim Victor paratus esset excommunicationis sententiam promere adversus Asianos, Irenæi epistola eum a consilio dimovit. Quare non assentior Halloixio, qui ad *Vitam Irenæi*, pag. 668, asserit Victorem adversus Asianos excommunicationis tulisse sententiam.

D

(71) *Εἰρηναῖος ἐκ προσώπου ὢν ἡγεῖτο.* Fit igitur hæc Irenæi epistola synodica, utpote scripta nomine Ecclesiarum Galliæ, cujus caput erat Lugdunum. Proinde hæc epistola referri debuerat inter concilia Galliæ, ut olim monui Jacobum Sirmondum, virum doctissimum, nec unquam nisi honorifice nominandum. Etenim ille editionem suam *Conciliorum Galliæ* a Constantini temporibus exorsus est; hoc solum in præfatione sua monuisse contentus, duas synodos Lugdunenses quibus præfuit Irenæus memorari: quarum in altera Valentinus et Marcion damnati sint. In altera vero Pascha nonnisi die Dominico celebrandum cum tredecim episcopis Irenæus decrevit. Verum quoniam harum synodorum obscurior esset memoria, ideo se illas prætermisisse scribit. Ego vero prioris quidem illius synodi Lugdunensis fateor obscuram esse memoriam. Sed posterior illa in qua de die Paschæ actum est, illustrissimo Eusebii testimonio confirmatur. Locus est cap. 23 hujus libri, ubi de synodis episcoporum agit, quæ ob controversiam super Pascha variis in locis congregatæ sunt, et de synodicis cujusque concilii

Digitized by Google

Exstant etiamnum eorum litteræ, quibus Victorem acerbius perstringunt. Ex quorum numero Irenæus in epistola quam scripsit nomine fratrum quibus præerat in Gallia, illud quidem defendit, solo die Dominico resurrectionis Domini mysterium esse celebrandum : Victorem tamen decenter admonet, ne integras Dei Ecclesias morem sibi a majoribus traditum custodientes, a communione abscindat. Et litteris tractans Eusebius, Lugdunensem synodum cui præfuit Irenæus, non postremo loco commemorat, καὶ τῶν κατὰ Γαλλίαν παροικιῶν, ἃς Εἰρηναῖος ἐπεσκόπει. Subjungit etiam Eusebius epistolam synodicam Irenæi, de qua nunc agimus. Quanquam dubitari potest, utrum hæc synodica Irenæi epistola ad Victorem papam eadem sit cum illa cujus meminit Eusebius in dicto capite 23, an autem diversa, et in alia synodo Lugdunensi conscripta. Equidem unam eamdemque esse existimo. Id enim suadere videntur Eusebii verba, cum dicit : Παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς Κυριακῆς ἡμέρᾳ τὸ τῆς τοῦ Κυρίου ἀναστάσεως ἐπιτελεῖσθαι μυστήριον. Deinde quod ait Eusebius, hanc epistolam ex persona fratrum, id est episcoporum Galliæ, ab Irenæo esse conscriptam. Neque enim verisimile est, duas synodos de una eademque re tam brevi temporis intervallo in Gallia congregatas fuisse. Porro si quis scire desiderat undenam Jacobus Sirmondus duas illas Lugdunenses hauserit synodos, sciat id desumptum esse ex veteri *Synodico* Argentorati edito. Sed hujus libelli auctorem sublestæ fidei esse jam supra monuimus ; qui cum sciret Irenæum adversus Valentinum et alios hæreticos scripsisse, arrepta hinc occasione, finxit synodum Lugduni adversus illos hæreticos ab Irenæo collectam fuisse.

(72) *Παρίσταται μὲν τὸ δεῖν.* In libro Turnebi ad oram emendatum est τῷ δεῖν. Quæ emendatio etiam in Moræi ac Gruteri libris habetur. Nec dubito quin Eusebius ita scriptum reliquerit. Sic enim loqui solet, ut notavi ad caput vicesimum tertium libri quarti.

(73) *Ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας.* Duplicem ait Irenæus tunc temporis fuisse dissensionem in Ecclesia : primam de die Paschæ, alteram de forma jejunii. Non dicit dissensionem de jejunio, sed tantum de jejunii forma ; id est, quot diebus esset jejunandum, ut postea explicat Irenæus. Omnes enim, tam ii qui Pascha die Dominico celebrabant, quam illi qui cum Judæis quarta decima luna festum illud peragebant, in eo quidem conveniebant, quod ante Pascha jejunarent. Quod jejunium ex traditione apostolica susceperant perinde ac festum Paschale. Certe Eusebius in libro secundo, capite decimo septimo, testatur Christianos in Ægypto temporibus beati Marci evangelistæ, paschale jejunium celebrasse. Ac licet fortasse quis concesserit Eusebium illic falli, qui Therapeutas illos de quibus Philo in libro *De vita contemplativa*, Christianos fuisse crediderit, illud tamen ex eo loco colligitur, paschale jejunium usitatum fuisse temporibus apostolorum juxta Eusebii sententiam. Idem quoque ex Epiphanio licet colligere.

(74) *Τῆς νηστείας.* Tres apud veteres Christianos fuere jejunii species. Primum fuit jejunium quartæ et sextæ feriæ, quod solvebatur hora diei nona, post finem stationis seu συνάξεως. Quare a Tertulliano vocantur stationum semijejunia. In *Typico* monasterii Sancti Sabæ dicitur νηστεία τῆς ἐννάτης. Secunda species fuit jejunium Quadragesimale, quod sub vesperam solvebatur. Nam hora nona fiebat synaxis, et post missarum solemnia vespertinum canebatur officium, ac deinde populus dimittebatur, ut docent Epiphanius, Amalarius et concilia Anglicana. Tertium genus jejunii fuit omnium strictissimum, quod usque ad galli cantum et primæ lucis exortum producebatur ; quod idcirco ὑπέρθεσις dicebatur, Latine *superpositio*. Hæc tria jejunandi genera aperte distinguit Epiphanius in *Expositione fidei catholicæ*, quæ legitur ad calcem librorum illius *Contra hæreses*. Postquam enim de jejunio quartæ et sextæ feriæ, itemque de jejunio Quadragesimæ locutus est, transiens ad jejunium Paschalis hebdomadis, ait fideles per eam hebdomadam solo pane et aqua vesci ad vesperam. Additque : Ἀλλὰ καὶ οἱ σπουδαῖοι διπλᾶς καὶ τριπλᾶς καὶ τετραπλᾶς ὑπερτιθέασι, καὶ ὅλην τὴν ἑβδομάδα τινὲς ἄχρις ἀλεκτρυόνων κλαγγῆς. Id est : *Verum hi qui studiosi sunt, biduum ac triduum et quatriduum superponunt : quidam totam hebdomadam usque ad galli cantum.* Dionysius quoque Alexandrinus in epistola ad Basilidem, νηστείαν et ὑπέρθεσιν aperte distinguit. Postquam enim dixit, per sex illos jejuniorum dies qui Pascha antecedunt, non ex æquo ab omnibus jejunari, subdit hæc verba : Οἱ μὲν πάσας ὑπερτιθέασιν ἄσιτοι διατελοῦντες, οἱ δὲ δύο, οἱ δὲ τρεῖς, οἱ δὲ τέσσαρας· οἱ δὲ οὐδεμίαν, καὶ τοῖς μὲν πάνυ διαπονηθεῖσιν ἐν ταῖς ὑπερθέσεσιν, εἶτα ἀποκαμοῦσι καὶ μονονοὺ ἐκλείπουσι, συγγνώμη τῆς ταχυτέρας γεύσεως· οἱ δέ τινες οὐχ ὅπως οὐχ ὑπερτιθέμενοι, ἀλλὰ μηδὲ νηστεύσαντες, etc. Id est : *Alii quidem totum sex dierum spatium superponunt, jejunii perseverantes : alii vero biduum, quidam triduum, nonnulli quatriduum : alii ne unum quidem diem superponunt. Et iis quidem qui multum in superpositionibus desudarunt, ac deinde fessi propemodum deficiunt, indulgenda est celerior refectio. Si qui vero non modo non superposuerunt, sed ne jejunarunt quidem*, etc. Vides jejunium a superpositione hic distingui a Dionysio, et ὑπέρθεσιν quidem sumi pro abstinentia a cibo usque ad galli cantum ; jejunium vero pro inedia usque ad vesperam. Tertullianus quoque tres agnoscit species jejunii. Primam penitus sublati cibi, secundam diminuti, tertiam demorati. Primam simpliciter jejunium solet appellare : secundam vero alicubi vocat portionale jejunium et xerophagiam ; tertiam, stationum semijejunia. Cum tres ergo fuerint species jejunii, quæri non immerito potest de qua loquatur hic Irenæus. Ac primum constat Irenæum non hic loqui de jejunio quartæ et sextæ feriæ, seu de jejunio stationum. Quippe Irenæus hic manifeste loquitur de jejunio diei solidi, non autem dimidiati. Ait enim : Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, etc. At jejunium quartæ et sextæ feriæ non erat plenum jejunium, nec diei solidi, ut supra dixi. Quare locus Irenæi de hoc jejunio intelligi non potest. Restat ergo ut vel de jejunio quadragesimali, quod solvebatur ad vesperam, vel de superpositione locum hunc accipiamus. Ac Dionysius quidem Alexandrinus et Epiphanius in locis supra memoratis suadere videntur ut de superpositione potius intelligamus.

Digitized by Google

Οἱ μὲν γὰρ οἴονται (75) μίαν ἡμέραν (76) δεῖν αὐτοὺς A νηστεύειν, οἱ δὲ δύο (77), οἱ δὲ καὶ πλείονας· οἱ δὲ τεσσαράκοντα (78) ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς

post multa alia in eam sententiam dicta, his etiam utitur verbis: « Neque enim de die solum controversia est, sed etiam de forma ipsa jejunii. Quidam

(75) *Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν.* Hæc Irenæi verba varie a variis accepta sunt, dum pro suo quisque studio Irenæum ad suas partes trahere conatur. Bellarminus quidem de Quadragesima locum hunc intellexit. id est de quadraginta dierum jejunio ante Pascha. Itaque cum Irenæus scribit quosdam unum diem jejunasse, id Bellarminus ita intelligit, ut diem unum, verbi gratia secundam feriam, absque ullo transegerint cibo, ac deinde modica refectione corpus curaverint. Idem deinceps tertia feria, idem quarta, quinta et sexta fecerint, donec totam Quadragesimam explessent. Verum hæc explicatio et a verbis et a sensu Irenæi penitus abhorret. Nonnullos vidi qui hunc Irenæi locum de quadraginta quidem dierum jejunio acciperent, sed ita explicarent, ut quidam uno die, quidam biduo aut triduo jejunarent per singulas Quadragesimæ hebdomadas. B Quæ quidem expositio priore illa multo videtur probabilior. Alii, inter quos est cardinalis Perronius, Irenæi locum accipiunt, non de tota Quadragesima, sed de hebdomade Paschali, quæ incipit a secunda feria majoris hebdomadæ. Confirmat hanc sententiam Dionysius Alexandrinus in epistola ad Basilidem, his verbis : Ἐπεὶ μηδὲ τὰς ἓξ τῶν νηστειῶν ἡμέρας ἴσως μηδὲ ὁμοίως πάντες διαμένουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν καὶ πάσας ὑπερτιθέασιν, etc., ut supra. Non ovum ovo similius est, quam sunt inter se similia hæc duo loca, Irenæi ac Dionysii, adeo ut Dionysius cum hæc scriberet, Irenæi locum in mente habuisse mihi videatur. Tertius his adjungi potest locus Epiphanii in *Expositione fidei catholicæ*, supra jam a nobis commemoratus.

(76) *Μίαν ἡμέραν.* Sine dubio intelligit Irenæus sextam feriam majoris hebdomadæ. Cum enim de jejunio paschali loquatur, et quosdam uno duntaxat die jejunare dicat, quem alium diem intelligere po- C test, quam diem Paschæ? Sic enim vocabatur dies ille, ut ex Tertulliano jam pridem ab aliis observatum est. Quo quidem die, communis et publica jejunii religio erat, ut scribit Tertullianus in libro *De oratione*. Qua de re insignis est Methodii locus in *Convivio virginum*, oratione tertia, qui hic meretur ascribi : Ὥσπερ γὰρ εἴ τις ἐν ἡμέρᾳ τοῦ Πάσχα καὶ τῆς νηστείας ἐπισφαλῶς νοσηλευομένῳ προσέφερε τροφὴν, καὶ ἐκέλευε διὰ τὴν ἀσθένειαν ἀπογεύσασθαι τούτων τῶν προσφερομένων, λέγων· Ὡς ἄρα τὸ μὲν ἀληθῶς, ὦ οὗτος, καλὸν, ἐχρῆν ὥσπερ δὴ καὶ ἡμᾶς, καὶ σὲ καρτερῶς διαμείναντα, τῶν αὐτῶν μεταλαβεῖν· ἀπηγόρευται γὰρ σήμερον διαίτης ἐπιμνησθῆναι τὸ σύνολον. Id est : *Nam quemadmodum si cui periculose ægrotanti die Paschæ ac jejunii, cibum aliquis porrigat, jubeatque ut ob corporis infirmitatem degustet aliquid ex iis quæ porriguntur, ita dicens : Bonum revera esset, o amice : oportebat te quoque, sicut et nos, fortiter perseverantem eadem percipere. Hodie enim penitus interdictum est ullam cibi mentionem facere.* Et hoc est jejunium quod in Canonibus Timothei Alexandrini vocatur ἡ νηστεία τοῦ Πάσχα. De ejusdem diei solemni jejunio Tertullianus in libro *De jejunio* ita loquitur : *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus, et jejuniis Parasceven?* Quippe hic dies κατ' ἐξοχὴν dicebatur Parasceve. Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi* 18 : Διὰ δὲ τὸν κάματον τὸν προγενόμενον ὑμῖν ἔκ τε τῆς ὑπερθέσεως τῆς νηστείας τῆς παρασκευῆς, καὶ τῆς ἀγρυπνίας, etc. Id est : *Ob laborem vero antecedentem, tum ex superpositione jejunii Parasceves, tum ex pervigilio*, etc.

(77) *Οἱ δὲ δύο.* Parascevem scilicet et Sabbatum magnum. His enim diebus Catholici omnes, nisi quibus morbus causa esset, jejunabant. Tertullianus in libro *De jejunio : Certe in Evangelio illos dies jejuniis determinatos putant, in quibus ablatus est Sponsus ; et hos esse jam solos legitimos jejuniorum Christianorum.* Et infra capite 15 ejusdem libri : *Ecce enim convenio vos et præter Paschæ jejunantes, citra illos dies quibus ablatus est Sponsus.* Denique in capite 14, eos dies Parascevem fuisse et Sabbatum significat his verbis : *Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicamus et jejuniis Parasceven? Quanquam vos etiam Sabbatum continuatis : si quando, nunquam nisi in Pascha jejunandum secundum rationem alibi redditam.*

(78) *Οἱ δὲ τεσσαράκοντα.* Antequam hunc locum exponamus, stabilienda est ejus lectio. Christophorsonus quidem et Savilius hunc locum ita legerunt ac distinxerunt : Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν· οἱ δὲ δύο· οἱ δὲ καὶ πλείονας. οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥρας τε ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι, τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Cui lectioni favet Rulini interpretatio; sic enim vertit : *Quidam enim putant uno tantum die observari debere jejunium, alii duobus : alii vero pluribus; nonnulli etiam quadraginta ; ita ut horas diurnas nocturnasque computantes, diem statuant.* Eamdem lectionem secutus est Joannes Langus, qui Nicephorum interpretatus est. Verum huic lectioni omnes nostri codices refragantur. Certe in codice Maz. hic locus uno tenore ita scribitur : Οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. In Medicæo vero et Fuketiano post vocem ὥρας apponitur virgula. Regius autem codex ita interpungit : Οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς καὶ νυκτερινὰς, συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Quod si post vocem τεσσαράκοντα distinctionem affixeris, nullus jam erit sensus. Quo enim referentur verba illa quæ sequuntur ὥρας ἡμερινάς, etc., utrum ad illos qui unum diem, an ad hos qui quadraginta dies jejunant? Ad hos certe referenda potius videntur, utpote ultimo loco positos. Jam vero si ad hos retuleris, illud necessario consequetur eos qui quadraginta dies jejunabant, toto illo tempore nihil prorsus comedisse, quandoquidem horas tam nocturnas quam diurnas jejunio deputabant. Deinde cum Irenæus jam dixerit alios uno die, alios biduo, alios vero pluribus diebus jejunare, quid necesse est addere alios quadraginta diebus jejunare, cum in eo quod plures dies dixit, quadraginta satis comprehendantur. Verior itaque est nostrorum codicum scriptura, quam Musculus in interpretatione sua fideliter expressit hoc modo : *Si quidem alii unum sibi diem jejunandum esse putant, alii duos, alii plures ; alii quadraginta horas diurnas et nocturnas computantes, diem suum statuunt.* Constituta jam lectione hujus loci, ad illius expositionem veniamus. Ait igitur Irenæus quosdam quadraginta continuis horis diurnis simul ac nocturnis jejunasse. D Sunt qui existiment hoc quadraginta horarum jejunium ab illis celebratum fuisse in memoriam spatii illius quod a morte Christi ad ejus ressurrectionem interfuit. Id autem spatium fuit horarum circiter quadraginta, ab hora scilicet sexta Parasceves, usque ad diluculum primæ feriæ. Ego vero, illud quadraginta horarum jejunium ab his potius celebratum esse crediderim in honorem ac memoriam quadraginta dierum ac noctium quibus Christus in solitudine jejunavit. Nam cum veteres illi Christum omnibus modis imitari studerent, jejunium illud quadraginta dierum, quod supra humanas vires erat, hoc saltem quadraginta horarum jejunium æmulabantur. Tria igitur ex hoc Irenæi loco colligimus. Primum est, jejunium ante Paschale jam inde ab apostolicis temporibus semper in Ecclesia usitatum fuisse. Alterum, jejunium illud in honorem Quadragesimæ Christi fuisse cele-

Digitized by Google

enim existimant unico die sibi esse jejunandum : alii duobus, alii pluribus : nonnulli etiam quadraginta horis diurnis **193** ac nocturnis computatis diem suum metiuntur. Atque hæc in observando jejunio varietas non nostra primum ætate nata est, sed longe antea apud majores nostros cœpit : qui negligentius, ut verisimile est, præsidentes, ex simplicitate et imperitia ortam consuetudinem posteris tradiderunt. Nihilominus tamen et omnes isti pacem

συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν (79). Καὶ τοιαύτη μὲν ποικιλία τῶν ἐπιτηρούντων, οὐ νῦν ἐφ' ἡμῶν γεγονυῖα, ἀλλὰ καὶ πολὺ πρότερον ἐπὶ τῶν πρὸ ἡμῶν, τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς, ὡς εἰκὸς, κρατούντων (80), τὴν καθ' ἁπλότητα καὶ ἰδιωτισμὸν συνήθειαν εἰς τὸ μετέπειτα πεποιηκότων. Καὶ οὐδὲν ἧττον πάντες οὗτοι εἰρήνευσάν τε καὶ εἰρηνεύομεν πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι (81). » Τούτοις καὶ ἱστορίαν

bratum. Postremo, varie a variis fuisse jejunatum. Semper autem meminisse debemus, Irenæum hic loqui de jejunio superpositionis, quod per magnam hebdomadam a Christianis celebrabatur. Cæterum semel admisso hebdomadis Paschalis jejunio, etiam Quadragesima admittenda est. Nam hebdomas Paschalis pars est Quadragesimæ. Ac interdum quidem jejunium illius hebdomadis distingui videmus a jejunio Quadragesimæ, ut apud Epiphanium in *Expositione fidei;* apud Clementem in *Constitutionibus apostolicis.* Sed et vetus auctor in tractatu *contra Græcos*, quem edidit Petrus Steuartius in tomo singulari *Insignium auctorum*, pag. 509, de Græcis ita scribit : *Nec Quadragesimam celebrant; cum Quadragesima sit jejunium quadraginta dierum. Ipsi vero majorem septimanam a numero Quadragesimæ secludentes, sex hebdomadis Quadragesimam claudunt. Tot enim sunt a prima eorum septimana, usque ad Sabbatum quod Palmarum ramos præcedit. In quo universaliter ab illis cantatur : Quæ animæ utilis est complemus Quadragesimam.* Verba sunt ex officio Græcorum in Sabbato ante Dominicam Palmarum. Verum neque hic auctor, nec plerique alii recentiores satis intellexisse mihi videntur, cur hæc magna hebdomas interdum distinguatur a Quadragesima. Non enim ita distinguitur, quasi revera non pertineat ad Quadragesimam. Verum ab illa distinguitur, ut pars a toto. Cur autem a Quadragesima interdum distincta fuerit, duplex ratio afferri potest. Prima, quod districtiori jejunio celebraretur, superpositionis scilicet, ut supra ostendimus; secunda ratio, quod hæc hebdomas proprie ad Pascha pertinet. Feriæ enim hebdomadis denominantur a sequente Dominica, et ad eam pertinent, ut alibi demonstrabitur. Quare cum hæc hebdomas Dominicam Paschalem proxime antecedat, merito etiam ad eam pertinet. Hinc est quod hebdomas μεγάλη dicitur. Cujus vocabuli causas affert Chrysostomus, homilia 30 *in Genesim*. Sed vera illius vocabuli ratio est quam dixi. Cum enim hæc sit hebdomas Paschæ, dies autem Paschæ appelletur ἡ Μεγάλη Κυριακὴ τοῦ Πάσχα, recte etiam hæc hebdomas sancta et magna cognominatur. In *Typico* Sancti Sabæ, singuli dies hujus hebdomadis sancti et magni vocantur hoc modo : Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη δευτέρα, et sic deinceps. Incipiebat autem hebdomas illa a feria secunda, ut discimus ex Cyrillo et Theophilo in *Homiliis paschalibus* et ex Epiphanio in *Aerianis*. Porro quamvis a Quadragesima nonnunquam distingueretur ob eas quas dixi causas, revera tamen conjuncta erat Quadragesimæ, ejusque extrema pars erat et complementum. Certe id manifeste colligitur ex *Homiliis paschalibus* Cyrilli, in quibus hæc septimana perpetuo distincta legitur a reliqua Quadragesima, et septimana Paschæ vocatur. Eadem tamen Quadragesimæ contribuitur, quippe quæ quadraginta dierum numerum adimpleat. Denique illud etiam observandum est, quod scribit Socrates in lib. v, cap. 22, veteres Christianos paschale suum jejunium vocasse Quadragesimam, quamvis non totis quadraginta diebus omnes jejunarent. Ejusque vocabuli varias a variis causas afferri dicit. Mihi quidem Quadragesima dicta videtur eodem modo, quo Quinquagesima quæ est post Pascha.

Nam ut Quinquagesima seu Pentecoste, proprie quidem est dies ultima de quinquaginta illis diebus Paschale festum subsequentibus, tamen late sumpto vocabulo, interdum significat totum illud spatium dierum quod est a Pascha ad Pentecosten, ut apud Hieronymum in epistola ad Marcellam, apud Cassianum et complures alios. Sic etiam Quadragesima proprie quidem est dies unus de quadraginta, dies scilicet Parasceve, qui quidem apud Alexandrinos erat quadragesimus, ut ex Cyrilli *Homiliis paschalibus* constat. Latius tamen sumpto vocabulo, designat etiam quadraginta dies jejuniorum qui Pascha antecedunt.

(79) *Συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν.* Miror tot homines eruditos, qui hunc Irenæi locum in suis libris exposuerunt, ejus vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam credat fuisse homines, qui quadraginta horarum spatio diem metirentur. Atqui quadraginta horæ biduum jejunantibus efficiunt. Equidem non dubito, quin Irenæus ita scripserit : Οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινὰς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν νηστείαν. Qua scriptura nihil planius esse potest. Quare aut Irenæus omnino ita scripsit, aut certe ita scribere debuit. Sed antiquarii, vocabulo ex superiore linea huc translato, locum corruperunt.

(80) *Τῶν παρὰ τὸ ἀκριβὲς, ὡς εἰκὸς, κρατούντων.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Solus Musculus sensum assecutus est, sed ex parte tantum. Sic enim vertit : *Et ista jejunantium varietas nostro demum tempore, sed multo antea per illos cœpit, qui ante nos præter accuratam diligentiam, ut verisimile est, rerum habenis potiti, simplicem ac vulgatam consuetudinem posthabuerunt ac mutarunt.* Est certe hic Irenæi locus admodum intricatus et obscurus. Vult autem ostendere Irenæus unde orta sit tanta diversitas jejunii paschalis. Ait igitur eam natam esse non ex lege aliqua ab apostolis aut a Christo data, sed paulatim usu quodam increbuisse; ac postea episcopos quosdam, in iis quæ ad disciplinam pertinent parum diligentes nec satis accuratos, id quod simpliciter introductum fuerat, licet singulare et ab aliarum Ecclesiarum more diversum, in consuetudinem vertisse ac posteris observandum reliquisse. Reprehendit igitur illos Irenæus, quod παρὰ τὸ ἀκριβὲς egerint. Est enim diligentis episcopi, videre ne quid novum in Ecclesiam inducatur præter reliquarum Ecclesiarum consuetudinem. Ita Socrates hunc Irenæi locum cepisse videtur in cap. 22 lib. v, ubi postquam de jejuniorum et hujuscemodi rituum apud varias Ecclesias discrepantia abunde disseruit, ita concludit : Αἴτιοι γὰρ, ὡς ἡγοῦμαι, τῆς τοιαύτης διαφωνίας οἱ κατὰ καιρὸν τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶτες· οἱ δὲ ταῦτα παραλαβόντες, ὡς νόμον τοῖς ἐπιγινομένοις παρέγραψαν.

(81) *Ἡ διαφωνία τῆς νηστείας τὴν ὁμόνοιαν τῆς πίστεως συνίστησι.* Idem ait August. in epist. 86, ad Casulanum : *Sit ergo una fides universæ quæ ubique dilatatur Ecclesiæ, tanquam intus in membris, etiamsi ipsa fidei unitas quibusdam diversis observationibus celebratur, quibus nullo modo quod in fide verum est, impeditur.*

Digitized by Google

προστίθησιν, ἣν οἰκείως παραθήσομαι, τοῦτον ἔχουσαν τὸν τρόπον· « Καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος (82) πρεσβύτεροι οἱ προστάντες τῆς Ἐκκλησίας ἧς νῦν ἀφηγῇ, Ἀνίκητον λέγομεν καὶ Πίον, Ὑγῖνόν τε καὶ Τελεσφόρον, καὶ Ξύστον, οὔτε αὐτοὶ ἐτήρησαν, οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον (83), καὶ οὐδὲν ἧττον αὐτοὶ μὴ τηροῦντες εἰρήνευον τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, ἐν αἷς ἐτηρεῖτο, ἐρχομένοις πρὸς αὐτοὺς καίτοι μᾶλλον ἐναντίον ἦν τὸ τηρεῖν ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι (84). Καὶ οὐδέποτε διὰ τὸ εἶδος τοῦτο ἀπεβλήθησάν τινες (85), ἀλλ' αὐτοὶ μὴ τηροῦντες οἱ πρὸ σοῦ πρεσβύτεροι, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν τηροῦσιν ἔπεμπον Εὐχαριστίαν (86). Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου (87), καὶ περὶ ἄλλων τινῶν μικρὰ σχόντες πρὸς ἀλλήλους εὐθὺς εἰρήνευσαν· περ (τούτου τοῦ κεφαλαίου (88) μὴ φιλεριστή-

A inter se retinuerunt, et nos invicem retinemus. Ita jejuniorum diversitas consensionem fidei commendat. » Narrationem deinde subjungit, quam hic opportune inseram. Est autem hujusmodi : « Sed et presbyteri illi qui ante Soterem, Ecclesiam cui tu nunc præes, gubernarunt : Anicetum dico et Pium, et Hyginum cum Telesphoro et Xysto, neque ipsi unquam observarunt : neque his qui cum ipsis erant, ut id observarent permiserunt. Ipsi tamen cum hoc minime observarent, pacem nihilominus colebant cum iis qui ad se venissent ex Ecclesiis in quibus id observabatur. Atqui observantia inter eos qui minime observabant, tanto magis contraria videbatur. Nec ulli unquam ob ejusmodi consuetudinem rejecti sunt. Verum illi ipsi qui te præcesse-
B runt presbyteri, quamvis id minime observarent,

(82) Vulg. *ἐν οἷς καὶ οἱ πρὸ Σωτῆρος*. Duas priores voces expunxi, quippe quæ abessent a quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil., nec legerentur in interpretatione Rufini. Paulo post in iisdem exemplaribus Πίον legitur accentu acuto in prima syllaba, quod magis placet. Cum enim primam syllabam habeat brevem, circumflecti non debet.

(83) *Οὔτε τοῖς μετ' αὐτοὺς ἐπέτρεπον*. In libro Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur μετ' αὐτῶν. Atque ita legit Rufinus, ut ex versione ejus apparet. Sic enim vertit : *Neque ipsi ita tenuerunt, neque hi qui cum ipsis erant*. Posset etiam scribi : οὔτε τοῖς ὑπ' αὐτούς, id est, presbyteris suis ac diaconis, et populo sibi commisso.

(84) Vulg. *τοῖς μὴ τηροῦσι*. Amplector emendationem quæ in libris Turnebi ac Moræi habetur ad marginem, ἐν τοῖς μὴ τηροῦσι. Est autem hic hujus loci sensus. Cum observantia alicujus moris et inobservantia sint inter se contraria, tamen quoties is qui morem observat quempiam, versatur inter eos qui minime observant, tunc ipsa diversitas magis elucet. Hoc est, quod vulgo dicitur in scholis philosophorum : Contraria juxta se invicem posita magis elucescant.

(85) *Ἀπεβλήθησάν τινες*. Rufinus hanc vocem pluribus verbis exposuit, quæ scholii vicem præstant. *Nunquam tamen ob hoc repulsi sunt ab Ecclesiæ societate, aut venientes ab illis partibus non sunt suscepti.* Ἀποβάλλειν igitur duo significat, aut ejicere ab Ecclesia, quæ frequentior significatio est, et in capite ultimo hujus libri ; aut omnino non admittere venientem.

(86) *Ἔπεμπον Εὐχαριστίαν*. Solebant olim episcopi, tempore paschalis festivitatis Eucharistiam ad alios episcopos eulogiarum nomine transmittere. Idque tandem vetitum fuit concilio Laodiceno, ca-
D pite 14. At Rhenanus hunc locum aliter intellexit. Sic enim adnotavit ad marginem Rufini : *Ex hoc Irenæi loco apparet, quod si episcopus aliquis Romam venisset, Romanus pontifex Eucharistiam hospiti solemniter transmittebat.* In quo dupliciter fallitur; tum quod id pontificis Romani privilegium esse sensit, tum quod solis hospitibus seu advenis id præstari existimavit. Atqui ex concilio Laodiceno discimus, hunc morem promiscuum fuisse, et ab omnibus passim episcopis usurpatum, ut ad aliarum civitatum episcopos benedictionis nomine Eucharistiam transmitterent. Putavit scilicet Rhenanus, in his Irenæi verbis, τοῖς ἀπὸ τῶν παροικιῶν, subaudiri verbum ἐλθοῦσι. Quod tamen non est necessarium. Nam οἱ ἀπὸ τῶν παροικιῶν, sunt episcopi Ecclesiarum, quemadmodum ἀπὸ Δεβέλτου, est episcopus Debelti ; ἀπὸ Εὐμενείας, episcopus Eumeniæ, ut supra observavimus. Porro ad hunc morem transmittendæ Eucharistiæ, facit in primis locus Justini in prima *Apologia* : Εὐχαριστήσαντος δὲ τοῦ προεστῶτος, καὶ ἐπευφημήσαντος παντὸς τοῦ λαοῦ οἱ καλούμενοι παρ' ἡμῖν διάκονοι διδόασιν ἑκάστῳ τῶν παρόντων μεταλαβεῖν, ἀπὸ τοῦ εὐχαριστηθέντος ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατος, καὶ τοῖς οὐ παροῦσιν ἀποφέρουσι· καὶ ἡ τροφὴ αὕτη καλεῖται παρ' ἡμῖν Εὐχαριστία. Id est : *Postquam antistes gratiarum actionem perfecit, et populus omnis apprecatus est, diaconi ex pane et vino et aqua consecratis partes dividunt unicuique præsentium et ad absentes portant. Hic cibus vocatur Eucharistia.* Scio quidem Justini locum de ægris explicari posse ; sed nostra explicatio planior esse videtur. Illustre etiam hujus moris exemplum exstat in *Actis* Lucani martyris. Notandum porro est in loco Justini supra
C citato, panem consecratum a Christianis vulgo dictum esse Eucharistiam, quod confirmat etiam Irenæus tum in hoc loco, tum in libro *Contra hæreses* cap. 11, Clemens i *Stromat.*, pag. 117.

(87) *Καὶ τοῦ μακαρίου Πολυκάρπου ἐπιδημήσαντος τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀνικήτου*. Baronius in *Annalibus* hunc Polycarpi adventum in urbem Romam refert anno v M. Aurelii Antonini, eodemque anno pontificatum Aniceti orditur : quod nequaquam probabile mihi videtur. Hoc enim anno, Polycarpus major erat octogenario. Mortuus quippe est anno vii M. Aurelii imperatoris, cum sextum et octogesimum ætatis annum jam exegisset. Ita enim scribitur in epistola Ecclesiæ Smyrnensis quam supra retulit Eusebius in lib. iv, ὀγδοήκοντα καὶ ἓξ ἔτη δουλεύω αὐτῷ, id est, *octoginta et sex annos illi servio*. Quod si annos illos non a primo statim ortu, sed a pueritia ordiri lubet, quando primum homines ratiocinari incipiunt : sequetur omnino, Polycarpum centenario majorem aut proximum, e vivis abiisse. Atque juxta ita computationem Baronii necesse erit dicere, illum nonagesimo ætatis anno venisse Romam, quod profecto nequaquam credibile est. Eusebium vero hæc objectio nullatenus involvit. Quippe Eusebius Aniceti pontificatum orditur sub Antonino Pio, decem fere annis ante Baronium. Id ipsum in Baronio reprehendit Halloixius in notationibus ad caput 10 *Vitæ B. Polycarpi*.

(88) *Περὶ τούτου τοῦ κεφαλαίου*. Pessime hunc locum interpretatus est Christophorsonus, cujus versio Baronium postea in errorem induxit. Sic enim vertit : *Quin pro hoc festo observando, quod controversiæ caput videbatur, charitatis vincula neutiquam ruperunt.* Cui interpretationi nimium fidens Baronius, ad annum Christi 167 scribit Polycarpum ideo Romam venisse, ut dissidia quæ de Paschali festo orta fuerant, cum Aniceto componeret : idque Eusebium et Irenæum affirmare. Atqui Irenæus

Digitized by Google

Ecclesiarum presbyteris qui id observabant, Eucharistiam transmiserunt. Et cum beatissimus Polycarpus Aniceti temporibus Romam venisset, atque inter illos de quibusdam aliis rebus modica esset controversia, statim mutuo pacis osculo se complexi sunt, de hoc capite non magnopere inter se contendentes. Neque enim Anicetus Polycarpo persuadere unquam poterat ut observare desineret, quippe qui cum Joanne Domini nostri discipulo, et cum reliquis apostolis quibuscum familiariter vixerat, eum morem perpetuo observasset. Neque item Polycarpus Aniceto persuadere conatus est ut observaret, cum Anicetus eorum qui ante se fuerant presbyterorum morem sibi retinendum esse diceret. Quæ cum ita se haberent, communicarunt sibi invicem: et Anicetus in Ecclesia consecrandi munus Polycarpo honoris causa concessit: tandemque cum pace a se invicem discesserunt: tam iis qui observabant, quam illis qui minime observabant, pacem Ac Irenæus quidem nomini suo vere respondens, sito pacificus, pro Ecclesiarum pace hæc monuit et ad multos alios Ecclesiarum antistites de quæstione

A σαντες πρὸς ἑαυτούς. Οὔτε γὰρ ὁ Ἀνίκητος τὸν Πολύκαρπον πεῖσαι ἐδύνατο μὴ τηρεῖν, ἅτε μετὰ Ἰωάννου τοῦ μαθητοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων οἷς συνδιέτριψεν, ἀεὶ τετηρηκότα, οὔτε μὴν ὁ Πολύκαρπος τὸν Ἀνίκητον ἔπεισε τηρεῖν, λέγοντα τὴν συνήθειαν τῶν πρὸ αὐτοῦ πρεσβυτέρων ὀφείλειν κατέχειν. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, ἐκοινώνησαν ἑαυτοῖς· καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν Εὐχαριστίαν (89) τῷ Πολυκάρπῳ, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, καὶ μετ' εἰρήνης ἀπ' ἀλλήλων ἀπηλλάγησαν, πάσης τῆς Ἐκκλησίας εἰρήνην ἐχόντων τῶν τηρούντων καὶ μὴ τηρούντων. » Καὶ ὁ μὲν Εἰρηναῖος φερώνυμός τις ὢν τῇ προσηγορίᾳ, αὐτῷ τε τῷ τρόπῳ εἰρηνοποιὸς, τοιαῦτα ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν εἰρήνης παρεκάλει τε καὶ ἐπρέσβευεν. Ὁ δ' B αὐτὸς οὐ μόνῳ τῷ Βίκτορι, καὶ διαφόροις δὲ πλείστοις ἄρχουσιν Ἐκκλησιῶν, τὰ κατάλληλα δι' ἐπιστολῶν περὶ τοῦ κεκινημένου ζητήματος ὡμίλει. communionemque totius Ecclesiæ retinentibus. » nec solo nomine, sed etiam vitæ instituto ac propo- allegavit. Nec vero ad **194** Victorem solum, sed proposita litteras in eamdem sententiam misit.

CAPUT XXV.

Quomodo cuncti in unam sententiam de die Paschæ convenerint.

Episcopi vero Palæstinæ quos paulo supra memoravimus, Narcissus scilicet et Theophilus, et cum illis Cassius Tyri, et Clarus Ptolemaidis episcopi, et qui simul cum ipsis convenerant, postquam de traditione diei Paschalis, quæ jam inde ab apostolis ad ipsos continua successione manaverat, multa in C suis litteris disseruerunt, tandem ad finem epistolæ his utuntur verbis: « Date operam ut epistolæ nostræ exemplaria per omnes Ecclesias mittantur, ne nobis crimen imputent qui animas suas a recto veritatis tramite facile abducunt. Illud etiam vobis significamus, eodem quo apud nos die Pascha Alexandriæ celebrari. A nobis enim ad illos, et vi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅπως τοῖς πᾶσι μία ψῆφος περὶ τοῦ Πάσχα συνεφωνήθη (Nic. *H. E.* IV, 36).

Οἵ γε μὴν ἐπὶ Παλαιστίνης οὓς ἄρτιως διεληλύθαμεν, ὅ τε Νάρκισσος καὶ Θεόφιλος, καὶ σὺν αὐτοῖς Κάσσιος τῆς κατὰ Τύρον Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, καὶ Κλάρος τῆς ἐν Πτολεμαΐδι, οἵ τε κατὰ τούτων συνελθόντες περὶ τῆς κατελθούσης εἰς αὐτοὺς ἐκ διαδοχῆς τῶν ἀποστόλων περὶ τοῦ Πάσχα παραδόσεως πλεῖστα διειληφότες, κατὰ τὸ τέλος τῆς γραφῆς αὐτοῖς ῥήμασιν ἐπιλέγουσι ταῦτα· « Τῆς δ' ἐπιστολῆς ἡμῶν πειράθητε κατὰ πᾶσαν Ἐκκλησίαν ἀντίγραφα διαπέμψασθαι, ὅπως μὴ ἔνοχοι ὦμεν τοῖς ῥᾳδίως πλανῶσιν ἑαυτῶν τὰς ψυχάς. Δηλοῦμεν δὲ ὑμῖν ὅτι τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἄγουσιν, ἥπερ καὶ ἡμεῖς. Παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα (90) κομί-

Id non dicit, nisi forte ex versione Christephorsoni. Hoc tantum ait Irenæus, cum Polycarpus Romam venisset Aniceti temporibus, et leves quasdam cum illo de aliis rebus controversias habuisset, ambos tamen illico pacem inter se fecisse, ac de festo Paschæ noluisse inter se contendere. Non igitur ob quæstionem de festo Paschæ, sed ob alias quasdam D controversias Romam venerat Polycarpus. Scio Hieronymum in libro *De script. eccl.*, Baronii sententiam confirmare. Sic enim ait de Polycarpo: *Hic propter quasdam super die Paschæ quæstiones sub imp. Antonino Pio, Ecclesiam regente Aniceto, Romam venit.* Ita etiam Eusebius noster in lib. IV, cap. 4. Sed cum Hieronymus id ex Eusebio sumpserit, Eusebius autem ex Irenæo, inquirendum est a nobis, non quid Eusebius dixerit ac Hieronymus, sed potius quid senserit Irenæus.

(89) *Παρεχώρησεν ὁ Ἀνίκητος τὴν Εὐχαριστίαν.* Hunc honorem Anicetus pontifex Romanus habuit venerabili seni Polycarpo, ut illum in Ecclesia sacra facere sineret, et quidem præsente se, quod in primis notandum est. Sic Irenæi verba et Rufinus et cæteri interpretes acceperunt. Sed Franciscus Florens, antecessor Aurelianensis, vir doctus, et nobis dum vixit amicissimus, hæc Irenæi verba aliter intelligenda esse contendit in tractatu ad titulum 7 Decretalium *De translatione episcopi.* Vult enim Anicetum porrexisse duntaxat Eucharistiam Polycarpo, non autem concessisse illi jus sacra mysteria celebrandi. Verum si hunc Irenæi locum ita intelligimus, quid honoris tributum fuerit Polycarpo ab Aniceto? Hoc enim diserte notat Irenæus, tum illo verbo παρεχώρησε, quod de suo jure concedere significat; tum illis verbis quæ addit, κατ' ἐντροπὴν δηλονότι, id est, *honoris causa et contemplatione*, ut vertit Rufinus. Certe si Eucharistiam tantum Polycarpo porrexisset Anicetus, nullum ei præcipuum honorem detulisset, cum omnibus peregrinis episcopis id passim tribui soleret, ut cum episcopo civitatis simul communicarent, quemadmodum scribit ipse Florens ibidem. Sed et in concilio Arelatensi, capite 50, decretum est, ut peregrino episcopo locus sacrificandi detur.

(90) Vulg. *παρ' ἡμῶν δὲ τὰ γράμματα.* Sic ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In codice Medicæo legitur, παρ' ἡμῶν τε τὰ γράμματα. Nicephorus vero in cap. 36 libri IV habet, παρ' ἡμῶν γὰρ τὰ γράμματα, atque ita codex Mazarinus, Fuk. et Sav. Intelliguntur autem hic litteræ Paschales, quas ἑορταστικὰς vocabant. Cæterum ejus synodi Cæsariensis acta quædam exstant apud Bedam in libre *De vernali æquinoctio;* quæ licet a nonnullis illegitima

Digitized by Google

ζεται αὐτοῖς καὶ ἡμῖν παρ' αὐτῶν, ὥστε συμφώνως καὶ ὁμοῦ ἄγειν ἡμᾶς τὴν ἁγίαν ἡμέραν. »

A cissim ab illis ad nos litteræ perferuntur; ita ut uno consensu et simul sacrosanctum peragamus diem. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

Ὅσα τῆς Εἰρηναίου φιλοκαλίας καὶ εἰς ἡμᾶς κατῆλθεν.

Ἀλλὰ γὰρ πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν Εἰρηναίου (91) συγγράμμασι καὶ ταῖς ἐπιστολαῖς, φέρεταί τις αὐτοῦ πρὸς Ἕλληνας λόγος συντομώτατος καὶ ταμάλιστα ἀναγκαιότατος, *Περὶ ἐπιστήμης* ἐπιγεγραμμένος· καὶ ἄλλος δὲ ἀνατέθεικεν Ἀδελφῷ *Μαρκιανῷ* τοὔνομα, εἰς ἐπίδειξιν (92) τοῦ ἀποστολικοῦ κηρύγματος· καὶ βιβλίον τι διαλέξεων (93) διαφόρων, ἐν ᾧ τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς καὶ τῆς λεγομένης *Σοφίας* Σολομῶντος μνημονεύει, ῥητά τινα ἐξ αὐτῶν παραθέμενος. Καὶ τὰ μὲν εἰς ἡμετέραν ἐλθόντα γνῶσιν τῶν Εἰρηναίου τοσαῦτα. Κομόδου δὲ τὴν ἀρχὴν ἐπὶ δέκα καὶ τρισὶν ἔτεσι καταλύσαντος, αὐτοκράτωρ Σεβῆρος, οὐδ' ὅλοις μησὶν ἓξ μετὰ τὴν Κομόδου τελευτὴν Περτίνακος διαγενομένου, κρατεῖ.

B

CAPUT XXVI.

Quot Irenæus elegantis ingenii monumenta nobis reliquit.

Cæterum præter supradicta Irenæi opera et epistolas, exstat etiam brevissimus et in primis necessarius ejusdem liber adversus gentes, qui *De scientia* inscribitur. Alius præterea *Marciano fratri* nuncupatus, qui demonstrationem continet apostolicæ prædicationis. Denique libellus variarum disputationum, in quo Epistolæ ad Hebræos, et *Sapientiæ* Salomonis mentionem facit, et quasdam sententias ex iis libris adducit. Atque hæc sunt quæ ex Irenæi scriptis ad nostram notitiam pervenerunt. Interim cum per tredecim annos Commodus imperium tenuisset, ac post ejus obitum Pertinax sex circiter mensium spatio rempublicam administrasset, imperator Severus summa rerum potitus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅσα καὶ τῶν λοιπῶν τῶν τηνικάδε συνηκμακότων (Nic. *H. E.* IV, 35).

Πλεῖστα μὲν οὖν παρὰ πολλοῖς εἰσέτι νῦν τῶν τότε σώζεται παλαιῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν, ἐναρέτου σπουδῆς ὑπομνήματα· ὧν γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν (94), εἴη τὰ Ἡρακλείτου εἰς τὸν Ἀπόστολον, καὶ τὰ Μαξίμου (95) περὶ τοῦ πολυθρυλλήτου παρὰ τοῖς αἱρεσιώταις ζητήματος, τοῦ πόθεν ἡ κακία, καὶ περὶ τοῦ γενητὴν ὑπάρχειν τὴν ὕλην· τά τε Κανδίδου εἰς τὴν ἑξαήμερον, καὶ Ἀπίωνος εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν ὁμοίως Σέξτου *Περὶ ἀναστάσεως*, καὶ ἄλλη τις

C

CAPUT XXVII.

Quot etiam cæteri qui eodem tempore floruerunt.

Porro veterum ecclesiasticorum virorum qui tunc temporis vixerunt, plurima adhuc servantur apud multos **195** laudabilis diligentiæ monumenta. Eorum vero quos ipsi dignoscere potuimus, hæc fere sunt: Heracliti Commentarii in Apostolum: Maximi quoque volumina de vulgatissima illa apud hæreticos quæstione, unde sit malum, et de eo quod materia facta sit. Præterea Candidi in hexaemeron, et Apionis de eodem argumento commentarii. Item

D

habeantur ac spuria, haudquaquam spernenda mihi videntur. Baronius certe ea pro veris amplexus est.

(91) *Ἀλλὰ γὰρ πρὸς τοῖς ἀποδοθεῖσιν Εἰρηναίου.* In hoc libro maxima erat capitulorum perturbatio etiam in scriptis codicibus, quæ nos ex Rufino restituimus. Rufino etiam astipulatur codex Regius, Maz. et Fuketii. Ab his enim verbis caput ordiuntur supradicti codices hoc titulo: *Ὅσα τῆς Εἰρηναίου φιλοκαλίας*· sed in eo peccant, quod caput istud numerant 28, cum sit revera caput 26, ut constat ex indice capitum qui libro præfixus est. Causa erroris fuit, quod superiorum capitum tituli bis appositi sunt in memoratis codicibus per negligentiam librariorum.

(92) *Εἰς ἐπίδειξιν.* Forte legendum est εἰς ἀπόδειξιν.

(93) *Βιβλίον τι διαλέξεων.* Rufinus *dialogos* vertit; Hieronymus vero, *tractatus*. Sed Rufini interpretatio magis placet. Sic *Γαΐου Διάλεξις* memoratur ab Eusebio, quæ nihil aliud erat quam dialogus seu disputatio Caii *Adversus Proclum*, ut infra demonstrabimus. Potest tamen etiam sumi pro tractatu seu sermone ad populum. Nam διαλέγεσθαι pro *concionari in ecclesia* sumit Eusebius in libro VI, capite 19, et διαλέξεις appellat *homilias* Origenis in capite 36 ejusdem libri. Sed et Basilius in libro *De Spiritu sancto*, cap. ult., διαλέξεις vocat *homilias* Origenis in Psalmos: Ἤδη δὲ καὶ Ὠριγένην ἐν πολλαῖς τῶν εἰς τοὺς Ψαλμοὺς διαλέξεων εὕρομεν, etc. Quem locum Erasmus ita vertit: *Jam vero et Origenem multis in locis expositionum quas in Psalmos edidit...* Atqui διαλέξεις *homiliæ* sunt seu tractatus ad populum, non autem expositiones. Et in homiliis quidem fere hæc solemnis erat clausula, ut tractator Deo Patri et Filio cum Spiritu sancto gloriam daret: quam clausulam in omnibus fere Origenis *in Psalmos homiliis* appositam esse testatur Basilius. In libris autem Expositionum id minime observavit Origenes.

(94) *Ὧν γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν.* Musculus et Christophorsonus vocem διαγνῶναι pro simplici γνῶναι acceperunt; quod equidem non damno. Tamen διαγνῶναι proprie significat *internoscere* ac *distinguere*. Ait igitur Eusebius, scriptores illos quos certa aliqua nota ab hæreticis scriptoribus distinguere potuit, esse Heraclitum, Maximum et cæteros. Pro Heraclito *Heraclium* legit Rufinus et Hieronymus. Porro articulus ille postpositivus ὧν γε μὴν non refertur ad vocem ὑπομνήματα, ut putavit Christophorsonus, sed ad vocem ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν. Nam si referretur ad vocem ὑπομνήματα, dixisset Eusebius, ἃ γε μὴν αὐτοὶ διέγνωμεν. Refert igitur Eusebius hoc loco, primum ecclesiasticos illius temporis scriptores quorum nomina potuit cognoscere; deinde illos commemorat, quorum libri quidem adhuc supererant, sed nomina ignorabantur.

(95) *Καὶ τὰ Μαξίμου.* Hujus Maximi liber inscriptus erat *Περὶ τῆς ὕλης*, et in dialogi modum compositus: ex quo luculentissimum fragmentum profert Eusebius in libro VII *Præparationis evangelicæ*, capite ultimo, ubi et scriptorem hoc elogio afficit: Μαξίμῳ δὲ τῆς Χριστοῦ διατριβῆς οὐκ ἀσήμῳ ἀνδρὶ, καὶ λόγος οἰκεῖος συγγέγραπται ὁ *Περὶ τῆς ὕλης*.

Digitized by Google

Sexti liber *De resurrectione*, et Arabiani opus quoddam, aliorumque complurium. Quorum nec tempora litteris mandare, cum nullum nobis judicium aut argumentum suppetat, nec narrationem ullam libris nostris intexere possumus. Multorum etiam lucubrationes ad nos pervenerunt, quorum ne ipsa quidem nomina possumus recensere. Qui orthodoxi quidem et ecclesiastici omnes fuere, ut sacræ Scripturæ expositio a singulis eorum allata testatur; obscuri tamen nobisque ignoti sunt, propterea quod libri ipsi auctorum non præferunt nomina.

A ὑπόθεσις Ἀραβιανοῦ, καὶ μυρίων ἄλλων, ὧν διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἀφορμὴν, οὐχ οἷόν τε οὔτε τοὺς χρόνους παραδοῦναι γραφῇ, οὔθ' ἱστορίας μνήμην ὑποσημήνασθαι (96). Καὶ ἄλλων δὲ πλείστων, ὧν οὐδὲ τὰς προσηγορίας καταλέγειν ἡμῖν δυνατὸν, ἦλθον εἰς ἡμᾶς λόγοι, ὀρθοδόξων μὲν καὶ ἐκκλησιαστικῶν, ὥς γε δὴ ἡ ἑκάστου παραδείκνυσι τῆς θείας Γραφῆς ἑρμηνεία, ἀδήλων δὲ ὅμως ἡμῖν, ὅτι μὴ τὴν προσηγορίαν ἐπάγεται τῶν συγγραψαμένων.

CAPUT XXVIII.

De his qui Artemonis hæresim initio sectati sunt : cujusmodi moribus præditi, et quomodo sacras Scripturas depravare ausi fuerint.

Porro in cujusdam ex illis auctoribus libro adversus Artemonis hæresim elaborato, quam Paulus Samosatensis nostris temporibus renovare aggressus est, exstat quædam narratio, historiæ quam præ manibus habemus valde accommodata. Supradictam enim hæresim quæ Christum merum hominem esse dicebat, ante paucos annos invectam esse coarguens auctor ille, quandoquidem sectæ illius principes vetustissimam illam esse jactabant : post alia multa adversus impium eorum mendacium adducta, hæc ad verbum refert : « Affirmant enim, inquit, priscos quidem omnes, et ipsos apostolos, ea quæ ab ipsis nunc dicuntur, et accepisse et docuisse : ac prædicationis quidem veritatem esse custoditam usque ad Victoris tempora, qui tertius decimus a Petro Romanæ urbis episcopus fuit : a Zephyrini autem temporibus qui Victori successit, adulteratam fuisse veritatem. Ac fortasse id quod dicunt, credibile videretur, nisi eis refragarentur primum quidem divinæ Scripturæ : deinde fratrum quorumdam scripta, Victoris **196** ætate antiquiora, quæ illi adversus gentes et contra sui temporis hæreticos pro veritatis defensione scripserunt. Justinum intelligo, et Miltiadem et Tatianum ac Clementem, aliosque quamplurimos, in quorum omnium libris Christi divinitas adstruitur. Nam Irenæi quidem et Melitonis et reliquorum scripta

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τῶν τὴν Ἀρτέμωνος αἵρεσιν ἐξαρχῆς προβεβλημένων· οἷοί τε τὸν τρόπον γεγόνασι, καὶ ὅπως τὰς ἁγίας Γραφὰς διαφθεῖραι τετολμήκασιν (Nic. *H. E.* IV, 21).

B Τούτων ἔν τινος σπουδάσματι κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως πεπονημένῳ, ἣν αὖθις ὁ ἐκ Σαμοσάτων Παῦλος καθ' ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι πεπείραται, φέρεταί τις διήγησις ταῖς ἐξεταζομέναις ἡμῖν προσήκουσα ἱστορίαις (97). Τὴν γάρ τοι δεδηλωμένην αἵρεσιν ψιλὸν ἄνθρωπον γενέσθαι τὸν Σωτῆρα φάσκουσαν, οὐ πρὸ πολλοῦ νεωτερισθεῖσαν διευθύνων, ἐπειδὴ σεμνύνειν αὐτὴν ὡς ἂν ἀρχαίαν οἱ ταύτης ἤθελον εἰσηγηταὶ, πολλὰ καὶ ἄλλα εἰς ἔλεγχον αὐτῶν τῆς βλασφήμου ψευδηγορίας παραθεὶς ὁ λόγος (98), ταῦτα κατὰ λέξιν ἱστορεῖ· « Φασὶ γὰρ τοὺς μὲν προτέρους ἅπαντας καὶ αὐτοὺς τοὺς ἀποστόλους παρειληφέναι τε καὶ δεδιδαχέναι ταῦτα, ἃ νῦν οὗτοι λέγουσι, καὶ τετηρῆσθαι τὴν ἀλήθειαν τοῦ κηρύγματος μέχρι τῶν C Βίκτορος χρόνων, ὃς ἦν τρισκαιδέκατος ἀπὸ Πέτρου ἐν Ῥώμῃ ἐπίσκοπος, ἀπὸ δὲ τοῦ διαδόχου αὐτοῦ Ζεφυρίνου, παρακεχαράχθαι τὴν ἀλήθειαν. Ἦν δ' ἂν τυχὸν πιθανὸν τὸ λεγόμενον, εἰ μὴ πρῶτον μὲν ἀντέπιπτον αὐτοῖς αἱ θεῖαι Γραφαί. Καὶ ἀδελφῶν δέ τινῶν ἐστι γράμματα πρεσβύτερα τῶν Βίκτορος χρόνων, ἃ ἐκεῖνοι πρὸς τὰ ἔθνη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, καὶ πρὸς τὰς τότε αἱρέσεις ἔγραψαν· λέγω δὲ Ἰουστίνου καὶ Μιλτιάδου, καὶ Τατιανοῦ, καὶ Κλήμεντος, καὶ ἑτέρων πλειόνων, ἐν οἷς ἅπασι θεολογεῖται ὁ Χριστός. Τὰ γὰρ Εἰρηναίου τε καὶ Μελίτωνος καὶ τῶν λοιπῶν τίς ἀγνοεῖ βιβλία, θεὸν καὶ ἄνθρωπον καταγγέλλοντα τὸν Χριστόν; Ψαλμοὶ δὲ ὅσοι καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρ-

(96) *Οὔθ' ἱστορίας μνήμην ὑποσημήνασθαι.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, quod miror. Solet Eusebius ex auctorum quorum meminit scriptis, historias quasdam depromere. Sic supra ex Irenæi libris, et ex Clemente et Hegesippo ac Papia aliisque passim varias excerpit narrationes, quoties tempus ipsum quo auctores illi scribebant, cognitum habet. In his porro scriptoribus quos in hoc capite commemoravit, negat Eusebius id se præstare potuisse, propterea quod tempus ipsum quo vixissent, certo scire non potuerat, cum nullum ejus indicium aut argumentum ipsi suppeteret. Atque ita fere Nicephorus, nisi quod verba illa, διὰ τὸ μηδεμίαν ἀφορμὴν ἔχειν male intellexit. Pro his enim Eusebianus ista substituit : Ὧν διὰ τὸ μὴ συμβάλλεσθαι τῇ παρούσῃ πραγματείᾳ, οὔτε τοὺς χρόνους, οὔτε τὰς αὐτῶν ἱστορίας μερικῶς ἀναγράφομεν.

D (97) *Ταῖς ἐξεταζομέναις ἡμῖν... ἱστορίαις.* Musculus, eumque secutus Christosphorsonus, ita vertit, *historiis nostris quas undique conquisivimus.*

(98) *Παραθεὶς ὁ λόγος.* Nicephorus in libro IV, cap. 21, hunc librum auctoris ignoti inscriptum esse dicit *Μικρὸν Λαβύρινθον*. Photius autem in *Bibliotheca*, capite 48. Caium hujus libri auctorem facit : Τοῦτον τὸν Γάϊον πρεσβύτερόν φασι γεγενῆσθαι τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας, συντάξαι δὲ καὶ ἕτερον λόγον ἰδίως κατὰ τῆς Ἀρτέμωνος αἱρέσεως, etc. Hic est ipse liber cujus fragmenta hic profert Eusebius, quem tamen a *Labyrintho* Photius aperte distinguit. Sed Nicephori sententiam confirmat Theodoritus in libro II *Hæreticarum fabularum*, capite quinto, ubi agens de Theodoto Coriario, eamque de Natale episcopo referens historiam quam hic narrat Eusebius, ex libro qui *Parvus labyrinthus* dicitur, illam esse depromptam testatur.

Digitized by Google

χῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι (99), τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ A
τὸν Χριστὸν ὑμνοῦσι θεολογοῦντες. Πῶς οὖν ἐκ το-
σούτων ἐτῶν καταγγελλομένου τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ
φρονήματος, ἐνδέχεται τοὺς μέχρι Βίκτορος οὕτως
ὡς οὗτοι λέγουσι, κεκηρυχέναι; πῶς δὲ οὐκ αἰδοῦνται
ταῦτα Βίκτορος καταψεύδεσθαι, ἀκριβῶς εἰδότες, ὅτι
Βίκτωρ τὸν σκυτέα Θεόδοτον, τὸν ἀρχηγὸν καὶ πατέρα
ταύτης τῆς ἀρνησιθέου ἀποστασίας, ἀπεκήρυξε τῆς
κοινωνίας, πρῶτον εἰπόντα ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Χρι-
στόν; Εἰ γὰρ Βίκτωρ κατ' αὐτοὺς οὕτως ἐφρόνει ὡς
ἡ τούτων διδάσκει βλασφημία, πῶς ἂν ἀπέβαλλε (99*)
Θεόδοτον τὸν τῆς αἱρέσεως ταύτης εὑρετήν; » Καὶ
τὰ μὲν κατὰ τὸν Βίκτορα τοιαῦτα. Τούτου δὲ ἔτεσι
δέκα προστάντος τῆς λειτουργίας, διάδοχος καθίστα-
ται Ζεφυρῖνος, ἀμφὶ τὸ ἔννατον τῆς Σεβήρου βασι-
λείας ἔτος. Προστίθησι δὲ ὁ τὸ προειρημένον συντά- B
ξας περὶ τοῦ κατάρξαντος τῆς δηλωθείσης αἱρέσεως
βιβλίον, καὶ ἄλλην κατὰ Ζεφυρῖνον γενομένην πρᾶξιν,
ὧδέ πως αὐτοῖς ῥήμασι γράφων· « Ὑπομνήσω γοῦν
πολλοὺς τῶν ἀδελφῶν πρᾶγμα ἐφ' ἡμῶν γενόμενον, ὃ
νομίζω ὅτι εἰ ἐν Σοδόμοις ἐγεγόνει, τυχὸν ἂν κἀκεί-
νους ἐνουθέτησε. Νατάλιος ἦν τις (1) ὁμολογητὴς οὐ
πάλαι, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἡμετέρων γενόμενος καιρῶν.
Οὗτος ἠπατήθη ποτὲ ὑπὸ Ἀσκληπιοδότου καὶ ἑτέρου
Θεοδότου τινὸς τραπεζίτου. Ἦσαν δὲ οὗτοι ἄμφω
Θεοδότου τοῦ σκυτέως μαθηταί, τοῦ πρώτου ἐπὶ ταύτῃ
τῇ φρονήσει, μᾶλλον δὲ ἀφροσύνῃ, ἀφορισθέντος τῆς
κοινωνίας ὑπὸ Βίκτορος, ὡς ἔφην, τοῦ τότε ἐπισκό-
που. Ἀνεπείσθη δὲ ὁ Νατάλιος ὑπ' αὐτῶν ἐπὶ σαλα-
ρίῳ ἐπίσκοπος κληθῆναι (2) ταύτης τῆς αἱρέσεως, C
ὥστε λαμβάνειν παρ' αὐτῶν μηνιαῖα δηνάρια ἑκατὸν
πεντήκοντα. Γενόμενος οὖν σὺν αὐτοῖς, δι' ὁραμάτων
πολλάκις ἐνουθετεῖτο ὑπὸ τοῦ Κυρίου. Ὁ γὰρ εὔ-
σπλαγχνος Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς,
οὐκ ἐβούλετο ἔξω Ἐκκλησίας γενόμενον, ἀπολέσθαι
μάρτυρα τῶν ἰδίων παθῶν. Ἐπεὶ δὲ ῥᾳθυμότερον
τοῖς ὁράμασι προσεῖχε, δελεαζόμενος τῇ τε παρ'
αὐτοῖς πρωτοκαθεδρίᾳ, καὶ τῇ πλείστους ἀπόλλυούσῃ
αἰσχροκερδείᾳ, τελευταῖον ὑπὸ ἁγίων ἀγγέλων ἐμα-
στιγώθη, δι' ὅλης τῆς νυκτὸς οὐ σμικρῶς αἰκισθείς·
ὥστε ἔωθεν ἀναστῆναι, καὶ ἐνδυσάμενον σάκκον, καὶ
σποδὸν καταπασάμενον, μετὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ
δακρύων προσπεσεῖν Ζεφυρίνῳ τῷ ἐπισκόπῳ, κυλιό-
μενον ὑπὸ τοὺς πόδας οὐ μόνον τῶν ἐν τῷ κλήρῳ,
ἀλλὰ καὶ τῶν λαϊκῶν· συγχέαι τε τοῖς δάκρυσι τὴν D
εὔσπλαγχνον Ἐκκλησίαν τοῦ ἐλεήμονος Χριστοῦ,
πολλῇ τε τῇ δεήσει χρησάμενον, δείξαντά τε τοὺς μώ-
λωπας ὧν εἰλήφει πληγῶν, μόλις κοινωνηθῆναι. »

quis est qui ignoret, in quibus Christum Deum simul atque hominem prædicarunt? Psalmi quoque et cantica fratrum jam pridem a fidelibus conscripta, Christum Verbum Dei concelebrant, divinitatem ei tribuendo. Cum igitur tot abhinc annis ecclesiastica doctrina prædicata sit, qui fieri potest ut omnes usque ad Victoris tempora eam quam isti dicunt doctrinam promulgaverint? Quomodo eos non pudet hujusmodi calumniam adversus Victorem concinnare, cum certo sciant Theodotum Coriarium, qui defectionis illius Deum abnegantis parens et auctor fuit, primusque Christum nudum esse hominem asseruit, per Victorem a communione Ecclesiæ ejectum fuisse. Nam si, ut aiunt, Victor eadem sentiebat quæ illorum docet impietas, cur Theodotum opinionis illius auctorem ab Ecclesia removit? » Ac de Victore quidem ita se res habet. Qui cum decem annis sacerdotium administrasset, Zephyrinus ei successor substitutus est, anno principatus Severi circiter nono. Porro idem ille qui supradictum librum de hæresis illius auctore composuit, aliam quoque rem Zephyrini temporibus gestam adjungit his verbis: « Facinus, inquit, nostra ætate gestum, multis fratrum nostrorum in memoriam revocabo. Quod quidem si Sodomis admissum fuisset, ipsos, ut arbitror, incolas ad pœnitentiam provocare potuisset. Erat quidam Natalis nomine, confessor, qui non ita pridem, sed nostra ætate vixit. Hic forte in fraudem inductus est ab Asclepiodoto et altero quodam Theodoto argentario. Ambo autem isti discipuli erant Theodoti illius Coriarii, qui primus ob hanc doctrinam seu potius insaniam, a Victore, ut dixi, tunc temporis episcopo, ab Ecclesiæ communione remotus est. Hi persuaserunt Natali, ut, accepto salario, hæresis illius episcopus crearetur, ea scilicet conditione, ut menstruos centum quinquaginta denarios ab illis acciperet. Sociatus igitur illorum partibus, sæpe a Domino corripiebatur in somnis. Clementissimus **197** enim Deus ac Dominus noster Jesus Christus, eum qui passionum suarum testis exstiterat, perire extra Ecclesiam nolebat. Sed cum nocturnas ejusmodi visiones negligeret Natalis, utpote honore primæ apud illos sedis, et turpis lucri cupiditate, quæ multis mortalibus exitio est, inescatus, tandem a sanctis angelis per totam noctem flagris cæsus et gravissime verberatus est. Adeo ut primo diluculo consurgens, saccum induerit, et cinere conspersus con-

(99) *Ψαλμοὶ δὲ καὶ ᾠδαὶ ἀδελφῶν ἀπαρχῆς ὑπὸ πιστῶν γραφεῖσαι.* Scribendum est ἀπ' ἀρχῆς, ut habent codd. Med., Fuk., Savil. et Nicephorus. Porro ex his verbis apparet morem fuisse antiquissimum in Ecclesia, hymnos et psalmos in honorem Christi componere. Certe Plinius in epistola ad Trajanum auctor est, Christianos in unum convenientes, Christo hymnos canere consuevisse. De his psalmis et hymnis intelligendus videtur Hippolytus in oratione *De consummatione mundi*, sub finem: Τὸ στόμα ὑμῶν πρὸς δοξολογίαν καὶ αἶνον, καὶ ψαλμοὺς, καὶ ᾠδὰς πνευματικὰς ηὐτρέπισα λαλεῖν. Hujusmodi hymnus in honorem Jesu Christi a Clemente Alexandrino compositus exstat ad finem ejus libri qui *Pædagogus* inscribitur.

(99*) *Ἀπέβαλλε.* Forte ἀπέβαλε. EDIT.

(1) *Νατάλιος ἦν τις.* Nescio an hic sit Cæcilius Natalis, qui disputatione Octavii Januarii coram Minucio Felice Romæ habita, ad Christi fidem conversus est, ut scribitur in *Dialogo* Minucii Felicis. Nomen certe convenit, et tempus atque professio.

(2) *Ἐπίσκοπος κληθῆναι.* Ita scriptum præfert codex Regius, cui consentit Rufini interpretatio. Sed quatuor reliqui codices Maz., Med., Fuk. et Savil. scriptum habent κληρωθῆναι.

Digitized by Google

festim cum lacrymis ad pedes Zephyrini episcopi sese abjecerit, non solum cleri, verum etiam sæcularium vestigiis advolutus; et Christi misericordis Ecclesiam ipsam quoque misericordem fletibus suis commoverit atque concusserit. Multisque precibus usus, ostensis etiam vibicibus plagarum quas pro Christi confessione pertulerat, vix tandem ad communionem admissus est. » His adjiciemus alia quoque ejusdem scriptoris de iisdem hæreticis verba, quæ sic habent : « Sacras quidem, inquit, Scripturas audacter adulteraverunt : primitivæ autem fidei regulam rejecerunt : Christum ipsum denique ignoraverunt : non inquirentes quid sacræ doceant Scripturæ ; sed cujusmodi syllogismorum figura ad confirmandam impietatem suam reperiatur, assidue meditantes. Quod si quis aliquem divinæ Scripturæ locum eis objiciat, examinant utrum connexum an disjunctum syllogismi genus ex eo confici possit. Relictisque atque abjectis sacris Dei Scripturis, geometriæ student ; quippe qui terrestres sint et loquantur terrena, et illum qui de cœlo advenit ignorent. Euclidis igitur *Geometria* apud nonnullos eorum studiose excolitur. Aristoteles vero et Theophrastus summa admiratione suspiciuntur : Galenus autem a quibusdam etiam adoratur. Proinde istos qui infidelium artibus ac disciplinis ad stabiliendam hæresis suæ opinionem abutuntur, et subtili impiorum hominum versutia simplicissimam divinarum Scripturarum adulterant fidem, remotissimos esse a fide quid attinet dicere? Hinc est quod divinis Scripturis audacter manus intulerunt, eas

A Τούτοις ἐπισυνάψωμεν καὶ ἄλλας περὶ τῶν αὐτῶν τοῦ αὐτοῦ συγγραφέως φωνάς, τοῦτον ἐχούσας τὸν τρόπον· « Γραφὰς μὲν θείας ἀφόβως ῥᾳδιουργήκασι, πίστεως δὲ ἀρχαίας κανόνα ἠθετήκασι, Χριστὸν δὲ ἠγνοήκασιν, οὐ τί αἱ θεῖαι λέγουσι Γραφαὶ ζητοῦντες, ἀλλ' ὁποῖον σχῆμα συλλογισμοῦ εἰς τὴν τῆς ἀθεότητος εὑρεθῇ σύστασιν, φιλοπόνως ἀσκοῦντες· κἂν αὐτοῖς προτείνῃ τις ῥητὸν Γραφῆς θεϊκῆς, ἐξετάζουσι πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον (3) δύναται ποιῆσαι σχῆμα συλλογισμοῦ. Καταλιπόντες δὲ τὰς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Γραφὰς, γεωμετρίαν ἐπιτηδεύουσιν, ὡς ἂν ἐκ τῆς γῆς ὄντες καὶ τῆς γῆς λαλοῦντες, καὶ τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον (4) ἀγνοοῦντες. Εὐκλείδης γοῦν παρά τισιν αὐτῶν φιλοπόνως γεωμετρεῖται, Ἀριστοτέλης δὲ καὶ Θεόφραστος θαυμάζονται· Γαλη-

B νὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται (5). Οἱ δὲ ταῖς τῶν ἀπίστων τέχναις εἰς τὴν τῆς αἱρέσεως αὐτῶν γνώμην ἀποχρώμενοι, καὶ τῇ τῶν ἀθέων πανουργίᾳ τὴν ἁπλῆν τῶν θείων Γραφῶν πίστιν καπηλεύοντες, ὅτι μηδὲ ἐγγὺς πίστεως ὑπάρχουσι, τί δεῖ καὶ λέγειν ; Διὰ τοῦτο ταῖς θείαις Γραφαῖς ἀφόβως ἐπέβαλον τὰς χεῖρας, λέγοντες αὐτὰς διωρθωκέναι. Καὶ ὅτι τοῦτο μὴ καταψευδόμενος αὐτῶν λέγω, ὁ βουλόμενος δύναται μαθεῖν. Εἰ γάρ τις θελήσει συγκομίσας αὐτῶν ἑκάστου τὰ ἀντίγραφα ἐξετάζειν πρὸς ἄλληλα, κατὰ πολὺ ἂν εὕροι διαφωνοῦντα. » Ἀσύμφωνα γοῦν ἔσται τὰ Ἀσκληπιάδου (6) τοῖς Θεοδότου. Πολλῶν δέ ἐστιν εὐπορῆσαι, διὰ τὸ φιλοτίμως ἐγγεγράφθαι τοὺς μαθητὰς αὐτῶν τὰ ὑφ' ἑκάστου αὐτῶν, ὡς αὐτοὶ

C καλοῦσι, κατωρθωμένα, τουτέστιν ἠφανισμένα. Πάλιν δὲ τούτοις τὰ Ἑρμοφίλου οὐ συνᾴδει. Τὰ γὰρ Ἀπολ-

(3) *Πότερον συνημμένον ἢ διεζευγμένον.* Quid sit συνημμένον et quid διεζευγμένον, docent dialectici. Pronuntiata quæ Stoici ἀξιώματα vocant, alia sunt simplicia, ut illud, *dies est ;* alia non simplicia. Ex his quæ non sunt simplicia, alia sunt συνημμένα, id est connexa, quæ constant ex duobus diversis pronuntiatis, ut illud, *Si dies est, lux est.* Alia διεζευγμένα seu disjuncta, ut illud, *aut dies est, aut nox est.* Vide Diogenem Laertium in *Zenone.* Sextus Empiricus τὸ συνημμένον definit τὸ συνεστὸς ἐξ ἀξιώματος διαφορουμένου, ἢ ἐξ ἀξιωμάτων διαφερόντων, διὰ τοῦ εἰ ἢ εἴπερ συνδέσμου. Et exemplum connexi quod si ex pronuntiato διαφορουμένῳ hoc affert : *Si dies est, dies est.* Ex quo corrigendus est Diogenes Laertius in *Zenone* hoc modo : Ἐξ ἀξιώματος μὲν διαφορουμένου, οἷον, εἰ ἡμέρα ἐστὶν, ἡμέρα ἐστίν. Porro tam apud Sextum D quam apud Laertium mallem scribere διφορουμένου, quemadmodum legitur apud Alexandrum Aphrodiensem *In priora Analytica.* Nam διφορούμενον idem est quod δὶς λαμβανόμενον. Et hæc quidem de harum vocum interpretatione dicta sufficiant. Quod vero spectat ad hujus loci interpunctionem, scripti codices inter se dissentiunt. Nam Regius quidem codex, quem secutus est Rob. Stephanus, post vocem διεζευγμένον virgulam habet appositam, ut scias voces illas συνημμένον καὶ διεζευγμένον referendas esse ad τὸ ῥητόν quod præcessit, non autem ad σχῆμα συλλογισμοῦ quod proxime sequitur. Sed reliqui codices, Maz. et Med., cum Fuk. et Saviliano, post vocem διεζευγμένον nullam adhibent distinctionem, sed tantum post vocem συνημμένον. Quam distinctionem secutus Rufinus ac reliqui interpretes, connexum disjunctum, duo syllogismorum genera existimarunt. Mihi prior distinctio magis placet.

(4) *Τὸν ἄνωθεν ἐρχόμενον.* Christophorsonus vertit : *Christum qui de cœlo venturus est penitus ignorant.* Quam interpretationem equidem non damno. Sic enim loqui solent sancti Patres de supremo adventu Christi, quo mundum judicaturus est, non quasi de futuro, sed tanquam de præsenti, ἔρχεται κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Ita Hegesippus in *Martyrio sancti Jacobi*, et alii passim ab Eusebio citati. Possunt tamen hæc verba etiam de primo Christi adventu intelligi, quomodo accepit Rufinus.

(5) *Γαληνὸς γὰρ ἴσως ὑπό τινων καὶ προσκυνεῖται.* Galenus enim de figuris syllogismorum et de tota philosophia libros conscripserat, ut ex librorum ejus indice cognoscimus. Est autem illustre hoc testimonium de Galeno, quippe quod auctoris sit antiquissimi, et Galeni temporibus pene æqualis. Nec vero ex hoc tantum scriptore, verum etiam ex aliis quampluribus idem colligere licet, Galenum Aristoteli ac Theophrasto, ipsique adeo Platoni æquare non dubitarunt. Certe Alexander Aphrodisiensis, *In librum octavum Topicorum*, non procul ab initio, satis indicat ita omnes de Galeno existimasse. Postquam enim docuit problematum alia ἔνδοξα esse, alia ἄδοξα, et ἔνδοξα quidem in duplici esse differentia, alia enim esse ἁπλῶς, alia ὡρισμένως, hæc subjungit : Ὡρισμένως δ' ἔνδοξα, τὰ τῷδέ τινι τῶν ἐνδόξων ἑπόμενα, οἷον, Πλάτωνι, ἢ Ἀριστοτέλει, ἢ Γαληνῷ.

(6) *Τὰ Ἀσκληπιάδου.* Apud Nicephorum scribitur, Ἀσκληπιοδότου, quomodo etiam legit Rufinus. Paulo post ubi legitur, τὰ γὰρ Ἀπολλωνίου, restituendum est Ἀπολλωνίδου ex Theodorito in libro II *Hæreticarum fabularum*, capite 5, et ex Nicephoro ac Rufino.

Digitized by Google

λωνίδου οὐδὲ αὐτὰ ἑαυτοῖς ἐστι σύμφωνα. Ἔνεστι γὰρ συγκρῖναι τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα (7) τοῖς ὕστερον πάλιν ἐπιδιαστραφεῖσι, καὶ εὑρεῖν καταπλὺ ἀπᾴδοντα. Ὅσης δὲ τόλμης ἐστὶ τοῦτο τὸ ἁμάρτημα, εἰκὸς μηδὲ ἐκείνους ἀγνοεῖν. Ἡ γὰρ οὐ πιστεύουσιν ἁγίῳ Πνεύματι λελέχθαι τὰς θείας Γραφὰς, καὶ εἰσὶν ἄπιστοι, ἢ ἑαυτοὺς ἡγοῦνται σοφωτέρους τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπάρχειν· καὶ τί ἕτερον ἢ δαιμονῶσιν; Οὐδὲ γὰρ ἀρνήσασθαι δύνανται ἑαυτῶν εἶναι τὸ τόλμημα, ὁπόταν καὶ τῇ αὐτῶν χειρὶ ᾖ γεγραμμένα, καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν (8), μὴ τοιαύτας παρ- A
λαβόντας γραφάς· καὶ δεῖξαι ἀντίγραφα, ὅθεν αὐτὰ μετεγράψαντο, μὴ ἔχωσιν. Ἔνιοι δὲ αὐτῶν οὐδὲ παραχαράττειν ἠξίωσαν αὐτὰς, ἀλλ' ἁπλῶς ἀρνησάμενοι τόν τε νόμον καὶ τοὺς προφήτας, ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας (9), προφάσει χάριτος, εἰς ἔσχατον B
ἀπωλείας ὄλεθρον κατωλίσθησαν. » Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ἱστορείσθω (10) τὸν τρόπον.

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας λόγου πέμπτου τέλος.

a se emendatas esse dicentes. Atque id a me non falso eis objici, quisquis voluerit facile cognoscet. Nam si quis exemplaria illorum undique conquisita simul inter se contulerit, inveniet profecto illa inter se plurimum dissentire. » Certe Asclepiadoti exemplaria non conveniunt **198** cum illis quæ sunt Theodoti. Multa porro hujusmodi exemplaria nancisci licet, propterea quod discipuli illorum studiose perscripserunt ea quæ a magistris suis, ut ipsi dicunt, emendata, hoc est corrupta fuerant. Jam Hermophili exemplaria cum illis quæ dixi, minime consentiunt. Ea vero quæ dicuntur Apollonidis ne secum quidem ipsa concordant. Nam illa quæ prius ediderat, cum illis quæ postea invertit atque luxavit, conferre quilibet potest, atque inter se dissonantia deprehendere. Quantæ porro audaciæ sit ejusmodi facinus, ne ipsos quidem ignorare credibile est. Aut enim sacras Scripturas a sancto Spiritu dictatas esse non credunt, ac proinde infideles sunt: aut semetipsos Spiritu sancto sapientiores esse existimant, ac proinde quid aliud sunt quam dæmoniaci? Neque enim negare possunt hoc facinus a se admissum esse, cum ipsorum manu descripta sint exemplaria; neque ab illis, a quibus in Christiana fide instituti sunt, ejusmodi codices acceperint: nec ostendere possint exemplaria, ex quibus sua illa descripserunt. Quidam autem ex ipsis ne adulterare quidem Scripturas dignati sunt: sed legem ac prophetas absolute repudiantes, per illegitimam et impiam doctrinam, sub obtentu gratiæ in altissimum exitii gurgitem delapsi sunt. » Verum de his hactenus.

Finis libri quinti Historiæ ecclesiasticæ.

(7) *Ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα.* Christophorsonus legit ὑπ' αὐτοῦ, quomodo etiam Savilius ad oram sui codicis emendavit. Nostri tamen codices nihil mutant, et vulgata lectio confirmatur tum ex sequentibus, tum ex Theodorito. Nam Theodoritus in libro II *Hæreticarum fabularum*, cap. 5, hujus loci sensum ita expressit: Καὶ οὐδὲ τοῦτο συμφώνως αὐτοὺς δεδρακέναι λέγει· ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὸν Θεόδοτον, ἑτέρως δὲ τὸν Ἀσκληπιάδην. Καὶ Ἑρμόφιλον ἄλλως, καὶ τὸν Ἀπολλωνίδην ἑτέρως· καὶ τούτων δὲ ἕκαστον ἐπιδιορθώσεις τῶν οἰκείων ποιήσασθαι. Ex quibus apparet, Theodoritum hic legisse in plurali numero, τὰ πρότερον ὑπ' αὐτῶν κατασκευασθέντα. Ipsa tamen orationis consequentia poscere videtur, ut ὑπ' αὐτοῦ potius scribatur. De solo enim Apollonide id affirmat Caius, seu quis alius auctor fuit *Parvi labyrinthi*, illum scilicet duas editiones composuisse sacrorum Librorum, quarum posterior multum a priore differret.

(8) *Καὶ παρ' ὧν κατηχήθησαν.* Tota hæc pericope usque ad verba illa μὴ ἔχωσι, deest in codice C Regio, nec admodum necessaria mihi videtur. Habetur tamen in vetustissimo codice Maz., Med. ac Fuk. et in interpretatione Rufini.

(9) *Ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας.* Subaudienda videtur præpositio, intelligendusque locus quasi scriptum sit ἕνεκα vel διὰ τῆς ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας. Ita fere Langus et Musculus hunc locum interpretati sunt, melius profecto quam Christophorsonus. Male etiam Rufinus vertit, *et obtentu impiæ hujus assertionis*, quasi Græca sic construenda sint: ἀνόμου καὶ ἀθέου διδασκαλίας προφάσει. Atqui προφάσει χάριτος dixit Eusebius. Quippe hæretici illi, obtentu gratiæ quæ per Evangelium donata est, legem ac prophetas repudiabant. Unde eorum doctrina merito ἄνομος et ἄθεος dicitur: ἄνομος eo quod legem rejicerent; ἄθεος eo quod prophetas unius ac veri Dei nuntios repudiarent.

(10) *Ἱστορείσθω.* In optimo codice Mazarino scriptum est ἱστορήσθω, cui lectioni suffragatur etiam codex Fuketianus.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΟΜΟΣ Ζ'.

—

EUSEBII PAMPHILI

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

LIBER SEXTUS.

—

ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΕΚΤΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. *Περὶ τοῦ κατὰ Σεβῆρον διωγμοῦ.*
β'. *Περὶ τῆς Ὠριγένους ἐκ παιδὸς ἀσκήσεως.*
γ'. *Ὡς κομιδῇ νέος ὢν, τὸν Χριστοῦ λόγον ἐπρέσβευεν.*
δ'. *Ὅσοι δι' αὐτου κατηχηθέντες προήχθησαν μάρτυρες.*
ε'. *Περὶ Ποταμιαίνης.*
ς'. *Περὶ Κλήμεντος τοῦ Ἀλεξανδρέως.*
ζ'. *Περὶ Ἰούδα συγγραφέως.*
η'. *Περὶ τοῦ τολμηθέντος Ὠριγένει.*
θ'. *Περὶ τῶν κατὰ Νάρκισσον παραδύξων.*
ι'. *Περὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκόπων.*
ια'. *Περὶ Ἀλεξάνδρου.*
ιβ'. *Περὶ Σαραπίωνος καὶ τῶν φερομένων αὐτοῦ λόγων.*
ιγ'. *Περὶ τῶν Κλήμεντος συγγραμμάτων.*
ιδ'. *Ὁπόσων ἐμνημόνευσεν ὁ αὐτὸς Γραφῶν.*
ιε'. *Περὶ τοῦ Ἡρακλᾶ.*
ις'. *Ὅπως Ὠριγένης περὶ τὰς θείας ἐσπουδάκει Γραφάς.*
ιζ'. *Περὶ Συμμάχου τοῦ ἑρμηνέως.*
ιη'. *Περὶ Ἀμβροσίου.*
ιθ'. *Ὅσα περὶ Ὠριγένους μνημονεύεται.*
κ'. *Ὅσοι τῶν τηνικάδε φέρονται λόγοι.*
κα'. *Ὅσοι κατὰ τούσδε ἐπίσκοποι ἐγνωρίζοντο.*
κβ'. *Ὅσα τῶν Ἱππολύτου εἰς ἡμᾶς ἦλθεν.*
κγ'. *Περὶ τῆς Ὠριγένους σπουδῆς, καὶ ὡς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πρεσβείου ἠξιώθη.*
κδ'. *Τίνα ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐξηγήσατο.*
κε'. *Ὅπως τῶν ἐνδιαθήκων Γραφῶν ἐμνημόνευσεν.*
κς'. *Ὡς Ἡρακλᾶς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπὴν διεδέξατο.*
κζ'. *Ὅπως αὐτὸν ἐώρων οἱ ἐπίσκοποι.*
κη'. *Περὶ τοῦ κατὰ Μαξιμῖνον διωγμοῦ.*
κθ'. *Περὶ Φαβιανοῦ, ὡς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ παραδόξως ἀνεδείχθη.*
λ'. *Ὅσοι γεγόνασιν Ὠριγένους φοιτηταί.*
λα'. *Περὶ Ἀφρικανοῦ τοῦ χρονογράφου.*
λβ'. *Τίνα Ὠριγένης ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐξηγήσατο, καὶ ὅσα.*
λγ'. *Περὶ τῆς Βηρύλλου παρατροπῆς.*
λδ'. *Τὰ κατὰ Φίλιππον Καίσαρα.*
λε'. *Ὡς Διονύσιος Ἡρακλᾶ τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξατο.*
λς'. *Ὅσα ἄλλα ἐσπούδασται τῷ Ὠριγένει.*
λζ'. *Περὶ τῆς τῶν Ἀράβων διαστάσεως.*
λη'. *Περὶ τῆς Ἑλκεσαϊτῶν αἱρέσεως.*
λθ'. *Περὶ τοῦ κατὰ Δέκιον διωγμοῦ, καὶ ὅσα Ὠριγένης πέπονθεν.*
μ'. *Περὶ τῶν Διονυσίῳ τῷ ἐπισκόπῳ συμβάντων.*
μα'. *Περὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας μαρτυρησάντων.*
μβ'. *Περὶ ὧν ἄλλων ὁ Διονύσιος ἱστορεῖ.*

—

IN SEXTO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.

I. *De persecutione sub Severo.*
II. *De Origenis a puero institutione.*
III. *Quomodo adhuc admodum adolescens verbum Dei prædicabat.*
IV. *Quot ab illo fidei rudimentis instituti, ad martyrium evecti sint.*
V. *De Potamiæna.*
VI. *De Clemente Alexandrino.*
VII. *De Juda scriptore.*
VIII. *De Origenis audaci facinore.*
IX. *De miraculis Narcissi.*
X. *De Hierosolymorum episcopis.*
XI. *De Alexandro.*
XII. *De Serapione, et de ejus qui exstant libris.*
XIII. *De Clementis operibus.*
XIV. *Quorum sacræ Scripturæ librorum idem Clemens meminerit.*
XV. *De Heracla.*
XVI. *Quantum studium Origenes in divinis Scripturis collocaverit.*

Digitized by Google

XVII. *De Symmacho interprete.*
XVIII. *De Ambrosio.*
XIX. *Quæ de Origene a gentilibus commemorata sint.*
XX. *Quinam scriptorum ejus ætatis libri ad nos pervenerint.*
XXI. *Quinam eo tempore episcopi claruerunt.*
XXII. *Quæ Hippolyti opera ad nos pervenerint.*
XXIII. *De Origenis studio : et quomodo presbyterii honorem adeptus est.*
XXIV. *Quænam Alexandriæ interpretatus sit.*
XXV. *Qualiter libros utriusque Testamenti recenseat.*
XXVI. *Quomodo Heraclas Alexandrinum suscepit episcopatum.*
XXVII. *Qualiter episcopi Origenem suscipiebant.*
XXVIII. *De persecutione sub Maximino.*
XXIX. *De Fabiano, qualiter Romanorum episcopus divinitus designatus est.*
XXX. *Qui fuerint Origenis discipuli.*
XXXI. *De Africano temporum scriptore.*
XXXII. *Quot et quos Origenes Cæsareæ in Palæstina commentarios scripsit.*
XXXIII. *De errore Beryili.*
XXXIV. *De Philippo Cæsare.*
XXXV. *Quomodo Dionysius Heraclæ in episcopatu successit.*
XXXVI. *Quot præterea libri ab Origene lucubrati sunt.*
XXXVII. *De Arabum discordia.*
XXXVIII. *De hæresi Helcesaitarum.*
XXXIX. *De persecutione Decii : et quæ passus est Origenes.*
XL. *De his quæ Dionysio episcopo acciderunt.*
XLI. *De iis qui Alexandriæ martyrium subierunt.*
XLII. *De aliis a Dionysio commemoratis.*
XLIII. *De Novato, cujusmodi moribus fuerit : et de ejus hæresi.*
XLIV. *Narratio Dionysii de Serapione.*
XLV. *Epistola Dionysii ad Novatum.*
XLVI. *De aliis Dionysii epistolis.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τοῦ κατὰ Σεβῆρον διωγμοῦ (Nic. *H. E.* v, 2).

Ὡς δὲ καὶ Σεβῆρος διωγμὸν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐκίνει, λαμπρὰ μὲν τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀθλητῶν ἐν ἁπάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις κατὰ πάντα τόπον ἀπετελεῖτο μαρτύρια, μάλιστα δ' ἐπλήθυεν ἐπ' Ἀλεξανδρείας· τῶν ἀπ' Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος ἀθλητῶν ἀριστίνδην αὐτόθι ὥσπερ ἐπὶ μέγιστον Θεοῦ παραπεμπομένων στάδιον, διὰ καρτερικωτάτης τε ποικίλων βασάνων καὶ θανάτου τρόπων ὑπομονῆς, τοὺς παρὰ Θεοῦ στεφάνους ἀναδουμένων. Ἐν οἷς καὶ Λεωνίδης ὁ λεγόμενος Ὠριγένους πατὴρ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς, νέον κομιδῇ καταλείπει τὸν παῖδα· ὃς δὴ ὁπόσας ἐξ ἐκείνου περὶ τὸν θεῖον λόγον (11) προαιρέσεως ἦν, οὐκ ἄκαιρον διὰ βραχέων διελθεῖν, τῷ μάλιστα πολὺν εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς τὸν περὶ αὐτοῦ βεβοημένον λόγον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς Ὠριγένους ἐκ παιδὸς ἀσκήσεως (Nic. *H. E.* v, 3).

Πολλὰ μὲν οὖν ἂν τις εἴποι, τὸν βίον τοῦ ἀνδρὸς ἐν σχολῇ παραδοῦναι διὰ γραφῆς πειρώμενος, δέοιτο δ' ἂν καὶ ἰδίας ὑποθέσεως ἡ περὶ αὐτοῦ σύνταξις. Ὅμως δ' ἡμεῖς ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐπιτεμνόμενοι τὰ πλεῖστα, διὰ βραχέων ὡς οἷόν τε ὀλίγα ἅττα τῶν περὶ αὐτὸν διελευσόμεθα, ἔκ τινων ἐπιστολῶν καὶ ἱστορίας τῶν καὶ εἰς ἡμᾶς τῷ βίῳ πεφυλαγμένων αὐτοῦ γνωρίμων, τὰ δηλούμενα φέροντες. Ὠριγένους (12) καὶ τὰ ἐξ αὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, σπαργάνων ἀξιομνημόνευτά μοι εἶναι δοκεῖ. Δέκατον μὲν γὰρ ἐπεῖχε Σεβῆρος τῆς βασιλείας ἔτος, ἡγεῖτο δὲ Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς λοιπῆς

(11) *Περὶ τὸν θεῖον λόγον.* Rufinus *divinæ legis studia*, Christophorsonus *sacrarum Litterarum studium* interpretatur. Musculus vero *divinam doctrinam* vertit. Nicephorus in libro v hæc ex Eusebio describens, ἱερὸν λόγον posuit. Observavi autem Eusebium, quoties de Evangelio seu de religione Christiana loquitur, θεῖον λόγον in singulari solitum esse dicere. De Scripturis vero sanctis cum loquitur θείους λόγους appellare. Sic in cap. 3 hujus libri τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγον πίστιν, et cap. 5, in fine.

(12) Vulg. *φέροντες Ὠριγένους.* Post vocem φέροντες ponendum est punctum. Deinde scribendum a capite: Ὠριγένους καὶ τὰ ἐξαὐτῶν, ὡς εἰπεῖν, σπαργάνων, etc., ut scribitur in codice Mazarino. Nec aliter legisse videtur Christophorsonus, cujus lectionem ac distinctionem nos hic libenti animo secuti sumus. Porro et illud monendum est, Origenis nomen in codd. Medicæo, Maz. et Fuk. semper cum aspiratione scribi, quomodo in Theodori Metochitæ *Commentariis* scriptum olim legere memini. Nec displicet hæc scriptura, nam Ὠριγένης dicitur quasi ὠρὶ γεννηθείς, id est, *mature genitus*; cui contrarium est ἀωρί.

201 CAPUT I.

De persecutione sub Severo.

Porro cum Severus persecutionem adversus Ecclesias excitasset, per omnes quidem ubique locorum ecclesias ab athletis pro pietate certantibus illustria sunt confecta martyria. Præcipue tamen Alexandriæ increbuerunt, cum ex universa Ægypto ac Thebaide lectissimi pugiles eo tanquam in amplissimum Dei stadium deducerentur, et cujusquemodi tormenta mortesque invicto animo perpessi, immortales a Deo coronas acciperent. Inter quos Leonides qui Origenis pater fuisse dicitur, capite truncatus, supradictum filium admodum adolescentem reliquit. Qui quanto animi impetu erga divinam fidem jam inde ab illa ætate fuerit affectus, non erit intempestivum paucis commemorare, præsertim cum ejus fama multis multorum hominum sermonibus celebretur.

CAPUT II.

De Origenis a puero institutione.

Quod si quis vitam illius viri accurate et per otium velit litteris tradere, longa profecto oratione opus esset : idque argumentum proprium opus flagitaret. Verum nos inpræsentiarum pleraque in compendium redigentes, pauca quædam de illo quoad fieri potest brevissime referemus : partim ex quibusdam epistolis, partim ex sermonibus ejus discipulorum qui ad nostram usque ætatem superstites fuerunt, comperta in medium afferentes. Origenis res etiam a primis, ut ita dicam, incunabulis gestæ, commemoratione dignæ mihi videntur. Igi-

Digitized by Google

tur Severo annum imperii decimum agente, Alexandriæ et totius Ægypti **202** præfecturam obtinente Læto, episcopatum vero Ecclesiarum illarum post Juliani obitum Demetrio recens adepto : cum persecutionis ardentissimum flagraret incendium, atque innumerabiles martyrio coronarentur, Origenis animum adhuc admodum pueri tanta cupido occupavit martyrii, ut se periculis ipsis objiceret, et prosilire ultro atque irruere ad certamen gestiret. Jamque mors illi sine dubio proxima imminebat, nisi cœlestis Dei Providentia plurimorum utilitati consulens, per matris ministerium impetum illius cohibuisset. Ac mater quidem primum verbis supplicando rogabat, ut materni affectus reverentia moveretur. Sed eum illum vehementius incitatum vidisset, ex quo patrem comprehensum in vinculis detineri intellexerat (quippe posthac toto animi impetu ad martyrium (ferebatur) abscondita omni illius veste, domi manere invitum coegit. Igitur ille nihil aliud sibi relictum esse animadvertens, cum supra ætatem cupiditas intenderetur : quietis impatiens, litteras ad patrem misit quibus illum ad martyrium vehementissime cohortabatur, his inter cætera verbis eum admonens : « Cave, mi pater, ne nostra causa sententiam mutes. » Atque hoc primum puerilis ejus indolis, et sincerissimi erga divinam religionem affectus specimen a nobis commemoratum sit. Jam tum enim fidei nostræ doctrinam non vulgariter imbiberat, utpote in divinis Scripturis jam inde a puero exercitatus. Neque vero in his mediocriter erat versatus, cum præter liberalium disciplinarum studia, etiam sacris Litteris non perfunctorie pater illum erudivisset. Quippe ante Græcarum litterarum studium, sacris eum disciplinis exerceri præcipiebat : quosdam divinæ Scripturæ locos memoriæ mandare ac recitare quotidie illum jubens. Nec vero pueri animus ab

Αἰγύπτου Λαΐτος, τῶν δὲ αὐτόθι παροικιῶν τὴν ἐπισκοπὴν νεωστὶ τότε μετὰ Ἰουλιανὸν Δημήτριος ὑπειλήφει. Εἰς μέγα δὴ οὖν τῆς τοῦ διωγμοῦ πυρκαϊᾶς ἀφθείσης, καὶ μυρίων ὅσων τοῖς κατὰ τὸ μαρτύριον ἀναδουμένων στεφάνοις, ἔρως τοσοῦτος μαρτυρίου τὴν Ὠριγένους ἔτι κομιδῇ παιδὸς ὑπάρχοντος κατεῖχε ψυχήν, ὡς ὁμόσε τοῖς κινδύνοις χωρεῖν, προπηδᾶν τε καὶ ὁρμᾶν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα προθύμως ἔχειν. Ἤδη γέ τοι μικρὸν ὅσον αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἀπὸ τοῦ βίου ἀπαλλαγῆς οὐ πόρρω καθίστατο, μὴ οὐχὶ τῆς θείας καὶ οὐρανίου προνοίας εἰς τὴν πλείστων ὠφέλειαν διὰ τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐμποδὼν αὐτῷ τῆς προθυμίας (13) ἐνστάσης. Αὕτη μὲν οὖν τὰ μὲν πρῶτα λόγοις ἱκετεύουσα, τῆς περὶ αὐτὸν μητρικῆς διαθέσεως φειδὼ λαβεῖν παρεκάλει, σφοδρότερον δ' ἐπιτείναντα θεασαμένη, ὅτε γνοὺς ἁλόντα τὸν πατέρα δεσμωτηρίῳ φυλάττεσθαι, ὅλος ἐγίνετο τῆς περὶ τὸ μαρτύριον ὁρμῆς, τὴν πᾶσαν αὐτοῦ ἀποκρυψαμένη ἐσθῆτα, οἴκοι μένειν ἀνάγκην ἐπῆγεν. Ὁ δὲ, ὡς οὐδὲν ἄλλο πράττειν αὐτῷ παρῆν, τῆς προθυμίας ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν ἐπιτεινομένης, οὐχ οἷός τε ὢν ἡρεμεῖν, διαπέμπεται τῷ πατρὶ προτρεπτικωτάτην περὶ μαρτυρίου συντάξας ἐπιστολὴν (14), ἐν ᾗ κατὰ λέξιν αὐτῷ παραινεῖ λέγων· « Ἔπεχε, μὴ δι' ἡμᾶς ἄλλο τι φρονήσῃς. » Τοῦτο πρῶτον τῆς Ὠριγένους παιδικῆς ἀγχινοίας, καὶ περὶ τὴν θεοσέβειαν γνησιωτάτης διαθέσεως, ἀνάγραπτον ἔστω τεκμήριον. Καὶ γὰρ ἤδη καὶ τῶν τῆς πίστεως λόγων οὐ σμικρὰς ἀφορμὰς καταβέβλητο, ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐξέτι παιδὸς ἐνησκημένος. Οὐ μετρίως γοῦν καὶ περὶ ταύτας ἐπεπόνητο, τοῦ πατρὸς αὐτῷ πρὸς τῇ τῶν ἐγκυκλίων παιδείᾳ (15), καὶ τούτων οὐ κατὰ πάρεργον τὴν φροντίδα πεποιημένου. Ἐξ ἅπαντος γοῦν αὐτὸν, πρὸ τῆς τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων μελέτης, ἐνῆγε τοῖς ἱεροῖς ἐνασκεῖσθαι παιδεύμασιν, ἐκμαθήσεις καὶ ἀπαγγελίας ἡμέρας ἑκάστης αὐτὸν εἰσπραττόμενος. Οὐκ ἀπροαιρέτως δὲ ταῦτα ἐγίνετο τῷ παιδὶ, ἀλλὰ καὶ ἄγαν προθυμότατα περὶ ταῦτα πονοῦντι·

(13) *Ἐμποδὼν αὐτῷ τῆς προθυμίας.* In libro Moræi ad marginem emendatum inveni, αὐτοῦ τῇ προθυμίᾳ ἐνστάσης. Quod etiam Gruterus in libro suo adnotaverat. Sed cum scripti codices nihil mutent, vulgatam lectionem retinendam esse arbitror. Τῆς προθυμίας igitur refertur ad adverbium ἐμποδών, quod genitivo conjungitur, et sic Græci loqui solent.

(14) *Περὶ μαρτυρίου συντάξας ἐπιστολήν.* Codd. Med., Maz., Fuk. et Savil. vocem συντάξας addunt quæ ineditis antea deerat.

(15) *Τῶν ἐγκυκλίων παιδείᾳ.* Græci ἐγκυκλίων μαθημάτων nomine liberales intelligunt disciplinas, quibus pueri instituebantur : mathematicam scilicet, grammaticam et rhetoricam. Philosophia vero eo nomine non continetur, quod innumeris scriptorum testimoniis probari potest. Sic Diogenes Laertius in *Zenone* et in *Chrysippo*, et in *Democrito :* Maximus Tyrius sermone 21 ; Clemens Alexandrinus in lib. II *Stromatei*, et Eusebius ipse in cap. 18, infra. Hinc est quod Ariston Ceus, nobilis philosophus, eos qui philosophiam contemnentes omne studium suum in illis ἐγκυκλίοις disciplinis collocabant, similes esse dicebat procis Penelopes, qui a domina repulsi ad ancillas se convertebant, ut refert Stobæus in sermone 32. Et ita quidem philosophi ab illo disciplinarum orbe philosophiam semovebant. Rhetores vero etiam rhetoricam ex illo numero eximebant. Ita Dionysius Halicarnassensis epistola ad Tuberonem de Thucydidis dotibus : Οὐ γὰρ ἀγοραίοις ἀνθρώποις, οὐδὲ ἐπιδιφρίοις ἢ χειροτέχναις, ἀλλὰ ἀνδράσι διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων ἐπὶ ῥητορικήν τε καὶ φιλοσοφίαν ἐληλυθόσιν. Theon sophista in ipso exercitationum suarum exordio, postquam retulit veterum eloquentiæ magistrorum hanc fere fuisse sententiam, non nisi post philosophiæ studia condiscendam esse rhetoricam. Nunc vero, inquit, tantum abest, ut id præstent plerique, ὥστε οὐδὲ τῶν ἐγκυκλίων καλουμένων μαθημάτων ὁτιοῦν μεταλαμβάνοντες ἅπτουσιν ἐπὶ τὸ λέγειν. Sunt tamen qui ἐγκυκλίων nomine et rhetoricam et philosophiam ipsam comprehendant, ut Vitruvius in cap. 1, lib. I, et Tzetzes in *Chiliadibus*. Sed eos falli puto. Nam nomen ipsum ἐγκύκλιος, vulgare aliquid et protritum significat. Hinc est quod apud Demosthenem ἐγκύκλιοι λειτουργίαι dicuntur solemnes et ordinariæ functiones, quæ distinguuntur a trierarchiis. Hæ namque gravissimæ erant et onerosissimæ. Recte igitur Ammonius *De differentiis vocabulorum*, Παῖς δὲ, inquit, ὁ διὰ τῶν ἐγκυκλίων μαθημάτων δυνάμενος ἰέναι. Vide scholiastem Aristophanis in *Equitibus*, pag. 297.

Digitized by Google

ὡς μηδ' ἐξαρκεῖν αὐτῷ τὰς ἁπλᾶς καὶ προχείρους A his abhorrebat, sed libentissime in hujusmodi stu-
τῶν ἱερῶν λόγων ἐντεύξεις, ζητεῖν δέ τι πλέον καὶ dia incumbebat. Adeo ut simplici et obvia sacra-
βαθυτέρας ἤδη ἐξ ἐκείνου πολυπραγμονεῖν θεωρίας· rum Litterarum lectione minime contentus, majus
ὥστε καὶ πράγματα παρέχειν τῷ πατρὶ, τί ἄρα ἐθέ- aliquid inquireret, et profundiores jam tum sen-
λοι δηλοῦν τὸ τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς ἀναπυνθανό- sus scrutaretur. Proinde patri facessebat negotium, sciscitans ex illo quid sententia divinitus inspiratæ Scripturæ significaret. Ille vero
μενος βούλημα. Ἐκεῖνος δὲ τῷ μὲν δοκεῖνεις πρόσ- **203** coram quidem et in speciem puerum objurgabat : monens ne supra captum ætatis, neve ultra
ωπον ἐπέπληττεν αὐτῷ, μηδὲν ὑπὲρ ἡλικίαν μηδὲ obvium et apertum Scripturæ sensum quidquam
τῆς προφανοῦς διανοίας περαιτέρω τι ζητεῖν παραι- requireret. Clam tamen apud se singulari gaudio
νῶν, ἰδίως δὲ παρ' ἑαυτῷ τὰ μεγάλα γεγηθὼς, τὴν perfusus, Deo bonorum omnium auctori gratias
μείζιστην ὡμολόγει τῷ πάντων ἀγαθῶν αἰτίῳ Θεῷ agebat maximas, quod se talis filii parentem efficere
χάριν, ὅτι δὴ αὐτὸν τοιοῦδε πατέρα γενέσθαι παιδὸς dignatus fuisset. Ac sæpenumero dormientis pueri
ἠξίωσεν. Ἐπιστάντα δὲ ἤδη πολλάκις εὕδοντι τῷ παιδὶ, cubiculum ingressus, pectus ejus nudasse dicitur, et
γυμνῶσαι μὲν αὐτοῦ τὰ στέρνα φασὶν, ὥσπερ δὲ θείου velut quoddam divini Spiritus sacrarium religioso
Πνεύματος ἔνδον ἐν αὐτοῖς ἀφιερωμένου, φιλῆσαί τε B illud deosculatus, semetipsum beatum ejusmodi
πεβασμίως, καὶ τῆς εὐτεκνίας μακάριον ἑαυτὸν ἡγή- sobole prædicasse. Hæc et alia similia de Origene
σασθαι. Ταῦτα καὶ ἕτερα τούτοις συγγενῆ περὶ παῖδα etiam tum puero referuntur. Cæterum patre martyrii coronam adepto, ipse cum matre et parvulis
ὄντα τὸν Ὠριγένην γενέσθαι μνημονεύουσιν. Ὡς δὲ fratribus numero sex orbus relictus est, annum
ἤδη αὐτῷ ὁ πατὴρ μαρτυρίῳ τετελείωτο, ἔρημος ἅμα agens ætatis septimum decimum. Et quoniam facultates patris in fiscum principis illatæ fuerant, ad
μητρὶ καὶ βραχυτέροις ἀδελφοῖς τὸν ἀριθμὸν ἕξ, summam omnium rerum penuriam una cum necessitudinibus suis redactus, divinæ Providentiæ meruit auxilium. Exceptus enim et refocillatus est a
ἑπταικαιδέκατον οὐ πλῆρες ἄγων ἔτος καταλείπεται. matrona quadam opulentissima et alioqui eximia;
Τῆς γε μὴν τοῦ πατρὸς περιουσίας τοῖς βασιλικοῖς sed quæ celeberrimum quemdam virum Antiochia
ταμείοις ἀναληφθείσης, ἐν σπάνει τῶν κατὰ τὸν βίον oriundum, hæreticorum qui tunc erant Alexandriæ
χρειῶν σὺν τοῖς προσήκουσι καταστὰς, οἰκονομίας τῆς propugnatorem, fovebat. Quem quidem mulier
ἐκ Θεοῦ καταξιοῦται· καὶ τυγχάνει δεξιώσεως ὁμοῦ καὶ adoptivum filium secum domi habens, mirum in
ἀναπαύσεως παρά τινι πλουσιωτάτῃ μὲν τὸν βίον καὶ C modum complectebatur. Sed Origenes, tametsi
τὰ ἄλλα περιφανεστάτῃ γυναικὶ, διαβοήτου γε μὴν cum supradicto viro necessitate compulsus versaretur, ex eo tamen tempore suæ in recta fide retinenda constantiæ illustrissimum specimen edidit.
ἄνδρα περιεποίσῃ τῶν τότε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας Siquidem innumerabili multitudine non hæreticorum modo, sed etiam nostrorum ad Paulum (hoc
αἱρεσιωτῶν· τὸ γένος δ' ἦν οὗτος Ἀντιοχεύς· θετὸν δὲ enim illi viro nomen fuit) quotidie confluente, eo
αὐτὸν υἱὸν εἶχε σὺν ἑαυτῇ, καὶ ἐν τοῖς μάλιστα πε- quod eloquentia excellere videretur : ipse nunquam
ριεῖπεν ἡ δεδηλωμένη. Ἀλλὰ τούτῳ γε ἐπάναγκες ὁ adduci potuit ut cum Paulo in precatione consisteret : Ecclesiæ scilicet regulam servans a puero, et
Ὠριγένης συνὼν, τῆς ἐξ ἐκείνου περὶ τὴν πίστιν ὀρ- ut ipsemet alicubi loquitur, abominatus hæreticorum dogmatum prædicationem. Porro cum græcanicis disciplinis primum a patre imbutus fuisset,
θοδοξίας ἐναργῆ παρείχετο δείγματα· ὅτι δὴ μυρίου et post ejusdem obitum totum se liberalibus studiis
πλήθους διὰ τὸ δοκοῦν ἱκανὸν ἐν λόγῳ τοῦ Παύλου· vehementius addixisset, adeo ut sufficientem usum ac peritiam artis grammaticæ assecutus videretur :
τοῦτο γὰρ ἦν ὄνομα τῷ ἀνδρί· συναγομένου παρ' αὐ- paulo post patris mortem eam artem professus, necessaria vitæ subsidia abunde, ut in illa ætate,
τῷ οὐ μόνον αἱρετικῶν, ἀλλὰ καὶ ἡμετέρων, οὐδὲ πώ- sibi comparavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὡς κομιδῇ νέος ὢν τὸν Χριστοῦ λόγον ἐπρέσβευεν (Nic. *H. E.* v, 4, 5).

Σχολάζοντι δὲ (17) τῇ διατριβῇ, ὥς που καὶ αὐτὸς

D

204 CAPUT III.

Quomodo adhuc admodum adolescens verbum Dei prædicavit.

Interea vero cum nemo superesset Alexandriæ

(16) *Μετρίαν ἔχειν.* In codice Medicæo legitur οὐ μετρίαν, nec aliter in Mazarino codice, Fuk., et Sav. Paulo post scribendum est, ex iisdem codicibus, ὡς ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡλικίᾳ δαψιλῶς. Quomodo etiam in codice Regio scriptum habetur.

(17) *Σχολάζοντι δέ.* Ab his verbis inchoavi caput tertium, secutus distinctionem Rufini. At Christophorsonus, et caput hoc male distinxit, et verba quæ in titulo leguntur, perperam est interpretatus. Codex Fuk. caput hoc 3 orditur ab his verbis quæ leguntur paulo supra, τῆς γε μὴν τοῦ πατρὸς περιουσίας, etc. Sed nobiscum facit codex Regius, qui caput inchoat ab his verbis, Ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, etc., paulo infra.

Digitized by Google

qui tradendis fidei nostræ rudimentis operam daret, omnibus ob persecutionis metum pulsis ac fugatis, quidam ex gentilibus ipsum scholæ etiamtum vacantem atque affixum, ut de se alicubi scribit, adierunt, verbum Dei ex eo audituri. Inter quos primum fuisse testatur Plutarchum : qui post vitam honeste transactam, sacro etiam martyrio coronatus est. Secundum Heraclam ejusdem Plutarchi fratrem : qui cum ipse quoque philosophicæ vitæ ac districtioris cujusdam disciplinæ documenta plurima apud ipsum præbuisset, post mortem Demetrii Alexandrinæ urbis episcopatu dignus est habitus. Annum porro ætatis octavum decimum agebat tunc cum catechumenis instituendis præfectus est. Quo in munere maximos fecit progressus tempore persecutionum illarum quæ Aquila præfecturam gerente Alexandriæ contigerunt. Tunc siquidem apud universos fideles maximam nominis celebritatem adeptus est, ob sedula benevolentiæ atque humanitatis officia, quæ omnibus sanctis Dei martyribus notis pariter atque ignotis promptissime exhibebat. Neque enim illis hactenus comes aderat, dum in vinculis essent, aut dum ad extremam usque sententiam interrogarentur : sed post latam quoque sententiam, cum sanctissimi martyres ad supplicium adducerentur, ipse incredibili fiducia præditus, et pericula ipsa provocans astabat. Adeo ut sæpenumero cum audacter accederet, et martyres summa cum libertate osculo salutaret, ab insana gentilium multitudine circumstante lapidibus jamjam obruendus videretur, nisi dextram divini Numinis semel adjutricem nactus, præter opinionem omnium evasisset. Eadem illa divina ac cœlestis gratia illum multis tunc insidiis appetitum ob fiduciam atque alacritatem in prædicanda Christi fide, alias iterum atque alias, nec dici potest quoties liberavit. Porro gentiles adeo cruentum ei bellum indixerant, ut in unum collecti ac conglobati domum in qua manebat, dispositis militibus obsiderent, ob multitudinem **205** eorum qui sacræ fidei rudimenta ab ipso percipiebant. Persecutionis autem furor tantopere adversus eum accendebatur in dies, ut tota Alexandrinorum civitas ulterius ipsum capere non posset; dum ex aliis quidem ædibus in alias migrat : undique vero exagitatus fugatur, propter

A ἐγγράφως ἱστορεῖ, μηδενός τε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τῷ κατηχεῖν ἀνακειμένου, πάντων δὲ ἀπεληλαμένων ὑπὸ τῆς ἀπειλῆς τοῦ διωγμοῦ, προσῆσαν αὐτῷ τινες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἀκουσόμενοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Ὧν πρῶτον ἐπισημαίνεται γεγονέναι Πλούταρχον, ὃς μετὰ τὸ βιῶναι (18) καλῶς, καὶ μαρτυρίῳ θείῳ κατεκοσμήθη· δεύτερον Ἡρακλᾶν τοῦ Πλουτάρχου ἀδελφὸν, ὃς δὴ καὶ αὐτὸς παρ' αὐτῷ πλείστην φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήτεως ἀπόδειξιν παρασχὼν, τῆς Ἀλεξανδρέων μετὰ Δημήτριον ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται. Ἔτος δ' ἦγεν ὀκτωκαιδέκατον, καθ' ὃ τοῦ τῆς κατηχήσεως προέστη διδασκαλείου. Ἐν ᾧ καὶ προκόπτει ἐπὶ τῶν κατὰ Ἀκύλαν τῆς Ἀλεξανδρείας ἡγουμένων διωγμῶν, ὅτε καὶ μάλιστα διαβόητον ἐκτήσατο παρὰ πᾶσι τοῖς ἀπὸ τῆς πίστεως ὁρμωμένοις τοὔνομα, δι' ἣν ἐνεδείκνυτο πρὸς ἅπαντας τοὺς ἁγίους ἀγνῶτας καὶ γνωρίμους μάρτυρας δεξίωσίν τε καὶ προθυμίαν. Οὐ μόνον γὰρ ἐν δεσμοῖς τυγχάνουσιν, οὐδὲ μέχρις ὑστάτης ἀποφάσεως ἀνακρινομένοις συνῆν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ταύτην ἀπαγομένοις τὴν ἐπὶ θανάτῳ τοῖς ἁγίοις μάρτυσι πολλῇ τῇ παῤῥησίᾳ χρώμενος, καὶ ὁμόσε τοῖς κινδύνοις χωρῶν· ὥστε ἤδη αὐτὸν προσιόντα θαρσαλέως, καὶ τοὺς μάρτυρας μετὰ πολλῆς παῤῥησίας φιλήματι προσαγορεύοντα, πολλάκις ἐπιμανεὶς ὁ ἐν κύκλῳ τῶν ἐθνῶν δῆμος, μικροῦ δεῖν κατέλευσεν, εἰ μὴ τῆς θείας δεξιᾶς βοηθοῦ καθάπαξ τυγχάνων, παραδόξως διεδίδρασκεν. Ἡ δ' αὐτὴ θεία καὶ οὐράνιος χάρις, ἄλλοτε πάλιν καὶ πάλιν, καὶ οὐδ' ἔστιν ὁσάκις εἰπεῖν, τῆς ἄγαν περὶ τὸν Χριστοῦ λόγον προθυμίας τε καὶ παῤῥησίας ἕνεκεν, τηνικαῦτα ἐπιβουλευόμενον αὐτὸν διεφύλαττε. Τοσοῦτος δ' ἦν ἄρα τῶν ἀπίστων ὁ πρὸς αὐτὸν πόλεμος, ὡς καὶ συστροφὰς ποιησαμένους (19), στρατιώτας αὐτῷ περὶ τὸν οἶκον ἔνθα κατέμενεν, ἐπιστῆσαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν τὰ τῆς ἱερᾶς πίστεως κατηχουμένων παρ' αὐτῷ. Οὕτω δὲ ὀσημέραι ὁ κατ' αὐτοῦ διωγμὸς ἐξεκάετο, ὡς μηκέτι χωρεῖν αὐτὸν τὴν πᾶσαν Ἀλεξανδρέων πόλιν, οἴκους μὲν ἐξ οἴκων ἀμείβοντα, πανταχόθεν δὲ ἐλαυνόμενον τῆς πληθύος ἕνεκεν τῶν δι' αὐτοῦ τῇ θείᾳ προσιόντων διδασκαλίᾳ· ἐπεὶ καὶ τὰ κατὰ πρᾶξιν ἔργα αὐτῷ, γνησιωτάτης φιλοσοφίας κατορθώματα εὖ μάλα θαυμαστὰ περιεῖχεν. Οἷον γοῦν τὸν λόγον, τοιόνδε φασὶ τὸν τρόπον, καὶ οἷον τὸν τρόπον, τοιόνδε καὶ τὸν λόγον ἐπεδείκνυτο. Διὸ δὴ μάλιστα συναιρομένης αὐτῷ δυνάμεως θείας, μυρίους ἐνῆγεν ἐπὶ τὸν αὐτοῦ ζῆλον. Ἐπειδὴ δὲ ἐώρα φοιτητὰς ἤδη

B

C

(18) *Μετὰ τὸ βιῶναι.* Hujus verbi vim ac proprietatem non intellexerunt interpretes. Βιοῦν Christiani scriptores dixerunt pro eo quod est *sæculare ritam agere.* Sic Epiphanius in hæresi Dositheorum, et in hæresi L, ut notavit vir doctissimus D. Petavius in cap. 5 *Miscellanearum exercitationum*, quas ad calcem Juliani edidit. Quippe βίος *sæculum* est, ut præter locos ibidem a Petavio citatos docet Chrysostomus in homilia 9, *De eleemosyna et decem virginibus*, παρθένος ἀποταξαμένη τῷ βίῳ. Sozomenus in lib. VII, cap. penult., Ζήνων δὲ ἔτι νέος ὢν, βίῳ καὶ γάμῳ ἀπαγορεύσας, et in lib. VIII, cap. 23. Hinc est quod Chrysostomus in *Epistolam Pauli ad Romanos*, homilia 23, non longe ab initio βιωτικούς vocat homines sæculares, quos vulgo laicos dicimus, eosque a presbyteris distinguit et monachis, δεικνὺς ὅτι ταῦτα διατάττεται καὶ ἱερεῦσι, καὶ

D μοναχοῖς, οὐχὶ τοῖς βιωτικοῖς μόνον. Porro eo quem dixi sensu accipiendum hic esse verbum βιῶναι, docent sequentia. Ex duobus enim Origenis discipulis, alterum in sæculo honestissime vixisse dicit, alterum vero, Heraclam nomine, clericum fuisse. Id enim sonant hæc verba, πλείστην καὶ φιλοσόφου βίου καὶ ἀσκήσεως ἀπόδειξιν παρασχών.

(19) *Συστροφὰς ποιησαμένους.* Supple τοὺς ἀπίστους. At Rufinus et Christophorsonus hæc verba referunt ad vocem στρατιώτας, male, ut opinor. Neque enim Græcæ linguæ proprietas hunc sensum admittit. Nicephorus vero pessime hunc locum accepit, quasi discipuli Origenis, vim efferatæ plebis veriti, militare præsidium ad sui tutelam asciverint. In codd. Maz. et Med. post verbum ποιησαμένους apposita est subdistinctio, optime.

Digitized by Google

πλείους προσιόντας, αὐτῷ μόνῳ τῆς τοῦ κατηχεῖν διατριβῆς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ τῆς Ἐκκλησίας προεστῶτος ἐπιτετραμμένης, ἀσύμφωνον ἡγησάμενος τὴν τῶν γραμματικῶν λόγων διδασκαλίαν τῇ πρὸς τὰ θεῖα παιδεύματα ἀσκήσει, μὴ μελλήσας, ἀπορρήγνυσιν ἅτε ἀνωφελῆ καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασιν ἐναντίαν τὴν τῶν γραμματικῶν λόγων διατριβήν. Εἶτα λογισμῷ καθήκοντι ὡς ἂν μὴ γένοιτο τῆς παρ' ἑτέρων ἐπικουρίας ἐνδεής, ὅσαπερ ἦν αὐτῷ λόγων ἀρχαίων πρότερον συγγράμματα (20) φιλοκάλως ἐσπουδασμένα μεταδοὺς, τοῖς ὑπὸ τοῦ ταῦτα ἐωνημένου φερομένοις αὐτῷ τέτταρσιν ὀβολοῖς τῆς ἡμέρας ἠρκεῖτο, πλείστοις τε ἔτεσι τοῦτον φιλοσοφῶν διετέλει τὸν τρόπον, πάσας ὕλας νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν ἑαυτοῦ περιαιρούμενος, καὶ διὰ πάσης μὲν ἡμέρας οὐ σμικροὺς ἀσκήσεως καμάτους ἀνατλῶν, καὶ τῆς νυκτὸς δὲ τὸν πλείονα χρόνον ταῖς τῶν θείων Γραφῶν ἑαυτὸν ἀνατιθεὶς μελέταις, βίῳ τε ὡς ἔνι μάλιστα ἐγκαρτερῶν φιλοσοφωτάτῳ, τοτὲ μὲν τοῖς ἐν ἀσιτίαις γυμνασίοις ἐνασκούμενος, τοτὲ δὲ μεμετρημένοις τοῖς κατὰ τὸν ὕπνον καιροῖς, οὗ μεταλαμβάνειν οὐδ' ὅλως ἐπὶ στρωμνῆς, ἀλλ' ἐπὶ τοὔδαφος διὰ σπουδῆς ἐποιεῖτο. Πάντων δὲ μάλιστα τὰς εὐαγγελικὰς τοῦ Σωτῆρος φωνὰς φυλακτέας εἶναι ᾤετο δεῖν, τάς τε περὶ τοῦ μὴ δύο χιτῶνας μηδ' ὑποδήμασι χρᾶσθαι παραινούσας, μηδὲ μὴν ταῖς περὶ τοῦ μέλλοντος χρόνου φροντίσι κατατρίβεσθαι. Ἀλλὰ καὶ μείζονι τῆς ἡλικίας προθυμίᾳ χρώμενος, ἐν ψύχει καὶ γυμνότητι διακαρτερῶν, εἰς ἄκρον τε ὑπερβαλλούσης ἀκτημοσύνης ἐλαύνων, τοὺς ἀμφ' αὐτὸν εἰς τὰ μάλιστα κατέπληττε· μυρίους μὲν ὅσους λυπῶν εὐχομένους αὐτῷ κοινωνεῖν τῶν ὑπαρχόντων, δι' οὓς ἑώρων αὐτὸν εἰσφέροντα περὶ τὴν θείαν διδασκαλίαν καμάτους. Οὐ μὴν αὐτός γε ἐνδιδοὺς ταῖς καρτερίαις, λέγεται γοῦν καὶ πλειόνων ἐτῶν γῆν πεπατηκέναι, μηδενὶ μηδαμῶς κεχρημένος ὑποδήματι, ἀλλὰ καὶ οἴνου χρήσεως καὶ τῶν ἄλλων παρὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφὴν πλείστοις ἔτεσιν ἀπεσχημένος, ὥστε ἤδη εἰς κίνδυνον ἀνατροπῆς καὶ διαφθορᾶς τοῦ θώρακος (21) περιπεσεῖν. Τοιαῦτα δὴ φιλοσόφου βίου τοῖς θεωμένοις παρέχων ὑποδείγματα, εἰκότως ἐπὶ τὸν ὅμοιον αὐτῷ ζῆλον πλείους παρώρμα τῶν φοιτητῶν, ὥστε ἤδη καὶ τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, τῶν τε ἀπὸ παιδείας καὶ φιλοσοφίας, οὐ τοὺς τυχόντας ὑπάγεσθαι τῇ δι' αὐτοῦ διδασκαλίᾳ (22)· οἷς καὶ αὐτοῖς γνησίως ἐν βάθει ψυχῆς τὴν εἰς τὸν θεῖον λόγον πίστιν δι' αὐτοῦ παραδεχομένοις, διαπρέπειν συνέβαινε κατὰ τὸν τότε τοῦ διωγμοῦ καιρὸν, ὡς καί τινας αὐτῶν ἁλόντας, μαρτυρίῳ τελειωθῆναι.

A ingentem numerum eorum quos ipse ad doctrinam divinæ fidei pertrahebat. Quippe quotidiani ejus actus, verissimæ cujusdam philosophiæ et admirabilis disciplinæ absolutissima opera videbantur. Atque, ut vulgo dicitur, qualis oratio, talis ejus vita : qualis vita, talis oratio ejus fuit. Quam potissimum ob causam cum divina virtus eum adjuvaret, alios quoque innumerabiles ad imitationem sui provocavit. Cum vero plures quotidie discipulos accedentes videret, propterea quod catechumenorum institutio ipsi soli mandata fuerat a Demetrio episcopo : ratus grammaticæ artis professionem cum divinæ fidei institutione minime consentire, scholam grammaticæ litteraturæ, utpote inutilem et sacris disciplinis contrariam, sine ulla cunctatione abjecit. Deinde prudenti consilio usus, ne alieno subsidio opus haberet, venditis priscæ doctrinæ voluminibus quæ penes se habebat elegantissime elaborata, contentus fuit quatuor obolis qui ab emptore voluminum ipsi in dies singulos pendebantur. Hujusmodi disciplina et plane philosophica ratione vivendi, pluribus deinceps annis uti perseveravit, omnes juvenilium cupiditatum illecebras undique submovens. Ac diurno quidem tempore gravissimos cujusquemodi exercitationum labores tolerabat : noctis vero maximam partem divinarum Scripturarum studiis impendebat, severissimæ quoad poterat philosophiæ legibus institutisque semetipsum coercens. Quippe interdiu quidem jejuniorum exercitationibus insudabat : noctu vero somni spatium dimetiebatur, eumque non in strato, sed super nudo solo capere satagebat. Maxime vero evangelica illa Servatoris nostri præcepta observanda esse ducebat, quibus monemur, tum ne duas tunicas habeamus, neve calceamentis utamur ; tum ne de crastino nimium solliciti nosmetipsos excrucienus. Sed et majore quam ætas ferebat animi ardore, in frigore ac nuditate perstans, et ad summum evangelicæ paupertatis culmen **208** evectus, familiares suos ingenti admiratione perculit. Ac multos quidem ex ipsis incredibili dolore affecit, qui bona sua cum ipso partiri optabant, cum illum divinæ prædicationis gratia tantos labores sustinentem viderent. Verumtamen de vigore tolerantiæ nihil unquam remisit. Multos item per annos nudis vestigiis ambulasse dicitur, nullo penitus calceamento usus. Vino quoque et aliis rebus quæ ad victum minus necessariæ sunt, diu-

B

C

D

tissime abstinuit : usque adeo ut pectus ipsius in gravissimum subversionis labisque discrimen inci-
deret. Hujusmodi ergo philosophicæ vitæ exempla omnibus spectanda præbens, plures ex discipulis
ad imitationem sui merito provocavit : ita ut multi ex gentilibus tum in omni genere doctrinæ,

(20) *Λόγων ἀρχαίων συγγράμματα.* Rufinus *Bibliothecam gentilium scriptorum* interpretatur, melius quam Christophorsonus, qui hunc locum Eusebii de solis veterum oratorum libris accepit. Quasi vero λόγοι de solis orationibus dicantur, non etiam de grammatica et philosophia; aut quasi Origenes oratorum libros duntaxat, non autem grammaticorum distraxerit. Musculus quosdam excerptorum libros ab ipso Origene compositos videtur intellexisse.

(21) *Τοῦ θώρακος.* Recte Rufinus et Christophorsonus *stomachum* verterunt : nam *subversio stomachi* proprie dicitur a Dioscoride et Galeno.

(22) *Τῇ δι' αὐτοῦ διδασκαλίᾳ.* Codex Medicæus habet τῇ αὐτοῦ, rectius. Nam δι' αὐτοῦ ex sequente linea huc irrepsisse videtur. Regius tamen et Maz. codex nihil mutant. In Fuk. scriptum est, τῇ ἑαυτοῦ διδασκαλίᾳ.

Digitized by Google

tum in philosophia præstantissimi, ejus se magisterio submitterent. Qui cum fidem Christi sincere atque intimo mentis affectu ab ipso accepissent, persecutionis illius tempore inclaruerunt : usque adeo ut quidam ex ipsis comprehensi, martyrio perfuncti sint.

CAPUT IV.

Quot ab illo fidei rudimentis instituti, ad martyrium evecti sint.

Horum primus fuit is, quem paulo supra memoravimus, Plutarchus. Qui cum ad mortem duceretur, iterum hic de quo loquimur Origenes, dum Plutarcho ad extremum usque vitæ terminum individuus adhæret, parum abfuit quin ab illius occideretur civibus, utpote qui necis illius auctor fuisset. Verum divina providentia tunc quoque illum conservavit. Post Plutarchum secundus ex Origenis discipulis martyr fuit Serenus : qui fidem quam acceperat, igne examinatam ac probatam exhibuit. Tertius ex eadem schola martyr exstitit Heraclides, ac deinde quartus Heron : ambo securi percussi. Prior dum adhuc esset catechumenus, alter vero neophytus. Præter hos quintus ex eodem auditorio Christianæ pietatis athleta, victor renuntiatus est Serenus priori illi cognominis : qui cum plurimos cruciatus fortissime pertulisset, tandem capite truncatus fuisse dicitur. Sed et ex mulierum numero Herais quædam, adhuc catechumena, per ignem, ut ipse alicubi dicit, baptismum adepta, ex hac luce migravit.

207 CAPUT V.

De Potamiæna.

Septimus inter hos recenseatur Basilides, is qui celeberrimam illam Potamiænam ad supplicium abduxit. Cujus quidem mulieris fama apud earum regionum incolas etiamnum pervulgata est, quippe quæ pro castitate corporis, et pro virginitate qua præcipue excelluit conservanda, innumera adversus amatores certamina subierit (nam præter animi pulchritudinem, mirabilis quoque totius corporis venustas in ea efflorescebat), innumera etiam pro Christi fide pertulerit, tandemque post acerbissimos ac vel dictu ipso horribiles cruciatus, una cum matre Marcella igne consumpta sit. Porro Aquila, id enim judicis nomen fuit, cum eam toto corpore sæ-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅσοι δι' αὐτοῦ κατηχηθέντες προήχθησαν μάρτυρες (Nic. *H. E.* v, 6, 7).

Πρῶτος μὲν οὖν τούτων ὁ μικρῷ πρόσθεν δηλωθεὶς Πλούταρχος ἦν· οὗ τὴν ἐπὶ θάνατον ἀπαγομένου, σμικροῦ δεῖν αὖθις ὁ περὶ οὗ ὁ λόγος, συμπαρὼν αὐτῷ εἰς ὑστάτην τοῦ βίου τελευτὴν, ὑπὸ τῶν αὐτοῦ πολιτῶν ἀνῄρητο, ὡς αἴτιος αὐτῷ πεφηνὼς τοῦ θανάτου· Θεοῦ δὲ αὐτὸν ἐτήρει καὶ τότε βουλή. Μετὰ δὲ Πλούταρχον, δεύτερος τῶν Ὠριγένους φοιτητῶν μάρτυς ἀναδείκνυται Σερῆνος, διὰ πυρὸς τὴν δοκιμὴν ἧς παρειλήφει πίστεως, παρεσχημένος. Τῆς αὐτῆς διατριβῆς τρίτος καθίσταται μάρτυς Ἡρακλείδης, καὶ ἐπὶ τούτῳ τέταρτος Ἥρων· ὁ μὲν πρότερος ἔτι κατηχούμενος, ὁ δὲ νεοφώτιστος, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθέντες. Ἔτι πρὸς τούτοις τῆς αὐτῆς σχολῆς πέμπτος ἀθλητὴς τῆς εὐσεβείας ἀνακηρύττεται Ἕτερος τοῦ πρώτου Σερῆνος· ὃν μετὰ πλείστην βασάνων ὑπομονὴν, κεφαλῆς ἀποτομῇ κολασθῆναι λόγος ἔχει. Καὶ γυναικῶν δὲ Ἡραῒς (23) ἔτι κατηχουμένη, τὸ βάπτισμα, ὥς που φησὶν αὐτὸς, τὸ διὰ πυρὸς λαβοῦσα τὸν βίον ἐξελήλυθεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ Ποταμιαίνης (Nic. *H. E.* v, 7).

Ἕβδομος δὲ ἐν τούτοις ἀριθμείσθω Βασιλείδης, τὴν περιβόητον Ποταμίαιναν ἀπαγαγὼν, περὶ ἧς πολὺς ὁ λόγος εἰσέτι νῦν παρὰ τοῖς ἐπιχωρίοις ᾄδεται, μυρία μὲν ὑπὲρ τῆς τοῦ σώματος ἁγνείας τε καὶ παρθενίας, ἐν ᾗ διέπρεψε, πρὸς ἐραστὰς ἀγωνισαμένης· καὶ γὰρ οὖν αὐτῇ ἀκμαῖον πρὸς τῇ ψυχῇ καὶ τὸ τοῦ σώματος ὡραῖον ἐπήνθει· μυρία δὲ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως ἀνατλάσης, καὶ τέλος μετὰ δεινὰς καὶ φρικτὰς εἰπεῖν βασάνους, ἅμα τῇ μητρὶ Μαρκέλλῃ διὰ πυρὸς τελειωθείσης. Φασί γε τοι τὸν δικαστὴν, Ἀκύλας (24) ἦν τούτῳ ὄνομα, χαλεπὰς ἐπιθέντα αὐτῇ κατὰ παντὸς τοῦ σώματος αἰκίας, τέλος ἐφ' ὕβρει τοῦ σώματος μονομάχοις αὐτὴν ἀπειλῆσαι παραδοῦναι· τὴν δὲ βραχύ

(23) Ἡραῒς. Dudum conjeceram scribendum esse Ἡραΐς, uno verbo pro ἡ ῥαΐς quod in textu vulgato legebatur; quam conjecturam tandem mihi confirmaverunt codd. Regius et Fuk., in quibus ita distincte scriptum inveni. Astipulatur etiam Rufinus, qui hunc locum sic interpretatur : *Sed et mulieres plurimæ, in quibus Hera quædam catechumena.* Vulgo excusum est, *Erat quædam catechumena*; sed in codice Bibliothecæ Regiæ et in vetustissimo codice Parisiensis Ecclesiæ ita legitur, ut posui. Ἡραῒς nomen est proprium, ἀπὸ τῆς Ἥρας, ex quo fit etiam Ἡραΐσκος : quo nomine fuit quidam philosophus Ægyptius, de quo Suidas ex Damascio in *Vita Isidori*. Hujus Heraidis memoriam Græci celebrant die 4 mensis Martii, ut legitur in eorum *Menologio* quod edidit Canisius; seu potius die 5, ut habet *Menæum* Venetiis editum, τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἡρωΐδος. Lego Ἡραΐδος. Nescio an eadem sit Irais virgo Alexandrina quæ cum aliis apud Antinoum civitatem martyrium passa esse dicitur die 22 Septembris in *Romano Martyrologio*. In *Menologio* cardinalis Sirleti die 5 Septembris leguntur hæc verba : *Natalis B. martyris Rhaidis, quæ igne consumpta est.* Scribendum *Heraidis*. Hæc enim ipsa est, cujus hic meminit Eusebius. Tres igitur distinguendæ sunt Heraides. Prima est, cujus mentio in *Menæo* die 5 Martii; secunda, Herais catechumena, cujus mentio in *Menologio* die 5 Septembris. Tertia, Herais virgo Ægyptia oriunda ex loco qui dicitur Tamnia; patre Petro presbytero, quæ anno ætatis 12 palmam martyrii consecuta est, ut legitur in *Menæo* ad diem 23 Septemb., ubi Ἱεραῖς appellatur. In *Martyrologio Romano* Irais dicitur.

(24) Ἀκύλας. Hic Aquila præfectus erat Ægypti, ut retulit Eusebius supra in cap. 3. Quo tempore Origenes annum ætatis agebat octavum decimum.

Digitized by Google

τι πρὸς ἑαυτὴν ἐπισκεψαμένην (25), ἐρωτηθεῖσαν ὃ χρίνειε, τοιαύτην δοῦναι ἀπόκρισιν, δι' ἧς ἐδόκει νενομισμένον τι αὐτοῖς ἀσεβὲς ἀποφθέγξασθαι. Ἅμα δὲ λόγῳ τὸν τῆς ἀποφάσεως ὅρον καταδεξαμένην, ὁ Βασιλείδης εἷς τις ὢν τῶν ἐν στρατείαις ἀναφερομένων (26), ἀπάγει προλαβὼν τὴν ἐπὶ θανάτῳ. Ὡς δὲ τὸ πλῆθος ἐνοχλεῖν αὐτῇ καὶ ἀκολάστοις ἐνυβρίζειν ῥήμασιν ἐπειρᾶτο, ὁ μὲν ἀνεῖργεν ἀποσεβῶν τοὺς ἐνυβρίζοντας, πλεῖστον ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν εἰς αὐτὴν ἐνδεικνύμενος, ἡ δὲ τῆς περὶ αὐτὴν συμπαθείας ἀποδεξαμένη τὸν ἄνδρα θαῤῥεῖν παρακελεύεται· ἐξαιτήσεσθαι γὰρ αὐτὸν ἀπελθοῦσαν, παρὰ τοῦ ἑαυτῆς Κυρίου, καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν εἰς αὐτὴν πεπραγμένων τὴν ἀμοιβὴν ἀποτίσειν αὐτῷ. Ταῦτα δὲ εἰποῦσαν, γενναίως τὴν ἔξοδον ὑποστῆναι, πίττης ἐμπύρου (27) κατὰ διάφορα μέρη τοῦ σώματος ἀπ' ἄκρων ποδῶν καὶ μέχρι κορυφῆς ἠρέμα καὶ κατὰ βραχὺ περιχυθείσης αὐτῇ. Καὶ ὁ μὲν τῆς ἀοιδίμου κόρης τοιοῦτος κατηγώνιστο ἆθλος. Οὐ μακρὸν δὲ χρόνον διαλιπὼν ὁ Βασιλείδης, ὅρκον διά τινα αἰτίαν πρὸς τῶν συστρατιωτῶν αἰτηθείς, μὴ ἐξεῖναι αὐτῷ τὸ παράπαν ὀμνύναι διεβεβαιοῦτο. Χριστιανὸν γὰρ ὑπάρχειν, καὶ τοῦτο ἐμφανῶς ὁμολογεῖν. Παίζειν μὲν οὖν ἐνομίζετο τέως ταπρῶτα. Ὡς δὲ ἐπιμόνως ἀπισχυρίζετο, ἄγεται ἐπὶ τὸν δικαστήν, ἐφ' οὗ τὴν ἔνστασιν ὁμολογήσας, δεσμοῖς παραδίδοται. Τῶν δὲ κατὰ Θεὸν ἀδελφῶν ὡς αὐτὸν ἀφικομένων, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀθρόας καὶ παραδόξου ταύτης ὁρμῆς πυνθανομένων, λέγεται εἰπεῖν, ὡς ἄρα Ποταμίαινα τρισὶν ὕστερον ἡμέραις τοῦ μαρτυρίου νύκτωρ ἐπιστᾶσα, στέφανον αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ περιθεῖσα εἴη, φαίη τε παρακεκληκέναι χάριν αὐτοῦ τὸν Κύριον, καὶ τῆς ἀξιώσεως τετυχηκέναι, οὐκ εἰς μακρόν τε αὐτὸν παραλήψεσθαι. Ἐπὶ τούτοις τῶν ἀδελφῶν τῆς ἐν Κυρίῳ σφραγῖδος μεταδόντων αὐτῷ, τῇ μετέπειτα ἡμέρᾳ τῷ τοῦ Κυρίου διαπρέψας μαρτυρίῳ, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται. Καὶ ἄλλοι δὲ πλείους τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν, ἀθρόως τῷ Χριστοῦ λόγῳ προσελθεῖν κατὰ τοὺς δεδηλωμένους ἱστοροῦνται, ὡς δὴ καθ' ὕπνους τῆς Ποταμιαίνης ἐπιφανείσης καὶ ἐπὶ τὸν θεῖον λόγον προσκεκλημένης (28) αὐτούς. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐχέτω.

vissime excruciasset, ad extremum interminatus ei esse dicitur se illam gladiatoribus violandam traditurum. At illa cum paulisper secum ipsa rem perpendisset, interrogata quid consilii caperet, ejusmodi fertur dedisse responsum quod impium esse gentilibus videbatur. Protinus igitur judicis sententia damnatam Basilides unus ex apparitoribus, ad supplicium abducit. Cumque vulgus eam vexare, et obscenis verbis illudere ei conaretur, Basilides quidem eos qui contumeliam virgini faciebant absterrens propellebat, multaque misericordiæ et humanitatis erga illam præbebat indicia. Illa vero, benignitatem hominis erga se libenter amplectens, bono animo eum esse jussit; se namque post obitum salutem ipsius a Domino impetraturam, et collata in se beneficia brevi remuneraturam esse. Hæc cum dixisset, ferventi pice per varia corporis membra ab imis pedibus, ad ipsum usque capitis verticem leniter ac paulatim circumfusa, mortem constanti animo pertulisse memoratur. Et hujusmodi quidem certamen nobilissima virgo decertavit. Brevi autem postea Basilides, cum ob nescio quam causam a contubernalibus suis sacramento adigeretur, nefas sibi esse affirmavit omnino jurare: quippe Christianum se esse, idque palam profiteri. Illi primo quidem hominem jocari arbitrabantur. Verum cum id constanter asseveraret, ad judicem est perductus. Apud quem fidei suæ constantiam professus, in vincula **208** conjicitur. Cumque quidam in Domino fratres eum adiissent, et causam subitæ illius atque insperatæ conversionis interrogarent, dixisse fertur, Potamiænam tertio post martyrium die, noctu sibi assistentem coronam capiti suo imposuisse, dixisseque se ipsius causa Dominum orasse, atque id quod petierat impetrasse: nec diu postea ipsum ad superos migraturum. Post hæc signaculo Domini a fratribus accepto, postridie Christum gloriose confessus, capite truncatus est. Plures quoque alii ex Alexandrinis civibus, eodem tempore ad fidem Christi subito transiisse memorantur, quos scilicet Potamiæna in somnis apparens ad id faciendum provocaverat. Verum de his hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ Κλήμεντος τοῦ Ἀλεξανδρέως (Nic. *H. E.* IV, 35).

Πάνταινον δὲ Κλήμης (29) διαδεξάμενος, τῆς κατ'

CAPUT VI.

De Clemente Alexandrino.

Per idem tempus Clemens, qui Pantæno succes-

(25) *Πρὸς ἑαυτὴν ἐπισκεψαμένην.* Ita codex Regius. Sed reliqui tres Maz., Med. et Fuk. scriptum habent εἰς ἑαυτὴν ἐπ.

(26) *Τῶν ἐν στρατείαις ἀναφερομένων.* Rufinus vertit, *unus ex his quibus implere speculatoris officium mos est.*

(27) *Πίττης ἐμπύρου*, etc. His verbis indicat Eusebius, Potamiænam in lebetem picis ferventis sensim demissam fuisse. Porro in quatuor codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. legitur ἠρέμα καὶ κατὰ μικρόν, etc.

(28) *Καὶ... προσκεκλημένης.* In codd. Maz., Fuk., Sav. et Medicæo ita legitur, καὶ ἐπὶ τὸν θεῖον λόγον προσκεκλημένης. Quæ tamen verba non admodum necessaria mihi videntur. Porro Rufinus hunc locum pessime accepit, ubi et Potamiænam Origenis discipulam facit. In quo tamen Rufino refragari equidem non ausim. Etsi enim id diserte non dixit Eusebius, ex ejus tamen narratione id colligi videtur. Nam cum martyres qui ex Origenis schola exstiterunt, hic recensens, Basilidem et Potamiænam illis accenseat, hi quoque ex Origenis discipulis fuerint necesse est. Quod cum de Basilide dici non possit, de Potamiæna certe sit admodum probabile. Cæterum Potamiænæ nomen deductum est a masculino Ποταμίων, eodem modo quo Tryphæna et similia.

(29) *Πάνταινον δὲ Κλήμης.* Hæc parum cohærent cum superioribus. Neque enim Clemens tunc magistri officio in Alexandrinæ Ecclesiæ schola fungebatur, sed Origenes, Clementis discipulus. Adde quod de Clemente ejusque libris jam in libro superiore commemoravit Eusebius. Quin et Caius in *Parvo Labyrintho*, Clementem refert inter scri-

Digitized by Google

serat, apud Alexandriam catechumenorum institutioni adhuc præerat : adeo ut auditor ejus etiamtum puer fuerit Origenes. Hic porro Clemens in primo Στρωματέων libro ordinem temporum describens, obitu imperatoris Commodi computationem suam circumscribit. Ex quo apparet, Severi Augusti cujus nunc tempora exponimus principatu, hæc volumina ab eo fuisse elaborata.

CAPUT VII.

De Juda scriptore.

Eodem tempore alius quoque scriptor Judas, de septuaginta apud Danielem septimanis disserens, ad decimum usque annum imperii Severi supputationem temporum perducit. Qui etiam decantatum illum Antichristi adventum jam tum imminere existimabat. Adeo commota tunc adversus nostros persecutio multorum animos vehementer conturbaverat.

CAPUT VIII.

De Origenis audaci facinore.

Interea Origenes dum catechumenis apud Alexandriam instituendis vacaret, facinus aggreditur, quod minus perfecti sensus, et juvenilis cujusdam **209** audaciæ possit videri : fidei tamen et continentiæ maximum in se specimen continet. Nam cum verba illa, « Sunt quidam eunuchi qui seipsos castraverunt propter regnum cœlorum [38], » simplicius ac juvenilius accepisset, partim ut Servatoris nostri verbum adimpleret, partim ut omnem obsceni rumoris et calumniæ occasionem infidelibus adimeret, eo quod ipse ætate juvenis non solum viris sed et feminis divinæ fidei præcepta tradebat, dictum Servatoris reipsa exsequi adortus est. Providerat quidem ut plerosque familiarium suorum ea res lateret. Verum ille, quamvis maxime id vellet, tantum facinus occultare non potuit. Itaque Demetrius cum rem illam utpote Ecclesiæ ejus episcopus, postea comperisset, juvenis audaciam vehementer admiratus est. Ac primum quidem alacritatem animi et fidei sinceritatem in eo collaudans, bono animo esse jussit : utque tanto majore cura instituendis catechumenis vacare pergeret cohortatus est. Ac tum quidem Demetrius erat ejusmodi. Sed non multo post tempore, cum eum prosperis successibus in dies augeri et magnum jam atque illustrem omnium sermonibus celebrari videret, humani quidpiam passus, litteris ad omnes ubique terrarum episcopos

Ὠριγένει ὄνομα, Ζεφυρίνου κατὰ τούσδε τοὺς χρόνους τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἡγουμένου, ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ (94) καὶ αὐτός που γράφει, λέγων· εὐξάμενος τὴν ἀρχαιοτάτην Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν ἰδεῖν· ἔνθα οὐ πολὺ διατρίψας, ἐπάνεισιν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν. Καὶ δὴ τὰ συνήθη τῆς κατηχήσεως ἐνταῦθα μετὰ πάσης ἐπλήρου σπουδῆς, Δημητρίου τῶν τῇδε ἐπισκόπου ἔτι τότε παρορμῶντος αὐτὸν, καὶ μονονουχὶ ἀντιβολοῦντος, ἀόκνως τὴν εἰς τοὺς ἀδελφοὺς ὠφέλειαν ποιεῖσθαι.

A firmior redderetur. Patres quippe agnoscimus beatos illos qui viam nobis præiverunt, et quos breri secuturi sumus; Pantænum scilicet vere beatum ac dominum meum : et sanctum Clementem dominum item meum qui me plurimum adjuvit : et si quis alius fuit hujusmodi. Per quos tu mihi innotuisti; domine ac frater longe omnium præstantissime. » Et hæc quidem ita se habent. Adamantius vero (id enim etiam Origeni nomen fuit) Zephyrino per hæc tempora Romanam Ecclesiam gubernante, se in urbem Romam advenisse scribit, cum sibi in votis fuisset, sicut ipsemet alicubi dicit, Romanam Ecclesiam omnium antiquissimam coram videre. Ibi paulisper moratus, Alexandriam rediit. Ubi consuetum catechumenos docendi officium omni studio ac diligentia exercuit : Demetrio civitatis episcopo etiamtum illum **217** hortante, ac tantum non supplicante ut fratrum utilitati impigre serviret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ Ἡρακλᾶ (Nic. *H. E.* v, 11).

Ὁ δ' ὡς ἑαυτὸν ἐώρα μὴ ἐπαρκοῦντα τῇ τῶν θείων βαθυτέρᾳ σχολῇ, τῇ τε ἐξετάσει καὶ ἑρμηνείᾳ τῶν ἱερῶν Γραμμάτων, καὶ προσέτι τῇ τῶν προσιόντων κατηχήσει, μηδ' ἀναπνεῦσαι συγχωρούντων αὐτῷ, ἑτέρων ἐφ' ἑτέροις ἐξ ἕω καὶ μέχρις ἑσπέρας ἐπὶ τὸ παρ' αὐτῷ διδασκαλεῖον φοιτώντων, διανείμας τὰ πλήθη, τὸν Ἡρακλᾶν τῶν γνωρίμων προχρίνας, ἔν τε τοῖς θείοις σπουδαῖον, καὶ ἄλλως ὄντα λογιώτατον ἄνδρα καὶ φιλοσοφίας οὐκ ἄμοιρον, κοινωνὸν καθίστη τῆς κατηχήσεως, τῷ μὲν τὴν πρώτην τῶν ἄρτι στοιχειουμένων εἰσαγωγὴν ἐπιτρέψας, αὐτῷ δὲ τὴν τῶν ἐν ἕξει φυλάξας ἀκρόασιν.

CAPUT XV.

De Heracla.

Cum autem animadverteret se nequaquam sufficere ad quietiorem rerum divinarum contemplationem, et ad sacræ Scripturæ scrutationem atque interpretationem, simulque ad institutionem eorum qui ad ipsum accedebant, per quos ne respirare quidem ipsi licebat, cum alii super alios a primo lucis exortu usque ad vesperam scholam ejus frequentarent : divisa omni auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus suis deligens, virum rerum divinarum studiosum, et alioqui doctissimum, nec expertem philosophiæ, in docendi officio socium sibi atque administrum adjunxit. Et huic quidem institutionem eorum qui primis adhuc imbuerentur rudimentis mandavit : sibi vero perfectiores docendos reservavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ὅπως Ὠριγένης περὶ τὰς θείας ἐσπουδάκει Γραφάς (Nic. *H. E.* v, 11).

Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἐξέτασις, ὡς καὶ τὴν Ἑβραΐδα γλῶτταν ἐκμαθεῖν, τάς τε παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις ἐμφερομένας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις Γραφὰς (95), κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι, ἀνιχνεῦσαί τε τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα τὰς ἱερὰς Γραφὰς ἡρμηνευκότων ἐκδόσεις· καί τινας ἑτέρας παρὰ τὰς καθημαξευμένας ἑρμηνείας ἐναλλαττούσας, τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος, ἐφευρεῖν, ἃς οὐκ οἶδ' ὅθεν ἔκ τινων μυχῶν τὸν πάλαι λανθανούσας χρόνον εἰς φῶς ἀνιχνεύσας προήγαγεν (96). Ἐφ' ὧν διὰ τὴν ἀδηλότητα, τίνος ἄρ' εἶεν

CAPUT XVI.

Quantum studium Origenes in divinis Scripturis collocaverit.

Tantam porro curam ac diligentiam in divinis Scripturis perscrutandis adhibebat Origenes, ut Hebraicam etiam linguam didicerit, et authenticos Scripturarum libros Hebraicis scriptos litteris, qui apud Judæos habentur, sibi comparaverit : aliorum quoque qui præter Septuaginta interpretes sacras Scripturas interpretati sunt, editiones pervestigaverit : nonnullas denique interpretationes a tritis illis et vulgatis Aquilæ scilicet ac Symmachi et Theodotionis diversas repererit. Quas quidem ille ex nescio quibus erutas angulis in quibus jamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Et cum

(94) *Ἐπιδημῆσαι τῇ Ῥώμῃ.* Hunc Origenis adventum in urbem Romam Baronius confert in annum Christi 220, qui erat annus 1 imp. Elagabali. Eusebius tamen Origenem Romam venisse scribit regnante Caracalla. Sed ut hoc Baronio concedamus, illud minime ferendum est, quod ibidem ait, Origenem Adamantium iterum Romam venisse principatu Philippi imp., anno Christi 248. Nam Eusebius qui res gestas Origenis in hoc libro accuratissime pertexuit, nullum secundi hujus adventus mentionem facit. Imo ex Eusebio contrarium colligi videtur. Scribit enim Eusebius, Origenem de fidei suæ professione litteras dedisse ad Fabianum Rom. urbis episcopum. Non igitur Romam venit Origenes ad Fabianum, ut vult Baronius, sed tantum litteras ad eum misit. Quod vero ex Porphyrio in *Vita Plotini* id hausisse sibi videtur Baronius, in eo longe fallitur. Neque enim de Origene Adamantio loquitur illic Porphyrius, sed de altero Origene, Plotini et Herennii condiscipulo, qui ab Origene Adamantio distinguendus est, ut paulo post demonstrabimus.

(95) *Πρωτοτύπους... Γραφάς. Authenticas* verte. Sic enim Latini vocant, ut pluribus exemplis docuit Brissonius in *Lexico*. Porro Eusebius Hebraicos S. Scripturæ codices idcirco authenticos vocat, non quod revera essent primitivum exemplar et autographum ab Esdra conscriptum; sed authenticos appellat, comparatione facta cum Græcis editionibus tam Septuaginta interpretum quam aliorum.

(96) *Εἰς φῶς ἀνιχνεύσας προήγαγεν.* Hæc est verborum collocatio in tribus nostris codicibus

Digitized by Google

obscurum incompertumque haberet cujusnam essent auctoris, hoc solum de ipsis adnotavit, alteram quidem a se repertam fuisse Nicopoli juxta Actium: alteram vero in alio quodam loco. Quinetiam in Hexaplis Psalmorum exemplaribus, post insignes illas quatuor editiones cum non quintam modo sed etiam sextam ac septimam apponeret versionem, rursus in principio unius notavit inventam illam fuisse Hierichunte in dolio, temporibus Antonini Caracallæ, qui Severi filius fuit. Has igitur omnes

A οὐκ εἰδὼς, αὐτὸ τοῦτο μόνον ἐπεσημήνατο, ὡς ἄρα τὴν μὲν εὑροι ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει (97), τὴν δὲ, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ τοιῷδε. Ἔν γε μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν, μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην (98) παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται, ὡς ἐν Ἰεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ, κατὰ τοὺς χρόνους Ἀντωνίνου τοῦ υἱοῦ Σεβήρου. Ταύτας δὲ ἁπάσας ἐπὶ ταὐτὸν συναγαγὼν, διελών τε πρὸς κῶλον (99), καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις (1) μετὰ

Maz., Med. et Fuk. Atque ita hunc Eusebii locum citat Suidas in voce *Ὠριγένης*. Text. vulg., ἀνιχνεύσας προήγαγεν εἰς φῶς. Amat certe Eusebius hujusmodi verborum trajectiones, ut ex plurimis locis ostendi potest. Paulo post nostri codices Maz., Med. et Fuk. cum Nicephoro scriptum habent, ἐν ἑτέρῳ τοιῷδε τόπῳ.

(97) *Ἐν τῇ πρὸς Ἀκτίῳ Νικοπόλει.* In tribus optimis exemplaribus Maz., Med. et Fuk. scriptum inveni πρὸς Ἀκτίοις. Atque ita scripserat Athanasius, seu quis alius auctor *Synopseos sacrarum Scripturarum* : Ἕκτη ἑρμηνεία ἐστὶν ἡ ἐν πίθοις εὑρεθεῖσα καὶ αὐτὴ κεκρυμμένη ἐπὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμαίας παιδὸς, ἐν Νικοπόλει τῇ πρὸς Ἀκτίοις ὑπό τινος τῶν Ὠριγένους γνωρίμων. Nec tamen eam scripturam probo, cum Ἄκτια Græce dicantur *ludi Actiaci* : Nicopolis autem ipsa, non a ludis nomen acceperit, sed a promontorio ad quod sita erat, appellata fuerit Nicopolis ad Actium.

(98) *Ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην.* Lego, οὐ μόνον πέμπτην καὶ ἕκτην, ἀλλὰ καὶ ἑβδόμην, prorsus necessaria, ut mihi videtur, emendatione. Cum enim antea locutus sit Eusebius de quinta et sexta editione ab Origene reperta, hoc amplius addit, etiam septimam in hexaplis Psalmorum exemplaribus ab Origene positam fuisse. Septuplex igitur fuit Psalmorum editio. Verum cum hæc septima editio Psalmos tantum haberet, ideo Origenes titulum editionis suæ, *Ἑξαπλῶν* scilicet, non immutavit. Porro emendationem et expositionem nostram plane confirmat Joannes Zonaras in *Historia imp. Severi* ita scribens de Origene : Καὶ τῶν ταύτας ἑρμηνευκότων συναγαγὼν τὰ συγγράμματα, τῶν Ἑβδομηκονταδύο δηλαδὴ, τοῦ τε Ἀκύλου καὶ τοῦ Συμμάχου, καὶ τοῦ Θεοδοτίωνος, καὶ δύο ἄλλων ἀνωνύμων ἑρμηνέων (ἠγνόηται γὰρ τὰ ἐκείνων ὀνόματα) ἐφιλοπόνησε τὰ τῶν Ἑξαπλῶν λεγομένων συγγράμματα· ἐν δὲ τοῖς Ψαλμοῖς καὶ ἑβδόμης μέμνηται ἑρμηνείας, ὡς ἐν Ἰεριχοῖ εὑρημένης. Id est : *Collectis voluminibus eorum qui Scripturas Hebraicas Græce interpretati fuerant, duorum scilicet ac septuaginta Seniorum, Aquilæ item ac Symmachi, Theodotionis et duorum aliorum, quorum nomina ignorantur, editionem Hexaplorum elaboravit. In Psalmis vero etiam septimæ interpretationis meminit, quam Hierichunte repertam esse dicit.* Non potest melius scholium afferri ad expositionem Eusebii, quam hic Zonaræ locus. Sed quod addit Zonaras, septimam editionem Hierichunte repertam fuisse, id Eusebius aperte non dicit. Epiphanius quidem in libro *De ponderibus*, et Athanasius in *Synopsi* aiunt quintam editionem Hierichunte in dolio repertam fuisse. Nicephorus vero sextam simul ac septimam editiones Hierichunte inventas esse existimavit. Cæterum, etsi auctores quintæ ac sextæ editionis ignorantur, Judæos tamen illos fuisse constat. Ita certe Hieronymus in lib. II *Adversus Rufinum* : *Magnis, ut scio, sumptibus redemisti Aquilæ et Symmachi et Theodotionis, quintæque et sextæ editionis Judaicos translatores.* Scio Claudium Salmasium in libro *De lingua Hellenistica*, pag. 159, negasse, quintam et sextam editionem ab Hieronymo usquam nominari. Sed refellitur tum ex loco Hieronymi quem supra citavi,

tum ex ejusdem libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, cap. 54. Idem in *Commentariis ad cap.* I *Sophoniæ*, quintam editionem nominatim citat, et in lib. I *in Habacuc*, sub initium.

(99) *Διελὼν τε πρὸς κῶλον.* Male Christophorsonus vertit, *columellis inter se distinxit.* Cola sunt versus seu membra sensum integrum absolventia. Hieronymus in *Apologia* II *adversus Rufinum* : *Et quod nunc verba dierum interpretatus sum, idcirco feci, ut inextricabiles moras et silvam nominum quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensuumque labyrinthos, per versuum cola digererem.* Idem in *præfatione in Josue* : *Monemusque lectorem, ut silvam Hebraicorum nominum et distinctiones per membra divisus diligens scriptor conservet, ne et noster labor et ipsius studium pereat.* Sed et in *Præfatione in translationem Isaiæ* testatur se translationem suam per cola seu versus distinxisse : *Nemo, cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, et aliquid simile habere de Psalmis, et operibus Salomonis. Sed quod in Demosthene et in Tullio fieri solet, ut per cola scribantur et commata, qui utique prosa et non versibus conscripserunt, nos quoque utilitati legentium providentes, interpretationem novam novo scribendi genere distinximus.* Eadem quoque dicit in *Præfatione in Ezechielem.* Primus igitur apud Latinos Hieronymus interpretationem suam per versus distinxit, imitatus Origenem, qui in *Hexaplis* idem præstiterat. Porro Origenes in eo maxime consuluit legentium utilitati. Nam quæcunque per versus distincta sunt, ea facilius tum intelliguntur, tum memoriæ mandantur. Adde quod ad Græcas editiones inter se comparandas, prorsus necessaria fuit hujusmodi distinctio. Exemplum Origenis secuti sunt postea complures : et in Novo Testamento idem præstiterunt quod iis prius fecerat in Veteri, ut testatur Hesychius Hierosolymitanus in libro quem inscripsit *Στιχηρὸν duodecim prophetarum.* Quem quidem librum ideo sic inscripsit, quod ad marginem singulorum versuum apposuerat expositionem locorum difficilium, quod παρατίθεσθαι et παράθεσιν ipse vocat. Verba Hesychii sunt hæc : Ἔστι μὲν ἀρχαῖον τοῦτο τοῖς θεοφόροις τὸ σπούδασμα, στιχηδὸν ὡς τὰ πολλὰ πρὸς τὴν τῶν μελετωμένων σαφήνειαν, τὰς προφητείας ἐκτίθεσθαι, etc. Quæ Latine ita reddidimus : *Libros propheticos majoris perspicuitatis causa, per versuum cola dividere, vetus inventum est sanctorum Patrum. Nam initio sine ulla distinctione legebantur. Postea vero viri docti et sacrarum litterarum studiosi, majoris, ut dixi, perspicuitatis causa, hujusmodi versuum distinctionem excogitarunt. Ita prophetarum libri ab illis editi sunt. Sic Davidis Psalmi, sic Proverbia et Ecclesiastes et Canticum canticorum. Sic liber Jobi per versus distinctus reperitur. Sed et librum apostolicum, id est, Actus et Epistolas apostolorum, hoc modo ab aliquibus descriptum inveni.* Subjungit deinde Hesychius hæc verba : Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλὰ μὲν τῶν ἁπλῶν ἡ τῶν στίχων σαφηνίζει διαίρεσις. Ubi στίχους vocat quæ κῶλα dicere debuisset.

(1) *Καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις.* Supra monuimus quid primum ab Origene præstitum sit in *Hexaplorum* editione, quod singulas interpretationes

Digitized by Google

καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως (2), τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα (3) καταλέλοιπεν, ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου (4), καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν ἅμα τῇ τῶν Ἑβδομήκοντα ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας (5).

A interpretationes cum in unum **218** corpus collegisset, et per certa cola ac membra distinxisset, et sibi invicem e regione opposuisset, una cum ipso Hebraico textu, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit; postea vero editionem Aquilæ et Symmachi ac Theodotionis cum Septuaginta interpretum versione seorsum in Tetraplis digessit.

per versuum cola distinxit. Itaque versuum distinctio quam hodie in Septuaginta seniorum interpretatione cernimus, Origenis inventum est. Secundum Origenis inventum est, quod interpretationes illas e regione sibi invicem opposuit, ut si forte alter ab altero dissentiret, uno statim intuitu posset agnosci. Docet id Hieronymus in *Præfatione* ad Chromatium *in librum Paralipomenon*, his verbis: *Et certe Origenes non solum exempla composuit quatuor editionum, e regione singula verba describens; ut unus dissentiens statim, cæteris inter se consentientibus arguatur.* Et Epiphanius quidem singulas B versiones in singulis paginis dispositas fuisse dicit, quem secutus est Nicephorus. Rufinus vero in hujus loci interpretatione, non paginas sed columellas dixit, quod eodem recidit. Certe idem Rufinus in lib. II *Adversus Hieronymum*, paginas et columellas pro eodem sumit: *Voluit Origenes nostris ostendere, qualis apud Judæos Scripturarum lectio teneretur*, etc., *in propriis paginis vel columellis editiones eorum singulas quasque descripsit, et ea quæ apud illos sunt addita, vel decerpta, certis quibusdam notis additis ad versiculorum capita designavit.* Malim tamen columellas dicere quam paginas, cum in una pagina plures fuerint columnæ.

(2) *Μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως.* Hic locus non parvam habet difficultatem, quem Musculus quidem ad verbum ita transtulit: *His autem cunctis in unum corpus compactis divisisque per colon, et invicem inter se una cum Hebræorum annotatione oppositis, exemplaria nobis quæ* C *Hexapla dicuntur reliquit.* Christophorsonus vero ad sensum magis quam ad verbum interpretatus est hoc modo: *Atque ipsas in unum volumen omnes redigens, columellis inter se distinxit, et alteram alteri ex adverso, unà cum exemplari Hebræorum opposuit.* Dionysius autem Petavius in animadversionibus ad librum Epiphanii *De ponderibus*, hunc Eusebii locum ita vertit: *Has omnes editiones in unum conjiciens, et per columellas dividens, ac sibi invicem opponens, cum Hebraica ipsa significatione, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit.* Sed hæc postrema interpretatio, quod pace viri doctissimi mihique quondam amicissimi dictum sit, ferri omnino non potest. Neque enim Eusebius dixit, μετὰ τῆς Ἑβραίων σημασίας, sed σημειώσεως. Est autem σημείωσις proprie adnotatio. Sic in lib. v, cap. 20, χαρτεστάτην σημείωσιν Irenæi vocat, notationem quam Irenæus sua manu apposuerat ad finem libri sui. *Σημειώσεις* quoque inscribebantur libri Origenis quos in Leviticum et in Numeros scripserat, quæ ab Hieronymo et Rufino *Excerpta* appellantur. Hi libri nihil aliud erant quam notationes seu breviores commentarii non in totum librum continuo scripti, sed in quædam duntaxat loca quæ expositione opus habere videbantur. Unicum hodie fragmentum superest horum Origenis librorum in c. 26 *Philocaliæ*, ἐκ τῶν εἰς τὴν Ἔξοδον σημειώσεων. Verum hæc vocis hujus significatio quem hic locum habere possit, non satis video. Nicephorus quidem cum hanc vocem non intelligeret, ejus loco παρασημείωσιν posuit. Quod tamen non multo clarius est. Epiphanius vero in hæresi Origenistarum, cap. 3, παραθέσεις pro eodem usurpat, ὡς εἶναι μὲν ταῦτα καὶ καλεῖσθαι Ἑξαπλᾶ, ἐπὶ τὰς Ἑλληνικὰς ἑρμηνείας, δύο ὁμοῦ παραθέσεις τῆς Ἑβραϊκῆς φύσει δι' Ἑβραϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν στοιχείων. Eusebius ergo σημείωσιν vocat Hebraicum textum, eo quod prænotatus esset ac prælixus sex Græcis interpretationibus; perinde ac in commentariis verba scriptoris præfigi solent expositioni. Nam σημείωσις non solum expositionem significat, verum etiam textum cui adhibetur expositio. Ita σχόλια veteres dicebant loca excerpta ex aliquo scriptore, quibus subjecta erat adnotatio, ut observavi ad librum quartum.

(3) *Ἑξαπλῶν ἀντίγραφα.* Ex hoc loco aperte convincitur, Hexapla dicta esse eo quod sex interpretationes Græce in iis continerentur præter Hebraicum textum; qui quidem in duabus paginis duplici modo perscriptus erat, in altera quidem Hebraicis; in altera vero Græcis litteris Idem diserte scribit Epiphanius in hæresi Origenistarum, cap. 3. Et certe ratio ita suadet. Nam ut tetrapla dicta sunt, quod quatuor Græcas interpretationes in unum collectas haberent, sic etiam hexapla appellata sunt, quod sex Græcas versiones complecterentur, Aquilæ videlicet et Symmachi, et Septuaginta interpretum ac Theodotionis; quintam denique et sextam interpretationem. Hebraicus autem textus, cum ipsum authenticum esset exemplar, inter versiones numerandus non fuit. Quare fallitur Rufinus in hujus capitis versione, qui *Hexapla* dicta esse credidit, eo quod duas Hebraici textus editiones, et Aquilæ ac Symmachi et Septuaginta seniorum ac Theodotionis versionem exhiberent. Fallitur etiam Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. IV, pag. 212, idem fere sentiens quod Rufinus. Sed et D. Petavius magnopere in his explicandis fluctuavit, ut patet ex ejus animadversionibus ad librum Epiphanii *De ponderibus*. Turbavit illum præcipue septima illa versio, quam in *Hexaplis* fuisse scribit Eusebius. Sed nos superius rationem reddidimus, cur ob illam titulus *Hexaplorum* non fuerit immutandus. Hæc cum scripsissem incidi in historiam Imp. Severi a Zonara conscriptam, ubi de *Hexaplis* et *Tetraplis* Origenis eadem prorsus quæ nos scribit, et Eusebii locum, licet suppresso auctoris nomine, perinde ac nos interpretatur.

(4) *Ἰδίως τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου.* Hunc Eusebii locum Zonaras in suis *Annalibus* ita expressit: Ἰδιαίτατα δὲ τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν μετά γε τῆς τῶν Ἑβδομήκοντα καὶ δύο παραπθείς, τὰ λεγόμενα Τετραπλᾶ παραδέδωκε. Quæ Wolfius Latine ita vertit: *Aquilæ vero, Symmachi et Theodotionis editionem rectissime cum Septuaginta duorum versione comparata, commentaria tetrapla, hoc est, quadruplicia composuit.* Sed primo quidem probare non possum, quod ἰδιαίτατα vertit *rectissime*. Nam Zonaras ἰδιαίτατα posuit pro eo quod dixerat Eusebius ἰδίως, id est *separatim*. Nam cum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis ac Septuaginta seniorum editio in Hexaplis una cum Hebraico textu bifariam scripto, et cum quinta, sexta ac septima editione collocata esset, Origenes quatuor illas priores editiones seorsum in tetraplis posuit, sublato Hebraico textu cum quinta et sexta, ac septima versione. Deinde quod addidit Wolfius, Aquilæ, Symmachi ac Theodotionis versionem in *Tetraplis* comparatas fuisse cum versione LXX seniorum, verumne sit, nescio. Certe id Eusebius non dicit. Imo vox illa ἰδίως innuere nobis videtur, singulas versiones in *Tetraplis* seorsum collocatas fuisse, non e regione sibi invicem oppositas, sicut in *Hexaplis*. Hieronymus in loco supra citato videtur asserere, etiam in *Tetraplis* singula verba quatuor editionum e regione fuisse disposita.

(5) *Ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπικατασκευάσας.*

Digitized by Google

CAPUT XVII.

De Symmacho interprete.

Sciendum porro est Symmachum, qui unus ex illis interpretibus fuit, Ebionæum fuisse. Est autem Ebionæorum hæresis ita dicta, eorum qui Christum ex Josepho et Maria genitum nudumque hominem esse dicunt, et legem Judaico more servandam esse contendunt, quemadmodum in superioribus libris retulimus. Exstant certe etiamnum commentarii Symmachi, in quibus adversus Evangelium Matthæi acriter disputans, supradictam hæresim astruere videtur. Atque hos Symmachi commentarios una cum aliis sacræ Scripturæ interpretationibus ab eodem elaboratis, testatur Origenes se a Juliana quadam accepisse, ad quam ii libri successionis jure pervenerant.

CAPUT XVIII.

De Ambrosio.

Per idem tempus Ambrosius qui Valentini hæresim sectabatur, veritatis quam prædicabat Origenes virtute convictus, et quasi lumine quodam menti irradiante collustratus, ad rectæ fidei quæ in Ecclesia prædicatur professionem transiit. Alii quoque complures eruditi homines, pervulgato ubique Origenis nomine illecti, ad eum confluebant, periculum de ejus viri in sacris litteris peritia facturi. Innumeri præterea hæretici, nec pauci ex illustribus philosophis, studiose eum auscultabant: et præter rerum divinarum scientiam, Græcanicæ

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ Συμμάχου τοῦ ἑρμηνέως (Nic. *H. E.* v, 12).

Τῶν γε μὴν ἑρμηνευτῶν αὐτῶν δὴ τούτων ἱστέον, Ἐβιωναῖον τὸν Σύμμαχον γεγονέναι. Αἵρεσις δέ ἐστιν ἡ τῶν Ἐβιωναίων οὕτω καλουμένη, τῶν τὸν Χριστὸν ἐξ Ἰωσὴφ καὶ Μαρίας γεγονέναι φασκόντων, ψιλόν τε ἄνθρωπον ὑπειληφότων αὐτὸν, καὶ τὸν νόμον χρῆναι Ἰουδαϊκώτερον φυλάττειν ἀπισχυριζομένων, ὥς που καὶ ἐκ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἔγνωμεν. Καὶ *ὑπομνήματα δὲ τοῦ Συμμάχου* εἰσέτι νῦν φέρεται, ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον (6), τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κρατύνειν. Ταῦτα δὲ ὁ Ὠριγένης μετὰ καὶ ἄλλων εἰς τὰς Γραφὰς ἑρμηνειῶν τοῦ Συμμάχου, σημαίνει παρὰ Ἰουλιανῆς τινος εἰληφέναι, ἣν καί φησι παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τὰς βίβλους διαδέξασθαι.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ Ἀμβροσίου (Nic. *H. E.* v, 12).

Ἐν τούτῳ καὶ Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν (7) αἱρέσεως, πρὸς τῆς ὑπὸ Ὠριγένους πρεσβευομένης ἀληθείας ἐλεγχθείς, καὶ ὡς ἂν ὑπὸ φωτὸς καταυγασθεὶς τὴν διάνοιαν, τῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ὀρθοδοξίας προστίθεται λόγῳ· καὶ ἄλλοι δὲ πλείους τῶν ἀπὸ παιδείας, τῆς περὶ τὸν Ὠριγένην φήμης πανταχόσε βοωμένης, ἦεσαν ὡς αὐτὸν, πεῖραν τῆς ἐν τοῖς ἱεροῖς λόγοις ἱκανότητος τάνδρὸς ληψόμενοι· μυρίοι τε τῶν αἱρετικῶν, φιλοσόφων τε τῶν μάλιστα ἐπιφανῶν οὐκ ὀλίγοι, διὰ σπουδῆς αὐτῷ προσεῖχον (8), μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις, καὶ τὰ τῆς ἔξωθεν

Ἐπισκευασας cod. Reg., cui consentit etiam Suidas in voce *Ὠριγένης*. Nostri tamen codices, Maz., Med. et Fuketianus uno consensu scriptum habent ἐπικατασκευάσας. Quæ si vera est lectio, ut certe mihi persuadeo, sequitur editionem *Tetraplorum* confectam esse ab Origene post *Hexaplorum* editionem. Hanc enim vim habet verbum ἐπικατασκευάσας. Quod idem est ac si diceret, ἐπὶ τῇ τῶν Ἑξαπλῶν ἐκδόσει κατασκευάσας. Nam cum Origenes animadvertisset *Hexaplorum* codices nimio sumptu ac labore indigere, *Tetrapla*, quorum usus erat facilior, elucubravit, demptis duabus Hebraici textus editionibus, et quinta sextaque ac septima interpretatione. Hactenus quidem hæc doctorum omnium fuit opinio, *Tetraplorum* codices ante Hexapla ab Origene elaboratos fuisse. Ita diserte scribit Usserius in *Syntagmate de Septuaginta Interpretum versione*, cap. 5; Salmasius in libro *De lingua Hellenistica*. Verum hic Eusebii locus, ex manuscriptorum codicum fide emendatus, sententiam illorum prorsus evertit.

C

(6) *Πρὸς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἀποτεινόμενος Εὐαγγέλιον*. Pessime Rufinus et Christophorsonus hunc locum verterunt, quasi Symmachus auctoritate Evangelii secundum Matthæum nisus fuerit ut hæresim suam confirmaret. Nec melius Nicephorus hunc locum accepit, qui scribit Symmachum commentarios in Matthæum edidisse. Scio quidem Ebionæos solum Matthæi Evangelium admisisse. Verum illud Ebionæorum Evangelium, non ipsum Matthæi erat cujusmodi nos habemus, sed prorsus adulteratum, et capite ipso, id est Christi genealogia mutilatum, ut docet Epiphanius in eorum hæresi. Quippe Evangelium secundum Hebræos quo ipsi utebantur, ut docet Eusebius in lib. III, authenticum Matthæi Evangelium esse dicebant, teste Hieronymo in *Commentariis in Matthæum*. Ἀποτεινόμενος igitur hoc loco recte vertimus, *disputans adversus Evangelium Matthæi*, verum scilicet et nostrum. Musculus vertit *invehendo*, non male. Porro ab hoc Symmacho Ebionæi postea dicti sunt Symmachiani, eo quod Symmachus dogma illorum validissime asseruisset. Ambrosius seu quis alius, in *prologo Commentariorum in Epistolam ad Galatas : Sicut et Symmachiani qui ex Pharisæis originem trahunt, qui, servata omni lege, Christianos se dicunt, more Photini Christum non Deum et hominem, sed hominem tantummodo definientes.* De iisdem Augustinus in lib. I *Contra Cresconium*, cap. 31.

D

(7) *Ἀμβρόσιος τὰ τῆς Οὐαλεντίνου φρονῶν*. Idem testatur Origenes in proœmio tomi V *Explanationum in Joannis Evangelium*, ubi ipsum Ambrosium alloquitur his verbis : *Ipsa igitur penuria denuntiantium meliora, minime ferens absurdam et privatam fidem tua erga Jesum dilectione, tradideras aliquando teipsum verbis : a quibus data postea tibi intelligentia, usus, prout decebat, damnata hæresi discessisti.* Exstat hic Origenis locus in cap. V *Philocaliæ*. Quidam tamen Ambrosium non Valentini, ut Eusebius ait, sed Marcionis hæresim prius sectatum esse scribunt. Ita Epiphanius : Τινὲς δὲ τὸν Ἀμβρόσιον ἔφασαν οἱ μὲν Μαρκιωνιστὴν, οἱ δὲ Σαβελλιανόν. Ubi *Sabellianum* posuit pro *Valentiniano*.

(8) *Προσεῖχον*. Id est, auscultandi gratia scholam ejus frequentabant. Hos a discipulis separat Eusebius. Itaque addit, μονονουχὶ παιδευόμενοι, id est, *fere ut discipuli;* quod non intellexit Christophorsonus.

Digitized by Google

φιλοσοφίας πρὸς αὐτοῦ παιδευόμενοι. Εἰσῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας (9-10) ἐώρα καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα, γεωμετρίαν καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ τὰ ἄλλα προπαιδεύματα παραδιδοὺς, εἴς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις προάγων, καὶ τὰ παρὰ τούτοις συγγράμματα διηγούμενος, ὑπομνηματιζόμενός τε καὶ θεωρῶν εἰς ἕκαστα, ὥστε μέγαν καὶ παρ' αὐτοῖς Ἕλλησι φιλόσοφον τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι. Πολλοὺς δὲ καὶ τῶν ἰδιωτικωτέρων ἐνῆγεν ἐπὶ τὰ ἐγκύκλια γράμματα, οὐ μικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδειότητα εἰς τὴν τῶν θείων Γραφῶν θεωρίαν τε καὶ παρασκευήν (11). Ὅθεν μάλιστα καὶ ἑαυτῷ ἀναγκαίαν ἡγήσατο τὴν περὶ τὰ κοσμικὰ καὶ φιλόσοφα μαθήματα ἄσκησιν.

A quoque philosophiæ præcepta quasi discipuli ex illo percipiebant. Quoscunque enim ex discipulis solertia et acumine ingenii præditos animadverterat, eos in philosophiam introducebat, geometriam illis tradens et arithmeticam aliasque prævias disciplinas : inde ad varias philosophorum sectas eos perducens, et libros a **219** veteribus philosophis conscriptos exponens; commentarios quoque in singulos scribens, et reconditos sensus penitus inquirens, adeo ut apud ipsos etiam gentiles summus philosophus pronuntiaretur. Ex rudioribus vero atque hebetioris ingenii discipulis, multos ad humaniorum artium studia cohortabatur, asserens non mediocrem illos facultatem ex hujusmodi studiis percepturos esse ad sacrarum Scripturarum intelligentiam. Quocirca sæcularis litteraturæ et philosophiæ studia sibi quoque imprimis necessaria esse existimavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅσα περὶ Ὠριγένους μνημονεύεται (Nic. *H. E.* v, 12, 13).

Μάρτυρες δὲ καὶ τῆς περὶ ταῦτα αὐτοῦ κατορθώσεως, αὐτῶν Ἑλλήνων οἱ κατ' αὐτὸν ἠκμακότες φιλόσοφοι· ὧν ἐν συγγράμμασι, πολλὴν μνήμην εὑρομεν τοῦ ἀνδρός· τοτὲ μὲν αὐτῷ προσφωνούντων τοὺς ἑαυτῶν λόγους, τοτὲ δὲ ὡς διδασκάλῳ εἰς ἐπίκρισιν τοὺς ἰδίους ἀναφερόντων πόνους. Τί δεῖ ταῦτα λέγειν, ὅτε καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος (12), συγγράμματα καθ' ἡμῶν ἐνστησάμενος, καὶ δι' αὐτῶν τὰς θείας Γραφὰς διαβάλλειν πεπειραμένος, τῶν τε εἰς αὐτὰς ἐξηγησαμένων μνημονεύσας, μηδὲν μηδαμῶς φαῦλον ἔγκλημα τοῖς δόγμασιν ἐπιβαλεῖν δυνηθείς, ἀπορίᾳ λόγων, ἐπὶ τὸ λοιδορεῖν τρέπεται καὶ τοὺς ἐξηγητὰς διαβάλλειν, ὧν μάλιστα τὸν Ὠριγένην (13), ὃν κατὰ τὴν νέαν ἡλικίαν ἐγνωκέναι φήσας, διαβάλλειν μὲν πειρᾶται. Συνιστῶν δὲ ἄρα τὸν ἄνδρα ἐλάνθανε, τὰ μὲν ἐπαληθεύων, ἐν οἷς οὐδ' ἑτέρως αὐτῷ λέγειν ἦν δυνατὸν, τὰ δὲ καὶ ψευδόμενος, ἐν οἷς λήσεσθαι ἐνόμιζε· καὶ τοτὲ μὲν ὡς Χρι-

CAPUT XIX.

Quæ de Origene a gentilibus commemorata sint.

Quantum porro in iis studiis excelluerit, testes sunt ipsi gentilium philosophi qui ejus ætate floruerunt. Quorum in libris crebram hujus viri mentionem fieri deprehendimus, dum vel proprios libros ei nuncupant, vel eosdem examinandos tanquam ad magistrum suum dirigunt. Sed quid de iis dico, quando et ipse Porphyrius, qui nostra propemodum memoria in Sicilia degens, contra fidem nostram libros conscripsit, in quibus divinas Scripturas calumniari conatus est, mentionem faciens eorum qui illas interpretati sunt, cum dogmata ipsa atque assertiones nullatenus posset reprehendere, præ rationum inopia ad convicia conversus, interpretes ipsos criminatur. Ex quibus præcipue Origenem, quem sibi adhuc adolescenti cognitum esse dicit, calumniari quidem nititur; revera tamen hominem imprudens commendat; partim vera dicendo, ubi aliter dicere non poterat; partim mentiendo, quo-

(9-10) *Ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας.* Ex discipulis suis scilicet. Itaque in interpretatione mea has duas voces addidi, ad planiorem intelligentiam hujus loci quem non intellexerunt interpretes. Solus Rufinus sensum Eusebii assecutus est, cujus versio commentarii vicem hic præstat. Sic enim vertit : *Philosophorum quoque opinatissimi quique, tam in nostris eum, quam in suis magistrum incomparabilem fatebantur. Erat namque ei mos iste, ut si quos nostrorum adolescentulorum ingeniosos videret et lectioni satis deditos, traderet eis etiam ea quibus philosophi velut primis elementis discentes imbuere solent*, etc.

(11) *Θεωρίαν τε καὶ παρασκευήν.* Hoc loco verba sunt transposita more Eusebiano. Amat enim Eusebius, ut jam monuimus, hujusmodi trajectiones vocum. Quod cum non animadvertissent interpretes, in errorem sæpe lapsi sunt. Sic igitur construendus est hic locus : Οὐ μικρὰν αὐτοῖς ἔσεσθαι φάσκων ἐξ ἐκείνων ἐπιτηδειότητά τε καὶ παρασκευὴν, εἰς τὴν τῶν θείων Γραφῶν θεωρίαν.

(12) *Ὁ καθ' ἡμᾶς ἐν Σικελίᾳ καταστὰς Πορφύριος.* Porphyrius primum quidem Athenis Longinum audivit Platonicæ sectæ philosophum. Deinde Plotini fama excitus, Romam venit, ubi cum Plotinum audiisset sexennio, valetudinis recuperandæ causa migravit in Siciliam, atque illic quindecim libros proposuit adversus Christianos. Hieronymus *De script. eccl.*, Eusebii libros enumerans : *Contra Porphyrium qui eodem tempore scribebat in Sicilia, ut quidam putant libri* 30. Eodem alludit in præfatione *Commentariorum in Ezechielem*, his verbis : *Verum quia et tu indesinenter hoc flagitas, et magno vulneri cicatrix paulatim obducitur, scorpiusque inter Enceladum et Porphyrium Trinacriæ humo premitur*, etc., ubi scorpii nomine Rufinum designat, qui capta urbe in Sicilium se receperat, ut ipse testatur in epistola ad Ursatium, quam præfixit interpretationi *Homiliarum* Origenis *in libros Numerorum*. De iisdem Porphyrii libris Chrysostomus in homilia 6 *in Epistolam ad Corinthios* : Ἱκανοὶ οἱ καθ' ἡμῶν εἰρηκότες, τὴν ἀρχαιότητα μαρτυρῆσαι τοῖς βιβλίοις, οἱ περὶ Κέλσον καὶ τὸν Βατανεώτην. Ubi *Bataneotem* vocat Porphyrium, sicut et Hieronymus.

(13) *Ὃν μάλιστα τὸν Ὠριγένην.* Post hæc verba scripti codices nostri punctum altius notant, non virgulam, ut est in editione Rob. Stephani. Leve id quidem prima fronte videri potest; verum nisi ita interpungas ut est in scriptis codicibus, quæ sequuntur verba minime cohærebunt. Aut enim delendus erit articulus postpositivus qui sequitur ὅν, aut pro φήσας emendandum erit φησί; si vero interpunctionem scriptorum codicum sequi malis, tum planissimus erit sensus, nec ulla emendatione opus erit.

Digitized by Google

ties se latere posse sperabat. Interdumque eum, utpote Christianum, accusat : interdum eximiam ejus doctrinam in philosophicis admiratur et prædicat. Sed ipsa illius verba, si placet, audiamus : « Quidam, inquit, nequitiæ Judaicarum Scripturarum solutionem potius quam desertionem investigare cupientes, ad expositiones quasdam conversi sunt male cohærentes, nec Scripturis ipsis satis accommodatas : quæ non defensionem peregrinæ illius sectæ, sed potius approbationem et laudem suæ ipsorum doctrinæ continerent. Postquam enim ea quæ a Mose apertissime dicta sunt, figuras quasdam atque adumbratas imagines esse **220** jactarunt, ac veluti oracula arcanis plena mysteriis divino quodam cultu prosecuti sunt, hujusmodi vanitatis præstigiis mentis acie quodammodo fascinata, expositiones suas deinceps proferunt. » Et aliquanto post : « Hujus autem absurditatis exemplum sumatur ex eo viro quem ego admodum adolescens vidisse memini, qui et tunc temporis maximam laudem adeptus fuerat, et nunc quoque ob ea quæ reliquit ingenii sui monumenta magnopere comprobatur : Origene scilicet, cujus gloria apud doctrinæ hujus magistros eximia habetur. Hic enim cum au-

στιανοῦ κατηγορων, τοτὲ δὲ τὴν περὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα ἐπίδοσιν αὐτοῦ θαυμάζων καὶ διαγράφων (14). Ἄκουε δ' οὖν ἃ φησι κατὰ λέξιν· « Τῆς δὴ μοχθηρίας τῶν Ἰουδαϊκῶν Γραφῶν οὐκ ἀπόστασιν, λύσιν δέ τινες εὑρεῖν προθυμηθέντες, ἐπ' ἐξηγήσεις ἐτράποντο ἀσυγκλώστους καὶ ἀναρμόστους τοῖς γεγραμμένοις, οὐκ ἀπολογίαν μᾶλλον ὑπὲρ τῶν ὀθνείων, παραδοχὴν δὲ καὶ ἔπαινον τοῖς οἰκείοις φερούσας. Αἰνίγματα γὰρ τὰ φανερῶς παρὰ Μωϋσεῖ λεγόμενα εἶναι κομπάσαντες, καὶ ἐπιθειάσαντες ὡς θεσπίσματα πλήρη κρυφίων μυστηρίων, διά τε τοῦ τύφου τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς (15) καταγοητεύσαντες, ἐπάγουσιν ἐξηγήσεις. » Εἶτα μεθ' ἕτερά φησιν· « Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας, ἐξ ἀνδρὸς ᾧ κἀγὼ κομιδῇ νέος ὢν ἔτι ἐντετύχηκα (16), σφόδρα εὐδοκιμήσαντος, καὶ ἔτι δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος παρειλήφθω Ὠριγένους, οὗ κλέος παρὰ τοῖς διδασκάλοις τούτων τῶν λόγων μέγα διαδέδοται. Ἀκροατὴς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου (17) τοῦ πλείστην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἐπίδοσιν ἐν φιλοσοφίᾳ ἐσχηκότος γεγονὼς, εἰς μὲν τὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν, πολλὴν παρὰ τοῦ διδασκάλου τὴν ὠφέλειαν ἐκτήσατο, εἰς δὲ τὴν ὀρθὴν τοῦ βίου προαίρεσιν, τὴν ἐναντίαν ἐκείνῳ τοῦ βίου πορείαν ἐποιήσατο. Ἀμμώνιος μὲν γὰρ Χριστιανὸς

(14) *Θαυμάζων καὶ διαγράφων.* Duæ priores voces absunt a codice Maz., Med. et Fuk., nec videntur admodum necessariæ.

(15) *Τὸ κριτικὸν τῆς ψυχῆς.* Male Rufinus et Christophorsonus *animi sui judicium* interpretantur. Langus quoque eodem modo verba Porphyrii intellexit. Verum non ea mens est Porphyrii. Intelligit enim Porphyrius auditorum seu potius legentium animos, verborum magnificentia ab illis interpretibus perstrictos fuisse et quasi fascinatos.

(16) *Νέος ὢν ἐντετύχηκα.* Vincentius Lirinensis in cap. 23 male hæc Eusebii verba accepit. Sic enim scribit de Origene : *Ait namque impius ille Porphyrius, excitum se fama ipsius Alexandriam fere puerum perrexisse, ibique eum vidisse jam senem*, etc. Atqui Porphyrius non dicit Origenem ab se visum esse Alexandriæ jam senem. Equidem libentius crediderim Origenem a Porphyrio adhuc puero visum esse in urbe Tyro, in qua Origenes relicta Alexandria diutissime commoratus est. Fuit enim Porphyrius patria Tyrius, ejusque adolescentia in ea tempora incidit quibus Origenes Tyri morabatur. Senem autem illum Alexandriæ videre quomodo potuit Porphyrius, cum eo tempore quo ex Alexandria discessit Origenes nondum quinquagesimum ætatis annum attigisset ?

(17) *Ἀκροατὴς γὰρ οὗτος Ἀμμωνίου.* Ammonii Alexandrini celeberrimi illius philosophi de quo ad librum XXII Amm. Marcellini plura adnotavi, auditorem fuisse Origenem Adamantium, Porphyrio tam diserte id affirmanti credendum est. Verum inter Ammonii auditores fuit etiam eodem tempore alter Origenes, Herennii ac Plotini condiscipulus, de quo Porphyrius in *Vita Plotini*, Longinus in libro *De fine*, Eunapius et Hierocles in libro *De Providentia*, et alii loquuntur. Baronius quidem in *Annalibus* et Lucas Holstenius vir doctissimus in 2 et 6 capite *De vita scriptisque Porphyrii*, hunc Origenem unum eumdemque esse cum Origene Adamantio crediderunt. Verum ego duobus potissimum argumentis adductus, longe ab iis dissentio. Primum ducitur ex testimonio Longini philosophi, qui in libro *De fine* Ammonium et Origenem Platonicos philosophos recenset inter eos qui sententias et opiniones suas ad utilitatem posterorum scriptis mandare noluerunt, sed satis habuerunt eas auditoribus suis viva, quod aiunt, voce tradere. Quod si quid ab aliquo eorum scriptum sit (verba sunt Longini) quemadmodum ab Origene liber unus *De dæmonibus*, hæc sane parvi momenti sunt, quippe qui perfunctorie nec data opera ad scribendum se contulisse videantur. Quis hæc de Origene Adamantio dicta esse credat, quem constat πολυγραφώτατον fuisse, ut indices ejus librorum ab Eusebio conscripti testantur. Sed et ipse Porphyrius in hoc loco qui ab Eusebio adducitur, ait Origenem celeberrimum fuisse ob scripta quæ posteris reliquit, δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων εὐδοκιμοῦντος. Secundum argumentum nobis subministravit Porphyrius in *Vita Plotini philosophi*, haud procul ab initio, cujus verba ex interpretatione Ficini hic apponam : *Cum vero Herennius et Origenes, et Plotinus olim inter se constituissent, ne Ammonii dogmata ederent, quæ audita ab illo, tanquam imprimis purgata præcipue comprobaverant : Plotinus quidem stetit promissis. Herennius autem primus pacta dissolvit ; et Origenes Herennium est secutus. Scripsit vero nihil præter quemdam de dæmonibus librum, atque sub Gallieno librum, in quo regem solum effectorem esse probabat.* Hic postremus liber in laudem Gallieni imperatoris ab Origene conscriptus videtur, ut poeticam ejus facultatem prædicaret. Fuit enim Gallienus poeticæ deditus, exstantque aliquot ejus versus nuptiales inter fragmenta Petronii Arbitri. Eo enim alludere videtur titulus libri, ὅτι μόνος ποιητὴς ὁ βασιλεύς. Quod si verum est Origenem hunc Plotini condiscipulum librum illum scripsisse imperante Gallieno, profecto ab Origene Adamantio distinguendus est necessario. Adamantius enim Origenes ad usque imperium Gallieni minime pervenit, cum Gallo et Volusiano imperantibus obierit, anno natalis Dominici 252, ut recte a Baronio observatum est, cum annum ætatis nonum et sexagesimum transegisset.

Digitized by Google

ἐν Χριστιανοῖς ἀνατραφεὶς τοῖς γονεῦσιν, ὅτε τοῦ φρονεῖν καὶ τῆς φιλοσοφίας ἥψατο, εὐθὺς πρὸς τὴν κατὰ νόμους πολιτείαν μετεβάλετο, Ὠριγένης δὲ Ἕλλην ἐν Ἕλλησι παιδευθεὶς λόγοις, πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα (18). Ὃ δὴ φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε (19), κατὰ μὲν τὸν βίον, Χριστιανῶς ζῶν καὶ παρανόμως, κατὰ δὲ τὰς περὶ τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ Θείου δόξας, ἑλληνίζων τε καὶ τὰ Ἑλλήνων τοῖς ὀθνείοις ὑποβαλλόμενος μύθοις (20). Συνῆν τε γὰρ ἀεὶ τῷ Πλάτωνι, τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου (21), Ἀπολλοφάνους (22) τε καὶ Λογγίνου (23), καὶ Μοδεράτου (24), Νικομάχου τε καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλ-

ditor fuisset Ammonii illius qui nostra ætate maximos progressus in philosophia fecerat : quod qui dem ad doctrinam pertinet philosophiæ, plurimum ex magistri sermonibus profecit; quod vero spectat ad rectum vitæ institutum atque propositum, plane contrariam viam ingressus est. Quippe Ammonius cum Christianus inter parentes Christianos educatus fuisset, simul atque per ætatem sapere potuit et philosophiæ limen attingere, statim ad vivendi rationem legibus consentientem descivit. Origenes vero, cum gentilis esset et gentilium innutritus disciplinis, ad barbaram declinavit audaciam : cui seipsum mancipans, et se et quem adeptus fuerat

(18) *Πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα.* Christianorum ac Judæorum religionem gentiles barbaram vocabant, ut ex Justino, Tatiano aliisque constat. Quidquid enim Græcum non esset, id vocabant barbarum. Porro τόλμημα, id est *audaciam*, Porphyrius appellat *fiduciam et magnitudinem animi Christianorum*, qui tormenta ipsamque adeo mortem despiciebant, morique malebant millies, quam Christi fidem negare et diis gentium sacrificare. Hoc est, quod audaciam barbaricam vocat Porphyrius; deos scilicet Romanorum et edicta imperatorum contemnere.

(19) *Ἐκαπήλευσε.* Metaphora est a cauponibus, qui vina inter se miscere et adulterare solent. Quo sensu Paulus apostolus, *non cauponantes verbum Dei.* Recte ergo Rufinus vertit, *quo se conferens, omne illud præclarum ingenium philosophicis litteris expositum vitiavit atque corrupit.* Videtur autem legisse Rufinus, ᾧ δὴ φέρων αὐτὸν, καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε. Quod profecto rectius videtur. Neque enim video quomodo dici possit αὐτὸν ἐκαπήλευσε. Forte etiam legi posset, ᾧ δὴ φέρων ἑαυτὸν, αὐτό τε καὶ τὴν, etc., αὐτό, id est τὸ βάρβαρον τόλμημα. Sensus autem si hoc modo legamus, erit illustris. Origenes, inquit, cum se a Græcorum philosophia ad Christianam sectam contulisset, et hanc ipsam, et quem in philosophicis usum sibi comparaverat, vitiavit atque corrupit.

(20) *Ὑποβαλλόμενος μύθοις.* Metaphora est a cauponibus seu dolosis institoribus, qui falsum pro vero supponentes, emptorem circumveniunt. Pergit enim explicare Porphyrius, quo pacto Origenes ἐκαπήλευσε, id est fucum fecit, non autem, ut Langus et Christophorsonus, ad quæstum abusus est. Et sectam, inquit, Christianam ad quam se contulerat, et usum quem adeptus erat in philosophia, vitiavit, foris quidem vivens ut Christianus, intus vero eadem sentiens quæ Græci, eorumque opiniones pro barbaris Judæorum et Christianorum fabulis in libris suis supponens atque substituens. Christophorsonus nihil hic vidisse satis ostendit Latina ejus interpretatio.

(21) *Τοῖς τε Νουμηνίου καὶ Κρονίου.* Certe Origenes in libris *contra Celsum* citat interdum Numenium philosophum. Fuit hic Pythagoricus philosophus oriundus Apamea Syriæ, cujus celeberrimum illud dictum refert Clemens Alexandrinus in libro decimo *Stromatei : Quid aliud*, inquit, *est Plato quam Moyses Attice loquens?* Scripserat tres libros *Περὶ ἀγαθοῦ*, et alium *Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων*, qui citantur ab Eusebio in libris *De præparatione.* Citatur ab eodem Eusebio in libro decimo quarto *De præparatione*, insigne fragmentum ex ejusdem Numenii libro *De Academicorum a Platone dissensione.* Sed et Origenes in libro quarto *contra Celsum*, librum ejus *De Numeris* et librum *De loco* commemorat, et alium cui titulus erat *Ἐπόπτης*, quem quidem eumdem esse existimo cum illo quem Eusebius nominat *Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων.* Ἐγὼ δ' οἶδα καὶ Νουμήνιον τὸν Πυθαγόρειον, ἄνδρα πολλῷ κρεῖττον διηγησάμενον Πλάτωνα, καὶ τῶν Πυθαγορείων δογμάτων πρεσβεύσαντα, πολλαχοῦ τῶν συγγραμμάτων αὐτοῦ ἐκτιθέμενον τὰ Μωϋσέως, ὥσπερ ἐν τῷ καλουμένῳ ἔποπτι, scribendum puto ἐπόπτῃ. Locus autem ita vertendus est : *Equidem Numenium Pythagoricum, qui longe melius quam Celsus Platonem exposuit, et Pythagoræ dogmata defendit*, etc. Διηγησάμενος enim idem valet ac ἐξηγησάμενος, ut notavi ad caput 14 hujus libri. Numenius igitur Pythagoræ et Platonis dogmata inter se consentire demonstravit. Unde ab aliis Pythagoricus, ab aliis Platonicus appellatur. Certe Porphyrius in *Plotini Vita*, Cronium et Numenium, inter philosophos Platonicos recenset : Ἀνεγινώσκετο μὲν αὐτῷ τὰ ὑπομνήματα εἴτε Σεβήρου εἴτε Κρονίου, ἢ Νουμηνίου, ἢ Γαΐου, ἢ Ἀττικοῦ, κἂν τοῖς Περιπατητικοῖς τά τε Ἀσπασίου καὶ Ἀλεξάνδρου. Longinus etiam in libro *De fine*, Numenium, Cronium et Moderatum inter eos nominat philosophos qui Pythagoræ simul et Platonis dogmata conjunxerunt. Idem confirmat Chalsidius *in Timæum* Platonis, et Æneas Gazensis in *Theophrasto.* Chronii philosophi liber *Περὶ παλιγγενεσίας* citatur a Nemesio in libro *De natura hominis*, capite 2.

(22) *Ἀπολλοφάνους.* Inter philosophos ex quibus Stobæus ἐκλογὰς suas composuit, nominatur Ἀπολλοφάνης Αἰγιμίου.

(23) *Καὶ Λογγίνου.* Hic est Cassius Longinus, cujus unicus hodie liber restat, *De sublimi genere dicendi.* Et hunc quidem plerique homines grammaticum fuisse existimant. Fuit tamen professione philosophus, ut præter Suidam testatur Vopiscus in *Aureliano.* Eumque in philosophia Platonica magistrum habuit Athenis Porphyrius, ut ipsemet scribit in libro *De philosophica auscultatione*, cujus initium legitur apud Eusebium in lib. x *Præparationis :* Τὰ Πλατώνεια ἐστιῶν ἡμᾶς ὁ Λογγῖνος Ἀθήνησι, etc. Id est, *Cum in Platonis natalitiis Longinus nobis epulum præberet Athenis*, etc. Solebant enim magistri ac professores philosophiæ Platonicæ natalem Platonis quotannis sacrificio et convivio celebrare, teste Porphyrio in *Plotini Vita.* Quod cum a Longino factum sit Athenis, apparet illum philosophiæ Platonicæ præceptorem fuisse. Sed et Plotini dictum illud, cum Longini liber *De principiis* Romæ in schola Plotini fuisset recitatus, Longinum philologum magis esse quam philosophum; satis significat, Longinum professione quidem philosophum fuisse, sed in eloquentia atque in omni genere doctrinæ nihilominus exercitatum. Porro Longinus eadem ætate vixit qua Origenes, eoque junior fuit, et diu post illum est mortuus. Miror itaque, cur Porphyrius eum inter vetustiores philosophos nominet, quorum scripta Origenes lectitabat.

(24) *Καὶ Μοδεράτου.* Hic Moderatus, Gadibus oriundus, undecim libros *Πυθαγορείων σχολῶν*

Digitized by Google

usum in philosophia, adulteravit : quantum quidem ad mores, Christiano ritu et adversus legum præscripta vivens ; quantum vero ad opiniones de rebus ipsis ac de Deo spectat, græcizans, et Græcorum seu gentilium sermones peregrinis supponens fabulis. Versabatur enim assidue cum Platone. Numenii quoque, Cronii, Apollophanis et Longini, Moderati etiam ac Nicomachi, et aliorum qui inter Pythagoricos præcipui habentur, scripta quotidie habebat in manibus. Adhibebat etiam Chæremonis Stoici et Cornuti libros. A quibus cum allegoricum in explicandis Græcorum mysteriis modum didicisset, eum Judaicis Scripturis adhibuit. » Hæc Porphyrius in libro tertio ejus operis quod adversus Christianos composuit. Qui de viri quidem illius studio et multiplici doctrina verissime pronuntiavit. Sed in eo manifestissime mentitus est (quomodo enim non mentiretur qui adversus Christianos scribebat ?) quod ipsum quidem a gentilibus ad Christianos transiisse dicit ; Ammonium vero a veri Numinis cultu ad gentilium ritum se contulisse. Nam et Origenes Christianæ fidei doctrinam a majoribus suis acceptam servavit, ut in superioribus **221** ostendimus ; et Ammonius divinæ philosophiæ præcepta ad extremum usque terminum vitæ integra atque immota retinuit. Testantur id etiamnum lucubrationes viri illius ob ea quæ reliquit ingenii monumenta celeberrimi, exempli gratia liber ille cui titulus est : *De consensu Mosis ac Jesu*, et quicunque alii apud studiosos reperiuntur. Atque hæc a nobis dicta sint, tum ad convincendam mendacissimi hominis calumniam, tum ad eximiam Origenis in Græcanicis disciplinis eruditionem declarandam. De qua ipse in epistola quadam adversus eos qui nimium ejus studium erga hujusmodi disciplinas reprehendebant, seipsum purgans ita scribit : « Cum vero totum me addixissem verbo Dei, ac de nostra

A

B

C

λογίμων ἀνδρῶν ὠμίλει συγγράμμασιν· ἐχρῆτο δὲ καὶ Χαιρήμονος (25) τοῦ Στωϊκοῦ, Κορνούτου τε ταῖς βίβλοις (26). Παρ' ὧν τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ' Ἕλλησι μυστηρίων γνοὺς τρόπον, ταῖς Ἰουδαϊκαῖς προσῆψε Γραφαῖς. » Ταῦτα τῷ Πορφυρίῳ κατὰ τὸ τρίτον σύγγραμμα τῶν γραφέντων αὐτῷ κατὰ Χριστιανῶν εἴρηται, ἐπαληθεύσαντι μὲν περὶ τῆς τἀνδρὸς ἀσκήσεως καὶ πολυμαθείας, ψευσαμένῳ δὲ σαφῶς (τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ κατὰ Χριστιανῶν;) ἐν οἷς αὐτὸν μέν φησιν ἐξ Ἑλλήνων μετατεθεῖσθαι, τὸν δ' Ἀμμώνιον ἐκ βίου τοῦ κατὰ τὴν θεοσέβειαν, ἐπὶ τὸν ἐθνικὸν τρόπον ἐκπεσεῖν. Τῷ τε γὰρ Ὠριγένει τὰ τῆς κατὰ Χριστὸν διδασκαλίας ἐκ προγόνων ἐσώζετο, ὡς καὶ τὰ τῆς πρόσθεν ἱστορίας ἐδήλου, τῷ τε Ἀμμωνίῳ τὰ τῆς ἐνθέου φιλοσοφίας ἀκέραια, καὶ ἀδιάπτωτα, καὶ μέχρις ἐσχάτης τοῦ βίου διέμενε τελευτῆς, ὥς που καὶ οἱ τἀνδρὸς εἰσέτι νῦν μαρτυροῦσι πόνοι, δι' ὧν κατέλιπε συγγραμμάτων παρὰ τοῖς πλείστοις εὐδοκιμοῦντος· ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἐπιγεγραμμένος *Περὶ τῆς Μωϋσέως καὶ Ἰησοῦ συμφωνίας*, καὶ ὅσοι ἄλλοι παρὰ τοῖς φιλοκάλοις εὕρηνται. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς παράστασιν ἐγκείσθω (27), τῆς τε τοῦ ψευδηγόρου συκοφαντίας, καὶ τῆς Ὠριγένους καὶ περὶ τὰ Ἑλλήνων μαθήματα πολυπειρίας· περὶ ἧς πρός τινας μεμψαμένους αὐτῷ διὰ τὴν περὶ ἐκεῖνα σπουδὴν ἀπολογούμενος, ἐν ἐπιστολῇ τινι ταῦτα γράφει· « Ἐπεὶ δὲ ἀνακειμένῳ μοι τῷ λόγῳ, τῆς φήμης διατρεχούσης περὶ τῆς ἕξεως ἡμῶν, προσῆλθον ὁτὲ μὲν αἱρετικοὶ, ὁτὲ δὲ οἱ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ἔδοξεν ἐξετάσαι τά τε τῶν αἱρετικῶν δόγματα, καὶ τὰ τῶν φιλοσόφων περὶ ἀληθείας λέγειν ἐπαγγελλόμενα. Τοῦτο δὲ πεποιήκαμεν, μιμησάμενοί τε τὸν πρὸ ἡμῶν πολλοὺς ὠφελήσαντα Πάνταινον, οὐκ ὀλίγην ἐν ἐκείνοις ἐσχηκότα παρασκευὴν, καὶ τὸν νῦν ἐν τῷ πρεσβυτερίῳ καθεζόμενον Ἀλεξανδρέων Ἡρακλᾶν· ὃντινα εὗρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ (28) τῶν φιλοσόφων

conscripserat, teste Porphyrio in libro *De vita Pythagoræ* et Stephano in voce *Γάδειρα*. Corruptum est hujus nomen in Commentariis Syriani, cognomento Philoxeni, in XII *Metaphysices* Aristotelis, pag. 91, ubi Oderatus et Nicomachus inter recentiores Pythagoricos numerantur. De Nicomacho Photius in *Bibliotheca* et Suidas.

(25) *Καὶ Χαιρήμονος*. Chæremonis Stoici librum *De cometis* laudat Origenes in libris *Contra Celsum*. Hic Chæremon philosophiam docuit Alexandriæ, et successorem habuit Dionysium Alexandrinum, ut docet Suidas in *Dionysio*. Restituendum est hoc nomen in libro septimo *Nat. Quæst.* Senecæ, capite 5 : *Charimander quoque librum* De cometis *scripsit*. Scribendum est *Chæremon*. De hoc Hieronymus in libro secundo *Adversus Jovinianum* ita scribit : *Chæremon Stoicus, vir eloquentissimus, narrat de vita antiquorum Ægypti sacerdotum, quod omnibus mundi negotiis curisque postpositis, semper in templo fuerint*, etc. Qui locus Hieronymi totus desumptus est ex Porphyrii lib. IV *De abstinentia*. Exstat epigramma Martialis in hunc Chæremonem Stoicum, libro undecimo, epigrammate 58, ex quo apparet circa tempora Trajani illum vixisse.

(26) *Κουρνούτου τε ταῖς βίβλοις*. Cornutus Afer, Leptitanus, Romæ philosophiam docuit Claudii Neronis temporibus. Scripsit multa tum de philosophia, tum de eloquentia, ut refert Suidas. Hujus

D

Persius quintam satyram tanquam magistro suo dicavit. Ejus liber *De Græcorum theologia* citatur ab auctore *Etymologici*, in voce *Ζεύς*. Is ipse est liber qui primum ab Aldo Manutio Græce est editus sub nomine Phornuti, cum *Carnutus* scribi debeat, ut docet auctor *Etymologici*. Quippe locus ille qui citatur in *Etymologico*, exstat hodie apud Phornutum in capite primo. Hunc libellum olim manuscriptum vidimus in bibliotheca Memmiana, sed nullum erat nomen auctoris. Ex eo autem libro apparet, Cornutum allegorias sectatum fuisse. Quare Porphyrius merito illum recenset inter philosophos qui tropologicum sensum adamarunt. Ejusdem libri meminit Theodoritus in libro secundo *De curatione Græcarum affectionum* : Κορνοῦτος δὲ ὁ φιλόσοφος, τὴν Ἑλληνικὴν θεολογίαν ξυντέθεικε.

(27) *Εἰς παράστασιν ἐγκείσθω*. Codex Fuk. et Medicæus habent κείσθω, et mox τὰ Ἑλλήνων μαθήματα, cui consentit codex Maz., quod quidem ad posteriorem locum pertinet.

(28) *Εὗρον παρὰ τῷ διδασκάλῳ*. Ex his verbis colligere est, Origenem eodem magistro quo Heraclam usum esse in philosophia. Vocabatur autem ille Ammonius, ut Porphyrius supra dixit, vir sui temporis philosophorum celeberrimus. De quo nihil attinet hic ea repetere quæ notavi ad Amm. Marcellinum.

Digitized by Google

μαθημάτων, ἤδη πέντε ἔτεσιν αὐτῷ προσκαρτερήσαντα, πρὶν ἐμὲ ἄρξασθαι ἀκούειν ἐκείνων τῶν λόγων. Διὸ καὶ πρότερον κοινῇ ἐσθῆτι χρώμενος, ἀποδυσάμενος, καὶ φιλόσοφον ἀναλαβὼν σχῆμα, μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ (29), βιβλία τε Ἑλλήνων κατὰ δύναμιν οὐ παύεται φιλολογῶν. » Καὶ ταῦτα μὲν αὐτῷ περὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀσκήσεως ἀπολογουμένῳ εἴρηται. Κατὰ τοῦτον δὲ τὸν χρόνον ἐπ' Ἀλεξανδρείας αὐτῷ τὰς διατριβὰς ποιουμένῳ, ἐπιστάς τις τῶν στρατιωτικῶν, ἀνεδίδου γράμματα Δημητρίῳ τε τῷ τῆς παροικίας ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ τότε τῆς Αἰγύπτου ἐπάρχῳ, παρὰ τοῦ τῆς Ἀραβίας ἡγουμένου, ὡς ἂν μετὰ σπουδῆς ἁπάσης τὸν Ὠριγένην πέμψοιεν κοινωνήσοντα λόγων αὐτῷ. Τοιγαροῦν προπεμφθεὶς ὑπ' αὐτῶν, ἀφικνεῖται ἐπὶ τὴν Ἀραβίαν. Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ τὰ τῆς ἀφίξεως εἰς πέρας ἀγαγὼν, αὖθις ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐπανῆει. Χρόνου δὲ μεταξὺ διαγενομένου, οὐ σμικροῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀναῤῥιπισθέντος πολέμου, ὑπεξελθὼν τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ μηδὲ τὰς κατ' Αἴγυπτον διατριβὰς ἀσφαλεῖς ἑαυτῷ ἡγούμενος, ἐλθὼν ἐπὶ Παλαιστίνης, ἐν Καισαρείᾳ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἔνθα καὶ διαλέγεσθαι, τάς τε θείας ἑρμηνεύειν Γραφὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας (30) οἱ τῇδε ἐπίσκοποι, καίτοι τῆς τοῦ πρεσβυτερίου χειροτονίας οὐδέπω τετυχηκότα αὐτὸν ἠξίουν. Ὅ καὶ αὐτὸ γένοιτ' ἂν ἔκδηλον, ἀφ' ὧν περὶ τούτου Δημητρίῳ γράφοντες, Ἀλέξανδρος ὁ Ἱεροσολύμων ἐπίσκοπος καὶ Θεόκτιστος ὁ Καισαρείας, ὧδέ πως ἀπολογοῦνται· « Προσέθηκε δὲ (31) τοῖς γράμμασιν, ὅτι τοῦτο οὐδέποτε ἠκούσθη, οὐδὲ νῦν γεγένηται, τὸ, παρόντων ἐπισκόπων λαϊκοὺς ὁμιλεῖν, οὐκ οἶδ' ὅπως (32) προφανῶς οὐκ ἀληθῆ λέγων. Ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφοὺς καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων·· ὥσπερ ἐν Λαράνδοις Εὐέλπις ὑπὸ Νέωνος, καὶ ἐν Ἰκονίῳ Παυλῖνος ὑπὸ Κέλσου, καὶ ἐν Συννάδοις (33) Θεόδωρος ὑπὸ Ἀττικοῦ τῶν μακαρίων ἀδελφῶν. Εἰκὸς δὲ καὶ ἐν ἄλλοις τόποις τοῦτο γίνεσθαι, ἡμᾶς δὲ μὴ εἰδέναι. » Τοῦτον καὶ ἔτι νέος ὢν ὁ δη-

A eruditione fama jam crebrior spargeretur, confluentibus ad me nunc hæreticis, nunc Græcarum disciplinarum studiosis, et maxime philosophis : scrutari hæreticorum dogmata, et quæcunque a philosophis de veritate jactantur, excutere constitui. Atque hoc fecimus, tum Pantæni illius qui ante nos multis profuit, exemplum secuti, qui quidem hujusmodi cognitione non mediocriter instructus fuit : tum Heraclæ qui nunc inter presbyteros Alexandrinæ sedet Ecclesiæ : quem ego apud magistrum philosophiæ reperi, quintum jam annum ei operam dantem, priusquam ego ejusmodi doctrinam auscultare cœpissem. Atque ilcirco cum vulgari veste antea usus fuisset, ea deposita, philosophicum induit habitum, quem etiamnum retinens, B Græcorum libros studiose evolvere non desistit. » Hæc ab Origene dicta sunt, ut studium illud quod Græcis disciplinis impenderat, excusaret. Sub idem tempus cum Alexandriæ moraretur, miles quidam adveniens, Demetrio Ecclesiæ episcopo, et præfecto Ægypti litteras a duce Arabiæ detulit, quibus poscebat ut confestim ad se Origenem mitterent, qui doctrinam suam ipsi communicaret. Missus igitur ab illis Origenes, in Arabiam perrexit. Nec multo post, perfecto cujus causa venerat negotio, Alexandriam regressus est. Aliquanto post tempore cum Alexandriæ gravissimum bellum excitatum fuisset, clam inde aufugiens, ac ne in Ægypto **222** quidem commorari tutum ratus, Palæstinam petiit, et Cæsareæ domicilium fixit. Ubi etiam ab illius regionis episcopis rogatus est, ut publice in Ecclesia dissereret, et divinas Scripturas, tametsi C nondum presbyter ordinatus, exponeret. Atque id manifestum fuerit vel ex iis quæ Alexander Hierosolymorum et Theoctistus Cæsariensis episcopus ad Demetrium pro hujus facti defensione scribunt in hunc modum : Quod vero in litteris tuis adjecisti, nunquam antea visum nec adhuc factum fuisse, ut præsentibus episcopis laici concionarea-

(29) *Μέχρι τοῦ δεῦρο τηρεῖ.* Ex his apparet, nullum etiam tum peculiarem fuisse vestitum clericorum, quandoquidem Heraclas Alexandrinæ Ecclesiæ presbyter, et qui postea ejusdem loci episcopus fuit, philosophicum pallium semper retinuit. D

(30) *Ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας.* Hinc colligitur Origenem, qui catechetes fuerat Alexandriæ, in privato auditorio, non autem in ecclesia catechumenos instituisse. Neque enim Alexandro et Theoctisto episcopis id objiceret Demetrius, quod Origenem in ecclesia docere jussissent, si Alexandriæ idem ab Origene factum fuisset. Quare fallitur Rufinus, qui in cap. 3 hujus libri ita scribit : *Videns Demetrius episcopus quod ad ipsum præcipue doctrinæ gratia et prædicationis verbi Dei, multitudines plurimæ convolarent, catechizandi ei, id est, docendi magisterium in Ecclesia tribuit.*

(31) *Προσέθηκε δέ.* Alloquebantur Demetrium in tertia persona, idque honoris causa. Subaudiendum est igitur ἡ σὴ ἁγιότης, *sanctitas tua.* Quæ voces sine dubio præcesserant, ut constaret apertius, si totam epistolam haberemus.

(32) *Οὐκ οἶδ' ὅπως.* Hæc epistola ad Demetrium scripta est ab Alexandro Hierosolymorum episcopo, viro disertissimo, unde singulari numero loquitur οὐκ οἶδα, quamvis non tantum suo, sed et Cæsariensis episcopi nomine litteras scribat.

(33) *Ἐν Συννάδοις.* Al., Συνάδοις. Scribendum est Συννάδοις. Certe Rufinus vertit *apud Synnadam.* Urbs est Phrygiæ notissima, sic dicta ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν, id est συνοικεῖν, eo quod multi ex Macedonia illuc ad incolendum confluxerint. Unde primo quidem dicta est Συνναία, postea vero corrupto vocabulo Σύνναδα a finitimis vocata est. Stephanus in lib. *De urbibus :* Τὸ μὲν πρῶτον Συναία (scribe Συνναία) ἀπὸ τῆς συναγωγῆς καὶ συνοικήσεως προσαγορευθῆναι· μετὰ δὲ ταῦτα παρεφθαρμένως ὑπὸ τῶν πλησιοχώρων Σύνναδα κληθῆναι. Ex his apparet Σύνναδα cum duplice ν scribi debere. Quod quidem confirmant etiam nummi veteres. Exstat apud Joannem Tristanum nummus Caracallæ cum hac inscriptione ΣΥΝΝΑΔΕΩΝ, ΔΩΡΙΕΩΝ, ΙΩΝΩΝ. Quæ quidem inscriptio docet Synnadenses fuisse Dorionas, id est, Dorienses Ionibus permistos. Erant enim origine Macedones, ac proinde Dorienses, verum in medio Ioniæ siti.

Digitized by Google

tur : in eo nescio quomodo a veritate longissime aberrasti. Nam sicubi reperiuntur qui fratribus prodesse possint, eos sancti episcopi ultro adhortantur ut ad populum conciones habeant. Sic Euelpis Larandis rogatus est a Neone; Paulinus Iconii a Celso, Theodorus apud Synnada ab Attico fratribus nostris beatissimis. Idque etiam alibi fieri credibile est, quamvis nos ignoremus. In hunc modum solum a notis et domesticis, verum etiam ab exterarum metrius per litteras eum revocasset, missisque stitisset : Alexandriam reversus consuetum munus

λούμενος ἀνὴρ Ὠριγένης (34) οὐ πρὸς μόνων τῶν συνήθων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπὶ ξένης ἐπισκόπων ἐτιμᾶτο τὸν τρόπον. Ἀλλὰ γὰρ αὖθις τοῦ Δημητρίου διὰ γραμμάτων αὐτὸν ἀνακαλέσαντος, δι' ἀνδρῶν τε διακόνων τῆς Ἐκκλησίας ἐπισπεύσαντος ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ἀφικόμενος τὰς συνήθεις ἐπετέλει σπουδάς.

supradictus Origenes dum adhuc juvenis esset, non Ecclesiæ suæ diaconis reditum ejus urgere non desinit.

CAPUT XX.

Quinam scriptorum ejus ætatis libri ad nos pervenerint.

Eadem tempestate multi ecclesiastici viri doctrina excellentes florebant : quorum epistolas quas ad se vicissim scripserunt, hactenus asservatas facile est reperire. Exstant enim nostra quoque ætate in bibliotheca Æliæ urbis, ab Alexandro Ecclesiæ illius episcopo constructa. Ex qua nos uberrimam materiam ad argumenti hujus quod præ manibus habemus tractationem, in unum collegimus. Inter hos fuit Beryllus Bostrenorum in Arabia episcopus, qui præter epistolas et lucubrationes, varia quoque elegantis ingenii monumenta dereliquit. Similiter et Hippolytus alterius cujusdam Ecclesiæ episcopus. Pervenit etiam ad nos Caii disertissimi viri disputatio Romæ habita temporibus Zephyrini, adversus Proclum quemdam Cataphrygarum **223** hæresis propugnatorem. In qua ille dum adversariorum in componendis novis Scripturis temerita-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅσοι τῶν τηνικάδε φέρονται λόγοι (Nic. *H. E.* v, 15).

Ἠκμαζον δὲ κατὰ τοῦτο πλείους λόγιοι καὶ ἐκκλησιαστικοὶ ἄνδρες, ὧν καὶ ἐπιστολὰς ἃς πρὸς ἀλλήλους διεχάραττον, ἔτι νῦν σωζομένας εὑρεῖν εὔπορον· αἳ καὶ εἰς ἡμᾶς ἐφυλάχθησαν ἐν τῇ κατὰ τὴν Αἰλίαν βιβλιοθήκῃ, πρὸς τοῦ τηνικάδε τὴν αὐτόθι διέποντος παροικίαν Ἀλεξάνδρου ἐπισκευασθείσῃ, ἀφ' ἧς καὶ αὐτοὶ τὰς ὕλας τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως ἐπὶ ταὐτὸ συναγαγεῖν δεδυνήμεθα. Τούτων Βήρυλλος σὺν ἐπιστολαῖς καὶ συγγράμμασι διαφόρους φιλοκαλίας (35) καταλέλοιπεν. Ἐπίσκοπος δ' οὗτος ἦν τῶν κατὰ Βόστραν Ἀράβων· ὡσαύτως δὲ καὶ Ἱππόλυτος, ἑτέρας που (36) καὶ αὐτὸς προεστὼς Ἐκκλησίας. Ἦλθε δὲ εἰς ἡμᾶς καὶ Γαΐου λογιωτάτου ἀνδρὸς διάλογος, ἐπὶ Ῥώμης κατὰ Ζεφυρῖνον πρὸς Πρόκλον (37) τῆς κατὰ Φρύγας αἱρέσεως ὑπερμαχοῦντα κεκινημένος· ἐν ᾧ τῶν δι' ἐναντίας τὴν περὶ τὸ συντάττειν καινὰς Γραφὰς προπέτειάν τε καὶ τόλμαν ἐπιστομίζων, τῶν τοῦ ἱεροῦ Ἀποστόλου δεκα-

(34) *Ἔτι νέος ὢν ὁ δηλούμενος ἀνὴρ Ὠριγένης.* Postrema vox abest a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk., nec admodum necessaria est. Cæterum Origenes annum ætatis tum agebat circiter tricesimum, cum primum venit in Palæstinam. Quippe illuc profectus est sub finem imperii Antonini Caracallæ, ut docet Eusebius hoc loco.

(35) *Διαφόρους φιλοκαλίας.* Christophorsonus interpretatur *libellos ex variis scriptoribus excerptos, tanquam flosculos.* Certe antiqui φιλοκαλίας vocabant electa sive excerpta ex quopiam scriptore. Hujusmodi sunt Origenis *Philocaliæ.* Tales sunt etiam Apuleii *Floridorum libri,* splendidiores scilicet loci ex ejus orationibus excerpti. Verum hanc interpretationem parum hic convenire existimo. Primum quia non dicit Eusebius quibusnam ex libris excerpta illa collegerit Beryllus, deinde, quia addit διαφόρους. Non est enim credibile, Berylium diversos libros hujus argumenti quod leve et exiguum est, composuisse. Itaque malim vertere *elegantis ingenii monumenta.* Intelligere autem videtur hymnos et poemata. Utitur hac voce Phrynichus in epist. ad Menodorum, qua quintum Sophistici apparatus librum ei nuncupabat, καὶ εἴ τι ἄλλο προστάττοι, φιλοκαλίας τε καὶ πολυμαθείας καὶ κοινότητος ἐχόμενον.

(36) *Ἱππόλυτος ἑτέρας που.* Georgius Syncellus in *Chronico* et Nicephorus Callistus, et Zonaras, Hippolytum Portuensem episcopum fuisse scribunt. Ita etiam dicitur in *Collectaneis* Anastasii Bibliothecarii ubi fragmentum ejus refertur. Theodoritus, qui multa ex eo adducit, episcopum et martyrem illum vocat, sed cujusnam urbis episcopus fuerit, non addit. Gelasius in libro *De duabus naturis,* Hippolytum citans, eum martyrem et episcopum Arabiæ metropolis appellat.

(37) *Γαΐου... πρὸς Πρόκλον.* Cataphrygarum secta in duas partes divisa est. Alterius princeps fuit Proclus, alterius Æschines, ut scribit Tertullianus *De præscriptione hæreticorum,* in fine. Qui Proclum sectabantur, dicebantur, οἱ κατὰ Πρόκλον, teste ibidem Tertulliano. Ex quo apparet Græcum hominem fuisse. Accedit quod Caius adversus eumdem Proclum Græce scripsit. Quare non assentior Baronio, qui hunc Proclum eumdem esse vult cum Proculo Afro qui scripserat adversus Valentinianos, ut scribit Tertullianus in libro *Adversus Valentinum.* In qua opinione videtur etiam fuisse Nicolaus Rigaltius, ut ex notis illius apparet; et P. Halloixius, in notationibus ad *Vitam sancti Apollinaris,* cap. 2. Sed si unus idemque esset, cur Tertullianus eum alibi *Proculum,* alibi *Πρόκλον* Græco nomine appellat. De Caii *Adversus Proculum* libro videndus est Photius in *Bibliotheca.* Apud Theodoritum in lib. III *Hæreticarum fabularum,* ubi mentio fit hujus libri, *κατὰ Πατρόκλου* scribitur pro *Πρόκλου.* Erat autem hic liber dialogus, in quo Proclus Montani prophetiam defendens inducebatur, ut patet ex libro III Eusebii, cap. 31, ubi verba ipsius Procli afferuntur, quibus ad astruendam Montani prophetiam, docebat semper in Asia prophetas viguisse : et adhuc sua ætate exstitisse apud Hierapolim sepulcra filiarum Philippi, quæ prophetiæ dono insignes fuerant. Quibus Procli verbis respondens Caius, ait Romanos longe illustrioribus sepulcris gloriari, Petri scilicet ac Pauli. Verba Caii habes in libro II, capite penultimo.

Digitized by Google

τριῶν μόνων Ἐπιστολῶν μνημονεύει, τὴν πρὸς Ἑβραίους μὴ συναριθμήσας ταῖς λοιπαῖς· ἐπεὶ καὶ εἰς δεῦρο παρὰ Ῥωμαίων τισὶν (38) οὐ νομίζεται τοῦ Ἀποστόλου τυγχάνειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὅσοι κατὰ τούσδε ἐπίσκοποι ἐγνωρίζοντο (Nic. *II. E.* v, 26).

Ἀλλὰ γὰρ Ἀντωνῖνον ἔτη βασιλεύσαντα ἑπτὰ καὶ μῆνας ἓξ Μακρῖνος διαδέχεται. Τούτου δ' ἐπ' ἐνιαυτὸν διαγενομένου, αὖθις ἕτερος Ἀντωνῖνος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν παραλαμβάνει· οὗ κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος, ὁ Ῥωμαίων ἐπίσκοπος Ζεφυρῖνος μεταλάττει τὸν βίον, ὅλοις ὀκτωκαίδεκα διακατασχὼν ἔτεσι τὴν λειτουργίαν. Μεθ' ὃν Κάλλιστος τὴν ἐπισκοπὴν ἐγχειρίζεται· ὃς ἐπιβιώσας ἔτη πέντε, Οὐρβανῷ τὴν Ἐκκλησίαν καταλείπει. Αὐτοκράτωρ Ἀλέξανδρος ἐπὶ τούτοις διαδέχεται τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, ἐπὶ τέτταρσι μόνοις ἔτεσιν Ἀντωνίνου διαγενομένου. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας Ἀσκληπιάδην Φιλητὸς διαδέχεται. Τοῦ δὲ αὐτοκράτορος μήτηρ Μαμαία τοὔνομα, γυνὴ θεοσεβεστάτη εἰ καί τις ἄλλη γεγονυῖα, καὶ εὐλαβὴς τὸν τρόπον, τῆς Ὠριγένους πανταχόσε βοωμένης φήμης, ὡς καὶ μέχρι τῶν αὐτῆς ἐλθεῖν ἀκοῶν, περὶ πολλοῦ ποιεῖται τῆς τοῦ ἀνδρὸς θέας ἀξιωθῆναι, καὶ τῆς ὑπὸ πάντων θαυμαζομένης περὶ τὰ θεῖα συνέσεως αὐτοῦ πεῖραν λαβεῖν. Ἐπ' Ἀντιοχείας δῆτα διατρίβουσα, μετὰ στρατιωτικῆς δορυφορίας αὐτὸν ἀνακαλεῖται. Παρ' ᾗ χρόνον διατρίψας, πλεῖστά τε ὅσα εἰς τὴν τοῦ Κυρίου δόξαν καὶ τῆς τοῦ θείου διδασκαλείου ἀρετῆς ἐπιδειξάμενος, ἐπὶ τὰς συνήθεις ἑσπεύδε διατριβάς.

CAPUT XXI.

Quinam eo tempore episcopi claruerunt.

Cæterum Antonino, cum per annos septem sexque admodum menses imperavisset, successit Macrinus. Qui cum usque ad anni unius spatium vitam simul atque imperium protraxisset, alius denuo Antoninus principatum Romanum accepit. Hujus primo imperii anno Zephyrinus Romanæ urbis episcopus abiit e vita, cum per annos octodecim sacerdotium obtinuisset. Post quem Callistus episcopatum suscepit: qui cum quinquennio superstes vixisset, Urbano Ecclesiam regendam dereliquit. Alexander post hæc Romanum imperium capessivit, cum Antoninus quadriennium duntaxat regnavisset. Quo quidem tempore apud Antiochiam mortuo Asclepiade, episcopatum ejus Ecclesiæ sortitus est Philetus. Porro mater Alexandri imperatoris, Mamæa nomine, pia imprimis ac religiosa femina, cum Origenis nomen ubique jam celeberrimum haberetur, adeo ut ad ipsius quoque aures perlatum esset, conspectu ejus frui, et scientiam rerum divinarum quam omnes in eo viro magnopere admirabantur certissimo experimento cognoscere concupivit. Igitur illa Antiochiæ degens, misso militari satellitio, hominem accersit. Qui apud eam aliquandiu commoratus, cum innumera illi documenta exhibuisset ad Domini gloriam et ad divinæ illius prædicationis potentiam declarandam, ad consuetas matureæ sedes regressus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅσα τῶν Ἱππολύτου εἰς ἡμᾶς ἦλθεν (Nic. *II. E.* 15).

Τότε δῆτα καὶ Ἱππόλυτος συντάττων, μετὰ πλείστων ἄλλων ὑπομνημάτων, καὶ τὸ *Περὶ τοῦ Πάσχα* πεποίηται σύγγραμμα (39)· ἐν ᾧ τῶν χρόνων ἀναγραφὴν ἐκθέμενος, καί τινα κανόνα ἐκκαιδεκαετηρίδος περὶ τοῦ Πάσχα προθεὶς (40), ἐπὶ τὸ πρῶτον

CAPUT XXII.

Quæ Hippolyti opera ad nos pervenerint.

Eodem tempore et Hippolytus inter plurima alia ingenii sui monumenta, librum *De Pascha* composuit, in quo temporum seriem describens, et canonem quemdam Paschalem per sedecim annorum circuitum exhibens, anno primo **224** imperatoris Ale-

(38) *Παρὰ Ῥωμαίων τισίν.* Eusebius supra in lib. III, cap. 3, de Pauli Epistolis disserens, ait quosdam Epistolam ad Hebræos ut falsam rejecisse, asseverantes Romanam Ecclesiam de ejus Epistolæ auctoritate dubitare, πρὸς τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ὡς μὴ Παύλου οὖσαν αὐτὴν, ἀντιλέγεσθαι φήσαντες. Rufinus in utroque Eusebii loco *Latinos* vertit. Hieronymus tamen in *Catalogo*, *Romanos* interpretatur, ubi de Caio. *Decimam quartam*, inquit, *quæ fertur ad Hebræos, dicit non ejus esse. Sed et apud Romanos usque hodie quasi Pauli apostoli non habetur.* Inter Romanos scriptores qui ita censuerunt, numerari potest Hippolytus Portuensis episcopus. Hic enim in libro *Adversus hæreses*, Epistolam ad Hebræos Pauli apostoli non esse affirmavit, teste Photio in *Bibliotheca*, cap. 121.

(39) *Τὸ περὶ τοῦ Πάσχα σύγγραμμα.* Exstat hodie *Canon Paschalis* Hippolyti, quem Josephus Scaliger libris suis *De emendatione temporum* intexuit notisque illustravit. Sed et Ægidius Bucherius eumdem Latine vertit. Verum neuter illorum animadvertit *Canonem* hunc partem duntaxat esse libri quem Hippolytus conscripserat de Pascha, cum tamen Eusebius id apertissime significet, ut ex hujus loci lectione apparet. Id cum Scaliger non animadvertisset, immerito reprehendit Eusebium, quod dixerit Hippolytum in eo libro ad primum usque Alexandri imp. annum seriem temporum determinasse. *Imo vero*, inquit Scaliger, pag. 685, *Canon Hippolyti non in primum annum imp. Alexandri desinit, sed ab eodem incipit.* Verum id quidem est. Sed Eusebius non de *Canone* loquitur quem Hippolytus operi suo *De Pascha* adjunxerat, verum de opere ipso in quo Hippolytus ordinem temporum dinumerans, in primo Alexandri imp. anno desierat. Nec erat quod Scaliger tantopere miraretur illam Eusebii locutionem, ἐπὶ τὸ πρῶτον ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου χρόνους περιγράφει. Est enim Græcis usitata locutio. Sic supra in cap. 6 hujus libri, de Clemente loquens Eusebius, χρονικὴν ἐκθέμενος γραφὴν εἰς τὴν Κομμόδου τελευτὴν περιγράφει τοὺς χρόνους. Rufinus certe locum Eusebii non aliter ac nos intellexit.

(40) *Κανόνα προθεὶς.* In codice Mediceo legitur προσθεὶς, male, ut opinor.

Digitized by Google

xandri computationem temporum circumscribit. Ex reliquis autem illius scriptis, hæc sunt quæ ad notitiam nostram pervenerunt : *In opus sex dierum*, *In ea quæ post sex dies* consecuta sunt, *Adversus Marcionem*, *In Canticum canticorum*, *In capita quædam Ezechielis*, *De Pascha*, *Adversus omnes hæreses*. Sed et alia plurima apud alios asservata licet reperire.

CAPUT XXIII.

De Origenis studio, et quomodo presbyterii honorem adeptus est.

Ex eo tempore etiam Origenes in divinas Scripturas commentarios cœpit conscribere, Ambrosio innumeris stimulis eum incitante, nec solum verbis atque hortationibus, sed etiam largissimis rerum necessariarum præbitionibus. Quippe septem et amplius notarii dictanti illi præsto aderant, qui præstituto tempore sibi per vices succedebant: nec pauciores antiquarii simul cum puellis elegantius scribere assuetis: quibus omnibus necessarios sumptus copiose subministrabat Ambrosius. Sed et incredibilem quamdam alacritatem in hoc sacrarum litterarum studio ipse pro virili parte conferebat : qua quidem re potissimum Origenes ad scribendos commentarios impellebatur. Hæc dum ita geruntur, Urbanum Ecclesiæ Romanæ pontificatu octennio perfunctum excepit Pontianus: Antiochenam vero Ecclesiam post Philetum Zebinus regendam accepit. Quo tempore Origenes, compellente ipsum necessitate, ob ecclesiastica negotia in Achaiam profectus, cum per Palæstinam transiret, presbyterii gradum per impositionem manuum Cæsareæ ab illius regionis episcopis accepit. Porro qui deinceps motus ejus causa fuerint concitati, et quæ super iisdem motibus a præsulibus Ecclesiarum constituta sint: et quæcunque alia vigens ipse ac florens in

A ἔτος αὐτοκράτορος Ἀλεξάνδρου τοὺς χρόνους περιγράφει. Τῶν δὲ λοιπῶν αὐτοῦ συγγραμμάτων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα, ἔστι τάδε· *Εἰς τὴν Ἑξαήμερον*, *Εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον* (41), *Πρὸς Μαρκίωνα*, *Εἰς τὸ Ἆσμα* (42), *Εἰς μέρη τοῦ Ἰεζεκιήλ*, *Περὶ τοῦ Πάσχα*, *Πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις* (43). Πλεῖστά τε ἄλλα καὶ παρὰ πολλοῖς εὗροις ἂν σωζόμενα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῆς Ὠριγένους σπουδῆς, καὶ ὡς τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ πρεσβείου ἠξιώθη (Nic. *H. E.* v, 18).

Ἐξ ἐκείνου (44), δὲ καὶ Ὠριγένει τῶν εἰς τὰς θείας Γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγίνετο ἀρχὴ, Ἀμβροσίου ἐς τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν μυρίαις ὅσαισοῦν προτροπαῖς (44'), οὐ ταῖς διὰ λόγων καὶ παρα-B κλήσεσιν αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. Ταχυγράφοι γὰρ αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες· βιβλιογράφοι τε οὐχ ἥττους, ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις· ὧν ἁπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων ἄφθονον περιουσίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρεστήσατο· ναὶ μὴν καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια ἀσκήσει τε καὶ σπουδῇ, προθυμίαν ἄφατον αὐτῷ συνεισέφερεν, ᾗ καὶ μάλιστα αὐτὸν προὔτρεπεν ἐπὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων σύνταξιν. Τούτων δὲ οὕτως, ἐχόντων, Οὐρβανὸν ἐπισκοπεύσαντα τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἔτεσιν ὀκτὼ, διαδέχεται Ποντιανὸς, τῆς δ' Ἀντιοχέων μετὰ Φιλητὸν, Ζεβῖνος. Καθ' οὓς ὁ Ὠριγένης ἐπειγούσης χρείας ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμά-C των (45), ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα στειλάμενος τὴν διὰ Παλαιστίνης, πρεσβυτερίου χειροθεσίαν ἐν Καισαρείᾳ πρὸς τῶν τῇδε ἐπισκόπων ἀναλαμβάνει. Τὰ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ περὶ αὐτοῦ κεκινημένα, τά τε ἐπὶ τοῖς κινηθεῖσι δεδογμένα τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶσιν (46), ὅσα τε ἄλλα ἀκμάζων περὶ τὸν θεῖον εἰσ-

(41) *Εἰς τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον.* Id est, in caput secundum Geneseos, ut notavit Scaliger in libro VII *De emendatione temporum*, pag. 685, ubi tamen immerito reprehendit Hieronymum quasi hoc non intellexerit Hieronymus. Ego vero aliter sentio. Plures enim Hippolyti libros recenset Hieronymus quam Eusebius. Itaque cum Hippolytum scripsisse dicit in Genesim, tam libros in *Hexaemeron* intelligit quam in *Post-hexaemeron*. Exstat Philonis liber eodem titulo, seu potius duo libri, ut est in ms. Augustano.

(42) *Εἰς τὸ Ἆσμα.* Theodoritus in dialogo qui *Eranistes* inscribitur, hunc librum Hippolyti ita citat, *Εἰς τὴν ᾠδὴν τὴν μεγάλην*.

(43) *Πρὸς ἁπάσας τὰς αἱρέσεις.* De hoc Hippolyti libello vide Photii *Bibliothecam*, cap. 121. Erat hic liber contra XXXII hæreses, quarum prima erat Dositheanorum, ultima Noetianorum. Quas hæreses cum Irenæus in concionibus refutasset, earum compendium scripsit Hippolytus, ejus discipulus, teste ibidem Photio. Hunc porro Hippolyti libellum sæpe citaverat Stephanus Gobarus, ut patet ex cap. 7, 10 et 13 libri secundi.

(44) *Ἐξ ἐκείνου δέ.* Hæc verba male accepit Hieronymus in *Catalogo*, quasi Origenes æmulatione Hippolyti impulsus, ad scribendum accesserit. Putavit enim ἐξ ἐκείνου referri ad Hippolytum, cum tamen significet *abhinc*, vel *exinde*. Subaudiitur enim τοῦ χρόνου. Porro ab his verbis cap. 23, incipit in codice Mazarino, cui consentit optimus ille codex Rufini quem sæpius laudavi, nisi quod pro 23 capite scriptum habet 20.

(44') Vulg. *μυρίαις ὅσαις οὖν*. In codice Maz. pro οὖν notatur alias scribi οὐ. Sed neutrum placet. Apud Suidam, in voce *Ὠριγένης*, scribitur ὅσαις οὐ. Quod si retineamus, delendum erit μυρίαις.

(45) *Ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα πραγμάτων.* Rufini versio commentarii loco erit: *Quo in tempore* D *Origenes rogatus est ab Ecclesiis quæ sunt apud Achaiam, ut illo usque pro convincendis hæreticis, qui inibi liberius convaluerant, perveniret.* Idem scribit Hieronymus in *Catalogo*, ubi de Origene.

(46) *Δεδογμένα τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προεστῶσιν.* At hæc præcipue referre hic debuerat Eusebius, quippe quæ ad historiam ecclesiasticam maxime faciunt. Satius erat omittere alia multa quæ de Origene commemoravit Eusebius; cujusmodi est de legatione ducis Arabiæ, et de Mamæa matre imperatoris Alexandri, et alia nonnulla, quæ ad ipsius quidem Origenis gloriam spectant, sed ad historiam rerum ecclesiasticarum parum conferunt. Decreta autem episcoporum in causa Origenis, nequaquam hic erant omittenda. Verum nos immerito de Eusebio querimur. Hic enim, cum omnia quæ ad Origenis causam pertinent, accurate retulisset in secundo *Defensionis* libro quam pro Origene conscripserat, eadem hic repetere superfluum duxit.

Digitized by Google

ενήνεκται (47) λόγον, ἰδίας δεόμενα συντάξεως, μετρίως ἐν τῷ δευτέρῳ ἧς ὑπὲρ αὐτοῦ πεποιήμεθα ἀπολογίας, ἀνεγράψαμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Tίνα ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐξηγήσατο (Nic. *H. E.* v, 15).

Ταῦτα δὲ ἐκείνοις δέοι ἂν προσεπιθεῖναι (48) δηλοῦντας, ὡς ἐν μὲν τῷ ἕκτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Ἐξηγητικῶν, σημαίνει τὰ πρότερα πέντε, ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἔτ' ὄντα αὐτὸν συντάξαι, τῆς δ' εἰς τὸ πᾶν Εὐαγγέλιον αὐτὸ δὴ τοῦτο πραγματείας, μόνοι δύο καὶ εἴκοσιν (49) εἰς ἡμᾶς περιῆλθον τόμοι. Κατὰδὲ τὸ ἔννατον τῶν εἰς τὴν Γένεσιν· δώδεκα δέ ἐστι τὰ πάντα· οὐ μόνον τοὺς πρὸ τοῦ ἐννάτου δηλοῖ ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ὑπεμνηματίσθαι, ἀλλὰ καὶ εἰς τοὺς πρώτους δὲ πέντε καὶ εἴκοσι Ψαλμούς· ἔτι τε τὰ εἰς τοὺς Θρήνους, ὧν εἰς ἡμᾶς ἐληλύθασι τόμοι πέντε· ἐν οἷς μέμνηται καὶ τῶν *Περὶ ἀναστάσεως* (50). Δύο δ' ἐστὶ καὶ ταῦτα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ

225 CAPUT XXIV.

Quænam Alexandriæ interpretatus sit.

Hæc vero supradictis adjungere prorsus necesse est, quinque priores libros *Expositionum in Joannis Evangelium* ab illo dum adhuc Alexandriæ degeret, esse compositos, ut ipsemet in sexto earumdem *Expositionum* libro testatur. Ex universo autem opere quod in totum illud Evangelium elaboravit, duo et viginti libri ad nos duntaxat pervenerunt. Sed et in libro nono *Expositionum in Genesim* (sunt autem omnes ejus in Genesim libri numero duodecim) non solum octo priores Alexandriæ lucubratos esse significat, verum etiam commentarios in primos quinque et viginti psalmos, ac præterea in *Lamentationes* Jeremiæ, ex quibus quinque tomi ad nos

Quare non hæc Eusebii culpa est, sed posterorum, qui nimio adversus Origenem odio, libros illos quos pro Origenis defensione Eusebius ac Pamphilus martyr ediderant, nobis inviderunt. Nisi quod Photius exigua quædam eorum fragmenta, tanquam ex naufragio nobis conservavit. Ex cujus *Bibliotheca*, cap. 118, discimus duas adversus Origenem synodos collectas fuisse : quarum prior Originem ex Alexandrina Ecclesia pellendum esse censuit, sed presbyterii honorem non ademit. Secunda vero synodus episcoporum Ægypti a Demetrio congregata, Origenem sacerdotio exuit; cui damnationi totius pene orbis episcopi subscripserunt, ut docet Hieronymus, cujus hæc verba refert Rufinus in *Apologia* II : *Pro hoc sudore quid accepit præmii? Damnatur a Demetrio episcopo. Exceptis Palæstinæ et Arabiæ et Phœnices atque Achaiæ sacerdotibus, in damnationem ejus consentit orbis. Roma ipsa contra hunc cogit senatum ; non propter dogmatum novitatem, nec propter hæresim, ut nunc adversus eum rabidi canes simulant : sed quia gloriam eloquentiæ ejus et scientiæ ferre non poterant, et illo docente omnes muti putabantur.* Porro hæc Pamphili ex libro II *Apologetici pro Origene* sunt hæc : Καὶ σύνοδος ἀθροίζεται ἐπισκόπων, καὶ τινων πρεσβυτέρων, κατὰ Ὠριγένους, ἥ τε ὡς ὁ Πάμφιλός φησι, ψηφίζεται μεταστῆναι μὲν ἀπὸ Ἀλεξανδρείας τὸν Ὠριγένην, καὶ μήτε διατρίβειν ἐν αὐτῇ, μήτε διδάσκειν· τῆς μέντοι τοῦ πρεσβυτερίου τιμῆς οὐδαμῶς ἀποκεκινῆσθαι· ἀλλ' ὅ γε Δημήτριος ἅμα τισὶν ἐπισκόποις Αἰγυπτίοις, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἀπεκήρυξε, συνυπογραψάντων καὶ τῇ ἀποφάσει τῶν συμψήφων αὐτῷ γεγενημένων. Hieronymus tamen non depositum duntaxat, sed excommunicatum a Demetrio dicit Origenem, et indignum communione Ecclesiæ judicatum. Verum hæc Demetrii sententia, quamvis tot episcoporum consensu firmata, absque effectu mansit, cum Origenes presbyteri munus semper deinceps retinuerit, et in Ecclesia docere perseveraverit, ut docet Eusebius in hoc libro, et Pamphilus in lib. I *Apologiæ*. Cur autem irrita fuerit hæc sententia, duplex causa est, primo quia in absentem prolata fuerat absque legitimis citationibus; deinde, quia multorum antistitum, ac præcipue Romani episcopi auctoritate non erat confirmata.

(47) *Εἰσεγήνεκται.* Positum videtur ab Eusebio pro εἰσήνεγκε, et sic intellexit Nicephorus. At Christophorsonus interpretatur *pertulit.*

(48) *Ἐκείνοις δέοι ἂν προσεπιθεῖναι.* Iis scilicet

quæ in secundo libro *Apologiæ pro Origene* diximus, quod non intellexit Christophorsonus. Porro ex quatuor nostris codicibus hic addidimus vocem δηλοῦντας, quæ deerat in Regio exemplari, et in editione Stephani. Contra vero particula ἄν, quæ habetur in Regio, abest a nostris codicibus Mazarino, Medicæo et Fuketiano.

(49) *Μόνοι δύο καὶ εἴκοσιν.* Ex triginta quatuor tomis seu libris quos in Evangelium Joannis scripserat Origenes, teste Hieronymo in præfatione ad Paulam de interpretatione sua Homiliarum in Lucam. Hodie vero novem duntaxat supersunt tomi *Explanationum* Origenis *in Joannis Evangelium*, a Perionio Latine primum editi. Sed in vulgatis editionibus hi novem tomi male in triginta quatuor tomos distributi sunt, ut in præfatione sua recte movit doctissimus Genebrardus.

(50) *Τῶν Περὶ ἀναστάσεως.* Hieronymus in libro quodam qui citatur a Rufino in *Apologia* II *adversus Hieronymum*, indiculum texens librorum Origenis, ita ait : *Scripsit in Genesim libros* XIII, *Mysticarum Homiliarum libros duos, in Exodum excerpta, in Leviticum excerpta.* Et post multa : *Item monobiblia, Περὶ ἀρχῶν libros* IV, *De resurrectione libros duos; et alios De resurrectione dialogos duos.* Contra hos Origenis libros *De resurrectione*, scripsit Methodius episcopus insignem librum *De resurrectione*, teste Hieronymo in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, et Maximo in scholiis ad librum *Ecclesiasticæ Hierarchiæ* Dionysii, cap. 7. Sed locum Maximi qui in vulgatis editionibus mendosissimus est, operæ pretium erit hic apponere prout legi debet : Ἀνάγνωθι Μεθοδίου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ Ὀλύμπου Ἀδριανοπόλεως ἐπισκόπου τῆς Λυκίας, τὰ κατ' αὐτοῦ *Περὶ ἀναστάσεως* γραφέντα. Id est : *Lege quæ adversus Origenem de resurrectione scripsit Methodius, sanctissimus martyr et episcopus Olympi urbis Lyciæ, quæ etiam Adrianopolis dicta est.* Ex hoc Methodii libro seu potius dialogo *Περὶ ἀναστάσεως*, egregia fragmenta habentur apud Epiphanium in hæresi Origenistarum, et apud Photium in *Bibliotheca*. Nec alia mihi videtur esse causa cur Eusebius in *Ecclesiastica historia* nullam Methodii mentionem fecerit, cum tamen plures alios commemoret ecclesiasticos scriptores, qui Methodio longe inferiores fuerunt. Sed cum Methodius styli aciem strinxisset adversus Origenem, Eusebius, qui Origenis erat studiosissimus, illum, utpote Origenis inimicum, ne nominare quidem in *Historia* sua sustinuit. Eamdem ob causam in libro

Digitized by Google

venerunt. In his tomis mentionem facit librorum quos scripserat *De resurrectione* : sunt autem ejus argumenti libri duo. Libros item *De principiis*, antequam ab urbe Alexandria migraret, composuit. Sed et libros qui *Στρωματεῖς* inscribuntur, numero decem, in eadem civitate Alexandri imperatoris temporibus conscripsit, sicut notationes manu ipsius perscriptæ ac libris ipsis præfixæ testantur.

τὰ Περὶ ἀρχῶν πρὸ τῆς ἀπ' Ἀλεξανδρείας μεταναστάσεως γράφει, καὶ τοὺς ἐπιγεγραμμένους *Στρωματεῖς* (51), ὄντας τὸν ἀριθμὸν δέκα, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου συντάττει βασιλείαν, ὡς καὶ τοῦτο ὁλόγραφοι δηλοῦσιν αὐτοῦ πρὸ τῶν τόμων ἐπισημειώσεις (52).

CAPUT XXV.

Qualiter libros utriusque Testamenti recenset.

Cæterum in expositione primi psalmi, librorum Veteris Testamenti indicem exhibet, ita scribens ad verbum: « Sciendum est, Veteris Testamenti libros duos esse ac viginti, sicut ab Hebræis traditur: qui numerus etiam litterarum apud eos habetur. » Et paulo post subdit: « Sunt autem viginti duo libri juxta Hebræos hi: primus qui a nobis Genesis dicitur, ab Hebræis autem ex ipsius libri initio desumpta appellatione vocatur Bresith, quod idem est ac *in principio*. Exodus deinde, Hebræis Vellesmoth, id est *hæc sunt nomina*. Tertius, Leviticus, Hebræis Vaicra, id est *et vocavit*. Quartus, Numeri, Hebræis Hammisphecodim. Quintus, Deuteronomium, Hebræis Ellebabdabarim, id est, *hæc sunt verba*. Sextus, Jesus filius Nave, Hebraice *Jehosue ben Nun*. Septimus, Judices et Ruth, unico volumine

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅπως τῶν ἐνδιαθήκων Γραφῶν ἐμνημόνευσεν (Nic. *H. E.* v, 16).

Τὸν μέντοιγε πρῶτον ἐξηγούμενος ψαλμὸν, ἔκθεσιν πεποίηται τοῦ τῶν ἱερῶν Γραφῶν τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης καταλόγου, ὧδέ πως γράφων κατὰ λέξιν· « Οὐκ ἀγνοητέον (53) δ' εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασιν, δύο καὶ εἴκοσι· ὅσος ὁ ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. » Εἶτα μετά τινα ἐπιφέρει λέγων· « Εἰσὶ δὲ αἱ εἴκοσι δύο (54) βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἵδε· ἡ παρ' ἡμῖν Γένεσις ἐπιγεγραμμένη, παρὰ δὲ Ἑβραίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βίβλου, Βρησὶθ, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἀρχῇ· Ἔξοδος, Οὐαλεσμὼθ, ὅπερ ἐστὶ ταῦτα τὰ ὀνόματα· Λευϊτικὸν, Οὐϊκρὰ, καὶ ἐκάλεσεν· Ἀριθμοὶ, Ἀμμεσφεκωδείμ (55)· Δευτερονόμιον, Ἔλλε Ἀδδεβαρὶμ, οὗτοι οἱ λόγοι· Ἰησοῦς υἱὸς Ναυῆ· Ἰωσοῦε βὲν Νοῦν. Κριταὶ, Ῥοὺθ, παρ' αὐτοῖς ἐν ἑνὶ Σωφετίμ (56)·

De scriptoribus ecclesiasticis, Hieronymus Rufinum, quocum simultates exercuerat, de industria prætermisit. Cæterum Eusebius in hoc capite duodecim tantum agnoscit libros *Expositionum in Genesim*, non tredecim, ut Hieronymus in loco supra citato.

(51) *Στρωματεῖς*. Hieronymus in epistola ad Magnum oratorem Romanum, docet quod argumentum fuerit horum librorum Origenis. *Clementem*, inquit, *imitatus Origenes, decem scripsit Stromateas, Christianorum et philosophorum inter se sententias comparans et omnia nostræ religionis dogmata de Platone et Aristotele, Numero Cornutoque confirmans*. Ex sexto hujus operis libro fragmentum profert idem Hieronymus in *Apologia adversus Rufinum*, non longe ab initio. Idem in epistola ad Augustinum : *Scripsit*, inquit, *Origenes in Epistolam Pauli ad Galatas quinque proprie volumina : et decimum Stromatum suorum librum, commatico super explanationem ejus sermone complevit*.

(52) *Ὁλόγραφοι... ἐπισημειώσεις*. Quid essent ὁλόγραφοι ἐπισ. non intellexerunt interpretes. Jurisconsulti ὁλόγραφον vocant testamentum quod testatoris manu perscriptum est, non autem sola subscriptione firmatum. Eodem modo Eusebius ὁλογράφους ἐπισημειώσεις vocat, notationes manu ipsius Origenis prælixas aut subjunctas singulis tomis. Solebant enim auctores vel initio, vel in fine librorum suorum, quædam sua manu adnotare. Talis est σημείωσις Irenæi quam in fine librorum suorum ascripserat, teste Eusebio, lib. v, cap. 29. Ejusdem generis est adnotatio illa quæ legitur in fine procatechesis Cyrilli, quæ meo quidem judicio, melius ascriberetur ante primæ catechesis initium. Ὁλόγραφοι igitur hoc loco idem sunt quod ἰδιόγραφοι. Sic apud Hilarium in fragmento *De synodis : Exemplum epistolæ qua Athanasium reum non esse ologrpha manu Valens scripsit, et Arsacius subscripsit*. Julius papa in epistola ad synodum Antiochenam : Καὶ κατηγόρου ἰσχύρα προεκόμισε χεῖρα ὁλόγραφον αὐθεντικήν, etc. Denique Hieronymus in *Apolog. II adversus Rufinum : Quæ epistola ologrpha tenetur ab iis ad quos perlata est*.

(53) *Οὐκ ἀγνοητέον*. Locus Origenis integer exstat in cap. 3 *Philocaliæ*. Sed *Philocalia* ex hoc vicissim loco emendanda est. Nam ubi legitur εἴκοσιν, οἷς ὅ ἴσος ἀριθμός, etc., scribendum est εἴκοσιν, ὅσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν, sicut in nostris codicibus habetur, et apud Suidam in voce *Ὠριγένης*. Solemnis est hic error omnium editionum, ut εἴκοσιν scribant, quoties verbum sequens incipit a vocali. In optimis tamen exemplaribus semper εἴκοσι scribitur, etiamsi sequatur vocalis.

(54) *Εἴκοσι δύο*. Victorinus in Apocalypsim : *Sunt autem*, inquit, *viginti quatuor libri Veteris Testamenti, viginti duos in* Excerptis *Theodotii invenies*. Quæ sint *Excerpta* illa Theodoti, superius adnotavi, libri scilicet *Hypotyposeon* Clementis Alexandrini. Porro quod alii viginti quatuor Veteris Testamenti libros, alii duos tantum et viginti numerabant, id ex ea causa profectum est, quod librum Ruth et librum Lamentationum Jeremiæ quidam seorsum in Scripturarum catalogo numerabant, ut docet Hieronymus in *Præfatione ad libros Regum*, ubi sine dubio alludit ad Victorini locum, cum ait : *Quanquam nonnulli Ruth et Kinoth inter hagiographa scriptitent, et hos libros in suo putent numero supputandos : ac per hoc esse priscæ legis viginti quatuor, quos sub numero* XIV *seniorum Apocalypsis Joannis inducit*. Quidam vero non Ruth et Lamentationum libros, sed Tobiam et Judith reliquis addentes, viginti quatuor libros Veteris Testamenti numerabant, ut docet Epiphanius in libro I *Adversus hæreses*, et in libro *De ponderibus*.

(55) *Ἀμμεσφεκωδείμ*. Ἀμμισπαρὶμ ἡ πεκουδείμ legit Rob. Stephanus, nescio quos codices secutus. Nam in Regio exemplari perinde ac in Maz., Med. et Fuk. legitur tantum Ἀμμεσφεκωδείμ. Christophorsonus vero addidit *Vaiedubber* ex Hieronymo in præfatione supra citata.

(56) *Σωφετίμ*. Quatuor nostri codices, Regius scilicet ac Maz., cum Med. ac Fuk., habent Σοφετείμ. Paulo post pro Σέφερ Θιλλίμ, iidem codices scriptum habent Ἐφαρθωελλείμ. Item Μελὼθ pro Μισλὼθ, et Κωέλθ pro Κωέλεθ. Denique Σαρβαναθὲλ, non Σαρβανε ἔλ ut Stephanus excudit.

Digitized by Google

Βασιλειῶν πρώτη, δευτέρα, παρ' αὐτοῖς ἓν Σαμουὴλ, ὁ θεόκλητος· Βασιλειῶν τρίτη, τετάρτη, ἐν ἑνὶ Οὐαμμέλεχ Δαβίδ, ὅπερ ἐστὶ βασιλεία Δαβίδ. Παραλειπομένων πρώτη, δευτέρα, ἐν ἑνὶ Διβρὴ Ἀϊαμὶμ, ὅπερ ἐστὶ λόγοι ἡμερῶν· Ἔσδρας πρῶτος καὶ δεύτερος, ἐν ἑνὶ Ἔζρᾶ, ὃ ἐστι βοηθός. Βίβλος Ψαλμῶν, Σέφερ Θιλλίμ. Σολομῶντος Παροιμίαι, Μισλώθ. Ἐκκλησιαστὴς, Κωέλεθ. Ἆσμα ἀσμάτων, (οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσί τινες Ἆσματα ἀσμάτων [57]), Σὶρ Ἀσιρίμ· Ἡσαΐας (58), Ἱεσαΐά. Ἱερεμίας σὺν Θρήνοις καὶ τῇ ἐπιστολῇ, ἐν ἑνὶ Ἱρμία· Δανιὴλ, Δανιήλ· Ἰεζεκιὴλ, Ἰεεζκήλ· Ἰὼβ, Ἰώβ· Ἐσθὴρ, Ἐσθήρ. Ἔξω δὲ τούτων ἐστὶ τὰ Μακκαβαϊκὰ, ἃπερ ἐπιγέγραπται Σαρβὴθ Σαρβανὲ Ἔλ. » Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ προειρημένῳ τίθησι συγγράμματι. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, τὸν ἐκκλησιαστικὸν φυλάττων κανόνα, μόνα τέσσαρα εἰδέναι Εὐαγγέλια μαρτύρεται, ὧδέ πως γράφων· « Ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν (59) περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων, ἃ καὶ μόνα ἀναντίῤῥητά ἐστιν ἐν τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ· ὅτι πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τόν ποτε τελώνην, ὕστερον δὲ ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον, ἐκδεδωκότα αὐτὸ τοῖς ἀπὸ Ἰουδαϊσμοῦ πιστεύσασι, γράμμασιν Ἑβραϊκοῖς συντεταγμένον· δεύτερον δὲ τὸ κατὰ Μάρκον, ὡς Πέτρος ὑφηγήσατο αὐτῷ, ποιήσαντα. Ὅ καὶ υἱὸν ἐν τῇ καθολικῇ ἐπιστολῇ διὰ τούτων ὡμολόγησε φάσκων· « Ἀσπάζεται ὑμᾶς ἡ ἐν Βαβυλῶνι συνεκλεκτὴ, καὶ Μάρκος ὁ υἱός μου. » Καὶ τρίτον τὸ κατὰ Λουκᾶν, τὸ ὑπὸ Παύλου ἐπαινούμενον Εὐαγγέλιον, τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν πεποιημένον· ἐπὶ πᾶσι τὸ κατὰ Ἰωάννην. » Καὶ ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Ἐξηγητικῶν (60), ὁ αὐτὸς ταῦτα περὶ τῶν ἐπιστολῶν τῶν ἀποστόλων φησίν· « Ὁ δὲ ἱκανωθεὶς διάκονος γενέσθαι τῆς Καινῆς Διαθήκης, οὐ γράμ-

A apud Hebræos comprehensi, quod appellant Sophetim. Octavus, Regnorum liber primus **226** et secundus: qui apud eos unicum volumen constituunt quod dicitur Samuel, hoc est *vocatus a Deo*. Nonus Regnorum liber tertius et quartus, quos ipsi etiam in unum volumen redigunt, et Vammelech David indigitant, hoc est *et rex David*. Decimus, Paralipomenon liber primus et secundus, uno apud illos contenti volumine, quod vocant Dibre Haiamim, hoc est *verba dierum*. Undecimus, Esdras primus et secundus, qui apud eos unicum conficiunt librum quem vocant Esra, id est, *adjutor*. Duodecimus liber Psalmorum, Hebræis Sepher Tehillim. Decimus tertius Proverbia Salomonis, Hebræis Misloth. Decimus quartus, Ecclesiastes, Hebræis Coheleth. Decimus quintus, Canticum canticorum, Hebræis Sirhasirim. Decimus sextus, Esaias, Hebræis Iesaia. Decimus septimus, Jeremias cum Lamentationibus et Epistola, in unum compactus volumen, quod ipsi vocant Irmia. Decimus octavus, Daniel, Hebræis Daniel. Decimus nonus, Ezechiel, apud Hebræos Ieezchel. Vicesimus, Job, eodem apud Hebræos nomine insignitus. Vicesimus primus, Esther, quomodo etiam Hebræi vocant. Extra horum censum sunt libri Machabæorum, qui inscribuntur *Sarbet Sarbaneel*. Et hæc quidem in libro superius memorato scribit Origenes. In primo autem libro *Expositionum in Evangelium Matthæi*, ecclesiastico insistens canoni, quatuor duntaxat Evangelia esse testatur his verbis: « Sicut ex traditione, inquit, accepi de quatuor Evangeliis, quæ sola in universa Dei Ecclesia quæ sub cœlo est, citra controversiam admittuntur: primum scilicet Evangelium scriptum esse a Matthæo, prius quidem publicano, postea vero apostolo Jesu Christi, qui illud Hebraico sermone conscriptum, Judæis ad fidem conversis publicavit. Secundum fuisse accepimus Evangelium

(57) *Οὐ γὰρ ὡς ὑπολαμβάνουσί τινες Ἆσματα ἀσμάτων.* Tota hæc pericope abest a nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. Habetur tamen in Regio exemplari. Rufinus quoque in versione hujus loci habet *Cantica canticorum*.

(58) *Ἡσαΐας.* Omissus est in hoc catalogo liber duodecim prophetarum. Quo factum est, ut cum viginti duos libros se numeraturum promiserit Origenes, unus duntaxat et viginti reperiantur. In Rufini versione recensetur hic liber statim post Canticum canticorum. Nec aliter Hilarius in prologo *Enarrationis in Psalmos*, et Cyrillus Hierosolymitanus. Cæterum sacræ Scripturæ libri longe alio ordine hic recensentur quam ab Epiphanio et Hieronymo et Melitone, cujus locum supra retulit Eusebius in fine lib. IV. Hilarius vero in prologo *Commentariorum in Psalmos* cum Origene prorsus consentit. Nec id mirum, cum totus fere prologus ille Hilarii translatus sit ex *Commentariis in Psalmos*, ut testatur Hieronymus.

(59) *Ὡς ἐν παραδόσει μαθών.* Verba hæc sunt Origenis, ut apparet. Atque ita Rufinus et Langus, et Musculus interpretati sunt. Solus Christophorsonus hæc Eusebii verba esse censuit, cui non assentior. Quamvis in codice Maz. et Med. post vocem μαθών apposita sit finalis distinctio. In Regio autem exemplari totus hic locus absque ulla distinctione continuatur, ὧδέ πως γράφων ὡς ἐν παραδόσει μαθὼν περὶ τῶν τεσσάρων Εὐαγγελίων. Et post ultimam hanc vocem apposita est media distinctio seu mora, quasi locus Origenis incipiat a verbis quæ proxime sequuntur. Verum, ut jam dixi, magis placet Rufini distinctio. Porro de quatuor Evangeliis quæ sola ab Ecclesia catholica admittuntur, non solum in suis *in Matthæum Commentariis* testatus fuerat Origenes, sed etiam in principio *Commentariorum in Lucam*. Quem locum, quia ab Eusebio prætermissus est, hic apponam: *Ecclesia quatuor habet Evangelia, hæreses plurima. E quibus quoddam inscribitur* secundum Ægyptios: *aliud* juxta duodecim apostolos. *Ausus fuit et Basilides scribere Evangelium et suo illud nomine titulare*, etc.

(60) *Ἐν τῷ πέμπτῳ δὲ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην.* Locus Origenis quem hic adducit Eusebius, est e proœmio libri quinti *Explanationum in Joannis Evangelium*, cujus proœmii pars maxima exstat in cap. 5 *Philocaliæ*. Cum illo igitur fragmento jungendus est hic locus qui ab Eusebio nostro adducitur. Porro in eo proœmio disputat Origenes, an de rebus divinis multi scribendi sint libri. Ac primum affert locum ex Ecclesiaste, qui vetat multitudinem conficere librorum. Deinde adducit exemplum sanctorum virorum, prophetarum scilicet et apostolorum, qui omnes pauca scripsere. Sed collector *Philocaliæ* cuncta hæc exempla de industria prætermisit, ut ipsemet fatetur pag. 69 editionis Græco-Latinæ. Proinde hic Origenis locus quem adducit Eusebius, inseri debet pag. 69 supradictæ editionis, ante illa verba ἐλιγγιᾷν μοι, etc.

Digitized by Google

Marci, qui prout Petrus ipsi exposuerat, in litteras retulit. Atque idcirco Petrus in Epistola Catholica eum filium suum agnoscit his verbis: « Salutat vos electa Dei Ecclesia quæ est Babylone, et Marcus filius meus. » Tertium Evangelium Lucæ, quod a Paulo commendatur, in gratiam gentilium conscriptum. Postremum vero Evangelium Joannis. Idem porro in libro quinto *Expositionum in Evangelium Joannis* de epistolis apostolorum ita scribit: « Is vero quem Deus idoneum reddidit qui Novi Testamenti minister esset non littera et verbis tenus, sed spiritu ipsius, Paulus scilicet, qui ab Hierosolymis et finitimis locis usque ad Illyricum, Evangelium adimplevit, non omnibus Ecclesiis quas docuerat scripsit. Sed et iis quibus scripsit, paucas admodum lineas exaravit. **227** Petrus autem, cui tanquam fundamento superstructa est Ecclesia Christi, adversus quam nec ipsæ inferorum portæ prævalituræ sunt, unam duntaxat omnium consensu receptam reliquit Epistolam. Concedamus vero et secundam ejus esse. De hac enim ambigitur. Jam vero quid dicendum est de eo qui in sinu Christi recubuit, Joanne? Qui quidem unum reliquit Evangelium, tametsi fateatur tot se libros scribere potuisse, quot nec orbis ipse terrarum posset continere. Scripsit præterea Revelationem, jussus silere, nec septem tonitruum voces perscribere. Scripsit etiam epistolam admodum brevem. Sed concedamus, si placet, et secundam et tertiam ab illo scriptas esse. Neque enim has genuinas illius esse omnes consentiunt. Ambæ tamen vix centum versus continent. Denique de Epistola ad Hebræos in homiliis quas in eamdem epistolam conscripsit, ita sentit: « Stylum epistolæ quæ inscribitur ad Hebræos, carere illa sermonis rusticitate quæ propria est Apostoli, quippe qui rudem atque imperitum sese confitetur in sermone, id est in forma ac ratione dicendi. Verum epistola illa et in verborum compositione

A ματος, ἀλλὰ πνεύματος. Παῦλος, ὁ πεπληρωκὼς τὸ Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ καὶ κύκλῳ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ, οὐδὲ πάσαις ἔγραψεν αἷς ἐδίδαξεν Ἐκκλησίαις· ἀλλὰ καὶ αἷς ἔγραψεν, ὀλίγους στίχους ἐπέστειλε. Πέτρος δὲ ἐφ' ᾧ οἰκοδομεῖται ἡ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι, μίαν ἐπιστολὴν ὁμολογουμένην καταλέλοιπεν. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν· ἀμφιβάλλεται γάρ. Τί δεῖ περὶ τοῦ ἀναπεσόντος λέγειν ἐπὶ τὸ στῆθος τοῦ Ἰησοῦ, Ἰωάννου, ὃς Εὐαγγέλιον ἓν καταλέλοιπεν, ὁμολογῶν δύνασθαι τοσαῦτα ποιήσειν ἃ οὐδὲ ὁ κόσμος χωρῆσαι ἐδύνατο; Ἔγραψε δὲ καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν, κελευσθεὶς σιωπῆσαι καὶ μὴ γράψαι τὰς τῶν ἑπτὰ βροντῶν φωνάς. Καταλέλοιπε δὲ καὶ ἐπιστολὴν πάνυ ὀλίγων στίχων. Ἔστω δὲ καὶ δευτέραν καὶ τρίτην· ἐπεὶ B οὐ πάντες φασὶ γνησίους εἶναι ταύτας· πλὴν οὐκ εἰσὶ στίχων ἀμφότεραι ἑκατόν. » Ἔτι πρὸς τούτοις περὶ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς ἐν ταῖς εἰς αὐτὴν Ὁμιλίαις ταῦτα διαλαμβάνει· « Ὅτι ὁ χαρακτὴρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, οὐκ ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ Ἀποστόλου, ὁμολογήσαντος ἑαυτὸν ἰδιώτην εἶναι τῷ λόγῳ, τουτέστι τῇ φράσει· ἀλλά ἐστιν ἡ ἐπιστολὴ συνθέσει τῆς λέξεως Ἑλληνικωτέρα, πᾶς ὁ ἐπιστάμενος κρίνειν φράσεων διαφοράς, ὁμολογήσαι ἄν. Πάλιν τε αὖ ὅτι τὰ νοήματα τῆς ἐπιστολῆς θαυμάσιά ἐστι, καὶ οὐ δεύτερα τῶν ἀποστολικῶν ὁμολογουμένων γραμμάτων, καὶ τοῦτο ἂν συμφήσει εἶναι ἀληθὲς, πᾶς ὁ προσέχων τῇ ἀναγνώσει τῇ ἀποστολικῇ. » C Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· « Ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἂν ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ Ἀποστόλου ἐστὶν, ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικά, καὶ ὡσπερεὶ σχολιογραφήσαντος (61) τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Εἴ τις οὖν Ἐκκλησία ἔχει ταύτην τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παύλου, αὕτη εὐδοκιμείτω καὶ ἐπὶ τούτῳ (62). Οὐ γὰρ εἰκῇ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παύλου αὐτὴν παραδεδώκασι. Τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεὸς οἶδεν. Ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθάσασα ἱστορία,

(61) Ἀπομνημονεύσαντος... καὶ ὡσπερεὶ σχολιογραφήσαντος. Jam supra monuimus, ἀπομνημονεύειν idem esse ac *reminisci* et *memoriter recitare*, quemadmodum solent discipuli, cum magistrorum dictata recitant. Σχολιογραφεῖν vero est brevibus D scholiis illustrare; quod fit cum obscuras voces aliis vocibus magis usitatis explicamus. Interpretes ac præcipue Christophorsonum nihil hic vidisse, ex eorum versione apparet. Nam primum ἀπομνημονεύσαντος Christophorsonus vertit, *in commentarios redigere*. Putavit scilicet ἀπομνημονεύματα idem esse ac *commentarios*, quem errorem jam antea refutavi. Vocem autem σχολιογραφήσαντος interpretatur, *dictata ex præceptoris ore scribere*, quo nihil dici potuit absurdius. Ait enim Origenes sententias Epistolæ ad Hebræos esse ipsius Apostoli; verba autem et compositionem totius orationis, esse alterius cujuspiam, qui verba Apostoli memoriæ mandaverit, eaque elegantius tanquam scholiastes exposuerit. Quod si σχολιογραφεῖν idem esset ac dictata ex præceptoris ore scribere, ipsa verba jam essent Apostoli, quod tamen negat Origenes. Sed nimirum ignoravit Christophorsonus quid essent scholia. Amelius philosophus, Plotini auditor, scripsit scholiorum libros centum, in quibus ea quæ a Plotino in familiari colloquio strictius erant tradita, ipse uberius exponebat, ut testatur Porphyrius in *Vita Plotini*. Quare de Amelio dici potest, eum ἀπομνημονεῦσαι καὶ σχολιογραφῆσαι τὰ Πλωτίνου. Eodem sensu Longinus in lib. *De fine adversus Plotinum*, de Annio et Medio philosophis loquens ita dicit: Οἱ δὲ μικρὰ κομιδῇ πράγματα τῆς τῶν παλαιῶν ἱστορίας ἀπομνημονεύσαντες, εἰς τοὺς αὐτοὺς τόπους ἐκείνοις ἐπεχείρησαν συντιθέναι βιβλία. Id est, *alii vero exigua quædam excerpta ex veterum libris commemorantes, de iisdem quibus illi argumentis ac locis scribere instituerunt*. Vide quæ supra annotavi ad caput 17, lib. IV.

(62) *Εὐδοκιμείτω ἐπὶ τούτῳ*. Pessime hæc Origenis verba verterunt Musculus et Christophorsonus. Quod ideo monendum duxi, non quo de illorum laude quidquam detraham, sed ut ostendam, non sine causa novam Eusebii versionem a nobis susceptam fuisse. Nec tamen omnes illorum lapsus notare instituimus; sed ubi locus difficilis et ambiguus occurret, tum illorum versionem non pigebit adducere.

Digitized by Google

ὑπό τινων μὲν λεγόντων, ὅτι Κλήμης ὁ γενόμενος ἐπίσκοπος Ῥωμαίων ἔγραψε τὴν ἐπιστολήν, ὑπό τινων δὲ, ὅτι Λουκᾶς ὁ γράψας τὸ Εὐαγγέλιον καὶ τὰς Πράξεις. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὧδε ἐχέτω. A majorem præfert Græci sermonis elegantiam, ut fatebitur quisquis de styli differentia perite judicare potest. Et præterea sententias continet admirabiles, nec scriptis apostolicis ullatenus inferiores. Atque id verissimum esse assentientur, quicunque apostolorum scripta attente perlegerint. » Paucis deinde interpositis hæc subjungit : « Ego vero, inquit, ita censeo : sententias quidem ipsas Apostoli esse, dictionem autem et compositionem verborum esse alterius cujusdam, qui dicta Apostoli commemorare, et quasi in commentarios redigere voluerit ea quæ a magistro audiverat. Proinde si quæ Ecclesia hanc epistolam pro Paulina habet, eo nomine laudetur. Neque enim temere majores eam Pauli esse tradiderunt. Quis autem revera illam scripserit, soli Deo notum esse opinor. Sed scriptores quorum monumenta ad nos usque pervenerunt, partim Clementi Romanæ urbis episcopo eam ascribunt, partim Lucæ qui Evangelium et Actus apostolorum litteris prodidit. » Verum de his hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Ὡς Ἡρακλᾶς τὴν Ἀλεξανδρέων ἐπισκοπὴν διεδέξατο (Nic. *H. E.* v, 18).

Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον (63) τῆς δηλουμένης ἡγεμονίας, καθ' ὃ τὴν ἀπ' Ἀλεξανδρείας μετανάστασιν ἐπὶ τὴν Καισάρειαν ὁ Ὠριγένης ποιησάμενος, Ἡρακλᾶ τὸ τῆς κατηχήσεως τῶν αὐτόθι διδασκαλεῖον καταλείπει (64). Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ Δημήτριος ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος τελευτᾷ, ἐφ' ὅλοις ἔτεσι τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα τῇ λειτουργίᾳ διαρκέσας· διαδέχεται δ' αὐτὸν ὁ Ἡρακλᾶς. Διέπρεπε δὲ ἐν τούτῳ Φιρμιλιανὸς Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν ἐπίσκοπος. B

CAPUT XXVI.

Quomodo Heraclas Alexandrinum susceperit episcopatum.

Decimus hic erat annus jam dicti imperatoris Alexandri, cum Origenes ab urbe Alexandria Cæsaream migraturus, scholam ad fideles ejus loci instituendos Heraclæ dereliquit. Nec multo post Demetrius Alexandrinorum episcopus fato functus est, cum per tres et quadraginta annos Ecclesiam administrasset. In hujus locum successit Heraclas. Florebat tunc temporis Firmilianus Cæsareæ apud Cappadocas episcopus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅπως αὐτὸν ἐώρων οἱ ἐπίσκοποι.

Τοσαύτην εἰσάγων περὶ τὸν Ὠριγένην σπουδήν, ὡς τοτὲ μὲν αὐτὸν ἀμφὶ τὰ κατ' αὐτὸν κλίματα εἰς τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ὠφέλειαν ἐκκαλεῖσθαι, τοτὲ δὲ ὡς αὐτὸν ἐπὶ τὴν Ἰουδαίαν στέλλεσθαι, καί τινας αὐτῷ συνδιατρίβειν χρόνους, τῆς εἰς τὰ θεῖα βελτιώσεως ἕνεκα. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς Ἱεροσολύμων προεστὼς Ἀλέξανδρος, Θεόκτιστός τε ὁ κατὰ Καισάρειαν, τὸν πάντα χρόνον (65), ὡς ἔπος εἰπεῖν, προσ- C

CAPUT XXVII.

Qualiter episcopi Originem suspiciebant.

Qui tam propenso erga Origenem animo fuit, ut modo illum in suam provinciam ad Ecclesiarum utilitatem evocaret, modo ad ipsum visendum in Judæam usque proficisceretur, et una cum ipso aliquandiu maneret, ut majorem rerum divinarum notitiam perciperet. Sed et Alexander Hierosolymorum, et Theoctistus Cæsareæ apud Palæstinam episcopus, ipsum perpetuo tanquam magistrum

(63) *Ἔτος δ' ἦν τοῦτο δέκατον.* In codd. Med. ac Maz., Fuk. et Savil., et apud Nicephorum legitur δωδέκατον. In *Chronico* Eusebii hæc Origenis migratio ab urbe Alexandrina ad Cæsariensem, in quibusdam codicibus refertur anno XII Alexandri, ut testis est Pontacus. Sed mira est Eusebii a seipso dissensio, qui in *Chronico* eam migrationem commemorat anno vel biennio post mortem Demetrii. Hic vero Origenem Alexandria migrasse scribit paulo antequam Demetrius ultimum diem obiisset. Quod quidem verius puto. Nam post Demetrii interitum, nihil jam causæ erat cur Origenes Alexandria discederet, cum præsertim Demetrio successisset Heraclas, unus ex discipulis Origenis. Accedit quod hic refert Eusebius, Origenem ex urbe Alexandria discedentem, munus suum et catechizandi officium Heraclæ tradidisse. Ex quo apparet, Origenem paulo ante prolatam a Demetrio adversus ipsum excommunicationis sententiam, Alexandria discessisse. Neque enim post illam sententiam magisterium suum in Alexandrina Ecclesia Origenes retinere potuit. Recte igitur Baronius Eusebii *Chronicon* emendat, et Origenis quidem migrationem ab urbe Alexandrina confert in annum X Alexandri, mortem vero Demetrii in annum sequentem. Sed in eo labitur, quod sententiam excommunicationis a Demetrio latam esse dicit anno antequam Alexandria migraret Origenes, quod refutavimus. Cum enim magisterium suum Origenes semper Alexandriæ retinuerit, apparet ipsum ante damnationem illinc discessisse. Perro cum Origenes se a Demetrio in synodo episcoporum damnatum esse comperisset, epistolam scripsit ad amicos suos qui erant Alexandriæ, qua in Demetrium et reliquos episcopos invehebatur. Ejus partem citat Hieronymus in lib. II *Adversus Rufinum*. Porro jam semel Origenes Cæsaream se receperat, Antonini Caracallæ temporibus : sed a Demetrio honorifice revocatus brevi Alexandriam redierat, ut supra relatum est. Postea vero cum in Achaiam proficisceretur, per Cæsaream Palæstinæ transiens, ibidem presbyter est ordinatus. D

(64) *Διδασκαλεῖον καταλείπει.* Antea Heraclas adjutor duntaxat Origenis fuerat in docendo, et quasi proscolus, ut refertur supra cap. 15. Post discessum autem Origenis, catechetes fuit. Hæc Baronius cum minime distinxisset, Eusebium hic falli putavit.

(65) *Τὸν πάντα χρόνον.* Codex Medicæus addit ὡς ἔπος εἰπεῖν. Quod confirmare videtur Rufinus. Eadem verba reperi etiam in codd. Maz., Fuk. et Sav. Cæterum in hujus loci distinctione variant nostri codices. Nam Regius quidem uno tenore scribit προσανέχοντες αὐτῷ οἷα διδασκάλῳ, et sic Nicephorus. Reliqui codices post vocem αὐτῷ moram adhibent.

Digitized by Google

auscultantes, soli interpretationem sacræ Scripturæ, ac reliquum omne ecclesiasticæ doctrinæ officium permiserunt.

CAPUT XXVIII.

De persecutione sub Maximino.

Interea cæso Alexandro imperatore, qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum succedit Maximinus. Qui, gravi odio succensus adversus familiam Alexandri in qua plerique erant Christiani, persecutione excitata solos Ecclesiarum antistites, utpote evangelicæ prædicationis auctores, interfici jussit. Quo tempore Origenes librum *De martyrio* composuit, quem Ambrosio et Protocteto Cæsariensis Ecclesiæ presbytero dedicavit, eo quod uterque in ea persecutione non mediocre discrimen subierat. Unde et maximam gloriam ob confessionem nominis Christi ambo retulisse perhibentur, cum Maximinus non plus quam **229** triennii spatium perdurasset. Hujus porro persecutionis tempus indicat Origenes tum in primo et vicesimo libro *Expositionum in Joannis Evangelium*, tum in diversis epistolis.

CAPUT XXIX.

De Fabiano, qualiter Romanorum episcopus divinitus designatus est.

Interim cum Gordianus in Maximini locum successisset, mortuo Pontiano qui sex annis episcopatum tenuerat, Ecclesiæ Romanæ administrationem suscepit Anteros. Hic intra unius mensis spatium sacerdotio perfunctus, Fabianum successorem reliquit. Hunc Fabianum post Anterotis mortem una cum aliis familiaribus suis Romam ex agro venisse dicunt, atque illic degentem, opitulante Dei gratia, præter omnium exspectationem ad pontificatus sortem pervenisse. Nam cum fratres omnes successoris ordinandi causa in ecclesia essent congregati, ac plerique jam illustres aliquot et nobiles viros eligendos esse conjicerent, de Fabiano quidem qui tum præsens aderat, nemo ne tantisper quidem cogitabat. Columbam tamen repente e sublimi delapsam capiti illius insedisse narrant, quæ Spiritus sancti qui olim sub columbæ specie in Servatorem descenderat, imaginem referre videbatur. Quo spectaculo permotus populus a divino Spiritu incitatus, summa cum alacritate uno consensu simul omnis exclamare cœpit dignum esse,

A ἀνέχοντες αὐτῷ, οἷα διδασκάλῳ μόνῳ τὰ τῆς τῶν θείων Γραφῶν ἑρμηνείας καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ λόγου (66) πράττειν συνεχώρουν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Μαξιμῖνον διωγμοῦ (Nic. *H. E.* v, 20).

Τόν γε μὴν Ῥωμαίων αὐτοκράτορα Ἀλέξανδρον τρισὶν ἔτεσιν ἐπὶ δέκα τὴν ἀρχὴν διανύσαντα, Μαξιμῖνος Καῖσαρ διαδέχεται· ὃς δὴ κατὰ κότον τὸν πρὸς τὸν Ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, διωγμὸν ἐγείρας, τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχοντας μόνους, ὡς αἰτίους τῆς κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον διδασκαλίας ἀναιρεῖσθαι προστάττει. Τότε καὶ Ὠριγένης τὸν *Περὶ μαρτυρίου* συντάττει, Ἀμβροσίῳ καὶ Πρωτοκτήτῳ πρεσβυτέρῳ τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας, ἀναθεὶς τὸ σύγγραμμα· ὅτι δὴ ἄμφω περίστασις οὐχ B ἡ τυχοῦσα ἐν τῷ διωγμῷ κατειλήφει. Ἐν ᾗ καὶ διαπρέψαι κατέχει λόγος ἐν ὁμολογίᾳ τοὺς ἄνδρας, οὐ πλείονος ἢ τριετοῦς χρόνου (67) τῷ Μαξιμίνῳ διαγενομένου. Σεσημείωται δὲ τουτονὶ τοῦ διωγμοῦ τὸν καιρὸν ἔν τε τῷ δευτέρῳ καὶ εἰκοστῷ τῶν *εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν*, καὶ ἐν διαφόροις ἐπιστολαῖς ὁ Ὠριγένης.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Περὶ Φαβιανοῦ, ὡς Ῥωμαίων ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ παραδόξως ἀνεδείχθη (Nic. *H. E.* v, 26).

Γορδιανοῦ δὲ (68) μετὰ Μαξιμῖνον τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν διαδεξαμένου, τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας Ποντιανὸν ἔτεσιν ἓξ ἐπισκοπεύσαντα, διαδέχεται Ἀντέρως, καὶ τοῦτον Φαβιανὸς ἐπὶ μῆνα τῇ λειτουργίᾳ διακονησάμενον. Ἐξ ἀγροῦ φασι τὸν Φα- C βιανὸν μετὰ τὴν Ἀντέρωτος τελευτὴν ἅμ' ἑτέροις (69) συνελθόντα, ἐπιχωριάζειν τῇ Ῥώμῃ, ἔνθα παραδοξότατα πρὸς τῆς θείας καὶ οὐρανίου χάριτος ἐπὶ τὸν κλῆρον παρεληλυθέναι. Τῶν γὰρ ἀδελφῶν ἁπάντων χειροτονίας ἕνεκεν τῆς τοῦ μέλλοντος διαδέξεσθαι τὴν ἐπισκοπὴν, ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας συγκεχροτημένων, πλείστων τε ἐπιφανῶν καὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν τοῖς πολλοῖς ἐν ὑπονοίᾳ (70) ὑπαρχόντων, ὁ Φαβιανὸς παρὼν οὐδενὸς μὲν ἀνθρώπων εἰς διάνοιαν ἦει· ὅμως δ' οὖν ἀθρόον ἐκ μετεώρου περιστερὰν καταπτᾶσαν ἐπικαθεσθῆναι τῇ αὐτοῦ κεφαλῇ μνημονεύουσι, μίμημα ἐνδεικνυμένην τῆς ἐπὶ τὸν Σωτῆρα τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν εἴδει περιστερᾶς καθόδου. Ἐφ' ᾧ τὸν πάντα λαὸν ὥσπερ ὑφ' ἑνὸς πνεύματος θείου κινηθέντα ὁμόσε, προθυμίᾳ πάσῃ καὶ μιᾷ ψυχῇ, ἄξιον ἐπιβοῆσαι (71), καὶ ἀμελλήτως ἐπὶ τὸν θρόνον τῆς ἐπισκο-

(66) *Ἐκκλησιαστικοῦ λόγου.* Id est officium docendi in Ecclesia, de quo supra adnotavi.

(67) *Οὐ πλείονος ἢ τριέτους χρόνου.* Hujus loci sensum Christophorsonus minime intellexit, qui Ambrosium et Protoctetum sub finem imperii Maximini ob nomen Christi vexatos fuisse censuit. Verum id non dicit Eusebius, sed hoc tantum sibi vult, toto Maximini imperii tempore persecutionem duravisse, sed dies illius breviatos fuisse, ut de Antichristo Scriptura loquitur. Porro persecutio illa sub Maximino imp. post diuturnam Ecclesiæ pacem repente oborta est ob frequentes et gravissimos terræ motus, quos more suo gentiles Christianis imputabant, ut testis est Firmilianus in epistola ad Cyprianum. Vide Baronium ad annum Christi 237.

(68) *Γορδιανοῦ δέ.* Ab his verbis caput 29 incipit in codd. Maz. et Fuk. et Reg.

(69) *Ἅμ' ἑτέροις.* Lego ἅμ' ἑταίροις, ut legisse videtur Rufinus. Mox ubi legitur, συνελθόντα ἐπιχωριάζειν, ita potest accipi quasi scriptum sit ἕνεκα τοῦ ἐπιχωριάζειν. Atque ita sensus non erit absolutus nisi post vocem παρεληλυθέναι.

(70) *Ἐν ὑπονοίᾳ.* Musculus eumque secutus Christophorsonus, hunc locum ita verterunt: *Et multi de compluribus illustribus et nobilibus viris eligendis cogitarent.*

(71) *Ἄξιον ἐπιβοῆσαι.* Fuit enim hæc solemnis acclamatio in electionibus episcoporum, cujus rei plurima passim occurrunt exempla, ut apud Philostorgium in libro IX, cap. 10. Et in *Actis* designationis Eradii quæ inter epistolas Augustini leguntur,

Digitized by Google

πῆς λαβόντας αὐτὸν ἐπιθεῖναι. Τότε δὴ καὶ τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν ἐπισκόπου Ζεβίνου τὸν βίον μεταλλάξαντος, Βαβύλας τὴν ἀρχὴν διαδέχεται, ἔν τε Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ Δημήτριον (72) [ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα], Ἡρακλᾶς τὴν λειτουργίαν παρείληφεν· τῆς δὲ τῶν αὐτόθι κατηχήσεως τὴν διατριβὴν διαδέχεται Διονύσιος, εἷς καὶ οὗτος τῶν Ὠριγένους γενόμενος φοιτητῶν.

A statimque comprehensum sacerdotali cathedræ imposuit. Per idem tempus mortuo Zebino Antiochenorum episcopo, subrogatus est Babylas. Alexandriæ vero cum post mortem Demetrii, qui annos tres et quadraginta sacerdotio perfunctus fuerat, Heraclas ministerium suscepisset Ecclesiæ, scholam ad cives in fide instituendos obtinuit Dionysius, qui et ipse unus e discipulis fuerat Origenis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Ὅσοι γεγόνασιν Ὠριγένους φοιτηταί (Nic. *H. E.* v, 20).

Τῷ δὲ Ὠριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι, πολλοὶ προσῆσαν οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς μυρίοι φοιτηταὶ τὰς πατρίδας ἀπολιπόντες· ὧν ἐπισήμους μάλιστα ἔγνωμεν, Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος Γρηγόριος, τόν τε αὐτοῦ ἀδελφὸν Ἀθηνόδωρον· οὓς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα (73) δεινῶς ἐπτοημένους, φιλοσοφίας αὐτοῖς ἐνθεὶς ἔρωτα, τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προὐτρέψατο. Πέντε δὲ ὅλοις ἔτεσιν αὐτῷ συγγενόμενοι, τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ὄντας ἀμφω ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι.

CAPUT XXX.

Qui fuerint Origenis discipuli.

Interim dum Origenes apud Cæsaream consueto docendi munere fungeretur, non solum regionis illius incolæ, sed etiam plurimi ex remotissimis B **230** provinciis discipuli relicta patria ad eum concurrebant. Quorum præcipuos fuisse cognovimus Theodorum, qui et Gregorius dictus est, episcoporum nostra ætate celeberrimus; et fratrem ejus Athenodorum. Quos Origenes Græcis Romanisque disciplinis nimium deditos cum vidisset, in eorum animos instillans philosophiæ amorem, abjectis prioribus studiis ad rerum divinarum meditationem traduxit. Igitur cum quinquennio integro in ejus auditorio versati fuissent, tantopere in divinis eloquiis profecerunt, ut ambo adhuc admodum juvenes, Ecclesiarum in Ponto episcopi fuerint constituti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ Ἀφρικανοῦ (Nic. *H. E.* v, 21).

Ἐν τούτῳ καὶ Ἀφρικανὸς, ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεὺς (74) ἐγνωρίζετο. Ἐπιστολὴ τούτου Ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀπορουῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας· πρὸς ἣν Ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα. Τοῦ δ' αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ καὶ ἄλλα τὸν ἀριθμὸν πέντε *Χρονογραφιῶν* ἦλθεν εἰς ἡμᾶς ἐπ' ἀκριβὲς πεπονημένα σπουδάσματα· ἐν οἷς φησιν ἑαυτὸν πορείαν στείλασθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν,

CAPUT XXXI.

De Africano temporum scriptore.

Claruit iisdem temporibus Africanus, qui libros *Κεστῶν* titulo inscriptos composuit. Hujus exstat epistola ad Origenem scripta, in qua historiam Susannæ quæ in Danielis libro legitur, spuriam et commentitiam esse suspicatur. Ad quam epistolam Origenes copiosissime respondit. Ejusdem Africani quinque *De chronographia* libri accuratissime compositi ad nos etiam pervenerunt, in quibus se Alexandriam profectum esse testatur, ob maximam

eædem acclamationes leguntur: *Dignus et justus est, dictum est vicies. Bene meritus, bene dignus, dictum est quinquies.*

(72) *Μετὰ Δημήτριον.* Post hæc verba codd. Med., Maz. et Fuk. hæc addunt: ἐπὶ τρισὶ καὶ τεσσαράκοντα ἔτεσι τὴν ἐπισκοπὴν ἐκτελέσαντα, quæ D nec Regius codex nec Rufinus agnoscunt.

(73) *Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα.* Romanorum disciplinas Eusebius appellat jus civile, quod Gregorius in urbe Beryto discebat, tunc cum ab Origene ad altiora studia est excitatus, ut ipsemet scribit in *oratione ad Origenem.* Idem testatur Origenes in epistola ad Gregorium, cap. 13 *Philocaliæ.*

(74) *Ὁ τῶν ἐπιγεγραμμένων Κεστῶν συγγραφεύς.* Hæc verba delenda esse existimo. Primum, quia nec in versione Rufini, nec apud Hieronymum habentur. Deinde cum de scriptore ecclesiastico hic agatur, ridiculum foret ante omnia mentionem facere librorum, qui nihil præter medicinas ex herbis et metallicis, ac magicis figuris atque incantationibus continebant. Nam ejusmodi erant *Κεστῶν* libri, ut testis est et Suidas et Georgius Syncellus a Veneris cesto ita dicti, eo quod amatoria præcipue complecterentur. Postremo Africanus is qui *Κεστούς* composuit, alius omnino esse videtur ab Africano Chronographo, de quo hic loquitur Eusebius. Nam ille quidem *Cestorum* scriptor oriundus fuit ex Libya, ut testatur Suidas, et *Σέκτος* vocabatur teste eodem Suida. Scaliger tamen in animadversionibus Eusebianis Sextum Africanum eum appellat. Sed forte apud Suidam *Κέστος* emendandum est pro *Σέκτος*, ut Africanus ille *Cestus* cognominatus sit, perinde ac Clemens Stromateus. Africanus vero Chronographus oriundus fuit ex Palæstina, oppido Emmaunte, ut docet Eusebius in *Chronico*, qui et Julium Africanum eum appellat. Præterea Christianus fuit, cum alter *Cestorum* scriptor gentilis fuerit, ut ex argumento ejus librorum satis apparet. Fuit etiam alter Julius Africanus, qui librum *De bellico apparatu* conscripsit. Qui quidem liber in manuscripto codice bibliothecæ Regiæ *Κεστοὶ* inscribitur, atque ita citatur a Politiano in *Miscellaneis.* Sane Græci in præfigendis librorum titulis ambitiosi fuerunt. *Κεστούς* itaque videntur vocasse libros, qui multiplici variarum rerum cognitione referti essent, instar *cesti*, qui apud Græcos *balteum variegatum* significat. Ab eadem causa dicti sunt Clementis *Στρωματεῖς*.

Digitized by Google

omnium famam atque existimationem de Heracla, quem in philosophia aliisque Græcorum disciplinis excellentem, ad episcopatum Alexandrinæ Ecclesiæ provectum fuisse supra docuimus. Altera quoque ejusdem Africani exstat epistola ad Aristidem, de dissensione quæ videtur esse inter Matthæum et Lucam in stirpe Christi referenda. In qua evangelistarum consensum apertissime demonstrat ex narratione quadam quam a majoribus acceperat: quam et nos jam antea in primo hujus operis libro, suo loco inseruimus.

A διὰ πολλὴν τοῦ Ἡρακλᾶ φήμην· ὃν ἐπὶ λόγοις φιλοσόφοις καὶ τοῖς ἄλλοις Ἑλλήνων μαθήμασιν εὖ μάλα διαπρέψαντα, τὴν ἐπισκοπὴν τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας ἐγχειρισθῆναι ἐδηλώσαμεν. Καὶ ἑτέρα δὲ τοῦ αὐτοῦ Ἀφρικανοῦ φέρεται ἐπιστολὴ πρὸς Ἀριστείδην, περὶ τῆς νομιζομένης διαφωνίας τῶν παρὰ Ματθαίῳ τε καὶ Λουκᾷ τοῦ Χριστοῦ γενεαλογιῶν· ἐν ᾗ σαφέστατα τὴν συμφωνίαν τῶν εὐαγγελιστῶν παρίστησιν, ἐξ ἱστορίας εἰς αὐτὸν κατελθούσης, ἣν κατὰ καιρὸν ἐν τῷ πρώτῳ τῆς μετὰ χεῖρας ὑποθέσεως προλαβὼν ἐξεθέμην.

CAPUT XXXII.

Quot et quos Origenes Cæsareæ in Palæstina Commentarios scripsit.

Per hæc tempora Origenes in Isaiam simul et B Ezechielem *Commentarios* composuit. Ex quibus in tertiam quidem partem Isaiæ, usque ad visionem illam quadrupedum in solitudine, triginta ad nos volumina pervenerunt: in Ezechielem vero quinque et viginti, præter quæ **231** in universum hunc prophetam nihil scripsit. Interea cum Athenis moraretur, commentarios quidem *in Ezechielem* absolvit: inchoavit autem expositionem *in Canticum canticorum*, quam ad quintum usque librum ibidem agens produxit. Deinde Cæsaream reversus, opus illud decem omnino libris comprehensum ad exitum perduxit. Verum quid attinet hoc loco omnium hujus viri librorum accuratum indicem texere? cum id proprium opus desideret, jamque a nobis præstitum sit in libro quem *De Pamphili*, qui C nostra ætate presbyter idem ac martyr fuit, *vita* conscripsimus. Ubi cum probare vellemus quantum Pamphili studium erga divinas litteras fuisset, indices librorum tum Origenis, tum aliorum Ecclesiæ scriptorum quos ille undecunque collegerat, exhibuimus. Ex quibus quicunque voluerit, certissime poterit cognoscere quænam ex Origenis operibus ad nos usque pervenerint. Nunc vero ad historiæ seriem redeamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Τίνα Ὠριγένης ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης ἐξηγήσατο (Nic. *H. E.* v, 19).

Καὶ Ὠριγένει δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ εἰς τὸν Ἡσαΐαν, ἐν ταὐτῷ δὲ καὶ τὰ εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ συνετάττετο· ὧν εἰς μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ Ἡσαΐου μέχρι τῆς ὁράσεως τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τριάκοντα εἰς ἡμᾶς περιῆλθον τόμοι. Εἰς δὲ τὸν Ἰεζεκιὴλ πέντε καὶ εἴκοσιν, οὓς καὶ μόνους εἰς τὸν πάντα πεποίηται προφήτην. Γενόμενος δὲ τηνικάδε ἐν Ἀθήναις, περαίνει μὲν τὰ *εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ*, τῶν δὲ *εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων* ἄρχεται, καὶ πρόεισί γε αὐτόθι μέχρι πέμπτου συγγράμματος. Ἐπανελθὼν δὲ ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, καὶ ταῦτα εἰς πέρας δέκα ὄντα τὸν ἀριθμὸν ἄγει. Τί δεῖ τῶν λόγων τἀνδρὸς ἐπὶ τοῦ παρόντος τὸν ἀκριβῆ κατάλογον ποιεῖσθαι, ἰδίας δεόμενον σχολῆς; Ὃν καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ *τῆς τοῦ Παμφίλου βίου* (75) τοῦ καθ' ἡμᾶς ἱεροῦ μάρτυρος (76) *ἀναγραφῇς*, ἐν ᾗ τὴν περὶ τὰ θεῖα σπουδὴν τοῦ Παμφίλου ὁπόση τις γεγόνει, παριστῶντες, τῆς συναχθείσης αὐτῷ τῶν τε Ὠριγένους καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων βιβλιοθήκης τοὺς πίνακας παρεθέμην. Ἐξ ὧν ὅτῳ φίλον πάρεστιν ἐντελέστατα (77) τῶν Ὠριγένους πόνων τὰ εἰς ἡμᾶς ἐλθόντα διαγνῶναι. Νυνὶ δὲ πορευτέον ἐπὶ τὴν τῆς ἱστορίας ἀκολουθίαν.

(75) *Ὃν καὶ ἀνεγράψαμεν ἐπὶ τῆς τοῦ Παμφίλου βίου.* Tres libros *De vita Pamphili martyris* scripsit Eusebius, et quidem elegantissimos, ut testatur Hieronymus in *Apologetico* I *adversus Rufinum*, ubi etiam fragmentum ex tertio ejus operis libro adducit. Eorumdem librorum meminit in epistola ad Marcellam. Porro in tertio libro *De vita Pamphili martyris*, indicem Origenis librorum retulerat Eusebius. Hieronymus in *Apologetico* II *adversus Rufinum*: *Numera*, inquit, *librorum ejus indices, qui in tertio volumine Eusebii, in quo scribit* Vitam Pamphili, *continentur: et non dico sex millia, sed tertiam partem non reperies.*

(76) *Ἱεροῦ μάρτυρος.* Recte, meo quidem judicio, codd. Medicæus et Fuk. scribunt una voce ἱερομάρτυρος. Sic autem Græci vocant eos qui sacerdotes simul et martyres fuerunt, ut patet ex Græcorum *Menologiis*. Cum ergo Pamphilus presbyter idem et martyr fuerit, merito ἱερομάρτυς appellatur. Sic etiam in sequenti capite scriptum habent codd. Med. et Fuk. Græci quatuor habent martyrum genera, ut D ex eorum *Menologiis* colligitur. Quosdam enim μεγαλομάρτυρας vocant, id est, *magnos martyres*, qualis est Demetrius, Georgius ac Theodorus. Alios vocant ὁσιομάρτυρας, verbi gratia Niconem et alios. Alii vocantur ἱερομάρτυρες, martyres scilicet qui episcopali apice decorati sunt. Interdum tamen presbyteros sic appellant. Certe in *Typico* sancti Sabæ, die 22 Martii adnotatur festum τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Βασιλείου πρεσβυτέρου. Reliqui simpliciter *martyres* dicuntur a Græcis. Est etiam apud eos titulus πρωτομάρτυρος, qui communis est Stephano ac Theclæ. Nam ut inter viros primus Stephanus, sic prima inter feminas Thecla martyrio coronata est. Cæterum quanto sint elegantiores Latinis Græci, vel ex hoc apparet, quod apud Græcos singuli sancti sua habent epitheta, quibus quasi titulis ornantur ac distinguuntur.

(77) *Ἐντελέστατα.* Adverbialiter positum est more Græcorum, quod tamen nec Musculus nec Christophorsonus animadverterunt.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΓ'.

Περὶ τῆς Βηρύλλου παρατροπῆς (Nic. *H. E.* v. 22).

Βήρυλλος ὁ μικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένος Βοστρῶν τῆς Ἀραβίας ἐπίσκοπος, τὸν ἐκκλησιαστικὸν παρεκτρέπων κανόνα, ξένα τινὰ τῆς πίστεως παρεισφέρειν ἐπειρᾶτο, τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν λέγειν τολμῶν μὴ προϋφεστάναι κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφὴν (78), πρὸ τῆς εἰς ἀνθρώπους ἐπιδημίας, μηδὲ μὴν θεότητα ἰδίαν ἔχειν, ἀλλ' ἐμπολιτευομένην αὐτῷ μόνην τὴν πατρικήν. Ἐπὶ τούτῳ πλείστων ἐπισκόπων ζητήσεις καὶ διαλόγους πρὸς τὸν ἄνδρα πεποιημένων, μεθ' ἑτέρων παρακληθεὶς Ὠριγένης, κάτεισι μὲν εἰς ὁμιλίαν ταπρῶτα τῷ ἀνδρὶ, τίνα νοῦν ἔχοι, ἀποπειρώμενος, ὡς δ' ἔγνω ὅ τι καὶ λέγει (79), εὐθύνας μὴ ὀρθοδοξοῦντα, λογισμῷ τε πείσας καὶ ἀποδείξει ἀναλαβὼν αὐτὸν (80), τῇ περὶ τοῦ δόγματος ἐφίστησιν ἀληθείᾳ, ἐπί τε τὴν προτέραν ὑγιῆ δόξαν ἀποκαθίστησι. Καὶ φέρεταί γε εἰσέτι νῦν ἔγγραφα τοῦ τε Βηρύλλου καὶ τῆς δι' αὐτὸν γενομένης συνόδου, ὁμοῦ τὰς Ὠριγένους πρὸς αὐτὸν ζητήσεις, καὶ τὰς λεχθείσας ἐπὶ τῆς αὐτοῦ παροικίας διαλέξεις, ἕκαστά τε τῶν τότε πεπραγμένων περιέχοντα. Καὶ ἄλλα μὲν οὖν μυρία Ὠριγένους πέρι μνήμῃ (81) παραδιδόασι τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ πρεσβύτεροι· ἃ καὶ παρήσειν μοι δοκῶ, οὐ τῆς ἐνεστώσης ἐχόμενα πραγματείας. Ὅσα δὲ ἀναγκαῖα τῶν περὶ αὐτὸν διαγνῶναι ἦν, ταῦτα καὶ ἐκ τῆς ὑπὲρ αὐτοῦ πεπονημένης ἡμῖν τε καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς ἱερῷ μάρτυρι Παμφίλῳ Ἀπολογίας (82), πάρεστιν ἀναλέξασθαι· ἦν τῶν φιλαι-

CAPUT XXXIII.

De errore Berylli.

Tunc temporis Beryllus, de quo superius dictum est, Bostrorum in Arabia episcopus, ecclesiasticam pervertens regulam, nova quædam et aliena a fide catholica inducere conatus est; ausus asserere Dominum ac Servatorem nostrum, antequam inter homines versaretur, non substitisse in propriæ personæ differentia: nec propriam sed paternam duntaxat divinitatem in se residentem habere. Cumque ea de re plurimi episcopi quæstiones ac disputationes adversus illum habuissent, rogatus una cum reliquis Origenes, primum quidem cum illo familiariter collocutus est, ut quænam esset hominis sententia exploraret. Postquam vero liquido cognovit quid diceret, errorem ejus coarguit: allatisque rationibus ac demonstrationibus convictum hominem quasi manu apprehendens, ad veritatis viam perduxit, et ad pristinam sanamque sententiam revocavit. Exstant hodieque tum Berylli, tum synodi ipsius causa congregatæ edita monumenta; in quibus et quæstiones adversus illum propositæ ab Origene, et disputationes in Ecclesia ejus habitæ, et singula quæ tunc gesta sunt continentur. Sed et alia de Origene quamplurima **232** memoriæ tradita sunt a senioribus nostræ ætatis presbyteris: quæ quoniam ad præsentis operis institutum nihil faciunt, omittenda esse duxi. Quæcunque vero necesse est de illo cognoscere, ea

(78) *Κατ' ἰδίαν οὐσίας περιγραφήν.* Musculus vertit, *secundum propriæ ac separatæ substantiæ circumscriptionem non exstitisse;* male, ut apparet. Itaque Christophorsonus vocem illam *separatæ* expunxit; cætera autem retinuit. Οὐσίας περιγραφὴ nihil est aliud quam substantiæ differentia. Unde Gregorius Nyssenus in libro *De differentia essentiæ et subsistentiæ*, subsistentiam ita definit: Ἡ τὸ κοινόν τε καὶ ἀπερίγραπτον ἐν τῷ τινι πράγματι, διὰ τῶν ἐπιφαινομένων ἰδιωμάτων ὑφεστῶσα καὶ περιγράφουσα. Et paulo ante dixerat: Τὰ δὲ τῶν καθ' ἕκαστον ἰδιωμάτων ἐστὶ σημαντικά· δι' ὧν οὐχ ἡ κοινότης τῆς φύσεως ἐνθεωρεῖται τῷ ῥήματι, ἀλλὰ πράγματός τινος περιγραφή, etc. Et initio libri *De Arianis* ita scribit: Διὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, καὶ τὴν κατὰ τὰς οὐσίας περιγραφὴν εἰσαγόντων. Eadem verba leguntur in epistola 43 Basilii ad Gregorium Nyssenum. Quam quidem epistolam Gregorius Nyssenus in eo quem dixi libro totam fere transcripsit. Porro videtur Beryllus οὐσίαν accepisse pro *persona*, more sæculi sui, quo οὐσία et ὑπόστασις inter se confundebantur. Errabat igitur Beryllus, qui Christum ante incarnationem, nullam propriæ personæ differentiam habuisse dicebat. Sed quod idem aiebat, Dominum nostrum non habere propriam deitatem, sed tantum paternam in ipso inhabitantem, in eo quidem recte sentiebat. Neque enim propria est divinitas Patris, propria Filii, sed una eademque est trium personarum divinitas. Alioqui tres essent dii, non unus Deus. Ita si sensit, excusari potest Beryllus. Quod si existimavit Filium non esse proprie Deum, sed tantum appellative ac participative, in eo hallucinatus est. Certe cum ante incarnationem Filium personaliter non substitisse dixerit, sequitur ut divinitatem ei quoque abrogaverit.

(79) *Ὅ τι καὶ λέγει.* Musculus et Christophorsonus adverbium esse existimarunt, cum tamen legendum sit disjunctim ὅ τι, quemadmodum in codice Regio diserte scriptum inveni. In Maz. et Med. scriptum est λέγοι, perinde ac in Savilii libro.

(80) *Ἀναλαβὼν αὐτόν.* Hujus verbi vim optime exposuit Nicephorus in lib. v, cap. 22, cujus verba scholii vicem præstabunt: ῥῆμα τε καὶ ἥπιως προσαναχτώμενος. At Musculus et Christophorsonus verbum ἀναλαβὼν conjungunt cum voce ἀποδείξει.

(81) Vulg. *περὶ μνήμῃ.* Dudum conjeceram scribendum esse Ὠριγένους πέρι μνήμῃ παραδιδόασι. Tandem vero in Medicæo ac Maz., Fuk. et Savil. codicibus ita distincte scriptum inveni.

(82) *Ἐκ τῆς Ἀπολογίας.* Scripserat Eusebius sex libros *Ἀπολογίας ὑπὲρ Ὠριγένους*, ut scribit Hieronymus tam in *Catalogo*, tum in *Apologetico* i *adversus Rufinum*. Horum primum librum interpretatus est Rufinus, et sub nomine Pamphili martyris edidit. Quo quidem nomine gravissime reprehenditur ab Hieronymo, quod librum Eusebii, quem Hieronymus semper hæreticum nominat, præfixo Pamphili martyris titulo evulgasset. Sed respondere potuit Rufinus id quod hic ab Eusebio dicitur, *Apologiam* illam pro Origene ab utroque simul elaboratam fuisse, tam a Pamphilo martyre, quam ab Eusebio. Quod testatur etiam Photius in *Bibliotheca*, cap. 120, ubi ait Pamphilum, cum esset in carcere, quinque libros pro Origene una cum Eusebio scripsisse ad confessores qui in metallis erant: sextum vero post mortem Pamphili ab Eusebio adjectum esse. Cæterum ex hoc Eusebii libro quem pro defensione Origenis conscripsit, colligere est jam tum exstitisse multos, qui Origenem reprehenderent ob dogmatum novitatem. Inter quos præcipuus fuit Methodius, qui et librum *De resurrectione* scripsit

Digitized by Google

peti possunt ex *Apologetico* qui a nobis et a sacrosancto nostri temporis martyre Pamphilo pro illius defensione conscriptus est : quem quidem nos propter malevoles quosdam accusatores, communi studio atque opere junctim elaboravimus.

τίων ἕνεκα συμπονήσαντες ἀλλήλοις, διὰ σπουδῆς πεποιήμεθα.

CAPUT XXXIV.

De Philippo Cæsare.

Interea cum Gordianus sex totis annis Romanum Imperium administrasset, Philippus una cum Philippo filio in ejus locum successit. Hunc, utpote Christianum, fama est in postrema Paschæ vigilia precationum in ecclesia participem simul cum reliquo populo fieri voluisse : sed episcopum qui tunc Ecclesiæ præerat, non prius illi aditum permisisse quam confessionem scelerum fecisset, iisque qui humanitus lapsi fuerant, et in pœnitentium ordine stabant, sese adjunxisset. Quippe ob multa quæ commiserat crimina, nunquam omnino ab episcopo fuisset admissus, nisi id prius fecisset. Et imperator quidem libenter obtemperasse dicitur, sincerumque ac religiosum affectum timoris Dei, operibus ipsis declarasse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Τὰ κατὰ Φίλιππον Καίσαρα (Nic. *H. E.* v, 25).

Ἔτεσι δὲ ὅλοις ἓξ Γορδιανοῦ τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἀνύσαντος, Φίλιππος ἅμα παιδὶ Φιλίππῳ τὴν ἀρχὴν διαδέχεται. Τοῦτον κατέχει λόγος Χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ Πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς Ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι (83-84), οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις (85) μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν ἑαυτὸν καταλέξαι· ἄλλως γὰρ μὴ ἂν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ οὐχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. Καὶ πειθαρχῆσαί γε (86) προθύμως λέγεται, τὸ γνήσιον καὶ εὐλαβὲς τῆς περὶ τὸν θεῖον φόβον διαθέσεως ἔργοις ἐπιδεδειγμένον.

CAPUT XXXV.

Quomodo Dionysius Heraclæ in episcopatu successit.

Anno autem hujus imperii tertio cum Heraclas post sexdecim episcopatus annos diem extremum obiisset, pontificatum Alexandrinæ Ecclesiæ suscepit Dionysius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Ὡς Διονύσιος Ἡρακλᾶ τὴν ἐπισκοπὴν διεδέξατο (Nic. *H. E.* v, 26).

Τρίτον δὲ τούτῳ ἔτος ἦν, καθ' ὃ μεταλλάξαντος Ἡρακλᾶ τὸν βίον ἐπὶ ἐκκαίδεκα ἔτεσι τῆς προστασίας, τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησιῶν τὴν ἐπισκοπὴν Διονύσιος ὑπολαμβάνει.

CAPUT XXXVI.

Quot præterea libri ab Origene lucubrati sint.

Quo tempore cum fides nostra, ut par erat, augeretur in dies, et doctrina Christianorum summa ubique libertate frueretur, Origenes, jam sexagenario major, utpote qui ex diuturna exercitatione maximum dicendi usum sibi comparasset, conciones quas habebat ad populum, a notariis excipi permisit, cum id antea fieri nunquam concessisset. **233** Sub idem tempus octo libros composuit adversus librum quemdam Celsi Epicurei contra

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Ὅσα ἄλλα ἐσπούδασται τῷ Ὠριγένει (Nic. *H. E.* v, 19).

Τότε δῆτα, οἷα καὶ εἰκὸς ἦν, πληθυούσης τῆς πίστεως, πεπαῤῥησιασμένου τε τοῦ καθ' ἡμᾶς παρὰ πᾶσι λόγου, ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντά φασιν ἔτη τὸν Ὠριγένην γενόμενον, ἅτε μεγίστην ἤδη συλλεξάμενον ἐκ τῆς μακρᾶς παρασκευῆς ἕξιν, τὰς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ λεγομένας αὐτῷ διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι (87), οὐ πρότερόν ποτε τοῦτο γενέσθαι συγκεχωρηκότα. Ἐν τούτῳ καὶ τὰ πρὸς τὸν ἐπιγεγραμμένον καθ' ἡμῶν Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου (88)

adversus Origenem, teste Hieronymo et Epiphanio. Atque hæc causa mihi videtur fuisse cur Eusebius in his *Historiæ ecclesiasticæ* libris nullam Methodii mentionem fecerit. Nam cum omnes ecclesiasticos scriptores in hoc opere accurate commemoraverit, Methodium tamen de industria prætermisit, eo quod Origenem quem ipse præcipue mirabatur, impugnavisset. Hinc etiam est quod contra Porphyrii libros post eumdem Methodium scripsit, quasi æmulatione quadam et odio adversus Methodium incitatus. Certe Eusebius in libro VI *Apologiæ* suæ *pro Origene*, respondebat objectionibus Methodii : *Quomodo*, inquit, *ausus est Methodius nunc contra Origenem scribere, qui hæc et hæc de Origenis locutus est dogmatibus ?* Citantur hæc verba ab Hieronymo in lib. I adversus Rufinum.

(83,84) *Μετασχεῖν ἐθελῆσαι.* In codd. Fuk. et Sav. legitur συμμετασχεῖν, quod est elegantius.

(85) *Τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις.* Musculus vertit : *Qui propter peccata inquirebantur*, et sic fere interpres Nicephori; male, ut sentio. Nam ἐξετάζεσθαι nihil aliud est hic quam censeri, versari, in peccatorum ordine collocari. Sic τάξεις τῶν παραπτωμάτων dicit Dionysius in cap. 46 hujus libri.

(86) *Καὶ πειθαρχῆσαί γε.* Historiam hanc de Philippo imperatore, quem Babylas episcopus ab Ecclesiæ aditu repulit, refert auctor *Chronici Alexandrini* ex narratione Leontii episcopi Antiocheni, qui sub Constantio imp. vixit. Eadem fere narrat Chrysostomus in oratione *de sancto Babyla, contra gentiles*, nisi quod imperatorem ipsum non nominat.

(87) *Διαλέξεις ταχυγράφοις μεταλαβεῖν ἐπιτρέψαι.* Idem testatur Pamphilus martyr in lib. I *Apologiæ pro Origene*, his verbis : *Quodque puræ religionis observaverit disciplinam, et præ cæteris verbo Dei et doctrinæ operam dederit, dubium non est ex his quæ ad nos laboris et studii ejus certissima designantur indicia : præcipue vero per eos tractatus quos pæne quotidie in Ecclesia habebat ex tempore ; quos et describentes Notarii ad monimentum posteritatis tradebant.*

(88) *Κέλσου τοῦ Ἐπικουρείου.* Duo fuere Celsi Epicureæ sectæ philosophi, quorum alter Neronis ætate vixit, alter circa Antonini tempora, ut scribit Origenes in libro I *contra Celsum*. Adversus hunc posteriorem Celsum scripsit Origenes octo elegan-

Digitized by Google

Ἀληθῆ λόγον, ὀκτὼ τὸν ἀριθμὸν συγγράμματα συν- A Christianos, qui *De vera doctrina* inscribitur. Quinque præterea ac viginti volumina *in Evangelium Matthæi* elaboravit, et *in duodecim prophetas* expositiones, quarum quinque duntaxat et viginti libros reperimus. Exstat etiam ejus epistola ad imperatorem ipsum Philippum, et altera ad conjugem illius Severam: diversæ præterea ad diversos scriptæ. Ex quibus quotcunque sparsim apud varios asservatas reperire potuimus, seorsum in proprios libros, ne iterum dissiparentur, digessimus. Sunt autem illæ numero supra centum. Sed et ad Fabianum Romanæ urbis episcopum, et ad complures alios Ecclesiarum antistites de recta fidei suæ ratione epistolas scripsit. Harum autem rerum certissima documenta habes in sexto libro *Apologetici* B illius quem nos pro ejus defensione conscripsimus.

τάττει, καὶ τοὺς εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον εἴκοσι πέντε τόμους, τούς τε εἰς τοὺς δώδεκα προφήτας, ἀφ' ὧν μόνους εὕρομεν πέντε καὶ εἴκοσι. Φέρεται δὲ αὐτοῦ καὶ πρὸς αὐτὸν βασιλέα Φίλιππον ἐπιστολή· καὶ ἄλλη πρὸς τὴν τούτου γαμετὴν Σεβῆραν, διάφοροί τε ἄλλαι πρὸς διαφόρους, ὧν ὁπόσας σποράδην παρὰ διαφόροις σωθείσας συναγαγεῖν δεδυνήμεθα, ἐν ἰδίαις τόμων περιγραφαῖς, ὡς ἂν μηκέτι διαρρίπτοιντο, κατελέξαμεν, τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν ὑπερβαινούσας. Γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ (89) τῷ κατὰ Ῥώμην ἐπισκόπῳ, ἑτέροις τε πλείστοις ἄρχουσιν ἐκκλησιῶν, περὶ τῆς κατ' αὐτὸν ὀρθοδοξίας. Ἔχεις καὶ τούτων τὰς ἀποδείξεις, ἐν ἕκτῳ τῆς γραφείσης ἡμῖν περὶ τοῦ ἀνδρὸς Ἀπολογίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Περὶ τῆς τῶν Ἀράβων διαστάσεως (Nic. *H. E.* v, 23).

Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἐπὶ τῆς Ἀραβίας κατὰ τὸν δηλούμενον ἐπιφύονται χρόνον, δόγματος ἀλλοτρίου τῆς ἀληθείας εἰσηγηταί, οἳ ἔλεγον τὴν ἀνθρωπείαν ψυχὴν τέως μὲν κατὰ τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν ἅμα τῷ τελευτῇ συναποθνήσκειν τοῖς σώμασι καὶ συνδιαφθείρεσθαι, αὖθις δέ ποτε κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν σὺν αὐτοῖς ἀναβιώσεσθαι. Καὶ δὴ καὶ τότε συγκροτηθείσης οὐ σμικρᾶς συνόδου, πάλιν Ὠριγένης (90) παρακληθεὶς καὶ ἐνταῦθα, κινήσας τε λόγους (91) ἐπὶ τοῦ κοινοῦ περὶ τοῦ ζητουμένου, οὕτως ἠνέχθη, ὡς μετατεθῆναι τὰς τῶν πρότερον ἐσφαλμένων διανοίας.

CAPUT XXXVII.

De Arabum discordia.

Eodem tempore alii rursus in Arabia, dogmatis cujusdam a veritate prorsus alieni auctores exstiterunt. Asserebant enim hominum animas in præsenti quidem sæculo una cum corporibus interire atque corrumpi: rursus vero resurrectionis tempore simul cum iisdem corporibus ad vitam esse redituras. Convocato igitur hanc ob causam non exiguo concilio, iterum rogatus etiam illic Origenes, cum disputationem de quæstione illa coram omni multitudine instituisset, tanto robore decertavit, ut qui prius in errorem lapsi fuerant, sententiam C mutarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Περὶ τῆς Ἐλκεσαϊτῶν αἱρέσεως (Nic. *H. E.* v, 24).

Τότε δὲ καὶ ἄλλη διαστροφὴ κατάρχεται ἡ τῶν Ἐλκεσαϊτῶν λεγομένη αἵρεσις· ἣ καὶ ἅμα τῷ ἄρξασθαι ἀπέσβη. Μνημονεύει δ' αὐτῆς ὁμιλῶν ἐπὶ τοῦ κοινοῦ εἰς τὸν ὀγδοηκοστὸν δεύτερον ψαλμὸν (92) ὁ Ὠρι-

CAPUT XXXVIII.

De hæresi Helcesaitarum.

Alius quoque tunc temporis error exortus est, Helcesaitarum scilicet hæresis: quæ quidem simul nata, simul exstincta est. Hujus mentionem facit Origenes in homilia ad populum qua psalmum

tissimos libros qui etiamnum supersunt. Hic est Celsus, cui Lucianus librum suum qui *Alexander* seu *Falsus vates* inscribitur, nuncupavit, cum ab eo rogatus esset ut vitam impostoris illius litteris traderet. In fine autem illius libri, Lucianus eum alloquens, Epicureum fuisse aperte significat his verbis: Καὶ σοὶ μὲν μάλιστα χαριζόμενος, ἀνδρὶ ἑταίρῳ καὶ φίλῳ, καὶ ὃν ἐγὼ μάλιστα θαυμάσας ἔχω, ἐπί τε σοφίᾳ, καὶ τῷ πρὸς ἀλήθειαν ἔρωτι, καὶ τρόπου πραότητι, καὶ ἐπιεικείᾳ καὶ γαλήνῃ βίου, καὶ δεξιότητι πρὸς τοὺς συνόντας· τὸ πλέον δὲ, ὅπερ καὶ σοὶ ἥδιον, Ἐπικούρῳ τιμωρῶν, etc. Quibus etiam verbis indicare videtur Lucianus librum Celsi qui Ἀληθὴς λόγος dicebatur.

(89) *Γράφει δὲ καὶ Φαβιανῷ.* Hieronymus in epistola 65: *Ipse Origenes in epistola quam scribit ad Fabianum, Rom. urbis episcopum, pœnitentiam agit cur talia scripserit; et causam temeritatis in Ambrosium confert, quod secreto edita in publicum protulerit.*

(90) *Πάλιν Ὠριγένης.* Jam enim antea Origenes rogatus ab episcopis in Arabiam venerat, et adversus Beryllum in ecclesia disputaverat, eumque ab hæretico errore revocaverat.

(91) *Κινήσας τε λόγους.* Magis placet altera lectio quam in Fuk. et Savil. codd. reperi, κινήσασθαι λόγους. Quam scripturam confirmat Rufinus. *Iterum*, inquit, *Origenes rogatur ab omnibus interesse et facere sermonem.*

(92) *Ὁμιλῶν εἰς τὸν πϐ' ψαλμόν.* Triplex fuit opus Origenis in sacram Scripturam: commentarii scilicet, scholia et homiliæ. Et commentarii quidem in doctiorum gratiam conscripti sunt; scholia vero etiam doctorum gratia ab Origene sunt elaborata: sed in eos libros qui perpetuis et uberioribus commentariis nequaquam opus habebant. Homiliæ vero cum ad populum haberentur, ad captum multitudi- D nis sunt accommodatæ. Hoc est quod Sedulius innuit in præfatione *operis Paschalis: Cognoscant*, inquit, *peritissimum divinæ legis Origenem tribus nihilominus editionibus prope cuncta quæ disseruit aptavisse.* Vide Hieronymum in præfationibus tum in Isaiam, tum in Matthæum. Idem in præfatione *Commentariorum in Epist. ad Galatas*, ubi triplex illud opus Origenis commemorat, pro homiliis *tractatus* dicit, quod idem est. Nam Latini vocare solent *tractatus*, quos Græci dicunt *homilias*, ut ex Augustini *Retractationibus*, et ex Possidio colligimus. Et in homiliis quidem Origenes cum vulgum alloqueretur, communi editione LXX interpretum utebatur. In explanationibus vero alias quoque editiones et Hebraicam veritatem proferebat, teste Hieronymo in procœmio *Hebraicarum quæstionum.* De hoc triplici Origenis opere loquitur etiam Rufinus in epistola ad Ursacium, quam præfixit interpretationi Origenis *in librum Numerorum.*

Digitized by Google

octogesimum secundum exponit, his verbis : « Quidam, inquit, nuper advenit de se ipse magnifice sentiens, utpote qui impiam et nefariam Helcesaitarum opinionem quæ adversus Ecclesiam recens coorta est, possit defendere. Exponam **234** autem vobis quæ et quanta perperam asserat hæc secta, ne forte vos ab illa abripi sinatis. Ex universo sacræ Scripturæ Canone quædam rejicit : quibusdam vero utitur testimoniis tum ex Vetere Instrumento, tum ex Evangelio. Paulum quidem apostolum integrum repudiat. Docet præterea indifferentem rem esse Christum abnegare : et eum qui sapit, ore quidem tenus in ipso discrimine negaturum esse, sed non ex animi sententia. Librum etiam proferunt quem e cœlo delapsum affirmant : eosque qui auscultaverint illi et crediderint, peccatorum veniam consecuturos, et quidem diversum ab illa peccatorum remissione quam Jesus Christus impertiit. » Sed de his hactenus.

A γένης, ὧδέ πως λέγων· « Ἐλήλυθέ τις ἐπὶ τοῦ παρόντος μέγα φρονῶν ἐπὶ τῷ δύνασθαι πρεσβεύειν γνώμης ἀθέου καὶ ἀσεβεστάτης, καλουμένης Ἑλκεσαϊτῶν (93), νεωστὶ ἐπανισταμένης ταῖς Ἐκκλησίαις. Ἐκείνη ἡ γνώμη οἷα λέγει κακὰ, παραθήσομαι ὑμῖν, ἵνα μὴ συναρπάζησθε. Ἀθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης Γραφῆς. Κέχρηται ῥητοῖς πάλιν ἀπὸ πάσης Παλαιᾶς τε καὶ Εὐαγγελικῆς, τὸν Ἀπόστολον τέλεον ἀθετεῖ. Φησὶ δὲ ὅτι τὸ ἀρνήσασθαι Χριστὸν ἀδιάφορόν ἐστι. Καὶ ὁ μὲν νοήσας (91), τῷ στόματι ἐν ἀνάγκαις ἀρνήσεται, τῇ δὲ καρδίᾳ οὐχί. Καὶ βίβλον τινὰ φέρουσιν, ἣν λέγουσιν ἐξ οὐρανοῦ καταπεπτωκέναι. Καὶ τὸν ἀκηκοότα ἐκείνης καὶ πιστεύοντα, ἄφεσιν λήψεσθαι τῶν ἁμαρτημάτων, ἄλλην ἄφεσιν παρ' ἣν Χριστὸς Ἰησοῦς ἀφῆκε. » Καὶ τὰ μὲν περὶ τούτων τάδε ἐστίν.

CAPUT XXXIX.

De persecutione Decii, et quæ passus est Origenes.

Philippo interim cum septem annis regnavisset, successit Decius, qui, præ odio adversus Philippum, persecutionem intulit Ecclesiæ. In qua persecutione cum Fabianus Romæ martyrium pertulisset, in ejus locum Cornelius subrogatus est episcopus. In Palæstina autem Alexander, Hierosolymorum episcopus, rursus propter Christum ad præsidis tribunal adductus, cum ex secunda hac confessione magnam gloriam retulisset, Cæsareæ in carcerem conjectus est vir decora senectute et venranda canitie conspicuus. Qui cum post præclaram atque illustrem Christianæ fidei confessionem in præsidiali judicio editam, tandem in custodia animam exhalasset, Mazabanes in ejus locum episcopus Hierosolymorum renuntiatus est. Eodemque modo apud Antiochiam episcopo Babyla post confessionem in vinculis mortuo, Fabius Ecclesiæ illi præficitur. Porro quæ et quanta Origeni in ea persecutione acciderint : et quis horum omnium

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Περὶ τοῦ κατὰ Δέκιον διωγμοῦ, καὶ ὅσα Ὠριγένης πέπονθεν (Nic. *H. E.* v, 27, 32).

Ἀλλὰ γὰρ Φίλιππον ἔτεσιν ἑπτὰ βασιλεύσαντα διαδέχεται Δέκιος· ὃς δὴ τοῦ πρὸς Φίλιππον ἔχθους ἕνεκα διωγμὸν κατὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἐγείρει, ἐν ᾧ Φαβιανοῦ ἐπὶ Ῥώμης μαρτυρίῳ τελειωθέντος, Κορνήλιος τὴν ἐπισκοπὴν διαδέχεται. Ἐπὶ δὲ Παλαιστίνης Ἀλέξανδρος ὁ τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, αὖθις διὰ Χριστὸν ἐν τῇ Καισαρείᾳ ἡγεμονικοῖς παραστὰς δικαστηρίοις, καὶ ἐπὶ δευτέρᾳ διαπρέψας ὁμολογίᾳ, δεσμωτηρίου πειρᾶται, λιπαρῷ γήρει καὶ σεμνῇ πολιᾷ κατεστεμμένος. Τούτου δὲ μετὰ τὴν ἐν τοῖς ἡγεμονικοῖς δικαστηρίοις λαμπρὰν καὶ περιφανῆ μαρτυρίαν, ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς κοιμηθέντος, Μαζαβάνης διάδοχος τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπισκοπῆς ἀναδείκνυται. Τῷ δ' Ἀλεξάνδρῳ παραπλησίως ἐν Ἀντιοχείᾳ τοῦ Βαβύλα μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐν δεσμωτηρίῳ μεταλλάξαντος, Φάβιος τῆς αὐτόθι προΐσταται Ἐκκλησίας. Τὰ μὲν οὖν Ὠριγένει κατὰ τὸν διωγμὸν συμβάντα οἷα καὶ ὅσα, καὶ ὁποίας ἔτυχε

C

(93) *Ἑλκεσαϊτῶν*. Hos Ἑλκεσαίους vocat Theodoritus in libro II *Hæreticarum fabularum*, cap. 7, ab Elcesai quodam ita dictos. Epiphanius in hæresi Ebionæorum, hunc Elxæum pseudoprophetam nominat ; qui cum se Ebionæis adjunxisset, auctor eis fuit novæ cujusdam de Christo sententiæ, vagæ admodum et incertæ quam ibidem refert Epiphanius, plane similem iis quæ refert Theodoritus in dicto loco. Ex quo apparet, id quod antea dixi, Elxæum et Elcesai unum et eumdem esse. Hunc etiam *Elxai* vocat Epiphanius in hæresi Ossenorum, et Trajani temporibus vixisse ait. Quem quidem auctorem esse hæresis Elcesaitarum, ex eo convincimus, quod narrat Epiphanius. Primum enim librum quemdam ab eo promulgatum esse scribit, prophetico spiritu et divina sapientia plenum. Deinde affirmabat Elxai nullum esse crimen, si quis persecutionis tempore idolis sacrificaret, dummodo id non ex animo faceret. Eadem vero de Elcesaitis hic prodit Origenes. Sed clarius idipsum testatur Epiphanius in hæresi Sampsæorum, ubi Elcesæos (quos eosdem esse cum Elcesaitis jam probavimus) auctorem sectæ suæ habuisse Elxæum vel Elxai scribit. Quare fallitur Scaliger, qui in capite 27 *Elenchi*, Ἠλξαΐ nihil aliud esse dixit quam Essæum : ergo Elcesæi seu Elcesaitæ iidem essent cum Essæis, quo nihil est absurdius. Adde quod Elcesæi seu Elcesaitæ cum unico σίγμα scribuntur ; Essæi vero cum duplici. Itaque corrigendus est Epiphanius in hæresi Ebionæorum, cap. 3, ubi Ἑλκεσαίοις male scribitur pro Ἐλκεσαΐοις. Porro in nostris quidem codicibus Ἑλκεσαΐται aspiratur, sed apud Rufinum id nomen scribitur sine aspiratione. Vide Augustinum *De hæresibus*, cap. 10. De his Methodius in lib. VIII *Convivii* : Μαρκίωνος γὰρ καὶ Οὐαλεντίνου, καὶ τῶν περὶ τὸν Ἐλχασαΐον, καλὸν μηδὲ μνημονεῦσαι.

D

(94) *Ὁ μὲν νοήσας*. Hæc verba non intellexerunt interpretes. Et Rufinus quidem vertit, *qui fixus est in corde suo*, quem secutus est Langus. Christophorsonus vero ita interpretatur, *qui interiore cogitatione recte de fide sentiat*, quod plane est absurdum. Quid enim absurdius est quam dicere eum qui animo recte sentit de fide, ore quidem eam negaturum si usus ita poposcerit, animo vero minime? Sed ὁ νοήσας hic significat, *quicunque sapit*. Sic enim Græci loquuntur. Notus est Hesiodi versus :

Αἶνόν τοι βασιλεῦσ' ἐρέω ῥοέουσι καὶ αὐτοῖς.

Et alter ille initio *Operum et Dierum*, ubi de duplici contentione loquitur :

Τὴν μέν κεν ἐπαινέσσειε νοήσας.

Digitized by Google

τελευτῆς, τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐφαμίλλως τῷ ἀνδρὶ παντστρατιᾷ παραταξαμένου, πάσῃ τε μηχανῇ καὶ δυνάμει κατ' αὐτοῦ στρατηγήσαντος, παρὰ πάντας τε τοὺς τηνικάδε πολεμηθέντας διαφερόντως ἐπισκήψαντος αὐτῷ, οἷά τε καὶ ὅσα διὰ τὸν Χριστοῦ λόγον ὁ ἀνὴρ ὑπέμεινε δεσμὰ καὶ βασάνους τὰς κατὰ τοῦ σώματος, τάς τε ὑπὸ σιδηρῷ κλοιῷ καὶ μυχοῖς εἱρκτῆς τιμωρίας, καὶ ὡς ἐπὶ πλείσταις ἡμέραις τοὺς πόδας ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου παραταθεὶς διαστήματα (95) κατασπώμενος, πυρός τε ἀπειλὰς, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἐπενεχθέντα καρτερῶς ἤνεγκεν, οἷου τε τὰ κατ' αὐτὸν ἔτυχε τέλους, μηδαμῶς αὐτὸν ἀνελεῖν παντὶ σθένει τοῦ δικαστοῦ φιλονεικῶς ἐνστάντος, ὁποίας τε μετὰ ταῦτα καταλείπει φωνὰς, καὶ αὐτὰς πλήρεις τοῖς ἀναλήψεως δεομένοις (96) ὠφελείας, πλεῖσται ὅσαι τἀνδρὸς ἐπιστολαὶ τάληθὲς ὁμοῦ καὶ ἀκριβὲς περιέχουσι.

A exitus fuerit, dum pessimus dæmon omnes adversus illum copias instantius movet, cunctisque machinis ac viribus eum impugnat, et in hunc præ reliquis omnibus qui tunc temporis appetiti sunt, præcipue irruit: quæ item et quanta propter doctrinam Christi vir ille pertulerit, vincula scilicet et corporis cruciatus, et in intimo carceris recessu ferrei torquis æruminas; utque multorum dierum spatio pedes in nervo ad quatuor usque foraminum interstitia distenti fuerint: ad hæc ignium **235** minas, et quæcunque alia ab inimicis illata fortiter sustinuit: et cujusmodi tandem harum rerum exitus fuerit, judice omni virium nisu ambitiose contendente ne illum interficeret: denique quos sermones posthæc quamque utiles iis qui consolatione indigent B reliquerit, plurimæ ejus epistolæ non minus vere quam accurate commemorant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ τῶν Διονυσίῳ συμβάντων (Nic. *H. E.* v, 28).

Τά γέ τοι κατὰ Διονύσιον, ἐκ τῆς πρὸς Γερμανὸν ἐπιστολῆς αὐτοῦ παραθήσομαι· ἔνθα τοῦτον περὶ ἑαυτοῦ λέγων ἱστορεῖ τὸν τρόπον· « Ἐγὼ δὲ καὶ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ λαλῶ, καὶ αὐτὸς οἶδεν ὅτι οὐ ψεύδομαι· οὐδὲ μίαν ἐπ' ἐμαυτοῦ βαλλόμενος (97), οὐδὲ ἄθεεί πεποίημαι τὴν φυγήν. Ἀλλὰ καὶ πρότερον (98) τοῦ κατὰ Δέκιον προτεθέντος διωγμοῦ, Σαβῖνος αὐτῆς ὥρας φρουμεντάριον (99) ἔπεμψεν εἰς ἀναζήτησίν μου· κἀγὼ μὲν τεσσάρων ἡμερῶν ἐπὶ τῆς οἰκίας ἔμεινα, τὴν ἄφιξιν τοῦ φρουμενταρίου προσδοκῶν. Ὁ δὲ πάντα μὲν περιῆλθεν ἀνερευνῶν, τὰς ὁδοὺς, τοὺς ποταμοὺς, τοὺς ἀγροὺς, ἔνθα κρύπτεσθαί με ἢ βαδίζειν ὑπενόησεν. Ἀορασίᾳ δὲ εἶχετο, μὴ εὑρίσκων τὴν οἰκίαν· οὐ γὰρ ἐπίστευεν οἴκοι με διωκόμενον μέ-

C

CAPUT XL.

De his quæ Dionysio acciderunt.

Quæ autem Dionysio contigerunt, ex ipsius adversus Germanum epistola hic ascribam: in qua de semetipso verba faciens, ita narrat: « Ego vero coram Deo loquor, et ipse scit me nequaquam mentiri: nunquam mea sponte, nec sine Dei nutu fugam inii. Sed et prius, cum persecutionis edictum sub Decio propositum fuisset, Sabinus frumentarium qui me requireret, eodem temporis momento misit. Atque ego quidem quatriduo domi mansi, adventum exspectans frumentarii. Ille vero omnia circumeundo perscrutabatur: vias, fluvios, agros, ubi me occultari aut qua transiturum esse suspicabatur. Verum caligo quædam ei obtutum ademerat, ne domum reperiret. Neque enim opinabatur me domi consistere

(33) *Καρτερικώτατα διενέγκας*. Ita in codice Medicæo pro vulgato διανύσας, scribitur ; apud Georgium Syncellum, διενεγκών. Sed Mazarinus codex astipulatur Medicæo ; item Fuketianus et Savilianus.

(34) *Ὥσπερ ἐκ μαγγάνου τινός*. Hoc loco ἐκ μαγγάνου idem est quod ἀπὸ μηχανῆς, quæ proverbialis locutio frequens est apud Græcos. Nam μάγγανον idem est ac *machina*. Quod miror nec a Musculo, nec a Christophorsono animadversum fuisse.

Digitized by Google

gius ille vir, qui tremendis quibusdam sacramentis affirmaverat se episcopatum non concupiscere, repente tanquam ex machina quadam in medium projectus, episcopus apparuit. Et is qui se doctorem et ecclesiasticæ disciplinæ propugnatorem ferebat, cum episcopatum sibi a Deo minime concessum rapere ac vindicare conaretur, duos deploratæ salutis homines sibi socios adjunxit, ut eos in exiguam ac vilissimam Italiæ partem mitteret, atque illinc accitos tres episcopos, homines plane rudes ac simplices, fraudulenta quadam molitione deciperet; constantissime affirmans ipsos quamprimum Romam proficisci oportere, ut omnis undecunque orta discordia, ipsorum una cum aliis episcopis interventu atque arbitrio sedaretur. Qui cum advenissent, homines, ut jam diximus, simplicioris ingenii, nec in his perditorum hominum artibus ac fallaciis satis triti: eos ille a quibusdam sui similimis quos ad id comparaverat, inclusos hora decima, temulentos et crapula oppressos, adumbrata quadam et inani manuum impositione episcopatum sibi tradere per vim cogit: eumque nullo sibi jure competentem per fraudem atque insidias vindicat.

Α γάρ τοι ὁ δογματιστης, ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑπερασπιστης, ὁπηνίκα παρασπᾶσθαί τε καὶ ὑφαρπάζειν τὴν μὴ δοθεῖσαν αὐτῷ ἄνωθεν ἐπισκοπὴν ἐπεχείρει, δύο ἑαυτῷ κοινωνοὺς ἀπεγνωκότας τῆς ἑαυτῶν σωτηρίας ἐπελέξατο· ὡς ἂν εἰς βραχύ τι μέρος καὶ ἐλάχιστον τῆς Ἰταλίας ἀποστεῖλῃ, κἀκεῖθεν ἐπισκόπους τρεῖς, ἀνθρώπους ἀγροίκους καὶ ἁπλουστάτους, πλαστῇ τινι ἐπιχειρήσει ἐξαπατήσῃ, διαβεβαιούμενος καὶ διισχυριζόμενος δεῖν αὐτοὺς ἐν τάχει παραγενέσθαι εἰς Ῥώμην, ὡς δῆθεν πᾶσα ἠτισδηποτοῦν διχοστασία γεγονυῖα, σὺν καὶ ἑτέροις ἐπισκόποις καὶ αὐτῶν μεσιτευόντων, διαλυθῇ. Οὓς παραγενομένους (35), ἅτε δή, ὡς ἔφθημεν λέγοντες, ἀνθρώπους ἁπλουστέρους περὶ τὰς τῶν πονηρῶν μηχανάς τε καὶ ῥᾳδιουργίαν, συγκλεισθέντας ὑπό τινων ὁμοίων Β αὐτῷ τεταγμένων ἀνθρώπων, ὥρᾳ δεκάτῃ μεθύοντας καὶ κραιπαλῶντας, μετὰ βίας ἠνάγκασεν εἰκονικῇ τινι καὶ ματαίᾳ χειροπιθεσίᾳ (36) ἐπισκοπὴν αὐτῷ δοῦναι· ἣν ἐνέδρᾳ καὶ πανουργίᾳ, μὴ ἐπιβάλλουσαν αὐτῷ ἐκδικεῖ. Ἐξ ὧν εἷς μετ' οὐ πολὺ ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, ἀποδυρόμενος καὶ ἐξομολογούμενος τὸ ἑαυτοῦ ἁμάρτημα· ᾧ καὶ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ (37), ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος

(35) *Οὓς παραγενομένους.* Theodoretus in libro III *Hæreticarum fabul.*, cap. 5, scribit, Novatianum ipsum in Italiam profectum esse, ut episcopos illos Romam adduceret: deinde cum in vicum quemdam una cum tribus illis episcopis pervenisset, coegisse eos ut sibi manum imponerent: idque illos conquestos esse, cum Romam venissent. Sed hanc narrationem refellit Cornelii epistola.

(36) *Ἐικονικῇ τινι καὶ ματαίᾳ χειροπιθεσίᾳ.* Adumbratam et cassam illam Novatiani ordinationem vocat Cornelius, quod facta esset ab alterius provinciæ episcopis, non ab iis qui consecrandi pontificis Romani jus habebant, cujusmodi erant Ostiensis, Tiburtinus et alii: quod a temulentis facta, quod per vim, quod hora diei decima, quod non præsente populo nec clero, quod denique alio jam episcopo legitime ordinato. Porro cum Cornelius ipse, tum hic, tum in epistola ad Cyprianum testetur, Novatianum a tribus episcopis consecratum fuisse, miror quod scribit Pacianus in epistola 2 ad Sempronianum: *An Novatianus, quem absentem epistola episcopum finxit? quem consecrante nullo linteata sedes accepit.* Et paulo post de eodem ita loquitur: *Sine consecratione legitima episcopum factum, ideoque nec factum, per epistolam eorum qui se confessores esse simularent.* Ex quibus Paciani verbis colligi videtur, Novatianum absentem fuisse ordinatum episcopum per epistolam quorumdam confessorum, eodem modo quo magistratus a principe mandari solebant per epistolam. Linteatam vero sedem appellat Pacianus pontificalem cathedram, eo quod linteis sterneretur. Quod etiam testatur Augustinus, epist. 203, *in futuro Dei judicio, nec absides gradatæ, nec cathedræ velatæ.* Idem testatur epistola synodica episcoporum Ægypti quam refert Athanasius in *Apologia:* Πῶς δὲ οἱ τὸν θρόνον τὸν ἐστολισμένον ἐπισκοπικῶς ὀδυρόμενοι, etc. Cæterum Pacianus ita cum Cornelio conciliari potest, si dicamus Novatianum, primo quidem a confessoribus in carcere positis episcopum per epistolam designatum fuisse: postea vero a tribus illis episcopis ordinatum.

(37) ὯΙ ἐκοινωνήσαμεν λαϊκῷ. Optime Rufinus vertit hunc locum, *et in communionem laicam, populo etiam pro hoc interveniente, susceptus est.* Quibus verbis innuit Cornelius, episcopum illum qui Novatianum cum aliis duobus collegis ordinaverat, a se depositum esse, et in laicorum ordinem redactum. Cum enim excommunicare illum vellet, utpote nefarii schismatis auctorem, a populo rogatus idem Cornelius, laicam ei communionem indulsit, id est, ut inter laicos communicaret, permisit. Reliqui vero episcopi qui Novatianum ordinaverant, non solum depositi, verum etiam a communione totius Ecclesiæ separati sunt. Ita Cyprianus in epistola ad Antonianum de Trophimo loquens episcopo, qui cum schisma fecisset in Ecclesia Romana, postea confessus errorem, et turbam fratrum quos abduxerat secum, in Ecclesiam reducens, a Cornelio susceptus est. *Sic tamen,* inquit, *admissus est Trophimus, ut laicus communicet, non quasi locum sacerdotis usurpet.* Hunc Trophimum illum ipsum esse existimo de quo in hac epistola loquitur Cornelius, unum ex iis qui Novatianum ordinaverant. Nam Cyprianus illum sacerdotem, id est episcopum, vocat; et fraternitatem prius ab Ecclesia abstraxisse testatur; deinde reversum cum humilitate veniam petiisse, et a Cornelio ad laicam communionem susceptum. Porro alter ex episcopis qui Novatianum ordinarunt, Evaristus fuisse videtur, ut colligo ex epistola Cornelii papæ, quæ inter Cypriani epistolas 48 habetur. In *Actis* supposititiis martyrii Novatiani quæ citantur ab Eulogio in lib. VI, Novatianus episcopus Romæ factus esse dicitur a duobus episcopis, Marcello Aquileiensi et Agamemnone Trevirensi. Cæterum in codice Mazarinæo, Med., Fuk. et Savilii legitur ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ: quam scripturam amplexus est Christophorsonus.—Mos olim fuit, ut laici post Eucharistiam ab episcopo acceptam, ei osculum darent. Hieronymus in epistola 62, adversus Joannem Hierosolymitanum: *Quisquamne tibi invitus communicat? Quisquamne extenta manu vertit faciem, et inter sacras epulas Judæ osculum porrigit?* Paulus Diaconus *De vitis PP. Emeritensium*, cap. 7, de Fideli episcopo loquens: *Vade,* inquit, *communica, et da nobis osculum. Vale fac omnibus, quia iturus es tamen, et domi tuæ sub omni festinatione dispone; et si desideras remedium pœnitentiæ percipe. Qui mox accepta pœnitentia, dispositaque domo sua, valefaciens cunctis, sequenti nocte migravit a corpore.*

Digitized by Google

λαοῦ (38). Καὶ τῶν λοιπῶν δὲ ἐπισκόπων διαδόχους εἰς τοὺς τόπους ἐν οἷς ἦσαν χειροτονήσαντες, ἀπεστάλκαμεν. Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου (39), οὐκ ἠπίστατο ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ (40)· ἐν ᾗ οὐκ ἠγνόει, πῶς γάρ; πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ (41), διακόνους ἑπτά, ὑποδιακόνους ἑπτά, ἀκολούθους δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἐξορκιστὰς δὲ καὶ ἀναγνώστας ἅμα πυλωροῖς, δύο καὶ πεντήκοντα, χήρας σὺν θλιβομένοις (42) ὑπὲρ τὰς χιλίας πεντακοσίας, οὓς πάντας ἡ τοῦ Δεσπότου χάρις καὶ φιλανθρωπία διατρέφει. Ὃν οὐδὲ τοσοῦτο πλῆθος καὶ οὕτως ἀναγκαῖον ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, διὰ τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας πλούσιός τε καὶ πληθύων ἀριθμὸς μετὰ μεγίστου καὶ ἀναριθμήτου λαοῦ, ἀπὸ τῆς τοιαύτης ἀπογνώσεώς τε καὶ ἀπαγορεύσεως ἐνέτρεψέ (43) τε καὶ ἀνεκαλέσατο εἰς τὴν Ἐκκλησίαν. » Καὶ αὖθις μεθ' ἕτερα τούτοις προστίθησι ταῦτα· « Φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν, τίσιν ἔργοις ἢ τίσι πολιτείαις τεθαῤῥηκὼς, ἀντεποιήθη τῆς ἐπισκοπῆς· ἆρά γε διὰ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνεστράφθαι, καὶ πολλοὺς ἀγῶνας ὑπὲρ αὐτῆς ἀγωνίσασθαι, καὶ ἐν κινδύνοις πολλοῖς τε καὶ μεγάλοις ἕνεκα τῆς θεοσεβείας γεγονέναι; ἀλλ' οὐκ ἔστιν. Ὅ γε ἀφορμὴ τοῦ πταῖσαι γέγονεν ὁ Σατανᾶς, φοιτήσας εἰς αὐτὸν καὶ οἰκήσας ἐν αὐτῷ χρόνον ἱκανόν. Ὃς βοηθούμενος ὑπὸ τῶν ἐπορκιστῶν, νόσῳ περιπεσὼν χαλεπῇ, καὶ ἀποθνεῖσθαι ὅσον οὐδέπω νομιζόμενος, ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς (44) ἔλαβεν· εἴ γε χρὴ λέγειν τὸν

A Nec multo post unus ex illis episcopis ad Ecclesiam rediit, delictum suum cum lamentis ac fletibus confitens. Quem nos, cum universus populus pro illo intercessisset, ad communionem **244** laicam suscepimus. Reliquis etiam duobus episcopis successores ordinavimus, eosque in loca illorum direximus. Ergo ille Evangelii vindex, ignorabat unum episcopum esse oportere in Ecclesia catholica. In qua tamen sciebat (quomodo enim illud nescire potuisset?) presbyteros quidem esse quatuor et quadraginta; septem autem diaconos totidemque subdiaconos: acolythos duos et quadraginta: exorcistas et lectores cum ostiariis quinquaginta duos: viduas denique cum infirmis et egentibus plusquam mille et quingentas. Quibus universis gratia et benignitas Dei alimenta suppeditat. Et tamen tanta

B tamque necessaria in Ecclesia multitudo: cœtus ille divinæ Providentiæ copiis opulentus et numerosus, cum immenso ac pene innumerabili populo, ab hujusmodi desperatione et audacia illum deterrere et ad Ecclesiam revocare non potuit. » Paucis deinde interjectis, hæc addit: « Agedum, inquit, exponamus deinceps, quibus operibus et cujusmodi conversatione confisus, ad episcopalem locum aspiraverit. An ideo fortasse quod ab initio in Ecclesia versatus est, et multa pro ejus defensione certamina subivit, multisque et gravissimis periculis religionis causa conflictatus est? Minime id quidem.

(38) *Παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ.* Sic in codd. Maz., Med., Fuk. et Sav., necnon apud Syncellum legitur. Editi om. παρόντος.

(39) *Ὁ ἐκδικητὴς οὖν τοῦ Εὐαγγελίου.* Hæc ironice dicuntur de Novatiano, qui se assertorem Evangelii Christi esse jactabat, ut docet Cyprianus in epistola prima ad Cornelium. Exstat hodie liber Novatiani *De cibis Judaicis*, quem ille sic inscripsit, pleni in Evangelio persistenti.

(40) *Ἕνα ἐπίσκοπον δεῖν εἶναι ἐν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ.* Eadem verba leguntur in epistola Cornelii papæ ad Cyprianum, ubi confessores, relicto Novatiano ad Ecclesiam redeuntes, his verbis usi esse dicuntur: *Nec enim ignoramus unum Deum esse; unum Christum esse Dominum, quem confessi sumus; unum Spiritum sanctum: unum episcopum in catholica Ecclesia esse debere.* Ubi Ecclesia catholica specialiter appellatur Romana, eo quod radix sit et matrix Ecclesiæ catholicæ, ut ait Cyprianus in epistola ad Cornelium. Sic catholicam

D Ecclesiam idem Cyprianus in epistola ad Antonianum initio vocat Romanam, *ut jam sciret te secum, hoc est, cum catholica Ecclesia communicare.*

(41) *Πρεσβυτέρους εἶναι τεσσαράκοντα ἕξ.* Ex hoc loco colligi potest, quot basilicas tunc Romæ habuerint Christiani. Cum enim singuli presbyteri suas regerent basilicas, si 46 fuerunt presbyteri, totidem basilicas fuisse dicendum est. Certe Optatus in lib. II Romæ 40 et amplius fuisse testatur basilicas sub tempora persecutionis Diocletiani. *Non enim*, inquit, *grex aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter 40. et quod excurrit basilicas, locum ubi colligerent non habebant.* Ubi Optatus loquitur de basilicis quæ Romæ erant tempore persecutionis Diocletiani, id est, annis circiter quinquaginta post epistolam Cornelii papæ; non autem de basilicis quæ Romæ erant sua ætate, id est, anno Christi 378, ut scripsit Blondellus in *Apologia*, pag. 223. Vide Baronium ad annum Christi 57, quem frustra refellere conatur Blondellus loco laudato.

(42) *Χήρας σὺν θλιβομένοις.* Occurrit hæc vox in epistola cleri Romani ad clerum Carthaginensem de secessu Cypriani: *Sive viduæ, sive thlibomeni qui se exhibere non possunt, sive hi qui in carceribus sunt, sive exclusi a sedibus suis, utique habere debent qui eis ministrent.* Male vulgo editum est *clydomeni*, pejusque ab aliis emendatum *clinomeni*. Scribendum enim procul dubio est *thlibomeni*, id est *indigentes*, ut vertit Rufinus, vel ii qui se exhibere non possunt, ut explicat clerus Romanus. Cyprianus in epist. 4 vocat pauperes et indigentes qui laborant. Joannes Chrysostomus in Homilia 67 in Matthæum, ait Ecclesiam Antiochenam sua ætate, tametsi mediocres reditus possideret, plusquam tria millia viduarum et virginum aluisse quotidie, præter hospites, leprosos et vinctos; præter clericos, quibus vestem ac cibaria suppeditabat.

(43) *Ἐνέτρεψε.* Apud Georgium Syncellum legitur ἐπέστρεψε, minus recte. Codex Fuk. habet ἀνέτρεψε.

(44) *Περιχυθεὶς.* Recte Rufinus *perfusum* vertit. Nam qui ægri in lecto baptizabantur, cum mergi a sacerdote non possent, aqua duntaxat perfundebantur. Itaque hujusmodi baptismus parum solemnis ac minus perfectus habebatur, quippe qui non sponte, sed mortis metu susceptus videretur ab hominibus delirio laborantibus, et nullo amplius sensu præditis. Accedit quod, cum baptismus proprie mersionem significet, ejusmodi perfusio vix baptismus dici poterat. Quamobrem clinici (sic enim vocabantur qui ejusmodi baptismum acceperant) ad presbyterii gradum promoveri vetantur canone 12 concilii Neocæsariensis. Hujusmodi baptismum hominis in lecto decumbentis et animam

Digitized by Google

Quippe cui causam atque initium credendi præbuit Satanas in ipsum ingressus, atque in ipso aliquandiu commoratus. Cumque ab exorcistis foveretur, in morbum gravissimum collapsus, dum jamjamque moriturus creditur, in ipso in quo jacebat lectulo perfusus, baptismum suscepit, si tamen hujuscemodi baptismum suscepisse dicendus est. Sed neque postquam liberatus est morbo, reliqua percepit quæ juxta ecclesiasticam regulam percipi debent, neque ab episcopo consignatus est. Hoc autem signaculo minime percepto, quo tandem modo Spiritum sanctum potuit accipere? » Et aliquanto post : « Qui persecutionis, inquit, tempore præmetu ac nimia vivendi cupiditate presbyterum se esse negavit. Admonitus enim et rogatus a diaconis, ut ex cubiculo in quo seipsum incluserat, egressus, fratribus auxilio indigentibus succurreret, tantum abfuit, ut hortantibus diaconis morem gereret. Quin potius ira et indignatione percitus, abiit ac discessit. Neque enim presbyterum se amplius velle esse respondit, **245** sed alterius philosophiæ desiderio teneri. » Paucis deinde transcursis, hæc iterum subjungit : « Nam cum egregius ille vir A τοιοῦτον εἰληφέναι. Οὐ μὴν οὐδὲ τῶν λοιπῶν ἔτυχε, διαφυγὼν τὴν νόσον, ὧν χρὴ μεταλαμβάνειν κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα (45), τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου (46). Τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; » Καὶ πάλιν μετὰ βραχέα φησίν· « Ὁ διὰ δειλίαν καὶ φιλοζωΐαν ἐν τῷ καιρῷ τῆς διώξεως πρεσβύτερος εἶναι ἑαυτὸν ἀρνησάμενος. Ἀξιούμενος γὰρ καὶ παρακαλούμενος ὑπὸ τῶν διακόνων, ἵν' ἐξελθὼν τοῦ οἰκίσκου ἐν ᾧ καθεῖρξεν ἑαυτὸν, βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς (47), ὅσα θέμις καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ, κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν, τοσοῦτον ἀπέσχε τοῦ πειθαρχῆσαι παρακαλοῦσι τοῖς διακόνοις, ὡς καὶ χαλεπαίνοντα ἀπιέναι καὶ ἀπαλλάττεσθαι· μὴ γὰρ ἔτι βούλεσθαι πρεσβύτερος εἶναι ἔφη. Ἑτέρας γὰρ εἶναι φιλοσοφίας B ἐραστής. » Ὑπερβὰς δ' ὀλίγα, τούτοις πάλιν ἐπιφέρει λέγων· « Καταλιπὼν γὰρ ὁ λαμπρὸς οὗτος τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἐν ᾗ πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου (48) κατὰ χάριν τοῦ ἐπισκόπου τοῦ ἐπιθέντος αὐτῷ χεῖρας εἰς πρεσβυτερίου κλῆρον· ὃς διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν (49), ἐπεὶ μὴ ἐξὸν ἦν τὸν ἐπὶ κλίνης διὰ νόσον περιχυθέντα, ὥσπερ καὶ οὗτος, εἰς κλῆρόν τινα

agentis, luculente describit Joannes Chrysostomus in homilia 60 *Ad catechumenos*, tomo II. Cyprianus tamen in epistola 76 baptismum hunc plenum ac legitimum esse censet, et clinicos nihilo inferiores esse ait iis qui sani baptismum in Ecclesia susceperunt.

(45) *Κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα.* Qui in lecto decumbentes baptismum acceperant, postquam ex morbo convaluissent, episcopum adire necesse habebant, ut ea quæ ipsorum baptismo defuerant, suppleret. Vetus auctor de hæreticis non rebaptizandis, quem nuper una cum Cypriano edidit Nic. Rigaltius : *Aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit baptisma, eventum exspectemus, ut aut suppleatur a nobis, aut a Domino supplendum reservetur.* Novatianus itaque hic arguitur a Cornelio, quod cum urgente morbi necessitate in lecto baptizatus fuisset ab exorcistis qui illum curabant (hoc enim indicant verba ejus epistolæ), C postea recuperata valetudine non adiisset episcopum, ut reliqua baptismi solemnia suppleret, quod ecclesiastica regula præcipiebat. Certe in canone 47 concilii Laodicensis id diserte præcipitur, et in capite tricesimo octavo concilii Eliberitani.

(46) *Τοῦ τε σφραγισθῆναι ὑπὸ τοῦ ἐπισκόπου.* Rufinus hæc verba de signaculo chrismatis interpretatus est. Ego impositionem manuum intelligo, qua episcopi Spiritum sanctum baptizatis conferebant; quod sequentia manifeste declarant. Subdit enim Cornelius : Τούτου δὲ μὴ τυχὼν, πῶς ἂν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔτυχε; Quanquam in manuscriptis codicibus Maz., Med. et Fuk. legitur τούτων δὲ μὴ τυχών. Interpretationem nostram confirmat Cyprianus ad Jubaianum his verbis : *Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in Ecclesia baptizantur, præpositis Ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem et manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico consummentur.* Σφραγίζειν proprie est *consignare*. Consignare autem et manum imponere idem est, ut docet epistola Innocentii ad Decentium, cap. 5 et 6. Idem confirmat Marcus in *Vita Porphyrii* Gazensis episcopi, cujus locum inferius adducemus. Ambrosius seu quis alius auctor est eorum librorum, in caput IV Epistolæ Pauli ad Ephesios : *Denique apud Ægyptum presbyteri consignant, si presbyter non fuerit episcopus.* Eadem habet auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti* inter Augustini opera editus, quæstione 101 : *Nam in Alexandria et per totam Ægyptum, si desit episcopus, consecrat presbyter.* Scribe *consignat presbyter*, ut in supra citato Ambrosii loco. Porro hæc baptizatorum consignatio interdum fiebat cum chrismate, quoties scilicet aliquis, urgente morbi necessitate, baptizatus fuerat a minoribus clericis, nec chrismatus. Tunc enim episcopus, qui baptismi solemnia postmodum supplebat, chrismare simul et manus imponere necesse habebat. Qui vero perfectum baptismum acceperant, iis manus tantum imponebatur ab episcopo sine chrismatione, ut docet canon Arausicanus. Quo pertinet vetus epigramma apud Gruterum pag. 1177, de Marca.

Tuque sacerdotes docuisti chrismate sancto
Tangere bis nullum judice posse Deo.

Porro ut ad Novatiani baptismum redeamus, hinc manasse mihi videtur mos Novatianorum, qui in baptismo sacrum chrisma non adhibebant, teste Theodoreto in lib. III *Hæret. fabularum*, eo quod scilicet auctor ipsorum Novatianus baptismum sine chrismatione accepisset.

(47) *Βοηθήσῃ τοῖς ἀδελφοῖς.* Post has voces, in codicibus nostris Maz., Med., Fuk. et Saviliano, et apud Syncellum hæc adduntur : *ὅσα θέμις, καὶ ὅσα δυνατὸν πρεσβυτέρῳ κινδυνεύουσιν ἀδελφοῖς καὶ ἐπικουρίας δεομένοις βοηθεῖν.* Quæ Rufinus legisse videtur in suo codice; vertit enim : *Scribit etiam de ipso, quod persecutionis tempore, cum in cellula quadam lateret, et a diaconis, ut moris est, subvenire in exitu catechumenis rogaretur*, etc. Paulo ante ubi legebatur ἐξελθὼν τοῦ οἰκου restituimus οἰκίσκου, auctoribus iisdem codicibus et Georgio Syncello. Rufinus *cellulam* vertit.

(48) *Πιστεύσας κατηξιώθη τοῦ πρεσβυτερίου.* Hinc apparet Novatianum prono gradu presbyterum fuisse ordinatum, omissis diaconatus et subdiaconatus ordinibus : qui mos tum fuit in Ecclesia, ut docet exemplum Origenis, Paulini Nolani et aliorum. Nota sunt etiam exempla Ambrosii Mediolanensis, et Nectarii Constantinopolitani, qui ex neophytis ordinati sunt episcopi.

(49) *Διακωλυόμενος ὑπὸ παντὸς τοῦ κλήρου, ἀλλὰ καὶ λαϊκῶν πολλῶν.* Presbyteri olim ab ejus coëp

γενέσθαι (50), ἠξίωσε συγχωρηθῆναι αὐτῷ τοῦτον μόνον χειροτονῆσαι. » Εἶτ' ἄλλο τι τούτοις χείριστον προστίθησι τῶν τοῦ ἀνδρὸς ἀτοπημάτων, λέγων οὕτως· « Ποιήσας γὰρ τὰς προσφορὰς, καὶ διανέμων ἑκάστῳ τὸ μέρος, καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο (51), ὁμνύειν, ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν, τοὺς ταλαιπώρους ἀνθρώπους ἀναγκάζει, κατέχων ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ τὰς τοῦ λαβόντος, καὶ μὴ ἀφεὶς ἕστ' ἂν ὁμνύοντες εἴπωσι

A Ecclesiam Dei reliquisset, in qua post susceptum baptismum presbyteri gradum fuerat consecutus, idque per gratiam episcopi, qui manus illi imponens eum ad presbyterorum ordinem evexit. Cui cum universus clerus multique ex populo refragarentur, eo quod non liceret quemquam ex iis qui urgente vi morbi in lectulo perinde ac ille, perfusi fuissent, in clerum assumi; postulavit ab iis epi-

dinari non poterant sine consensu cleri et populi. Ac de populi quidem suffragio in electione presbyterorum, testantur Patres concilii Nicæni in epistola synodica ad episcopos Ægypti, ubi de clericis qui se a Meletii schismate puros atque integros servaverant, ita præcipiunt: Εἰ δέ τινά ποτε συμβαίη ἀναπαύσασθαι τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, τηνικαῦτα συναναβαίνειν εἰς τὴν τιμὴν τοῦ τετελευτηκότος τοὺς ἄρτι προσληφθέντας, μόνον εἰ ἄξιοι φαίνοιντο, καὶ ὁ λαὸς αἱροῖτο συνεπιψηφίζοντος αὐτοῖς καὶ ἐπισφραγίζοντος τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπισκόπου. Quæ verba Sozomenus de clericis intellexit, cum tamen de episcopis potius accipienda esse videantur. Nam cum Patres synodi Nicænæ contemplatione pacis statuissent, ut episcopi a Meletio schismatico ordinati in suo gradu remanerent, sed sine ulla functione episcopalis officii, nunc præcipiunt, ut si forte catholicus episcopus ab Alexandrinæ urbis episcopo ordinatus obierit, tum Meletianus qui a synodo sub ea conditione quam dixi susceptus est, in locum mortui succedat, dummodo plebs eum elegerit, et episcopus Alexandrinus electionem ejus confirmaverit. Sed et ex aliis locis ejusdem epistolæ satis colligitur, necessarium fuisse populi suffragium in ordinatione clericorum. Vetant enim eadem epistola sanctissimi Patres, ne episcopis qui Meletio adhæserant, jus fasque sit proponendi nomina eorum qui ad ecclesiasticos ordines sunt promovendi: sed solis catholicæ Ecclesiæ episcopis, qui ab omni schismate integri semper fuissent, illud competere pronuntiant. Pontifices quippe annuntiabant populo nomina eorum qui ordinandi essent presbyteri vel diaconi, ut si quis forte haberet quod ordinandis objiceret, illud palam testaretur, sicut legitur in *Sacramentario* Gregorii Magni. Quam in rem singularis est locus B. Chrysostomi in homilia 18 *in Epistolam* II *ad Corinthios*: *Audi*, inquit, *quemadmodum apostolorum tempore, ipsi persæpe eos quibus præerant, consiliorum suorum socios adhibebant. Nam et cum septem diaconos crearent, ad plebem prius retulerunt: et cum Matthiam eligerent, de ea re cum omnibus qui tunc aderant tam viris quam mulieribus Petrus agitavit. Neque enim hoc imperium, in præsidentium fastu et arrogantia, nec in subjacentium servili quadam demissione consistit, sed spirituale est: hoc præcipue excellens, quod pro vestræ salutis cura plures labores suscipiat, non autem quod plus honoris requirat. Omnes enim tanquam domum unam, Ecclesiam habitare; omnes ut unum corpus affectos esse convenit.* Denique adeo necessarium fuit plebis suffragium in electione presbyterorum, ut sæpenumero in Ecclesia plebs tumultuosis vociferationibus presbyterum aliquem sibi postularet et cogeret. Quod quidem Barcinone sibi evenisse testatur Paulinus in epistola sexta ad Severum. Idem de Piniano, Albinæ filio, refert Augustinus in epist. 225, ad Albinam. Jam vero cleri quoque consensum ad hoc fuisse necessarium docet vetus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, ubi scribit presbyterum qui ordinandus est, perduci a diacono et offerri episcopo; et sub testimonio diaconi ordinari. *Sed testimonio*, inquit, *diaconi fit presbyter.* Et paulo post: *Perducuntur enim qui ordinandi sunt, ut dum lateri*

eorum septi sunt, honore digni videantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis. Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando. Totum vero hunc ritum optime descriptum habemus in *Sacramentario* Gregorii Magni, pag. 256, ad quem locum vide quæ notavit Hugo Menardus, vir doctissimus.

B (50) *Εἰς κλῆρόν τινα γενέσθαι.* Κλῆρος ordinem seu gradum significat ministerii ecclesiastici. Ita κλῆρον πρεσβυτερίου paulo ante Cornelius dixit, et κλῆρον ἐπισκοπῆς non semel vocant Eusebius et Irenæus. Epiphanius in hæresi Meletianorum: Οἱ δὲ ἀπὸ κληρικῶν ὑπάρχοντες διαφόρου κλήρου, πρεσβυτερίου τε καὶ διακονίας καὶ ἄλλων. Itaque hoc loco εἰς κλῆρόν τινα, id est, *in quocunque clero.* Sic certe loquitur vetus auctor *De hæreticis non rebaptizandis*: *Quod cum nullum sanæ mentis fidelium tenere, vel maxime nullum omnino in quocunque clero constitutum, ac multo magis episcoporum audere decent.* Rursus in eodem libro: *Imo magis hoc nomine etiam oneratur, licet fuerit antea fidelissimus, aut in clero aliquo constitutus.* Idem scriptor clerum distinguit in majorem et minorem. Et minorem quidem clerum appellat diaconos et reliquos inferiores ordines. Ut cum dicit, pag. 129: *Aut si dicis hujusmodi hominem salvum non posse fieri, omnibus episcopis salutem adimimus, quos ita*
C *periculis quam certissimis astringis, ut hominibus omnibus qui sub cura eorum agunt, et hac atque illac dispersis regionibus infirmantur, per semetipsos subvenire deberent; quia cæteri homines minoris cleri iis qui periclitantur, hoc idem præstare non possunt.* Et multo clarius, pag. 134: *Et ideo cum salus nostra in baptismate spiritus, quod plerumque cum baptismate aquæ conjunctum est, sit constituta, si quidem per nos baptisma tradetur, integre et solemniter et per omnia quæ scripta sunt assignetur, atque sine ulla ullius rei separatione tradatur: aut si a minore clero per necessitatem traditum fuerit, eventum exspectemus*, etc., ubi vides presbyteros ab hominibus minoris cleri aperte distingui. Ait enim minoris cleri homines ingruente tantum necessitate baptisma conferre, quod presbyteris nequaquam convenit.

(51) *Καὶ ἐπιδιδοὺς τοῦτο.* Proprium erat presbyteri officium, Eucharistiam et calicem fidelibus in
D manus tradere, idque ἐπιδοῦναι proprie dicebatur. Chrysostomus, homilia 46 *in Matthæum*: Οὐχ ὁρᾷς ὅτι τῷ ἱερεῖ μόνῳ θέμις τὸ τοῦ αἵματος ἐπιδιδόναι ποτήριον. Id est, *Non vides qualiter soli sacerdoti licet calicem Dominici sanguinis præbere.* Ex quo ita argumentatur Chrysostomus: *Tu ergo sacerdos es, cum panem et calicem præbes pauperi.* In quibusdam tamen Ecclesiis diaconi Eucharistiam populo dividebant. Idque innuere videtur auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, his verbis: *Diaconi ergo ordo est accipere a sacerdote, et sic dare plebi.* Hieronymus seu quis alius in libro *De septem gradibus Ecclesiæ*: *Sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro est sacramenti dispensatio. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat.* Et in concilio Arelatensi II, cap. 15, cavetur ut diaconus præsente presbytero corpus Christi fidelibus tradere non præsumat.

Digitized by Google

scopus, ut hunc solum ordinari a se paterentur. » Post hæc facinus quoddam subjungit omnium quæ ab illo commissa sunt longe gravissimum, ita scribens : « Etenim oblatione facta, portionem singulis dividens, dum eam tradit, miseros homines benedictionis loco jurare cogit, manus ejus qui portionem accepit, ambabus suis manibus comprehensas retinens, nec prius dimittens quam jurati ista dixerint : ipsis enim utar illius verbis : Jura mihi per corpus et sanguinem Domini nostri Jesu Christi, te nunquam meas partes deserturum, nec ad Cornelium esse rediturum. Ita miser ille non prius gustare sinitur, quam sibi ipse malum imprecatus sit. Et cum panem illum accipiens dicere debuisset Amen, ejus loco dicit : Non revertar deinceps ad Cornelium. » Et post alia rursus hæc addit : « Scias

A ταῦτα · τοῖς γὰρ ἐκείνου χρήσομαι λόγοις· Ὁμοσόν μοι κατὰ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μηδέποτέ με καταλιπεῖν καὶ ἐπιστρέψαι πρὸς Κορνήλιον. Καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον αὐτῷ καταράσεται (52). Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, λαμβάνοντα τὸν ἄρτον ἐκεῖνον, τὸ Ἀμὴν (53), Οὐκέτι ἀνήξω πρὸς Κορνήλιον, λέγει. » Καὶ μεθ' ἕτερα πάλιν ταῦτά φησιν· « Ἤδη δὲ ἔσθι γεγυμνῶσθαι καὶ ἔρημον γεγονέναι, καταλιμπανόντων αὐτὸν καθ' ἡμέραν ἑκάστην τῶν ἀδελφῶν, καὶ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἐπανερχομένων. Ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος (54) μάρτυς, ὁ παρ' ἡμῖν ἔναγχος μαρτυρήσας καλήν τινα καὶ θαυμαστὴν μαρτυρίαν, ἔτι ὢν ἐν κόσμῳ, κατιδὼν αὐτοῦ τὴν θρασύτητα καὶ τὴν ἀπόνοιαν, ἀκοινώνητον ἐποίησε (55) σὺν τοῖς

B πέντε πρεσβυτέροις (56) τοῖς ἅμα αὐτῷ ἀποσχίσασιν

(52) *Αὐτῷ καταράσεται.* Hunc locum non intellexerunt interpretes. Nam Musculus quidem ita vertit : *Et miser homo non degustarit, nisi primum se illi devorisset.* Christophorsonus vero, quasi Musculi insistens vestigiis, vertit hoc modo : *Atque infelix non ante degustavit, quam ita se illi devovisset.* Quasi vox αὐτῷ referretur ad Novatianum. Ego ἑαυτῷ malim legere cum Georgio Syncello, apud quem totus hic locus ita scribitur : Καὶ ὁ ἄθλιος ἄνθρωπος οὐ πρότερον γεύεται, εἰ μὴ πρότερον ἑαυτῷ καταράσαιτο. Id est : *Atque ille miser non prius gustare sinitur, quam semetipse diris devoverit.* Quippe omne jusjurandum adjunctam habet imprecationem. Quæ licet in hoc sacramento quo Novatianus homines miseros adigebat, diserte expressa non sit, tacite tamen subintelligitur, ut notavi ad Amm. Marcellinum. Porro in quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano legitur etiam κατ-αράσαιτο, perinde ac apud Syncellum.

C (53) *Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν... τὸ Ἀμήν.* Hoc est quod paulo ante dixit Cornelius, ἀντὶ τοῦ εὐλογεῖν. Fideles enim cum Eucharistiam de manu sacerdotis acciperent, postquam presbyter inter tradendum dixerat, *Corpus Domini*, respondere solebant *Amen*, ut testatur B. Ambrosius in lib. IV *De sacramentis*, cap. 5 : *Ergo non otiose cum accipis, tu dicis Amen, jam in spiritu confitens quod accipias corpus Christi. Dicit tibi sacerdos : Corpus Christi. Et tu dicis Amen, id est verum.* Cyrillus Hierosolymitanus in *Catechesi* ultima : Καὶ κοιλάνας τὴν παλάμην, δέχου τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ, ἐπιλέγων τὸ, Ἀμήν. Augustinus in libro XII *Contra Faustum*, cap. 10 : *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus respondeatur Amen.* Sæpius autem fideles inter missarum solemnia dicebant *Amen*. Nam et cum sacerdos panem et vinum consecraret, respondebant *Amen*, ut pluribus dicitur infra ad caput 9 lib. VIII, et post lectionem Evangelii et D prophetarum, *Amen* dicere seque ipsos signare consueverant, teste Augustino in epistola 166.

(54) *Ὃν καὶ Μωσῆς ὁ μακάριος.* De hoc Moyse, Romanæ urbis presbytero, Cyprianus in epistolis loquitur sæpius. Hic post passionem Fabiani Rom. urbis episcopi, Decio II et Grato Coss., anno Christi 250, comprehensus est una cum Maximo presbytero et Nicostrato diacono, et conjectus in carcerem, ibi defunctus est, cum mansisset in carcere menses 11, dies 11, ut legitur in veteri libro *De pontificibus Romanis*. Quod confirmat etiam Cyprianus in epistola 15 ad Moysem et Maximum presbyteros et cæteros confessores, ubi inter cætera hæc dicit : *Eant nunc magistratus et consules sive proconsules annuæ dignitatis insignibus et duodecim fascibus glorientur. Ecce dignitas cœlestis in vobis honoris annui claritate signata est, et jam vertentis anni volubilem circulum victricis gloriæ diuturnitate transgressa est.*

(55) *Ἀκοινώνητον ἐποίησε.* Musculus vertit *excommunicavit*. Christophorsonus vero, *Fidelium societate et communione interdixit*, quod idem est. Ego vero hanc interpretationem probare non possum. Neque enim Moyses presbyter jus habuit excommunicandi presbyteros collegas suos; sed quod unum potuit, se a communione illorum separavit, cum scilicet illi videndi ejus causa venirent in carcerem. Solent porro antiqui scriptores ita loqui de sacerdotibus qui ab aliorum communicatione abstinent, quasi ipsi eos a communione sua separent. Paulinus presbyter in *Vita B. Ambrosii : Ipsum vero Maximum a communionis consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis Domini sui ageret pœnitentiam.* Qui Paulini locus ita intelligendus est ut dixi. Neque enim Ambrosius Maximum imperatorem a communione totius Ecclesiæ sejunxit, cum nullum jus in eum haberet, sed tantum a Maximi et episcoporum ejus communione abstinuit, ut ipse testatur in relatione sua ad Valentinianum. Vide quæ supra notavi de privata communione et excommunicatione. Cæterum quod hic scribit Cornelius de Novatiano Moysis præjudicio condemnato, id a Moyse paulo ante obitum mihi factum videtur. Nam initio quidem Moyses confessor cum Novatiano communicabat. Et cum clerus Romanus epistolam illam ad Cyprianum scripsit quæ inter Cypriani epistolas prima ac tricesima numeratur, adhuc Moyses pacem cum Novatiano servabat. Ambo enim illi epistolæ subscripserunt. Quin etiam Novatianus ipse epistolam eam composuerat, sicut testatur Cyprianus in epistola ad Antonianum. Ex qua ingenium et eloquentiam Novatiani obiter licet cognoscere. Et enim epistola illa, ut fatendum est, elegantissima. Scripta est autem, cum jam Moyses annum in carcere exegisset, quod ex Cypriani epistolis ad Moysem prius datis aperte colligitur.

(56) *Σὺν τοῖς πέντε πρεσβυτέροις.* Quinam fuerint quinque illi presbyteri qui cum Novatiano schisma fecerant, mihi quidem incompertum est. Neque enim puto esse Maximum presbyterum et confessorem, qui cum Urbano, Sidonio ac Nicostrato ac reliquis confessoribus a Novatiano deceptus, ejus partes aliquandiu fovit. Quippe Maximus et reliqui confessores, mortuo demum Moyse, Novatiani partibus sese adjunxerunt, ut testatur vetus auctor *De pontificibus Romanis : Eo tempore*, inquit, *supervenit Novatus ex Africa, et separavit ab Ecclesia Novatianum et quosdam confessores, postquam Moyses in carcere defunctus est.* Novatianus quidem ante Moysis obitum qui contigit mense Februario, Decio III et Etrusco coss., se ab Ecclesia sejunxe-

Digitized by Google

ἑαυτοὺς τῆς Ἐκκλησίας. » Καὶ ἐπὶ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς, τῶν ἐπὶ Ῥώμης παραγενομένων ἐπισκόπων, τῆς τε Νοουάτου κατεγνωκότων ἀδελτηρίας, κατάλογον πεποίηται, ὁμοῦ τά τε ὀνόματα, καὶ ἧς ὁ καθεῖς αὐτῶν προηγεῖτο παροικίας, ἐπισημηνάμενος. Τῶν τε μὴ παραγενομένων μὲν ἐπὶ τῆς Ῥώμης, συνευδοκησάντων δὲ διὰ γραμμάτων τῇ τῶν προειρημένων ψήφῳ, τὰς προσηγορίας ὁμοῦ καὶ τὰς πόλεις ὅθεν ἕκαστος ὁρμώμενος ἐπέστελλε, μνημονεύει. Ταῦτα μὲν ὁ Κορνήλιος Φαβίῳ Ἀντιοχείας ἐπισκόπῳ δηλῶν ἔγραφε.

A porro illum jam nudatum ac pene solum remansisse, fratribus quotidie eum deserentibus, et ad Ecclesiam redeuntibus. Quem etiam Moyses beatissimus martyr, qui nuper apud nos egregio et admirando martyrio perfunctus est; dum adhuc in vivis esset, audaciam ejus ac furorem perspectum habens, a communione sua separavit una cum quinque presbyteris, qui se pariter cum illo ab Ecclesiæ corpore abruperant. » Sub finem autem epistolæ, numerum recenset episcoporum qui in urbem Romam convenientes, amentiam Novati condemnaverant, nomina quoque illorum, et quam quisque quidem minime adfuerant, superiorum tamen regebat Ecclesiam ascribens. Eorum item qui Romæ episcoporum sententiam litteris suis approbaverant, vocabula simul et civitates unde singuli litteras dederant, accurate commemorat. Et hæc quidem Cornelius Fabio Antiochensi episcopo per epistolam insinuavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Περὶ Σαραπίωνος ἱστορία Διονυσίου (Nic. *H. E.* VI, 6).

Τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ Φαβίῳ ὑποκατακλινομένῳ πως τῷ σχίσματι, καὶ Διονύσιος ὁ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐπιστείλας, πολλά τε ἄλλα περὶ μετανοίας ἐν τοῖς πρὸς αὐτὸν γράμμασι διελθών, τῶν τε κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐναγχος τότε μαρτυρησάντων τοὺς ἀγῶνας διιών, μετὰ τῆς ἄλλης ἱστορίας, πρᾶγμά τι μεστὸν θαύματος διηγεῖται. Ὃ καὶ αὐτὸ ἀναγκαῖον τῇδε παραδοῦναι τῇ γραφῇ, οὕτως ἔχον· « Ἓν δέ σοι τοῦτο παράδειγμα παρ' ἡμῖν συμβεβηκὸς ἐκθήσομαι. Σαραπίων τις ἦν παρ' ἡμῖν πιστὸς γέρων, ἀμέμπτως μὲν τὸν πολὺν διαβιώσας χρόνον, ἐν δὲ τῷ πειρασμῷ πεσών. Οὗτος πολλάκις ἐδεῖτο, καὶ οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ (57), καὶ γὰρ ἐτεθύκει· ἐν νόσῳ δὲ γενόμενος, τριῶν ἐξῆς ἡμερῶν ἄφωνος καὶ ἀναίσθητος διετέλεσε. Βραχὺ δὲ ἀνασφήλας τῇ τετάρτῃ, προσεκαλέσατο τὸν θυγατριδοῦν· καὶ, Μέχρι τίνος, φησὶν, ὦ τέκνον, μὲ κατέχετε; Δέομαι, σπεύσατε, καί με θᾶττον ἀπολύσατε, τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον (58). Καὶ ταῦτα εἰπὼν, πάλιν

B

246 CAPUT XLIV.

Narratio Dionysii de Serapione.

Eidem porro Fabio Dionysius Alexandrinus episcopus scribens, postquam et alia multa quæ ad pœnitentiam spectant in suis ad illum litteris exposuit, et martyrum qui recens Alexandriæ martyrium subierant, certamina commemoravit, inter cætera facinus quoddam refert admiratione dignissimum, quod huic etiam historiæ nostræ inserere necessarium duxi. Est autem hujusmodi: « Unum tibi exemplum proponam quod apud nos contigit. Erat in hac urbe Serapion quidam senex e numero fidelium, qui reliquo quidem anteactæ vitæ tempore nulli culpæ obnoxius fuerat. Sed in persecutione lapsus, sæpenumero veniam petierat, nec quisquam ei attendebat, eo quod sacrificasset. Idem postea morbo correptus vocis usu sensuque omni carens triduo permansit. Quarto demum die paululum recreatus, nepotem ex filia ad se vocat: Et quousque tandem, inquit, me detinetis, fili?

C

rat: sed confessores nonnisi Moyse mortuo ad Novatiani partes transierunt. Tanta vis atque auctoritas in Moyse erat. Idque certe innuit Cyprianus in epist. 51, his verbis: *Posteaquam vos de carcere prodeuntes schismaticus et hæreticus error excepit, sic res erat quasi gloria vestra in carcere remansisset.* Atqui constat confessores, nonnisi mortuo Moyse, ex carcere dimissos fuisse. Cur enim ipsi potius dimissi fuissent quam Moyses? Post mortem igitur Moysis Novatianum secuti sunt. Quare non assentior Baronio, qui ad annum Christi 254, num. 66, ait confessores adhuc in carcere positos, Novatiano adversus Cornelium favisse. Sed neque illud libens Baronio concesserim, quod idem scribit, Moysem scilicet presbyterum Cornelio favisse adversus Novatianum. Mihi enim videtur Moyses paulo ante ordinationem Cornelii e vivis abiisse. Quippe Cornelius anno Christi 251, Decio Augusto III et Decio Cæsare coss., mense Aprili juxta Baronii sententiam, factus est episcopus: Moyses vero mense Februario ejusdem anni e vita discesserat, cum anni spatio in carcere permansisset, ut supra observavi. Porro ex quinque illis presbyteris qui cum Novatiano ab Ecclesia se segregaverant, unus fuisse videtur Maximus presbyter, Maximo illi confessori cognominis, quem Novatianus legatum postea misit in Africam.

D

censeret. Nam et populi suffragium ad id erat necessarium, ut aliquis lapsus aut ob aliud crimen ab Ecclesiæ communione separatus, in Ecclesiam reciperetur. Atque interdum episcopus ipse plebem rogabat, ut petenti pacem et communionem concedi pateretur, quemadmodum docet Cyprianus in epist. 55 ad Cornelium. Sæpius autem plebs ipsa apud episcopum intercedebat, ut pœnitentes ad communionem admitterentur. Cujus rei insigne habemus exemplum in epistola Cornelii papæ ad Fabianum Antiochenum, de episcopo illo qui Novatianum ordinaverat: Ὃ καὶ αὐτῷ ἐκοινωνήσαμεν ὡς λαϊκῷ, περὶ αὐτοῦ δεηθέντος παντὸς τοῦ παρόντος λαοῦ. Cyprianus, in epistola 59: *Quæ res nos satis movit, recessum esse a decreti nostri auctoritate, ut ante legitimum et plenum tempus satisfactionis, et sine petitu et conscientia plebis, nulla infirmitate urgente ac necessitate cogente, pax ei concederetur.* Cornelius, in epistola ad Cyprianum: *Cæteros cum ingenti populi suffragio recepimus.*

(57) *Οὐδεὶς προσεῖχεν αὐτῷ.* Id est, nemo nec de clero nec de populo, ejus precibus flectebatur, ut veniam illi dandam pacemque indulgendam esse

(58) *Τῶν πρεσβυτέρων μοί τινα κάλεσον.* Quæret forte aliquis cur Serapio non ipsum potius accersiverit episcopum, a quo pacem et communionem acciperet, quippe episcopalis officii erat pœnitentium reconciliatio. Fateor quidem id proprie ad episcopos pertinuisse. Verum episcopi, cum ubique præsentes esse non possent, ne forte quis in infirmitate positus absque pace et communicatione decederet, presbyteris mandare consueverant, ut pacem ægris postulantibus darent. Nam sine consensu

Digitized by Google

properate, quæso, et me quantocius absolvite. Accerse mihi unum ex presbyteris. Hæc cum dixisset, rursus illum vox destituit. Puer ad presbyterum concurrit. Jam nox erat : presbyter autem ægrotabat. Sed quoniam in mandatis dederam, ut morituris, si peterent, et maxime si antea suppliciter postulassent, venia indulgeretur, quo bonæ spei

A ἦν ἄφωνος. Ἔδραμεν ὁ παῖς ἐπὶ τὸν πρεσβύτερον· νὺξ δὲ ἦν. Κἀκεῖνος ἠσθένει. Ἀφικέσθαι μὲν οὖν οὐκ ἐδυνήθη. Ἐντολῆς δὲ ὑπ' ἐμοῦ δεδομένης, τοὺς ἀπαλλαττομένους τοῦ βίου, εἰ δέοιντο, καὶ μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες (59) τύχοιεν, ἀφίεσθαι (60), ἵν' εὐέλπιδες ἀπαλλάττωνται, βραχὺ τῆς εὐχαριστίας ἐπέδωκεν τῷ παιδαρίῳ (61), ἀποβρέξαι κελεύσας (62)

episcopi nullus presbyterorum pacem pœnitentibus dare poterat, ut ex Cypriani epistolis discimus. Itaque cum urbs Alexandria admodum spatiosa esset, presbyteri per singulas urbis regiones erant dispositi, quo morientibus facilius subveniretur. Epiphanius in hæresi Arianorum : Ὅσαι γὰρ ἐκκλησίαι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὑπὸ ἕνα ἀρχιεπίσκοπον οὖσαι· καὶ κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, διὰ τὰς ἐκκλησιαστικὰς χρείας τῶν οἰκητόρων, πλησίον ἑκάστης ἐκκλησίας αὐτῶν, καὶ ἀμφόδων, ἤτοι λαυρῶν ἐπιχωρίως καλουμένων ὑπὸ τῶν τὴν Ἀλεξανδρέων κατοικούντων πόλιν. Id est : *Omnes enim catholicæ communionis Ecclesiæ in urbe Alexandrina subjectæ sunt uni archiepiscopo. Seorsim autem singulis præpositi sunt presbyteri, propter ecclesiasticas civium necessitates : habentque domicilia juxta suam quisque ecclesiam, sive ad vicos, quos Alexandrini lauras vocant.* Ad quem locum doctissimus vir D. Petavius reprehendit Epiphanium, qui hunc peculiarem Alexandrinorum morem fuisse crediderit, cum tamen in cunctis paulo majoribus urbibus quæ plures habebant basilicas, id fuerit observatum. Verum nequaquam verisimile est Epiphanium qui multas et maximas imperii Romani civitates lustraverat, morem sui sæculi ignorasse. Quare cum consuetudinem illam Alexandrinæ Ecclesiæ peculiarem fuisse adeo manifeste indicet, credibile est, alium usum fuisse in aliis civitatibus. Sane Constantinopoli non omnes ecclesiæ suos habebant presbyteros. Nam basilica sanctissimæ Virginis Mariæ, et basilica sancti martyris Theodori, et basilica Irenes, non habebant peculiares clericos, sed clerici majoris ecclesiæ et harum trium ecclesiarum communes erant. Itaque ex clericis majoris ecclesiæ singuli suo ordine ac per vices, tres illas ecclesias administrabant, ut docet imp. Justinianus, *Novella* 3 : Οὐκ ἰδιάζοντας κληρικοὺς οὐδὲ εἷς τούτων ἔχει τῶν τριῶν οἴκων. Jam vero quod Epiphanius dixit, in Alexandrina civitate κατ' ἰδίαν ταύταις ἐπιτεταγμένοι εἰσὶ πρεσβύτεροι, Petavius quidem de unico presbytero accepit, qui suam seorsim ecclesiam regeret ; vertit enim : *Suus cuique præpositus est presbyter.* At in aliis civitatibus aliter observatum esse comperimus. Nam Constantinopoli plures erant ecclesiæ, in quibus non unus duntaxat presbyter, sed multi presbyteri et diaconi atque inferiores clerici, a primis basilicarum conditoribus erant constituti ; sicut ibidem docet Justinianus.

(59) *Μάλιστα εἰ καὶ πρότερον ἱκετεύσαντες.* Hoc etiam in synodo Africana iisdem temporibus quibus hæc scribebat Dionysius congregata, statutum fuerat, ut scilicet lapsis in exitu constitutis pax daretur, dummodo eam suppliciter atque enixe postulassent ante ægritudinem. Cyprianus in epistola ad Antonianum : *Idcirco, frater charissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorum suorum toto corde et manifesta lamentationis suæ professione testantes prohibendos omnino censuimus a spe communicationis et pacis, si in infirmitate atque in periculo cœperint deprecari; quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis urgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitavit esse moriturum.*

(60) *Ἀφίεσθαι.* Ante hanc vocem quædam adduntur in codice Fuk. et Savil. haudquaquam spernenda, τῶν θείων δώρων τῆς μεταδόσεως ἀξιοῦσθαι, καὶ οὕτως ἀφίεσθαι. Sane Christophorsonus hæc etiam in libris suis repererat, sicut ex versione ejus apparet. Et hæc quidem genuina esse Dionysii verba nolim affirmare. Egregie tamen huic loco conveniunt, ut ex sequentibus apparet. Porro hic Dionysii Alexandrini locus inprimis notandus est, quippe ex quo convincitur, Eucharistiam olim datam fuisse pœnitentibus sine reconciliatoria manus impositione, ubi in periculum mortis incidissent. Hujusmodi communio vocabatur viaticum, canone 77 et 78 concilii Carthaginensis IV, et canone 39 concilii I Arausicensis, qui canon refertur in lib. VII *Capitularium Caroli Magni*, cap. 101. Eratque hæc communio dispensatoria, quippe quæ ob mortis metum ante impleta pœnitentiæ tempora pœnitentibus concederetur. Itaque si postea ex morbo convaluissent, pœnitentiam implere, et solemnem manus impositionem seu reconciliationem ante absidem accipere cogebantur, ut scribitur in dicto capite Arausicano, ubi hæc communio postrema, legitima dicitur ad discrimen prioris quæ erat tantum dispensatoria. Quare non assentior illustrissimo antistiti Gabrieli Albaspinæo, qui in libro I *Observationum*, cap. 11, negat Eucharistiam unquam datam fuisse pœnitentibus, citra reconciliationem. Verum hic Dionysii locus sententiam ejus prorsus evertit.

(61) *Βραχὺ τῆς Εὐχαριστίας ἐπέδωκε τῷ παιδαρίῳ.* Quod hic dicit Dionysius, Eucharistiam datam esse puero ad infirmum deferendam, non ita mirum videri debet. Diu enim postea id factitatum est, adeo ut S. Udalricus necesse habuerit id nominatim prohibere in sermone synodali, quem edidit Gretserus una cum *Vita Gregorii VII*. Sic ergo ibi legitur cap. 20 : *Infirmos visitate et eos reconciliate, et juxta Apostolum oleo sancto inungite, et propria manu communicate. Et nullus præsumat tradere communionem laico aut feminæ ad deferendum infirmo.* Et Gretserus quidem hunc sermonem sancti Udalrici esse existimavit. Ego vero nuper didici hanc esse epistolam synodicam Ratherii Veronensis episcopi ad suos presbyteros. Sic enim inscribitur in vetusto codice Laudunensi. Porro in manuscriptis M.z., Med. et Fuk., ἔδωκεν legitur, non ἐπέδωκεν. Apud Joannem Zonaram in rebus gestis Imp. Decii, ubi locus hic Dionysii ex Eusebio adducitur, scriptum est δέδωκε τῷ παιδαρίῳ.

(62) *Ἀποβρέξαι κελεύσας.* Rufinus vertit *infundere : Quod*, inquit, *infusum jussit seni præberi.* Sic et panem benedictum solebant veteres aqua intingere, ut docet Adamannus in lib. II *De miraculis S. Columbæ*, cap. 6 ; Beda in *Vita S. Cuthberti*, cap. 31, et in carmine de ejusdem vita ; Theodorus Campidunensis in *Vita S. Magni*, cap. 22 ; Paulus Bernriedensis in *Vita Gregorii VII*, p. 113. De Eucharistia vero in os ægrotantium infusa, loquitur canon. 76 concilii IV Carthaginensis : qui quidem canon est de infirmis qui pœnitentiam poposcerant, et postea obmutuerant, antequam presbyter ad eos venisset. Cavetur hoc canone, ut pœnitentia eis detur ; et si continuo creduntur esse morituri, reconcilientur per manus impositionem, et infundatur ori eorum Eucharistia. Aliter in pœnitentibus. Illi enim in articulo mortis constituti Eucharistiam tantum accipiebant sine manus impositione, ut discimus ex canone 77 et 78 dicti concilii. Benignius enim agendum censuerunt sancti antistites

Digitized by Google

καὶ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τοῦ στόματος ἐπιστάξαι. Ἐπανῆκεν ὁ παῖς φέρων· ἐγγύς τε γενομένου, πρὶν εἰσελθεῖν, ἀνενέγκας πάλιν ὁ Σαραπίων· Ἦκες, ἔφη, τέκνον; Καὶ ὁ μὲν πρεσβύτερος ἐλθεῖν οὐκ ἠδυνήθη, σὺ δὲ ποίησον ταχέως τὸ προσταχθέν, καὶ ἀπάλλαττέ με. Ἀπέβρεξεν ὁ παῖς, καὶ ἅμα τε ἐνέχεε τῷ στόματι. Καὶ μικρὸν ἐκεῖνος καταβροχθίσας, εὐθέως ἀπέδωκε τὸ πνεῦμα. Ἆρ' οὐκ ἐναργῶς διετηρήθη καὶ παρέμεινεν ἕως λυθῇ, καὶ τῆς ἁμαρτίας ἐξαλειφθείσης, ἐπὶ πολλοῖς οἷς ἔπραξε καλοῖς ὁμολογηθῆναι (63) δυνηθῇ; » Ταῦτα ὁ Διονύσιος.

A pleni ex hac vita migrarent, exiguam Eucharistiæ partem puero tradidit, jubens ut in aqua intinctam, seni in os instillaret. Redit igitur puer buccellam afferens. Et cum appropinquaret, priusquam ingrederetur, recreatus iterum senex : Venisti, inquit, fili. Ac presbyter quidem ipse venire non potuit. Tu vero fac citius quod imperatum est, et dimitte me. Mox puer buccellam intinxit et in os senis infudit. Qui ea paulatim absorpta, continuo animam exhalavit. An non igitur perspicue apparet, eum reservatum fuisse, ac tantisper in vita permansisse, quoad reconciliaretur, et deleto jam crimine, pro multis quæ gesserat bonis operibus a Christo agnosci posset et prædicari? » Hæc Dionysius.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Ἐπιστολὴ πρὸς Νοουάτον Διονυσίου
(Nic. *H. E.* VI, 4).

Ἴδωμεν δὲ ὁ αὐτὸς ὁποῖα καὶ τῷ Νοουάτῳ διεχάραξε, ταράττοντι τηνικάδε τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν. Ἐπειδὴ οὖν τῆς ἀποστασίας καὶ τοῦ σχίσματος πρόφασιν ἐποιεῖτο τῶν ἀδελφῶν τινας, ὡς δὴ πρὸς αὐτῶν ἐπὶ τοῦτ' ἐλθεῖν ἐκβεβιασμένος, ὅρα τίνα τρόπον αὐτῷ γράφει· « Διονύσιος Νοουάτῳ (64) τῷ ἀδελφῷ χαίρειν. Εἰ ἄκων, ὡς φῂς, ἦχθης, δείξεις ἂν ἀναχωρήσῃς ἑκών. Ἔδει μὲν γὰρ καὶ πᾶν ὁτιοῦν παθεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ διακόψαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἦν οὐκ ἀδοξοτέρα τῆς ἕνεκεν τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι γινομένης ἡ ἕνεκεν τοῦ μὴ σχίσαι μαρτυρία, κατ' ἐμὲ δὲ καὶ μείζων. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὑπὲρ μιᾶς τις τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, ἐνταῦθα δὲ ὑπὲρ ὅλης τῆς Ἐκκλησίας μαρτυρεῖ. Καὶ νῦν δὲ εἰ πείσαιο ἢ βιάσαιο τοὺς ἀδελφοὺς εἰς ὁμόνοιαν ἐλθεῖν, μεῖζον ἔσται σοι τοῦ σφάλματος τὸ κατόρθωμα, καὶ τὸ μὲν οὐ λογισθήσεται, τὸ δὲ ἐπαινεθήσεται. Εἰ δὲ ἀπειθούντων ἀδυνατοίης, σώζων σῶζε τὴν σεαυτοῦ ψυχήν. Ἐρρῶσθαί σε ἐχόμενον τῆς εἰρήνης ἐν Κυρίῳ εὔχομαι. » Ταῦτα καὶ πρὸς τὸν Νοουάτον.

B

247 CAPUT XLV.

Epistola Dionysii ad Novatum.

Sed videamus cujusmodi litteras idem Dionysius scripserit ad Novatum, qui tunc temporis Romanam Ecclesiam conturbabat. Quoniam igitur ille defectionis et schismatis causam in quosdam fratres conferebat, a quibus se invitum eo impulsum fuisse causabatur, attende qualiter ad illum scribat : « Dionysius Novato fratri salutem. Si quidem invitus, ut asseris, eo adductus es, id nobis ostendes tua sponte redeundo. Satius quidem fuerat quidvis pati ne Ecclesia Dei discinderetur. Nec minus gloriosum fuisset idcirco subire martyrium, ne Ecclesiam scinderes, quam ut ne idolis sacrificares. Imo C illud meo quidem judicio illustrius fuisset. Hic enim pro sua unius anima, illic pro omni Ecclesia martyrium quis sustinet. Si tamen vel nunc persuaseris fratribus, aut cos coegeris ut ad concordiam redeant, majus tibi meritum erit quam culpa. Et hæc quidem non imputabitur, illud vero prædicabitur. Quod si fratribus parere recusantibus id efficere non potes, tuam ipse animam serva. Opto te paci studentem in Domino bene valere. » Hæc Dionysius ad Novatum scripsit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΣ'.

Περὶ τῶν ἄλλων Διονυσίου ἐπιστολῶν
(Nic. *H. E.* VI, 6).

Γράφει δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον (65) ἐπιστολὴν περὶ μετανοίας· ἐν ᾗ τὰ δόξαντα αὐτῷ περὶ τῶν ὑποπεπτωκότων παρατέθειται, τάξεις παραπτωμάτων διαγράψας. Καὶ πρὸς Κόνωνα· τῆς Ἑρμουπολιτῶν δὲ παροικίας ἐπίσκοπος ἦν οὗτος· ἰδία τις *Περὶ μετανοίας* αὐτοῦ φέρεται γραφή· καὶ ἄλλη ἐπιστρεπτικὴ (66) D

CAPUT XLVI.

De aliis Dionysii epistolis.

Scripsit etiam ad fratres per Ægyptum constitutos epistolam de pœnitentia, in qua et suam de lapsis sententiam exponit, et criminum gradus distinguit. Exstat etiam peculiaris ejus liber *De pœnitentia* ad Cononem Hermopolitanæ Ecclesiæ episcopum. Alia item objurgatoria epistola ad gre-

cum iis qui devotionis impulsu in infirmitate constituti pœnitentiam petierant, quam cum aliis qui publicorum criminum rei in ordine pœnitentium stabant.

(63) *Ὁμολογηθῆναι.* Langus, Wolfius et Musculus vertunt, *confiteri*, quod, meo quidem judicio, tolerari non potest. Christophorsonus autem interpretatur *in numerum confessorum referri*, quod non displicet, modo intelligatur a Christo. Alludit enim Dionysius ad illa Christi verba in Evangelio : *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor illum coram Patre meo.*

(64) *Διονύσιος Νοουάτῳ.* Hieronymus in *Catalogo*, ubi initium hujus epistolæ refert, pro Novato habet *Novatianum* rectius. Certe in *Chronico* Georgii Syncelli legitur Διονύσιος Ναυατιανῷ. Rufinus vero duas epistolas eodem exemplo scriptas esse a Dionysio tradit; alteram ad Novatum, alteram ad Novatianum. Nam post epistolam Dionysii ad Novatum quæ hic refertur ab Eusebio, subjungit : *Hæc eadem etiam Novatiano scripsit.* Quæ verba in Græco textu non habentur. Græci enim Novatum et Novatianum inter se confuderunt, similitudine nominum decepti. Quo in errore fuit etiam Eusebius noster.

(65) *Πρὸς τοὺς κατ' Αἴγυπτον.* Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, dicit hanc Dionysii epistolam scriptam esse ad Armenios de pœnitentia et ordine delictorum. Sic enim Hieronymus vertit verba illa τάξεις παραπτωμάτων.

(66) *Ἐπιστρεπτική. Hortatoriam* vertit Musculus et Christophorsonus, minus recte. Utitur eadem voce Eusebius in superioribus libris.

Digitized by Google

gem suum Alexandriæ. Est et libellus *De martyrio* ad Origenem scriptus. Epistola quoque ad fratres Laodicensis Ecclesiæ cui præerat Thelymidres episcopus : et ad Armenios similiter de pœnitentia, quorum episcopus erat Meruzanes. Scribit præterea ad Cornelium Romanæ urbis episcopum, cujus litteras adversus Novatum scriptas acceperat. In qua quidem epistola significat se ab Heleno Tarsi Ciliciæ episcopo, et a cæteris qui cum illo convenerant, Firmiliano scilicet Cappadociæ, **248** et Theoctisto Palæstinæ provinciæ episcopis invitatum fuisse, ut ad synodum Antiochenam occurreret, in qua quidam Novati schisma confirmare tentabant. Scribit etiam sibi nuntiatum fuisse, quod Fabius quidem diem extremum obiisset, Demetrianus vero in ejus locum episcopus Antiochenæ Ecclesiæ esset constitutus. Sed et de Hierosolymorum episcopo mentionem facit his verbis : « Quod enim ad Alexandrum spectat, is in carcerem conjectus, beato exitu defunctus est. » Sequitur deinde altera ejusdem Dionysii epistola ad fratres Romæ constitutos, per Hippolytum missa, de officio diaconi. Alteram item ad eosdem epistolam scribit de pace, et pariter de pœnitentia. Rursus aliam ad confessores ibidem constitutos, qui Novati sententiæ etiam tum favebant. Duas quoque alias ad hos ipsos epistolas misit, postquam ad Ecclesiam rediissent. Alias quoque complures ad diversos scripsit epistolas, ex quibus quicunque illius operum studiosi sunt amatores (sunt autem etiamnum plurimi) multiplicem percipere possunt utilitatem.

Explicit liber sextus Historiæ ecclesiasticæ.

A πρὸς τὸ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ποίμνιον αὐτοῦ. Ἐν τούτοις ἐστὶ καὶ ἡ *Περὶ μαρτυρίου* πρὸς τὸν Ὠριγένην γραφεῖσα, καὶ τοῖς κατὰ Λαοδίκειαν ἀδελφοῖς, ὧν προῆστατο Θηλυμίδρης ἐπίσκοπος. Καὶ τοῖς κατὰ Ἀρμενίαν ὡσαύτως περὶ μετανοίας ἐπιστέλλει, ὧν ἐπεσκόπευε Μερουζάνης (67). Πρὸς ἅπασι τούτοις, καὶ Κορνηλίῳ τῷ κατὰ Ῥώμην γράφει, δεξάμενος αὐτοῦ τὴν κατὰ τοῦ Νοουάτου ἐπιστολήν· ᾧ καὶ σημαίνει δηλῶν ἑαυτὸν παρακεκλῆσθαι ὑπό τε Ἑλένου τοῦ ἐν Ταρσῷ τῆς Κιλικίας ἐπισκόπου, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν σὺν αὐτῷ, Φιρμιλιανοῦ τε τοῦ ἐν Καππαδοκίᾳ, καὶ τοῦ κατὰ Παλαιστίνην Θεοκτίστου, ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀπαντήσοι τὴν κατὰ Ἀντιόχειαν, ἔνθα τοῦ Νοουάτου κρατύνειν τινὲς ἐπεχείρουν τὸ σχίσμα. Πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει (68) μηνυθῆναι αὐτῷ, Φάβιον μὲν B κεκοιμῆσθαι, Δημητριανὸν δὲ διάδοχον ἐκείνου τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν ἐπισκοπῆς καθεστάναι. Γράφει δὲ καὶ περὶ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτοῖς ῥήμασι φάσκων· « Ὁ μὲν γὰρ μακάριος Ἀλέξανδρος ἐν φρουρᾷ γενόμενος, μακαρίως ἀνεπαύσατο. » Ἐξῆς ταύτῃ καὶ ἑτέρα τις ἐπιστολὴ τοῖς ἐν Ῥώμῃ τοῦ Διονυσίου φέρεται διακονικὴ (69), διὰ Ἱππολύτου. Τοῖς αὐτοῖς δὲ ἄλλην περὶ εἰρήνης διατυποῦται· καὶ ὡσαύτως περὶ μετανοίας· καὶ αὖ πάλιν ἄλλην τοῖς ἐκεῖσε ὁμολογηταῖς, ἔτι τῇ τοῦ Νοουάτου συμφερομένοις γνώμῃ. Τοῖς δὲ αὐτοῖς τούτοις, ἑτέρας δύο μεταθεμένοις ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν ἐπιστέλλει. Καὶ ἄλλοις δὲ πλείοσιν ὁμοίως διὰ γραμμάτων ὁμιλήσας, ποικίλας τοῖς ἔτι νῦν σπουδὴν περὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ποιουμένοις καταλέλοιπεν ὠφελείας.

C

Τέλος τοῦ ς' λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Ζ'.

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER SEPTIMUS.

ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΕΒΔΟΜΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

Ϛ'. Περὶ τῆς Δεκίου καὶ Γάλλου κακοτροπίας.
Ϛ'. Τίνες εἰ κατὰ τοὺσδε Ῥωμαίων ἐπίσκοποι.
D *Γ'. Ὅπως Κυπριανὸς ἅμα τοῖς κατ' αὐτὸν ἐπισκόποις τοὺς ἐξ αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας*

(67) *Μερουζάνης.* In codd. Maz., Med. et Fuk. Μερουαζάνης dicitur, Armeniæ minoris episcopus, ut opinor.

(68) *Πρὸς τούτοις ἐπιστέλλει.* In eadem scilicet epistola; non in altera, ut putavit Christophorsonus.

(69) *Διακονική.* Sic habent nostri codices et Georgius Syncellus in *Chronico*. Rufinus vertit *de*

Digitized by Google

λουτρῷ δεῖν καθαίρειν πρῶτος ἐδογμάτισεν.
δ'. Ὁπόσας περὶ τούτου Διονύσιος συνέταξεν ἐπιστολάς.
ε'. Περὶ τῆς μετὰ τὸν διωγμὸν εἰρήνης.
ς'. Περὶ τῆς κατὰ Σαβέλλιον αἱρέσεως.
ζ'. Περὶ τῆς τῶν αἱρετικῶν παμμιάρου πλάνης, καὶ τῆς θεοπέμπτου ὁράσεως Διονυσίου, οὗ τε παρείληφεν ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος.
η'. Περὶ τῆς κατὰ Νοουάτον ἑτεροδοξίας.
θ'. Περὶ τοῦ τῶν αἱρετικῶν ἀθέου βαπτίσματος.
ι'. Περὶ Οὐαλεριανοῦ, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ.
ια'. Περὶ τῶν τότε Διονυσίῳ καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον συμβάντων.
ιβ'. Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων.
ιγ'. Περὶ τῆς κατὰ Γαλλιηνὸν εἰρήνης.
ιδ'. Οἱ κατ' ἐκεῖνο συνηκμακότες ἐπίσκοποι.
ιε'. Ὅπως κατὰ Καισάρειαν Μαρῖνος ἐμαρτύρησεν.
249 ις'. Ἡ κατὰ Ἀστύριον ἱστορία.
ιζ'. Περὶ τῶν κατὰ Πανεάδα σημείων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεγαλουργίας.
ιη'. Περὶ τοῦ ἀνδριάντος οὗ ἡ αἱμορροοῦσα ἀνέστησεν.

A ιθ'. Περὶ τοῦ θρόνου Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου.
κ'. Περὶ τῶν ἑορταστικῶν Διονυσίου ἐπιστολῶν, ἔνθα καὶ περὶ τοῦ Πάσχα κανονίζει.
κα'. Περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συμβάντων.
κβ'. Περὶ τῆς ἐπισκηψάσης νόσου.
κγ'. Περὶ τῆς Γαλλιηνοῦ βασιλείας.
κδ'. Περὶ Νέπωτος καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν σχίσματος.
κε'. Περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως.
κς'. Περὶ τῶν ἐπιστολῶν Διονυσίου.
κζ'. Περὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συστάσης ὑπ' αὐτοῦ αἱρέσεως.
κη'. Περὶ τῶν τότε γνωριζομένων διαφανῶν ἐπισκόπων.
κθ'. Ὅπως ὁ Παῦλος ἀπελεγχθεὶς ὑπὸ Μαλχίωνός τινος ἀπὸ σοφιστῶν πρεσβυτέρου, ἐξεκηρύχθη.
λ'. Περὶ τῆς κατὰ Παύλου ἐπιστολῆς τῶν ἐπισκόπων.
λα'. Περὶ τῆς τῶν Μανιχαίων ἑτεροδόξου διαστροφῆς ἄρτι τότε ἀρξαμένης.
λβ'. Περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς διαπρεψάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀνδρῶν, τίνες τε αὐτῶν μέχρι τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν πολιορκίας διέμειναν.

IN SEPTIMO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.

I. *De improbitate Decii et Galli.*
II. *Quinam tunc fuerint Romanæ urbis episcopi.*
III. *Quomodo Cyprianus cum aliquot sibi adjunctis episcopis eos qui ab hæretico errore converterentur, primus rebaptizandos censuit.*
IV. *Quot epistolas Dionysius ea de re conscripsit.*
V. *De pace Ecclesiarum post persecutionem.*
VI. *De hæresi Sabellii.*
VII. *De exsecrando hæreticorum errore, et de visione Dionysio divinitus missa, ac de ecclesiastica regula eidem tradita.*
VIII. *De hæresi Novati.*
IX. *De impio hæreticorum baptismo.*
X. *De Valeriano et de persecutione ab eo excitata.*
XI. *De his quæ Dionysius et Christiani qui in Ægypto erant, pertulerunt.*
XII. *De his qui apud Cæsaream Palæstinæ martyrio perfuncti sunt.*
XIII. *De pace a Gallieno reddita.*
XIV. *Quinam iisdem temporibus floruerint episcopi.*
XV. *Quomodo Marinus apud Cæsaream martyrio perfunctus est.*
XVI. *Narratio de Astyrio.*
XVII. *De miraculis Servatoris nostri apud Panea-*

B *dem.*
XVIII. *De statua quam mulier sanguinis fluxu laborans erexit.*
XIX. *De cathedra Jacobi episcopi.*
XX. *De epistolis paschalibus Dionysii, in quibus et canonem paschalem tradit.*
XXI. *De his quæ Alexandriæ contigerunt.*
XXII. *De morbo qui tunc grassatus est.*
XXIII. *De imperio Gallieni.*
XXIV. *De Nepote et ejus schismate.*
XXV. *De Joannis Apocalypsi.*
XXVI. *De epistolis Dionysii.*
250 XXVII. *De Paulo Samosateno, deque hæresi ab eodem Antiochiæ instituta.*
XXVIII. *De episcopis qui tunc præ cæteris insignes fuerunt.*
XXIX. *Qualiter Paulus convictus a Malchione presbytero qui prius sophista fuerat, abdicatus est.*
XXX. *De epistola synodi contra Paulum.*
C XXXI. *De Manichæorum errore qui tunc primum exortus est.*
XXXII. *De viris ecclesiasticis qui nostra ætate floruerunt, et quinam ex ipsis usque ad eversionem Ecclesiarum superfuerint.*

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὸν ἕβδομον (70) τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας αὖθις ὁ μέγας ἡμῖν Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος Διονύσιος (70*) ἰδίαις φωναῖς συνεκπονήσει, τῶν καθ' ἑαυτὸν πεπραγμένων ἕκαστα ἐν μέρει δι' ὧν καταλέλοιπεν ἐπιστολῶν ὑφηγούμενος. Ἐμοὶ δὲ ὁ λόγος ἐντεῦθεν ποιήσεται τὴν ἀρχήν.

PROŒMIUM.

Septimum quoque *Ecclesiasticæ Historiæ* librum magnus ille Dionysius suis verbis nobiscum una contexet, cuncta quæ ætate sua contigerunt in epistolis quas reliquit singillatim exponens. Hinc porro narrationis nostræ ducemus exordium.

ministeriis, quasi illa epistola sic inscripta fuerit, D eo quod de ministris Ecclesiæ in ea tractaretur. Jacobus Goar, qui Georgium Syncellum in lucem edidit notisque illustravit, genus quoddam epistolarum eccle-iasticarum esse putavit, quod διακονική diceretur, sicut fuere synodicæ, pacificæ, dimissoriæ et similes. Verum ego Rufino potius assentior, qui epistolam Dionysii idcireo διακονικὴν dictam esse ianuit, quod de officio diaconi pertractaret.

(70) *Τὸν ἕβδομον.* Codex Regius quem Rob. Stephanus ubique secutus est, habet τὸ ἕβδομον. Et same ratio ita poscebat, ut qui in titulo hujus libri βιβλίον ἕβδομον posuerat, hic quoque τὸ ἕβδομον scriberet. Sed codices nostri Maz., Med. et Fuk. qui titulum hujus libri ita concipiunt, λόγος ζ', hic scriptum habent, τὸν ἕβδομον, etc.

(70*) *Ὁ μέγας... Διονύσιος.* Non solus Eusebius, sed omnes fere antiqui Patres Dionysio Alexandrino cognomen *Magni* tribuerunt. Ita Basilius in *Epistola canonica ad Amphilochium* : Καὶ ἐθαύμασα, πῶς κανονικὸν ὄντα τὸν μέγαν Διονύσιον παρῆλθεν. Maximus quoque in scholiis ad Dionysium Areopagitam ita illum cognominat, et Symeon Metaphrastes in *Actis* Passionis B. Petri Alexandrinorum episcopi, cujus locum supra citavi.

Digitized by Google

CAPUT I.

De improbitate Decii et Galli.

Decio simul cum liberis interfecto, cum secundum imperii annum necdum explesset, Gallus in ejus locum succedit. Quo tempore Origenes septuagesimo ætatis anno ex hac vita migravit. Cæterum Dionysius in epistola ad Hermammonem de Gallo imperatore ita scribit : « Sed neque Gallus culpam Decii intellexit, nec prospexit quid tandem illum pessumdedisset. Quin potius ad eumdem lapidem ante oculos suos positum impegit. Qui cum imperium ipsius prospero in statu esset, cunctaque ex animi sententia succederent, viros sanctos qui pro pace et incolumitate ipsius preces ad Deum allegabant, insectatus est. Cum illis ergo orationes pro ipso fieri solitas simul fugavit. » Hæc de Gallo Dionysius.

CAPUT II.

Quinam tunc fuerint Romanæ urbis episcopi.

Interea Romæ cum Cornelius tribus circiter annis episcopatum tenuisset, Lucius in ejus locum substituitur. Qui **251** vix octo mensium spatio perfunctus eo munere, moriens episcopale officium Stephano dereliquit. Ad hunc Stephanum Dionysius primam earum quæ de baptismo conscriptæ sunt epistolam exaravit, cum per id tempus non mediocris controversia exorta esset, utrum eos qui ex qualibet hæresi convertuntur, baptismo purgari

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς Δεκίου καὶ Γάλλου κακοτροπίας (Nic. *H. E.* v, 34).

Δέκιον οὐδ' ὅλον ἐπικρατήσαντα δυοῖν ἐτοῖν (71) χρόνον, αὐτίκα τε ἅμα τοῖς παισὶ (72) κατασφαγέντα, Γάλλος διαδέχεται. Ὠριγένης ἐν τούτῳ ἐνὸς δέοντα τῆς ζωῆς ἑβδομήκοντα (73) ἀποπλήσας ἔτη, τελευτᾷ. Γράφων γέ τοι ὁ Διονύσιος Ἑρμάμμωνι περὶ τοῦ Γάλλου ταῦτα φάσκει· « Ἀλλ' οὐδὲ Γάλλος ἔγνω τὸ Δεκίου κακὸν, οὐδὲ προεσκόπησε τί ποτ' ἐκεῖνον ἔδηλεν, ἀλλὰ πρὸς τὸν αὐτὸν πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ γενόμενον ἔπταισε λίθον. Ὅς εὖ φερομένης αὐτῷ τῆς βασιλείας, καὶ κατὰ νοῦν (73') χωρούντων τῶν πραγμάτων, τοὺς ἱεροὺς ἄνδρας τοὺς περὶ τῆς εἰρήνης αὐτοῦ καὶ τῆς ὑγιείας πρεσβεύοντας (74) πρὸς τὸν Θεὸν, ἤλασεν. Οὐκοῦν σὺν ἐκείνοις ἐδίωξε καὶ τὰς ὑπὲρ ἑαυτοῦ προσευχάς. » Ταῦτα μὲν οὖν περὶ τοῦδε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τίνες οἱ κατὰ τούσδε Ῥωμαίων ἐπίσκοποι (Nic. *H. E.* vi, 7).

Κατὰ δὲ τὴν Ῥωμαίων πόλιν Κορνηλίου ἔτεσιν ἀμφὶ τὰ τρία τὴν ἐπισκοπὴν διανύσαντος, Λούκιος κατέστη διάδοχος, μησὶ δ' οὐδ' ὅλοις οὗτος ὀκτὼ τῇ λειτουργίᾳ διακονησάμενος, Στεφάνῳ τελευτῶν μεταδίδωσι τὸν κλῆρον. Τούτῳ δὴ Στεφάνῳ τὴν πρώτην ὁ Διονύσιος τῶν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῶν διατυποῦται, ζητήματος οὐ σμικροῦ τηνικάδε ἀνακινηθέντος, εἰ δέοι τοὺς ἐξ οἱασδ' οὖν αἱρέσεως ἐπιστρέφοντας, διὰ λουτροῦ καθαίρειν· παλαιοῦ γέ τοι (75) κε-

(71) Οὐδ' ὅλον δυοῖν ἐτοῖν. Eusebius in *Chronico* annum unum imperii ac menses tres Decio tribuit. Sed Aurelius Victor Decios periisse dicit exacto regni biennio. In Victoris autem epitome, imperasse dicitur Decius mensibus triginta. Imperare cœpit Æmiliano et Aquilino coss., anno Christi 249. Anno deinde 250 consul iterum fuit una cum Grato. Secuto deinde anno, qui consules habuit Decium Aug. III et Etruscum Cæsarem, imperium constanter retinuit, ut colligitur ex senatusconsulto quod refert Pollio in *Valeriano* in hæc verba : *Duobus Deciis coss.*, VI *Kalend. Novemb. die, cum ob imperatorias litteras senatus in æde Castrorum haberetur, ireturque per sententias singulorum, cui deberet censura deferri, nam id Decii posuerant in senatus amplissimi potestate,* etc. Anno deinde sequenti, id est Gallo et Volusiano coss., occisus est. Certe aut hoc anno, aut fine superioris anni cæsos esse Decios oportet. Sed verius puto consulatu Galli et Volusiani. Cum enim cæsi sint Decii in prælio, haudquaquam verisimile est eos hiberno tempore bellum in Thracia gessisse. Porro Eusebius annum unum et menses tres tribuit Decio, eo quod annos septem assignat Philippo, cum tamen sex tantum annos Philippus imperaverit. Quo occiso, Decius se Augustum simul et consulem renuntiavit, anno Christi 249, ut jam dixi. Certe hoc anno Decium imperare cœpisse apparet ex nummis veteribus quos Goltzius et Occo retulere, in quibus Decius trib. pot. II consul tertium ponitur.

(72) Ἅμα τοῖς παισί. Decius imperator duos habuit filios, quorum major dictus est Quintus Herennius Etruscus Messius Decius, minor vero Caius Valens Hostilianus Messius quintus, ambo primum Cæsares, postea Augusti a patre facti, ut ex nummis et inscriptionibus discimus.

(73) Ἑβδομήκοντα. Baronius ad annum Christi 256 Origenis mortem confert in annum tertium Galli et Volusiani, cum tamen Eusebius in hoc loco Origenis mortem assignet eodem anno quo Decius est occisus, et quo Gallus imperium occupavit. Eusebius in lib. VI, cap. 36, anno III Philippi imp. Origenem sexagenario majorem fuisse scribit. Qui locus Baronii sententiam videtur stabilire. Nam a tertio Philippi imp. anno usque ad tertium Galli et Volusiani, anni sunt novem. Adde quod scribit Eusebius initio hujus libri, Origenem decimo anno imp. Severi, quo anno pater ipsius martyrio perfunctus est, annos natum fuisse septemdecim. Atqui si a decimo Severi anno ad primum Galli numeraveris, anni fiunt unus et quinquaginta, quibus si septemdecim annos adjungas, anni exsistunt octo et sexaginta. Proinde necesse est, ut secundo aut tertio Galli et Volusiani anno mortuus sit Origenes. Verum Eusebius hoc loco, ut dixi, perspicue asserit Origenem circa initia principatus Galli mortuum esse, id est, anno Christi 252, idque confirmare videtur Hieronymus in epist. 65, ad Pammachium, ubi ait : *Centum et quinquaginta prope anni sunt ex quo Origenes mortuus est Tyri.* Et paulo post ait : *Cur post quadringentos annos docere nos uiteris quod ante nescivimus*, etc. Si ergo de quadringentis demas centum quadraginta octo, remanet annus 252 a natali Christi. Quod si mortem Origenis in annum primum Galli imp. conferamus, ut hic suadet Eusebius, cum eum mortuum esse dicat anno ætatis nono et sexagesimo, natus sit oportet Commodi imp. anno IV, non autem IX, ut est in *Chronico Alexandrino*.

(73') Vulg. *κατὰ ῥοῦν χωρούντων*. Ita ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. Et ferri potest hæc lectio, ut sit metaphora ab iis quæ secundo amne deferuntur. In reliquis tamen exemplaribus Maz., Med., Fuk. et Savilii legitur κατὰ νοῦν, quæ scriptura magis placet, eamque Rufinus etiam secutus est.

(74) *Περὶ τῆς εἰρήνης... πρεσβεύοντας*. Malim scribere ὑπὲρ τῆς εἰρήνης.

(75) *Παλαιοῦ γέ τοι*. Ab his verbis inchoandum

Digitized by Google

κρατηκότος ἔθους ἐπὶ τῶν τοιούτων μόνῃ χρῆσθαι τῇ διὰ χειρῶν ἐπιθέσεως εὐχῇ.

A oporteret. Quippe antiqua consuetudo invaluerat, ut in ejusmodi hominibus sola manuum impositio cum precationibus adhiberetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅπως Κυπριανὸς ἅμα τοῖς κατ' αὐτὸν ἐπισκόποις τοὺς ἐξ αἱρετικῆς πλάνης ἐπιστρέφοντας λουτρῷ δεῖν· καθαίρειν πρῶτος ἐδογμάτισεν (Nic. *H. E.* VI, 7).

CAPUT III.

Quomodo Cyprianus, cum aliquot sibi adjunctis episcopis, eos qui ab hæretico errore converterentur rebaptizandos primus censuit.

Πρῶτος τῶν τότε Κυπριανὸς (76) τῆς κατὰ Καρχηδόνα παροικίας ποιμὴν, οὐδ' ἄλλως ἢ διὰ λουτροῦ πρότερον τῆς πλάνης ἀποκαθηραμένους, προσίεσθαι δεῖν ἡγεῖτο. Ἀλλ' ὅ γε Στέφανος μὴ δεῖν (77) τι νεώτερον παρὰ τὴν κρατήσασαν ἀρχῆθεν παράδοσιν ἐπικαινοτομεῖν οἰόμενος, ἐπὶ τούτῳ διηγανάκτει.

Primus omnium Cyprianus, qui tunc temporis Carthaginensem regebat Ecclesiam, non nisi per baptismum ab errore prius emundatos, admittendos esse censuit. Verum Stephanus nihil adversus traditionem quæ jam inde ab ultimis temporibus obtinuerat, innovandum ratus, gravissime id tulit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὁπόσας περὶ τούτου Διονύσιος συνέταξεν ἐπιστολάς (Nic. *H. E.* VI, 7).

CAPUT IV.

Quot epistolas Dionysius ea de re conscripsit.

Πλεῖστα δὴ οὖν αὐτῷ περὶ τούτου διὰ γραμμάτων ὁ Διονύσιος ὁμιλήσας, τελευτῶν δηλοῖ ὡς ἄρα τοῦ διωγμοῦ λελωφηκότος, αἱ πανταχόσε Ἐκκλησίαι τὴν κατὰ Νοουάτον ἀποστραφεῖσαι νεωτεροποιίαν (78), εἰρήνην πρὸς ἑαυτὰς ἀνειλήφεσαν. Γράφει δὲ ὧδε.

B

Ad hunc igitur, ut dixi, multa de hoc argumento Dionysius per litteras scripsit. In quibus id tandem illi indicat, omnes ubique Ecclesias mollito jam persecutionis furore, Novati turbulentam novitatem detestantes, inter se pacem iniisse. Sic autem scribit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς μετὰ τὸν διωγμὸν εἰρήνης.

CAPUT V.

De pace Ecclesiarum post persecutionem.

« Ἴσθι δὲ νῦν, ἀδελφὲ (79), ὅτι ἡνώνται πᾶσαι αἱ πρότερον διεσχισμέναι κατά τε τὴν Ἀνατολὴν Ἐκκλησίαι, καὶ ἔτι προσωτέρω (80). Καὶ πάντες εἰσὶν ὁμόφρο-

« Scias autem, frater, cunctas per Orientem et ulterius positas Ecclesias, quæ prius ante discissæ, nunc tandem ad unitatem reversas esse : et omnes

est cap. 3, quod nec Musculus nec Christophorsonus animadvertit. Nam quod sequitur πρῶτος τῶν τότε Κυπριανός, uno spiritu continuari debet, utpote alterum membrum periodi. Certe ante hæc verba παλαιοῦ γέ τοι, etc., omnes nostri codices distinctionem, hoc est, τελείαν στιγμὴν habent appositam. Quo indicatur novam periodum ab his verbis inchoari. In iisdem tamen codicibus caput 3 incipit ab illis verbis, πρῶτος τῶν τότε Κυπριανός, etc.

(76) *Πρῶτος τῶν τότε Κυπριανός.* Non primus hujus sententiæ auctor fuit Cyprianus, sed diu ante illum Agrippinus Carthaginensis Ecclesiæ episcopus, collectis Africæ et Numidiæ episcopis, hæreticos rebaptizandos esse decreverat, ut docet Cyprianus in epistola 71 et 73. Augustinus in lib. III *Contra Donatistas*, et Vincentius Lirinensis. Quo magis excusandus fuit Cyprianus, qui synodali auctoritate firmatam antecessoris sui sententiam defendere conatus est. Sed et in Cappadocia morem illum rebaptizandi hæreticos, jam inde ab antiquissimis temporibus et ab ultima usque hominum memoria semper usurpatum fuisse, testatur Firmilianus, Cæsareæ Cappadocum episcopus, in epistola ad Cyprianum. Porro ex codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. restituimus πρῶτος τῶν τότε, cum antea ex codice Regio legeretur πρῶτος τότε.

(77) *Ἀλλ' ὅ γε Στέφανος μὴ δεῖν.* Epistola Stephani papæ ad episcopos Africæ refertur a Cypriano in epistola 74 et 75, iisdem fere verbis quibus utitur hic Eusebius : *Si quis a quacunque hæresi venerit ad nos, nihil innovetur, nisi quod traditum est, ut manus illi imponatur in pœnitentiam, cum ipsi hæretici proprie alterutrum ad se venientes non baptizent, sed communicent tantum.* Firmilianus quoque in epistola ad Cyprianum, quædam illius epistolæ capita refert simul ac refutat.

78) *Νεωτεροποιίαν.* Alludit ad nomen Novati seu Novatiani. Sic *hæreseon novitates* dixit Vincentius Lirinensis in *Commonitorio*.

(79) *Ἴσθι δὲ νῦν, ἀδελφέ.* Ex hac epistola Dionysii ad Stephanum papam Baronius ad annum Christi 259 colligit, Orientales episcopos tandem C errore deposito sententiam Stephani de hæreticis non rebaptizandis amplexos esse. Baronium secutus est Filesacus in notis ad Vincentii *Commonitorium*. Sed qui Dionysii epistolam attente legerit, longe aliter rem se habere intelliget. Nam epistola illa Dionysii duo capita continebat : primum an rebaptizandi essent hæretici, secundum de concordia Ecclesiarum Orientis, quæ Novatiani hæresim damnaverant, et lapsos recipiendos esse statuerant. Huic igitur sententiæ Demetrianum episcopum Antiochiæ, quæ caput erat Orientis, et reliquos subscripsisse nuntiat Dionysius : quod quidem Stephano gratissimum fore sciebat, cum Fabius decessor Demetriani in Novatiani sententiam pronior fuisset, et congregato ex Cilicia, Cappadocia, Palæstina et Ægypto episcoporum concilio, eam stabilire conatus fuisset, ut scribit Dionysius apud Eusebium in fine lib. VI.

(80) *Καὶ ἔτι προσωτέρω.* Hæc verba non habentur D in codd. Fuk. et Saviliano. Sed nec Christophorsonus in libris suis ea reperit, ut ex versione ejus apparet : leguntur tamen apud Syncellum ac Nicephorum, et in nostris, Regio, Maz. ac Medicæo. Et Langus quidem ac Musculus ita verterunt : *Scito nunc, frater, Orientales atque etiam ulteriores Ecclesias*, etc. Recte, meo quidem judicio. Sic Eusebius, in lib. III *De vita Constantini*, cap. 7, Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, τούτων θ' οἱ ἔτι προσωτάτω. Ita enim scribitur locus ille in codice Reg. et in schedis, et apud Socratem. Per ulteriores Ecclesias, intelligo Ecclesias Osdroenæ et Mesopotamiæ. Oriens enim proprie dicebatur Syria, cujus caput erat Antiochia. Regebatque hanc provinciam tunc temporis præses Orientis, ut docet Vopiscus in *Aureliano*, agens de ejus adoptione. Possunt tamen hæc verba etiam aliter intelligi, ut verba sint Eusebii, ex epistola Dionysii carptim quædam capita referentis. Certe in codd. Maz. ac Med hæc verba duobus puncus in-

Digitized by Google

Ecclesiarum ubicunque antistites unum idemque sentire, et ob redditam insperato pacem incredibili gaudio exsultare : Demetrianum scilicet episcopum Antiochiæ, Theoctistum Cæsareæ, Æliæ post mortem Alexandri Mazabanem, Marinum Tyri, Laodiceæ vero post Thelymidris obitum Heliodorum : Helenum Tarsi cunctasque Ciliciæ Ecclesias: Firmilianum denique cum universa Cappadocia. Solos enim illustriores episcopos nominavi, ne forte epistola nostra prolixior, **252** et oratio molestior redderetur. Syriarum quidem provinciæ omnes cum Arabia, quibus identidem necessaria suppeditatis, et quibus litteras nunc scripsistis : Mesopotamia quoque, Pontus ac Bithynia ; ac ut uno verbo absolvam, omnes ubique terrarum lætitia gestiunt, Deoque gratias agunt ob hanc concordiam fraternamque charitatem. » Et hæc quidem Dionysius scribit. Cæterum cum Stephanus Ecclesiam biennio administrasset, Xystus in ejus locum successit. Ad hunc Dionysius secundam *De baptismo* scripsit epistolam, in qua Stephani simul ac

A νες οἱ πανταχοῦ προεστῶτες, χαίροντες καθ' ὑπερβολὴν ἐπὶ τῇ παρὰ προσδοκίαν εἰρήνῃ γενομένῃ· Δημητριανὸς ἐν Ἀντιοχείᾳ, Θεόκτιστος ἐν Καισαρείᾳ, Μαζαβάνης ἐν Αἰλίᾳ (81), κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου Μαρῖνος ἐν Τύρῳ, (82)· Ἡλιόδωρος ἐν Λαοδικείᾳ ἀναπαυσαμένου Θηλυμίδρου, Ἕλενος ἐν Ταρσῷ καὶ πᾶσαι αἱ τῆς Κιλικίας Ἐκκλησίαι, Φιρμιλιανὸς, καὶ πᾶσα Καππαδοκία. Τοὺς γὰρ περιφανεστέρους μόνους τῶν ἐπισκόπων ὠνόμασα, ἵνα μήτε μῆκος τῇ ἐπιστολῇ, μήτε βάρος προσάψω τῷ λόγῳ. Αἱ μέντοι Συρίαι ὅλαι καὶ ἡ Ἀραβία οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε (83), καὶ οἷς νῦν ἐπεστείλατε, ἥ τε Μεσοποταμία, Πόντος τε καὶ Βιθυνία, καὶ συνελόντι εἰπεῖν, ἀγαλλιῶνται πάντες πανταχοῦ τῇ ὁμονοίᾳ καὶ φιλαδελφίᾳ, δοξάζοντες τὸν Θεόν. » Ταῦτα μὲν ὁ Διονύσιος.

B Στέφανον δ' ἐπὶ δυσὶν ἀποπλήσαντα τὴν λειτουργίαν ἔτεσι Ξύστος διαδέχεται. Τούτῳ δευτέραν ὁ Διονύσιος *Περὶ βαπτίσματος* χαράξας ἐπιστολὴν (84), ὁμοῦ τὴν Στεφάνου καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων γνώμην τε καὶ κρίσιν δηλοῖ, περὶ τοῦ Στεφάνου λέγων ταῦτα· « Ἐπεστάλκει (85) μὲν οὖν πρότερον καὶ περὶ Ἑλένου καὶ

clusa sunt. Et in exemplari quidem Medicæo apposita est media distinctio sive mora, in Mazarino vero distinctio. Verto igitur, *et paulo post*. Atque hæc posterior interpretatio, verior nunc mihi videtur ac certior.

(81) *Ἐν Αἰλίᾳ.* Ælia vocabatur ætate Dionysii, quæ postea dicta est Hierosolyma. Constantini quidem temporibus adhuc Ælia vocabatur. Sic in tabula Peutingerorum et in *Itinerario Antonini*, quod post imperium Constantini scriptum est, memoratur. Sed et in concilio Nicæno, canone 7, Ælia dicitur. Itaque verissimum puto, quod superius observavi, nomen Hierosolymorum huic urbi inditum fuisse per ambitionem episcoporum illius loci, qui Jacobi Justi successores haberi volebant. Hinc est quod Rufinus ex more sæculi sui, pro *Æliæ* nomine hic substituit *Hierosolyma* : et Eusebius Narcissum, Alexandrum et cæteros, semper Hierosolymorum episcopos appellat. Interdum tamen, licet rarius, Æliam nominat, verbi gratia in libro *De martyribus Palæstinæ*, capite 11.

(82) Vulg. *Μαζαβάνης ἐν Αἰλίᾳ, Μαρῖνος ἐν Τύρῳ, κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου.* Verba κοιμηθέντος Ἀλεξάνδρου post voces illas ἐν Αἰλίᾳ collocari debent. Nam Mazabanes Alexandro Æliæ episcopo successerat, ut docet Dionysius in epist. ad Cornelium Vidit hoc etiam Rufinus, ut ex interpretatione ejus apparet.

(83) *Οἷς ἐπαρκεῖτε ἑκάστοτε.* Hunc locum non intellexerunt Langus, Musculus et Christophorsonus. Solebat olim Ecclesia Romana aliarum Ecclesiarum D inopiam liberalitate sua sublevare, et captivis fratribus vel in metallum datis pecunias ac vestem conferre, ut testatur Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Soterem papam, cujus verba supra retulit Eusebius in libro IV. Idque laudabile institutum Ecclesiæ Romanæ, sua adhuc ætate perseverasse, ibidem scribit Eusebius. In eam rem liebant collectæ in Ecclesia Romana, de quibus Leo papa loquitur in sermonibus. Ἐπαρκεῖν proprie est sumptus ac viaticum subministrare, vel stipem conferre. Ita Clemens Alexandrinus in primo *Stromateo*, haud procul ab initio : Ἀπορίᾳ γὰρ ἐπαρκεῖν οὐ δίκαιον· ἀργίαν δὲ ἐφοδιάζειν, οὐ καλόν. Idem in lib. IV *Stromatei*, de stipe seu eleemosyna hoc verbum usurpat, cum ait : Ἐνίοτε γὰρ βουλόμεθα δι' ἀργυρίου δόσεως, ἢ διὰ σωματικῆς σπουδῆς ἕλεον ποιῆσαι· ὡς δεομένῳ ἐπαρκέσαι, ἢ νοσοῦντι ὑπουργῆσαι, ἢ ἐν περιστάτει γενομένῳ πα

ραστῆναι· καὶ οὐχ οἷοί τέ ἐσμεν, ἤτοι διὰ πενίαν, ἢ νόσον, ἢ χῆρας. Id est : *Interdum enim optamus quidem misericordiæ opera præstare, tam pecunia quam corporis ministerio : exempli gratia petenti stipem dare, aut ægrotanti ministrare, aut adjuvare periclitantem. Sed optata perficere non possumus, seu ob egestatem, sive ob morbum, sive ob senectutem.* Eodem sensu Chrysostomus homil. 67 *In Matthæum* hanc vocem usurpat : Ἑνὸς τῶν ἐσχάτων καὶ οὐ σφόδρα πλουτούντων πρόσοδον ἡ ἐκκλησία ἔχουσα, ἐννόησον ὅσαις ἐπαρκεῖ καθ' ἑκάστην ἡμέραν χήραις, ὅσαις παρθένοις.

(84) *Χαράξας ἐπιστολήν.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Savil. scriptum est, ἐγχαράξας ἐπιστολήν.

(85) *Ἐπεστάλκει.* Præter epistolam ad episcopos Africæ, de qua superius dixi, aliam insuper epistolam scripserat Stephanus papa ad Orientales, de qua præter Dionysium loquitur Firmilianus in epistola ad Cyprianum sub finem : *Pacem cum singulis vario discordiæ genere rumpentem, modo cum Orientalibus (quod nec vos latere confidimus), modo vobiscum qui in meridie estis.* Sed Firmilianus oratorum more rem amplificat. Neque enim Stephanus aut cum Afris, aut cum Orientalibus pacem rupit, sed tantum minatus est se pacem cum iisdem rupturum, si in pristina sententia permanerent, ut hic diserte testatur Dionysius Alexandrinus. Eodem plane modo, quo Victor papa interminatus fuerat Asiaticis, se illos a communione Ecclesiæ abscissurum. Certe Stephanum ultra minas non processisse ex eo apparet, quod Dionysius post ejus obitum ad Xystum PP. iterum scripsit, ut ejus sententiam super ea re flagitaret. Nam Dionysius in Afrorum et Orientalium sententiam magis propendebat, teste Hieronymo in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. Illud quoque observandum est, quod in supra dicto loco scribit Firmilianus, Stephanum pacem cum Afris et Orientalibus vario discordiæ genere rupisse. Nam et inde colligi potest non fuisse prolatam a Stephano adversus illos excommunicationis sententiam. Certe si Stephanus excommunicationis sententiam in eos protulisset, non utique vario genere pacem cum utrisque rupisset, sed uno eodemque modo, excommunicationis videlicet sententia, tam Afros quam Orientales percussisset. Nunc porro videamus quo modo cum Afris pacem ruperit Stephanus. Declarat hoc Firmilianus

Digitized by Google

περὶ Φιρμιλιανοῦ, καὶ πάντων τῶν τε ἀπὸ τῆς Κιλικίας καὶ Καππαδοκίας, καὶ Γαλατίας (86), καὶ πάντων τῶν ἐξῆς ὁμορούντων ἐθνῶν, ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων (87) διὰ τὴν αὐτὴν ταύτην αἰτίαν, ἐπειδὴ τοὺς αἱρετικούς φησιν ἀναβαπτίζουσι· καὶ σκόπει τὸ μέγεθος τοῦ πράγματος. Οὕτως γὰρ δόγματα περὶ τούτου γέγονεν ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις (88), ὡς πυνθάνομαι, ὥστε τοὺς προσιόντας ἀπὸ αἱρέσεων, προκατηχηθέντας, εἶτα ἀπολούεσθαι καὶ ἀναβαπτίζεσθαι τὸν τῆς παλαιᾶς καὶ ἀκαθάρτου ζύμης ῥύπον. Καὶ περὶ τούτων αὐτοῦ πάντων δεόμενος, ἐπέστειλα. » Καὶ μεθ' ἑτερά φησι· « Καὶ τοῖς ἀγαπητοῖς δὲ ἡμῶν καὶ συμπρεσβυτέροις Διονυσίῳ καὶ Φιλήμονι, συμψήφοις πρότερον Στεφάνῳ γενομένοις, καὶ περὶ τῶν αὐτῶν μοι γράφουσι, πρότερον μὲν ὀλίγα, καὶ νῦν δὲ διὰ πλειόνων ἐπέστειλα. » Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ δηλουμένου ζητήματος.

reliquorum episcoporum sententiam ac judicium exponit, de Stephano ita scribens (antea quidem litteras scripserat de Heleno et de Firmiliano, de omnibus denique sacerdotibus per Ciliciam, Cappadociam cunctasque finitimas provincias constitutis, sese ob eam causam ab illorum communione discessurum, quod hæreticos rebaptizarent): « Ac vide, quæso, gravitatem negotii. Revera enim in maximis, ut audio, episcoporum conciliis decretum est, ut qui ab hæreticis ad catholicam Ecclesiam accedunt, primum catechumeni fierent, ac deinde veteris et impuri fermenti sordibus per baptismum purgarentur. De his omnibus ego ad illum epistolam misi, rogans atque obtestans. » Et aliquanto post: « Sed et charissimis, inquit, fratribus et compresbyteris nostris Dionysio ac Philemoni, qui prius idem cum Stephano senserunt deque iisdem rebus ad me scripserant, antea quidem breviter, nunc vero pluribus verbis scripsi. » Verum de supradicta quæstione hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τῆς κατὰ Σαβέλλιον αἱρέσεως (Nic. *H. E.* VI, 7).

Σημαίνων δὲ ἐν ταὐτῷ (89) καὶ περὶ τῶν κατὰ Σαβέλλιον αἱρετικῶν ὡς κατ' αὐτὸν ἐπιπολαζόντων, ταῦτά φησι· « Περὶ γὰρ τοῦ νῦν κινηθέντος ἐν τῇ

CAPUT VI.

De hæresi Sabellii.

In eadem epistola de Sabellianis hæreticis, utpote qui tunc temporis increbrescebant, Xystum certiorem facit his verbis: « Nam de dogmate illo

his verbis: *Modo vobiscum, a quibus legatos episcopos patienter satis et leniter suscepit; ut eos nec ad sermonem saltem colloquii communis admitteret: adhuc insuper præciperet fraternitati universæ, ne quis eos in domum suam reciperet; ut venientibus non solum pax et communio, sed et tectum et hospitium negaretur.* Hæc Firmiliani verba rem quidem ipsam magnopere exaggerant. Sed nego in illis verbis ullum excommunicationis a Stephano prolatæ indicium reperiri. Graviter quidem commotus est Stephanus, et indigne tulit quod Africana synodus adversus receptam totius Ecclesiæ consuetudinem hæreticos rebaptizandos esse statuisset, remque tanti ponderis ac momenti, non consulto prius Romanæ urbis episcopo decernere ausa esset. Itaque episcopos quos Cyprianus et reliqui collegæ ad ipsum miserant una cum decretis illius synodi, primo quidem admittere noluit, ut decet Firmilianus. Postea vero eos admisit, et ad litteras Cypriani rescripsit, sicut colligitur ex epistola Cypriani ad Pompeium. Quæ quidem Stephani litteræ, licet paulo acerbiores et iniquiores visæ tunc fuerint Cypriano, nihilominus tamen pacem inter se ambo retinuerunt. Cyprianus certe etiam post illas Stephani litteras, eum fratrem nominat in epistola ad Pompeium sub initium. Denique Afri post illas Stephani PP. litteras, hæreticos nihilominus rebaptizarunt usque ad Constantini Magni tempora, ut patet ex concilio Arelatensi.

(86) *Καὶ Γαλατίας.* Καὶ δηλονότι Γαλατίας, cod. Reg. et Georgius Syncellus. Verum in reliquis exemplaribus Maz., Med., Fuk. et Savil. deest vox δηλονότι.

(87) *Ὡς οὐδὲ ἐκείνοις κοινωνήσων.* Firmilianus in epistola ad Cyprianum de Stephano loquens: *Dum enim putas omnes a te abstineri posse, solum te ab omnibus abstinuisti.* Et paulo ante dixerat: *Excidisti enim teipsum, noli te fallere: siquidem ille est vere schismaticus, qui se a communione ecclesiasticæ unitatis apostatam fecerit.* Cyprianus quoque in epistola ad Pompeium testatur Stephanum papam ea voce in suis litteris usum fuisse: *Dat honorem Deo, qui hæreticorum amicus, et inimicus Christianorum, sacerdotes Dei, veritatem Christi, et*

Ecclesiæ unitatem tuentes abstinendos putat?

(88) *Ἐν ταῖς μεγίσταις τῶν ἐπισκόπων συνόδοις.* In synodo scilicet Iconiensi, de qua Firmilianus in epistola ad Cyprianum, et in conciliis Africæ, partim sub Agrippino, partim sub Cypriano. Item in concilio Synnadensi, ut dicitur infra in capite 7 hujus libri. Et in synodo quidem Carthaginensi sub Cypriano, quæ hodie inter Cypriani opera exstat, octoginta et amplius episcopi sententiam dixerunt, inter quos quidam fuerunt confessores et martyres. In Iconiensi autem concilio quinquaginta episcopi convenerunt, ut testatur Augustinus in lib. III *Contra Cresconium*, cap. 3, his verbis: *Proinde si omnino jam credendum sit, quinquaginta episcopis Orientalium id esse visum, quod septuaginta Afris vel aliquanto etiam pluribus, contra tot millia episcoporum quibus hic error in toto orbe displicuit, cur non potius etiam paucos ipsos Orientales suum judicium correxisse dicamus.* Cæterum Orientales ac præsertim Cappadoces, morem suum in rebaptizandis hæreticis constantissime retinuerunt, ut patet ex Basilii ad Amphilochium canonicis epistolis prima et secunda. Mansitque mos iste apud illos usque ad primam synodum Constantinopolitanam.

(89) *Σημαίνων δ' ἐν ταὐτῷ.* Nostri codices Maz. et Med. cum Fuk. et Savil. hunc locum ita exhibent: Σημαίνων δὲ ἐν ταὐτῷ καὶ περὶ τῶν κατὰ Σαβέλλιον αἱρετικῶν, recte quidem, quod ad posteriorem partem attinet. Verum illud ἐν ταὐτῷ prorsus rejiciendum est, et scriptura codicis Regii retinenda ἐπ' αὐτῷ, supple κεφαλαίῳ, qua voce paulo ante usus est Eusebius: Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ ζητουμένου τούτου καὶ δηλουμένου κεφαλαίου. Nec enim præfert codex Regius et editio Stephani, pro quo in reliquis codicibus legitur, περὶ τοῦ δηλουμένου ζητήματος. Igitur ἐπ' αὐτῷ Latine sonat *post illud capitulum.* Nam epistola Dionysii ad Xystum duo capita continebat: primum de rebaptizandis hæreticis, alterum de dogmate Sabellii. Quod si scribas ἐν ταὐτῷ, supplendum erit λόγῳ, cum tamen Eusebius non λόγον, sed ἐπιστολήν dixerit supra.

Digitized by Google

quod nuper apud Ptolemaidem urbem Pentapoleos commotum est, pleno impietatis ac blasphemiæ adversus omnipotentem Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi : pleno etiam incredulitatis erga unigenitum ejus Filium, Primogenitum omnis creaturæ, Verbum quod inter homines versatum est, pleno denique stuporis adversus Spiritum sanctum : cum ab utraque parte et litteræ ad me allatæ essent, et **253** fratres mecum disserturi venissent, epistolas quasdam, quantum Deo juvante potui, tractatoris more fusius scripsi. Quarum exemplaria ad te misi. »

CAPUT VII.

De exsecrando hæreticorum errore, et de visione Dionysio divinitus missa, ac de ecclesiastica regula eidem tradita.

In tertia autem epistola ad Philemonem, Ecclesiæ Romanæ presbyterum *De baptismo* scripta, idem Dionysius hæc refert : « Ego vero, inquit, in libris et traditionibus hæreticorum cognoscendis operam posui ; exsecrandis quidem illorum sententiis animum meum tantisper coinquinans ; hanc tamen ex iis utilitatem percipiens, ut illos tacitus apud me refutarem, multoque magis quam antea detestarer. Et cum frater quidam ex presbyterorum ordine, prohiberet me, veritus ne forte nequitiæ illorum cœno commiscerer : quippe animum meum contaminatum iri aiebat, et quidem verissime, ut ipsemet sentiebam, visione cœlitus missa confirmatus sum. Et vox ad aures meas perlata diserte mihi præcepit hoc modo : Lege omnia quæcunque in manus venerint. Idoneus namque es qui singula disquiras et examines : hacque primum occasione ad Christi fidem impulsus es. Amplexus sum visionem illam, utpote quæ apostolicæ voci consentiret robustissimos quosque ita compellanti : « Estote periti nummularii. » Pauca deinde de universis hæresibus interlocutus, hæc subdit : « Hanc ego regulam et formam a beatissimo papa nostro Heracla accepi. Eos enim qui ab hæreticis venie-

(90) *Πρό γραμμάτων.* In codice Regio et apud Nicephorum uno verbo legitur προγραμμάτων. Apud Georgium autem Syncellum scribitur τῶν γραμμάτων, quod magis probo, eamque lectionem in interpretatione mea sum secutus.

(91) *Ἐπέστειλά τινα.* Intelligere videtur epistolam ad Ammonem Berenicensem episcopum, et aliam ad Telesphorum, aliam item ad Euphranorem contra Sabellium scriptas, de quibus loquitur Eusebius in capite 2ñ hujus libri. Athanasius in *Defensione* quam scripsit pro Dionysio Alexandrinorum episcopo, unam tantum commemorat Dionysii epistolam ad Ammonium et Euphranorem conscriptam. In qua cum quædam de Christo minus recte dixisse videretur Dionysius, accusatus est a quibusdam episcopis Ægypti coram Dionysio Romanæ urbis episcopo.

(92) *Καὶ δεδιττομένου συμφύρεσθαι.* Cum jamdudum conjecissem legendum esse συμφύρεσθαι, pro συμφέρεσθαι, tandem conjecturam meam confirmavit editio Georgii Syncelli, apud quem ita diserte scriptum habetur.

(93) *Ἀποστολικῇ φωνῇ... τῇ λεγούσῃ, Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται.* Hæc verba non leguntur in

Πτολεμαΐδι τῆς Πενταπόλεως δόγματος, ὄντος ἀπεδοῦς καὶ βλασφημίαν πολλὴν ἔχοντος περὶ τοῦ παντοκράτορος Θεοῦ καὶ Πατρὸς τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπιστίαν τε πολλὴν ἔχοντος περὶ τοῦ μονογενοῦς Παιδὸς αὐτοῦ, τοῦ Πρωτοτόκου πάσης κτίσεως, τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Λόγου, ἀναισθησίαν δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐλθόντων ἑκατέρωθεν πρὸς ἐμὲ καὶ πρὸ γραμμάτων (90) καὶ τῶν διαλεξομένων ἀδελφῶν, ἐπέστειλά τινα (91) ὡς ἐδυνήθην, παρασχόντος τοῦ Θεοῦ, διδασκαλικώτερον ὑφηγούμενος· ὧν τὰ ἀντίγραφα ἔπεμψά σοι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς κατὰ τῶν αἱρετικῶν παμμιάρου πλάνης, καὶ τῆς θεοπέμπτου ὁράσεως Διονυσίου, οὗ τε παρελήφασιν ἐκκλησιαστικοῦ κανόνος (Nic. *H. E.* VI, 8).

Καὶ ἐν τῇ τρίτῃ δὲ τῶν *Περὶ βαπτίσματος*, ἣν Φιλήμονι τῷ κατὰ Ῥώμην πρεσβυτέρῳ ὁ αὐτὸς γράφει Διονύσιος, ταῦτα παρατίθεται· « Ἐγὼ δὲ καὶ τοῖς συντάγμασι καὶ ταῖς παραδόσεσι τῶν αἱρετικῶν ἐντύχον, χραίνων μέν μου πρὸς ὀλίγον τὴν ψυχὴν ταῖς παμμιάροις αὐτῶν ἐνθυμήσεσιν, ὄνησιν δ' οὖν ἀπ' αὐτῶν ταύτην λαμβάνων, τὸ ἐξελέγχειν αὐτοὺς παρ' ἐμαυτῷ, καὶ πολὺ πλέον βδελύττεσθαι. Καὶ δή τινος ἀδελφοῦ τῶν πρεσβυτέρων με ἀπείργοντος καὶ δεδιττομένου συμφέρεσθαι (92) τῷ τῆς πονηρίας αὐτῶν βορβόρῳ· λυμανεῖσθαι γὰρ τὴν ψυχὴν τὴν ἐμαυτοῦ, καὶ ἀληθῆ γε λέγοντος, ὡς ᾐσθόμην· ὅραμα θεόπεμπτον προσελθὸν, ἐπέρρωσέ με. Καὶ λόγος πρὸς μὲ γενόμενος, προσέταξε διαρρήδην λέγων· Πᾶσιν ἐντύγχανε οἷς ἂν εἰς χεῖρας λάβοις· διευθύνειν γὰρ ἕκαστα καὶ δοκιμάζειν ἱκανὸς εἶ, καί σοι γέγονε τοῦτο ἐξαρχῆς καὶ τῆς πίστεως αἴτιον. Ἀπεδεξάμην τὸ ὅραμα, ὡς ἀποστολικῇ φωνῇ συντρέχον τῇ λεγούσῃ πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, « Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται (93). » Εἶτά τινα περὶ πασῶν εἰπὼν τῶν αἱρέσεων, ἐπιφέρει λέγων· « Τοῦτον ἐγὼ τὸν κανόνα καὶ τὸν τύπον παρὰ τοῦ μακαρίου πάπα ἡμῶν Ἡρακλᾶ παρέλαβον. Τοὺς γὰρ προσιόντας ἀπὸ τῶν αἱρέσεων, καίτοι τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντας (94),

Apostolo. In prima quidem Epistola ad Thessalonicenses, cap. 5, hæc leguntur : *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Quæ profecto eamdem vim habent ac priora illa : *Estote boni trapezitæ.* Sed Origenes, tomo x *In Evangelium Joannis*, et post illum Hieronymus in epistola ad Minervium et Alexandrum, diserte affirmant hoc mandatum : *Estote boni trapezitæ*, a Christo traditum esse, eique consentire doctrinam Pauli in Epistola ad Thessalonicenses. Quare assentior doctissimo viro Jacobo Usserio, qui hoc Christi verbum ex Evangelio secundum Hebræos desumptum esse censuit in Prolegomenis ad Ignatii epistolas, cap. 8. Citantur hæc verba etiam a Cyrillo Hierosolymitano in *Catechesi* sexta, sub finem : Γίνου δόκιμος τραπεζίτης, τὸ καλὸν κατέχων, ἀπὸ παντὸς εἴδους πονηροῦ ἀπεχόμενος. Porro in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. vox τραπεζῖται acutum gerit accentum in penultima. Sic paulo ante in capite quinto hujus libri, vocem βῦτον acuto accentu notatam exhibet codex Maz. et Fuk.

(94) *Καίτοι τῆς Ἐκκλησίας ἀποστάντας.* Duo erant genera eorum qui ab hæreticis ad catholicam Ecclesiam veniebant. Alii erant apostatæ, qui cum

Digitized by Google

μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἀποστάντας, ἀλλὰ συνάγεσθαι μὲν δοκοῦντας, καταμηνυθέντας δὲ ὡς προσφοιτῶντάς τινι τῶν ἑτεροδιδασκαλούντων, ἀπελάσας τῆς Ἐκκλησίας, δεομένους οὐ προσήκατο ἕως δημοσίᾳ πάντα ὅσα ἀκηκόασι παρὰ τοῖς ἀντιδιατιθεμένοις, ἐξέφρασαν· καὶ τότε συνήγαγεν αὐτοὺς, οὐ δεηθεὶς ἐπ' αὐτῶν ἑτέρου βαπτίσματος. Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος (95) πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν. » Πάλιν δὲ ἐπιπολὺ γυμνάσας τὸ πρόβλημα, ταῦτα ἐπιλέγει· « Μεμάθηκα καὶ τοῦτο, ὅτι μὴ νῦν οἱ ἐν Ἀφρικῇ μόνον τοῦτο παρεισήγαγον, ἀλλὰ καὶ πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους, ἐν ταῖς πολυανθρωποτάταις ἐκκλησίαις καὶ ταῖς συνόδοις τῶν ἀδελφῶν, ἐν Ἰκονίῳ καὶ Συννάδοις (96) καὶ παρὰ πολ-

bant, tametsi defecissent, seu potius non defecissent illi quidem, sed in speciem cum fratribus communicantes, clam perversæ doctrinæ magistros adire delati essent, ab Ecclesia ejectos, post multas tandem preces non prius admisit, quam quæcunque ab adversariis audierant palam exposuissent. Ac tum demum ad communionem eos admittebat, nequaquam existimans iterato baptismate eis opus esse. Quippe jam antea Spiritum sanctum ab ipso acceperant. » Rursus hac quæstione abunde ventilata, concludit in hunc modum : « Illud, inquit, præterea didici, non ab Afris solis hunc morem nunc primum invectum fuisse, sed et multo antea, superiorum episcoporum **254** tem-

in Ecclesia catholica prius tincti fuissent, ad hæreticorum partes postea transfugerant ; alii simpliciter hæretici, qui scilicet nunquam in Ecclesia catholica fuerant. Utrosque aperte distinguit Cyprianus in epistola ad Quintum de baptizandis hæreticis. Ac vetus quidem Ecclesiæ consuetudo hæc erat, ut tam apostatæ quam simpliciter hæretici ad Ecclesiam redeuntes, per manus impositionem susciperentur. Cyprianus in dicta epistola : *Quod et nos quoque hodie observamus, ut quos constat hic baptizatos esse et a nobis ad hæreticos transisse; si postmodum peccato suo cognito et errore digesto, ad veritatem et matricem redeant, satis sit in pœnitentiam manum imponere.* Vetus auctor *De non rebaptizandis hæreticis*, pag. 136 : *Licet negator ille antea vel hæreticus fuerit, vel audiens qui nondum baptizatus sit, vel de hæresi ad veritatem fidei conversus, vel ab Ecclesia digressus ac postea reversus sit, et tunc cum rediret, priusquam ei manus ab episcopo imponeretur, apprehensus confiteri Christum necesse habuerit.* Quid igitur, dicet aliquis, nullumne erat discrimen inter apostatas ac simplices hæreticos? Imo vero apostatæ, utpote gravissimi criminis rei, nonnisi post diuturnam pœnitentiam ab Ecclesia suscipiebantur; cum hæreticis qui nunquam antea in Ecclesia fuissent, benignius agebatur, ut docet Augustinus in epistola 48, ad Vincentium, sub finem : *Ecclesia Christi*, inquit, *aliter tractat eos qui eam deserunt, si hoc ipsum pœnitendo corrigunt; aliter illos qui in ea nondum fuerunt, et tunc primum ejus pacem accipiunt : illos amplius humiliando, istos lenius suscipiendo.* Ex his apparet qui sit sensus horum Dionysii verborum. Ait enim Dionysius, Heraclam decessorem suum cum apostatis qui hæresi relicta ad Ecclesiam revertebantur ita se gessisse, ut eos ad communionem admitteret, dummodo omnia hæreticorum arcana et impia dogmata coram universa fidelium multitudine evulgassent : nec altero baptismo illos ab eo tinctos fuisse, quippe qui antea in Ecclesia catholica baptismum suscepissent. Et hanc formulam in apostatis recipiendis se ab Heracla accepisse testatur Dionysius. Quanquam illi revera apostatæ non erant, sed potius falsi fratres, qui palam quidem cum Catholicis in Ecclesiam conveniebant, clam vero hæreticorum cœtibus miscebantur. Hic est sensus hujus loci, quem Christophorsonus et reliqui interpretes, cum non assequerentur, densissimis tenebris involverunt. Quæret hic aliquis utrum Heraclas, cum apostatas illos reciperet, manum eis imposuerit. Id quidem aperte non dicit Dionysius, sed ex ejus verbis satis colligitur, illos per manus impositionem receptos fuisse. Ait enim Dionysius, præcepisse illis Heraclam, antequam eos reciperet, ut cuncta hæreticorum dogmata palam in Ecclesia publicarent; id est, ut exomologesim facerent. Porro exomologesim sequebatur manus impositio, ac deinde communio. Sed et illud notandum est,

aliam fuisse manus impositionem qua apostatæ, aliam qua simplices hæretici suscipiebantur. Prior enim manus impositio fiebat ad pœnitentiam, ut docet Cyprianus in epistola ad Quintum, et in epistola ad Pompeium. Illa vero manus impositio qua recipiebantur simplices hæretici, fiebat ad tradendum Spiritum sanctum, ut docet Cyprianus in epist. ad Stephanum.

(95) *Τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος.* Ita quidem edidit Rob. Stephanus, Mediceæi codicis scripturam secutus. Verum in reliquis exemplaribus, Regio scilicet, Mazarino ac Fuketiano, postrema vox illa Πνεύματος non habetur, et recte, meo quidem judicio. Reddit enim rationem Dionysius, cur in recipiendis illis apostatis Heraclas iterato baptismo minime opus habuerit. Τοῦ γὰρ ἁγίου πρότερον παρ' αὐτοῦ τετυχήκεσαν. Supple βαπτίσματος. Id est, *sanctum enim baptisma jam ab illo fuerant consecuti.* Sanctum baptisma appellat Dionysius baptisma Catholicorum, ad differentiam baptismatis hæreticorum, quod *profanum* passim vocat Cyprianus in epistolis, et Firmilianus, et quicunque alii tunc temporis sententiam illam de hæreticis rebaptizandis tuebantur. Quibus favisse Dionysium Alexandrinum, tum ex ejus epistolis hic ab Eusebio prolatis constat, tum B. Hieronymi testimonio. Sic explicare soleo locum ejusdem Dionysii ex epistola 4, *de baptismo*, ad Dionysium Ecclesiæ Rom. presbyterum, ubi de Novatiano hæc dicit, τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον. Si quis tamen τὸ ἅγιον in his locis perpetuum esse baptismi epithetum contenderit, equidem non refragabor. Prior tamen expositio magis arridet. Quod si veterem lectionem hoc loco retinuerimus, τοῦ γὰρ ἁγίου Πνεύματος, tunc argumentatio Dionysii non procedet. Quæ est enim consequentia? Redeuntes ad Ecclesiam apostatas non iterum baptizabat Heraclas. Quam ob causam? Quia scilicet Spiritum sanctum ab ipso prius acceperant. Nisi per Spiritum sanctum hoc loco intelligamus baptisma, inepta prorsus erit ratiocinatio.

(96) *Συνόδοις ἀδελφῶν ἐν Ἰκονίῳ καὶ Συννάδοις.* Has synodos, Iconiensem et Synnadensem, jam pridem ante sua tempora collectas fuisse diserte affirmat Dionysius. Ait enim : Πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους. Idem testatur etiam Firmilianus in epistola ad Cyprianum, de Iconiensi synodo ita loquens : *Quod totum nos jam pridem in Iconio qui Phrygiæ locus est, collecti, in unum convenientibus ex Galatia et Cilicia et cæteris proximis regionibus, confirmavimus.* Ubi pronomen *nos* non de ipsius Firmiliani persona, sed potius de ejus decessoribus accipiendum est. Certe Firmilianus eam synodum jam pridem collectam fuisse diserte affirmat. Sed et in fine ejusdem epistolæ, synodi hujus vetustatem manifestissime indicat. Nam cum Stephanus PP. Cypriano scribens, antiquam Ecclesiæ consuetudinem, in recipiendis hæreticis, adversus assertores novi dogmatis opposuisset, Firmilianus

Digitized by Google

poribus, in Ecclesiis populosissimis, et in conciliis fratrum apud Iconium et Synnada, et apud alios plurimos idem sancitum fuisse. Quorum sententias et statuta subvertere, eosque ad jurgia et contentiones excitare equidem nolim. Scriptum est enim : « Non commutabis terminos proximi tui quos parentes tui constituerunt [89]. » Quarta ejus *de baptismo* epistola ad Dionysium scripta est, tunc quidem Romanæ urbis presbyterum, sed qui aliquanto post tempore ejusdem urbis episcopus est constitutus. Ex qua hunc ipsum Romanum Dionysium, eruditissimum planeque admirandum virum fuisse, testimonio Dionysii Alexandrini licet cognoscere. Porro in hac ad illum epistola de Novato ita scribit.

A λοῖς τοῦτο ἔδοξεν· ὧν τὰς βουλὰς ἀνατρέπων, εἰς ἔριν καὶ φιλονεικίαν αὐτοὺς ἐμβαλεῖν οὐχ ὑπομένω. « Οὐ γὰρ μετακινήσεις, φησὶν, ὅρια τοῦ πλησίον σου, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. » Ἡ τετάρτη αὐτοῦ τῶν περὶ βαπτίσματος ἐπιστολῶν, πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην ἐγράφη Διονύσιον, τότε μὲν πρεσβείου ἠξιωμένον (97), οὐκ εἰς μακρὸν δὲ καὶ τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐκεῖσε παρειληφότα· ἐξ ἧς γνῶναι πάρεστιν, ὅπως καὶ αὐτὸς οὗτος λόγιός τε καὶ θαυμάσιος πρὸς τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν Διονυσίου μεμαρτύρηται. Γράφει δὲ αὐτῷ μεθ' ἕτερα, τῶν κατὰ τὸν Νοουάτον μνημονεύων ἐν τούτοις.

CAPUT VIII.

De hæresi Novati.

« Nam Novatianum, inquit, merito aversamur, quippe qui Ecclesiam discidit, et quosdam ex fratribus ad impietatem blasphemiamque pertraxit; qui nefariam de Deo doctrinam invexit, et clementissimum Dominum nostrum Jesum Christum quasi implacabilem calumniatur : qui præterea sacrum lavacrum obliterat : fidemque et confessionem quæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῆς κατὰ Νοουάτον ἑτεροδοξίας (Nic. *H. E.* VI, 9).

« Ναυατιανῷ (98) μὲν γὰρ εὐλόγως ἀπεχθανόμεθα, διακόψαντι τὴν Ἐκκλησίαν, καί τινας τῶν ἀδελφῶν εἰς ἀσεβείας καὶ βλασφημίας ἑλκύσαντι, καὶ περὶ τοῦ Θεοῦ διδασκαλίαν ἀνοσιωτάτην ἐπεισκυκλήσαντι, καὶ τὸν χρηστότατον Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὡς ἀνηλεῆ συκοφαντοῦντι, ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον (99), καὶ τὴν τε πρὸ αὐτοῦ

[89] Deut. XIX.

hoc argumentum adversus Afros fortasse valere dicit, et quomodo Afri id refutare possint, ibidem docet. Contra Orientales vero nullam vim illud habere demonstrat, apud quos semper rebaptizati fuerint hæretici, jam inde ab Iconiensi synodo quæ ob Montanistas fuerat congregata. Firmiliani verba hæc sunt : « Quod quidem adversus Stephanum vos dicere Afri potestis, cognita veritate errorem vos consuetudinis reliquisse. Cæterum nos veritati et consuetudinem jungimus, et consuetudini Romanorum consuetudinem sed veritatis opponimus, ab initio hoc tenentes, quod a Christo et ab Apostolo traditum est. Nec meminimus, hoc apud nos aliquando cœpisse, cum semper istic observatum sit, ut nonnisi unam Dei Ecclesiam nossemus, et sanctum baptisma nonnisi sanctæ Ecclesiæ computaremus. Plane quoniam quidam de eorum baptismo dubitabant, qui etsi novos prophetas recipiunt, eosdem tamen Patrem et Filium nosse nobiscum videntur; plurimi simul convenientes in Iconio diligentissime tractavimus, et confirmavimus repudiandum esse omne omnino baptisma quod sit extra Ecclesiam constitutum. » Dicet aliquis Firmilianum utrobique de seipso loqui, ac proinde illum Iconiensi synodo interfuisse. Esto : interfuerit Iconiensi synodo Firmilianus, quando ita placet. Neque enim id negare velim pertinacius. Illud tamen constanter affirmo, diu ante Stephani papæ tempora Iconiensem hanc synodum fuisse celebratam. Nam et Firmilianus scribens ad Cyprianum adversus Stephanum, qui tunc præerat Ecclesiæ Romanæ, diserte affirmat Iconiensem synodum jam pridem collectam fuisse : et Dionysius Alexandrinus in epistola ad Philemonem, Romanæ urbis presbyterum, quam scripsit sub initia pontificatus Xysti papæ, testatur synodum illam celebratam esse πρὸ πολλοῦ κατὰ τοὺς πρὸ ἡμῶν ἐπισκόπους. Sub extrema igitur tempora Alexandri Severi collecta esse videtur hæc synodus. Quo quidem tempore, Firmilianus ad Cæsariensis Ecclesiæ sacerdotium recens promotus fuerat, ut docet Eusebius in lib. VI. Quare non possum assentiri Baronio ac Binio, qui Iconiensem synodum contulerunt in annum Christi 258, qui annus est secundus Stephani papæ.

(97) *Πρεσβείου ἠξιωμένον.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano scribitur πρεσβυτερίου. Sed quoniam Eusebius πρεσβεῖον frequenter usurpare solet ἀντὶ τοῦ πρεσβυτερίου, vulgatam lectionem quam Regius codex tuetur, mutare nolui. Paulo post ubi legitur ἐπισκοπὴν τῶν ἐκεῖσε παρειληφότα codex Regius scriptum habet τῶν αὐτόθι παρ.

(98) *Ναυατιανῷ.* Ita legitur etiam in *Chronico* Georgii Syncelli et apud Nicephorum in libro VI, cap. 9; sed in vetustissimo codice Mazarino, Med. ac Fuk. scribitur Νοουατιανῷ, rectius sine dubio. Ac profecto mirum est, in hoc uno Eusebii loco verum illius hæretici nomen esse servatum. Quare graviter fallitur Christophorsonus, qui, vulgatum errorem secutus, *Novatum* hic pro *Novatiano* substituit. Cæterum cum hoc elogio Novatiani confer alterum quod legitur in epistola 57 Cypriani : *Desertor Ecclesiæ, misericordiæ hostis, interfector pœnitentiæ, doctor superbiæ, veritatis corruptor, perditor charitatis.*

(99) *Τὸ λουτρὸν ἀθετοῦντι τὸ ἅγιον.* In hujus verbi interpretatione mirum est quantopere dissentiant interpretes. Nam Langus quidem vertit, *sacrum abolet lavacrum.* Musculus vero interpretatur, *sacrum lavacrum reprobavit.* At Christophorsonus ita vertit, *sacrum baptismatis lavacrum abrogavit.* Denique interpres Georgii Syncelli vertit, *sacrum insuper lavacrum irritat.* Et hæc quidem interpretum dissensio ex eo fluxit, quod verbum ἀθετεῖν multiplicem habet significationem. Interdum enim significat *reprobare* ac *respuere*, ut cum dicit Origenes de Helcesaitis, ἀθετεῖ τινα ἀπὸ πάσης γραφῆς, quæ verba retulit Eusebius in lib. VI, cap. 38. Interdum idem valet ac *probro afficere.* Hesychius : Ἀθετεῖ, ἀτιμάζει. Atque ita sumitur apud Clementem Alexandrinum in lib. IV *Stromatei* : Τοιγαροῦν ὁ ἀθετῶν, οὐκ ἄνθρωπον ἀθετεῖ, ἀλλὰ τὸν Θεόν, id est, *non hominem, sed Deum spernit ac pro nihilo ducit.* Sunt et aliæ hujus verbi significationes a grammaticis observatæ. Sed nunc videndum est quænam huic loco magis conveniat. Enimvero quis melius verba Dionysii interpretari possit quam ipse Dionysius? Hic igitur in libro secundo *De promissione*

Digitized by Google

πίστιν καὶ ὁμολογίαν ἀνατρέποντι (1), τό τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον (2) ἐξ αὐτῶν, εἰ καί τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ καὶ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτοὺς, παντελῶς φυγαδεύοντι. »

A baptismum præcedunt evertit; et Spiritum sanctum penitus ab illis fugat, tametsi spes aliqua subsit vel quod in illis adhuc maneat, vel quod ad eos reversurus sit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τοῦ τῶν αἱρετικῶν ἀθέου βαπτίσματος (Nic. *H. E.* VI, 9).

Καὶ ἡ πέμπτη δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν Ῥωμαίων ἐπίσκοπον Ξύστον ἐγέγραπτο. Ἐν ᾗ πολλὰ κατὰ τῶν αἱρετικῶν εἰπὼν, τοιοῦτόν τι γεγονὸς κατ' αὐτὸν ἐκτίθεται, λέγων· « Καὶ γὰρ ὄντως, ἀδελφὲ, καὶ συμβουλῆς δέομαι (3), καὶ γνώμην αἰτῶ παρὰ σοῦ, τοιούτου τινός μοι προσελθόντος πράγματος, δεδιὼς μὴ ἄρα σφάλλωμαι. Τῶν γὰρ συναγομένων ἀδελφῶν (4) πιστὸς νομιζόμενος ἀρχαῖος καὶ πρὸ τῆς ἐμῆς χειροτονίας, οἶμαι δὲ καὶ πρὸ τῆς τοῦ μακαρίου Ἡρακλᾶ καταστάσεως τῆς συναγωγῆς μετασχὼν, τοῖς ὑπόγυιον βαπτιζομένοις παρατυχὼν, καὶ τῶν ἐπερωτήσεων καὶ ἀποκρίσεων ἐπακούσας, προσῆλθέ μοι κλαίων καὶ καταθρηνῶν ἑαυτὸν, καὶ πίπτων πρὸ τῶν ποδῶν μου, ἐξομολογούμενος μὲν καὶ ἐξομνύμενος τὸ βάπτισμα ὃ παρὰ τοῖς αἱρετικοῖς ἐβεβάπτι-

CAPUT IX.

De impio hæreticorum baptismo.

Exstat et quinta ejusdem epistola ad Xystum Romanæ urbis episcopum scripta. In qua postquam adversus hæreticos multa disseruit, hujusmodi quiddam sua ætate contigisse narrat. « Nam profecto, inquit, opus habeo, frater, consilio tuo, et sententiam tuam expeto, ne forte ipse hallucinor, tali ad me negotio delato. Quidam ex fratribus qui ad ecclesiam conveniunt, jampridem pro fideli habitus, et qui ante meam ordinationem, ac, ni fallor, ante ipsius quoque Heraclæ episcopatum, cœtus fidelium particeps fuerat: cum interfuisset baptismo eorum qui nuper baptizabantur, et interrogationes responsaque illorum audiisset: ad me accessit flens et vicem suam **255** ingemiscens. Pedibusque meis advolutus confiteri atque dejerare cœpit, baptismum quo apud

bus, verbum ἀθετεῖν usurpat pro *reprobare* ac *rejicere*, de Joannis Apocalypsi ita scribens: Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντῃ τὸ βιβλίον. Et paulo post: Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον, πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν. Citantur hæc loca Dionysii infra in capite 25 hujus libri. Novatianus igitur qui Catholicorum baptismum damnabat ac reprobabat, recte ἀθετεῖν τὸ ἅγιον βάπτισμα dicitur. Quippe Novatianus fideles qui in Ecclesia catholica baptismi sacramenta susceperant, negabat revera baptizatos esse, utpote qui a malis sacerdotibus et lapsorum communione maculatis tincti fuissent. Aiebat enim Novatianus baptismum prodesse non posse, nisi a probis sanctisque sacerdotibus traderetur. Itaque non omnes qui baptismum acceperant, Christianos esse censebat, sed eos duntaxat qui a Christianis, id est bonæ et Christianæ vitæ sacerdotibus, essent consignati: ut docet vetus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 102. *In tantum irascitur nobis, ut et Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide initiatos, de qua ipse præsumit*, etc. Idem postea senserunt in Africa Donatistæ, qui paganos vocabant eos qui in Ecclesia catholica baptismum susceperant. Quare merito Epiphanius eos Novatianis accenset. Ambrosius seu quis alius in epistolam I ad Corinthios, cap. 1: *Sic enim erant, sicut nunc Novatiani et Donatiani, qui baptismum sibi vindicant; a nostris baptizatos reprobantes, et baptizati ab his gloriantur in personis eorum.* Et ante hos Cyprianus in epistola ad Jubaianum de rebaptizandis hæreticis: *Nec nos movet quod litteris tuis complexus es, Novatianenses rebaptizare eos quos a nobis sollicitant.* Vide Baronium ad annum Christi 254, cap. 106.

(1) *Τήν τε πρὸ αὐτοῦ πίστιν ἀνατρέποντι.* Catechumeni priusquam sacrum lavacrum susciperent, symbolum quod ipsis traditum fuerat, memoriter recitare jubebantur; interrogatique a sacerdote, ad singula capita respondebant: *Credo.* Ultimum caput interrogationis erat hoc: *Credis in vitam æternam et remissionem peccatorum per sanctam Ecclesiam?* ut docet Cyprianus in epist. 70 et 76. Cum igitur Novatianus remissionem peccatorum adimeret, simul etiam fidem quam ante sacrum baptisma catechumeni habere se profitebantur, abolebat. Πρὸ αὐτοῦ igitur supple τοῦ ἁγίου λουτροῦ. Atque ita hunc locum acceperunt Musculus et Christophorsonus. Verum interpres Georgii Syncelli hunc locum ita vertit: *Fidem ac professionem aliquot jam retro sæculis superiorem evertit*, quasi scriptum esset πρὸ ἑαυτοῦ, quod non probo.

(2) *Τό τε Πνεῦμα τὸ ἅγιον.* Hic locus non caret difficultate. Primo enim obscurum est quid sibi velit Dionysius, cum ait Novatianum fugasse a fratribus Spiritum sanctum, nisi forte per Spiritum sanctum intelligit gratiam quæ dabatur pœnitentibus per manus impositionem, tunc cum peracta pœnitentia ad communionem admittebantur. Sed major difficultas est in iis quæ proxime sequuntur, εἰ καί τις ἦν ἐλπὶς τοῦ παραμεῖναι ἢ ἐπανελθεῖν πρὸς αὐτούς. De lapsis enim hic loqui Dionysium satis constat. In lapsis vero quomodo potest remanere Spiritus sanctus? Reverti quidem ad lapsos facile potest, dummodo illos admissi sceleris pœnituerit. Verum in lapsis remanere nullo modo potest. *Anima enim quæ peccaverit, ipsa morietur*, ut ait Scriptura. An dicemus in quibusdam lapsis adhuc habitare Spiritum sanctum, iis scilicet qui per imprudentiam ac per infirmitatem lapsi sunt, cujusmodi fuerunt illi qui tunc temporis dicebantur libellatici? Quid enim si quis mente captus aut mirrhata potione sopitus, diis sacrificaverit? Is certe Spiritus sancti gratiam non amisit, qui imprudens, et quid ageret nesciens, non sponte, sed per vim coactus deliquit. Quod si hæc interpretatio non placet, omnino dicendum erit, Dionysium hic de lapsis non loqui, sed de fidelibus, quorum alii gratiam Spiritus sancti quam in baptismo acceperunt, adhuc retinent, alii vero eam amiserunt. Et ab his quidem Novatianus fugabat Spiritum sanctum, cum pœnitentiam et pacem iis denegaret, quibus Spiritus sancti gratia reparatur; ab illis vero qui adhuc gratiam retinent, fugabat Spiritum sanctum dum eis spem omnem adimebat veniæ si forte peccarent, et sinistram de Spiritu sancto opinionem eorum animis insinuabat, quasi is immitis ac crudelis esset, et misericordiæ omnis expers.

(3) *Συμβουλῆς δέομαι.* Quatuor nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. particulam addunt hoc modo, καὶ συμβουλῆς δέομαι.

(4) *Συναγομένων ἀδελφῶν.* Apud Nicephorum locus hic una voce auctior legitur hoc modo, συναγομένων ἀδελφῶν τις, etc., quod sine dubio majorem affert perspicuitatem.

Digitized by Google

hæreticos initiatus fuerat, non hujusmodi esse, nec cum hoc nostro quidquam commune habere. Quippe illum plenum esse blasphemiæ et impietatis. Aiebatque animum suum acerbissimo doloris sensu compungi, ac ne oculos quidem ad Deum attollere se audere : quippe qui scelestis illis verbis ac cæremoniis initiatus fuisset. Proinde orabat, ut hoc purissimo lavacro, verissimaque adoptione et gratia donaretur. Quod equidem facere non sum ausus : sed diuturnam illi communionem ad id sufficere dixi. Nam qui gratiarum actionem frequenter audierit, et qui cum cæteris responderit Amen ; qui ad sacram mensam astiterit, et manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit ; qui illum exceperit, et corporis ac sanguinis Domini nostri Jesu Christi particeps fuerit diutissime, eum ego de integro renovare non ausim. Porro ut bono animo esset, et cum firma fide bonæ spei plenus ac Dominici corporis participationem accederet, jussi. Verum ille nullum lugendi finem facit, et ad mensam accedere penitus exhorrescit : vixque rogatus interesse orationibus sustinet. » Præter supradictas est etiam quinta

A στο, μὴ τοιοῦτον εἶναι, μηδὲ ὅλως ἔχειν τινὰ πρὸς τοῦτο κοινωνίαν· ἀσεβείας γὰρ ἐκεῖνο καὶ βλασφημιῶν πεπληρῶσθαι· λέγων δὲ πάνυ τι τὴν ψυχὴν κατανενύχθαι, καὶ μηδὲ παῤῥησίαν ἔχειν ἐπᾶραι τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν Θεὸν, ἀπὸ τῶν ἀνοσίων ἐκείνων ῥημάτων καὶ πραγμάτων ὁρμώμενος· καὶ διὰ τοῦτο δεόμενος τῆς εἰλικρινεστάτης ταύτης καθάρσεως καὶ παραδοχῆς (5) καὶ χάριτος τυχεῖν. Ὅπερ ἐγὼ μὲν οὐκ ἐτόλμησα ποιῆσαι φήσας αὐτάρκη τὴν πολυχρόνιον αὐτῷ κοινωνίαν εἰς τοῦτο γεγονέναι. Εὐχαριστίας γὰρ ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμὴν (6), καὶ τραπέζῃ παραστάντα (7), καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἁγίας τροφῆς προτείναντα (8), καὶ ταύτην καταδεξάμενον, καὶ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν B Ἰησοῦ Χριστοῦ μετασχόντα ἱκανῷ χρόνῳ, οὐκ ἂν ἐξ ὑπαρχῆς ἀνασκευάζειν ἔτι τολμήσαιμι· θαρσεῖν δὲ ἐκέλευον, καὶ μετὰ βεβαίας πίστεως καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος (9) τῇ μετοχῇ τῶν ἁγίων προσιέναι. Ὁ δὲ οὔτε πενθῶν παύεται, πέφρικέ τε τῇ τραπέζῃ προσιέναι· καὶ μόλις παρακαλούμενος, συνεστάναι ταῖς προσευχαῖς ἀνέχεται. » Ἐπὶ ταῖς προειρημέναις, φέρεται

(5) *Παραδοχῆς.* Christophorsonus vertit, *susceptione in Ecclesiam.* Musculus vero simpliciter transtulit *susceptione*, quod magis probo. Baptismus enim vocatur παραδοχή, quod in eo Deus nos suscipiat tanquam filios. Potest etiam παραδοχὴ exponi *perceptio.* Sic enim vocabant baptismum. *Acta* ms. passionis sancti Genesii mimi : *Et dum vult plenius imperatori ex sua arte placere, scrutari per singulos cœpit secretam et venerabilem Dei legem, et cum curiose attentus per singula requireret, venit usque ad baptismum et perceptionem infantum.*

(6) *Εὐχαριστίας ἐπακούσαντα, καὶ συνεπιφθεγξάμενον τὸ Ἀμήν.* Postquam sacerdos solemnem Eucharistiæ precationem absolverat, universus populus vota sua simul conjungens acclamare solebat Amen, quod est *Fiat.* Cujus moris meminit Justinus in *Apologetico* I : Οὗ συντελέσαντος τὰς εὐχὰς καὶ τὴν εὐχαριστίαν, πᾶς ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ λέγων Ἀμήν. De hoc more intelligendus videtur Pauli locus in Epistola I ad Corinthios, cap. XIV : *Si benedixeris spiritu, qui supplet locum idiotæ, quomodo dicet Amen super tua benedictione, quoniam nescit quid dicas?* Tangit enim ibi Paulus quosdam ex Hebræis, qui Hebræa aut Syra lingua plerumque in tractatibus aut oblationibus utebantur coram Græcis hominibus, ut docet Ambrosius, seu quis alius auctor *Commentariorum in Epistolam I ad Corinthios*, cap. XIV. Amen vero consensum significat auditorum, et est signaculum veritatis, ut notat Hieronymus in fine *Commentariorum in Epistolam ad Galatas.* Optime Florus magister in *Expositione missæ : Amen autem quod ab omni Ecclesia respondetur, interpretatur* verum, *non ubicunque et quomodocunque, sed mystica religione. Hoc ergo ad tanti mysterii consecrationem, sicut et in omni legitima oratione, respondent fideles, et respondendo subscribunt.* Quæ Flori verba desumpta sunt ex libro Alcuini *De divinis officiis.* Hodie quoque idem observatur in Ecclesia. Nam ubi sacerdos sacrum Canonem recitavit, et verba illa protulit, *per omnia sæcula sæculorum*, tunc omnis populus respondet, *Amen.* Hoc tantum discrimen est hodie, quod sacerdos canonem et solemnes precationes submissa voce pronuntiat, cum olim tota Eucharistiæ cæremonia clara voce peragereturut vel unus hic Dionysii locus ostendit.

(7) *Τραπέζῃ ... παραστάντα.* Fideles communicaturi ad altare accedebant, ibique corpus Christi de manu presbyteri stantes, non, ut hodie, genibus flexis accipiebant. Ideo παραστάντα dixit Dionysius, quæ vox proprie de presbyteris et diaconis usurpatur, qui altari ministrabant. Chrysostomus homilia 24 *in Epistolam ad Corinthios* : Σὺ δὲ οὐκ ἐν φάτνῃ ὁρᾷς, ἀλλ' ἐν θυσιαστηρίῳ· οὐ γυναῖκα κατέχουσαν, ἀλλ' ἱερέα παρεστῶτα· καὶ Πνεῦμα μετὰ C πολλῆς τῆς δαψιλείας τοῖς προκειμένοις ἐφιπτάμενον, et homilia 41 in eamdem Epistolam, ὁ παρεστὼς τῷ θυσιαστηρίῳ, sacerdos est. De laico vero qui ad altare accedit, προσιέναι et προσελθεῖν dicit Chrysostomus. Ac olim quidem, ut dixi, fideles ad ipsam sacram mensam accedebant, quemadmodum hoc loco docet Dionysius, et in epist. ad Basilidem, cap. 2, ubi de mulieribus quæ menstruo sanguinis fluxu laborant, ita scribit : Οὐδὲ γὰρ αὐτὰς οἶμαι πιστὰς οὔσας καὶ εὐλαβεῖς, τολμήσειν οὕτως διακειμένας ἢ τῇ τραπέζῃ τῇ ἁγίᾳ προσελθεῖν, ἢ τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ προσάψασθαι. Ad quem Dionysii locum recte notat Balsamo : Ὡς ἔοικε δὲ, τὸ παλαιὸν εἰσήρχοντο γυναῖκες εἰς τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας τραπέζης μετελάμβανον. Id est : *Olim quidem, ut apparet, mulieres ad altare accedebant, et e sacra mensa participabant.* Postea tamen canone 44 concilii Laodiceni vetitum est ne mulieres ad altare accederent : viris autem id ipsum interdictum est in synodo Trullana. D Quanquam id jam vetitum esse videbatur canone 44 concilii Laodiceni, quo decernitur ut solis sacerdotibus communicaturis ad altare liceat accedere.

(8) *Καὶ χεῖρας εἰς ὑποδοχὴν. . . προτείναντα.* Fideles qui corpus Domini manu accepturi erant, lotis prius studiose manibus, ad altare accedebant, ut docet Chrysostomus homilia 3 *in Epistolam Pauli ad Ephesios.* Idem scribit in homilia 82 *in Matthæum.* Accepturi autem Eucharistiam, dextram manum modice cavatam porrigebant, sinistram ei substernentes, ne quid ex sacro cibo decideret, ut docet Cyrillus Hierosolymitanus in catechesi ultima.

(9) *Καὶ ἀγαθῆς ἐλπίδος.* In quatuor nostris codicibus Maz., Med., Fuk. et Saviliano, et apud Nicephorum legitur ἀγαθῆς συνειδήσεως. Sed Regius codex et Georgius Syncellus in *Chronico* priorem lectionem tuentur.

Digitized by Google

τις καὶ ἄλλη τοῦ αὐτοῦ περὶ βαπτίσματος ἐπιστολὴ, ἐξ αὐτοῦ καὶ ἧς ἡγεῖτο παροικίας, Ξύστῳ καὶ τῇ κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίᾳ προσπεφωνημένη· ἐν ᾗ διὰ μακρᾶς ἀποδείξεως, τὸν περὶ τοῦ ὑποκειμένου ζητήματος παρατείνει λόγον. Καὶ ἄλλη τέ τις αὐτοῦ μετὰ ταύτας φέρεται πρὸς τὸν κατὰ Ῥώμην Διονύσιον, ἡ περὶ Λουκιανοῦ. Καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα.

A ejusdem epistola *de baptismo*, ipsius et Ecclesiæ quam regebat nomine, ad Xystum et Ecclesiam urbis Romæ directa, in qua de proposita quæstione prolixam admodum disputationem instituit. Præter has alia exstat ejusdem epistola *de Luciano*, ad Dionysium Romanum scripta. Sed de his hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ Οὐαλεριανοῦ καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ (Nic. *H. E.* VI, 10).

Οἵ γε μὴν ἀμφὶ τὸν Γάλλον οὐδ' ὅλοις ἔτεσι δύο τὴν ἀρχὴν ἐπικατασχόντες, ἐκποδὼν μεθίστανται· Οὐαλεριανὸς δὲ ἅμα Γαλλιηνῷ παιδὶ διαδέχεται τὴν ἡγεμονίαν. Αὖθις δὴ οὖν ὁ Διονύσιος οἷα καὶ περὶ τούτου διέξεισιν, ἐκ τῆς πρὸς Ἑρμάμμωνα ἐπιστολῆς μαθεῖν ἐστὶν, ἐν ᾗ τοῦτον ἱστορεῖ τὸν τρόπον· « Καὶ τῷ Ἰωάννῃ δὲ ὁμοίως ἀποκαλύπτεται. Καὶ ἐδόθη γὰρ αὐτῷ, φησὶ, στόμα λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίαν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία καὶ μῆνες τεσσαράκοντα δύο (10). Ἀμφότερα δὲ ἔστιν ἐπὶ Οὐαλεριανοῦ θαυμάσαι· καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ, ὡς οὕτως ἔσχε (11), συννοεῖν, ἕως ἥπιος (12) καὶ φιλόφρων ἦν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ Θεοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἄλλος τις οὕτω τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων εὐμενῶς καὶ ἐξιῶς πρὸς αὐτοὺς διετέθη, οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι (13), ὡς ἐκεῖνος οἰκειότατα ἐν ἀρχῇ καὶ προσφιλέστατα φανερὸς ἦν αὐτοὺς ἀποδεχόμενος. Καὶ πᾶς ὁ οἶκος αὐτοῦ θεοσεβῶν πεπλήρωτο, καὶ ἦν Ἐκκλησία Θεοῦ. Ἀποσκευάσασθαι δὲ παρέπεισεν αὐτὸν ὁ διδάσκαλος καὶ τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων (14) ἀρχισυνάγωγος (15), τοὺς μὲν καθα-

CAPUT X.

De Valeriano, et de persecutione ab eo excitata.

Gallo interim e medio sublato, cum vix biennii spatio imperium tenuisset, Valerianus cum Gallieno filio in ejus locum succedit. De hoc vero quæ tradat Dionysius, et epistola ejus ad Hermammonem licet cognoscere, in qua ita scribit: « Joanni quoque similiter revelatum est. Ait enim : Et datum est illi os loquens magna et impia : et data est illi potestas et menses quadraginta duo [a]. **256** Utrumque porro in Valeriano impletum mirari licet, illudque ante omnia considerare, cujusmodi is ante persecutionem fuerit : qualiter mansuetus quidem ac benignus erat erga famulos Dei. Neque enim ullus superiorum principum, ne illi quidem ipsi qui palam Christiani fuisse dicuntur, tanta humanitate ac benevolentia nostros complexus est, quantam ille præ se ferebat initio principatus sui. Totaque ejus familia piis hominibus abundabat, ac Dei Ecclesia esse videbatur. Verum magister et archisynagogus magorum Ægypti, ei tandem persuasit ut ab hoc instituto desisceret, jubens ut castos quidem et sanctos viros persequeretur atque occideret, quippe

[a] Apoc. XIII.

(10) *Μῆνες τεσσαράκοντα δύο.* Hunc Dionysii locum optime exposuit Baronius ad annum Christi 257, cap. 7, de spatio scilicet temporis quo duravit persecutio Valeriani. Cum enim Valerianus septem fere annis regnaverit, ut inter omnes constat, priore quidem principatus triennio Christianos benigne complexus est : posteriore vero triennio persecutionem intulit Ecclesiæ. Porro initium principatus Valeriani cœpit anno Christi 253, sub finem, Volusiano II et Maximo coss. Docent id manifeste nummi veteres ab Occone et Goltzio prolati, in quibus Valerianus imperator tribunitiæ potestatis III, consul III, inscribitur. Item trib. pot. V, cos. IV. Idem quoque colligitur ex nummis imp. Gallieni.

(11) *Καὶ τούτων μάλιστα τὰ πρὸ αὐτοῦ ὡς οὕτως ἔσχε.* Scribendum puto ὡς οὐχ οὕτως, quamvis reclamantibus libris. Sed et transposita videntur esse vocabula. Lego igitur καὶ αὐτοῦ μάλιστα τὰ πρὸ τούτων, ὡς οὐχ οὕτως ἔσχε, συννοεῖν, ἕως ἥπιος καὶ φιλόφρων ἦν, etc. Ita sensus est apertissimus.

(12) *Ἕως ἥπιος.* Sic in optimis exemplaribus Maz. et Med. scriptum est. Ὡς μὲν ἥπιος ex codice Regio edidit Rob. Stephanus. In Fuketiano et Savilliano legitur ἕως γὰρ ἥπιος, etc., quam scripturam secutus est Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet.

(13) *Οὐδ' οἱ λεχθέντες ἀναφανδὸν Χριστιανοὶ γεγονέναι.* Philippum imperatorem intelligit, qui primus ex Romanis imperatoribus Christianam religionem professus est, ut multi veterum prodiderunt. Sed cum Dionysius in plurali numero loquatur, Philippo adjungi potest Alexander Severus, qui imaginem Christi habuit in larario suo, teste Lampridio; et toto principatus sui tempore Christianos fovit et conservavit, ut ab Eusebio relatum est supra. Porro autem notandum est, Dionysium de imperatoribus illis hoc tantum dicere, quod dicti et existimati fuerint Christiani, non autem quod reipsa Christiani exstiterint.

(14) *Τῶν ἀπ' Αἰγύπτου μάγων ἀρχισυνάγωγος.* Baronius ad ann. Christi 252 et 258 ait hunc esse magum illum qui paulo ante imperium Decii populum Alexandrinorum ad persequendos Christianos incitaverat, de quo loquitur Dionysius apud Eusebium in lib. VI, cap. 41. Ego vero hunc longe alium esse existimo, qui Valerianum imp. adversus Christianos commovit : Macrianum scilicet, enim qui postea imperium occupavit, de quo infra dicturi sumus, idque manifeste convincitur ex sequentibus Dionysii verbis. Subdit enim καλὰ γοῦν αὐτοῖς ὁ Μακριανός, etc., innuens scilicet, eum quem supra magistrum Valeriani et archisynagogum magorum appellaverat, non alium esse quam Macrianum. Et paulo post addit : Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθείς, etc. Quid potest clarius dici? Tota enim hujus orationis series id apertissime demonstrat, Macrianum hujus impietatis auctorem fuisse Valeriano : qui cum Valeriani quasi pædagogus ac magister quidem esset, pessimis consiliis ei subministratis, primo quidem illum, deinde vero semetipsum perdidit. Porro Macrianum adjutorem ac magistrum Valeriani fuisse in gerenda republica testatur ipse Valerianus in oratione ad senatum, quam refert Pollio : *P. C., bellum Persicum gerens Macriano totam rempublicam tradidi.*

(15) Ἀρχισυνάγωγος. Habebant Judæi archisynagogos, qui synagogis præsidebant. Archisynagogus Judæorum Alexandriæ memoratur in epistola Adriani imp. ad Servianum, quam refert Vopiscus in *Saturnino*. Præter archisynagogos erant etiam apud Judæos quidam patres synagogarum, item sacerdotes et presbyteri, et diaconi synagogarum,

Digitized by Google

qui scelestis ac detestandis incantationibus adversarentur atque obstarent. Erant enim et sunt etiamnum ejusmodi, qui vel præsentia atque aspectu suo, et insufflantes duntaxat ac vocem edentes, dæmonum præstigias disturbare possint. Initiationes autem impuras, et abominanda maleficia, et sacrificia exsecranda peragere eum jussit, miseros infantes mactare, immolare liberos infelicium parentum; recens natorum rimari viscera; Dei figmenta atque opera discerpere ac detruncare, quasi hoc facto ad summam felicitatem esset perventurus. » Postea subdit : « Egregiam vero gratiam ob speratum imperium, et præclara munera Macrianus eis obtulit. Qui initio quidem cum καθολικός, id est *rationalis* imperatoris diceretur, nihil rationi consonum, nihil catholicum sensit aut publicum, sed imprecationi

A ρους καὶ ὁσίους ἄνδρας κτίννυσθαι καὶ διώκεσθαι κελεύων, ὡς ἀντιπάλους καὶ κωλυτὰς τῶν παμμιάρων καὶ βδελυκτῶν ἐπαοιδῶν ὑπάρχοντας· καὶ γάρ εἰσι καὶ ἦσαν ἱκανοὶ παρόντες καὶ ὁρώμενοι, καὶ μόνον ἐμπνέοντες (16) καὶ φθεγγόμενοι, διασκεδάσαι τὰς τῶν ἀλιτηρίων δαιμόνων ἐπιβουλάς· τελετὰς δὲ ἀνάγνους καὶ μαγγανείας ἐξαγίστους καὶ ἱερουργίας ἀκαλλιερήτους ἐπιτελεῖν ὑποτιθέμενος, παῖδας ἀθλίους ἀποσφάττειν, καὶ τέκνα δυστήνων πατέρων καταθύειν, καὶ σπλάγχνα νεογενῆ διαιρεῖν, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ διακόπτειν καὶ καταχορδεύειν πλάσματα, ὡς ἐκ τούτων εὐδαιμονήσοντα (17). » Καὶ τούτοις ἐπιφέρει λέγων· « Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανὸς (18) τῆς ἐλπιζομένης βασιλείας προσήνεγκε χαριστήρια· ὃς πρότερον μὲν ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων (19) λεγόμενος

B εἶναι βασιλέως, οὐδὲν εὔλογον οὐδὲ καθολικὸν (20)

quos Judæi Azanitas vocabant. Erant etiam apostoli, et supra hos omnes positi patriarchæ. De his omnibus Epiphanius in hæresi Ebionæorum et imperatores in Codice Theodosii, titulo *de Judæis*. Quæ quidem nomina a Judæis sumpsisse videntur Christiani. Verum in hoc Dionysii loco aliud significat ἀρχισυνάγωγος, quod mihi quidem obscurum est. Nec minus obscurum est, qui sint οἱ ἀπ' Αἰγύπτου μάγοι. Aruspices videtur intelligere, qui Romæ erant, seu sacerdotes Isidis ac Serapis, quibus præerat Macrianus. Certe vates et harioli fere omnes erant Ægyptii. Vide cap. 4 lib. II *De vita imp. Constantini*; Eunapium in *Vita Ædesii*. Magicam quoque præ cæteris mortalibus callebant, a Nechepso rege ipsis traditam, ut scribit Paulinus :

Quique magos docuit mysteria vana Necepsus.

Clemens in libro primo *Recognitionum*, sub initium : *Ægyptum petam, atque ibi hierophantis vel prophetis qui adytis præsunt, amicus efficiar, et pecunia invitatum magum precabor, ut educat mihi animam de infernis per eam quam necromantiam vocant.* Græca Clementis verba si quis forte desiderat, hic apponam ex ejusdem *Epitome* a Turnebo edita : Εἰς Αἴγυπτον πορεύσομαι, εἶπον· καὶ τοῖς τῶν ἀδύτων ἱεροφάντοις καὶ προφήταις φιλιωθήσομαι, καὶ μάγον ζητήσας καὶ εὑρών, χρήμασι πείσω πολλοῖς, ψυχῆς ἀναπομπήν, τὴν λεγομένην νεκρομαντίαν, ἐργάσασθαι. Plinius quidem tres magicæ species enumerat : Persicam, Judaicam et Cypriam ; sed quam ille Judaicam vocat, ea est Ægyptia, ut vel ex ipsius Plinii verbis colligitur. Ait enim Plinius eam a Mose et Jambre repertam esse ; Ægyptiorum magos qui jussu Pharaonis portenta ediderunt adversus Moysem, perperam confundens cum Moyse. Certe magicæ artes et incantationes, semper apud Judæos vetitæ fuere. Cæterum magos in comitatu secum habebant imperatores Romani, exemplo Alexandri Magni et regum Persicorum. Sic M. Antoninus, in expeditione illa Germanica habuit secum Arnuphim magum Ægyptium, ut scribit Dio. Valerianus quoque imperator magos in exercitu circumduxit, quorum antistes erat Macrianus, teste hic Dionysio.

(16) *Καὶ μόνον ἐμπνέοντες. Insufflantes* verti, qua voce usus est Prudentius in agone Romani. Solebant enim Christiani dæmonas eorumque præstigias, templa, simulacra exsufflare, abominari se hanc spurcitiem eo indicio declarantes. De hoc more multa jam pridem notavit Brissonius in *Commentario* ad tit. Cod. Theod. *De feriis*, et post illum Heraldus in notis ad Minucium Felicem. Quo referendum puto locum Dionysii apud Eusebium in libro sexto, capite 41, de Quinta muliere Christiana, quam pagani ad templum idolorum traxerant, ἀποστρεφομένην δὲ καὶ βδελυττομένην, etc.

(17) Vulg. *εὐδαιμονήσαντας*. Quatuor nostri codices, Mazarinus et Medicæus cum Fuketiano et Saviliano, scriptum habent εὐδαιμονήσοντας, rectius, dummodo in singulari numero scribas εὐδαιμονήσοντα. De solo enim Valeriano hic loquitur Dionysius.

(18) *Καλὰ γοῦν αὐτοῖς Μακριανός*. Subaudiendum est τοῖς δαίμοσι, non autem τοῖς βασιλεῦσι, ut putavit Christophorsonus. De solo enim Valeriano hic sermo est, ut jam dixi. Adde quod perit omnis sensus hujus loci, si interpretatio Christophorsoni retineatur. In nostra autem versione sensus est apertissimus. *Macrianus*, inquit, *cum ex dæmonum prædictionibus atque præsagiis ad spem imperii pervenisset, hanc gratiam ipsis retulit, ut Valerianum in Christianos armaret.* Porro in codicibus nostris Mazar., Medic. et Fuketiano scribitur Μαχριανός, rectius. Ita enim hunc tyrannum appellant Historiæ C Augustæ scriptores et nummi veteres. Sed et in antiquissimo codice Vaticano, quem rogante me consuluit doctissimus vir Lucas Holstenius, scriptum est Μαχριανός, tum in hoc loco, tum in capite 23.

(19) *Ἐπὶ τῶν καθόλου λόγων*. Ita Græci vocabant quos Latini dicunt rationales seu procuratores summæ rei, ut jam pridem notavi ad excerpta Constantini Porphyrogeneti ex Dione Cocceiano, p. 112. Quæ quidem hic repetere nihil attinet. Addemus duntaxat insignem locum Porphyrii in *Vita Plotini*, qui a doctissimo interprete non est intellectus. Loquens enim Porphyrius de Thaumasio quodam, sic ait : ὥστε καὶ Θαυμασίου τινὸς τοὔνομα ἐπεισελθόντος, τοὺς καθόλου λόγους πράττοντος. Porro cujusnam imperatoris procurator fuerit Macrianus, incertum est. Cave enim existimes eum Valeriani procuratorem fuisse.

(20) *Οὐδὲν καθολικόν*. Ludit Dionysius in nomine *catholici*, quo et rationalis officium et Chri- D stiana religio designatur. Unde Optatus in libro II catholicam fidem ex eo dictam esse asserit, quod sit rationalis : *Ubi ergo erit proprietas catholici nominis, cum inde dicta sit catholica, quod sit rationalis et ubique diffusa?* Quanquam *catholicam* religionem ob id dici quod rationalis sit, non facile mihi persuadeo. Neque enim καθολικός simpliciter et absolute *rationalem* significat, nisi subaudiatur λογοθέτης. Cæterum *catholicæ* cognomen quando primum adhæserit Ecclesiæ Dei, difficile est dicere. In epistola quidem Smyrnæorum de martyrio B. Polycarpi, mentio fit Ecclesiæ catholicæ. Item in *Actis* passionis Pionii martyris, qui passus est principatu Decii Augusti. *Tum Polemo, Christianus, inquit, es? Respondit Pionius : Sum profecto. Cujus, inquit Polemo, es Ecclesiæ? Respondit Pionius : Catholicæ ; nulla enim est alia apud Christum.* Apparet igitur hoc cognomen Ecclesiæ inditum esse circa primam apostolorum successionem, cum hæreses multis in lo-

Digitized by Google

ἐφρόνησεν, ἀλλ' ὑποπέπτωκεν ἀρᾷ προφητικῇ τῇ λεγούσῃ· Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν (21). Οὐ γὰρ συνῆκε τὴν καθόλου πρόνοιαν, οὐδὲ τὴν κρίσιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσι. Διὸ καὶ τῆς μὲν καθολικῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας γέγονε πολέμιος, ἠλλοτρίωσε δὲ καὶ ἀπεξένωσεν ἑαυτὸν τοῦ ἐλέους τοῦ Θεοῦ, καὶ ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας (22) ἐφυγάδευσεν, ἐν τούτῳ τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα (23). » Καὶ πάλιν μεθ' ἕτερά φησιν· « Ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανὸς εἰς ταῦτα ὑπὸ τούτου προαχθεὶς, εἰς ὕβρεις καὶ ὀνειδισμοὺς ἐκδοθεὶς κατὰ τὸ ῥηθὲν πρὸς Ἡσαΐαν· Καὶ οὗτοι ἐξελέξαντο τὰς ὁδοὺς αὐτῶν καὶ τὰ βδελύγματα αὐτῶν, ἃ ἡ ψυχὴ αὐτῶν ἠθέλησε· καὶ ἐγὼ ἐκλέξομαι τὰ ἐμπαίγματα αὐτῶν, καὶ τὰς ἁμαρτίας ἀνταποδώσω αὐτοῖς. Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανεὶς (24), καὶ τὸν βασίλειον ὑποδῦναι κόσμον ἀδυνατῶν ἀναπήρῳ τῷ σώματι (25), τοὺς δύο παῖδας τὰς πατρῴας ἀναδεξαμένους ἁμαρτίας προεστήσατο. Ἐναργὴς γὰρ ἐπὶ τούτων ἡ πρόῤῥησις ἣν εἶπεν ὁ Θεός· Ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων ἐπὶ τέκνα ἕως τρίτης καὶ τετάρτης γενεᾶς τοῖς μισοῦσί με. Τὰς γὰρ ἰδίας πονηρὰς ἐπιθυμίας ὧν ἠτύχει (26), ταῖς τῶν υἱῶν κεφαλαῖς ἐπιβαλὼν, εἰς ἐκείνους τὴν ἑαυτοῦ κακίαν καὶ τὸ πρὸς τὸν Θεὸν μῖσος ἐξωμόρξατο. » Καὶ περὶ μὲν τοῦ Οὐαλεριανοῦ τοσαῦτα ὁ Διονύσιος.

A prophetic subjacuit, quæ sic habet: Væ his qui prophetant ex corde suo, nec præ oculis habent bonum publicum. Nam neque providentiam universa moderantem intellexit, nec animo reputavit judicium illius qui ante omnia et in omnibus et super omnia est Dei. Quocirca hostis quidem fuit catholicæ Dei Ecclesiæ, alienum autem se et extorrem a misericordia Dei præstitit, et quam longissime a sua se salute relegavit, in hoc exprimens atque exhibens veritatem nominis sui. » Et paulo post: « Nam Valerianus quidem, qui ad hujusmodi facinora a Macriano impulsus fuerat, contumeliis et opprobriis fuit expositus ac deditus, juxta id quod dixit Dominus ad Isaiam [41]: Et ipsi elegerunt vias suas, et abominationes suas quas concupivit anima B eorum. Et ego eligam ludibria eorum, et peccata retribuam **257** ipsis. Macrianus vero imperandi cupiditate flagrans tametsi imperio indignus, cum regium cultum induere non posset ipse corpore debilis, duos filios paterna in se translaturos crimina imperio præfecit. Etenim evidentissime in his impleta est prædictio Dei dicentis [42]: Ego sum qui ulciscor peccata parentum in liberis, ad tertiam usque et quartam progeniem eorum qui oderunt me. Pravis enim cupiditatibus suis, quibus ipse frui non potuerat in filiorum capita translatis, improbitatem suam et odium divini Numinis in eos pariter transfudit. » Ac de Valeriano quidem hæc Dionysius scribit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν τότε Διονυσίῳ καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον συμβάντων (Nic. *H. E.* VI, 10).

Περὶ δὲ τοῦ κατ' αὐτὸν διωγμοῦ σφοδρότατα πνεύ-

CAPUT XI.

C *De his quæ Dionysius et Christiani qui in Ægypto erant, pertulere.*

De persecutionis autem illius acerbitate, quæ et

[41] Isa. LXVI. [42] Exod. XX.

cis exortæ, veram Christi fidem et apostolorum traditionem subvertere conarentur. Tunc enim ut vera et genuina Christi Ecclesia ab adulterinis hæreticorum cœtibus distingueretur, catholicæ cognomen soli orthodoxorum Ecclesiæ attributum est.

(21) *Οὐαὶ τοῖς προφητεύουσιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν, καὶ τὸ καθόλου μὴ βλέπουσιν.* Hic locus exstat in Ezechielis cap. XIII. Quem quidem Hieronymus ita interpretatur: *Væ his qui prophetant ex corde suo, et omnino non vident.* Dionysius vero noster τὸ καθόλου exponit τὴν καθόλου πρόνοιαν, verba scilicet prophetæ, seu potius LXX interpretum, ad argumentum suum accommodans.

(22) *Ὡς πορρωτάτω τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας.* Ἐκκλησίας Rob. Stephanus, qui cum scripturam codicis Regii pene ubique sequi soleat, hoc tamen loco depravatam codicis Medicæi lectionem sequi maluit. Sed procul dubio scribendum est τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, ut præter codicem Regium præferunt codices Maz., Fuk. et Savilianus. Ita etiam legit Christophorsonus.

(23) *Τὸ ἴδιον ἐπαληθεύων ὄνομα.* Alludit Dionysius ad nomen Macriani. Nam μακράν idem est quod πορρωτάτω.

(24) *Οὗτος δὲ τῇ βασιλείᾳ παρὰ τὴν ἀξίαν ἐπιμανείς.* Pessime hunc locum vertit Christophorsonus, qui hæc de Valeriano dici putavit, cum de Macriano apertissime dicantur. Præcessit enim, ὁ μὲν γὰρ Οὐαλεριανός, etc.; sequitur deinde, Οὗτος δέ, etc., quibus particulis satis declaratur de duobus sermonem fieri. Adde quod de Valeriano

dici non potest, eum imperio quod tantopere concupiscebat, indignum fuisse. Quippe Valerianus erat vir nobilissimus et princeps civitatis; et antequam imperaret, omnium consensu imperio dignissimus habebatur, ut historici tradunt. At Christophorsoni prava versio Baronium etiam in errorem induxit.

(25) *Ἀναπήρῳ τῷ σώματι.* Certe Joannes Zonaras in *Annalibus* Macrianum claudum fuisse scribit, quem in historia illorum temporum consulere, haudquaquam inutile fuerit. Solus enim ex iis qui ad nos pervenerunt scriptoribus, Macriani D et filiorum ejus res gestas accurate commemoravit.

(26) *Ὧν ἠτύχει.* Sic habet codex Regius quem fere ubique secutus est Stephanus. In reliquis Maz., Med. et Fuketiano legitur ὧν ἠὐτύχει, rectius ni fallor. Revera enim Macrianus id quod tantopere concupierat, adeptus est, imperium videlicet. Sed cum ipse gestandis imperii insignibus, ob corporis debilitatem, parum esset idoneus, filios suos ad imperium evexit. Merito igitur de illo dicit Dionysius, ὅτι ἠὐτύχησε τῶν ἰδίων ἐπιθυμιῶν, id est, *compos fuit votorum suorum.* Cæterum post hæc Dionysii verba de Macriano, sequebatur continuo locus ille qui legitur in capite 23 hujus libri, ἐκεῖνος μὲν οὖν τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων, etc. Uterque enim locus descriptus est ex epistola Dionysii ad Hermammonem, scripta anno IX principatus Gallieni. Quibus addendus ac præponendus est alter locus ex eadem epistola, qui refertur in cap. 1 hujus libri. Atque ita concinnatis ac rejunctis inter se

Digitized by Google

quanta ipse una cum aliis ob veri Dei cultum pertulerit, docent ejusdem Dionysii verba, quibus Germano cuidam illius temporis episcopo, qui calumniari ipsum conabatur, respondet in hunc modum: « Equidem vereor, ne in dementiam ac stuporem lapsus esse videar, dum referre cogor admirabilem erga nos Dei providentiam ac dispensationem. Sed quoniam arcanum quidem regis occultare, ut ait Scriptura [43], laudandum est, Dei autem opera prædicare gloriosum; adversus Germani impetum cominus decertabo. Veni ad Æmilianum non solus, sed comitantibus me Maximo compresbytero, et Fausto, Eusebio ac Chæremone, diaconis. Quidam etiam ex fratribus Romanis, qui tum aderant, nobiscum ingressus est. Porro Æmilianus non dixit mihi prima fronte: Ne conventus agas. Id enim illi supervacuum erat ac postremum, ad id quod primum ac præcipuum est recurrenti. Quippe haudquaquam curabat ne alios congregarem, sed id agebat ne ipsi Christiani essemus. Et ab eo cultu desistere me jubebat, ratus scilicet si ego ab eo cultu descivissem, cæteros exemplum meum secuturos. Respondi non improbabiliter nec longe arcessita responsione: « Obedire oportet Deo magis quam hominibus [44]. » Sed palam et aperte contestatus sum, me illum qui solus est Deus, neque alium ullum præter hunc adorare; nec a proposito discessurum me esse, nec **258** commissurum unquam ut Christianus esse desinerem. Post hæc abire nos jussit in vicum quemdam solitudini proximum, cui nomen est Cephro. Sed verba ipsa quæ ab utroque nostrum dicta sunt, sicut actis publicis inserta leguntur, accipite: Inductis Dionysio, Fausto, Maximo, Marcello et Chæremone, Æmilianus præfectus dixit: Non solum scripto, sed etiam viva voce vo-

[43] Tob. XII. [44] Act. V.

A σαντος, οἷα σὺν ἑτέροις ὁ αὐτὸς διὰ τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσέβειαν ὑπέστη, δηλώσουσι αἱ αὐτοῦ φωναὶ ἃς πρὸς Γερμανὸν (27) τῶν κατ' αὐτὸν ἐπισκόπων κακῶς ἀγορεύειν αὐτὸν πειρώμενον ἀποτεινόμενος, τοῦτον παρατίθεται τὸν τρόπον· « Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω (28) πολλὴν καὶ ἀναισθησίαν ὄντως ἐμπεσεῖν, εἰς ἀνάγκην συμβιβαζόμενος τοῦ διηγεῖσθαι τὴν θαυμαστὴν περὶ ἡμᾶς οἰκονομίαν τοῦ Θεοῦ. Ἀλλ' ἐπεὶ μυστήριόν φησι βασιλέως κρύψαι καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἔνδοξον, ὁμόσε χωρήσω τῇ Γερμανοῦ βίᾳ. Ἦκον πρὸς Αἰμιλιανὸν οὐ μόνος· ἠκολούθησαν δέ μοι συμπρεσβύτερός τε μου Μάξιμος, καὶ διάκονοι, Φαῦστος καὶ Εὐσέβιος καὶ Χαιρήμων. Καί τις τῶν ἀπὸ Ῥώμης παρόντων ἀδελφῶν ἡμῖν συνεισῆλθεν. Αἰμιλιανὸς δὲ
B οὐκ εἶπέ μοι προηγουμένως, μὴ σύναγε. Περιττὸν γὰρ τοῦτο ἦν αὐτῷ καὶ τὸ τελευταῖον ἐπὶ τὸ πρῶτον ἀνατρέχοντι. Οὐ γὰρ περὶ τοῦ μὴ συνάγειν ἑτέρους ὁ λόγος ἦν αὐτῷ, ἀλλὰ περὶ τοῦ μηδ' αὐτοὺς ἡμᾶς εἶναι Χριστιανούς· καὶ τούτου προσέταττε πεπαῦσθαι, εἰ μεταβαλοίμην ἔγωγε, καὶ τοὺς ἄλλους ἔφεσθαί μοι νομίζων. Ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεοικότως (29), οὐδὲ μακράν· Πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις. Ἀλλ' ἀντικρυς διεμαρτυράμην, ὅτι τὸν Θεὸν τὸν ὄντα μόνον, καὶ οὐδένα ἕτερον σέβων οὐδ' ἂν μετατεθείμην, οὐδὲ παυσαίμην ποτὲ Χριστιανὸς ὤν. Ἐπὶ τούτοις ἐκέλευσεν ἡμᾶς ἀπελθεῖν εἰς κώμην πλησίον
C τῆς ἐρήμου καλουμένην Κεφρώ. Αὐτῶν δὲ ἐπακούσατε τῶν ὑπ' ἀμφοτέρων λεχθέντων ὡς ὑπεμνηματίσθη (30). Εἰσαχθέντων Διονυσίου (31) καὶ Φαύστου καὶ Μαξίμου καὶ Μαρκέλλου καὶ Χαιρήμονος, Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν εἶπε· καὶ ἀγραφως ὑμῖν διελέχθην περὶ τῆς φιλανθρωπίας τῶν κυρίων ἡμῶν ᾗ περὶ ὑμᾶς κέχρηνται. Δεδώκασι γὰρ ἐξουσίαν ὑμῖν σωτηρίας εἰ βούλοισθε (32) ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν τρέπεσθαι, καὶ θεοὺς τοὺς σώζοντας αὐτῶν

omnibus fragmentis, pene integram Dionysii ad Hermammonem epistolam habituri sumus.

(27) Ἃς πρὸς Γερμανόν. Quod sequitur insigne fragmentum ex epistola seu potius libro Dionysii *adversus Germanum episcopum*, jungendum est cum altero ejusdem libri fragmento quod habes in lib. VI, cap. 40.

(28) *Εἰς ἀφροσύνην δὲ κινδυνεύω.* Eadem excusatione utitur Paulus apostolus in Epist. II ad Corinthios, cap. XI, cum se ipse laudaturus esset, ubi vide quæ notat Joannes Chrysostomus. Ad eum igitur Pauli locum alludit Dionysius.

(29) *Οὐκ ἀπεοικότως.* Malim scribere οὐκ ἀπεικότως. Mox verba illa πειθαρχεῖν δεῖ Θεῷ μᾶλλον ἢ ἀνθρώποις delenda esse mihi videntur. Leguntur quidem hæc verba in cap. V Actuum apostolorum. Sed nihil faciunt ad hunc locum. Nisi malis legere, ut est in codice Reg., ἀπεκρινάμην δὲ οὐκ ἀπεοικότως, οὐδὲ μακρὰν τοῦ Πειθαρχεῖν, etc. Id est, *responsum dedi quod non longe abest ab illo apostolico.*

(30) Ὡς ὑπεμνηματίσθη. Male Christophorsonus hunc locum ita vertit, *sicut a quibusdam in commentarios relata sunt.* Ὑπομνήματα Græci vocant quæ Latini *Acta*, ut observavimus ad librum I, ubi de *Actis* Pilati. Qui hæc *Acta* conficiebant, dicebantur a Græcis ὑπομνηματογράφοι. Latini eos ab *Actis* vocabant, ut legitur in Notitia imperii Romani. Hypemnematographi urbis Alexandrinæ

mentio fit in lege ultima codice Theodosiano *De decurionibus.* Ejus officium describit Philo *in Flaccum*, ubi de Lampone quodam loquens, qui erat hypomnematographus præfectorum Ægyptii: προσεστὼς γὰρ ἠγεμόσιν ὁπότε ὑπεμνηματίζετο, τὰς δίκας εἰσάγων ὡς ἔχων τάξιν, εἶτα τὰ μὲν ἀπῆλειφεν, ἢ παρῆει ἑκών, τὰ δ' οὐ λεχθέντα προσενέταττεν. Hoc hypomnematographi officium gessit olim Alexandriæ Lucianus, ut ipse testatur in *Apologia pro iis qui salarium accipiunt*, his verbis: Ἐγωγ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἂν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρίσθαι, τὰς δίκας εἰσάγειν, καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι, καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, etc. Addit etiam Lucianus, hypomnematographum salarium amplissimum e fisco habuisse, et peracto recte officio, provinciam regendam accepisse.

(31) *Εἰσαχθέντων Διονυσίου.* Hæc erat formula actorum publicorum, ut docet Amm. Marcellinus in lib. XXII his verbis: *Et acta super eo gesta, non sine magno legebantur horrore, cum id voluminis publici contineret exordium. Consulatu Tauri et Florentii, inducto sub præconibus Tauro.* Ad quem locum vide quæ olim notavimus.

(32) *Εἰ βούλοισθε.* In tribus exemplaribus Max., Med. et Fuk. legitur εἰ βούλεσθε.

Digitized by Google

τὴν βασιλείαν προσκυνεῖν, ἐπιλαθέσθαι τε τῶν παρὰ φύσιν. Τί οὖν φατε πρὸς ταῦτα; Οὐδὲ γὰρ ἀχαρίστους ὑμᾶς ἔσεσθαι περὶ τὴν φιλανθρωπίαν αὐτῶν προσδοκῶ, ἐπειδήπερ ἐπὶ τὰ βελτίω ὑμᾶς προτρέπονται. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Οὐ πάντες πάντας προσκυνοῦσι θεούς, ἀλλ' ἕκαστοί τινας, οὓς νομίζουσιν. Ἡμεῖς τοίνυν τὸν ἕνα Θεὸν καὶ Δημιουργὸν τῶν ἁπάντων, τὸν καὶ τὴν βασιλείαν ἐγχειρήσαντα τοῖς θεοφιλεστάτοις Οὐαλεριανῷ καὶ Γαλλιηνῷ σεβαστοῖς, τοῦτον καὶ σέβομεν καὶ προσκυνοῦμεν, καὶ τούτῳ διηνεκῶς ὑπὲρ τῆς βασιλείας αὐτῶν ὅπως ἀσάλευτος διαμένῃ, προσευχόμεθα. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπε· Τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον εἴπερ ἐστὶ Θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; θεοὺς γὰρ σέβειν ἐκελεύσθητε, καὶ θεοὺς οὓς πάντες ἴσασι. Διονύσιος ἀπεκρίνατο· Ἡμεῖς οὐδένα ἕτερον προσκυνοῦμεν. Αἰμιλιανὸς διέπων τὴν ἡγεμονίαν, αὐτοῖς εἶπεν· Ὁρῶ ὑμᾶς ὁμοῦ καὶ ἀχαρίστους ὄντας καὶ ἀναισθήτους τῆς πραότητος τῶν σεβαστῶν (33) ἡμῶν. Διόπερ οὐκ ἔσεσθε ἐν τῇ πόλει ταύτῃ. Ἀλλὰ ἀποσταλήσεσθε εἰς τὰ μέρη τῆς Λιβύης, καὶ ἐν τόπῳ λεγομένῳ Κεφρώ· τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἐξελεξάμην ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν σεβαστῶν ἡμῶν. Οὐδαμῶς δὲ ἐξέσται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλοις τισὶν, ἢ συνόδους ποιεῖσθαι, ἢ εἰς τὰ καλούμενα κοιμητήρια (34) εἰσιέναι. Εἰ δέ τις φανείη μὴ γενόμενος εἰς τὸν τόπον τοῦτον ὃν ἐκέλευσα, ἢ ἐν συναγωγῇ τινι εὑρεθείη, ἑαυτῷ τὸν κίνδυνον ἐπαρτήσει. Οὐ γὰρ ἐπιλείψει ἡ δέουσα ἐπιστρέφεια. Ἀπόστητε οὖν ὅπου ἐκελεύσθητε. — Καὶ νοσοῦντα δέ με κατήπειξεν, οὐδὲ μιᾶς ὑπέρθεσιν δοὺς ἡμέρας. Ποίαν οὖν ἔτι (35) τοῦ συνάγειν ἢ μὴ συνάγειν εἶχον σχολήν; » Εἶτα μεθ' ἕτερά φησιν· « Ἀλλ' οὐδὲ τῆς αἰσθητῆς ἡμεῖς μετὰ τοῦ Κυρίου συναγωγῆς ἀπέστημεν. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐν τῇ πόλει σπουδαιότερον συνεκρότουν ὡς συνὼν, ἀπὼν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἰπεῖν (36), παρὼν δὲ τῷ πνεύματι. Ἐν δὲ τῇ Κεφροῖ, καὶ πολλὴ συνεπεδήμησεν ἡμῖν ἐκκλησία, τῶν μὲν ἀπὸ τῆς πόλεως ἀδελφῶν ἑπομένων, τῶν δὲ συνόντων ἀπ' Αἰγύπτου. Κἀκεῖ θύραν ἡμῖν ὁ Θεὸς ἀνέῳξε τοῦ λόγου. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδιώχθημεν, ἐλιθοβολήθημεν, ὕστερον δέ τινες οὐκ ὀλίγοι τῶν ἐθνῶν τὰ εἰδωλα καταλιπόντες, ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν Θεόν. Οὐ πρότερον γὰρ παραδεξαμένοις αὐτοῖς, τότε πρῶτον δι' ἡμῶν ὁ λόγος ἐπεσπάρη. Καὶ ὥσπερ τούτου ἕνεκεν ἀπαγαγὼν ἡμᾶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἐπεὶ τὴν διακονίαν ταύτην ἐπληρώσαμεν, πάλιν ἀπαγήοχεν. Ὁ γὰρ Αἰμιλιανὸς

A biscum disserui de humanitate principum nostrorum, qua illi erga vos utuntur. Vobis enim potestatem fecerunt salutis vestræ retinendæ, dummodo ad id quod naturæ consentaneum est ferri, deosque imperii illorum custodes adorare, et eorum quæ naturæ ipsi repugnant oblivisci velletis. Quid ergo ad hæc dicitis? Neque enim vos ingrato animo fore spero adversus eorum clementiam, quippe cum ad meliora vos traducere conentur. Dionysius respondit: Non omnes ab omnibus coluntur dii, sed eos singuli colunt quos arbitrantur deos. Nos quidem unum Deum omnium rerum opificem, qui Valeriano et Gallieno sacratissimis Augustis imperium tradidit, colimus et adoramus. Huic continuas preces offerimus pro imperio illorum, ut stabile et inconcussum permaneat. Æmilianus præfectus iterum dixit: Quis vero vos prohibet, quominus et hunc, si quidem Deus est, cum iis qui natura dii sunt adoretis? Deos enim colere jussi estis, eosque quos cuncti norunt deos. Dionysius respondit: Nos nullum alium adoramus. Æmilianus præfectus dixit: Video vos ingratos esse simul ac stupidos, qui clementiam Augustorum minime sentiatis. Quamobrem non manebitis in hac urbe, sed mittemini in partes Libyæ ad locum qui dicitur Cephro. Hunc enim locum jussu Augustorum nostrorum elegi. Nullatenus autem licebit vobis nec quibuscunque aliis, conventus agere, aut ea quæ vocantur cœmeteria adire. Quod si quis ad eum quem jussi locum minime profectus deprehendetur, aut in conventu aliquo fuerit inventus, is sibi ipse periculum arcesset. Non enim deerit congrua animadversio. Abscedite igitur quo jussi estis. — Statimque me tametsi ægrotantem proficisci compulit, ne diei quidem unius dilatione concessa. Quomodo igitur conventus agere aut non agere vacuum mihi deinceps fuit? » Paucis deinde interjectis, addit: **259** « Sed neque a corporali conventu, Domino juvante, abfuimus. Verum eos qui in urbe erant, perinde ac si adessem, majore studio congregavi in ecclesiam; absens quidem corpore, ut jam dixi, animo autem præsens. Apud Cephro vero nobiscum magna fidelium adfuit multitudo, partim eorum qui ab urbe nos secuti fuerant, partim aliorum qui ex reliqua Ægypto confluebant. Ibi quoque januam nobis patefecit Deus ad prædicationem verbi sui. Et initio quidem persecutionem passi et lapidibus impe-

(33) *Πραότητος τῶν σεβαστῶν.* Codd. Med. et Maz. addunt ἡμῶν, quibus consentit codex Fuk.

(34) *Κοιμητήρια.* Latini *areas* vocabant, ita Tertullianus in libro *ad Scapulam*, et in Gestis purgationis Cæciliani: *Nam cives in area martyrum fuerunt inclusi.* Et in *Gestis* purgationis Felicis: *Tollat aliquis de vestris in aream, ubi orationes facitis.*

(35) *Ποίαν οὖν ἔτι.* Accusabatur scilicet Dionysius a Germano, quod conventus fratrum non habuisset ante exortam persecutionem, sed fuga saluti suæ prospexisset. Quoties enim ingruebat persecutio, solebant prius episcopi populum congregare, ut eum ad retinendam Christi fidem exhortarentur. Deinde infantes et catechumenos baptizabant, ne sine baptismo ex hac vita migrarent; et Eucharistiam fidelibus dividebant, cum incertum esset quandiu duratura esset persecutio. Quem morem docuit nos factum Dorothei cujusdam Thessalonicensis episcopi, temporibus Justini, quod refertur in suggestione Germani, Felicis et Dioscori, missa ad Hormisdam PP. anno Christi 519.

(36) *Ἀπὼν μὲν τῷ σώματι, ὡς εἰπεῖν.* Sic in codd. Maz. et Med. scribitur. Vulg. εἶπον. In Fuk. et Savil. scriptum inveni ὡς εἶπεν ὁ Ἀπόστολος. Certe alludit Dionysius ad locum Apostoli in priore ad Corinth. cap. v.

Digitized by Google

titi sumus. Postmodum vero non pauci ex gentilibus, relictis simulacris, ad Deum conversi sunt. Tunc enim primum apud illos verbi divini per nos sparsa sunt semina, cum illud antea non suscepissent. Ac prorsus quasi Deus ejus rei causa nos ad illos perduxisset, postquam illud ministerium implevimus, iterum nos alio transtulit. Etenim Æmilianus in asperiora quædam loca, et ut credebat magis Libyca, nos transportare constituit. Et cunctis undecunque ad Mareoticam præfecturam confluere jussis, vicos per regionem illam dispersos singulis assignavit : nos vero magis ad viam publicam, ut primi comprehenderemur, collocavit. Id enim præcipue agebat ac moliebatur, ut quandocunque voluisset, omnes nullo negotio capi possemus. Ego vero cum Cephro primum abire jussus sum, tametsi ubinam locus ille situs esset, ignorabam, quippe qui ne nomen quidem illius antea fere audivissem ; nihilominus alacri constantique animo perrexi. Posteaquam vero mihi renuntiatum est ut ad Colluthionis regionem migrarem, norunt ii qui tum præsentes aderant quomodo affectus animo fuerim. Ilic enim memetipsum accusabo. Principio quidem ægre admodum ac moleste tuli. Etsi enim regio illa notior nobis magisque familiaris erat quam Cephro, tamen fratribus ac probis viris vacuus esse locus dicebatur, et viatorum turbis latronumque incursionibus obnoxius. Sed multum mihi consolationis attulit, quod fratres me admonuerunt, locum illum a civitate propius abesse. Itaque quamvis Cephro maximam nobis multitudinem fratrum ex Ægypto confluentium adduxisset, adeo ut laxius jam conventus agere possemus : illic tamen ob vicinitatem urbis, charissimorum et conjunctissimorum hominum aspectu crebrius nos aiebant esse **260** frui-

A εἰς τραχυτέρους μὲν, ὡς ἐδόκει, καὶ Λιβυκωτέρους ἡμᾶς μεταστῆσαι τόπους ἐβουλήθη· καὶ τοὺς πανταχόσε εἰς τὸν Μαρεώτην ἐκέλευσε συρρεῖν, κώμας ἑκάστοις τῶν κατὰ χώραν ἀφορίσας, ἡμᾶς δὲ μᾶλλον ἐν ὁδῷ καὶ πρώτους καταληφθησομένους ἔταξεν. Ὠκονόμει γὰρ δηλονότι καὶ παρεσκεύαζεν, ἵνα ὁπόταν βουληθείη συλλαβεῖν, πάντας εὐαλώτους ἔχοι. Ἐγὼ δὲ ὅτε μὲν εἰς Κεφρὼν κεκελεύσμην ἀπελθεῖν, καὶ τὸν τόπον ἠγνόουν ὅποι ποτὲ οὗτός ἐστιν, οὐδὲ τὸ ὄνομα σχεδὸν πρότερον ἀκηκοώς· καὶ ὅμως εὐθύμως καὶ ἀταράχως ἀπῆειν. Ἐπεὶ δὲ μετασκηνώσειν εἰς τὰ Κολλουθίωνος (37) ἀπηγγέλη μοι, ἴσασιν οἱ παρόντες ὅπως διετέθην· ἐνταῦθα γὰρ ἐμαυτοῦ κατηγορήσω. Τὸ μὲν πρῶτον ἠχθέσθην καὶ λίαν ἐχαλέπηνα· καὶ γὰρ εἰ γνωριμώτεροι καὶ συνηθέστεροι
B ἐτύγχανον ἡμῖν οἱ τόποι, ἀλλ' ἔρημον μὲν ἀδελφῶν καὶ σπουδαίων ἀνθρώπων ἔφασκον εἶναι τὸ χωρίον, ταῖς δὲ τῶν ὁδοιπορούντων ἐνοχλήσεσι καὶ ληστῶν καταδρομαῖς ἐγκείμενον (38). Ἔτυχον δὲ παραθυμίας, ὑπομνησάντων με τῶν ἀδελφῶν, ὅτι γειτνιᾷ μᾶλλον τῇ πόλει. Καὶ ἡ μὲν Κεφρὼν πολλὴν ἡμῖν ἦγεν ἀδελφῶν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου τὴν ἐπιμιξίαν ὡς πλατύτερον ἐκκλησιάζειν δύνασθαι· ἐκεῖ δὲ πλησιαίτερον οὖσης τῆς πόλεως, συνεχέστερον τῆς τῶν ὄντως ἀγαπητῶν καὶ οἰκειοτάτων καὶ φιλτάτων ὄψεως ἀπολαύσομεν. Ἀφίζονται γὰρ καὶ ἀναπαύσονται, καὶ ὡς ἐν προαστείοις πορρωτέρω κειμένοις, κατὰ μέρος ἔσονται συναγωγαί (39). Καὶ οὕτως ἐγένετο. » Καὶ μεθ' ἕτερα, περὶ τῶν
C συμβεβηκότων αὐτῷ αὖθις ταῦτα γράφει· « Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις (40) Γερμανὸς σεμνύνεται. Πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα. Ὅσας ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν ἀποφάσεις, δημεύσεις, προγραφὰς, ὑπαρχόντων ἁρπαγὰς, ἀξιωμάτων ἀποθέσεις (41), δόξης κοσμικῆς ὀλιγωρίας,

(37) *Τὰ Κολλουθίωνος*. Supplendum videtur μέρη. Sic supra dixit Dionysius τὰ μέρη τῆς Λιβύης. Erat autem hic locus in Mareotica præfectura. Sic etiam τὰ βουκόλου tractus quidam Ægypti dicebatur, a nomine scilicet dominorum qui ea loca olim possederant. Apud Nicephorum Κολουθίων hic locus dicitur cum simplici lambda; quam scripturam rectiorem puto. Nam Κολλουθίων nomen est deflexum a Colutho, qui nomen fuit frequens apud Ægyptios. Certe ita dictus est poeta quidam celebris temporibus Anastasii, oriundus ex Thebaide, ut testatur Suidas. Fuit et alter Coluthus schismaticus in Ægypto temporibus magni Anastasii, cujus crebra fit mentio in ejus *Apologia*. Eum *Acoluthum* vocat Gregorius Nyssenus in lib. XI *contra Eunomium*.

(38) *Καταδρομαῖς ἐγκείμενον*. Scribendum puto ἐκκείμενον.

(39) *Κατὰ μέρος... συναγωγαί*. Quoties suburbia paulo remotiora erant ab urbe, ii qui in suburbiis illis manebant, non cogebantur ad majoris ecclesiæ conventus accedere, sed in eo suburbio particulares fiebant conventus in aliqua basilica, aut in loco ad hoc agendum idoneo. Id ex hoc Dionysii loco manifeste colligitur, quem nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt, sed omnia miscuerunt, adeo ut ex eorum interpretatione nihil sani possis elicere. Porro προάστεια Græci dicunt non solum suburbia, quæ urbi conjuncta sunt, sed etiam vicos satis longo intervallo ab urbe dissitos. Sic Canopus duodecimo lapide distans ab urbe Alexandria, προάστειον dicitur ab Athanasio in libello quem obtulit concilio Chalcedonensi. Sic etiam Daphne, suburbanum Antiochiæ, Achyrona Nicomediæ, et Septimum dicitur suburbanum Constantinopolis, licet aliquot passuum millibus abessent ab illis civitatibus. Vide *Glossarium* Pithœi *in Novellas Juliani Antecessoris*, voce *Proastium*. Porro ex hoc loco colligitur ætate quidem Dionysii unicam adhuc fuisse Alexandriæ ecclesiam, in quam omnes urbis illius fideles orationis causa conveniebant. Postmodum vero temporibus Athanasii, cum plures essent ecclesiæ a diversis episcopis
D Alexandriæ ædificatæ, cives Alexandrini seorsum in diversis ecclesiis colligebantur, κατὰ μέρος καὶ διηρημένως, ut loquitur Athanasius in *Apologia* prima ad Constantium, nisi quod in majoribus festis, Paschæ scilicet aut Pentecostes, non fiebant particulares conventus, sed universi in majorem ecclesiam conveniebant, ut ibidem testatur Athanasius.

(40) *Πολλαῖς γε ταῖς ὁμολογίαις*. Hæc et sequentia ironice dicuntur a Dionysio. Quæ deinde sequuntur, sic lego et interpungo : Πολλά γε εἰπεῖν ἔχει καθ' ἑαυτοῦ γενόμενα, ὅσα ἀριθμῆσαι δύναται περὶ ἡμῶν. Certe in vetustissimo codice Mazarino, post vocem ἡμῶν apposita est virgula, et ante vocem ὅσας ponitur subdistinctio. Codex autem Fuk. emendationi nostræ plane subscribit.

(41) *Ἀξιωμάτων ἀποθέσεις*. Hinc patet Dionysium Alexandrinum splendido genere ortum fuisse. Nam dignitas ex generis nobilitate præcipue

Digitized by Google

ἐπαίνων ἡγεμονικῶν καὶ βουλευτικῶν (42) καταφρονήσεις, καὶ τῶν ἐναντίων ἀπειλῶν, καὶ καταδοήσεων καὶ κινδύνων, καὶ διωγμῶν καὶ πλάνης καὶ στενοχωρίας, καὶ ποικίλης θλίψεως ὑπομονήν; Οἷα τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου (43) συμβάντα μοι, οἷα μέχρι νῦν Αἰμιλιανοῦ. Ποῦ δὲ Γερμανὸς ἐφάνη; τίς δὲ περὶ αὐτοῦ λόγος; Ἀλλὰ τῆς πολλῆς ἀφροσύνης εἰς ἣν ἐμπέπτωκα διὰ Γερμανόν, ὑφίεμαι· διὸ καὶ τὴν καθ' ἕκαστον τῶν γενομένων διήγησιν, παρίημι τοῖς εἰδόσιν ἀδελφοῖς λέγειν. » Ὁ δ' αὐτὸς καὶ ἐν τῇ πρὸς Δομέτιον καὶ Δίδυμον ἐπιστολῇ τῶν ἀμφὶ τὸν διωγμὸν αὖθις μνημονεύει ἐν τούτοις· « Τοὺς δὲ ἡμετέρους πολλούς τε ὄντας καὶ ἀγνῶτας ὑμῖν, περισσὸν ὀνομαστὶ καταλέγειν· πλὴν ἴστε ὅτι ἄνδρες καὶ γυναῖκες, καὶ νέοι καὶ γέροντες, καὶ κόραι καὶ πρεσβύτιδες, καὶ στρατιῶται καὶ ἰδιῶται, καὶ πᾶν γένος καὶ πᾶσα ἡλικία, οἱ μὲν διὰ μαστίγων καὶ πυρὸς, οἱ δὲ διὰ σιδήρου τὸν ἀγῶνα νικήσαντες, τοὺς στεφάνους ἀπειλήφασι· τοῖς δὲ οὐ πάμπολυς αὐτάρκης ἀπέδη χρόνος, εἰς τὸ φανῆναι δεκτοὺς τῷ Κυρίῳ· ὥσπερ οὖν ἔοικε μηδὲ ἐμοὶ ὃ μέχρι νῦν. Διόπερ εἰς ὃν οἶδεν αὐτὸς ἐπιτήδειον καιρὸν ὑπερέθετό με, ὁ λέγων· « Καιρῷ δεκτῷ ἐπήκουσά σου, καὶ ἐν ἡμέρᾳ σωτηρίας ἐβοήθησά σοι. » Τὰ γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐπειδὴ πυνθάνεσθε καὶ βούλεσθε δηλωθῆναι ὑμῖν ὅπως διάγομεν, ἠκούσατε μὲν πάντως, ὅπως ἡμᾶς δεσμώτας ἀπαγομένους ὑπὸ ἑκατοντάρχου καὶ στρατηγῶν (44), καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ ὑπηρετῶν, ἐμέ τε καὶ Γάϊον καὶ Φαῦστον καὶ Πέτρον

turos. Eos quippe accessuros ibique commoraturos, et tanquam in suburbanis remotioribus, particulares illic conventus futuros. Idque ita contigit. » Deinde paulo post de his quæ sibi acciderunt ita scribit : « Sed fortasse Germanus multis fidei confessionibus gloriatur ; multa prædicare potest adversus se gesta. Quot vero enumerare potest perinde atque ego, sententias judicum, publicationes, proscriptiones, direptiones bonorum : abjectiones dignitatum, contemptus gloriæ sæcularis, laudur a præfectis ac decurionibus profectarum despectus : minarum denique quæ coram intentabantur, vociferationum, discriminum, persecutionum, fugæ, ærumnarum et cujusquemodi malorum tolerantiam ; cujusmodi sunt ea quæ sub Decio et Sabino, et quæ in hunc usque diem sub Æmiliano nobis contigerunt. Ubinam vero comparuit Germanus ? Quænam illius facta est mentio ? Verum ab imprudentia illa in quam Germani causa delapsus sum, tandem absisto. Singularum igitur rerum narrationem fratribus qui plenissimam gestorum notitiam habent relinquo. » Porro idem Dionysius in epistola quam scripsit ad Domitium et Didymum, nonnulla ad persecutionem illam spectantia rursus ita commemorat : « Nostros vero superfluum est nominatim recensere, cum et plurimi sint et vobis ignoti. Id tantum in universum scire vos convenit, viros et mulieres, juvenes ac senes, puellas et anus, milites ac paganos, ex omni denique hominum genere

ducitur. Hinc in gestis purgationis Cæciliani, quæ post collationem Carthaginensem edita sunt, Victor interrogatus a Zenofilo consulare, cujus conditionis esset, respondit : *Professor sum litterarum Romanarum.* Deinde interrogatus cujus dignitatis esset, respondit : *Patre decurione Constantiniensium, avo milite, qui in comitatu militaverat.* Cæterum Dionysius Alexandrinus, antequam ad Christi fidem transiret, professione rhetor fuerat, ut docet Maximus in scholiis ad librum Dionysii Areopagitæ *De cœlesti hierarchia*, capite 5 : Ὁ γοῦν μέγας Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρέων ἐπίσκοπος, ὁ ἀπὸ ῥητόρων, etc.

(42) *Βουλευτικῶν.* Augustus Alexandrinos sine ullis decurionibus rempublicam suam administrare jusserat. Postea vero Severus imp. Alexandrinis curiam habere permisit, ut scribit Dio in lib. LI : Τοῖς δ' Ἀλεξανδρεῦσιν ἄνευ βουλευτῶν πολιτεύεσθαι ἐκέλευσεν. Paulo post, βουλεύουσι δὲ δὴ ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ περὶ Σεβήρου αὐτοκράτορος ἀρξάμενοι. Idem scribit Spartianus in *Severo : Alexandrinis jus buleutarum dedit, qui sine publico consilio, ita ut sub regibus, ante vivebant, uno judice contenti, quem Cæsar dedisset.* Certe in epistola Athanasii ad solitarios, mentio fit decurionum Alexandriæ.

(43) *Τὰ ἐπὶ Δεκίου καὶ Σαβίνου.* Hic Sabinus præfectus Ægypti fuerat temporibus Decii imp. De quo Dionysius in epistola ad Fabium, quam retulit Eusebius in cap. 41 lib. VI. Æmilianus vero præfectus Ægypti de quo hic sermo est, postea imperium occupavit, ut scribit Pollio in 30 *Tyrannis ;* qui tamen eum ducem appellat, non autem præfectum Ægypti.

(44) *Καὶ στρατηγῶν.* Male interpretes hoc loco *duces* interpretati sunt ; quod est absurdissimum. Cur enim pluribus opus erat ducibus ad deducendum Dionysium in exsilium, cum unus tantum adesset centurio ? Vidit hanc absurditatem Christophorsonus, eaque de causa pro στρατηγῶν emendavit στρατηγοῦ, et *ducem* interpretatus est. Sed neque hoc modo absurditatem vitare potuit. Neque enim dux ipse reos in exsilium deducere solebat. Sed hujusmodi officium mandabatur centurioni aut speculatori. Aliud igitur significat vox στρατηγῶν, nempe duumviros seu magistratus Alexandrinæ civitatis. Græci enim ita vocabant, ut pluribus exemplis probavi ad librum XXXI Amm. Marcellini. Porro hi magistratus cum haberent modicam coercitionem, ut loquuntur jurisconsulti, reos comprehendere, carceri mancipare et interrogare, et acta conficere solebant, Romano præsidi judicium de iis reservantes, ut discere est ex *Actibus apostolorum*, et ex *Actis* Pionii martyris et aliorum. Quare non mirum est si magistratus Alexandriæ hoc in loco operam suam commodant rectori provinciæ, ad deducendum Dionysium in exsilium ; quem scilicet ipsi comprehenderant, et in judicium coram præfecto Ægypti adduxerant. Sed et quæ sequuntur verba, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς στρατιωτῶν καὶ ὑπηρετῶν, sententiam nostram confirmant. Nam στρατιῶται referuntur ad centurionem ; ὑπηρέται vero ad duumviros seu magistratus quibus parebant. Athanasius quoque, in epistola ad solitarios, στρατηγόν vocat duumvirum seu magistratum Alexandrinæ civitatis. Loquens enim de Arianis qui presbyteros ac diaconos Alexandriæ in judicium pertractos exsilio multaverant, ita scribit : Καὶ πῶς αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ δουκὸς καὶ τῶν δικαστῶν ἐφυγάδευσαν, καταφέροντες ἐκ τῶν οἴκων τοὺς οἰκείους αὐτῶν διὰ τῶν στρατιωτῶν καὶ τοῦ στρατηγοῦ Γοργονίου καὶ πληγαῖς κατακόπτοντες. Id est, *Quomodo ducis ac judicum opera eos in exsilium egere, necessarios illorum ex domibus extrahentes militari manu, et adjumento Gorgonii magistratus.* Male enim interpres *Gorgonium ducem* vertit. Atqui dux ipse Sebastianus vocabatur, teste Athanasio : Gorgonius vero magistratus erat seu duumvir

Digitized by Google

atque ætate, alios flagrorum verberibus, alios ferri acie, alios ignibus in certamine superatis coronas retulisse. Nonnullis vero longissimum temporis spatium non satis fuit ad hoc ut Deo acceptabiles viderentur, sicuti nec mihi in hunc usque diem. Scilicet in aliud opportunum tempus quod ipsi probe cognitum est, me distulit Dominus qui dicit : « In tempore accepto exaudivi te, et in die salutis opitulatus sum tibi ***. » De rebus autem nostris quandoquidem sciscitamini, ac certiores fieri vultis quo in statu agamus : audivistis quidem omnino, quo pacto cum ego et Caius et Faustus cum Petro et Paulo vincti duceremur a centurione et magistratibus, militibusque et apparitoribus, qui una cum ipsis erant, supervenientes quidam ex Mareotis, invitos nos nec **261** sponte sequentes per vim abstraxerint. Ego quidem nunc et Petrus et Caius soli, reliquis fratribus orbati, in deserto et squalido quodam Libyæ loco conclusi sumus, tridui itinere distantes a Parætonio. » Et aliquanto post : « In urbe autem, inquit, occultarunt se, ut fratres clanculo invisant, presbyteri quidem : Maximus, Dioscorus, Demetrius et Lucius. Faustinus enim et Aquila, utpote in majore hominum luce positi, per Ægyptum vagantur. Diaconi vero post illos qui morbo consumpti sunt, superstites : Faustus, Eusebius, Chæremon. Eusebius, inquam, quem Deus jam inde ab initio roboravit, impulitque ut confessoribus in custodia positis ministeria strenue exhiberet ; utque consummatorum ac beatorum martyrum cadavera

*** Isa. XLIX.

καὶ Παῦλον, ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν (45), ἄκοντας καὶ μηδὲ ἑπομένους, βίᾳ τε σύροντες ἁφήρπασαν. Ἐγὼ δὲ νῦν καὶ Γάϊος καὶ Πέτρος, μόνοι τῶν ἄλλων ἀδελφῶν ἀπορφανισθέντες, ἐν ἐρήμῳ καὶ αὐχμηρῷ τῆς Λιβύης τόπῳ κατακεκλείσμεθα, τριῶν ἡμερῶν ὁδὸν τοῦ Παραιτονίου διεστηκότες. » Καὶ ὑποκαταβάς φησιν· « Ἐν δὲ τῇ πόλει καταδεδύκασιν ἀφανῶς ἐπισκεπτόμενοι τοὺς ἀδελφούς· πρεσβύτεροι μὲν, Μάξιμος, Διόσκορος, Δημήτριος καὶ Λούκιος· οἱ γὰρ ἐν τῷ κόσμῳ προφανέστεροι Φαυστῖνος καὶ Ἀκύλας, ἐν Αἰγύπτῳ πλανῶνται. Διάκονοι δὲ οἱ μετὰ τοὺς ἐν τῇ νόσῳ (46) τελευτήσαντας ὑπολειφθέντες, Φαῦστος, Εὐσέβιος, Χαιρήμων· Εὐσέβιος ὃν ἐξ ἀρχῆς ὁ Θεὸς ἐνεδυνάμωσε καὶ παρεσκεύασε τὰς ὑπηρεσίας τῶν ἐν ταῖς φυλακαῖς γενομένων ὁμολογητῶν ἐναγωνίως ἀποπληροῦν, καὶ τὰς τῶν σωμάτων περιστολὰς (47) τῶν τελείων καὶ μακαρίων μαρτύρων οὐκ ἀκινδύνως ἐκτελεῖν. Καὶ γὰρ μέχρι νῦν οὐκ ἀνίησιν ὁ ἡγούμενος, τοὺς μὲν ἀναιρῶν, ὡς προεῖπον, ὠμῶς τῶν προσαγομένων· τοὺς δὲ βασάνοις καταξαίνων, τοὺς δὲ φυλακαῖς καὶ δεσμοῖς ἐκτήκων, προστάσσων τε μηδένα τούτοις προσιέναι, καὶ ἀνερευνῶν μή τις φανείη. Καὶ ὅμως ὁ Θεὸς τῇ προθυμίᾳ καὶ λιπαρίᾳ τῶν ἀδελφῶν διαναπαύει τοὺς πεπιεσμένους. » Καὶ τοσαῦτα μὲν ὁ Διονύσιος, καὶ ἐν ταύτῃ τέθειται τῇ γραφῇ. Ἰστέον δὲ ὡς ὁ μὲν Εὐσέβιος ὢν διάκονον προσεῖπεν, σμικρὸν ὕστερον ἐπίσκοπος Ἐκκλησίας τῆς κατὰ Συρίαν (48) Λαοδικείας καθίσταται, ὁ δὲ Μάξιμος ὢν τότε πρεσβύτερον εἴρηκε, μετ' αὐτὸν Διονύσιον, τὴν λειτουργίαν τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἀδελφῶν διαδέχε-

Alexandriæ, cujus id proprium munus erat, ut reos comprehenderet, et coram majoribus judicibus sisteret. Testatur id libellus protestationis populi Alexandrini, quem Athanasius epistolæ suæ subjecit, his verbis : Οἶδε ταῦτα καὶ ὁ στρατηγὸς τῆς πόλεως Γοργόνιος. Et paulo post : Ἀπέστειλε τὸν τῆς τάξεως δήμιον, καὶ τὸν στρατηγὸν, θέλων αὐτὰ ἆραι, id est, *Misit speculatorem officii sui, et magistratum, ut arma illa ex ecclesia tolleret.*

(45) *Ἐπελθόντες τινὲς τῶν Μαρεωτῶν.* Hæc in prima persecutione sub Decio contigerunt, tunc cum Dionysius Sabini præfecti sententia Taposirim deductus est, ut scribit ipse Dionysius in epistola adversus Germanum, quæ habetur in lib. VI, c. 40. Certe qui epistolam illam Dionysii adversus Germanum cum hac quæ ad Domitium scripta est, contulerit, non dubitabit quin de una eademque re utrobique loquatur Dionysius. Quare fallitur Eusebius, qui in hac Dionysii ad Domitium epistola, ea narrari putavit quæ ad Valeriani persecutionem pertinebant, quod ex ipso Dionysio facile est refellere. Etenim in persecutione sub Valeriano, Dionysius non est deductus in exsilium cum custodia militari ; nec supervenientes Mareotæ, fugatis militibus eum per vim abstractum in libertatem restituerunt ; nec Caium et Faustum, et Petrum ac Paulum presbyteros secum tunc Dionysius habuit. Quæ omnia in persecutione illa quæ paulo ante Decii imperium cœpta est, Dionysio contigerunt, ut ipse testatur in epistola *adversus Germanum*, quam refert Eusebius in lib. VI. At in persecutione sub Valeriano, Dionysium comitati sunt in exsilio Maximus presbyter et diaconi Faustus, Eusebius et Chæremon, et quidam clericus Romanus, quemadmodum scribit idem Dionysius in epistola *adversus Germanum*, quam refert Eusebius in cap. 10 hujus libri.

(46) *Ἐν τῇ νόσῳ.* Rufinus legit νήσῳ. Sic enim vertit : *Sed et ex diaconis quosdam in insula post pœnas confessionis esse defunctos.* Verum Dionysius luem intelligit, quæ Galli et Volusiani temporibus grassata est per totum orbem Rom., ut Eusebius in *Chronico* aliique testantur. Vide Aurelium Victorem. Ejusdem morbi meminit Dionysius infra cap. 22, ubi etiam de diaconis loquitur quos pestis illa consumpsit.

(47) *Περιστολάς.* Hanc vocem Christophorsonus longo verborum circuitu ita est interpretatus : *Ad linteа, quibus corpora beatorum martyrum jam vita defunctorum involverentur, conficienda.* Habebat scilicet præ oculis Christophorsonus morem ævi nostri, quo mortuos linteo operire atque ita humo condere solemus. Apud antiquos vero, de Christianis etiam loquor, alius mos erat. Vestibus enim cadavera amiciebant, et quidem pretiosissimis, ut docet Eusebius infra cap. 16 de Asturio. Si quis tamen Christophorsoni versionem velit defendere, habet quo illam tueatur, testimonium Athanasii. Is enim in *Vita B. Antonii* ita scribit : *Solent Ægyptii pie defunctorum atque imprimis sanctorum martyrum corpora funerare quidem et linteis involvere, non autem mandare terræ, sed imposita lectulis, intra privatos parietes retinere.*

(48) *Ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Συρίαν.* Codd. Med., Fuk. et Maz. vocem addunt hoc modo : Οὐ μικρὸν ὕστερον ἐπίσκοπος Ἐκκλησίας τῆς κατά, etc., longe rectius. Nam Eusebius diu postea episcopus fuit Laodiceæ ; successit enim Socrati, ut docet Eusebius infra.

Digitized by Google

ται. Φαῦστος δὲ σὺν αὐτῷ τηνικάδε διαπρέψας ἐν τῇ ὁμολογίᾳ, μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ φυλαχθείς, γηραιὸς κομιδῇ καὶ πλήρης ἡμερῶν, καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς μαρτυρίῳ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθεὶς τελειοῦται. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῷ Διονυσίῳ συμβάντα, τοιαῦτα.

A non sine capitis sui periculo sepeliret. Nam in hunc usque diem non cessat præfectus nostros qui præsentiæ ipsius exhibentur, partim interficere crudelissime, partim tormentis dilaniare, partim squalore carceris et vinculis macerare, interdicens ne quis ad eos accedat et perscrutans num quis forte videatur accedere. Verumtamen Deus ex alacritate ac benignitate fratrum, solatium assidue præstat afflictis. » Hæc Dionysius in illa scripsit epistola. Sciendum porro est, Eusebium quidem quem Dionysius diaconum appellat, brevi postea Laodiceæ in Syria episcopum esse constitutum; Maximum vero, qui a Dionysio presbyter dicitur, post obitum ipsius Dionysii administrationem Alexandrinæ Ecclesiæ suscepisse; Faustum denique qui tunc temporis confessionis titulo una cum Dionysio inclaruit, ad nostri usque temporis persecutionem reservatum, grandævum jam ac pene decrepitum nostra ætate capite amputato martyrium consummasse. Verum de iis quæ Dionysio tunc temporis acciderunt, hactenus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων (Nic. *H. E.* VI, 11).

Κατὰ δὲ τὸν δηλούμενον Οὐαλεριανοῦ διωγμὸν, τρεῖς ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης τῇ κατὰ Χριστὸν διαλάμψαντες ὁμολογίᾳ, θείῳ κατεκοσμήθησαν μαρτυρίῳ, θηρίων γενόμενοι βορά. Τούτων ὁ μὲν Πρίσκος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Μάλχος, τῷ δὲ τρίτῳ Ἀλέξανδρος ὄνομα ἦν. Τούτους φασὶ κατ' ἀγρὸν οἰκοῦντας, πρότερον μὲν ἑαυτοὺς ὡς ἀμελεῖς καὶ ῥᾳθύμους κακίσαι, ὅτι δὴ βραβείων τοῦ καιροῦ τοῖς πόθου γλιχομένοις οὐρανίου διανέμοντος, ὀλιγωροῖεν αὐτοὶ, μὴ οὐχὶ προαρπάζοντες τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον, ταῦτα δὲ βουλευσαμένους, ὁρμῆσαι ἐπὶ τὴν Καισάρειαν, ὁμόσε τε χωρῆσαι ἐπὶ τὸν δικαστὴν, καὶ τυχεῖν τοῦ προδεδηλωμένου τέλους. Ἔτι πρὸς τούτοις γύναιόν τι κατὰ τὸν αὐτὸν διωγμὸν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει, τὸν ὁμοιον ἱστοροῦσιν ἀγῶνα διηθληκέναι. Τῆς δὲ Μαρκίωνος αὐτὴν αἱρέσεως γενέσθαι κατέχει λόγος.

B

CAPUT XII.

De iis qui apud Cæsaream Palæstinæ martyrio perfuncti sunt.

Porro in hac Valeriani persecutione, tres viri post insignem Christi confessionem apud Cæsaream Palæstinæ ad bestias damnati, divino martyrio coronati sunt. Horum unus dicebatur Priscus, alter Malchus, tertius autem Alexander. **262** Qui cum in agro degerent, primum quidem seipsos insimulasse dicuntur tanquam ignavos ac desides; quod cum occasio ipsa cœlesti amore flagrantibus præmia distribueret, ipsi cessarent, nec coronam martyrii præriperent. Inito deinde inter se consilio, Cæsaream profecti, judicem ipsum adorti sunt, eamque quam diximus sententiam exceperunt. Præter hos C mulier quædam in eadem civitate, persecutionis hujus tempore, simili certamine perfuncta esse memoratur. Quam quidem ex Marcionis secta fuisse, constans fama est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῆς μετὰ Γαλλιηνὸν εἰρήνης. (Nic. *H. E.* VI, 12).

Ἀλλ' οὐκ εἰς μακρὸν δουλείαν τὴν παρὰ βαρβάροις ὑπομείναντος Οὐαλεριανοῦ, μοναρχήσας ὁ παῖς, σωφρονέστερον περὶ τὴν ἀρχὴν διατίθεται (49), ἀνήσί τε αὐτίκα διὰ προγραμμάτων τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν, ἐπ' ἐλευθερίας τοῖς τοῦ λόγου προεστῶσι τὰ ἐξ ἔθους ἐπιτελεῖν δι' ἀντιγραφῆς προστάξας, ἥτις τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· « Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Πούπλιος Λικίνιος Γαλλιηνὸς, Εὐσεβὴς, Εὐτυχὴς, Σεβαστὸς, Διονυσίῳ καὶ Πίννᾳ καὶ Δημητρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις· τὴν εὐεργεσίαν τῆς ἐμῆς δωρεᾶς διὰ παντὸς τοῦ κόσμου ἐκβιβασθῆναι προσέταξα· ὅπως ἀπὸ τόπων τῶν θρησκευσίμων ἀποχωρήσωσι. Καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὑμεῖς τῆς ἀντιγραφῆς τῆς ἐμῆς τῷ τύπῳ (50) χρῆσθαι δύνασθε, ὥστε μηδένα ὑμῖν

D

CAPUT XIII.

De pace a Gallieno reddita.

Verum Valeriano non multo post a barbaris capto et in servitutem redacto, filius ejus Gallienus solus imperium obtinens, moderatius se gessit: missisque edictis, persecutionem adversus nostros commotam sedavit; utque religionis nostræ antistites secure deinceps munus suum obirent, hujusmodi rescripto præcepit: « Imperator Cæsar P. Licinius Gallienus, Pius, Felix, Augustus, Dionysio, Pinnæ, Demetrio, et reliquis episcopis. Indulgentiam beneficii nostri per universum orbem diffundi præcepimus, ut cuncti a religiosis locis abscedant. Quocirca et vos rescripti nostri forma uti potestis, ut nullus vobis deinceps molestiam facessat. Atque id quod vobis exsequi licet, jam dudum a me con-

(49) *Περὶ τὴν ἀρχὴν διατίθεται.* Vox περί suppletur ex codd. Med. et Maz., quibus etiam consentiunt codd. Fuk. et Savil. Porro monendus est lector, capitum ordinem hic a Rufino commutatum. Hæc enim duo capita 13 et 14 Rufinus collocavit post caput 19, quod est de cathedra Jacobi. In indice tamen capitulorum, quem idem Rufinus huic libro præfixit, idem est ordo capitulorum qui in Græcis Eusebii exemplaribus. Cur autem Rufinus ordinem capitum mutaverit, causam non video, nisi forte quia commodius esse censuit, Marini et Asturii martyria subnectere passioni martyrum Cæsariensium. Sed animadvertere debuerat diversis hæc temporibus contigisse. Nam Cæsarienses quidem illi passi sunt in persecutione Valeriani, Marinus autem et Asturius sub Gallieno. Rufini errorem Usuardus et Ado ac reliqui deinceps secuti, martyrium Marini atque Asturii in Valeriani tempora contulerunt. Sed eos refellit Eusebius, ut dixi.

(50) *Ἀντιγραφῆς.... τῷ τύπῳ. Formam rescripti* interpretatus sum, ut Latini loqui solent. Sic Ambrosius, et imperatores in Codice, ut notavi ad librum XIV Amm. Marcellini.

Digitized by Google

cessum est. Proinde Aurelius Cyrenius procurator summæ rei, dati a nobis rescripti formam sequetur. » Hæc ex Latino in Græcum sermonem quo clarius intelligerentur, translata, operi nostro inseruimus. Est et alia ejusdem imperatoris constitutio ad alios episcopos data, qua iis permisit ut cœmeteriorum suorum loca recuperarent.

ἐνοχλεῖν. Καὶ τοῦτο ὅπερ κατὰ τὸ ἐξὸν δύναται ὑφ' ὑμῶν ἀναπληροῦσθαι, ἤδη πρὸ πολλοῦ ὑπ' ἐμοῦ συγκεχώρηται. Καὶ διὰ τοῦτο Αὐρήλιος Κυρήνιος ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων (51), τὸν τύπον τὸν ὑπ' ἐμοῦ δοθέντα διαφυλάξει. » Ταῦτα ἐπὶ τὸ σαφέστερον ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἑρμηνευθέντα γλώττης ἐγκείσθω. Καὶ ἄλλη δὲ τοῦ αὐτοῦ διάταξις φέρεται, ἣν πρὸς ἑτέρους ἐπισκόπους πεποίηται, τὰ τῶν καλουμένων κοιμητηρίων ἀπολαμβάνειν ἐπιτρέπων χωρία.

CAPUT XIV.

Quinam iisdem temporibus floruerunt episcopi.

Eadem tempestate Romanæ quidem Ecclesiæ adhuc præerat Xystus; Antiochenam vero post mortem Fabii **263** Demetrianus regebat; apud Cæsaream Cappadociæ Firmilianus; in Ponto Gregorius fraterque ejus Athenodorus, ambo Origenis discipuli, Ecclesias gubernabant. Apud Cæsaream autem Palæstinæ mortuo Theoctisto sacerdotium suscepit Domnus. Quo non multo post ex hac vita sublato, Theotecnus qui ad nostram usque ætatem superfuit, in ejus locum subrogatus est. Hic quoque Origenis auditor fuisse dicitur. Hierosolymis vero post Mazabanis obitum, episcopalem sedem obtinuit Hymenæus, qui nostra etiam ætate plurimis laudum titulis inclaruit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Οἱ κατ' ἐκεῖνο συνηκμακότες ἐπίσκοποι (Nic. *H. E.* vi, 34).

Ἐν τούτῳ δὲ τῆς μὲν Ῥωμαίων Ἐκκλησίας εἰσέτι τότε καθηγεῖτο Ξύστος (52), τῆς δὲ ἐπ' Ἀντιοχείας μετὰ Φάβιον, Δημητριανός· Φιρμιλιανὸς δὲ Καισαρείας τῆς Καππαδοκῶν. Καὶ ἐπὶ τούτοις τῶν κατὰ Πόντον ἐκκλησιῶν Γρηγόριος καὶ ὁ τούτου ἀδελφὸς Ἀθηνόδωρος, Ὠριγένους γνώριμοι. Τῆς δ' ἐπὶ Παλαιστίνης Καισαρείας Θεοκτίστου μεταλλάξαντος, διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν Δόμνος. Βραχεῖ δὲ χρόνῳ τούτου διαγενομένου, Θεότεκνος ὁ καθ' ἡμᾶς, διάδοχος καθίσταται. Τῆς δ' Ὠριγένους διατριβῆς καὶ οὗτος ἦν. Ἀλλὰ καὶ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀναπαυσαμένου Μαζαβάνου, τὸν θρόνον Ὑμέναιος, ὁ καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλείστοις τοῖς καθ' ὑμᾶς διαπρέψας ἔτεσι, διεδέξατο.

CAPUT XV.

Quomodo Marinus apud Cæsaream martyrio perfunctus est.

Interea pace cunctis ubique Ecclesiis reddita, apud Cæsaream Palæstinæ Marinus quidam militari dignitate decoratus, ad hæc splendore generis atque opibus clarus, ob confessionem Christi capite truncatus est hac de causa. Honor quidam est vitis apud Romanos, quam qui adepti sunt, centuriones dicuntur. Hic locus cum vacaret, Marinus ordine gradus sui ad eam promotionem vocabatur. Verum cum honore illo jamjam potiturus esset, quidam ad tribunal accedens Marinum accusare cœpit, asserens illi quidem utpote Christiano homini, et imperatoribus sacrificare renuenti, Romanam dignitatem ca-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅπως κατὰ Καισάρειαν Μαρῖνος ἐμαρτύρησεν (Nic. *H. E.* vi, 13).

Κατὰ τούτους εἰρήνης ἁπανταχοῦ τῶν ἐκκλησιῶν οὔσης, ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης Μαρῖνος τῶν ἐν στρατείαις (53) ἀξιώμασι τετιμημένων, γένει τε καὶ πλούτῳ περιφανὴς ἀνήρ, διὰ τὴν Χριστοῦ μαρτυρίαν τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, τοιᾶσδε ἕνεκεν αἰτίας. Τιμή τις ἐστὶ παρὰ Ῥωμαίοις τὸ κλῆμα, οὗ τοὺς τυχόντας φασὶν ἑκατοντάρχους γίνεσθαι. Τόπου σχολάζοντος (54) ἐπὶ τοῦτο προκοπῆς τὸν Μαρῖνον ἡ τοῦ βαθμοῦ τάξις ἐκάλει. Ἤδη τε μέλλοντα τῆς τιμῆς ἔχεσθαι, παρελθὼν ἄλλος πρὸ τοῦ βήματος, μὴ ἐξεῖναι μὲν ἐκείνῳ τῆς Ῥωμαίων μετέχειν ἀξίας κατὰ τοὺς παλαιοὺς νόμους, Χριστιανῷ γε

(51) *Τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων.* Hunc locum jam dudum explicavi in notis ad excerpta ex Dione Cocceiano, pag. 112. Cujacius in lib. VIII *Observat.*, cap. 32, recte quidem monuit, rationalem summæ rei his verbis designari. Sed quid esset summa res, non intellexit. Nos ad illum Dionis locum, ostendimus summam rem idem esse ac summam pecuniam, τὸν καθόλου λόγον.

(52) *Ξύστος.* Imo Xystus jampridem obierat. Quippe Xystus in persecutione Valeriani insigni martyrio coronatus est Tusco et Basso coss., VII Idus Augusti, ut constat tum ex epistola Cypriani, tum ex *Libro Pontificali.*

(53) *Τῶν ἐν στρατείαις.* Cohortalis militia hic videtur intelligi, ut ex sequentibus licet colligere. Fit enim mentio Achæi judicis, et fori ac judiciorum, quæ de armata et castrensi militia dici non possunt. Certe si de armata militia hic sermo esset, Marinus coram duce aut coram legato Cæsaris causam dixisset. Habebant autem ordinarii judices etiam centuriones suos et cornicularios in officio suo. Sed et cuncta fere nomina officialium qui ipsis apparebant, de castrensi militia erant sumpta, ut notat Asconius Pedianus.

(54) *Ἑκατοντάρχους γίνεσθαι. Τόπου σχολάζοντος.* Cod. Reg., γίνεσθαι τόπου, sine distinctione, eamque interpunctionem tuetur Casaubonus in notis ad Spartianum, pag. 21. Sic enim censet Casaubonus, vitem fuisse insigne quo futuri centuriones designabantur, centurionatum ipsum gesturi, cum locus aliquis vacuus fuisset. Sed Salmasius in notis ad eumdem Spartianum, hanc interpretationem Casauboni merito reprehendit, quippe qui aliud esse credidisset vitem gerere, aliud centurionem esse. Itaque Salmasius Eusebii locum aliter interpungit, et post vocem γίνεσθαι finale punctum apponit, ut fecere Musculus et Christophorsonus. Certe in vetustissimis codd. Mazarino, Fuk. et Medicæo post vocem γίνεσθαι subdistinctio ascribitur. Sed in iisdem codicibus, post voces illas τόπου σχολάζοντος punctum in summo apponitur. Ex quo apparet, scriptos omnes codices in hujus loci distinctione consentire. Nec valde refert utro modo distinguas, cum semper idem sensus exsistat quoquo modo interpunxeris.

Digitized by Google

ὄντι καὶ τοῖς βασιλεῦσι μὴ θύοντι, κατηγόρει· αὐτῷ δὲ ἐπιβάλλειν τὸν κλῆρον. Ἐφ' ᾧ κινηθέντα τὸν δικαστὴν, Ἀχαιὸς οὗτος ἦν (55), πρῶτον μὲν ἐρέσθαι ποίας ὁ Μαρῖνος γνώμης εἴη. Ὡς δ' ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἐπιμόνως ἑώρα, τριῶν ὡρῶν ἐπιδοῦναι αὐτῷ εἰς ἐπίσκεψιν διάστημα. Ἐκτὸς δῆτα γενόμενον αὐτὸν τοῦ δικαστηρίου, Θεότεκνος ὁ τῆδε ἐπίσκοπος ἀφέλκει προσελθὼν δι' ὁμιλίας, καὶ τῆς χειρὸς λαβὼν, ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν προάγει. Εἶσω τε πρὸς αὐτῷ στήσας τῷ ἁγιάσματι, μικρόν τε παραστείλας αὐτοῦ τῆς χλαμύδος (56) καὶ τὸ προσηρτημένον αὐτῷ ξίφος ἐπιδείξας, ἅμα τε ἀντιπαρατίθησι προσαγαγὼν αὐτῷ τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων γραφὴν, κελεύσας τῶν δυεῖν ἑλέσθαι τὸ κατὰ γνώμην. Ὡς δ' ἀμελλητὶ τὴν δεξιὰν προτείνας, ἐδέξατο τὴν θείαν Γραφὴν, Ἔχου τοίνυν, ἔχου, φησὶ πρὸς αὐτὸν ὁ Θεότεκνος, τοῦ Θεοῦ, καὶ τύχοις ὧν εἵλου, πρὸς αὐτοῦ δυναμούμενος, καὶ βάδιζε μετ' εἰρήνης. Εὐθὺς ἐκεῖθεν ἐπανελθόντα αὐτὸν, κήρυξ ἐβόα καλῶν πρὸ τοῦ δικαστηρίου· καὶ γὰρ ἤδη τὰ τῆς προθεσμίας τοῦ χρόνου πεπλήρωτο. Καὶ δὴ παραστὰς τῷ δικαστηρίῳ, καὶ μείζονα τῆς πίστεως τὴν προθυμίαν ἐπιδείξας, εὐθὺς ἐκεῖθεν, ὡς εἶχεν, ἀπαχθεὶς τὴν ἐπὶ θανάτῳ, τελειοῦται (57).

A pessere legibus non licere; sibi vero gradum illum competere. Ea re commotus judex, Achæus nomine, primum quidem Marinum interrogavit cujusnam esset sententiæ. Cognito deinde quod Christianum se esse constantissime profiteretur, trium horarum spatium ad deliberandum ei concessit. Proinde cum ex prætorio egressus esset, Theotecnus civitatis episcopus ad illum accedens, et sermocinando longius eum abstrahens, prehensa manu ad ecclesiam perducit. Cumque interius ad ipsum altare eum statuisset, reducta tantisper ejus chlamyde, gladium illi quo præcinctus erat ostendens, mox sacrorum Evangeliorum codicem ex adverso locat, jubens ut ex duobus utrum mallet eligeret. Marinus, nihil cunctatus, protensa dextra codicem cum apprehen-B disset, his eum verbis Theotecnus compellavit: Adhære igitur, adhære **264** Deo, ejusque virtute roboratus, consequere quod elegisti. Vade in pace. Post hæc regredientem illum ab ecclesia, præco pro foribus prætorii evocare cœpit. Jam enim præstitutum tempus effluxerat. Admotus igitur tribunali, cum majorem quam antea alacritatem fidei ostendisset, statim inde, ita ut erat, ad supplicium abductus, martyrio coronatus est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ἡ κατὰ Ἀστύριον ἱστορία (Nic. *H. E.* VI, 14).

Ἔνθα καὶ Ἀστύριος ἐπὶ τῇ θεοφιλεῖ παῤῥησίᾳ μνημονεύεται, ἀνὴρ τῶν ἐπὶ Ῥώμης συγκλητικῶν γενόμενος, βασιλεῦσί τε προσφιλὴς, καὶ πᾶσι γνώριμος εὐγενείας τε ἕνεκα καὶ περιουσίας· ὃς παρὼν τηνικάδε τελειουμένῳ τῷ μάρτυρι, τὸν ὦμον ὑποθεὶς, ἐπὶ λαμπρᾶς τε καὶ πολυτελοῦς ἐσθῆτος ἄρας τὸ σκῆνος ἐπιφέρεται, περιστείλας τε εὖ μάλα πλουσίως, τῇ προσηκούσῃ ταφῇ παραδίδωσι. Τούτου μυρία μὲν καὶ ἄλλα μνημονεύουσιν οἱ τἀνδρὸς καὶ εἰς ἡμᾶς διαμείναντες γνώριμοι.

CAPUT XVI.

Narratio de Astyrio.

Tunc et Astyrius ob religiosam fiduciam ac libertatem celeberrimum nomen est consecutus: vir ex Romanæ urbis senatoribus, imperatoribus unice charus: et cum ob splendorem generis, tum propter C divitias omnibus notus. Qui cum supradicti martyris supplicio interesset, humeris suis impositum cadaver candida ac pretiosa amictus veste bajulavit, et magnifico cultu ornatum, decenti tradidit sepulturæ. De hoc viro innumera quoque alia referuntur ab ejusdem familiaribus, qui ad nostram usque ætatem superstites vixerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῶν κατὰ Πανεάδα σημείων τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν μεγαλουργίας.

Ἀτὰρ καὶ παραδόξου τοιούτου. Ἐπὶ τῆς Φιλίππου Καισαρείας ἣν Πανεάδα Φοίνικες (58) προσαγορεύου-

CAPUT XVII.

De miraculis Servatoris nostri apud Paneadem.

Inter quæ hujusmodi est miraculum. Apud Cæsaream Philippi quam Phœnices Paneada nominant,

(55) Ἀχαιὸς οὗτος ἦν. Christophorsonus *Achivum genere* vertit, cui non assentior. Achæus enim nomen proprium est; quomodo vocatus olim est dux celeberrimus qui adversus Antiochum rebellavit, ut scribit Polybius. Hic porro Achæus de quo loquitur Eusebius, præses erat Palæstinæ, et in urbe Cæsarea, quæ caput erat totius provinciæ, sedem habebat.

(56) Τῆς χλαμύδος. Sic lego pro vulg. χλανίδος. Chlamys enim et balteus erant insignia militantium, ut ex innumeris locis Joannis Chrysostomi, Libanii, et aliorum probari potest. Plerumque tamen pro chlamyde χλανὶς passivo errore scribitur. Vulgata lectio fefellit Nicephorum, qui pro χλανίδος hic substituit χιτωνίσκον. Gregorius Nyssenus in lib. I *Contra Eunomium*, pag. 295: Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ χλανίδα καὶ ζώνην ἀσχοληθεὶς, ὥς φασιν· ἐπειδὴ πάντα, etc. Quem locum pessime vertit Gretserus.

(57) Τελειοῦται. Id est, *martyrio consummatus est*, ut loquuntur Hieronymus et Rufinus. Nam confessione quidem initiabantur martyres, morte consummabantur, et fiebant τέλειοι μάρτυρες, ut ait D Dionysius Alexandrinus supra in hoc libro cap. 11, sub finem. Aliam rationem affert Clemens Alexandrinus in lib. IV *Stromatei*, pag. 206, cur martyrium vocetur τελείωσις, ob excellentiam scilicet charitatis: Αὐτίκα τελείωσιν τὸ μαρτύριον καλοῦμεν, οὐχ ὅτι τέλος τοῦ βίου ὁ ἄνθρωπος ἔλαβεν ὡς οἱ λοιποὶ, ἀλλ' ὅτι τέλειον ἔργον ἀγάπης ἐνεδείξατο.

(58) Ἣν Πανεάδα Φοίνικες. Phœnices hic dicit Eusebius Græcos qui Phœnicem incolebant. Paneas enim nomen est Græcum: Syri vero vel potius Syrophœnices, eam urbem *Dan* appellabant, ut scribit Hieronymus in *Quæstionibus in Genesim*, et in libro *De locis Hebraicis*, et in epistola ad Evagrium. Idem scribit Philostorgius in lib. VII, c. 3. Locus Hieronymi *De quæstionibus* ita se habet: *Dan Phœnices oppidum, quod nunc Paneas dicitur. Dan autem unus e fontibus Jordanis. Nam et alter vocatur Ior, quod interpretatur ῥεῖθρον. Duobus ergo fontibus qui haud procul a se distant, in unum ri-*

Digitized by Google

ad pedes Panii montis, fontes visuntur, ex quibus profluit Jordanis. In hos festo quodam die victimam conjici solitam esse aiunt, quæ mirabili quadam dæmonis operatione nusquam postea compareret : eamque rem a spectantibus pro illustri miraculo haberi consuevisse. Quodam igitur tempore cum Asturius his forte cæremoniis interesset, cunctosque admiratione rei perculsos videret, primum quidem cæcitatem vulgi miseratus est. Deinde oculis in cœlum sublatis, supremum omnium Deum per Jesum Christum obtestatus est, ut dæmonem illum populi seductorem constringeret, et a decipiendis posthac mortalibus abstinere eum juberet. Peracta precatione, repente victimam fontibus supernatasse aiunt; atque ita miraculum ipsis prorsus intercidisse, nullo deinceps circa hunc locum prodigio viso.

A

B

265 CAPUT XVIII.

De statua quam mulier sanguinis fluxu laborans posuit.

Sed quandoquidem hujus urbis mentionem fecimus, non incongruum fuerit rem quamdam memoria imprimis dignam posteris tradere. Etenim mulierem illam sanguinis profluvio laborantem, quam ex sacris Evangeliis discimus a Servatore nostro curatam fuisse, ex hac civitate originem traxisse ferunt, domumque ejus ibidem conspici; et collati in eam a Servatore nostro beneficii illustria exstare monumenta. Quippe juxta januam domus illius, ænea mulieris effigies stare dicitur columnæ lapideæ imposita, genibus flexis protensisque manibus instar supplicantis. Ex adverso autem effigies viri ex eodem metallo conflata, stantis ac diploide decenter induti, manumque mulieri porrigentis. Ad cujus pedes in ipsa basi ignota quædam nasci dicitur planta : quæ ad fimbriam usque æneæ diploidis assurgens depellendis omnis generis morbis præsentissimum remedium est. Hanc statuam Jesu Christi speciem referre aiebant. Mansit porro ad nostra usque tempora : nosque adeo urbem illam ingressi, ipsam conspeximus. Nec vero mirandum est, gentiles a Servatore nostro beneficiis affectos hæc præstitisse, cum et apostolorum Petri ac Pauli, Christique ipsius pictas imagines, ad nostram usque memoriam servatas in tabulis viderimus. Quippe prisci illi, absque ullo discrimine cunctos de se bene meritos gentili quadam consuetudine tanquam servatores colere hujusmodi honoribus consueverant.

C

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τοῦ ἀνδριάντος οὗ ἡ αἱμορρόουσα ἀνέστησεν (Nic. *H. E.* vi, 15).

Ἀλλ' ἐπειδὴ τῆσδε τῆς πόλεως εἰς μνήμην ἐλήλυθα, οὐκ ἄξιον ἡγοῦμαι παρελθεῖν διήγησιν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς μνημονεύεσθαι ἀξίαν. Τὴν γὰρ αἱμορρόοῦσαν (60) ἣν ἐκ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τοῦ πάθους ἀπαλλαγὴν εὕρασθαι μεμαθήκαμεν, ἐνθένδε ἔλεγον ὁρμᾶσθαι, τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι, καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν. Ἑστάναι γὰρ ἐφ' ὑψηλοῦ λίθου πρὸς μὲν ταῖς πύλαις τοῦ αὐτῆς οἴκου, γυναικὸς ἐκτύπωμα χάλκεον ἐπὶ γόνυ κεκλιμένον, καὶ τεταμέναις ἐπὶ τὸ πρόσθεν ταῖς χερσὶν, ἱκετευούσῃ ἐοικός. Τούτου δὲ ἄντικρυς ἄλλο τῆς αὐτῆς ὕλης ἀνδρὸς ὀρθιον σχῆμα, διπλοΐδα κοσμίως περιβεβλημένον, καὶ τὴν χεῖρα τῇ γυναικὶ προτείνον, οὗ παρὰ τοῖς ποσὶν ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς, ξένον τι βοτάνης εἶδος φύειν, ὃ μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν (61), ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνειν. Τοῦτον δὲ τὸν ἀνδριάντα εἰκόνα τοῦ Ἰησοῦ φέρειν ἔλεγον. Ἔμεινε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς, ὡς καὶ ὄψει παραλαβεῖν ἐπιδημήσαντας αὐτοὺς τῇ πόλει. Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, ταῦτα πεποιηκέναι, ὅτε καὶ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ τὰς εἰκόνας Παύλου καὶ Πέτρου, καὶ αὐτοῦ δὴ τοῦ Χριστοῦ, διὰ χρωμάτων ἐν γραφαῖς σῳζομένας ἱστορήσαμεν, ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν ἀπαραλλάκτως (62) οἷα σωτῆρας ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοιοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον.

tulum fœderatis, Jordanis deinceps appellatur. Porro in manuscriptis codicibus Maz., Med. ac Fuk. Πανίου ὄρους scribitur, non per diphthongum, ut in codice Regio.

(59) *Σφάγιόν τι καταβάλλεσθαι.* Solebant gentiles in fontes ac puteos quos colebant, victimas jacere. Hinc Publicola interrogat Augustinum in epistola 153, si licet de fonte bibere, vel de puteo, ubi de sacrificio aliquid missum est.

(60) *Τὴν γὰρ αἱμορρόοῦσαν.* Citatur hic Eusebii locus in septima synodo, actione quarta, pag. 508. Vide quæ narrat Philostorgius in lib. VII, cap. 3, et ex illo Nicephorus.

(61) *Μέχρι τοῦ κρασπέδου.... ἀνιόν.* Rufinus hunc locum ita intellexit, quasi planta illa tunc demum efficax ad sanandos morbos esse incœperit, postquam ad fimbriam usque Dominicæ vestis excrevisset. Quem sensum secutus est Christophorsonus, et ante illum Nicephorus. Sed tamen cum id Eusebius aperte non dicat, quisque pro arbitrio suo statuet. Mihi probabilius videtur, idcirco ab Eusebio nominatim hoc additum fuisse, quod planta illa supra fimbriam Dominicæ vestis non assurgeret, quasi hanc reverentiam exhibens Domino. Atque ita hunc locum accepit etiam Nicephorus, ut videre est in cap. 15 lib. VI.

(62) *Ἀπαραλλάκτως.* In codd. Regio, Maz., Fuk. et Saviliano scribitur ἀπαραφυλάκτως. Rufinus vertit *indifferenter. Quod*, inquit, *mihi videtur ex gentilitia consuetudine indifferenter usurpatum.* Ego

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Περὶ τοῦ θρόνου Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου (Nic. *H. E.* VI, 16).

Τὸν γὰρ Ἰακώβου θρόνον τοῦ πρώτου τῆς Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν πρὸς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος (63) καὶ τῶν ἀποστόλων ὑποδεξαμένου, ὃν καὶ ἀδελφὸν τοῦ Χριστοῦ χρηματίσαι οἱ θεῖοι λόγοι περιέχουσιν, εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον οἱ τῇδε κατὰ διαδοχὴν περιέποντες ἀδελφοί, σαφῶς τοῖς πᾶσιν ἐπιδείκνυνται, οἷον περὶ τοὺς ἁγίους ἄνδρας τοῦ θεοφιλοῦς ἕνεκεν, οἵ τε πάλαι καὶ οἱ εἰς ἡμᾶς (64) ἔσωζόν τε καὶ ἀποσώζουσι σέβας. Καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

CAPUT XIX.

De throno Jacobi apostoli.

Sane et Jacobi illius cathedram, qui primus Hierosolymorum episcopus ab ipso Servatore et ab apostolis est constitutus, et quem fratrem Domini cognominatum fuisse divina testantur volumina, ad nostra usque tempora conservatam fratres illius Ecclesiæ jam inde a majoribus magna prosequuntur reverentia : satis perspicue declarantes qualiter tum antiquiores tum nostri temporis Christiani, viros sanctos ob ipsorum **266** erga Deum amorem debito semper honore venerati sunt, et hactenus venerantur. Sed de his satis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Περὶ τῶν ἑορταστικῶν Διονυσίου ἐπιστολῶν, ἔνθα καὶ περὶ τοῦ Πάσχα κανονίζει (Nic. *H. E.* VI, 4).

Ὁ γε μὴν Διονύσιος πρὸς ταῖς δηλωθείσαις ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, ἔτι καὶ τὰς φερομένας ἑορταστικὰς (65) τὸ τηνικαῦτα συντάττει (66), πανηγυρικωτέρους ἐν αὐταῖς περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς ἀνακινῶν λόγους. Τούτων τὴν μὲν Φλαυΐῳ προσφωνεῖ, τὴν δὲ Δομετίῳ καὶ Διδύμῳ· ἐν ᾗ καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος, ὅτι μὴ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκοι τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παριστάμενος. Πρὸς ταύταις καὶ ἄλλην τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν συμπρεσβυτέροις ἐπιστολὴν διαχαράττει, ἑτέροις τε ὁμοῦ διαφόρως (67), καὶ ταύτας ἔτι τοῦ διωγμοῦ συνεστῶτος.

CAPUT XX.

De epistolis heortasticis Dionysii, in quibus et canonem Paschalem tradit.

Præter supradictas epistolas, idem Dionysius Paschales illas quas habemus epistolas tunc temporis conscripsit : encomia in illis et panegyricos sermones de Paschali festo contexens. Harum unam Flavio nuncupavit ; alteram Domitio ac Didymo. In qua probans festum Paschæ diem nonnisi post æquinoctium vernum celebrari oportere, octo annorum canonem publicavit. Aliam quoque epistolam ad compresbyteros Alexandrinæ Ecclesiæ, itemque alias ad diversos scripsit epistolas, easque grassante adhuc persecutionis furore.

tamen ἀπαραφυλάκτως significare crediderim *inconsiderate* et *imprudenter*, *contra veterem disciplinam*, *incaute*. Porro Henr. Savilius in margine sui libri ad hæc verba hoc scholion ascripserat : *Nota de imaginibus dici*, ἐθνικὴ συνήθεια.

(63) *Πρὸς αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος*. Vetus hæc fuit traditio, Jacobum apostolum a Christo episcopum Hierosolymorum fuisse ordinatum. Id præter Eusebium diserte scribit Chrysostomus in homilia 38 *in Epistolam Pauli ad Corinthios*, ad illa verba : *Deinde visus est Jacobo*. Ἐμοὶ δοκεῖ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ αὐτὸν λέγεται κεχειροτονηκέναι καὶ ἐπίσκοπον ἐν Ἱεροσολύμοις πεποιηκέναι πρῶτον. Idem quoque tradit Epiphanius in hæresi Antidicomarianitarum, num. 8. Ita de Jacobo loquens : Καὶ πρῶτος οὗτος εἵληφε τὴν καθέδραν τῆς ἐπισκοπῆς, ᾗ πεπίστευκε Κύριος τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπὶ τῆς γῆς πρώτῳ. Cum Chrysostomo et Epiphanio consentit auctor *Menæi* ad diem XXIII Octobris, et Nicephorus Callistus in l. II *Historiæ*, cap. 38, cujus hæc sunt verba : Ὡς ἀδελφὸς τοῦ Κυρίου ἐλέγετο, καὶ τὴν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν πρῶτος παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ ἐγχειρίστο· ὡς δέ τινες, καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων αὐτοῦ ὕστερον. Porro tam Eusebius quam reliqui id hausisse videntur ex libro I Clementis *Recognitionum*, in quo Petrus ita loquens inducitur : *Septimana jam una ex passione Domini complebatur annorum, et Ecclesia Domini in Jerusalem constituta copiosissime multiplicata crescebat, per Jacobum qui a Domino ordinatus est in episcopum, rectissimis dispensationibus gubernata.* Idem legitur in lib. VIII Clementis *Constitutionum*, c. 35, Ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων χειροτονηθείς. In *Martyrologio* quod beati Hieronymi inscriptum est nomine, VI Kalendas Januarias ita legitur : *Ordinatus episcopatus sancti Jacobi apostoli fratris Domini, qui ab apostolis primus ex Judæis Hierosolymæ est episcopus ordinatus.* Cæterum monendus est lector, voces illas τοῦ ἀποστόλου, in codicibus nostris Regio, Maz. et Fuk. non haberi, nec apud Rufinum. In titulo tamen ipsius capitis, nostri codices Maz., Med. et Fuk. vocem illam præferunt hoc modo : Περὶ τοῦ θρόνου Ἰακώβου τοῦ ἀποστόλου, quanquam in indice capitulorum qui libro præfixus est, iidem codices aliter scriptum habent, in hunc modum : Περὶ τοῦ θρόνου Ἰακώβου τοῦ ἐπισκόπου.

(64) *Οἵ τε πάλαι καὶ οἱ εἰς ἡμᾶς*. Nostri codices Maz., Med. et Fuk. vocem οἱ addunt, recte procul dubio. Verum ut hic una voce vulgatis auctiores sunt, ita mox vocem ἀξιόχρεων non habent ; quæ plane superflua esse mihi videtur.

(65) *Ἑορταστικάς*. Rufinus *Paschales* vertit, optime. Hujusmodi Paschales epistolas Alexandrini episcopi quotannis scribere consueverant, et ad reliquas Ægypti Ecclesias mittere, quo in Paschalis festi celebratione omnes inter se Ecclesiæ consentirent. Exstant hodieque hujusmodi Epistolæ Theophili, Cyrilli et aliorum. Sed obiter corrigendus est Rufinus, qui in cap. 19 ita dicit : *Scribit autem de his idem Dionysius in epistola Paschali, quæ solemniter per annos singulos legi solet*, corrige *scribi solet*, ut habent manuscripti codices. Porro quæ forma esset harum epistolarum discere licet ex triginta homiliis paschalibus Cyrilli. Primo enim sermonem continebant de festo Paschali ; in fine autem initium Quadragesimæ et diem Paschæ annuntiabant. Unde tam homiliæ dici possunt quam epistolæ. Cyrillus quidem in homilia 22 epistolam vocat. Hieronymus in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, inter opera Athanasii recenset epistolas ἑορταστικάς, id est Paschales, quarum unica hodie superest, licet non integra.

(66) *Τὸ τηνικαῦτα συντάττει*. Ex his verbis colliget aliquis eas epistolas a Dionysio scriptas esse in persecutione Valeriani, quod tamen falsum est. Nam epistola ad Domitium et Didymum scripta est regnante Decio, ut dixi.

(67) *Διαφόρως*. Nicephorus habet διαφόρους,

Digitized by Google

CAPUT XXI.

De his quæ Alexandriæ contigerunt.

Post hæc pace vixdum restituta, Alexandriam regressus est. Verum cum seditio bellumque rursus illic exortum fuisset, adeo ut ipse universos ejus urbis fratres, utpote in alterutram seditionis partem distractos alloqui non posset, iterum ipso Paschæ die ex urbe Alexandria, tanquam extorris eos per litteras alloquitur. Sane in altera Paschali epistola quam paulo post ad Hieracem unum ex Ægypti episcopis exaravit, de seditione illa quæ tunc temporis Alexandriæ commota est, mentionem facit his verbis : « Quid vero mirum, si grave ac difficile mihi est homines longius remotos vel per epistolas alloqui, cum nec mecum ipse colloqui, nec animæ meæ consulere facile possim. Etenim ad mea ipsius viscera, ad contubernales et unanimes fratres ejusdemque Ecclesiæ municipes, mi sis epistolis opus habeo ; easque quomodo transmittam vix reperio. Facilius enim quis, non dicam extra fines provinciæ, sed ab Oriente ad regiones Occidentis ultimas commeare possit, quam ex ipsa urbe Alexandria Alexandriam pergere. Quippe vasta illa et invia solitudine quam Israelitæ duabus ætatibus peragrarunt, vastior magisque invia est media **267** urbis platea. Portus autem illi tranquilli et placidi, imaginem exhibent maris illius, quod olim scissum ac duorum instar parietum utrimque firmatum, Israelitis quidem transitum præbuit, Ægyptios vero in ipso calle submersit. Nam ob crebras hominum cædes ibi perpetratas, maris cujusdam rubri instar fuerunt. Qui vero civitatem ipsam alluit fluvius, interdum quidem aridior visus est et squalidior siticulosa illa solitudi-

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συμβάντων (Nic. *H. E.* VI, 19).

Ἐπιλαβούσης δὲ ὅσον οὔπω τῆς εἰρήνης, ἐπάνεισι μὲν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν· πάλιν δ' ἐνταῦθα στάσεως καὶ πολέμου συστάντος, ὡς οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτῷ τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντας ἀδελφοὺς εἰς ἑκάτερον τῆς στάσεως μέρος διῃρημένους ἐπισκοπεῖν, αὖθις ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ, ὥσπερ τις ὑπερόριος ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρείας διὰ γραμμάτων αὐτοῖς ὁμίλει. Καὶ Ἱέρακι δὲ μετὰ ταῦτα τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐπισκόπῳ ἑτέραν ἑορταστικὴν ἐπιστολὴν γράφων, τῆς κατ' αὐτὸν τῶν Ἀλεξανδρέων στάσεως μνημονεύει διὰ τούτων· « Ἐμοὶ δὲ τί θαυμαστὸν εἰ πρὸς τοὺς πορρωτέρω κατοικοῦντας χαλεπὸν τὸ κἂν δι' ἐπιστολῶν ὁμιλεῖν, ὅτε καὶ τὸ πρὸς ἐμαυτὸν αὐτῷ μοι διαλέγεσθαι καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ συμβουλεύεσθαι, καθέστηκεν ἄπορον; Πρὸς γοῦν τὰ ἐμαυτοῦ σπλάγχνα τοὺς ὁμοσκήνους καὶ συμψύχους ἀδελφοὺς, καὶ τῆς αὐτῆς πολίτας Ἐκκλησίας, ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων, καὶ ταῦθ' ὅπως διαπεμψαίμην, ἀμήχανον φαίνεται. Ῥᾷον γὰρ ἄν τις οὐχ ὅπως εἰς τὴν ὑπερορίαν, ἀλλὰ καὶ ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς περαιωθείη, ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπέλθοι. Τῆς γὰρ ἐρήμου τῆς πολλῆς καὶ ἀτριβοῦς ἐκείνης, ἣν ἐν δυσὶ γενεαῖς διώδευσεν ὁ Ἰσραὴλ, ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἄβατός (68) ἐστιν ἡ μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδός (69). Καὶ τῆς θαλάσσης (70) ἣν ἐκεῖνοι ῥαγεῖσαν καὶ διατειχισθεῖσαν ἔσχον ἱππήλατον· καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ (71) κατεποντίσθησαν οἱ Αἰγύπτιοι, οἱ γαληνοὶ καὶ ἀκύμαντοι λιμένες γεγόνασιν εἰκὼν, πολλάκις φανέντες ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς φόνων, οἷον Ἐρυθρὰ θάλασσα. Ὁ δ' ἐπιῤῥέων ποταμὸς τὴν πόλιν, ποτὲ μὲν ἐρήμου τῆς ἀνύδρου ξηρότερος ὤφθη, καὶ μᾶλλον αὐχμώδης ἐκείνης, ἣν διαπορευ-

B

C

D

quam lectionem secutus videtur Christophorsonus. Paulo post ubi legitur, ἐπὶ τοῦ διωγμοῦ συνεστῶτος, ex manuscriptis codicibus correximus ἔτι.

(68) *Ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἄβατος.* In codice Fuk. et Sav. scriptum est ἄπορος, quod tamen non probo. Hæc enim opponuntur verbis superioribus. Et ἄπειρος quidem opponitur τῇ πολλῇ ἐρήμῳ· ἄβατος vero opponitur voci ἀτριβοῦς quæ præcessit.

(69) *Μεσαιτάτη τῆς πόλεως ὁδός.* In codice Regio scriptum inveni τῶν πόλεων, quæ scriptura tolerari potest. Duas quippe urbes ex una fecerat ingens illa seditio, ut jam supra innuit Dionysius, cum ait ab urbe Alexandrina Alexandriam pergere difficilius fuisse quam ab Oriente ad ultimas usque Occidentis oras proficisci. Porro hæc Alexandrina seditio, tum contigisse mihi videtur, cum Æmilianus tyrannidem Alexandriæ arripuit, de quo vide Pollionem in XXX *Tyrannis*. Eumenius in *Panegyrico ad Constantium*, loquens de Gallieni temporibus, *Tota*, inquit, *Ægyptus et Syriæ defecerant*.

(70) *Καὶ τῆς θαλάσσης.* Ante hæc verba apponenda est finalis distinctio, ut habent omnes manuscripti codices. Quod cum non vidissent interpretes, hæc cum præcedentibus male conjunxerunt, secuti scilicet editionem Rob. Stephani. Ego vero antequam manuscriptum ullum codicem Eusebii vidissem, hunc locum ita distinguendam esse conjeceram, ut ex versione mea apparet. Porro distinctionem et interpretationem nostram confirmant sequentia Dionysii verba. Addit enim Dionysius, portus urbis Alexandrinæ, peremptorum civium cruore exundantes, Rubri maris imaginem sæpius præbuisse. Non igitur media urbis platea, sed portus, ut dixi, a Dionysio comparatum cum Rubro mari.

(71) *Καὶ ὧν ἐν τῇ λεωφόρῳ.* Ante hæc verba Rob. Stephanus in editione sua punctum apposuit, contra fidem omnium scriptorum codicum, qui ante hæc verba mediam duntaxat distinctionem, sive moram habent appositam. Christophorsonus quidem, Rob. Stephani distinctionem secutus, hunc locum ita vertit : *Isti porro placidi et tranquilli urbis portus, fluctuum eorum quibus Ægyptii erant trajectione submersi, veram effigiem gerunt.* Sed hæc interpretatio non respondet verbis Dionysii. Quamobrem sequenda potius est distinctio scriptorum codicum, et hæc verba cum præcedentibus connectenda. Verum dicet aliquis, Quo referendus est articulus ille postpositivus ὧν? Respondeo articulum hunc referri ad vocem θαλάσσης et pluralem numerum positum esse pro singulari. Mare quippe utrinque divisum, latam in medio viam Israelitis aperuerat. Atque ita duo velut maria ex uno facta fuerant. Idcirco Dionysius λεωφόρον τῶν θαλασσῶν dixit eleganter, quasi limitarem plateam. Quod si Christophorsono et Stephano ante has voces finalem distinctionem ascripseris, non erit jam quo referatur articulus ille postpositivus. Neque enim ad vocem λιμένες referri potest.

Digitized by Google

ὁμενος ὁ Ἰσραὴλ οὕτως ἐδίψησεν, ὡς Μωϋσοῦ μὲν καταβοᾶν, ῥυῆναι δ' αὐτοῖς παρὰ τοῦ θαυμάσια ποιοῦντος μόνου ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ποτόν· ποτὲ δὲ τοσοῦτον ἐπλήμμυρεν (72), ὡς πᾶσαν τὴν περίχωρον, τάς τε ὁδοὺς καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐπικλύσαντα, τῆς ἐπὶ Νῶε γενομένης τοῦ ὕδατος φορᾶς ἐπαγαγεῖν ἀπειλήν· ἀεὶ δὲ αἵματι καὶ φόνοις, καὶ καταποντισμοῖς κάτειστι μεμιασμένος, οἷος ὑπὸ Μωϋσεῖ γέγονε τῷ Φαραὼ, μεταβαλὼν εἰς αἷμα καὶ ἐποζέσας. Καὶ ποῖον γένοιτ' ἂν τοῦ πάντα καθαίροντος ὕδατος ὕδωρ ἄλλο καθάρσιον; Πῶς ἂν ὁ πολὺς καὶ ἀπέραντος ἀνθρώποις Ὠκεανὸς ἐπιχυθείς, τὴν πικρὰν ταύτην ἀποσμήξαι θάλασσαν; ἢ πῶς ἂν ὁ μέγας ποταμὸς ὁ ἐκπορευόμενος ἐξ Ἐδὲμ, τὰς τέσσαρας ἀρχὰς εἰς ἃς ἀφορίζεται μετοχετεύσας εἰς μίαν τοῦ Γηὼν, ἀποπλύναι τὸ λύθρον; ἢ πότε ὁ τεθολωμένος ὑπὸ τῶν πονηρῶν πανταχόθεν ἀναθυμιάσεων ἀὴρ, εἰλικρινὴς γένοιτο; Τοιοῦτοι γὰρ ἀπὸ τῆς γῆς ἀτμοὶ, καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἄνεμοι, ποταμῶν τε αὖραι καὶ λιμένων ἀνιμήσεις ἀποπνέουσιν, ὡς σηπομένων ἐν πᾶσι τοῖς ὑποκειμένοις στοιχείοις νεκρῶν ἰχῶρας εἶναι τὰς δρόσους. Εἶτα θαυμάζουσι καὶ διαποροῦσι, πόθεν οἱ συνεχεῖς λοιμοὶ (73), πόθεν αἱ χαλεπαὶ νόσοι, πόθεν αἱ παντοδαπαὶ φθοραὶ, πόθεν ὁ ποικίλος καὶ πολὺς τῶν ἀνθρώπων ὄλεθρος· διὰ τί μηκέτι τοσοῦτον πλῆθος οἰκητόρων ἡ μεγίστη πόλις ἐν αὐτῇ φέρει, ἀπὸ νηπίων ἀρξαμένη παίδων μέχρι τῶν εἰς ἄκρον γεγηρακότων, ὅσους ὠμογέροντας (74) οὓς ἐκάλει πρότερον ὄντας ἔτρεφεν· ἀλλ' οἱ τεσσαρακοντοῦται καὶ μέχρι τῶν ἑβδομήκοντα ἐτῶν, τοσοῦτον πλείονες τότε, ὥστε μὴ συμπληροῦσθαι νῦν τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν προσεγγραφέντων καὶ συγκαταλεγέντων εἰς τὸ δημόσιον σιτηρέσιον, τῶν ἀπὸ τεσσαρεσκαίδεκα ἐτῶν μέχρι τῶν ὀγδοήκοντα· καὶ γεγόνασιν οἷον ἡλικιῶται τῶν πάλαι γεραιτάτων, οἱ ὄψει νεώτατοι. Καὶ οὕτω μειούμενον ἀεὶ καὶ δαπανώμενον ὁρῶντες τὸ ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων γένος, οὐ τρέμουσιν, αὐξομένου καὶ προκόπτοντος τοῦ παντελοῦς αὐτῶν ἀφανισμοῦ. »

ne, per quam iter facientes Israelitæ tanta oppressi sunt siti, ut adversus Mosem vociferari non desinerent, quoad virtute illius qui solus mirabilia facit, ex prærupta rupe aqua ipsis ad potum effluxit. Interdum vero tantopere exundavit, ut circumsitæ regioni viisque et agris omnibus superfusus, aquarum diluvium cujusmodi temporibus Noe accidit, minari videretur. Cæterum cædibus et cruore, et submersionibus hominum continuis inquinatus evolvitur, qualis olim a Mose præstitus est Pharaoni, in sanguinem conversus ac fetidus. Quænam igitur unda lustrare poterit aquam qua omnia purgantur? Quomodo vastus ille nec hominibus permeabilis Oceanus, hoc amarum pelagus unquam absterserit? Aut quomodo ingens ille fluvius qui ex Eden profluit, etiamsi quatuor illos in quos dividitur alveos, in unum Geonis alveum transfundat, tantam hanc abluet saniem? Ecquando scelestissimis undecunque vaporibus obnubilatus aer, purus tandem serenusque reddetur? Hujusmodi enim halitus ex terra; ex mari venti; ex fluminibus auræ, ex portubus fuligines spirant, ut tabescentium in omnibus subjacentibus elementis cadaverum sanies pro rore sit. Et post hæc mirantur et ambigunt homines, undenam continuæ pestes, undenam graves morbi omnisque generis labes, et multiplices variique hominum interitus: quid causæ sit, cur urbs maxima tantum civium numerum amplius non ferat, etiamsi ab ipsis infantibus ad decrepitos usque senes numerentur, quot antea crudos senes sic vocatos aluit. Verum tunc temporis adeo plures erant quadragenarii, et supra hos usque ad septuagesimum ætatis annum progressi, ut numerus eorum nunc expleri non possit ascriptis licet et in album relatis ad annonam ex publico accipiendam his qui quatuordecim annos nati sunt, usque ad octogenarios. Et qui specie ipsa adolescentuli **268** sunt, æquales quodammodo nunc facti sunt eorum qui olim senes erant. Cumque in terris humanum genus tantopere imminutum et consumptum videant, augescente in dies et crescente ipsorum excidio non intremiscunt. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Περὶ τῆς ἐπισκεψάσης νόσου (Nic. *H. E.* VI, 20).

Μετὰ ταῦτα λοιμικῆς τὸν πόλεμον διαλαβούσης νόσου, τῆς τε ἑορτῆς πλησιαζούσης, αὖθις διὰ γραφῆς τοῖς ἀδελφοῖς ὁμιλεῖ, τὰ τῆς συμφορᾶς ἐπισημαινόμε-

CAPUT XXII.

De morbo qui tunc temporis grassatus est.

Secuta dehinc post bellum peste, cum paschalis solemnitas immineret, iterum Dionysius fratres per litteras allocutus est, in quibus calamitatis illius ma-

(72) *Τοσοῦτον ἐπλήμμυρεν.* Τοσοῦτος cod. Reg. Quæ lectio non omnino rejicienda. Reliqui tamen codices Maz. ac Med., cum Fuk. et Savil., scriptum habent τοσοῦτον.

(73) *Οἱ συνεχεῖς λοιμοί.* Jam inde a temporibus Galli et Volusiani, lues totum pene orbem Romanum vastavit. Certe Eutropius principatum Galli et Volusiani sola pestilentia notum fuisse dicit. Addit Aurelius Victor, Gallo Volusianoque favorem ex eo quæsitum fuisse, quod tenuissimi cujusque exsequias sollicite curavissent. De hac peste Hieronymus in *Chronico* ita scribit anno primo imp. Galli: *Pestilens morbus multas totius orbis provincias occupavit, maximeque Alexandriam et Ægyptum; ut scribit Dionysius, et Cypriani de mortalitate testis est liber.* Postea Gallieni temporibus lues iterum grassata est Romæ et in provinciis, ut scribit Pollio in *Gallieno*, et Aurelius Victor.

(74) *Ὠμογέροντας.* Alexandriæ ὠμογέροντες dicebantur a quadragesimo anno usque ad septuagesimum. Eorum nomina in albo descripta erant, eo quod annonam publicam acciperent, ut testatur Dionysius. His præerant archigerontes, de quibus fit mentio in lege prima Codice Theodosiano *De Alexandriæ plebis primatibus.* Huc etiam referri potest quod scribit Gregorius Naz. in oratione 21, *De S. Athanasio*, Alexandrinos per sexus et ætates, et artes solitos esse distribui, quoties alicui obviam irent honoris causa.

Digitized by Google

gnitudinem describit his verbis : « Aliis quidem hominibus præsens hoc tempus non videatur esse tempus festivitatis. Neque vero illis tempus festivitatis est, nec hoc quod a nobis celebratur, nec ullum aliud, non dicam eorum quæ luctuosa sunt, sed etiam eorum quæ vel maxime læta et hilaria existimantur. Nunc quidem certe plena sunt omnia lamentationum : lugent cuncti : et ob mortuorum hominum ac quotidie morientium multitudinem, tota urbs gemitibus circumsonat. Prorsus enim ut de primogenitis Ægyptiorum in sacris libris scriptum habetur, ita nunc quoque clamor ingens excitatus est. Nulla quippe domus est in qua non sit aliquod funus. Atque utinam unum, duntaxat in unaquaque domo esset ! Multa quidem et acerba ante hanc calamitatem nobis contigerunt. Primum enim nos urbe expulerunt. Cumque soli ab omnibus fugaremur atque opprimeremur, nihilominus tunc quoque festos egimus dies. Quivis denique locus in quo varias ærumnas singillatim pertulimus : ager, inquam, solitudo ; navis; stabulum; carcer, instar templi ad sacros conventus peragendos fuit. Sed omnium lætissimam festivitatem egerunt consummati martyres, qui in cœlo epulati sunt. Post hæc bellum et fames excepit : quæ quidem nos cum gentilibus junctim pertulimus. Et ea quidem mala quibus nos attriverunt, soli sustinuimus. Quæ autem ipsi sibi vicissim intulerunt ac passi sunt, eorum partem toleravimus. Sed rursus oblectavit nos pax illa, quam Christus nobis solis indulsit. Cum autem brevissimo temporis spatio nos et illi respirassemus, repente ingruit lues illa, ipsis quidem res omnium formidolosissima et calamitosissima : et quæ sola, ut proprius quidam ipsorum scriptor **269** loquitur, omnium spem opinionemque superavit. Nobis vero non ejusmodi fuit : sed potius meditamentum quoddam ac probamentum perinde

A νος πάθη διὰ τούτων· « Τοῖς μὲν ἄλλοις ἀνθρώποις οὐκ ἂν δόξειε καιρὸς ἑορτῆς εἶναι τὰ παρόντα. Οὐδὲ ἔστιν αὐτοῖς οὔτε οὗτος οὔτε τις ἕτερος, οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλύπων (75), ἀλλ' οὐδ' εἴ τις περιχαρὴς (76) ὃν οἰηθεῖεν μάλιστα. Νῦν μέν γε θρῆνοι πάντα· καὶ πενθοῦσι πάντες, καὶ περιηχοῦσιν οἰμωγαὶ τὴν πόλιν διὰ τὸ πλῆθος τῶν τεθνηκότων καὶ τῶν ἀποθνησκόντων ὁσημέραι. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν πρωτοτόκων τῶν Αἰγυπτίων γέγραπται, οὕτως καὶ νῦν ἐγενήθη κραυγὴ μεγάλη. Οὐ γάρ ἐστιν οἰκία ἐν ᾗ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῇ τεθνηκώς· καὶ ὄφελόν γε (77)· πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινὰ καὶ τὰ πρὸ τούτου συμβεβηκότα. Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν (78)· καὶ μόνοι πρὸς ἁπάντων διωκόμενοι καὶ θανατούμενοι, ἑορτάσαμεν καὶ τότε. Καὶ πᾶς ὁ τῆς καθ' ἕκαστον ὀλίψεως τόπος, πανηγυρικὸν ἡμῖν
B γέγονε χωρίον, ἀγρὸς, ἐρημία, ναῦς, πανδοχεῖον, δεσμωτήριον, φαιδροτάτην δὲ πασῶν ἤγαγον ἑορτὴν οἱ τέλειοι μάρτυρες εὐωχηθέντες ἐν οὐρανῷ. Μετὰ δὲ ταῦτα, πόλεμος καὶ λιμὸς ἐπέλαβεν· ἃ τοῖς ἔθνεσι συνδιηνέγκαμεν, μόνοι μὲν ὑποστάντες, ὅσα ἡμῖν ἐλυμήναντο, παραπολαύσαντες δὲ καὶ ὧν ἀλλήλους εἰργάσαντό τε καὶ πεπόνθασι· καὶ τῇ Χριστοῦ πάλιν ἐνηυφράνθημεν εἰρήνῃ, ἣν μόνοις ἡμῖν ἔδωκε. Βραχυτάτης δὲ ἡμῶν τε καὶ αὐτῶν τυχόντων ἀναπνοῆς, ἐπικατέσκηψεν ἡ νόσος αὕτη, πρᾶγμα φόβου τε παντὸς
C φοβερώτερον ἐκείνοις, καὶ συμφορᾶς ἡστινοσοῦν σχετλιώτερον, καὶ ὡς ἴδιός τις αὐτῶν ἀπήγγειλε συγγραφεὺς, πρᾶγμα μόνον δὴ τῆς πάντων ἐλπίδος κρεῖσσον γενόμενον· ἡμῖν δὲ οὐ τοιοῦτο μὲν, γυμνάσιον δὲ καὶ δοκίμιον οὐδένος τῶν ἄλλων ἔλαττον. Ἀπέσχετο μὲν γὰρ οὐδὲ ἡμῶν, πολλὴ δὲ ἐξῆλθεν (79) εἰς τὰ ἔθνη. » Τούτοις ἑξῆς ἐπιφέρει λέγων· « Οἱ γοῦν πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν δι' ὑπερβάλλουσαν ἀγάπην καὶ φιλαδελφίαν ἀφειδοῦντες ἑαυτῶν καὶ ἀλλήλων ἐχόμενοι, ἐπισκοποῦντες ἀφυλάκτως τοὺς νοσοῦντας, λιπαρῶς ὑπερητούμενοι, θεραπεύοντες ἐν Χριστῷ, συναπηλλάττοντο ἐκείνοις (80) ἀσμενέστατα, τοῦ παρ' ἑτέρων

(75) *Οὐχ ὅπως τῶν ἐπιλύπων.* Sic omnino scribendum est, ut habent manuscripti codices Maz. ac Med., cum Saviliano. Opponitur enim τὸ *ἐπιλύπων* τῷ *περιχαρὴς* quod mox sequitur, vulg., ἐπιλοίπων. Est autem elegantissimum hoc exordium Paschalis epistolæ sive orationis Dionysii. *Aliis*, inquit Dionysius, *infidelibus scilicet ac gentilibus, præsens tempus minime opportunum videatur ad festum diem celebrandum, quippe cum luctu et lamentis plena sint omnia. Verum nec ullum omnino tempus, non dico luctuosum, cujusmodi hoc tempus esse fateor ; sed ne lætissimum quidem, illis hominibus, id est infidelibus, aptum est ad festivitatem celebrandam. Impii siquidem et mali homines, nunquam omnino dies festos agere possunt, licet hostias immolent, et libamenta offerant. Soli virtute præditi festos dies agunt. Soli quippe officio funguntur, et vota atque incruentas hostias offerunt Deo.* Multa in hanc sententiam habet Origenes in lib. VIII *Contra Celsum*, quæ sunt e Stoicorum philosophia desumpta, ex quibus magnam lucem accipit hic Dionysii locus.

(76) *Περιχαρ�ὴς ὃν οἰηθεῖεν.* Apud Nicephorum legitur εἴ τις περιχαρὴς ὢν οἰηθείη. Quæ scriptura ferri non potest, cum verbum οἰηθείη in passiva significatione sumi non possit. Dixit ergo Dionysius περιχαρὴς ὃν οἰηθεῖεν, pro eo quod alii dicerent, ὃν οἴοιτο ἂν μάλιστα περιχαρῆ.

(77) *Καὶ ὄφελόν γε.* Turnebus ad oram libri sui emendavit καὶ ὄφελόν γε εἶς. Quæ tamen scriptura in omnibus nostris codicibus non legitur. In codice Regio scriptum inveni, καὶ ὄφελόν γε· εἰς πολλὰ μὲν γὰρ καὶ δεινά, sicut etiam habet Nicephorus. Recte igitur Turnebus, qui, sola interpunctione mutata, hunc Dionysiii locum restituit, ut dixi.

D (78) *Πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἤλασαν.* Repetit hic Dionysius, et quasi compendio enumerat cuncta quæ Christiani passi fuerant Alexandriæ jam inde ab initio sui pontificatus. Primo enim, inquit, nos persecuti sunt. Persecutionem intelligit quæ cœpta est anno ultimo Philippi imperatoris. *Bellum deinde*, ait, *secutum est intestinum.* De hoc civili bello Alexandrinorum, vide epistolam Dionysii ad Fabium supra in lib. VI, cap. 41. *Deinde cum paululum*, inquit, *nos et illi quievissemus, incubuit lues illa gravissima*, ea scilicet quæ sub Gallo et Volusiano grassata est, cum jam antea sub Decio cœpisset. Aliquot enim diaconi ea peste consumpti sunt temporibus Decii, ut patet ex epistola Dionysii ad Domitium et Didymum, in cap. 11 hujus libri.

(79) *Πολλὴ δὲ ἐξῆλθεν.* Πολὺ codex Regius; sed in reliquis exemplaribus Mazar., Med. ac Fuk. scribitur πολλὴ, rectius ; subauditur enim νόσος.

(80) *Συναπηλλάττοντο ἐκείνοις.* Post has voces

Digitized by Google

ἀναπιμπλάμενοι πάθους, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες ἀπὸ τῶν πλησίων, καὶ ἑκόντες ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας (81). Καὶ πολλοὶ νοσοκομήσαντες καὶ ῥώσαντες ἑτέρους, ἐτελεύτησαν αὐτοὶ, τὸν ἐκείνων θάνατον εἰς ἑαυτοὺς μεταστησάμενοι, καὶ τὸ δημῶδες ῥῆμα μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης (82) ἔχεσθαι, ἔργῳ δὴ τότε πληροῦντες, ἀπιόντες αὐτῶν πάντων περίψημα (83). Οἱ γοῦν ἄριστοι τῶν παρ' ἡμῖν ἀδελφῶν τοῦτον τὸν τρόπον ἐξεχώρησαν τοῦ βίου, πρεσβύτεροί τε τινὲς καὶ διάκονοι, καὶ τῶν ἀπὸ τοῦ λαοῦ λίαν ἐπαινούμενοι· ὡς καὶ τοῦ θανάτου τοῦτο τὸ εἶδος διὰ πολλὴν εὐσέβειαν καὶ πίστιν ἰσχυρὰν γινόμενον, μηδὲν ἀποδεῖν μαρτυρίου δοκεῖν. Καὶ τὰ σώματα δὲ τῶν ἁγίων ὑπτίαις χερσὶ καὶ κόλποις ὑπολαμβάνοντες, καθαιροῦντές τε τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ στόματα συγκλείοντες, ὠμοφοροῦντές τε καὶ διατιθέντες (84), προσκολλώμενοι, συμπλεκόμενοι, λουτροῖς τε καὶ περιστολαῖς (85) κατακοσμοῦντες, μετὰ μικρὸν ἐτύγχανον τῶν ἴσων, ἀεὶ τῶν ὑπολειπομένων ἐφεπομένων τοῖς πρὸ αὐτῶν. Τὰ δέ γε ἔθνη πᾶν τοὐναντίον· καὶ νοσεῖν ἀρχομένους ἀποθοῦντο, καὶ ἀπέφευγον τοὺς φιλτάτους, κἀν ταῖς ὁδοῖς ἐῤῥίπτουν ἡμιθνῆτας, καὶ νεκροὺς ἀτάφους ἀπεσκυβαλίζοντο, τὴν τοῦ θανάτου διάδοσιν καὶ κοινωνίαν ἐκτρεπόμενοι, ἣν οὐκ ἦν καὶ πολλὰ μηχανομένοις ἐκκλῖναι ῥᾴδιον. » Μετὰ δὲ ταύτην τὴν ἐπιστολὴν, εἰρηνευσάντων τῶν κατὰ τὴν πόλιν, τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἀδελφοῖς ἑορταστικὴν αὖθις ἐπιστέλλει γραφὴν, καὶ ἐπὶ ταύτῃ ἄλλας διαφόρους πάλιν (86) διατυποῦται. Φέρεται δέ τις αὐτοῦ καὶ περὶ Σαββάτου· καὶ ἄλλη περὶ γυμνασίου. Ἑρμάμμωνι δὲ πάλιν καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἀδελφοῖς δι' ἐπιστολῆς ὁμιλῶν, πολλά τε ἄλλα περὶ τῆς Δεκίου καὶ τῶν μετ' αὐτὸν διεξελθὼν κακοτρο-

A ac cætera. Neque enim a nobis abstinuit lues illa, licet plurimum in gentiles grassata sit. » Addit deinde : « Plurimi quidem ex fratribus nostris ob nimiam charitatem, curam omnem propriæ salutis abjicientes sibique mutuo adhærescentes; dum ægros secure atque audacter invisunt, eisque assidue ministrant, et curationem adhibent in Christo, una cum illis mortui sunt; aliorum ægritudine libentissime sese implentes, et proximorum morbum in semetipsos quodammodo attrahentes, doloresque eorum sponte sua exprimentes atque extergentes. Multique adeo qui alios ægrotantes curaverant et in pristinam valetudinem restituerant, ipsi interierunt, mortem illorum in seipsos traducentes; verbumque illud vulgare quod offi-
B ciosæ duntaxat comitatis hactenus visum fuerat, reipsa adimplentes, cum aliorum peripsema effecti ex hac vita migrarent. Et hoc quidem pacto optimi quique ex fratribus nostris, quorum nonnulli presbyteri erant ac diaconi, et ex populo laudatissimus quisque mortem oppetierunt, adeo ut genus hoc mortis ob pietatem fideique constantiam nequaquam inferius martyrio censeatur. Ili ergo sanctorum corpora supinis manibus gremioque excipientes, oculos illis et ora claudentes, bajulantes eadem humeris suis, componentes, adhærescentes illis, complectentes, lavacro et vestimentis ornantes, paulo post eadem officia ab aliis consecuti sunt; cum superstites semper eorum qui præcesserant vestigiis insisterent. Gentiles vero
C prorsus contraria his egerunt. Nam et eos qui ægrotare inceperant exturbabant, et charissimos refugiebant; eosque in viis semineces destitue-

in codice Regio et in editione Rob. Stephani apposita est virgula. Verum in tribus nostris exemplaribus Maz., Med. et Fuketiano alia est distinctio. Nam post vocem ἀσμενέστατα apposita est media distinctio seu mora. Quod quidem idcirco monendum esse duxi, ne quis forte suspicetur, vulgatam interpunctionem temere ac sine auctoritate scriptorum codicum a nobis mutatam fuisse.

(81) Ἀναμασσόμενοι τὰς ἀλγηδόνας. Langus et Christophorsonus verterunt *mitigantes*, quam interpretationem equidem probare non possum. Nam ἀναμάσσειν sive ἐκμάσσειν idem est quod *exprimere*, *extergere*. Ait igitur Dionysius, Christianos qui ægros pestilenti morbo laborantes invisebant, ex-
D pressos ægrotantium dolores in semetipsos transtulisse. Id enim significat vox ἀναμασσόμενοι, id est excipere in se et quasi exsugere alterius morbum. Idem est igitur quod antea dixit Dionysius, καὶ τὴν νόσον ἐφ' ἑαυτοὺς ἕλκοντες.

(82) Μόνης φιλοφροσύνης. Non recte, meo quidem judicio, Musculus et Christophorsonus *veram benevolentiam* interpretantur, cum φιλοφροσύνη sit potius benevolentia in sermone et affabilitate posita, quæ *comitas* dicitur a Latinis. Gallice *civilité* et *compliment* vocamus. Videtur autem hæc vox περίψημα quæ in epistolis Pauli legitur, vulgo fuisse ab Alexandrinis usurpata, quoties se in salutationibus mutuo compellarent, et operam atque obsequium sponderent : Ἐγώ εἰμι περίψημά σου. Quod certe hic Dionysii locus videtur innuere. Nisi potius intelligamus, Christianos vulgo a gentilibus vocatos fuisse hoc nomine, πάντων περίψημα, id est *purgamenta sæculi*, quod magis placet.

(83) Αὐτῶν πάντων περίψημα. Codex Med. et Maz. voce πάντων, quæ in vulgatis deest, auctiores sunt, quomodo etiam in Fuk. scriptum inveni.

(84) Καὶ διατιθέντες. Christophorsonus vertit, *decenter ornantes*, male. Nam de ornatu mox subjungit Dionysius. Rectius igitur verti *componentes*, quomodo loquuntur Latini. Sic Persius :

. . . . *tandemque beatulus alto*
Compositus lecto, etc.

Hieronymus lib. 1 *In Jovinianum : Compositoque ex more cadaveri seipsa superjecit.* Hinc *compositus* pro *sepulto* apud Virgilium et Horatium. Possidius in *Vita B. Augustini : Confestim vero pro ejus commendanda corporis depositione oblatum est; peractoque solemniter exsequiarum ministerio insigniter compositus, deportatus ac sepultus est.* Ita enim legitur in codice Mosciacensi.

(85) Καὶ περιστολαῖς. Nec hanc vocem intellexit Christophorsonus qui vertit, *linteo funebri volvere.* Solebant enim Romani tunc temporis cadavera vestibus amicire. Ac de gentilibus quidem res protrita est, adeo ut exemplis non egeat. Ipsos vero Christianos fidelium cadavera splendidis vestibus obtexisse, docet exemplum Asturii in cap. 16 hujus libri. Hieronymus in *Epitaphio Paulæ : Quis inopum moriens non illius vestimentis obvolutus est?* Nec aliter intelligendus est locus Possidii, quem autea citavi.

(86) Ἄλλας διαφόρους πάλιν. Vox διαφόρους additur ex codice Med. et Mazarin.

Digitized by Google

bant : aut mortuos insepultos projiciebant, aversantes mortis participationem ac societatem; quam tamen licet multiplici adhibita cautione ac diligentia, evitare non poterant. » Post hanc epistolam, cum res in urbe Alexandria pacatæ essent, ad fratres per Ægyptum constitutos Paschalem rursus epistolam Dionysius scripsit, aliasque post hanc deinceps exaravit. Exstat etiam epistola ejus de Sabbato : et alia de exercitatione. Præterea ad Hermammonem fratresque in Ægypto degentes epistolam **270** scribens, postquam de imp. Decii et successorum illius improbitate disseruit, pacis quæ viguit principatu Gallieni, mentionem facit.

A πίας, τῆς κατὰ τὸν Γαλλιηνὸν εἰρήνης ὑπομιμνήσκεται.

CAPUT XXIII.

De imperio Gallieni.

Sed ipsa ejus verba satius fuerit audire, quæ sic habent : « Et ille quidem cum imperatorum suorum alterum prodidisset, alteri bellum intulisset, brevi cum universa familia stirpitus interiit. Gallienus vero renuntiatus et communi omnium consensu approbatus est : vetus simul imperator ac novus, prior illis, ac post illos etiam superstes : juxta id quod dictum est Isaiæ prophetæ : « Quæ a principio fuere ecce venerunt, et nova sunt quæ nunc oriuntur. » Nam quemadmodum nubes solis radios subiens, ejus splendorem brevi tempore obscurat, inque ejus locum substituta conspicitur : ea deinde prætergressa aut liquefacta, sol qui antea ortus fuerat, rursum quasi novus exoriri videtur : ita Macrianus qui seipsum præposuerat et ad ipsum Gallieni imperium proxime admoverat; ipse quidem jam non est, quippe qui nec antea erat : Gallienus vero sui similis idemque qui prius manet. Ipse denique principatus, velut senectute deposita, et pristinæ improbitatis sordibus repurgatus, nunc florentius viget : et longius cernitur atque auditur, et quocunque diffunditur. » Deinde tempus ipsum quo hæc scribebat, designat his verbis : « Ac mihi rursus imperatoris nostri annos contemplari subit. Video enim impiissimos illos qui adeo celebres olim exstiterunt, brevi postea obscurissimos evasisse. Religiosissimus vero Deique amantissimus imperator septennalem circulum jam emensus, nonum imperii annum degit, quo nos festa celebraturi sumus. »

B

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῆς Γαλλιηνοῦ βασιλείας (Nic. *H. E.* VI, 21).

Οὐδὲν δὲ οἷον, τὸ καὶ τούτων ὧδέ πως ἐχόντων ἀκοῦσαι · « Ἐκεῖνος μὲν οὖν (87) τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων τὸν μὲν προέμενος, τῷ δὲ ἐπιθέμενος, παγγενῆ ταχέως καὶ πρόῤῥιζος ἐξηφανίσθη · ἀνεδείχθη δὲ καὶ συνανωμολογήθη παρὰ πάντων ὁ Γαλλιηνὸς, παλαιὸς ἅμα βασιλεὺς καὶ νέος, πρῶτος ὢν καὶ μετ' ἐκείνους παρών. Κατὰ γὰρ τὸ ῥηθὲν πρὸς τὸν προφήτην Ἡσαΐαν· « Τὰ ἀπ' ἀρχῆς ἰδοὺ ἥκασι, καὶ καινὰ ἃ νῦν ἀνατελεῖ. » Ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας ὑποδραμὸν καὶ πρὸς ὀλίγον ἐπηλυγάσαν, ἐσκίασεν αὐτὸν καὶ ἀντ' αὐτοῦ προεφάνη, εἶτα παρελθόντος ἢ διατακέντος τοῦ νέφους, ἐξεφάνη πάλιν ἐπανατείλας ὁ ἥλιος ὁ προανατείλας, οὕτω προστὰς καὶ προσπελάσας (88) ἑαυτὸν ὁ Μακριανὸς τῆς ἐφεστώσης Γαλλιηνοῦ βασιλείας, ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν· ὁ δέ ἐστιν ὁμοίως ὥσπερ ἦν. Καὶ οἷον ἀποθεμένη τὸ γῆρας ἡ βασιλεία, καὶ τὴν προοῦσαν ἀνακαθηραμένη κακίαν, ἀκμαιότερον νῦν ἐπανθεῖ, καὶ πορρώτερον ὁρᾶται καὶ ἀκούεται, καὶ διαφοιτᾷ πανταχοῦ. » Εἶθ' ἑξῆς καὶ τὸν χρόνον καθ' ὃν ταῦτ' ἔγραψε, διὰ τούτων σημαίνει· « Καί μοι πάλιν τὰς ἡμέρας τῶν βασιλικῶν ἐτῶν ἔπεισι σκοπεῖν. Ὁρῶ γὰρ ὡς ὀνομασθέντες μὲν οἱ ἀσεβέστατοι, μετ' οὐ πολὺ γεγόνασιν ἀνώνυμοι · ὁ δὲ ὁσιώτερος καὶ φιλοθεώτερος ὑπερβὰς τὴν ἑπταετηρίδα, νῦν ἐνιαυτὸν ἕνατον διανύει, ἐν ᾧ ἡμεῖς ἑορτάσωμεν. »

CAPUT XXIV.

De Nepote et ejus schismate.

Ad hæc duos libros *De promissionibus* composuit. Causam scribendi præbuit Nepos quidam, episcopus Ægypti, qui promissiones sanctis hominibus factas in divinis voluminibus, Judaico sensu exhibendas docebat, et nescio quod mille annorum spatium corporalibus refertum deliciis in hac terra fore **271** affirmabat. Cumque ex Joannis Revelatione opinionem suam stabilire se posse existi-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ Νέπωτος καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν σχίσματος (Nic. *H. E.* VI, 21).

Ἐπὶ τούτοις ἅπασι σπουδάζεται αὐτῷ καὶ τὰ *Περὶ ἐπαγγελιῶν* δύο συγγράμματα. Ἡ δ' ὑπόθεσις αὐτῷ Νέπωος ἦν ἐπίσκοπος τῶν κατ' Αἴγυπτον, Ἰουδαϊκώτερον τὰς ἐπηγγελμένας τοῖς ἁγίοις ἐν ταῖς θείαις Γραφαῖς ἐπαγγελίας ἀποδοθήσεσθαι διδάσκων, καί τινα χιλιάδα ἐτῶν τρυφῆς σωματικῆς ἐπὶ τῆς ξηρᾶς ταύτης ἔσεσθαι ὑποτιθέμενος. Δόξας γοῦν οὗτος ἐκ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου τὴν ἰδίαν κρατύνειν

(87) *Ἐκεῖνος μὲν οὖν.* Recte Christophorsonus Macrianum hic intelligi animadvertit, cujus proditione Valerianus in Persarum potestatem venit. Valerianum certe ducum proditione in illam calamitatem incidisse, testantur Aurelius Victor, Syncellus et alii. Porro hæc Dionysii verba jungenda sunt cum illis quæ supra retulit Eusebius in cap. x hujus libri. Sunt enim ex eadem Dionysii ad Hermammonem Epistola. Ac ne unum quidem verbum inter hæc duo fragmenta interjectum erat. Sed in cap. 1 hujus libri, fragmentum ejusdem Epistolæ affert Eusebius.

(88) *Προσπελάσας.* Sic in tribus nostris codicibus legitur quibus consentit etiam Nicephorus. Nec dubito quin scribendum etiam sit προσστάς, cum duplici sigma. Scribendum quoque est ὁ Μακριανός, ut legitur in Maz, Med. ac Fuk. Idcirco autem Dionysius de Macriani imperio loquitur, quod eum imperatorem Ægyptus cum universo Oriente susceperat. Docet id vetustus nummus a Joanne Tristano V. C. editus, in cujus adversa parte hæc habetur inscriptio : ΑΥΤ. Κ. Μ. ΦΟΥΛ. ΜΑΚΡΙΑΝΟΣ. In altera parte ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑ.

Digitized by Google

ὑπόληψιν, *Ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν*, λόγον τινὰ περὶ τούτου συντάξας ἐπέγραψε. Πρὸς ὃν ὁ Διονύσιος ἐν τοῖς *Περὶ ἐπαγγελιῶν* ἐνίσταται, διὰ μὲν τοῦ προτέρου τὴν αὐτοῦ γνώμην ἣν εἶχε περὶ τοῦ δόγματος παρατιθέμενος, διὰ δὲ τοῦ δευτέρου περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου διαλαμβάνων· ἔνθα τοῦ Νέπωτος κατὰ τὴν ἀρχὴν μνημονεύσας, ταῦτα περὶ αὐτοῦ γράφει· « Ἐπεὶ δὲ σύνταγμά τι προκομίζουσι Νέπωτος, ᾧ λίαν ἐπερείδονται ὡς ἀναντιρρήτως ἀποδεικνύντι (89) τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν ἐπὶ γῆς ἔσεσθαι, ἐν ἄλλοις μὲν πολλοῖς ἀποδέχομαι καὶ ἀγαπῶ Νέπωτα, τῆς τε πίστεως καὶ τῆς φιλοπονίας, καὶ τῆς ἐν ταῖς Γραφαῖς διατριβῆς, καὶ τῆς πολλῆς ψαλμῳδίας (90) ᾗ μέχρι νῦν πολλοὶ τῶν ἀδελφῶν εὐθυμοῦνται, καὶ πάνυ δι' αἰδοῦς ἄγω τὸν ἄνθρωπον ταύτῃ μᾶλλον, ᾗ προανεπαύσατο (91), ἀλλὰ φίλη γὰρ καὶ προτιμωτάτη πάντων ἡ ἀλήθεια· ἐπαινεῖν τε χρὴ καὶ συναινεῖν ἀφθόνως, εἴ τι ὀρθῶς λέγοιτο, ἐξετάζειν δὲ καὶ διευθύνειν, εἴ τι μὴ φαίνοιτο ὑγιῶς ἀναγεγραμμένον. Καὶ πρὸς μὲν παρόντα καὶ ψιλῷ λόγῳ δογματίζοντα αὐτάρκης ἦν ἂν ἡ ἄγραφος ὁμιλία, δι' ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως πείθουσα καὶ συμβιβάζουσα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους· γραφῆς δὲ ἐκκειμένης, ὡς ὄκνεῖ τισι, πιθανωτάτης, καί τινων διδασκάλων τὸν μὲν νόμον καὶ τοὺς προφήτας τὸ μηδὲν ἡγουμένων, καὶ τὸ τοῖς Εὐαγγελίοις ἕπεσθαι παρέντων, καὶ τὰς τῶν ἀποστόλων Ἐπιστολὰς ἐκφαυλισάντων, τὴν δὲ τοῦ συγγράμματος τούτου διδασκαλίαν ὡς μέγα δή τι καὶ κεκρυμμένον μυστήριον κατεπαγγελλομένων (92), καὶ τοὺς ἁπλουστέρους ἀδελφοὺς ἡμῶν οὐδὲν ἐώντων ὑψηλὸν καὶ μεγαλεῖον φρονεῖν, οὔτε περὶ τῆς ἐνδόξου καὶ ἀληθῶς ἐνθέου τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐπιφανείας, οὔτε τῆς ἡμετέρας ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως καὶ τῆς πρὸς αὐτὸν ἐπισυναγωγῆς καὶ ὁμοιώσεως, ἀλλὰ μικρὰ καὶ θνητὰ, καὶ οἷα τὰ νῦν ἐλπίζειν ἀναπειθόντων (93) ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, ἀναγκαῖον καὶ ἡμᾶς ὡς πρὸς παρόντα τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν διαλεχθῆναι Νέπωτα. »

maret, librum quem de hac quæstione composuerat, *Confutationem allegoristarum* inscripsit. Hunc ergo Dionysius in libris *De promissionibus* acriter impugnat. Et in priore quidem libro suam ipsius sententiam de hac quæstione proponit. In secundo autem libro de Joannis Revelatione disputans, in ipso statim exordio Nepotis mentionem facit his verbis : « Sed quoniam librum quemdam proferunt Nepotis, quo quidem magnopere nituntur, quasi in eo certissimis argumentis demonstratum sit, regnum Christi in terris futurum ; in plurimis quidem aliis rebus laudo Nepotem ac diligo, cum propter fidem, tum ob diligentiam et studium Scripturarum ; postremo ob psalmorum cantus multiplices, quibus plerique ex fratribus etiamnum magnopere delectantur. Magnoque honore ac reverentia hominem prosequor, vel ob id maxime quod ex hac vita migravit. Sed veritatem magis diligo, cunctisque præferendam censeo. Etenim ea quidem quæ recte dicta sunt, absque invidia laudare ac probare debemus. Si quid vero secius scriptum est, id examinari a nobis et corrigi decet. Quod si ipse præsens adesset, et opinionem suam viva voce promulgaret, sufficeret fortasse simplex absque scripto colloquium, quo per interrogationes ac responsiones convincerentur adversarii et in pristinam concordiam revocarentur. Verum cum in publicum editus sit liber, isque ut nonnullis videtur ad persuadendum aptissimus : et cum quidam doctores legem quidem ac prophetas nihili faciant, Evangelia sequi negligant, apostolorum Epistolas contemnant, hujus vero libri doctrinam quasi magnum aliquod et arcanum sacramentum venditent, et simpliciores quosdam ex fratribus nostris nihil sublime atque magnificum, nec de glorioso prorsusque divino adventu Domini nostri, nec de resurrectione nostra, nostrique ad Christum aggre-

(89) *Ἀποδεικνύντι*. Sic in codice Maz., Med., Fuk. et Savil. scribitur rectius pro vulg. ὑποδεικνύντι. Porro cum constet ex hoc loco, librum Dionysii Alexandrini de promissionibus scriptum fuisse adversus Nepotem episcopum Ægypti, miror Hieronymum in Præfatione libri XVIII *Commentariorum in Isaiam*, affirmare eum librum adversus Irenæum Lugdunensem episcopum a Dionysio fuisse conscriptum. Fuit quidem Irenæus ex numero eorum qui regnum Christi mille annorum spatio in terris futurum crediderunt, quibus id Papias persuaserat, ut scribit idem Hieronymus in *Catalogo* et Eusebius noster in fine libri III. Verum Dionysii liber non adversus Irenæum scriptus erat, sed adversus Nepotem, ut patet tum ex hoc Eusebii loco, tum ex ipso Hieronymo in libro *De scriptoribus ecclesiasticis* ubi de Dionysio loquitur.

(90) *Ψαλμῳδίας*. Christophorsonus psalmos et hymnos a Nepote compositos interpretatur. Sane hic fuit mos veterum Christianorum, ut psalmos et hymnos in honorem Christi componerent. Quod testatur Eusebius in fine lib. V. De his psalmis mentio fit in epistola concilii Antiocheni adversus Paulum Samosatenum, et in canone penultimo concilii Laodiceni. Ubi diserte prohibetur, ne psalmi ἰδιωτικοί, id est, a privatis hominibus compositi, in ecclesia recitentur. Invaluerat enim hæc consuetudo, ut multi psalmos in honorem Christi componerent, eosque in ecclesia cantari facerent, ut ex locis supra notatis apparet. Hujusmodi ergo psalmos in ecclesia deinceps cani vetant Patres concilii Laodicensis, quos ἰδιωτικούς appellant, id est, ab hominibus imperitis compositos, non a sancto Spiritu dictatos. Ita explicat Agobardus in libro *De ritu canendi psalmos in ecclesia*.

(91) *Ἡ προανεπαύσατο*. Plinius in lib. XXVIII, cap. 2 : *Cur*, inquit, *ad mentionem defunctorum, testamur memoriam eorum a nobis non sollicitari*.

(92) *Κατεπαγγελλομένων*, id est, diu ante promittunt qua tradant. Metaphora est a mysteriis Græcorum, qui magna quædam et miranda initiatis promittebant, eosque diuturna exspectatione cruciabant, ut opinionem ac reverentiam suspendio cognitionis ædificarent, quemadmodum loquitur Tertullianus in lib. contra Valentinianos.

(93) *Ἐλπίζειν ἀναπειθόντων*. Hujus loci emendatio debetur codici Mazarino, in quo diserte scriptum inveni, Καὶ οἷα τὰ νῦν ἐλπίζειν ἀναπειθόντων ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ, quomodo etiam legitur in codice Medicæo, nisi quod ἐλπιζόμενα ἐλπίζειν scriptum habetur. Sed rectissima est codicis Maz. lectio, quam ego priusquam comperissem, subaudiendum hic esse ἀπὸ κοινοῦ verbum φρονεῖν existimabam. Codici Maz. subscribunt codd. Fuk. et Savil., vulg., ἐλπιζόμενα πειθόντων.

Digitized by Google

gatione et assimilatione sentire patiantur; sed levia quædam ac mortalia, et qualia nunc homines sperare solent in regno Dei cogitare jubeant; necesse est ut adversus fratrem meum Nepotem quasi præsentem, disputationem instituam. » Paucis deinde interpositis, hæc subjungit: « Cum essem, inquit, in Arsinoitica præfectura, in qua jampridem, ut nosti, **272** increbruit hæc opinio, adeo ut schismata et integrarum Ecclesiarum defectiones fierent; convocatis presbyteris ac doctoribus qui per singulos vicos fratribus prædicabant, præsentibus item fratribus qui adesse voluerant, hortatus sum illos ut ea doctrina palam in concione examinaretur. Cumque hunc librum tanquam scutum quoddam murumque inexpugnabilem mihi opposuissent, tres continuos dies a prima luce usque ad vesperam cum ipsis sedens, quæcunque in eo libro scripta erant, discutere aggressus sum. Tum vero fratrum constantiam, et ardentissimum cognoscendæ veritatis studium, et docilitatem atque intelligentiam magnopere sum admiratus. Adeo moderate et ordine interrogationes rationesque dubitandi, et assensiones a nobis fiebant. Ac studiose quidem cavebamus, ne ea quæ semel nobis placuissent, tametsi falsa esse deprehenderentur, pertinaciter defenderemus: nec aliorum objectiones subterfugiebamus. Sed quoad fieri poterat, ad ea de quibus instituta erat disputatio eniti, eaque stabilire conabamur: sin autem rationibus convicti essemus, non pudebat nos mutare sententiam, et aliis assentiri. Quin potius cum bona animi conscientia, absque ulla simulatione, expansis ad Deum cordibus, quæcunque certissimis argumentis et auctoritate sacræ Scripturæ confirmata essent, suscipiebamus. Tandem denique Coracio, qui hujus doctrinæ auctor et signifer fuerat, audientibus cunctis qui aderant fratribus, pollicitus nobis et contestatus est, se inposterum hanc opinionem amplexurum non esse, nec de ea disputaturum, nec locuturum, nec populo prædicaturum; quippe qui argumentis oppositis satis superque convictus fuisset. Fratribus autem qui aderant, hæc disputatio et omnium inter se reconciliatio atque consensio non mediocrem attulit voluptatem. »

A Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιφέρει λέγων· « Ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσενοείτῃ (94) γενόμενος, ἔνθα, ὡς οἶδας, πρὸ πολλοῦ τοῦτο ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα (95), ὡς καὶ σχίσματα καὶ ἀποστασίας ὅλων Ἐκκλησιῶν γεγονέναι, συγκαλέσας τοὺς πρεσβυτέρους καὶ διδασκάλους τῶν ἐν ταῖς κώμαις ἀδελφῶν, παρόντων καὶ τῶν βουλομένων ἀδελφῶν, δημοσίᾳ τὴν ἐξέτασιν ποιήσασθαι τοῦ λόγου προετρεψάμην. Καὶ τοῦτό μοι προσαγόντων τὸ βιβλίον ὥς τι ὅπλον καὶ τεῖχος ἀκαταμάχητον (96), συγκαθεσθεὶς αὐτοῖς τριῶν ἐξῆς ἡμερῶν ἐξ ἕω μέχρις ἑσπέρας, διευθύνειν ἐπειράθην τὰ γεγραμμένα. Ἔνθα καὶ τὸ εὐσταθὲς καὶ τὸ φιλάληθες, καὶ τὸ εὐπαρακολούθητον (97) καὶ συνετὸν ὑπερηγάσθην τῶν ἀδελφῶν, ὡς ἐν τάξει καὶ μετ' ἐπιεικείας τὰς ἐρωτήσεις καὶ τὰς ἐπαπορήσεις, καὶ τὰς συγκαταθέσεις ἐποιούμεθα, τὸ μὲν ἐκ παντὸς τρόπου καὶ φιλονείκως τῶν ἅπαξ δοξάντων περιέχεσθαι, εἰ καὶ μὴ φαίνοιντο ὀρθῶς ἔχοντα, παραιτησάμενοι, μήτε δὲ τὰς ἀντιλογίας ὑποστελλόμενοι, ἀλλ' ἐς ὅσον οἷόν τε τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν (98) καὶ κρατύνειν αὐτὰ πειρώμενοι, μήτε εἰ λόγος αἱρεῖ, μεταπείθεσθαι καὶ συνομολογεῖν αἰδούμενοι, ἀλλ' εὐσυνειδήτως καὶ ἀνυποκρίτως, καὶ ταῖς καρδίαις πρὸς τὸν Θεὸν ἁπλωμέναις (99), τὰ ταῖς ἀποδείξεσι καὶ διδασκαλίαις τῶν ἁγίων Γραφῶν συνιστανόμενα καταδεχόμενοι. Καὶ τέλος ὅ τε τῆς διδαχῆς ταύτης ἀρχηγὸς καὶ εἰσηγητὴς ὁ καλούμενος Κορακίων, ἐν ἐπηκόῳ πάντων τῶν παρόντων ἀδελφῶν ὡμολόγησε καὶ διεμαρτύρατο ἡμῖν, μηκέτι τούτῳ προσέξειν, μηδὲ διαλέξασθαι περὶ τούτου, μηδὲ μεμνῆσθαι, μηδὲ διδάξειν, ὡς ἱκανῶς ὑπὸ τῶν ἀντιλεχθέντων ἡρημένος· τῶν τε ἄλλων ἀδελφῶν οἱ παρόντες ἔχαιρον ἐπὶ τῇ κοινολογίᾳ καὶ τῇ πρὸς πάντας συγκαταβάσει (1) καὶ συνδιαθέσει. »

B

C

CAPUT XXV.

De Joannis Apocalypsi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ τῆς Ἰωάννου Ἀποκαλύψεως (Nic. *H. E.* vi, 22, 23).

D

Deinde aliquanto post de Revelatione Joan-

Εἶθ' ἑξῆς ὑποβὰς περὶ τῆς Ἀποκαλύψεως Ἰωάννου

(94) *Ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσενοείτῃ.* Mirum est in tribus nostris codicibus et apud Nicephorum ac Ptolemæum ita legi, cum constet scribendum esse Ἀρσινοείτῃ. Sic enim dicta est hæc præfectura ab Arsinoe regina.

(95) *Ἐπεπόλαζε τὸ δόγμα.* Langus et Musculus interpretantur, *emersit*. Christophorsonus autem vertit *prodiit in lucem*. Ego vero malui vertere, *increbruit*, quo sensu Eusebius hanc vocem usurpat in cap. 29 hujus libri.

(96) *Ἀκαταμάχητον.* Vulg., ἄμαχον. Scripturam codd. Med. et Maz. admisimus ut longe rectiorem; sic etiam scribitur in codd. Fuk. et Savil.

(97) *Εὐπαρακολούθητον.* Feliciter mihi vertisse videor *docilitatem*. Nam παρακολουθεῖν proprie dicuntur auditores, qui sensum verborum assequuntur. Male ergo Musculus et Christophorsonus *obsequium* interpretati sunt.

(98) *Τῶν προκειμένων ἐπιβατεύειν.* Musculus vertit, *instare proposito*, multo rectius quam Christophorsonus, qui vertit: *Ea quæ erant ab aliis proposita, munire*.

(99) *Ἁπλωμέναις.* Hic quoque Musculus multo rectius vertit, quam Christophorsonus et Langus. Nam Christophorsonus vertit, *puris erga Deum ac simplicibus animis*. Atque ita fere Langus. At Musculus recte interpretatus est, *cordibus ad Deum expansis*. Sed et longe ante Musculum Rufinus, recte hunc locum exposuerat, *patefactis cordibus Deo*.

(1) *Συγκαταβάσει.* Hoc loco συγκατάβασις ponitur non pro dispensatione, sed pro συμβιβάσει, id est, unitione, ut sic dicam, et reconciliatione, qua voce utitur Dionysius paulo supra, καὶ συμβιβάζουσα τοὺς ἀντιδιατιθεμένους. Eodem sensu Paulus in *Epist. ad Colossens.* cap. II, συμβιβάζειν et συμβασμόν dixit.

Digitized by Google

ταῦτά φησι· « Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν ἠθέτησαν καὶ ἀνεσκεύασαν πάντη τὸ βιβλίον, καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες, ἄγνωστόν τε καὶ ἀσυλλόγιστον ἀποφαίνοντες· ψεύδεσθαί τε τὴν ἐπιγραφήν. Ἰωάννου γὰρ οὐκ εἶναι λέγουσιν· ἀλλ' οὐδ' ἀποκάλυψιν εἶναι, τὴν σφοδρῷ καὶ παχεῖ κεκαλυμμένην τῷ τῆς ἀγνοίας παραπετάσματι (2)· καὶ οὐχ ὅπως τῶν ἀποστόλων τινὰ, ἀλλ' οὐδ' ὅλως τῶν ἁγίων ἢ τῶν ἀπὸ τῆς Ἐκκλησίας τούτου γεγονέναι ποιητὴν τοῦ συγγράμματος. Κήρινθον δὲ τὸν καὶ ἀπ' ἐκείνου κληθεῖσαν Κηρινθιανὴν συστησάμενον αἵρεσιν, ἀξιόπιστον ἐπιφημίσαι θελήσαντα τῷ ἑαυτοῦ πλάσματι ὄνομα. Τοῦτο γὰρ εἶναι τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὸ δόγμα, ἐπίγειον ἔσεσθαι τὴν τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν, καὶ ὧν αὐτὸς ὠρέγετο φιλοσώματος ὢν καὶ πάνυ σαρκικὸς, ἐν τούτοις ὀνειροπολεῖν (2*), ἔσεσθαι, γαστρὸς καὶ τῶν ὑπὸ γαστέρα πλησμοναῖς, τουτέστι σιτίοις καὶ ποτοῖς, καὶ γάμοις, καὶ δι' ὧν εὐφημότερον ταῦτα ᾠήθη ποριεῖσθαι, ἑορταῖς καὶ θυσίαις, καὶ ἱερείων σφαγαῖς. Ἐγὼ δὲ ἀθετῆσαι μὲν οὐκ ἂν τολμήσαιμι τὸ βιβλίον, πολλῶν αὐτὸ διὰ σπουδῆς ἐχόντων ἀδελφῶν, μείζονα δὲ τῆς ἐμαυτοῦ φρονήσεως τὴν ὑπόληψιν τὴν περὶ αὐτοῦ λαμβάνων, κεκρυμμένην εἶναί τινα καὶ θαυμασιωτέραν τὴν καθ' ἕκαστον ἐκδοχὴν ὑπολαμβάνω. Καὶ γὰρ εἰ μὴ συνίημι, ἀλλ' ὑπονοῶ γε νοῦν τινα βαθύτερον ἐγκεῖσθαι τοῖς ῥήμασιν. Οὐκ ἰδίῳ ταῦτα μετρῶν καὶ κρίνων λογισμῷ, πίστει δὲ πλέον νέμων, ὑψηλότερα ἢ ὑπ' ἐμοῦ καταληφθῆναι νενόμικα· καὶ οὐκ ἀποδοκιμάζω ταῦτα ἃ μὴ συνεώρακα, θαυμάζω δὲ μᾶλλον ὅτι μὴ καὶ εἶδον. » Ἐπὶ τούτοις τὴν ὅλην τῆς Ἀποκαλύψεως βασανίσας γραφὴν, ἀδύνατον δὲ αὐτὴν κατὰ τὴν πρόχειρον ἀποδείξας νοεῖσθαι διάνοιαν, ἐπιφέρει λέγων· « Συντελέσας δὴ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν προφητείαν, μακαρίζει ὁ προφήτης τούς τε φυλάσσοντας αὐτὴν, καὶ δὴ καὶ ἑαυτόν. « Μακάριος γάρ, φησιν, ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου· » κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. Καλεῖσθαι μὲν οὖν αὐτὸν Ἰωάννην, καὶ εἶναι τὴν γραφὴν Ἰωάννου ταύτην, οὐκ ἀντερῶ. Ἁγίου μὲν γὰρ εἶναί τινος καὶ θεοπνεύστου συναινῶ. Οὐ μὴν ῥᾳδίως ἂν συνθείμην τοῦτον εἶναι τὸν ἀπόστολον, τὸν υἱὸν Ζεβεδαίου, τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου, οὗ τὸ Εὐαγγέλιον τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐπιγεγραμμένον, καὶ ἡ Ἐπιστολὴ ἡ Καθολική. Τεκμαίρομαι γὰρ ἔκ τε τοῦ ἤθους ἑκατέρων, καὶ τοῦ τῶν λόγων εἴδους, καὶ τῆς τοῦ βιβλίου διεξαγωγῆς λεγομένης (3), μὴ τὸν αὐτὸν εἶναι. Ὁ μὲν γὰρ εὐαγγελιστὴς οὐδαμοῦ τὸ ὄνομα αὐτοῦ παρεγγράφει, οὐδὲ κηρύσσει ἑαυτὸν, οὔτε διὰ τοῦ Εὐαγγελίου, οὔτε διὰ τῆς Ἐπιστολῆς. » Εἶθ' ὑποδὰς, πάλιν ταῦτα λέγει· « Ἰωάννης δὲ οὐδὲ ὡς περὶ ἑαυτοῦ οὐδὲ ὡς περὶ ἑτέρου· ὁ δὲ τὴν Ἀποκάλυψιν γράψας, εὐθύς τε ἑαυτὸν ἐν ἀρχῇ προ-

nis ita scribit : « Nonnulli quidem ex iis qui nos præcesserunt, librum hunc repudiarunt penitus ac refutarunt, singula ejus capita refellentes, eumque absque ullo sensu et ratiocinatione scriptum esse monstrantes. Ad hæc **273** inscriptionem libri falsam esse dicunt. Neque enim auctorem ejus esse Joannem. Sed neque eam Revelationem esse, quippe quæ tam crasso tamque opaco ignorantiæ obducta sit velo. Et non modo apostolorum neminem, sed ne ullum quidem e sanctis et ecclesiasticis viris hujus libelli conditorem fuisse affirmant. Cerinthum enim, qui nominis sui sectam conflavit, cum magnæ auctoritatis nomen ad faciendam fidem commentis suis vellet præfigere, Joannis titulum operi suo indidisse. Quippe hanc B Cerinthi opinionem fuisse, regnum Christi terrenum futurum : et in iis maxime rebus quas ipse utpote carnalis, et voluptatibus corporis deditus præcipue concupiscebat, hæsurum : in ventris scilicet et eorum quæ sub ventre sunt satietate, id est, in cibis ac poculis, in nuptiis et in iis quibus ista honestius parari posse existimabat, festis nimirum et sacrificiis, et hostiarum mactationibus. Ego vero librum illum rejicere omnino non ausim, præsertim cum multi ex fratribus eum magni faciant. Sed hujusmodi de illo opinionem concipiens quasi sensus mei modum excedat, arcanam quamdam planeque admirabilem singularum rerum intelligentiam latere existimo. Nam etsi ipse non intelligo, suspicor tamen altiorem quemdam sensum C verbis subesse. Eaque non meo ipsius judicio metior atque æstimo : sed plus fidei tribuens, sublimiora esse censeo quam ut a me percipiantur. Nec ea condemno quæ intelligere non potui, verum inde admiror magis quod capere non possum. » Post hæc integro Revelationis libro examinato, postquam apertissime ostendit, eum prorsus intelligi non posse juxta obvium verborum sensum, hæc subjicit : « Absoluta demum universa prædictione sua, propheta beatos pronuntiat tum eos qui eam servaverint, tum seipsum. « Beatus, inquit, qui servat verba prophetiæ libri hujus : et ego ipse Joannes qui hæc vidi atque audivi. » Joannem igitur hunc vocari, et librum a Joanne scriptum esse, non inficior. Fateor enim sancti cujusdam et divino Spiritu afflati viri id opus esse. Sed hunc ipsum esse apostolum, Zebedæi filium, Jacobi fratrem; cujus est Evangelium illud quod secundum Joannem inscribitur, et Epistola catholica, haud facile concesserim. Nam ex utriusque genio et forma loquendi, et ex libelli **274** totius ductu ac dispositione, non

(2) *Ἀγνοίας παραπετάσματι.* Niceph. habet ἀγνωσίας.

(2*) *Ὀνειροπολεῖν.* Scribendum videtur ὀνειροπολεῖ vel ὠνειροπόλει. Paulo post ubi legebatur εὐθυμότερον, emendavi εὐφημότερον, ex codd. Maz., Med., Fuk. et Savil., quibus suscribit Nicephorus, et Eusebius ipse in libro III, cap. 27, ubi hunc locum Dionysii adducit.

(3) *Διεξαγωγῆς λεγομένης.* Hoc vocabulum proprium fuit rethorum, ut vox illa λεγομένης a Dionysio adjuncta satis indicat. Et Musculus quidem *tractatum libri* interpretatur. Christophorsonus autem *discursum*. Ego διεξαγωγήν idem esse censeo quod dispositionem sive οἰκονομίαν. Nam διεξαγαγεῖν, idem est ac διοικεῖν, ut scribit Suidas. Possis etiam interpretari formam et rationem scribendi seu characterem, quod confirmat Dionysius. Primo enim ἀπὸ τοῦ ἤθους probat Apocalypsim non esse Joannis apostoli. Deinde ex stylo et forma scribendi; id est, ex dictione atque sententiis.

Digitized by Google

unum eumdemque scriptorem esse conjicio. Quippe evangelista quidem nullibi nomen suum ascribit, nec semetipse, aut in Evangelio, aut in Epistola prædicat. » Et paulo post subdit : « Joannes vero nusquam, nec tanquam de seipso nec tanquam de altero. At ille qui Revelationem scripsit, in ipso statim exordio nomen suum præfigit cum ait : « Revelatio Jesu Christi quam dedit ipsi ut palam faceret servis suis celeriter, et significavit mittens per angelum suum Joanni servo suo, qui testificatus est Verbum Dei et testimonium ejus quæcunque vidit. » Ad hæc Epistolam scribit : « Joannes, inquit, septem Ecclesiis quæ sunt in Asia. Gratia vobis et pax. » Evangelistes vero ne catholicæ quidem Epistolæ nomen suum præfixit, sed absque ulla verborum ambage ab ipso divinæ Revelationis mysterio exorsus est : « Quod fuit, inquit, ab initio : quod audivimus, quod vidimus oculis nostris. » Ob hujusmodi enim Revelationem Petrum Dominus beatum prædicavit his verbis : « Beatus es, Simon fili Jonæ, quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est. » Sed neque in secunda ac tertia, quæ Joanni vulgo ascribuntur, Epistolis, quamvis brevissimis, Joannis vocabulum prostat, verum absque ullo nomine *Senior* inscribitur. Alter autem ille non satis habuit nomine suo semel edito narrationem deinceps prosequi : sed iterum repetit : « Ego Joannes, frater et consors vester in tribulatione et regno et in patientia Jesu; fui in insula quæ Patmos vocatur, propter Verbum Dei et testimonium Jesu. » Et sub finem libri rursus hæc addit : « Beatus qui servat verba prophetiæ libri hujus, et ego Joannes qui hæc vidi et audivi. » Joannem igitur esse auctorem hujus libri, ipsi id affirmanti credendum est. Sed quisnam ille fuerit Joannes, incertum. Neque enim seipsum esse dicit, sicut in Evangelio sæpius dicitur, discipulum illum quem dilexit Dominus, aut illum qui supra pectus Domini recubuit, aut fratrem Jacobi : aut illum denique qui Dominum vidit atque audivit. Aliquid enim horum quæ memorata sunt certe dixisset, si seipsum liquido voluisset ostendere. Sed horum quidem nihil posuit : fratrem vero duntaxat et consortem **275** nostrum sese appellavit, et testem Jesu; beatum denique ob visam atque auditam Revelationem. Ac plurimos quidem fuisse opinor Joanni apostolo cognomines, qui propter singularem erga illum benevolentiam, et quod hominem mirarentur ac suspicerent, et perinde ac ille a Domino diligi ambirent, hoc cognomentum adamaverint : quemadmodum ex fidelium liberis multos Pauli

(4) *Ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται.* Notandus est hic Dionysii locus de antiqua Christianorum consuetudine, qui Petri Paulique et aliorum sanctorum nomina liberis suis imponebant, tum honoris ac benevolentiæ causa, tum ut liberi sui Deo chari acceptique essent, non minus quam sancti illi fuerant. Hinc est quod Chrysostomus in tomo primo, in oratione de sancto Meletio, Antiochenos tanta benevolentia Meletium complexos esse scribit, ut parentes liberis suis nomen illius imponerent, quo domum suam ejus præsentia exornarent. Idem Chrysostomus, homilia 21 *in Genesim*, auditores suos hortatur, ut non quævis nomina temere ac fortuito, nec avorum aut proavorum, aut illustrium virorum, sed sanctorum potius hominum qui virtutibus refulserunt, liberis suis imponant appellationes, ut eorum exemplo ad virtutem incendantur.

A τάσσει· Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν αὐτῷ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἐν τάχει. Καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν αὐτοῦ ὅσα εἶδεν. » Εἶτα καὶ Ἐπιστολὴν γράφει· « Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ Ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ, χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη. » Ὁ δέ γε εὐαγγελιστὴς, οὐδὲ τῆς καθολικῆς ἐπιστολῆς προέγραψεν ἑαυτοῦ τὸ ὄνομα, ἀλλὰ ἀπερίττως ἀπ' αὐτοῦ τοῦ μυστηρίου τῆς θείας Ἀποκαλύψεως ἤρξατο· « Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. » Ἐπὶ ταύτῃ γὰρ τῇ Ἀποκαλύψει καὶ ὁ Κύριος τὸν Πέτρον ἐμακάρισεν εἰπών· « Μακάριος εἶ, Σίμων βὰρ Ἰωνᾶ, ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος. » Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ δευτέρᾳ φερομένῃ Ἰωάν-
B νου καὶ τρίτῃ, καίτοι βραχείαις οὔσαις Ἐπιστολαῖς, ὁ Ἰωάννης ὀνόματι πρόκειται, ἀλλὰ ἀνώνυμος ὁ *Πρεσβύτερος* γέγραπται. Οὗτος δέ γε οὐδὲ αὐταρκες ἐνόμισεν εἰσάπαξ ἑαυτὸν ὀνομάσας, διηγεῖσθαι τὰ ἑξῆς, ἀλλὰ πάλιν ἀναλαμβάνει· « Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ βασιλείᾳ, καὶ ἐν ὑπομονῇ Ἰησοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν Λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ. » Καὶ δὴ καὶ πρὸς τῷ τέλει ταῦτα εἶπε· « Μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. Κἀγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων καὶ ἀκούων ταῦτα. » Ὅτι μὲν οὖν Ἰωάννης ἐστὶν ὁ ταῦτα γράφων, αὐτῷ λέγοντι πιστευτέον· ποῖος δὲ οὗτος, δῆλον. Οὐ
C γὰρ εἶπεν ἑαυτὸν εἶναι, ὡς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ πολλαχοῦ, τὸν ἠγαπημένον ὑπὸ τοῦ Κυρίου μαθητὴν, οὐδὲ τὸν ἀδελφὸν Ἰακώβου, οὐδὲ τὸν αὐτόπτην καὶ αὐτήκοον τοῦ Κυρίου γενόμενον. Εἶπε γὰρ ἄν τι τούτων τῶν προδεδηλωμένων, σαφῶς ἑαυτὸν ἐμφανίσαι βουλόμενος. Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐδέν. Ἀδελφὸν δὲ ἡμῶν καὶ συγκοινωνὸν εἶπε καὶ μάρτυρα Ἰησοῦ, καὶ μακάριον ἐπὶ τῇ θέᾳ καὶ ἀκοῇ τῶν ἀποκαλύψεων. Πολλοὺς δὲ ὁμωνύμους Ἰωάννῃ τῷ ἀποστόλῳ νομίζω γεγονέναι, οἱ διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην, καὶ τὸ θαυμάζειν καὶ ζηλοῦν, ἀγαπηθῆναί τε ὁμοίως αὐτῷ βούλεσθαι ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ τὴν ἐπωνυμίαν τὴν αὐτὴν ἠσπάσαντο. Ὥσπερ καὶ ὁ Παῦλος πολὺς καὶ δὴ καὶ ὁ Πέτρος ἐν τοῖς τῶν πιστῶν παισὶν ὀνομάζεται (4). Ἔστι μὲν οὖν καὶ ἕτερος Ἰωάννης ἐν ταῖς
D Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὁ ἐπικληθεὶς Μάρκος· ὃν Βαρνάβας καὶ Παῦλος ἑαυτοῖς συμπαρέλαβον, περὶ οὗ καὶ πάλιν λέγει· « Εἶχον δὲ καὶ Ἰωάννην ὑπηρέτην. » Εἰ δὲ οὗτος ὁ γράψας ἐστὶν, οὐκ ἂν φαίην· οὐδὲ γὰρ ἀφῖχθαι σὺν αὐτοῖς εἰς τὴν Ἀσίαν γέγραπται. « Ἀλλὰ ἀναχθέντες μὲν, φησὶν, ἀπὸ τῆς Πάφου οἱ περὶ Παῦλον, ἦλθον εἰς Πέργην τῆς Παμφυλίας. Ἰωάννης δὲ ἀποχωρήσας ἀπ' αὐτῶν, ὑπέστρεψεν εἰς Ἱεροσόλυμα. » Ἄλλον δέ τινα οἶμαι τῶν ἐν Ἀσίᾳ γενομένων· ἐπεὶ

Digitized by Google

καὶ δύο φασὶν ἐν Ἐφέσῳ γενέσθαι μνήματα, καὶ A ἑκάτερον Ἰωάννου λέγεσθαι. Καὶ ἀπὸ τῶν νοημάτων δὲ καὶ τῶν ῥημάτων καὶ τῆς συντάξεως (5) αὐτῶν, εἰκότως ἕτερος οὗτος παρ' ἐκεῖνον ὑπονοηθήσεται. Συνᾴδουσι μὲν γὰρ ἀλλήλοις τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ Ἐπιστολὴ, ὁμοίως τε ἄρχονται. Τὸ μέν φησιν, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· » ἡ δὲ, « Ὃ ἦν ἀπαρχῆς. » Τὸ μέν φησι, « Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν, καὶ ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς Μονογενοῦς παρὰ Πατρός· » ἡ δὲ τὰ αὐτὰ σμικρῷ παρηλλαγμένα· « Ὃ ἀκηκόαμεν, ὃ ἑωράκαμεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν, ὃ ἐθεασάμεθα, καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς· καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη. » Ταῦτα γὰρ προαναχρούεται διατεινόμενος, ὡς ἐν τοῖς ἑξῆς ἐδήλωσε πρὸς τοὺς οὐκ ἐν σαρκὶ φάσκοντας ἐληλυθέναι τὸν Κύριον· δι' ἃ καὶ συνῆψεν ἐπιμελῶς, B « Καὶ ὃ ἑωράκαμεν μαρτυροῦμεν, καὶ ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, ἥτις ἦν πρὸς τὸν Πατέρα, καὶ ἐφανερώθη ἡμῖν· ὃ ἑωράκαμεν καὶ ἀκηκόαμεν, ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν. » Ἔχεται αὐτοῦ καὶ τῶν προθέσεων οὐκ ἀφίσταται. Διὰ δὲ τῶν αὐτῶν κεφαλαίων (6) καὶ ὀνομάτων πάντα διεξέρχεται· ὧν τινα μὲν ἡμεῖς συντόμως ὑπομνήσομεν (7). Ὁ δὲ προσεχῶς ἐντυγχάνων, εὑρήσει ἐν ἑκατέρῳ πολλὴν τὴν ζωὴν, πολὺ τὸ φῶς, ἀποτροπὴν τοῦ σκότους, συνεχῆ τὴν ἀλήθειαν, τὴν χάριν, τὴν χαρὰν, τὴν σάρκα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου, τὴν κρίσιν, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, τὴν πρὸς ἡμᾶς ἀγάπην τοῦ Θεοῦ, τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἀγάπης ἐντολὴν, ὡς πάσας δεῖ φυλάσσειν τὰς ἐντολάς· ὁ ἔλεγχος τοῦ κόσμου (8), τοῦ διαβόλου, τοῦ Ἀντι- C χρίστου, ἡ ἐπαγγελία τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἡ υἱοθεσία τοῦ Θεοῦ, ἡ διόλου πίστις ἡμῶν ἀπαιτουμένη, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς πανταχοῦ· καὶ ὅλως διὰ πάντων χαρακτηρίζοντας, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συνορᾷν τοῦ τε Εὐαγγελίου καὶ τῆς Ἐπιστολῆς χρῶτα πρόκειται. Ἀλλοιοτάτη δὲ καὶ ξένη παρὰ ταῦτα ἡ Ἀποκάλυψις, μήτε ἐφαπτομένη μήτε γειτνιῶσα τούτων μηδενὶ σχεδὸν, ὡς εἰπεῖν, μηδὲ συλλαβὴν πρὸς αὐτὰ κοινὴν ἔχουσα· ἀλλ' οὐδὲ μνήμην τινὰ οὐδὲ ἔννοιαν, οὔτε ἡ Ἐπιστολὴ τῆς Ἀποκαλύψεως ἔχει· ἐῶ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον· οὔτε τῆς Ἐπιστολῆς ἡ Ἀποκάλυψις· Παύλου διὰ τῶν ἐπιστολῶν ὑποφήναντός τι καὶ περὶ τῶν ἀποκαλύψεων αὐτοῦ, ἃς οὐκ ἐνέγραψε καθ' αὐτάς. Ἔτι δὲ καὶ τῆς φράσεως τὴν δια-

Petrique nominibus appellatos videmus. Est etiam alius Joannes in Actibus apostolorum, cognomento Marcus, quem Barnabas et Paulus comitem sibi adjunxerunt. De quo etiam rursus dicitur [48] : « Habebant autem Joannem ministrum. » An hic sit qui Revelationem scripsit, mihi non liquet. Neque enim una cum illis in Asiam venisse perhibetur. « Sed cum solvissent, inquit, a Papho, Paulus quidem Pergen Pamphyliæ profectus est; Joannes vero discedens ab illis, reversus est Hierosolymam [48*]. » Alium igitur esse censeo : unum scilicet eorum qui in Asia versati sunt. Duo enim apud Ephesum sepulcra fuisse traduntur, utrumque Joannis nomine insignitum. Ex sententiis quoque et ex verbis eorumque collocatione, facile conjicitur hunc ab illo diversum fuisse. Nam Evangelium et Epistola sibi mutuo consonant, et eodem ordiuntur modo. Sic enim incipit Evangelium : « In principio erat Verbum. » Epistola vero : « Quod fuit ab initio. » In illo dicitur : « Et Verbum caro factum est, et habitavit in nobis. Et vidimus gloriam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre. » Hæc vero eadem habet, paulisper tantum immutata : « Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, et manus nostræ contrectaverunt, de Verbo vitæ : et vita manifestata est. » Hæc enim ille veluti modulationis proludia præmittit, adversus eos qui Christum in carne advenisse negabant, ut in sequentibus ostendit. Quamobrem de industria subjunxit : « Et quod vidimus testamur, et annuntiamus vobis vitam æternam, quæ erat apud Patrem et apparuit nobis. Quod vidimus et audivimus, annuntiamus vobis. » Adeo totus ex se ipse pendet, et a propositionibus suis ne latum quidem unguem discedit; sed iisdem pene capitibus ac verbis cuncta prosequitur. Ex quibus nos quidem nonnulla breviter suggeremus. Qui vero attente perlegerit, in utroque sæpius vitam, **276** lucem, fugam tenebrarum; frequenter veritatem, gratiam, gaudium, carnem et sanguinem Domini, judicium, peccatorum remissionem; Dei erga nos dilectionem, mutuæ inter nos dilectionis præceptum : et universa præcepta servanda esse reperiet. Ad hæc condem-

[48] Act. XIII. [48*] Ibid.

(5) *Καὶ ἀπὸ τῶν νοημάτων δὲ καὶ ῥημάτων, καὶ τῆς συντάξεως αὐτῶν.* Hoc secundum est argumentum, quo Dionysius Alexandrinus conjiciebat, Apocalypsim et Evangelium Joannis non unius scriptoris opus esse. Primum enim argumentum quod id probabat, petitur ex moribus et instituto utriusque scriptoris, ut ipse Dionysius insinuavit his verbis : Τεκμαίρομαι γὰρ ἔκ τε τοῦ ἤθους ἑκατέρων. Et hoc quidem argumentum ad hæc usque verba quæ supra posuimus, Dionysius exsecutus est. Nunc vero alterum argumentum proponit ex verbis et sententiis utriusque scriptoris, et ex collocatione verborum. Sic enim cum Cicerone interpretor vocem illam σύνταξιν. Vide elegantissimum librum Dionysii Hal. *Περὶ συντάξεως ὀνομάτων*. Quanquam hoc loco σύνταξις, tam sententiarum, quam verborum dispositionem videtur D comprehendere. Porro ex hoc loco apparet, quantopere in critica exercitatus fuerit Dionysius Alexandrinus. Quippe proprium est critici, de scriptis veterum judicare, et quod verum ac germanum, quod spurium ac subdititium opus sit, discernere.

(6) *Τῶν αὐτῶν κεφαλαίων.* Periodos seu membra orationis intelligit, quibus integer sensus absolvitur. Sic initio hujus capitis dixit Dionysius, καθ' ἕκαστον κεφάλαιον διευθύνοντες. Græci περικοπὴν etiam dicunt; Latini *capitulum*.

(7) *Ὑπομνήσομεν.* Codd. Medicæus et Mazarinus ὑπομνήσωμεν. Magis tamen placet Fuk. codd. et Savil. scriptura, ὑπεμνήσαμεν.

(8) *Ἔλεγχος τοῦ κόσμου.* *Condemnationem* verti, rectius, ut opinor, quam *reprobationem*. Certe Glossarium vetus ἔλεγχον interpretatur judicium,

Digitized by Google

nationis elogium adversus mundum, diabolum et Antichristum, promissio sancti Spiritus, adoptio filiorum Dei, fides in omnibus a nobis præstanda : Pater et Filius ubique nominati, in utroque passim occurrunt. Denique in omnibus, si recte examinaveris, unus idemque utriusque scriptionis genius, Evangelii nimirum et Epistolæ, evidenter apparet. Apocalypsis vero ab his prorsus aliena est et extranea, nulla necessitudine aut vicinitate contingens quidquam ex supradictis, ac ne syllabam quidem unam cum illis communem habens. Sed neque Epistola (de Evangelio enim nihil dico) mentionem ullam aut significationem facit Apocalypseos, nec Apocalypsis Epistolæ : cum tamen Paulus in Epistolis nonnihil de revelationibus suis indicaverit, quas quidem ille in proprium volumen non retulit. Præterea ex dictione ipsa conjici potest, quantum Evangelium et Epistola differant ab Apocalypsi. Num illa quidem non modo emendate quod ad Græcum sermonem attinet, verum etiam cum summa et in tota orationis compositione perscripta sunt. Tantum abest ut barbarismus aliquis aut solœcismus, aut denique idiotismus quispiam in illis deprehendatur. Utroque enim præditus erat evangelistes, sermone nimirum ac scientia, cum hæc duo ipsi Dominus concessisset, scientiam simul et eloquentiam. Illum vero Revelationem quidem vidisse, et scientiam ac futurorum prædictionem accepisse non inficior. Verum dictionem ejus non admodum Græcam animadverto, sed barbarismis atque interdum solœcismis inquinatam. Quos quidem inpræsentiarum excerpere, haudquaquam necesse est. Neque enim subsannandi animo hæc a me dicta esse quisquam existimet, sed potius eo consilio, ut utriusque scripti dissimilitudinem expenderem. »

A φορὰν ἐστι τεκμήρασθαι τοῦ Εὐαγγελίου καὶ τῆς Ἐπιστολῆς πρὸς τὴν Ἀποκάλυψιν. Τὰ μὲν γὰρ οὐ μόνον ἀπταίστως κατὰ τὴν Ἑλλήνων φωνὴν, ἀλλὰ καὶ λογιώτατα ταῖς λέξεσι, τοῖς συλλογισμοῖς, ταῖς συντάξεσι τῆς ἑρμηνείας γέγραπται. Πολλοῦ γε δεῖ βάρβαρόν τινα φθόγγον, ἢ σολοικισμὸν, ἢ ὅλως ἰδιωτισμὸν ἐν αὐτοῖς εὑρεθῆναι. Ἑκάτερον γὰρ εἶχεν, ὡς ἔοικε, τὸν λόγον (9), ἀμφότερα αὐτῷ χαρισαμένου τοῦ Κυρίου, τόν τε τῆς γνώσεως, τόν τε τῆς φράσεως. Τούτῳ δὲ Ἀποκάλυψιν μὲν ἑωρακέναι, καὶ γνῶσιν εἰληφέναι καὶ προφητείαν, οὐκ ἀντερῶ, διάλεκτον μέντοι καὶ γλῶσσαν οὐκ ἀκριβῶς ἑλληνίζουσαν αὐτοῦ βλέπω, ἀλλ' ἰδιώμασι μὲν βαρβαρικοῖς χρώμενον, καί που καὶ σολοικίζοντα. Ἅπερ οὐκ ἀναγκαῖον νῦν ἐκλέγειν· οὐδὲ γὰρ ἐπισκώπτων, μή τις νομίσῃ, ταῦτα εἶπον, ἀλλὰ μόνον τὴν ἀνομοιότητα διευθύνων τῶν γραφῶν. »

B

277 CAPUT XXVI.

De epistolis Dionysii Alexandrinorum episcopi.

Præter has exstant aliæ complures Dionysii epistolæ, inter quas sunt illæ contra Sabellium scriptæ ad Ammonem Berenicensem episcopum, alia item ad Telesphorum, et ad Euphranorem altera; alia rursus ad Ammonem et Euporum. Quatuor etiam libros de eodem argumento composuit, quos gentili suo Dionysio Romanorum episcopo nuncupavit. Sed et aliæ plures sunt apud nos illius epistolæ, et

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Περὶ τῶν ἐπιστολῶν Διονυσίου (Nic. *H. E.* VI, 21).

Ἐπὶ ταύταις (10) τοῦ Διονυσίου φέρονται καὶ ἄλλαι πλείους ἐπιστολαί· ὥσπερ αἱ κατὰ Σαβελλίου πρὸς Ἄμμωνα τῆς κατὰ Βερνίκην Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον, καὶ ἡ πρὸς Τελεσφόρον, καὶ ἡ πρὸς Εὐφράνορα· καὶ πάλιν Ἄμμωνα καὶ Εὔπορον. Συντάττει δὲ περὶ τῆς αὐτῆς ὑποθέσεως καὶ ἄλλα τέσσαρα συγγράμματα (11), ἃ τῷ κατὰ Ῥώμην ὁμωνύμῳ Διονυσίῳ προσφωνεῖ. Καὶ πλείους δὲ παρὰ ταύτας εἰσὶν αὐτοῦ παρ'

(9) *Τὸν λόγον.* Τὸν λόγον τὴν γνῶσιν vulg. Posteriora duo verba expungenda sunt, quippe quæ sensum perturbant, nec in Mazarino, Fuketiano ac Medicæo codd. leguntur; porro per ἑκάτερον λόγον intelligit Dionysius τὸν ἐνδιάθετον καὶ τὸν προφορικὸν λόγον, id est, rationem quæ in mente recondita est, et quæ sermone profertur. Hoc est, quod subjungit Dionysius, τόν τε τῆς γνώσεως, τόν τε τῆς φράσεως. Sic enim scribendum est ex codd. Med., Fuk., Savil. et Mazar., non ut vulgo legitur, τόν τε τῆς σοφίας, τόν τε τῆς γνώσεως, absque ullo sensu.

(10) *Ἐπὶ ταύταις.* Ergo duo illi *De promissionibus* libri ex quibus superiora fragmenta excerpsit Eusebius, erant epistolæ. Quod etiam indicat locus quidam ex initio libri secundi, quem citat Eusebius in c. 22, Ἐν μὲν οὖν τῷ Ἀρσινοείτῃ γενόμενος, ἔνθα, ὡς οἶδας, πρὸ πολλοῦ τοῦτο ἐπεπόλαζετο δόγμα. Nam voces illæ ὡς οἶδας, epistolarem prorsus sermonem sapiunt. Verum quoniam hæ Dionysii epistolæ longiores erant, ideo libri etiam vocari possunt. Certe Rufinus in cap. 5 hujus libri, epistolas Dionysii Alexandrini de baptismo vocat libros. Sed et quatuor libri contra Sabellum quos Dionysio Romanæ urbis episcopo nuncupavit, nihil aliud erant quam prolixiores epistolæ, ut paulo post indicat Eusebius noster, qui et reliquos Dionysii libros epistolari forma ac stylo conscriptos fuisse testatur. Porro fragmentum ex lib. I Dionysii *Contra Sabellium*, citat Eusebius in lib. I *De præparatione.*

(11) *Ἄλλα τέσσαρα συγγράμματα.* Cum Dionysius Alexandrinus in epistolis quas contra Sabellium scripserat, de Christi divinitate non recte sensisse videretur, quidam episcopi Pentopolitani Romam profecti, coram Dionysio Romanæ urbis episcopo eum accusarunt. Quos cum Dionysius Romanus collecta in eam rem synodo audivisset, et excerptas ex Dionysii Alexandrini epistolis sententias examinasset, scripsit ad Dionysium Alexandrinum, ut fidem suam atque sententiam super ea re distinctius promeret. Quare Dionysius Alexandrinus quatuor a Romanum scripsit epistolas, quas inscripsit *Ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας*, ut docet Athanasius in libro *De sententia Dionysii Alexandrini*, et in libro *De synodo Arimini*: ubi fragmenta profert eorum librorum. Basilius quoque in libro *De Spiritu sancto ad Amphilochium*, cap. ultimo, fragmentum adducit ex epistola II Dionysii Alexand. ad Dionysium Romanum, ubi etiam testatur epistolam illam inscriptam fuisse *Περὶ ἐλέγχου καὶ ἀπολογίας*, id est, *De refutatione adversariorum ac defensione sua.*

D

Digitized by Google

ἡμῖν ἐπιστολαί, καὶ δὴ καὶ πολυεπεῖς λόγοι ἐν ἐπιστολῆς χαρακτῆρι γραφέντες· ὡς οἱ *Περὶ φύσεως* (12) Τιμοθέῳ τῷ παιδὶ προσπεφωνημένοι, καὶ ὁ *Περὶ πειρασμῶν*, ὃν καὶ αὐτὸν Εὐφράνορι ἀνατέθεικεν. Ἐπὶ τούτοις καὶ Βασιλείδῃ τῶν κατὰ Πεντάπολιν παροικιῶν ἐπισκόπῳ γράφων, φησὶν ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀρχὴν ἐξήγησιν πεποιῆσθαι τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ. Διαφόρους δ' ἡμῖν καὶ πρὸς τοῦτον (13) καταλέλοιπεν ἐπιστολάς. Τοσαῦτα ὁ Διονύσιος. Ἀλλὰ γὰρ ἤδη μετὰ τὴν περὶ τούτων ἱστορίαν, φέρε καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς τοῖς μετέπειτα γνωρίζειν γενεὰν ὁποία τις ἦν, παραδῶμεν.

A prolixiores libri epistolari forma ac stylo conscripti. Cujusmodi sunt illi *De natura* libri, Timotheo puero dedicati. Item liber *De tentationibus*, quem etiam Euphranori nuncupavit. Ipse præterea in epistola quam ad Basilidem Pentapolitanum episcopum scripsit, commentarium se composuisse testatur in principium libri qui Ecclesiastes dicitur. Porro ad hunc Basilidem varias etiam epistolas scriptas nobis reliquit. Atque hæc sunt Dionysii scripta. Verum, his jam expositis, nunc tandem quæ qualisque fuerit ætas nostra, posterorum notitiæ tradamus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Περὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως καὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ συστάσης ὑπ' αὐτοῦ αἱρέσεως (Nic. *H. E.* VI, 27).

CAPUT XXVII.

De Paulo Samosateno, et de hæresi ab eodem Antiochiæ instituta.

Ξύστου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας ἔτεσιν ἑνδέκα (14) προστάντα, διαδέχεται τῷ κατ' Ἀλεξάνδρειαν ὁμώνυμος Διονύσιος. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Δημητριανοῦ κατ' Ἀντιόχειαν τὸν βίον μεταλλάξαντος, τὴν ἐπισκοπὴν Παῦλος ὁ ἐκ Σαμοσάτων παραλαμβάνει. Τούτου δὲ ταπεινὰ καὶ χαμαιπετῆ περὶ τοῦ Χριστοῦ παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν διδασκαλίαν φρονήσαντος, ὡς κοινοῦ τὴν φύσιν ἀνθρώπου γενομένου, ὁ μὲν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Διονύσιος παρακληθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀφίκοιτο, γῆρας ὁμοῦ καὶ ἀσθένειαν τοῦ σώματος αἰτιασάμενος, ἀνατίθεται τὴν παρουσίαν, δι' ἐπιστολῆς τὴν αὐτοῦ γνώμην ἣν ἔχοι περὶ τοῦ ζητουμένου, παραστήσας. Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμένες, ἄλλος ἄλλοθεν ὡς ἐπὶ λυμεῶνα τῆς Χριστου ποίμνης συνίεσαν, οἱ πάντες ἐπὶ τὴν Ἀντιόχειαν σπεύδοντες.

Cum igitur Xystus undecim annis Ecclesiæ Romanæ præfuisset, in ejus locum successit Dionysius, Alexandrino illi cognominis. Sub idem tempus defuncto Antiochiæ Demetriano, Paulus Samosatensis episcopatum suscepit. Hic cum adversus Ecclesiæ doctrinam nimis abjecte et humiliter de Christo sentire cœpisset, quasi is nihil supra communem hominum naturam habuisset, Dionysius Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus rogatus ut ad concilium veniret, adventum quidem suum distulit, senectutem et infirmitatem corporis causatus. Cæterum quid ipse de hac quæstione sentiret, per epistolas indicavit. At reliqui Ecclesiarum pastores undique exciti, tanquam adversus gregis Dominici vastatorem, simul omnes Antiochiam convenerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Περὶ τῶν τότε γνωριζομένων διαφανῶν ἐπισκόπων.

278 CAPUT XXVIII.

De episcopis qui tunc præ cæteris insignes fuerunt.

Τούτων οἱ μάλιστα διέπρεπον, Φιρμιλιανὸς μὲν τῆς Καππαδοκῶν Καισαρείας ἐπίσκοπος ἦν· Γρηγόριος δὲ καὶ Ἀθηνόδωρος ἀδελφοί, τῶν κατὰ Πόντον παροικιῶν ποιμένες· καὶ ἐπὶ τούτοις Ἕλενος τῆς ἐν Ταρσῷ παροικίας, καὶ Νικόμας (15) τῆς ἐν Ἰκονίῳ·

Inter quos maxime eminebant Firmilianus Cæsareæ Cappadocum episcopus, Gregorius et Athenodorus fratres, Ecclesiarum apud Pontum episcopi; Helenus quoque Tarsi et Nicomas Iconii antistites; sed et Hymenæus qui Ecclesiam Hierosolymitanam

(12) *Οἱ περὶ φύσεως*. Ex hoc libro insigne fragmentum affert Eusebius in libro XIV *De præparatione*, sub finem. Hic porro Dionysii liber *De natura*, nuncupatus erat Τιμοθέῳ τῷ παιδί. Quæ quidem vox ambiguæ significationis est. Musculus quidem et Christophorsonus *filium* interpretati sunt. Ego *puerum* verti. Neque enim existimo Dionysium conjugem unquam habuisse. Eadem difficultas occurrit supra in lib. VI, cap. 40.

(13) *Ἡμῖν καὶ πρὸς τοῦτον*. Delevimus, post ἡμῖν, particulam τε, quæ nec in Mazarino, nec in Medicæo, Fuk. et Savil. codd. legitur. Porro ex multis illis Dionysii ad Basilidem epistolis, unica hodie superest, quam nobis conservavit Theodorus Balsamo.

(14) *Ἔτεσιν ἕνδεκα*. Graviter hic hallucinatur Eusebius. Neque enim undecim annis Xystus Romanam rexit Ecclesiam, sed biennio tantum ac mensibus undecim, ut scribitur in libro *De pontificibus Romanis*, quem primus edidit Cuspinianus. In eo libro anni pontificum Romanorum optime digesti sunt, a Callisto papa usque ad Liberii pontificatum. Et de Xysto quidem ita scribit: *Xystus annis* II, *mensibus undecim*, *diebus* VI, *cœpit a consulatu Maximi et Glabrionis usque Tusco et Basso, et passus est octavo Idus Augusti*. Idem testatur Cyprianus in epistola ad Successum; qui et ipse iisdem coss. sed in sequenti mense martyrium passus est. At Eusebius nihil de Xysti martyrio nec in *Chronico*, nec in *Historia ecclesiastica* dicit, quod valde miror: et multo magis mirarer, nisi scirem Eusebium in rebus per Occidentem gestis negligentiorem fuisse. Porro in *Chronico* quidem scribit Xystum sedisse annos VIII, cum hic undecim annos ei tribuat. Et Xysto quidem Dionysium papam successisse tradit anno Gallieni XII, in locum vero Dionysii Alexandrini Maximum successisse dicit anno II ejusdem Gallieni. Quod est absurdissimum, cum constet Dionysium Alexandrinum quatuor adversus Sabellium libros Dionysio Romanæ urbis episcopo nuncupasse, ut scribit Eusebius supra, capite 24. Cæterum in vetustissimo codice Mazarino et in Medicæo verba transposita sunt hoc modo: Ξύστου τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας, etc. Sic etiam scribitur in Saviliano.

(15) *Νικόμας*. Hoc nomen breviatum videtur pro Νικομήδης aut Νικόμαχος, eadem forma qua Lucas, Menas, Demas et similia. Apud Syncellum ultima syllaba circumflectitur Νικομᾶς. In vetustissimo codice Corbeiensis monasterii, qui collectionem canonum continet, inter episcopos qui concilio Nicæno subscripserunt, provinciæ Arabiæ primus nominatur Nicomas Bostritanus. Sic enim diserte

Digitized by Google

regebat, et Theotecnus qui Cæsariensem illi finitimam administrabat : Maximus præterea, qui Bostrensem Ecclesiam summa cum laude gubernavit. Sexcentos quoque alios qui una cum presbyteris et diaconis eo confluxerunt, nequaquam difficile fuerit recensere. Verum hi quos dixi, illustres præ cæteris habebantur. Omnibus igitur vario tempore diversimode ac sæpenumero in unum coeuntibus, multæ disputationes et quæstiones in uno quoque consessu agitatæ sunt, cum hinc Samosatensis Paulus dogmatis sui novitatem occultare adhuc niteretur, illinc sacerdotes hæresim illius et adversus Christum blasphemiam denudare atque in medium producere laborarent. Dum hæc aguntur, Dionysius extremum diem obiit, anno principatus Gallieni duodecimo, cum Alexandriæ episcopatum septemdecim annis obtinuisset. In ejus locum subrogatus est Maximus. At Gallienus imperio per quindecim continuos annos administrato, Claudium successorem reliquit. Qui cum biennium imperavisset, Aureliano deinceps tradidit principatum.

A οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας Ὑμέναιος, τῆς τε ὁμόρου ταύτης Καισαρείας Θεότεκνος, Μάξιμος ἔτι πρὸς τούτοις, τῶν κατὰ Βόστραν δὲ καὶ οὗτος ἀδελφῶν διαπρεπῶς ἡγεῖτο· μυρίους τε ἄλλους οὐκ ἂν ἀπορήσαι τις ἅμα πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας ἐν τῇ προειρημένῃ πόλει τηνικάδε συγκροτηθέντας ἀπαριθμούμενος. Ἀλλὰ τούτων γε οἱ μάλιστα ἐπιφανεῖς οἵδε ἦσαν. Πάντων οὖν κατὰ καιροὺς διαφόρως (16) καὶ πολλάκις ἐπὶ ταὐτὸ συνιόντων, λόγοι καὶ ζητήσεις καθ' ἑκάστην ἀνεκινοῦντο σύνοδον, τῶν μὲν ἀμφὶ τὸν Σαμοσατέα τὰ τῆς ἑτεροδοξίας ἐπικρύπτειν ἔτι καὶ παρακαλύπτεσθαι πειρωμένων, τῶν δὲ ἀπογυμνοῦν καὶ εἰς φανερὸν ἄγειν τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν εἰς Χριστὸν B βλασφημίαν αὐτοῦ, διὰ σπουδῆς ποιουμένων. Ἐν τούτῳ δὲ Διονύσιος τελευτᾷ, κατὰ τὸ δωδέκατον ἔτος τῆς Γαλλιηνοῦ βασιλείας, προστὰς τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἐπισκοπῆς ἔτεσιν ἑπτακαίδεκα· διαδέχεται δὲ αὐτὸν Μάξιμος. Γαλλιηνοῦ δὲ ἐφ' ὅλοις ἐνιαυτοῖς πεντεκαίδεκα τὴν ἀρχὴν κεκρατηκότος, Κλαύδιος κατέστη διάδοχος. Δεύτερον δὲ οὗτος διελθὼν ἔτος. Αὐρηλιανῷ μεταδίδωσι τὴν ἡγεμονίαν.

CAPUT XXIX.

Qualiter Paulus convictus a Malchione presbytero qui prius sophista fuerat, abdicatus est.

Hujus temporibus postrema synodus innumerabilium fere episcoporum congregata est, in qua auctor ille nefariæ apud Antiochiam hæreseos Paulus, convictus et ab omnibus manifestissime deprehensus falsi dogmatis reus, ab universa quæ sub cœlo C est Ecclesia catholica eliminatus est. Præcipue vero illum coarguit, et latere cupientem confutavit Malchion quidam, vir disertissimus, quippe qui sophisticæ apud Antiochiam scholæ præfuerat, et qui ob

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ὅπως ὁ Παῦλος ἐλεγχθεὶς ὑπὸ Μαλχίωνός τινος ἀπὸ σοφιστῶν πρεσβυτέρου, ἐξεκηρύχθη (Nic. *H. E.* VI, 28).

Καθ' ὃν (17) τελευταίας συγκροτηθείσης πλείστων ὅσων ἐπισκόπων συνόδου, φωραθεὶς καὶ πρὸς ἁπάντων ἤδη σαφῶς καταγνωσθεὶς ἑτεροδοξίαν ὁ τῆς κατὰ Ἀντιόχειαν αἱρέσεως ἀρχηγός, τῆς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀποκηρύττεται. Μάλιστα δ' αὐτὸν εὐθύνας ἐπικρυπτόμενον διήλεγξε Μαλχίων (18), ἀνὴρ τά τε ἄλλα λόγιος, καὶ σοφιστοῦ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας Ἑλληνικῶν παιδευτηρίων διατριβῆς πρόεστώς, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ δι' ὑπερβάλλουσαν τῆς

scribitur in eo codice, cum vulgati codices Nicomachum præferant. Ita etiam scriptum inveni in altero non minoris antiquitatis codice C. Justelli.

(16) *Κατὰ καιροὺς διαφόρως.* Omnes nostri codices uno consensu habent κατὰ καιρούς (vulgati, καιρόν). Itaque libenter scriberem κατὰ καιροὺς διαφόρους, cujusmodi errorem supra notavimus. Plures certe synodi adversus Paulum Samosatenum diversis temporibus congregatæ sunt, ut Eusebius Rufinusque testantur. Quod autem sequitur καὶ πολλάκις, id minime otiosum est ac superfluum. D Nam et plures diversis temporibus synodos conctas fuisse ait Eusebius, et in unaquaque synodo plures fuisse sessiones sive actiones. Prima quidem synodus Antiochiæ contra Paulum congregata est anno Gallieni XII, cui præsedit Firmilianus : de qua vide Baronium ad annum Christi 265 et 266.

(17) *Καθ' ὅν.* Subaudiri potest καιρόν, quomodo loqui solet Eusebius. Quod si quis Αὐρηλιανόν malit intelligere, equidem non magnopere repugnabo. Sed ex his verbis id tantum confici potest, synodum Antiochenam exordio principatus Aureliani contigisse. Proinde non assentior Baronio, qui hanc synodum refert anno II Aureliani. Sed Baronii sententiam prorsus evertit concilium Ephesinum, pag. 228, ubi Paulus Samosatenus damnatus dicitur ante annos centum et sexaginta. Sic enim habet libellus contestationis cleri Constantinopolitani publice in Ecclesia propositus, *quod Nestorius ejusdem sententiæ sit cum Paulo Samosateno, ante annos* 160, *ab orthodoxis episcopis anathemate condemnato.* Scriptus est hic libellus consulatu Theodosii Augusti XIII et Valentiniani III, anno antequam synodus in urbe Epheso congregaretur. Ab eo igitur consulatu si retro numeraveris annos centum et sexaginta solidos, incides in consulatum Claudii et Paterni, qui est annus Christi 270. Proinde synodus Antiochena in qua damnatus est Paulus, convenit Claudio et Paterno coss., anno Christi 270. Atque ita ponit Marianus Scotus et Hermannus Contractus in *Chronico*. Sed omnem dubitationem adimit epistola synodica Patrum Antiocheni concilii, quæ missa esse dicitur ad Dionysium Romanum episcopum. Cum enim constet Dionysium papam mortuum esse consulatu Claudii et Paterni VII Cal. Januarias, concilium Antiochenum serius omnino congregari non potuit. At Baronius qui concilium Antiochenum confert in annum II Aureliani, necesse habuit pontificatum Dionysii in eum usque annum producere, contra fidem librorum pontificalium Damasi et Anastasii. Quid quod anno II Aureliani bellum in Oriente gestum est adversus Zenobiam, capta cum aliis urbibus Antiochia, adeo ut synodus episcoporum eo anno congregari non potuerit.

(18) *Μαλχίων.* Leontius in libro I *Contra Nestorium*, affert fragmenta quædam ex disputatione Malchionis adversus Paulum Samosatensem. Apud Theodoritum in lib. II *Hæreticarum Fabularum*, Μολαχίων scribitur mendose. Hic ex confutatione

Digitized by Google

εἰς Χριστὸν πίστεως γνησιότητα, πρεσβυτερίου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένος· οὗτός γέ τοι ἐπισημειουμένων ταχυγράφων, ζήτησιν πρὸς αὐτὸν ἐνστησάμενος ἦν καὶ εἰς δεῦρο φερομένην ἴσμεν, μόνος ἴσχυσε τῶν ἄλλων κρυψίνουν ὄντα καὶ ἀπατηλὸν φοράσαι τὸν ἄνθρωπον.

A fidei **279** Christianæ sinceritatem, in ejus loci Ecclesia presbyterii honorem erat consecutus. Hic igitur adversus Paulum suscepta disputatione, excipientibus cuncta notariis (quæ quidem disputatio etiamnum exstat), occultos hominis sensus fraudesque detegere solus omnium valuit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Περὶ τῆς κατὰ Παύλου ἐπιστολῆς τῶν ἐπισκόπων (Nic. *H. E.* VI, 29, 30).

CAPUT XXX.

De epistola synodi contra Paulum.

Μίαν δὴ οὖν ἐκ κοινῆς γνώμης οἱ ἐπὶ ταὐτὸ συγκεκροτημένοι ποιμένες διαχαράξαντες ἐπιστολὴν εἰς πρόσωπον τοῦ τε Ῥωμαίων ἐπισκόπου Διονυσίου, καὶ Μαξίμου τοῦ κατ' Ἀλεξάνδρειαν, ἐπὶ πάσας διαπέμπονται τὰς ἐπαρχίας, τὴν αὐτῶν σπουδὴν τοῖς πᾶσι φανερὰν καθιστάντες, καὶ τοῦ Παύλου τὴν διάστροφον ἑτεροδοξίαν, ἐλέγχους τε καὶ ἐρωτήσεις ἃς πρὸς αὐτὸν ἀνακεκινήκασι, καὶ ἔτι τὸν πάντα βίον τε καὶ τρόπον τοῦ ἀνδρὸς διηγούμενοι· ἐξ ὧν μνήμης ἕνεκεν καλῶς ἂν ἔχοι ταύτας αὐτῶν ἐπὶ τοῦ παρόντος διελθεῖν τὰς φωνάς·

Omnes itaque in unum congregati antistites, unam ex communi sententia ad Dionysium Romanæ urbis episcopum, et ad Maximum Alexandrinum scripserunt epistolam, eamque ad omnes deinde provincias transmiserunt, tum ut studium suum ac diligentiam omnibus declararent, tum ut perversum Pauli dogma, confutationes quoque et disputationes adversus illum habitas, cunctamque hominis vitam ac mores exponerent. Porro ipsamet illorum verba, ad perpetuam posterorum memoriam non incommodum fuerit hic referre.

« Διονυσίῳ καὶ Μαξίμῳ καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην πᾶσι συλλειτουργοῖς ἡμῶν ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις, καὶ πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, Ἕλενος καὶ Ὑμέναιος, καὶ Θεόφιλος, καὶ Θεότεκνος, καὶ Μάξιμος, Πρόκλος, Νικόμας καὶ Αἰλιανὸς (19), καὶ Παῦλος, καὶ Βώλανος, καὶ Πρωτογένης, καὶ Ἱέραξ, καὶ Εὐτύχιος, καὶ Θεόδωρος, καὶ Μαλχίων, καὶ Λούκιος, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἡμῖν παροικοῦντες τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ ἔθνη ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι (20) τοῦ Θεοῦ ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. » Τούτοις μετὰ βραχέα ἐπιλέγουσι ταῦτα· « Ἐπεστέλλομεν δὲ ἅμα καὶ παρεκαλοῦμεν πολλοὺς καὶ τῶν μακρὰν ἐπισκόπων, ἐπὶ τὴν θεραπείαν τῆς θανατηφόρου διδασκαλίας, ὥσπερ καὶ Διονύσιον τὸν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας, καὶ Φιρμιλιανὸν τὸν ἀπὸ τῆς Καππαδοκίας, τοὺς μακαρίτας· ὧν ὁ μὲν ἐπέστειλεν εἰς τὴν Ἀντιόχειαν, τὸν ἡγεμόνα τῆς πλάνης οὐδὲ προσρήσεως ἀξιώσας, οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ (21), ἀλλὰ τῇ παροικίᾳ πάσῃ ἧς καὶ τὸ ἀντίγραφον ὑπετάξαμεν· ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς καὶ δὶς ἀφικόμενος, κατέγνω μὲν τῶν ὑπ' ἐκείνου καινοτομουμένων, ὡς ἴσμεν καὶ μαρτυροῦμεν οἱ παραγενόμενοι, καὶ ἄλλοι πολλοὶ συνίσασιν, ἐπαγγειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι, πιστεύσας καὶ ἐλπίσας ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας (22)

Omnes deinde interjectis, hæc subjungunt : « Scripsimus etiam ad complures episcopos longius dissitos, eosque hortati sumus ut ad exitialis doctrinæ morbum curandum accederent. Nam et ad Dionysium Alexandrinum, et ad Firmilianum Cappadociæ antistitem, beatæ recordationis viros, litteras dedimus. Quorum ille scripsit quidem Antiochiam ; sed erroris ducem ne salutatione quidem dignatus est; neque ad eum nominatim, verum ad universam Antiochensium Ecclesiam litteras suas direxit, quarum etiam exemplum hic subjecimus. Firmilianus vero cum bis Antiochiam venisset, damnavit quidem dogmatis ab illo invecti novitatem, ut testamur **280** nos qui adfuimus, et alii plures perinde ac nos optime norunt. Sed cum ille mutatu-

Pauli Samosateni tantam gloriam retulit, ut ea de causa in menologiis Græcorum meruerit consecrari, die XXVIII Octobris.

(19) *Αἰλιανός*. Vulg., Aimiliανός. In codd. Maz., Fuk., Savil. et Med. Αἰλιανός legitur. Rufinus quoque *Ælianum* vocat, atque ita fere Nicephorus et Syncellus. Cæterum Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*, testatur in hac Synodo LXX fuisse Patres qui Paulum Samosatensem deposuerunt.

(20) *Ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι καὶ διάκονοι, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι*. Notanda est imprimis hujus epistolæ inscriptio, quæ non solum episcoporum, sed presbyterorum et diaconorum, atque adeo plebis ipsius nomen præfixum continet. Eodem plane modo in *Actis Carthaginensis synodi*, cui præfuit Cyprianus : *Cum in unum Carthagine convenissent episcopi plurimi, cum presbyteris et diaconis, præsente etiam plebis maxima parte*, etc. Idem legitur in concilio Eliberitano.

(21) *Οὐδὲ πρὸς πρόσωπον γράψας αὐτῷ*. Falsa est igitur ac supposititia epistola Dionysii Alexandrini ad Paulum Samosatensem, quæ edita est in tomo XI *Bibliothecæ sanctorum Patrum* una cum X propositionibus Pauli Samosatensis, et Dionysii ad eas responsionibus. Nam Patres quidem Antiocheni concilii, affirmant Dionysium non dedisse litteras ad Paulum, sed tantum ad Ecclesiam Antiochensem. In illa autem epistola quæ Dionysii nomine publicata est, Dionysius bis Paulo scripsisse dicitur. Sed nec stylus epistolæ ac responsionis, reliquis Dionysii scriptis respondet. Itaque opus illud adulterinum esse, ob eas quas dixi rationes mihi persuadeo, licet Baronius eam epistolam pro vera ac germana habuerit.

(22) *Ἄνευ τινὸς περὶ τὸν λόγον λοιδορίας*.

Digitized by Google

rum se sententiam promisisset, credens ei Firmilianus, speransque sine ullo religionis nostræ probro atque dispendio rem optime posse constitui, distulit sententiam suam, deceptus scilicet ab homine qui Deum ac Dominum suum negabat, et qui fidem quam antea profitebatur, violaverat. Nunc quoque Antiochiam venturus erat Firmilianus, et jam Tarsum usque pervenerat. Quippe improbitatem hominis Deum negantis antea fuerat expertus. Sed cum nos jam convenissemus, interea loci dum illum accersimus; dum ejus adventum exspectamus, abiit e vita. » Deinde paulo post, cujusmodi fuerit hominis vita, exponunt his verbis: « Sed quoniam a fidei regula recedens, ad spuriam et adulterinam doctrinam se transtulit, hominis ab Ecclesia alieni actus examinare nihil attinet: neque quod cum antea pauper ac mendicus esset, nec ullas omnino facultates aut a parentibus relictas accepisset, aut artis illius exercitio sibi comparasset, nunc ad incredibilem opulentiam pervenit, per scelera ac sacrilegia, fratrumque concussiones: dum injuria affectos decepit, promittens quidem sese illis accepta mercede opem laturum: fallens autem ipsos, et ex facilitate litigantium, qui ut negotio liberentur quidvis dare parati sunt, lucrum inaniter captans, et pietatem quæstum esse existimans. Neque quod fastu et arrogantia supra modum elatus sæculares gerit dignitates, et ducenarius vocari quam episcopus mavult: per forum magnifice incedens, epistolas legens ac dictans inter ambulandum palam ac publice; stipatusque maxima hominum multitudine, partim præeuntium, partim subsequentium, adeo ut ex illius fastu et arrogantia incredibilis invidia odiumque multorum adversus fidem nostram conflatum sit. Neque item attinet examinare ambitiosam hominis vanitatem in ecclesiasticis conventibus, quam omni

A τὸ πρᾶγμα εἰς δέον καταστήσεσθαι, ἀνεβάλετο παρακρουσθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ καὶ τὸν Θεὸν τὸν ἑαυτοῦ καὶ Κύριον ἀρνουμένου, καὶ τὴν πίστιν ἣν καὶ αὐτὸς πρότερον εἶχε, μὴ φυλάξαντος. Ἔμελλε δὲ καὶ νῦν ὁ Φιρμιλιανὸς εἰς τὴν Ἀντιόχειαν διαβήσεσθαι, καὶ μέχρι γε Ταρσῶν ἥκεν, ἅτε τῆς ἀρνησιθέου αὐτοῦ κακίας πεῖραν εἰληφώς· ἀλλὰ γὰρ μεταξὺ συνελη-
λυθότων ἡμῶν καὶ καλούντων, καὶ ἀναμενόντων ἄχρις ἂν ἔλθῃ, τέλος ἔσχε τοῦ βίου. » Μεθ' ἕτερα δ' αὖθις τὸν βίον τοῦ αὐτοῦ οἵας ἐτύγχανεν ἀγωγῆς, διαγράφουσιν ἐν τούτοις· « Ὅπου δὲ ἀποστὰς τοῦ κανόνος (23) ἐπὶ κίβδηλα καὶ νόθα διδάγματα μετελήλυθεν,
B οὐδὲν δεῖ τοῦ ἔξω ὄντος τὰς πράξεις κρίνειν· οὐδὲ ὅτι πρότερον πένης ὢν καὶ πτωχὸς, καὶ μήτε παρὰ πατέρων παραλαβὼν μηδεμίαν εὐπορίαν, μήτε ἐκ τέχνης ἤ τινος ἐπιτηδεύματος κτησάμενος, νῦν εἰς ὑπερβάλλοντα πλοῦτον ἐλήλακεν, ἐξ ἀνομιῶν καὶ ἱερο-
συλιῶν, καὶ ὧν αἰτεῖ καὶ σείει τοὺς ἀδελφοὺς (24), καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους (25), καὶ ὑπισχνούμενος βοηθήσειν μισθοῦ, ψευδόμενος δὲ καὶ τούτους, καὶ μάτην καρπούμενος (26) τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι ὑπὲρ ἀπαλλαγῆς τῶν ἐνοχλούντων, πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν (27)· καὶ οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ (28) καὶ ὑπερῆρται κοσμικὰ ἀξιώματα ὑποδυόμενος, καὶ δουκηνάριος (29) μᾶλλον ἢ ἐπίσκοπος θέλων καλεῖσθαι, καὶ σοβῶν κατὰ τὰς ἀγορὰς, καὶ ἐπιστολὰς ἀναγινώσκων καὶ ὑπαγορεύων ἅμα (30) βαδίζων δημοσίᾳ, καὶ δορυφορούμενος, τῶν μὲν προπορευομένων, τῶν δὲ ἑφεπο-
μένων πολλῶν τὸν ἀριθμὸν, ὡς καὶ τὴν πίστιν φθονεῖσθαι καὶ μισεῖσθαι διὰ τὸν ὄγκον αὐτοῦ καὶ τὴν
C ὑπερηφανίαν τῆς καρδίας· οὔτε τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς συνόδοις τερατείαν ἣν μηχανᾶται δοξοκοπῶν καὶ φαντασιοκοπῶν, καὶ τὰς τῶν ἀκεραιοτέρων ψυχὰς τοῖς τοιούτοις ἐκπλήττων, βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλὸν (31) ἑαυτῷ κατασκευασάμενος,

Male hunc locum vertit Christophorsonus, qui Rufinum recte præeuntem sequi noluit. Vertit enim *sine ulla verborum contumelia*, cum vertendum esset *sine ulla religionis nostræ contumelia*.

(23) Ἀποστὰς τοῦ κανόνος. Sic vocant Patres regulam fidei. Ita Eusebius in libro IV, cap. 23, de Dionysio Corinthiorum episcopo loquens: Τῷ τῆς ἀληθείας παρίσταται κανόνι.

(24) *Σείει τοὺς ἀδελφούς*. Duplici ratione concussionis crimen admittitur; aut cum terrore potestatis, magistratus vel miles aliquid exigit; aut
D cum per fraudem et calumniam, suffragii prætextu aliquid a quopiam elicitur, ut in lege 1, D. De calumniatoribus. Hoc secundum genus concussionis intelligunt Patres concilii Antiocheni. De primo genere concussionis loquitur Maximinus in epistola ad Sabinum, quam refert Eusebius in lib. IX, c. 9. Nescio autem cur tantopere refugit Christophorsonus vocem *concutere* et *concussionis*, cum tamen sint Latinæ, et a veteribus jurisconsultis crebro usurpatæ. Sed et in Evangelio ea vox habetur, ubi Joannes militibus ita præcipit: *Neminem concutiatis: contenti estote stipendiis vestris*. Apud Græcos antiquissimus est usus vocis σείειν eo sensu pro calumniari. Sic enim Aristophanes et Teleclides loquuntur, teste Suida in voce σεῖσαι.

(25) *Καταβραβεύων τοὺς ἀδικουμένους*. Langus vertit *præmia accipiens*, non male. Utitur hac voce Paulus in Epist. II ad Colossenses, cap. III.

(26) *Μάτην καρπούμενος*. Vox μάτην referenda est non ad Paulum ipsum qui hac arte pecuniam corradebat, sed ad litigantes qui pecuniam suam quam Paulo dederant, ut suffragium suum ipsis commodaret, perdebant absque ullo fructu.

(27) *Πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν*. Hæc verba desumpta sunt ex *Epistola* I *ad Timotheum*. cap. 6.

(28) *Οὔτε ὡς ὑψηλὰ φρονεῖ*. In vetustissim. codd. Mazarino, Fuk. et Medicæo legitur καὶ οὕτως ὑψηλοφρονεῖ. Sed rectior est vulgata scriptura, quam Regius codex et Syncellus, et Nicephorus confirmant. Hæc enim verba pendent ex superioribus.

(29) *Δουκηνάριος*. De procuratoribus ducenariis vide quæ scripsit Salmasius in notis ad *Historiam Augustam*. Sic dicebantur procuratores, qui ducena sestertia annui salarii nomine accipiebant a principe, ut clare docet Dio in lib. LIII, pag. 506.

(30) Ὑπαγορεύων ἅμα. Post hanc vocem punctum in summo notatur, tum in codice Regio, tum apud Nicephorum et Syncellum. Sed cum in codice Medicæo et Mazarino nulla hic notetur distinctio, malim legere uno ductu ὑπαγορεύων ἅμα βαδίζων δημοσίᾳ, etc. Certe Rufinus hunc locum ita legit atque intellexit, ut ex ejus versione apparet. *Nam et incedens per plateas, tali quadam ambitione utebatur, publice epistolas relegens, atque in auditu omnium et oculis dictans.*

(31) *Βῆμα μὲν καὶ θρόνον ὑψηλόν*. Reprehen-

Digitized by Google

οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητὴς, σήκρητόν τε (32), ὥσπερ οἱ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων, παίων δὲ τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν, καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσὶ, καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ὥσπερ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις (33), μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις, ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις, τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν καὶ ἐνυβρίζων, καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου παροινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ, καὶ μεγαλοῤῥημονῶν περὶ ἑαυτοῦ, καθάπερ οὐχ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης· ψαλμοὺς δὲ τοὺς μὲν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παύσας, ὡς δὴ νεωτέρους καὶ νεωτέρων ἀνδρῶν συγγράμματα, εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐν μέσῃ τῇ Ἐκκλησίᾳ, τῇ μεγάλῃ τοῦ Πάσχα ἡμέρᾳ ψαλμῳδεῖν γυναῖκας παρασκευάζων, ὧν καὶ ἀκούσας ἄν τις φρίξειεν· οἷα καὶ τοὺς θωπεύοντας αὐτὸν ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν (34) τε καὶ πόλεων, καὶ πρεσβυτέρους ἐν ταῖς πρὸς τὸν λαὸν ὁμιλίαις καθίησι διαλέγεσθαι. Τὸν μὲν γὰρ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ βούλεται συνομολογεῖν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι, ἵνα τι προλαβόντες τῶν μελλόντων γραφήσεσθαι θῶμεν· καὶ τοῦτο οὐ λόγῳ ψιλῷ ῥηθήσεται, ἀλλ' ἐξ ὧν ἐπέμψαμεν ὑπομνημάτων (35) δείκνυται πολλαχόθεν, οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπου λέγει Ἰησοῦν Χριστὸν κάτωθεν. Οἱ δὲ εἰς αὐτὸν ψάλλοντες καὶ ἐγκωμιάζοντες ἐν τῷ λαῷ, ἄγγελον τὸν ἀσεβῆ διδάσκαλον ἑαυτῶν ἐξ οὐρανοῦ κατεληλυθέναι λέγουσι. Καὶ ταῦτα οὐ κωλύει, ἀλλὰ καὶ λεγομένοις πάρεστιν ὁ ὑπερήφανος. Τὰς δὲ συνεισάκτους (36) αὐτοῦ γυναῖκας, ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομά-

A studio consectatur, nihil aliud quam inanem gloriam captans, et pompam affectans, atque hujusmodi artibus animos imperitorum perterrefaciens. Nam et tribunal et sublimem thronum, non ut Christi discipulus sibi ipse construxit, et secretum, perinde ac sæculares magistratus, ita appellatum habuit. Ad hæc femur manu percutere et tribunal pedibus pulsare **281** solitus. Eos vero qui non laudarent, nec ut in theatris fieri solet oraria concuterent, neque una cum fautoribus ipsius, viris ac mulierculis indecore auscultantibus exclamarent atque exsilirent, sed cum gravitate ac modestia sicut in domo Dei decet audirent, increpabat et contumeliis afficiebat. Et alios quidem legis nostræ doctores jam vita functos petulanter in concione lacerabat: de se autem ipse B magnifice loquebatur, non ut episcopus, sed ut sophista quidam et impostor. Quin etiam psalmos in honorem Domini Jesu Christi cani solitos, quasi novellos et a recentioribus hominibus compositos abolevit. Mulieres autem magno Paschæ die in media ecclesia psalmos quosdam canere ad sui ipsius laudem instituit; quod quidem audientibus horrorem merito incusserit. Episcopos quoque vicinorum pagorum et civitatum, nec non et presbyteros assentatores suos submisit, qui in suis ad populum concionibus eadem de ipso prædicarent. Etenim Filium Dei e cœlo descendisse nobiscum confiteri renuit, ut aliquid obiter præmittamus ex iis quæ infra uberius exponentur. Neque id simplici assertione C nostra, sed ex ipsis quæ ad vos misimus gestis non semel declaratur, maxime vero ubi dicit Jesum Christum e terra ortum fuisse. At vero illi qui in

dunt Patres Antiocheni concilii in Paulo episcopo Antiochiæ, non quod thronum habuerit. Hoc enim insigne erat episcoporum, ut in throno seu cathedra sederent. Qui mos jam inde ab apostolicis temporibus invaluerat in Ecclesia. Certe Jacobi fratris Domini thronum, Hierosolymis adhuc sua ætate servatum fuisse testatur Eusebius in capite 18, supra. Id igitur in Paulo damnant memorati Patres, quod tribunal sibi exstrui curasset in ecclesia, et in eo thronum sublimem sibi statuisset. Recte itaque Rufinus hunc locum ita vertit: *In ecclesia vero tribunal sibi multo altius quam fuerat exstrui, et thronum in excelsioribus collocari jubet.* Episcopi quidem sedebant in cathedra paulo altiore quam reliqui presbyteri, ut dicemus ad lib. x, sed tribunal D non habebant. Postea vero invaluerunt absidæ gradatæ et exhedræ, de quibus Ambrosius loquuntur et Augustinus: quæ quidem a tribunali parum differebant.

(32) Vulg. *σήκρητον δέ* et mox *παίων τε*. In codice Maz., Med. et Fuk. legitur σήκρητόν τε, rectius ut opinor. Sed mox legendum est παίων δέ, non, ut vulgo editum est, τε. Hunc locum non intellexerunt interpretes Musculus et Christophorsonus. Secretum proprium erat magistratuum et majorum judicum; locus scilicet interior prætorii, cancellis munitus, ac velis obpansis inclusus, in quo magistratus sedebant, dum reorum causas cognoscerent. Vide quæ notavi ad Amm. Marcellini lib. xv, pag. 87.

(33) *Κατασείουσι ταῖς ὀθόναις*. Solebant olim in theatris spectatores in signum favoris oraria concutere. Vide quæ notavit Casaubonus ad Vopiscum in Aureliano. Ubi Vopiscus dicit Aurelianum primum omnium oraria dedisse populo Romano ad favorem. Aurelianus igitur id acceperat ab Orientalibus, qui longe ante ipsum orariis ad eam rem utebantur, ut docet hic locus, et Philostratus in cap. 5, lib. I *De vita Apollonii*, loquens de Tarsensibus, et Dio lib. LXI in fine.

(34) *Ἐπισκόπους τῶν ὁμόρων ἀγρῶν*. Chorepiscopos intelligere videtur. Eos enim distinguit epistola ab episcopis urbium. Hos igitur in concionibus ad populum, similia ac mulieres illas psaltrias de Paulo dixisse asserunt Patres, quod Christophorsonus non intellexit.

(35) *Ὑπομνημάτων*. Quod supra observavimus, errare vulgo interpretes in hujus vocis explicatione, id perspicuum fit hoc loco. Nam et Langus et Musculus et Christophorsonus *commentarios* interpretati sunt, cum *acta* seu *gesta* vertere debuissent. Acta autem illa synodi Antiochenæ nihil aliud erant quam disputatio Malchionis adversus Paulum Samosatenum, quæ a notariis excepta fuerat, ut supra dixit Eusebius. Ex iis Actis testimonia quædam profert Leontius Byzantius in lib. III *Contra Nestorium*, eaque distinguere videtur a disputatione Malchionis contra Paulum, ubi etiam doctus interpres *commentarios* vertit.

(36) *Συνεισάκτους*. Quid essent συνείσακτοι mulieres, jam pridem notavit Joannes Langus vir doctissimus ad librum VI Nicephori cap. 30, et post illum Beatus Rhenanus ad librum VII Rufini. Quorum doctis observationibus nihil est quod addamus. Hujusmodi mulieres a clericis vulgo sorores vocabantur. Id me docuit canon 3 concilii Nicæni, qui in vetustissimo codice Corbeiensi hanc habet inscriptionem: *De subintroductis, id est, adoptivis*

Digitized by Google

ejus honorem psalmos canunt, et coram populo eum deprædicant, ipsum quem impietatis doctorem habuerunt, angelum esse dicunt e cœlo delapsum. Atque hæc ille omnium hominum superbissimus non prohibet, sed interest ipse cum dicuntur. Quid hic referre attinet subintroductas, ut Antiocheni vocant, mulieres, tam ipsius quam presbyterorum ejus ac diaconorum? In quibus non hoc solum, sed etiam alia insanabilia crimina, quorum conscius est et quorum ipsos reos esse convicit, nihilominus tegit ac dissimulat, ut illos sibi obnoxios habeat : utque dum sibi ipsis metuunt, ipsum ob ea quæ impie agit ac loquitur accusare non audeant. Ad hæc divitiis eos locupletavit. Cujus rei causa ab iis qui talia concupiscunt amatur atque suspicitur. Quid, inquam, attinet hæc scribere? Scimus utique, fratres dilectissimi, episcopum et universum clerum, bonorum operum exemplum multitudini præbere debere. Neque illud ignoramus, quot ex ejusmodi mulierum contubernio partim in præceps lapsi sint, partim in suspicionem venerint. Itaque etiamsi quis concesserit nihil ab eo turpe **282** committi, suspicionem tamen quæ inde nasci solet, vitari oportebat, ne quemquam offenderet, neve aliquos ad imitationem sui provocaret. Quo enim modo increpabit alium et admonebit ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat, ne forte corruat sicut scriptum est : Is qui unam quidem jam dimisit, duas vero ætate florentes et forma conspicuas secum habet, et quocunque proficiscitur circumducit; idque deliciis diffluens et epulis sese ingurgitans. His de causis omnes quidem apud se privatim ingemiscunt atque suspirant : sed potentiam ejus ac tyrannidem adeo reformidant, ut accusare illum non audeant. Verum de his sicut antea diximus, examinaverit fortasse aliquis et in judicium vocaverit hominem catholicæ professionis, nobisque fidei ac ministerii societate conjunctum. Ab hoc vero qui prodito atque ejurato religionis nostræ mysterio ad exsecrandam Trans-

A Εὐσεβίου κεχράτηται, καὶ τοῦ Ἀναταλίου δὲ τὸν βίον μεταλλάξαντος, τῆς ἐκεῖσε παροικίας ὕστατος τῶν πρὸ τοῦ διωγμοῦ καθίσταται Στέφανος· λόγων μὲν φιλοσόφων καὶ τῆς ἄλλης παρ' Ἕλλησι παιδείας, παρὰ τοῖς πολλοῖς θαυμασθείς, οὐχ ὁμοίως γε μὴν (73) περὶ τὴν θείαν πίστιν διατεθειμένος, ὡς προϊὼν ὁ τοῦ διωγμοῦ καιρὸς ἀπήλεγξεν, εἴρωνα μᾶλλον δειλόν τε καὶ ἀνανδρον, ἢπερ ἀληθῆ φιλόσοφον ἀποδείξας τὸν ἄνδρα. Οὐ μὴν ἐπὶ τούτῳ γε καταστρέφειν ἤμελλε τὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἀνορθοῦται δ' αὐτὰ, πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων Σωτῆρος (74) αὐτίκα τῆς αὐτόθι παροικίας ἐπίσκοπος ἀναδειχθείς, Θεόδοτος, πράγμασιν αὐτοῖς ἀνὴρ καὶ τὸ κύριον ὄνομα καὶ τὸν ἐπίσκοπον ἐπαληθεύσας. Ἰατρικῆς μὲν γὰρ σωμάτων ἀπεφέρετο τὰ πρῶτα τῆς ἐπιστήμης, ψυχῶν B δὲ θεραπευτικῆς, οἷος οὐδὲ ἄλλος ἀνθρώπων ἐτύγχανε, φιλανθρωπίας, γνησιότητος, συμπαθείας, σπουδῆς τῆς τῶν παρ' αὐτοῦ δεομένων (75) ὠφελείας ἕνεκεν. Πολὺ δὲ ἦν αὐτῷ καὶ τὸ περὶ τὰ θεῖα μαθήματα συντηκημένον. Οὗτος μὲν δὴ τοιοῦτος ἦν. Ἐν Καισαρείᾳ δὲ τῆς Παλαιστίνης σπουδαιότατα θεότεκνον τὴν ἐπισκοπὴν διελθόντα, Ἀγάπιος διαδέχεται· ὃν καὶ πολλὰ καμεῖν, γνησιωτάτην τε πρόνοιαν τῆς τοῦ λαοῦ προστασίας ἴσμεν πεποιημένον, πλουσίᾳ τε χειρὶ πάντων μάλιστα πενήτων ἐπιμεμελημένον. Κατὰ τοῦτον ἐλλογιμώτατον αὐτῷ τε βίῳ φιλόσοφον ἀληθῆ, πρεσβείου τῆς αὐτόθι παροικίας ἠξιωμένον, Πάμφιλον ἔγνωμεν· ὃν ὁποῖός τις ἦν καὶ ὅθεν ὁρμώμενος, οὐ σμικρᾶς ἂν γένοιτο δῆλοῦν ὑποθέσεως· ἕκαστα δὲ C τοῦ κατ' αὐτὸν βίου καὶ ἧς συνεστήσατο διατριβῆς (76), τούς τε κατὰ τὸν διωγμὸν ἐν διαφόροις ὁμολογίαις ἀγῶνας αὐτοῦ, καὶ ὃν ἐπὶ πᾶσιν ἀνεδήσατο τοῦ μαρτυρίου στέφανον, ἐν ἰδίᾳ τῇ περὶ αὐτοῦ διειλήφαμεν ὑποθέσει (77). Ἀλλ' οὗτος μὲν τῶν τῇδε θαυμασιώτατος. Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς (78)

Aureliani scribit: *Eusebius Laodicenus insignis habetur.*

(73) *Οὐχ ὁμοίως γε μήν.* Rufinus et Nicephorus hæc verba sic intelligunt, quasi dicere voluerit Eusebius, Stephanum haud perinde ac prædecessores ipsius, erga fidem fuisse animatum. Ego vero sic intelligo, non perinde erga fidem ac erga philosophiam et Græcanicas disciplinas illum affectum fuisse.

(74) *Πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ τοῦ πάντων Σωτῆρος.* Hæc verba Musculus et Christophorsonus referunt ad verbum ἀνορθοῦται, et post eas voces punctum D finale apposuerunt. Sic enim vertit Musculus: *Cum autem sub eo periclitaturæ essent res Ecclesiæ, ab ipso DeoServatore omnium sustentatæ sunt.* Musculi versionem secutus est Christophorsonus. Ego vero, re attentius examinata, verba illa πρὸς αὐτοῦ Θεοῦ referenda esse censeo ad ἐπίσκοπος ἀναδειχθείς, ut sensus sit ejusmodi: Nam continuo Theodotus ab ipso omnium Servatore Deo episcopus illius Ecclesiæ declaratus, cuncta restituit. Fefellit interpretes prava hujus loci interpunctio, quæ etiam in scriptis codicibus reperitur; et vox ἀνορθοῦται, quam passive sumi existimarunt.

(75) *Τῆς τῶν παρ' αὐτοῦ δεομένων.* In codd. Medicæo, Fuk. et Maz. scriptum reperi: τῶν τῆς παρ' αὐτοῦ δεομένων ὠφελίας, quam lectionem vulgatæ anteferendam puto. Sic enim construenda sunt hæc verba: ἕνεκα τῶν δεομένων τῆς παρ' αὐτοῦ ὠφελείας.

(76) *Ἧς συνεστήσατο διατριβῆς.* Hæc verba Musculus ita vertit: *In qua schola institutus fuerit.* Christophorsonus vero, Musculi vestigiis insistens, vertit: *Qua ratione institutus.* Ego vero scholam Cæsareæ a Pamphilo institutam intelligo. De bibliotheca Cæsariensi a Pamphilo composita Hieronymus in *Catalogo* ubi de Matthæo loquitur, et in epistola ad Marcellam.

(77) *Ἐν ἰδίᾳ ὑποθέσει.* Male Christophorsonus vertit *in separato quodam libello.* Nam Eusebius tres libros de Vita Pamphili scripserat, ut testatur Hieronymus tum in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, tum in *Apologia adversus Rufinum.*

(78) *Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα καθ' ἡμᾶς.* Id est, inter eos vero qui propius ad nostram usque ætatem pervenerunt. Neque enim assentior Musculo et Christophorsono, qui vocem μάλιστα referunt ad σπανιωτάτους. Pierius enim et Meletius, de quibus mox loquitur Eusebius, ad Constantini usque tempora vixerunt. De Pierio vide Hieronymum et Photium in *Bibliotheca* Eum Rufinus non Pierium vocat, sed Hierium. Sic enim scribitur in mss. Rufini, et in vetere *Martyrologio Romano* die IV Novembris. Quod quidem *Martyrologium* maxima parte ex Rufini *Ecclesiastica historia* descriptum esse observavi; translatis etiam in illud mendis quæ apud Rufinum leguntur. Itaque frustra Rosweidus vetus martyrologium Romanum hoc esse existimavit; cum nec vetus sit, nec Romanum. Nam si Romanum esset, solos martyres qui Romæ colebantur commemo-

Digitized by Google

σπανιωτάτους γενομένους ἴσμεν, τῶν μὲν ἐπ' Ἀλεξανδρείας πρεσβυτέρων Πιέριον, Μελέτιον δὲ τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν (79) ἐπίσκοπον. Ἀλλ' ὁ μὲν ἄκρως ἀκτήμονι βίῳ καὶ μαθήμασι φιλοσόφοις δεδοκίμαστο, ταῖς περὶ τὰ θεῖα θεωρίαις καὶ ἐξηγήσεσι, καὶ ταῖς ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς Ἐκκλησίας διαλέξεσιν ὑπερφυῶς ἐξησκημένος· ὁ δὲ Μελέτιος, τὸ μέλι τῆς Ἀττικῆς (80) ἐκάλουν αὐτὸν οἱ ἀπὸ παιδείας, τοιοῦτος ἦν, οἷον ἂν γράψειέ τις τῶν κατὰ πάντα λόγων ἕνεκα τελεώτατον· ῥητορικῆς μέν γε τὴν ἀρετὴν οὐδὲ οἷόν τε θαυμάζειν ἐπαξίως. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἶναι αὐτῷ φαίη ἄν τις τὸ κατὰ φύσιν. Τῆς δ' ἄλλης πολυπειρίας τε καὶ πολυμαθείας (81) τίς ἂν τὴν ἀρετὴν ὑπερβάλοιτο; Ὅτι δὴ ἐπὶ πάσαις λογικαῖς ἐπιστήμαις τὸν τεχνικώτατον καὶ λογιώτατον καὶ μόνον πεῖραν αὐτοῦ λαβὼν ἂν εἴπῃς. Ἐφάμιλλα δὲ αὐτῷ καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς παρῆν τοῦ βίου. Τοῦτον κατὰ τὸν τοῦ διωγμοῦ καιρὸν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην κλίμασι διαδιδράσκοντα ἐφ' ὅλοις ἔτεσιν ἑπτὰ κατενοήσαμεν. Τῆς δ' ἐν Ἱεροσολύμοις Ἐκκλησίας μετὰ τὸν σμικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένον ἐπίσκοπον Ὑμέναιον, Ζάμβδας τὴν λειτουργίαν παραλαμβάνει. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τούτου κεκοιμημένου, Ἕρμων ὕστατος τῶν μέχρι τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ, τὸν εἰσέτι νῦν ἐκεῖσε πεφυλαγμένον (82) ἀποστολικὸν διαδέχεται θρόνον.

opere complexi **289** sumus. Et Pamphilus quidem supra omnes qui hic versabantur, maximæ admirationi fuit. Inter eos vero qui proxime ad nostra usque tempora accesserunt, singulares atque eximios viros novimus Pierium quidem Alexandrinæ urbis presbyterum ; Meletium vero Ponticarum ecclesiarum episcopum. Ac Pierius quidem spontanea paupertate et philosophicis disciplinis illustris, in sacrarum Litterarum contemplatione atque expositione, et in ecclesiasticis concionibus apprime exercitatus fuit. Meletius vero, quem vulgo mel Atticum docti homines vocabant, talis omnino fuit, qualem quis hominem perfectissimum in omni genere doctrinæ vellet describere. Eloquentiam quidem quod attinet, nemo illum pro merito laudaverit. Sed hanc facultatem a natura ipsi insitam fuisse aliquis fortasse dicet. Reliquam vero peritiam ac multiplicem eruditionem, quis est qui possit unquam superare? Certe quicunque vel semel ejus periculum fecerit, in omnibus disciplinis quæ ratiocinatione nituntur subtilissimum ac disertissimum fuisse fatebitur. Jam vero virtus vitæque sanctimonia, nullatenus iis dotibus inferior erat. Hunc nos persecutionis tempore in Palæstina latitantem septem annorum spatio videre meruimus.

raret. Atqui videmus, omnium gentium ac locorum martyres in eo recenseri. Quod si quis vetus Romanum martyrologium cupit cognoscere, illud ipsum esse aio, quod edidit Bucherius cum canone Victorii Aquitani. Cui subnectendum illud quod habetur in *Sacramentario* Gregorii Magni, et in *Kalendario* nuper Parisiis edito a R. P. Frontone. Quanquam hæc kalendaria potius sunt quam martyrologia. Martyrologium autem Romanum nullum unquam proprie fuit. Illud enim cujus meminit Gregorius Magnus in epistola ad Eulogium, martyrologium est B. Hieronymi, quo Occidentalis Ecclesia tunc utebatur, ut alibi demonstrabimus.

(79) *Μελέτιον τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν.* Hic est quem magnum Meletium vocat Athanasius in oratione contra Arianos, pag. 291, ubi recensens episcopos qui inter orthodoxos erant celeberrimi, magnum Basilium et Meletium ac Longinianum episcopos Armeniæ et Ponti nominat. Philostorgius in libro 1, hunc Sebastopoleos in Ponto episcopum fuisse dicit, et cum Basilio Amasiæ episcopo Nicænæ synodo interfuisse, et ab Arianorum partibus stetisse, ut refert Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei.* Sed hæc falso a Philostorgio conscripta esse testatur Athanasius in loco quem supra indicavi. De eodem Meletio loquitur Basilius in libro ad Amphilochium *De Spiritu sancto*, cap. ultimo : Καὶ Μελέτιον τὸν πάνυ, ἐπὶ ταύτης εἶναι τῆς γνώμης οἱ συγγεγονότες φασί. Id est : *Sed et magnum Meletium in eadem fuisse sententia, narrant qui cum eo versati sunt.*

(80) *Τὸ μέλι τῆς Ἀττικῆς.* Ergo Meletius ἀπὸ τοῦ μέλιτος dicitur. Sane Gregorius Nazianz. in Iambicis, Meletium Antiochenum episcopum μέλιτος ἐπώνυμον vocat. Itaque nihil causæ erat, cur Nicephorus in hoc loco Melitium pro Meletio substitueret. Melitium tamen hunc vocat etiam Nicetas in lib. v *Thesauri* sui, cap. 7, ex Philostorgio.

(81) *Πολυμαθείας.* Sic recte cod. Med. Fuk., Sav. et Maz.; Vulg., φιλομ. Paulo post, ubi legitur εἴπεν ἄν, codex Medicæus scriptum habet ἂν εἴπεν. Mazarinus vero ἂν εἴπες, cui consentiunt codd. Fuk. ac Savilii.

(82) *Τὸν εἰσέτι νῦν ἐκεῖσε πεφυλαγμένον.* Intelligit cathedram Jacobi fratris Domini, quæ Hierosolymis servabatur, ut relatum est in cap. 19. Sic et Alexandriæ cathedra beati Marci evangelistæ, qui primus Alexandrinam fundavit Ecclesiam, diutissime servata est : de qua in Actis manuscriptis passionis B. Marci hæc habentur : *Adest etiam hujus rei testis, quæ usque in hodiernum diem ad confirmandam hujus veritatis assertionem in eadem Ecclesia perseverat, ex ebore utique antiquo cathedra, politis compacta tabulis ; in qua quidem stetisse illum dum evangelicas paginas exararet, præstantium non reticuit memoria relatorum. In cujus nimirum cathedræ sedili, nullus est ausus unquam pontificum deinceps residere. Sed in magna veneratione hactenus a cunctis exstat pontificibus humiliter honorata.* Quæ quidem sic interpretor, ut plerique ex Alexandrinis episcopis in cathedra B. Marci sedere recusaverint. Certe B. Petrus Alexandrinus nunquam in ea sedere voluit ; sed quoties gradus altaris conscendebat, ut pacem populo daret, in scabello quod erat ad pedes illius cathedræ, residere consueverat. Quod cum mirarentur clerici simul ac laici, causam eis Petrus aliquando hanc dixisse fertur : quoties ad cathedram illam propius accederet, totum se contremiscere. Cœlestem enim quamdam ac splendidissimam virtutem in ea cathedra sedentem a se conspici, quæ animum ipsius gaudio simul ac formidine compleret, ut legitur in *Actis* manuscriptis passionis ejusdem Petri. Cæterum non solius Jacobi et Marci, sed et omnium fere apostolorum cathedræ in iis quas fundaverant ecclesiis religiosissime servatæ sunt, ut docet Tertullianus in libro *De præscriptione hæreticorum* cap. 36. *Percurre*, inquit, *ecclesias apostolicas, apud quas ipsæ adhuc cathedræ apostolorum suis locis præsident, apud quas ipsæ authenticæ litteræ eorum recitantur.* Scio quidem Nicolaum Rigaltium cathedras illic interpretari principales ecclesias ab ipsis apostolis constitutas. Verum ille Tertulliani locus hanc interpretationem non admittit. Esset enim ταυτολογία, cum antea dixerit Tertullianus : *Percurre apostolicas ecclesias.* Idem igitur esset ac si diceret : Per-

Digitized by Google

Porro Hierosolymis post obitum Hymenæi, cujus paulo ante meminimus, Zabdas administrationem illius Ecclesiæ suscepit. Quo non multo post defuncto, Hermon, postremus eorum qui ante illam nostri temporis persecutionem fuerunt, apostolicam cathedram quæ illic etiamnum servatur, obtinuit. Alexandriæ vero cum Maximus post mortem Dionysii Ecclesiam octodecim annis rexisset, in ejus locum successit Theonas. Sub quo etiam Achillas eodem quo Pierius tempore, presbyterii honore decoratus, Alexandriæ claruit. Cui etiam Christianæ fidei institutio commissa erat. Hic præ cæteris omnibus, sublimioris philosophiæ et evangelicæ conversationis sincerum specimen operibus ipsis exhibuit. Post Theonam, qui annis novemdecim ministerio perfunctus est, episcopatum Alexandriæ sortitus est Petrus. Qui quidem toto sacerdotii sui tempore, quod annis gessit duodecim, maximam quoque ipse gloriam est consecutus. Et ante persecutionem quidem tribus fere annis Ecclesiam rexit. Deinceps vero reliquum tempus **290** ætatis arctiore disciplina semet exercens transegit; nec minus interim

Καὶ ἐπ' Ἀλεξανδρείας δὲ Μάξιμον ὀκτωκαίδεκα ἔτεσι μετὰ τὴν Διονυσίου τελευτὴν ἐπισκοπεύσαντα Θεωνᾶς διαδέχεται· καθ' ὃν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπὶ ταὐτὸν τῷ Πιερίῳ πρεσβυτερίου ἠξιωμένος Ἀχιλλᾶς ἐγνωρίζετο, τῆς ἱερᾶς πίστεως τὸ διδασκαλεῖον ἐγκεχειρισμένος, οὐδενὸς ἧττον σπανιώτατον φιλοσοφίας ἔργον καὶ πολιτείας εὐαγγελικῆς τρόπον γνήσιον ἐπιδεδειγμένος. Μετὰ δὲ Θεωνᾶν ἐννεακαίδεκα ἔτεσιν ἐξυπηρετησάμενον, διαδέχεται τὴν ἐπισκοπὴν τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας Πέτρος, ἐν τοῖς μάλιστα καὶ αὐτὸς διαπρέψας ἐφ' ὅλοις δυοκαίδεκα ἐνιαυτοῖς· ὧν πρὸ τοῦ διωγμοῦ τρισὶν οὐδ' ὅλοις ἔτεσιν ἡγησάμενος τῆς Ἐκκλησίας, τὸν λοιπὸν τοῦ βίου χρόνον εὐτονωτέρᾳ τῇ συνασκήσει (83) ἑαυτόν τε ἦγε, καὶ τῆς κοινῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ὠφελείας οὐκ ἀφανῶς ἐπεμέλετο. Ταύτῃ δ' οὖν ἐνάτῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς, τῷ τοῦ μαρτυρίου κατεκοσμήθη στεφάνῳ.

Ἐν τούτοις τὴν τῶν διαδόχων περιγράψαντες ὑπόθεσιν, ἀπὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενέσεως ἐπὶ τὴν τῶν προσευκτηρίων καθαίρεσιν, εἰς ἔτη συντείνουσαν πέντε καὶ τριακόσια (84), φέρε ἐξῆς τοὺς καθ' ἡμᾶς

curre ecclesias apostolicas apud quas ecclesiæ apostolorum suis locis præsident. Quare de ipsis apostolorum sedilibus necessario intelligendus est hic Tertulliani locus. Duo enim signa et quasi γνωρίσματα apostolicarum ecclesiarum hic notat Tertullianus. Primum est cathedra in qua sedit apostolus, secundum epistolæ quarum authenticum exemplar servabat ecclesia ad quam scriptæ fuerant.

(83) *Εὐτονωτέρᾳ τῇ συνασκήσει.* Rufinus vertit: *cum se arctioribus vinculis continentiæ destringeret.* Sic enim habet vetustissimus codex manuscriptus Ecclesiæ Parisiensis. Nihil frequentius occurrit apud Eusebium quam vox ἄσκησις et φιλοσοφία. Quas voces a philosophis mutuati sunt Christiani, ut jam observavi ad cap. 16 lib. II. Certe philosophi ἀσκητὰς vocabant eos qui severioris vitæ genus profitebantur, arctiore disciplina sese ad virtutem formantes. Hinc est, quod Artemidorus, in lib. IV, cap. 35, Alexandrum philosophum ἄνδρα ἀσκητήν vocat. Et in lib. V, cap. 16: Ἐφιλοσόφησεν εὐτόνως καὶ τοῖς λόγοις καὶ τῇ ἀσκήσει χρησάμενος· ἀκολούθως. Vides ἄσκησιν, id est, asceticam philosophiam, opponi philosophiæ quæ in nudis verbis consistit. Ita explicare soleo, quod ait Marcus Antonius in libro I *De rebus ad se pertinentibus*, cap. 7: Μηδὲ φανταστοπλήκτως τὸν ἀσκητικὸν, καὶ τὸν εὐεργετικὸν ἄνδρα ἐπιδείκνυσθαι. Porro Christiani, cum hoc nomen sibi adscivissent, primum quidem clericis ascetarum vocabulum indiderunt, ut notavi ad cap. 16 lib. II. Postea vero monachi hoc nomen sibi vindicarunt. Sed initio ita fuisse, ut dixi, probatur, tum exemplo Petri Alexandrini episcopi, tum Pierii presbyteri, quos ascetas fuisse testatur Eusebius in hoc capite. Hieronymus in *Catalogo* de Pierio loquens: *Constat hunc miræ ἀσκήσεως et appetitorem voluntariæ paupertatis*, etc. Sic etiam Eusebius in cap. II, de martyribus Palæstinæ, Pamphilum presbyterum ascetam vocat his verbis: φιλοσόφῳ πολιτείᾳ καὶ ἀσκήσει διαπρέψας. Cæterum Rufinus in hujus loci versione quædam addidit de suo, quæ ad *Vitam* B. Petri Alexandrini pertinent. Sic enim habet: *Reliquos vero novem diversis in tentationum generibus duxit. Cumque se semper in omni agone persecutionum positus, arctioribus vinculis continentiæ destringeret*, etc. Quantis persecutionum fluctibus vexatus toto episcopatus sui tempore fuerit Petrus, docet Ammonius monachus in libro *De cæde SS. Patrum in monte Sina et in solitudine Raithu*, his verbis: Ἐγένετό μοι ποτὲ καθεζομένῳ ἐπὶ τὸ ταπεινόν μου κελλίον, πλησίον Ἀλεξανδρείας, ἐν τόπῳ καλουμένῳ Κανόβῳ, λογισμὸς ἀποδημῆσαι εἰς τὰ μέρη τῆς Παλαιστίνης. Πρῶτον μὲν γὰρ οὐχ ὑποφέρων βλέπειν τὰς θλίψεις, καὶ τὸν καθ' ἡμέραν γινόμενον κίνδυνον τῶν πιστῶν ἀπὸ τῶν παρανόμων τυράννων, τὸν ἁγιώτατον ἡμῶν ἐπίσκοπον Πέτρον ἀπὸ τόπου εἰς τόπον κρυπτόμενον καὶ φεύγοντα, καὶ μὴ δυνάμενον τὸ σύνολον ἐν ἀνέσει καὶ παῤῥησίᾳ ποιμαίνειν τὴν ἱερὰν αὐτοῦ ποίμνην· ἅμα δὲ καὶ ἐπιθυμῶν θεάσασθαι τοὺς σεβασμίους τόπους, καὶ προσκυνῆσαι τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ζωοποιὸν καὶ ἄχραντον ἀνάστασιν τοῦ Κυρίου, etc. Id est: *Cum in cellula mea sederem juxta Alexandriam in loco qui dicitur Canopus, venit mihi in mentem ut proficiscerer in Palæstinam. Primum enim æquo animo ferre non poteram, cum viderem vexationes et quotidiana pericula quæ fideles sub iniquissimis tyrannis sustinebant; Petrumque sanctissimum episcopum hac illac subinde fugientem ac sese occultantem; cui proprium gregem secure ac libere pascere non licebat. Deinde vero loca sancta videre magnopere cupiebam, et sepulcrum Domini nostri, et vivificam atque incontaminatam ejus resurrectionem coram adorare.* Idem quoque testatur Petrus ipse de se, in sermone illo quem adhuc in carcere positus habuit ad Achillam et Alexandrum presbyteros. Exstat hic sermo in *Actis* mss. ejusdem Petri Alexandrini: Οἴδατε γὰρ, ἀδελφοὶ, ἕως μεθ' ὑμῶν ἦν, ὅσην εἶχον τὴν περὶ αὐτοῦ (supple ποιμνίου) μέριμναν, μεθ' ὅσων τε τῶν δακρύων καὶ θλίψεων τὸν πάντα χρόνον τῆς ἐν ὑμῖν διῆλθον ἀναστροφῆς, τόπον ἐκ τόπου διαμείβων διὰ τὰς εἰδωλομανούντων ἐπιβουλὰς, καὶ τοῦτο μὲν εἰς Μεσοποταμίαν ἀναστρεφόμενος, τοῦτο δὲ τὴν τῆς Φοινίκης Συρίαν· καὶ ὅπως ποτὲ μὲν ἡ Παλαιστίνη, ποτὲ δὲ καὶ διάφοροι τῶν νήσων εἶχον ἡμᾶς. Ubi tamen quod ait Petrus Alexandrinus fugisse se in Mesopotamiam, non legitur apud Anastasium bibliothecarium qui *Acta* illa passionis beati Petri, nondum a Symeone Metaphraste interpolata, Latine vertit.

(84) *Εἰς ἔτη πέντε καὶ τριακόσια.* Hic locus in primis notandus est, quo Eusebius tempus omne quod in *Historia ecclesiastica* complexus est, in unam summam colligit. Ait igitur a natali Domini ac Servatoris nostri, usque ad eversionem eccle-

Digitized by Google

τῶν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀνδρισαμένων ἀγῶνας, ὅσοι τε καὶ πηλίκοι γεγόνασι, καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς εἰδέναι διὰ γραφῆς καταλείψωμεν.

Τέλος τοῦ ἑβδόμου λόγου.

A communi Ecclesiarum utilitati magnifice prospexit. Quam ob causam nono persecutionis anno capite truncatus, coronam martyrii promeruit. Verum episcoporum successionis historiam, quæ a nostri Servatoris ortu usque ad Ecclesiarum eversionem quinque ac trecentos annos complectitur, hic terminantes, deinceps quæ et quanta fuerint certamina eorum qui ætate nostra pro religione fortiter depugnarunt, ad posterorum memoriam litteris mandare aggrediamur.

Finis libri septimi.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Η'.

EUSEBII PAMPHILI

ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ

LIBER OCTAVUS.

ΤΑΔΕ ΚΑ' Η ΟΓΔΟΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΔΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Περὶ τῶν πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ.
β'. Περὶ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως.
γ'. Περὶ τοῦ τρόπου τῶν κατὰ τὸν διωγμὸν ἡγωνισμένων.
δ'. Περὶ τῶν ἀοιδίμων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων, ὡς πάντα τόπον ἔπλησαν τῆς ἑαυτῶν μνήμης, ποικίλους τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀναδησάμενοι στεφάνους.
ε'. Περὶ τῶν κατὰ Νικομήδειαν.
ς'. Περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς οἴκους.
ζ'. Περὶ τῶν κατὰ Φοινίκην Αἰγυπτίων.
η'. Περὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον.
θ'. Περὶ τῶν κατὰ Θηβαΐδα γεγονότων.
ι'. Φιλέου μάρτυρος περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν πεπραγμένων ἐγγραφοι διδασκαλίαι.
ια'. Περὶ τῶν κατὰ Φρυγίαν.
ιβ'. Περὶ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν, διαφόρως ἠγωνισμένων.
ιγ'. Περὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας προέδρων, τῶν τὸ γνήσιον ἧς ἐπρέσβευον εὐσεβείας, διὰ τοῦ σφῶν αἵματος ἐπιδεδειγμένων.
ιδ'. Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν.
ιε'. Περὶ τῶν τοῖς ἐκτὸς συμβεβηκότων.
ις'. Περὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον τῶν πραγμάτων μεταβολῆς.
ιζ'. Περὶ τῆς τῶν κρατούντων παλινῳδίας.

siarum quæ contigit anno Diocletiani nono ac decimo, annos esse quinque supra trecentos. Idem scribitur in Vita et Gestis sanctorum Patrum Metrophanis et Alexandri quæ leguntur in *Bibliotheca* Photii: ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας· τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρουσίας ε' καὶ τ' ἔτους, πάλιν ὁ καθ' ἡμῶν ἐκράτυνθη διωγμός. In *Chronico* etiam Eusebii idem annus Christi quintus ac trecentesimus notatur e regione anni XIX Diocletiani. Sic enim legitur in vetustissima omnium editione Mediolanensi, quam nec a Pontaco, nec a Scaligero visam mihi commodavit Joannes de Launoy, theologus Parisiensis. At in editione Scaligeri, annus ille Diocletiani quo cœpta est persecutio, ascriptum habet annum Christi 304. Causa hujus rei est, quod Scaliger in Eusebii *Chronico* annum I Christi posuit non illum quo Christus natus est, sed sequentem. Atqui Eusebius annum I Christi numeraverat, illum ipsum quo natus est Christus, ut supra notavi ad lib. I. Christi enim natalem posuit Eusebius octavo Idus Januarii. Certe in omnibus mss. *Chronici* Eusebiani qui annos Christi ascriptos habent, Aquicinctino scilicet, Lipsiano et Orteliano, et in prima omnium editione Mediolanensi, annus I Christi notatur is ipse quo natus est in Bethlehem Judæ.

Digitized by Google

IN OCTAVO HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.

I. *De his quæ nostri temporis persecutionem præcesserunt.*
II. *De Ecclesiarum eversione.*
III. *De variis certaminum generibus quibus martyres in persecutione certarunt.*
IV. *De illustribus Dei martyribus, quomodo totum orbem fama nominis sui impleverunt, varias pro pietate coronas adepti.*
V. *De his quæ Nicomediæ gesta sunt.*
291 VI. *De iis qui in palatio versabantur.*
VII. *De Ægyptiis qui in Phœnice passi sunt.*
VIII. *De his qui in Ægypto passi sunt.*
IX. *De his qui in Thebaide passi sunt.*
A X. *De his quæ Alexandriæ gesta sunt, testimonium Phileæ martyris.*
XI. *De his quæ gesta sunt in Phrygia.*
XII. *De pluribus viris et mulieribus qui diverso martyrii genere occubuerunt.*
XIII. *De præsidibus Ecclesiarum qui, fuso sanguine, religionis ejus quam profitebantur sinceritatem declararunt.*
XIV. *De ingenio ac moribus persecutorum.*
XV. *De his quæ gentilibus acciderunt.*
XVI. *De rebus in meliorem statum conversis.*
XVII. *De imperatorum palinodia.*

—

B

Cum apostolorum successiones septem jam libris comprehenderim, hoc octavo volumine res etiam nostra ætate gestas, quæ haud perfunctoriam narrationem desiderant, posterorum notitiæ tradendas esse existimavi. Hinc porro sermonis nostri ducetur exordium.

CAPUT I.

De his quæ persecutionem nostri temporis præcesserunt.

Qualem quantamque gloriam simul ac libertatem doctrina veræ erga supremum Deum pietatis a Christo primum hominibus annuntiata, apud omnes Græcos pariter et barbaros ante persecutionem nostra memoria excitatam consecuta sit, nos certe pro merito explicare non possumus. Argumento
C esse possit imperatorum benignitas erga nostros, quibus regendas etiam provincias committebant, omni sacrificandi metu eos liberantes ob singularem qua in religionem nostram affecti erant benevolentiam. Quid opus est dicere de iis qui in imperatorum palatiis versabantur, quid de imperatoribus ipsis? Qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea quæ religionis suæ erant, tam verbis quam factis libere exsequendi coram
292 semetipsis, potestatem dederunt; ipsis ob hanc fidei suæ libertatem gloriari ac se ostentare quodammodo permittentes, eosque præ cæteris omnibus ministris præcipuo quodam amore complectebantur. Cujusmodi fuit Dorotheus ille, qui summam
D erga ipsos benevolentiam ac fidem declaravit, eamque ob causam præ cunctis magistratibus et provinciarum rectoribus magnum honorem prome-

Τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν ἐν ὅλοις ἑπτὰ περιγράψαντες βιβλίοις, ἐν ὀγδόῳ τούτῳ συγγράμματι τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς οὐ τῆς τυχούσης ἄξια ὄντα γραφῆς, ἕν τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἡγούμεθα δεῖν εἰς γνῶσιν καὶ τῶν μεθ' ἡμᾶς παραδοῦναι· καὶ ἄρξεταί γε ὁ λόγος ἡμῖν ἐντεῦθεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῶν πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμου (Nic. *H. E.* VII, 2).

Ὅσης μὲν καὶ ὁποίας (85) πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ δόξης ὁμοῦ καὶ παῤῥησίας ὁ διὰ Χριστοῦ τῷ βίῳ κατηγγελμένος τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας λόγος παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἠξίωτο, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως διηγήσασθαι. Τεκμήρια δ' ἂν γένοιτο τῶν κρατούντων αἱ περὶ τοὺς ἡμετέρους δεξιώσεις· οἷς καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἐνεχείριζον ἡγεμονίας, τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας (86) κατὰ πολλὴν ἣν ἀπέσωζον περὶ τὸ δόγμα φιλίαν, αὐτοὺς ἀπαλλάττοντες. Τί δεῖ περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς λέγειν οἴκους, καὶ τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων; οἳ τοῖς οἰκείοις εἰς πρόσωπον ἐπὶ τῷ θείῳ παῤῥησιαζομένοις λόγῳ τε καὶ βίῳ, συνεχώρουν γαμεταῖς (87) καὶ παισὶ καὶ οἰκέταις, μονονουχὶ καὶ ἐγκαυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς πίστεως ἐπιτρέποντες· οὓς ἐξόχως καὶ μᾶλλον τῶν συνθεραπόντων ἀποδεκτοὺς ἡγοῦντο. Οἷος ἐκεῖνος ἦν Δωρόθεος (88), πάντων αὐτοῖς εὐνούστατός τε καὶ πιστότατος, καὶ τούτων ἕνεκα διαφερόντως παρὰ τοὺς ἐν ἀρχαῖς καὶ ἡγεμονίαις (89) αὐτοῖς τιμιωτάταις ἐντιμότατος· ὅ τε σὺν αὐτῷ περιβόητος Γοργόνιος, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς ὁμοίως τούτοις ἠξίωντο διὰ τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον τιμῆς. Οἵας τε καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην Ἐκκλησίαν ἄρχοντας παρὰ

(85) *Ὅσης μὲν καὶ ὁποίας.* Ab iis verbis inchoatur caput primum in vetustissimo codice Mazarino, et in Rufini editionibus.

(86) *Τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας.* Vulg. τὸ θεῖον. Codex Med. et Maz. veram hujus loci scripturam retinuerunt, περὶ τὸ θύειν, quam Gruterus etiam in libris suis repererat. Rectores provinciarum diis ipsisque imperatoribus sacrificare oportebat, et sacrificiis interesse. Quæ causa erat, ut Christiani a magistratibus abstinerent, et provinciarum administrationem, quæ ipsis a principe deferebatur, respuerent.

(87) *Γαμεταῖς.* Hæc verba de imperatorum conjugibus intellexit Christophorsonus, quibus scilicet imperatores permiserint, Christianam fidem libere profiteri. Sed quæ sequuntur, sensum hunc aperte refutant.

(88) *Δωρόθεος.* Hic Dorotheus erat præpositus cubiculi imp. Diocletiani, aut Galerii Cæsaris. Sic enim scribit Metaphrastes in Actis martyrum Indis et Domnæ cap. 23: « Qui etiam adversus Dorotheum, qui gloria quidem et civili dignitate erat insignis, ut qui præpositus vocaretur ab Italis, pietate autem erat insignior: adversus eum ergo et Mardonium et Mygdonium et Indem et quosdam alios, immittunt tela calumniæ. »

(89) *Καὶ ἡγεμονίαις.* Codex Med., Fuk. et Maz. aliquot voces hic addunt, καὶ ἡγεμονίαις αὐτοῖς τιμιωτάταις ἐντιμότατος.

Digitized by Google

πᾶσιν ἐπιτρόποις καὶ ἡγεμόσιν ἀποδοχῆς καὶ θεραπείας καὶ δεξιώσεως οὐ τῆς τυχούσης ἦν ὁρᾷν ἀξιουμένους (90). Πῶς δ' ἂν τις διαγράψειε τὰς μυριάνδρους ἐκείνας ἐπισυναγωγὰς (91) καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς ; ὧν δὴ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων Ἐκκλησίας. Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προϊόντα, ὑσημέραι τε εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἐπιδιδόντα, οὐδεὶς ἀνείργε φθόνος, οὐδέ τις δαίμων πονηρὸς οἷός τε ἦν βασκαίνειν, οὐδ' ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς κωλύειν, ἐς ὅσον ἡ θεία καὶ οὐράνιος χεὶρ ἔσκεπέ τε καὶ ἐφορᾷ, οἷα δὴ ἄξιον ὄντα τὸν ἑαυτῆς λαόν ; ὡς δὲ ἐκ τῆς ἐπὶ πλέον ἐλευθερίας, ἐπὶ χαυνότητα καὶ νωθρίαν τὰ καθ' ἡμᾶς μετηλλάττετο, ἄλλων ἄλλοις διαφθονουμένων καὶ διαλοιδορουμένων, καὶ μονονουχὶ ἡμῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπολεμούντων ὅπλοις, εἰ οὕτω τύχοι, καὶ δόρασι τοῖς διὰ λόγων, ἀρχόντων τε ἄρχουσι προσρηγνύντων, καὶ λαῶν ἐπὶ λαοὺς καταστασιαζόντων, τῆς τε ὑποκρίσεως ἀφάτου καὶ τῆς εἰρωνείας ἐπὶ πλεῖστον ὅσον κακίας προϊούσης, ἡ μὲν δὴ θεία κρίσις οἷα φίλον αὐτῇ πεφεισμένως, τῶν ἀθροισμάτων ἔτι συγκροτουμένων ἠρέμα καὶ μετρίως τὴν αὐτῆς ἐπισκοπὴν ἀνεκίνει, ἐκ τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τοῦ διωγμοῦ. Ὡς δ' ἀνεπαισθήτως ἔχοντες, οὐχ ὅπως εὐμενὲς καὶ ἵλεων καταστήσεσθαι τὸ θεῖον προὐθυμούμεθα, οἷα δέ τινες ἄθεοι ἀφρόντιστα καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ' ἡμᾶς ἡγούμενοι, ἄλλας ἐπ' ἄλλαις προσετίθεμεν κακίας· οἵ τε δοκοῦντες ἡμῶν ποιμένες τὸν τῆς θεοσεβείας θεσμὸν παρωσάμενοι, ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἀνεφλέγοντο φιλονεικίαις, αὐτὰ δὴ ταῦτα μόνα, τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπειλάς, τόν τε ζῆλον καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἔχθος τε καὶ μῖσος ἐπαύξοντες, οἷά τε τυραννίδας τὰς φιλαρχίας ἐκθύμως διεκδικοῦντες (92)· τότε δὴ οὕτε κατὰ τὴν φάσκουσαν τοῦ Ἱερεμίου φωνὴν, « Ἐγνόφωσεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ Κύριος τὴν θυγατέρα Σιὼν, καὶ κατέρριψεν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν δόξασμα Ἰσραὴλ, οὐκ ἐμνήσθη τε ὑποποδίου ποδῶν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ κατεπόντισε Κύριος πάντα τὰ ὡραῖα Ἰσραὴλ, καὶ καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ. » Κατά τε τὰ ἐν Ψαλμοῖς προθεσπισθέντα, « Κατέστρεψε τὴν διαθήκην τοῦ δούλου αὐτοῦ, καὶ ἐβεβήλωσεν εἰς γῆν διὰ

ruit. Huic adjungendus est celeberrimus ille Gorgonius, et quicunque alii ob sermonem Dei eamdem cum istis gloriam sunt consecuti. Similiter et singulis Ecclesiarum antistitibus summum honorem, cultum ac benevolentiam ab omnibus tam privatis quam provinciarum rectoribus deferri vidisses. Jam vero quis innumerabilem hominum quotidie ad fidem Christi confugientium turbam, quis numerum ecclesiarum in singulis urbibus, quis illustres populorum concursus in ædibus sacris, cumulate possit describere ? Quo factum est ut, priscis ædificiis jam non contenti, in singulis urbibus spatiosas ab ipsis fundamentis exstruerent ecclesias. Atque hæc progressu temporis increscentia, et quotidie in majus ac melius proficientia, nec livor ullus atterere, nec malignitas dæmonis fascinare, nec hominum insidiæ prohibere unquam potuerunt, quandiu omnipotentis Dei dextera populum suum, utpote tali dignum præsidio, texit atque custodiit. Sed cum ex nimia libertate in negligentiam ac desidiam prolapsi essemus, cum alter alteri invidere atque obtrectare cœpisset ; cum inter nos quasi bella intestina gereremus, verbis tanquam armis quibusdam hastisque nos mutuo vulnerantes ; cum antistites adversus antistites, populi in populos collisi, jurgia ac tumultus agitarent, denique cum fraus et simulatio ad summum malitiæ culmen adolevisset, tum divina ultio levi brachio, ut solet, integro adhuc Ecclesiæ statu et fidelium turbis libere convenientibus, sensim ac moderate in nos cœpit animadvertere ; orsa primum persecutione ab iis qui militabant. Cum vero sensu omni destituti, de placando Dei numine ne cogitaremus quidem ; quin potius instar impiorum quorumdam res humanas nulla sollicitudine ac providentia gubernari rati, alia quotidie crimina aliis adjiceremus : cum pastores nostri, spreta religionis regula, mutuis **293** inter se contentionibus decertarent, nihil aliud quam jurgia, minas, æmulationem, odia ac mutuas inimicitias amplificare studentes, principatum quasi tyrannidem quamdam contentissime sibi vindicantes : tunc demum juxta dictum Jeremiæ[a] : « Obscuravit Dominus in ira sua filiam Sion, et dejecit de cœlo gloriam Israel : nec recordatus est scabelli pedum suorum in die iræ

[a] Thren. II, 1.

(90) Vulg. *ἀνθρώποις καὶ ἡγεμόσι*. In codd. Med., Fuk., Sav. et Blaz. scribitur παρὰ πᾶσιν ἐπιτρόποις καὶ ἡγεμόσιν ἀποδοχῆς ἦν ὁρᾷν ἀξιουμένους, resectis sex voculis quæ in vulgatis editionibus et in codice Regio leguntur.

(91) *Ἐπισυναγωγάς*. Musculus vertit *numerosas aggregationes* ; Christophorsonus, *conventus*. Utitur hac voce Paulus in Epistola II ad Thessalonicenses, cap. II : Ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοί, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Id est : « Rogamus autem vos, fratres, per adventum Domini nostri Jesu Christi, et per nostram ad ipsum congregationem. » Ἐπισυνάγειν proprie est dispersos variis ex locis in unum colligere. Quo sensu Dionysius Corinthiorum episcopus in Epistola ad Athenienses eam vocem usurpat, de Quadrato loquens Athenarum episcopo : ἐπιμαρτυρῶν ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. Quæ verba refert Eusebius in lib. IV, cap. 23. Male igitur Christophorsonus hoc loco « conventus » interpretatur. Subdit enim Eusebius : καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς : quibus verbis conventus ecclesiasticos haud dubie designat. Quare vox ἐπισυναγωγάς, aliud significet necesse est : congregationes scilicet, ut dixi, eorum qui se ad Christi fidem adjungunt. Sic Dionysius Alexandrinus in libro II *De promissionibus* adversus Nepotem, cujus verba refert Eusebius in capite 23 lib. VII.

(92) *Ἐκθύμως διεκδικοῦντες*, dum scilicet episcopi inter se certant de honoris prærogativa, aut de finibus parœciarum suarum.

Digitized by Google

suæ. Submersit Dominus omnem decorem Israel, et macerias ejus omnes destruxit. » Et sicut in Psalmis prædictum est [47] : « Evertit testamentum servi sui : profanavit in terra sanctitatem ejus, per ecclesiarum scilicet subversionem. Destruxit omnes macerias ejus : posuit munitiones ejus formidinem. Diripuerunt eum omnes turbæ populi transeuntes per viam : idcirco factus est opprobrium vicinis suis. Exaltavit enim dexteram inimicorum ejus : et avertit adjutorium gladii sui, nec auxiliatus est ei in bello. Finem imposuit purificationi ipsius, et solium ejus humi allisum confregit. Minuit dies vitæ ejus, et operuit eum ignominia. »

CAPUT II.

De ecclesiarum eversione.

Hæc omnia nostris temporibus completa sunt, tunc cum ædes sacras solo æquari ac funditus subverti, sacros divinarum Scripturarum libros in medio foro concremari, oculis nostris vidimus, et Ecclesiarum pastores, alios quidem turpiter modo hic modo illic sese occultantes; alios vero ignominiose compfehensos, et inimicorum ludibrio expositos conspeximus. Tunc cum prout alius sermo propheticus [48] prænotaverat, « effusus est contemptus super principes eorum : et errare fecit eos in invio, non autem in via. » Verum nefas mihi esse duco, tristes calamitates quæ ad extremum illis acciderunt, oratione explicare : quippe cum nec dissensiones et injurias quibus ante persecutionem mutuo inter se certarunt commemorare nobis decorum sit. Quamobrem ea duntaxat de illis tradere nobis propositum est, ex quibus æquitatem divini judicii perspicere possimus. Proinde neque eorum qui in persecutione **294** concussi sunt, nec eorum qui salutis suæ prorsus naufragium fecerunt, et sua sponte in profundum aquarum gurgitem demersi sunt, mentionem facere constitui; sed ea sola in hanc universalem historiam deinceps conjiciam, quæ primum quidem mihi ipsi, deinde vero et posteris usui esse possint. Abhinc ergo eorum qui divinæ

[47] Psal. LXXXVIII, 39 seqq. [48] Psal. CVI.

(93) *Συντετέλεσται δῆτα.* Longe rectius, meo quidem judicio, codex Maz. ita scribit. Vulg., δὴ τά. Porro cap. 2 ab his verbis incipit in omnibus nostris codicibus, et apud Rufinum in vetustissimo exemplari.

(94) *Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας.* Vulg. add. αὐτῶν, quæ vox deest in codicibus nostris Maz., Med. et Fuk. et apud Rufinum. Habetur quidem in psalmo CVI. Verum hoc loco prorsus superflua est.

(95) *Πεπειραμένων.* Positum videtur pro πεπειρασμένων. Sic Eusebius supra in lib. VI, cap. 43, ubi tamen nostri codices Maz., Med. ac Fuk. scriptum habent πεπειρασμένους. Utitur hac voce Paulus in Epistola ad Hebræos cap. IV, ubi Vulgatæ quidem editiones habent πεπειρασμένων. Sed in manuscriptis codicibus legitur πεπειραμένων, ut notavit Tusanus. Est autem hic metaphora a navibus, quas prædones in mari aggrediuntur, sicut patet ex sequentibus. Certe piratæ dicuntur ἀπὸ τοῦ πειράζειν. Quare malim scribere hoc loco πεπειρασμένων, ut distinguatur a πεπειραμένων, quod significat « expertos. » Ita Dionysius Alexandrinus

A τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, καὶ καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθετο τὰ ὀχυρώματα αὐτοῦ δειλίαν, διήρπασάν τε τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν. Καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις ὄνειδος ἐγενήθη τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. Ὕψωσε γὰρ τὴν δεξιὰν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπέστρεψε τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβετο αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ· ἀλλὰ καὶ κατέλυσεν ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτὸν, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξεν· ἐσμίκρυνέ τε τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ πᾶσι κατέχεεν αὐτοῦ αἰσχύνην. »

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως (Nic. H. E. VII, 3).

Συντετέλεσται δῆτα (93) καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, ὁπηνίκα τῶν μὲν προσευκτηρίων τοὺς οἴκους ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θεμελίοις καταῤῥιπτομένους, τὰς δὲ ἐνθέους καὶ ἱερὰς Γραφὰς κατὰ μέσας ἀγορὰς πυρὶ παραδιδομένας αὐτοῖς ἐπείδομεν ὀφθαλμοῖς· τούς τε τῶν Ἐκκλησιῶν ποιμένας οὓς μὲν αἰσχρῶς ὧδε κἀκεῖσε κρυπταζομένους, τοὺς δὲ ἀσχημόνως ἁλισκομένους, καὶ πρὸς τῶν ἐχθρῶν καταπαιζομένους· ὅτε καὶ κατ' ἄλλον προφητικὸν, « Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἄρχοντας (94), καὶ ἐπλάνησεν αὐτοὺς ἐν ἀβάτῳ καὶ οὐχ ὁδῷ. » Ἀλλὰ τούτων μὲν οὐχ ἡμέτερον διαγράφειν τὰς ἐπὶ τέλει σκυθρωπὰς συμφορὰς, ἐπεὶ καὶ τὰς πρόσθεν τοῦ διωγμοῦ διαστάσεις τε αὐτῶν εἰς C ἀλλήλους καὶ ἀτοπίας οὐχ ἡμῖν οἰκεῖον μνήμῃ παραδιδόναι. Διό καὶ πλέον οὐδὲν ἱστορῆσαι περὶ αὐτὸν ἔγνωμεν, ἢ δι' ὧν ἂν τὴν θείαν δικαιώσαιμεν κρίσιν. Οὐκοῦν οὐδὲ τῶν πρὸς τοῦ διωγμοῦ πεπειραμένων (95), ἢ τῶν εἰς ἅπαν τῆς σωτηρίας νεναυαγηκότων, αὐτῇ τε γνώμῃ τοῖς τοῦ κλύδωνος ἐναπορῥιφέντων βυθοῖς, μνήμην ποιήσασθαι προήχθημεν, μόνα δὲ ἐκεῖνα τῇ καθόλου προσθήσομεν ἱστορίᾳ, ἃ πρώτοις μὲν ἡμῖν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γένοιτ' ἂν πρὸς ὠφελείας. Ἴωμεν οὖν ἐντεῦθεν ἤδη, τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες. Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον (96) τῆς

in epistola ad Fabium, quam habes in lib. VI hujus *Historiæ* : ὧν οἱ μᾶλλον πεπειραμένοι πλείονα ἂν εἰδεῖεν· id est : « qui magis experti sunt. »

D (96) *Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον.* Ita etiam Eusebius in *Chronico* et auctor *Chronici Alexandrini* : « Diocletiano Aug. octies et Maximiano Herculio Aug. septies coss. anno XIX. Diocletiani imper. mense Dystro die 25, ipso Paschæ die, proposita sunt ubique imperialia edicta, etc. » Consentit Idatius in Fastis ita scribens : « Diocletiano VIII, et Maximiano VII. his coss. persecutio Christianorum. » Idem colligitur ex actis Munatii Felicis curatoris Cirtensium, quæ referuntur in Gestis apud Zenophilum consularem Numidiæ. Sic autem incipiunt : « Diocletiano VIII et Maximiano VII coss. » Is erat annus a natali Christi juxta Eusebium quidem 305; hæræ autem Dionysianæ qua nunc utimur tertius ac trecentesimus. Sed Baronius in *Annalibus*, et Petavius in II parte *Rationarii temporum*, anno Christi 302, Constantio IV et Maximiano IV coss., initium hujus persecutionis assignandum esse contendunt. Eorum sententia unico argumento

Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Δύστρος μὴν (97), λέγοιτο δ' ἂν οὗτος Μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους, ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης (98), ἤπλωτο πανταχόσε βασιλικὰ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ Γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμέ-

A religionis testes exstiterunt, sacra certamina describere ordiamur. Nonus decimus agebatur annus imperii Diocletiani, cum mense Dystro quem Romani Martium vocant, appetente die festo Dominicæ passionis proposita sunt ubique imperialia edicta, quibus ecclesiæ quidem ad solum usque dirui;

nititur, Actis scilicet concilii Cirtensis. Quod concilium anno post inceptam persecutionem et post passionem martyrum congregatum esse affirmat Augustinus in *Breviculo collationis*. Congregatum est autem, Diocletiano VIII et Maximiano VII coss., ut docent Acta ipsius concilii ab Augustino relata in lib. III *contra Cresconium*. Sed huic argumento facillimum est respondere. Quis enim non videt, mendum esse in Actis illis Cirtensis concilii, et legendum esse : *P. c. Diocletiani* IX *et Maximiani* VIII ? Id enim apertissime convincitur ex *Breviculo collationis*, diei III, capite 17, ubi dicitur : « Nam gesta martyrum quibus ostendebatur tempus persecutionis, coss. gesta sunt Diocletiano IX, et Maximiano VIII, pridie Idus Februarias : gesta autem episcopalia decreti Cirtensis, post eorumdem consulatum III Nonas Martias, » etc. Quid his potest esse manifestius? Neque vero hanc Scripturam suspicari quisquam de falso potest. Addit enim ibidem Augustinus, officiales jussos a judice inspicere quantum temporis interfuisset inter passionem martyrum et concilium Cirtense, deceptos fuisse ac per imprudentiam falsum renuntiasse. Nam cum Gesta martyrum inscripta essent *Diocletiano* IX *et Maximiano* VIII, *pridie Idus Febr.*, Acta vero concilii Cirtensis *post consulatum Diocletiani novies et Maximiani octies*, III *Nonas Martias*, officiales *post consulatum* pro *consulatu* sumentes, mensem duntaxat inter utraque Gesta interpositum esse responderunt, cum tamen XIII mensium spatium revera interpositum fuisset, ut rectissime tradit Augustinus. Exstant quidem ipsa martyrum Gesta quæ in collatione illa designantur. Verum in iis nec dies, nec consul adscriptus est, ut videre est apud Baronium. Aut igitur hunc locum ex *Breviculo collationis*, ubi Gesta martyrum Diocletiano IX et Maximiano VIII coss. confecta memorantur, mendosum esse necesse est ; aut inscriptionem concilii Cirtensis in lib. III *contra Cresconium*. Atqui inscriptio illa gestorum martyrum falsa esse non potest, ut patet ex iis quæ jam dixi. Est et aliud argumentum, quo convinci potest, Cirtense concilium consulatu Diocletiani VIII, collectum non fuisse. Cum enim id concilium coactum fuerit ad ordinandum Cirtensis Ecclesiæ episcopum, teste Augustino, quæro quis episcopus ab episcopis illis ordinatus sit ? Non Silvanus. Hic enim hoc ipso anno adhuc subdiaconus erat Pauli Cirtensis episcopi, ut patet ex Gestis Munatii Felicis. Paulum igitur dicent cum Baronio, creatum ab illis episcopum Cirtæ. Sed neque hoc stare potest. Etenim sub Paulo orta est persecutio, ut docent Acta apud Zenophilum consularem Numidiæ, quæ referuntur in libro III *contra Cresconium* : « Zenophilus consularis dixit : Quis administrabat tunc Silvanus in clericatu ? Respondit : Sub Paulo episcopo orta est persecutio et Silvanus subdiaconus fuit. » At si in Cirtensi concilio coss. Diocletiano VIII et Maximiano VII, Paulus episcopus factus est, quomodo illud verum esse poterit sub Paulo ortam esse persecutionem, cum Cirtense concilium, in quo creatus dicitur episcopus, anno ut minimum dicam, post initium persecutionis gestum sit. Sed omnino verissimum est, quod in illis Actis dicitur, sub Paulo Cirtensium episcopo ortam esse persecutionem, Diocletiano VIII et Maximiano VII coss. Quo anno Munatius Felix curator reipublicæ Cirtensium ingressus domum Pauli episcopi, jussit ut traderet Scripturas, ut legi-

tur in Actis apud Zenophilum consularem, quæ referuntur in lib. III, *contra Cresconium*, et in epistola Augustini 165, et quæ post collationem Carthaginensem edita sunt. Illud, inquam, verissimum est ; falsum vero est Cirtense concilium gestum fuisse Diocletiano VIII et Maximiano VII coss. Sed quid responsuri sunt adversarii ad hæc quæ dicturus sum ? Constat Cirtense concilium coactum esse anno post gesta illa martyrum Africanorum, seu potius XIII mensibus, Nam concilium gestum est III Nonas Martias ; martyrum autem gesta pridie Idus Febr.

B Ergo si concilium Cirtense actum est Diocletiano VIII et Maximiano VII coss., passio martyrum Constantio IV coss., pridie Idus Feb. contigerit necesse est. Atqui persecutio cœpta est mense Martio, ut testatur Eusebius. Cæterum persecutionem iis quos dixi coss. ortam esse, multis præterea testimoniis probari potest. Primo ex Actis martyrum Agapes, Chioniæ et Irenes, quæ passæ sunt Diocletiano IX et Maximiano VIII, ut legitur in fine Actorum. In his Actis sic scribitur : « Inquit præses : superiore anno, cum edictum illud tale ac pium jussum Dominorum impp. et Cæsarum primo fuit divulgatum, ubinam vos latuistis ? » etc. Intelligit edictum de cremandis libris Christianorum, quod superiore anno emissum fuisse ait. Igitur Diocletiano VIII cos. emissum fuerat. Secundo in Actis Metrophanis et Alexandri quæ exstant in *Bibliotheca* Photii, Constantius Chlorus mortuus esse dicitur anno hujus persecutionis 3, quod omnino stare non potest, nisi initium persecutionis ab octavo Diocletiani consulatu deduxeris. Idem testantur Acta passionis sancti Felicis episcopi Tubazicensis, quæ sic incipiunt in optimo codice ms. « Diocletiano octies et Maximiano septies coss. Augustis, exivit edictum eorumdem Cæsarum vel imperatorum, » etc.

C

(97) *Δύστρος μήν.* Cum de anno quo cœpta est persecutio Diocletiani, abunde supra disputatum sit, nunc restat, ut de mense ac die pauca dicamus. Eusebius quidem hoc loco ait mensem fuisse Dystrum, quem Romani Martium vocant. Idem scribit auctor *Chronici Alexandrini*, cujus verba sic legenda sunt : Ἔτους ιθ' τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, μηνὶ δύστρῳ κε', λέγοιτο δ' ἂν οὗτος μάρτιος κατὰ Ῥωμαίους. Sed Eusebius in libro *De martyribus Palæstinæ*, qui huic octavo *Historiæ Ecclesiasticæ* volumini appendicis loco subjicitur, Xanthicum mensem fuisse dicit, quem Romani Aprilem nominant.

D

(98) *Σωτηρίου πάθους ἑορτῆς εἰσελαυνούσης.* Theodoritus in lib. V *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 38, ipso Dominicæ passionis die edictum de ecclesiarum subversione propositum esse scribit. Auctor *Chronici Alexandrini* ipso Paschæ die id gestum refert ; Pascha autem celebratum esse dicit die XXV Martii : quod in annum XIX Diocletiani cadere non potest, ut Scaliger et Petavius monuerunt. In *Chronico* Eusebii gestum hoc dicitur mense Martio, diebus Paschæ. Græca verba hujus loci tantum significant, diem Paschæ in propinquo fuisse tunc cum edicta proposita sunt. Nam vox εἰσελαυνούσης id significat. Itaque recte Rufinus vertit : « dies solemnis Paschæ imminebat. » Pascha autem anno Christi 303 Dionysiano, apud Orientales contigit decimo octavo die mensis Aprilis, ut Scaliger et Petavius affirmant. Scripti codices Med., Mazar. et Fuk. hic habent ἐπελαυνούσης.

Digitized by Google

sacri vero codices flammis absumi jubebantur : utque honorati quidem infamia notarentur ; plebeii vero libertate spoliarentur, si in Christianæ fidei proposito permansissent. Et primum quidem contra nos edictum hujusmodi fuit. Sed non multo post aliæ rursus litteræ supervenerunt, quibus mandabatur ut omnes ubicumque Ecclesiarum antistites, primum quidem conjicerentur in vincula ; deinde vero diis sacrificare, omnibus modis cogerentur.

A νους, ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἐπιμένοιεν ἐν τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερεῖσθαι (99) προαγορεύοντα. Καὶ ἡ μὲν πρώτη καθ' ἡμῶν γραφὴ, τοιαύτη τις ἦν· μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας τοὺς κατὰ πάντα τόπον, πρῶτα μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

CAPUT III.

De variis certaminum generibus quibus martyres in persecutione certarunt.

Tum vero quamplurimi Ecclesiarum rectores gravissima supplicia alacri animo perpessi, illustrium certaminum spectacula exhibuerunt. Alii quoque non pauci, fracti animis ac debilitati, primo B statim impetu præ timore conciderunt. Ex reliquis varia quisque tormentorum genera expertus est : hic flagellis concisus ; ille tormentis intolerabilibus et ungulis excruciatus. Quibus in suppliciis nonnulli etiam miserrimo mortis genere interiere. Alii item alio modo certamen suum peregerunt. Hic contrudentibus eum quibusdam, et ad impura ac nefaria sacrificia admoventibus, quasi sacrificasset dimittebatur, tametsi revera minime sacrificasset. Alius vero cum neque prorsus ad aram accessisset, neque profanum quidquam attigisset, nonnullis tamen ipsum sacrificasse dicentibus, hanc calumniam silentio dissimulans abscedebat. Hi semivivi correpti atque humeris gestantium sublati, projiciebantur ut mortui. Illi humi **295** jacentes, per longissimum spatium pedibus trahebantur, et inter eos qui sacrificaverant computabantur. Alius vero clamabat, et contenta voce testabatur se sacrificia repudiare. Alius Christianum se esse vociferabatur, salutaris hujus nominis confessionem præ se ferens. Alius item se nec sacrificasse, nec sacrificaturum unquam affirmabat. Sed et hi a numerosa militum manu ad id comparatorum pugnis in os cæsi, ac silere coacti, genis omnique facie verberibus contusa violenter expellebantur. Adeo pietatis hostes permagno utique æstimabant, si id quod volueranti, perfecisse saltem viderentur. Verum hæc adversus

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν κατὰ τὸν διωγμὸν ἠγωνισμένων (Nic. *H. E.* VII, 4).

Τότε δὴ οὖν τότε πλεῖστοι μὲν ὅσοι τῶν ἐκκλησιῶν ἄρχοντες, δειναῖς αἰκίαις προθύμως ἐναθλήσαντες, μεγάλων ἀγώνων ἱστορίας ἐπεδείξαντο, μυρίοι δ' ἄλ-
λοι τὴν ψυχὴν ὑπὸ δειλίας προναρκήσαντες, πρηχείρως οὕτως ἀπὸ πρώτης ἐξησθένησαν προσβολῆς· τῶν δὲ λοιπῶν ἕκαστος εἴδη διάφορα βασάνων ἐνήλλαττεν· ὁ μὲν μάστιξιν αἰκιζόμενος τὸ σῶμα, ὁ δὲ στρεβλώσεσι καὶ ξεσμοῖς ἀνυπομονήτοις τιμωρούμενος· ἐφ' οἷς (1) ἤδη τινὲς οὐκ αἴσιον ἀπηνέγκαντο τοῦ βίου τέλος. Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν ἄλλως τὸν ἀγῶνα διεξῆσαν· ὁ μὲν γάρ τις ἑτέρων βίᾳ συνωθούντων καὶ ταῖς παμμιάροις καὶ ἀνάγνοις προσαγόντων θυσίαις, ὡς τεθυκὼς ἀπηλλάττετο, καὶ εἰ μὴ τεθυκὼς ἦν· ὁ δὲ μηθ' ὅλως προσπελάσας, μηδέ τινος ἐναγοῦς ἐφαψάμενος, εἰρηκότων δ' ἑτέρων ὅτι τεθύκοι, σιωπῇ φέρων τὴν συκοφαντίαν ἀπῄει· ἄλλος ἡμιθανὴς αἰρόμενος, ὡς ἂν ἤδη νεκρὸς ἐρρίπτετο. Καί τις αὖ πάλιν· ἐπ' ἐδάφους κείμενος, μακρὰν ἐσύρετο τοῖν ποδοῖν, ἐν τεθυκόσιν
C αὐτοῖς λελογισμένος· ὁ δέ τις ἐβόα, καὶ μεγάλῃ διεμαρτύρετο φωνῇ τῆς θυσίας τὴν ἄρνησιν· καὶ ἄλλος Χριστιανὸς εἶναι ἐκεκράγει, τῇ τοῦ σωτηρίου προσρήματος ὁμολογίᾳ λαμπρυνόμενος· ἕτερος τὸ μὴ τεθυκέναι μήτε θύσειν ποτὲ διετείνετο. Ὅμως δ' οὖν καὶ οἵδε πολυχειρίᾳ τῆς ἐπὶ τοῦτο τεταγμένης στρατιωτικῆς παρατάξεως κατὰ στόματος παιόμενοι καὶ κατασιγαζόμενοι, κατά τε προσώπου καὶ παρειῶν (2) τυπτόμενοι, μετὰ βίας ἐξωθοῦντο. Οὕτως ἐξ ἅπαντος (3) οἱ τῆς θεοσεβείας ἐχθροὶ τὸ δοκεῖν ἡνυκέναι, περὶ πολλοῦ ἐτίθεντο. Ἀλλ' οὐ καὶ κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῖς μαρτύρων ταῦτα προὐχώρει· ὧν εἰς ἀκριβῆ διήγησιν τίς ἂν ἡμῖν ἐξαρκέσειε λόγος ;

(99) *Τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις... ἐλευθερίας στερεῖσθαι.* Rufinus vertit : « Si quis servorum permansisset Christianus, libertatem consequi non posset. » Quem sensum secutus videtur Nicephorus in lib. VII, c. 3. Sic enim Eusebiana verba exposuit : καὶ τοὺς οἰκέτας ἐξομνυμένους ἐλευθερίᾳ τιμᾷν. Sed hæc interpretatio ferri non potest. Sic enim imperfectum fuisset imperatoris edictum, quo honorati duntaxat et servi comprehensi fuissent, nulla plebeiorum ac rusticorum mentione facta. Adde quod si per τοὺς ἐν οἰκετίαις servi intelliguntur, ineptum esset dicere, ut servi libertate spolientur. Neque enim libertate spoliari possunt, quam non habent. Hoc cum animadvertisset Christophorsonus, τοὺς ἐν οἰκετίαις « privatos » vertit. Ego actores et procuratores intelligo, qui patronis et potentioribus viris ministrabant. Sic infra cap. 6, τοὺς ἐν βασιλικαῖς οἰκετίαις vocat Eusebius cubicularios imperatoris. Sed optime Zonaras hunc Eusebii locum exposuit. Nam τοὺς ἐν οἰκετίαις
D interpretatur privatæ conditionis homines. Verba ejus sunt : Τοὺς μὲν ἀξίαις ἢ στρατείαις κατειλεγμένους, ἀτίμως ἐξελαύνεσθαι καὶ τῆς ἀξίας, καὶ τῆς στρατείας· τοὺς δὲ τύχης ἰδιώτιδος, δουλοῦσθαι.

(1) *Ἐφ' οἷς.* Id est, « in quibus tormentis. » Quod non intellexerunt Musculus et Christophorsonus. Sed Nicephorus in lib. VII, cap. 4, hunc Eusebii locum optime exposuit.

(2) *Κατά τε προσώπου καὶ παρειῶν.* Plumbatis cæsos intelligo, de quo supplicio in passionibus martyrum, non raro fit mentio. Nam cum Eusebius martyres pugnis cæsos esse jam dixerit, hinc necessario intelligere debemus plumbatis in facie verberatos. Alioqui esset ταυτολογία.

(3) *Ἐξ ὅπαντος.* In libro *De martyribus Palæstinæ*, ubi multa ex *Historia ecclesiastica* iisdem pene verbis repetuntur, legitur ἐκ παντός, quod est elegantius. Sic autem Græci dicunt, quod Latini « utique. »

Digitized by Google

sanctissimos Dei martyres parum propere eis cessere. Quorum res gestas si accurate exponere velimus, quænam nobis oratio ad id sufficerit ?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῶν ἀοιδίμων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων· ὡς πάντα τόπον ἔπλησαν τῆς ἑαυτῶν μνήμης, ποικίλους τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀναδησάμενοι στεφάνους (Nic. *H. E.* VII, 1).

Μυρίους μὲν γὰρ ἱστορήσαι ἄν τις θαυμαστὴν ὑπὲρ εὐσεβείας τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ἐνδεδειγμένους προθυμίαν, οὐκ ἐξ ὅτουπερ μόνον ὁ κατὰ πάντων ἀνεκινήθη διωγμός, πολὺ πρότερον δὲ, καθ' ὃν ἔτι τὰ τῆς εἰρήνης συνεκροτεῖτο. Ἄρτι γὰρ ἄρτι πρῶτον ὥσπερ ἀπὸ κάρου βαθέος ὑποκινουμένου τοῦ ταύτην τὴν ἐξουσίαν εἰληφότος (4), κρύβδην τε ἔτι καὶ ἀφανῶς μετὰ τὸν ἀπὸ Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ μεταξὺ χρόνον ταῖς ἐκκλησίαις ἐπιχειροῦντος, οὐκ ἀθρόως τε τῷ καθ' ἡμῶν ἐπαποδυομένου πολέμῳ, ἀλλ' ἔτι τῶν κατὰ τὰ στρατόπεδα μόνων ἀποπειρωμένου· ταύτῃ γὰρ καὶ τοὺς λοιποὺς ἁλῶναι ῥᾳδίως ᾤετο, εἰ πρότερον ἐκείνων καταγωνισάμενος περιγένοιτο· πλείστους παρῆν τῶν ἐν στρατείαις ὁρᾶν ἀσμενέστατα τὸν ἰδιωτικὸν προαπαζομένους βίον, ὡς ἂν μὴ ἔξαρνοι γένοιντο τῆς περὶ τὸν τῶν ὅλων Δημιουργὸν εὐσεβείας. Ὡς γὰρ ὁ στρατοπεδάρχης (5), ὅς τις ποτὲ ἦν ἐκεῖνος, ἄρτι πρῶτον ἐνεχείρει τῷ κατὰ τῶν στρατευμάτων διωγμῷ, φυλοκρινῶν καὶ διακαθαίρων τοὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἀναφερομένους, αἴρεσίν τε διδοὺς, ἢ πειθαρχοῦσιν ἧς μετῆν αὐτοῖς ἀπολαύειν τιμῆς, ἢ τοὐναντίον στέρεσθαι ταύτης, εἰ ἀντιτάττοιντο τῷ προστάγματι, πλεῖστοι ὅσοι τῆς Χριστοῦ βασιλείας στρατιῶται τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν, μὴ μελλήσαντες, τῆς δοκούσης δόξης καὶ εὐπραγίας ἧς εἶχον, ἀναμφιλόγως προὐτίμησαν. Ἤδη δὲ σπανίως τούτων εἷς που καὶ δεύτερος, οὐ μόνον τῆς ἀξίας τὴν ἀποβολὴν, ἀλλὰ καὶ θάνατον τῆς εὐσεβοῦς ἐνστάσεως ἀντικατηλλάττοντο, μετρίως πως ἤδη τότε τοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεργοῦντος (6) καὶ μέχρις αἵματος ἐπ' ἐνίοις φθάνειν ἐπιτολμῶντος, τοῦ πλήθους, ὡς ἔοικε, τῶν πιστῶν δεδιττομένου τε αὐτὸν ἔτι καὶ ἀποχναίοντος ἐπὶ τὸν κατὰ πάντων ἀθρόως ἐφορμῆσαι πόλεμον. Ὡς δὲ καὶ γυμνότερον ἐπαπεδύετο, οὐδ' ἔστι λόγῳ δυνατὸν ἀφηγήσασθαι, ὅσους καὶ ὁποίους τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ὀφθαλμοῖς παρῆν ὁρᾶν, τοῖς ἀνὰ πάσας τὰς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας οἰκοῦσιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῶν κατὰ Νικομήδειαν (Nic. *H. E.* VII, 5).

Αὐτίκα γοῦν τῶν οὐκ ἀσήμων τις (7), ἀλλὰ καὶ ἄγαν κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ νενομισμένας ὑπεροχὰς ἐνδοξοτάτων, ἅμα τῷ τὴν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ πρωτεθῆναι γραφὴν, ζήλῳ τῷ κατὰ Θεὸν

CAPUT IV.

De illustribus Dei martyribus, quomodo totum orbem fama nominis sui impleverunt, varias pro victate coronas auepti.

Quippe quam plurimos referre possumus, qui pro supremi Numinis cultu admirabilem animi alacritatem declararunt : idque non solum ex quo adversus omnes Christianos excitata erat persecutio ; sed et dudum antea, cum pax adhuc vigeret. Tunc enim cum diabolus qui potestatem accepit hujus mundi, tanquam ex altissimo sopore excitari primum cœpisset, et post illud temporis intervallum quod persecutionem Decii ac Valeriani subsecutum est, clam adhuc et occulte insidiaretur Ecclesiæ; nec simul et confertim nobis bellum inferret, sed eos duntaxat qui in exercitu militabant, utpote periculum ipsorum facturus appeteret : reliquos enim nullo negotio expugnaturum se credebat, si hos primum in certamine superasset ; tunc, inquam, cernere erat quam plurimos, qui abjecta militia privatam vitam amplecti maluerunt, quam supremi omnium rerum opificis cultum abnegare. Postquam enim dux Romani exercitus nescio quis, Christianos milites persequi aggressus, eos qui in exercitu merebant lustrare cœpisset ac recensere, et Christianos liberam eligendi potestatem fecisset, ut vel imperatorum jussis obtemperantes honoris sui gradum retinerent ; vel, si parere nollent, honore militiæ **296** nudarentur, complures regni Jesu Christi milites, nominis illius confessionem sæculari gloriæ ac felicitati qua fruebantur, absque ulla cunctatione prætulerunt. Ex quibus pauci admodum non modo dignitatem, verum etiam vitam amittere pro defensione pietatis sustinuerunt ; cum is qui religioni nostræ struebat insidias, parce adhuc et raro sanguinem quorumdam fundere auderet ; deterritus, ut credibile est, multitudine fidelium, et universis simul bellum inferre formidans. Verum ubi apertius se ad bellum accinxit, dici non potest quot et quantos Christi martyres in omnibus locis atque urbibus passim cernere licuerit.

CAPUT V.

De his quæ Nicomediæ gesta sunt.

Primum quidem simul ac edictum contra Ecclesias propositum est Nicomediæ, vir quidam minime obscurus, sed sæcularium honorum prærogativa in primis conspicuus, zelo quodam divino commo-

(4) *Τοῦ τὴν ἐξουσίαν εἰληφότος.* Diabolum intelligit, qui in Evangelio dicitur princeps hujus mundi. Et sic Nicephorus, in cap. 3 lib. VII, hunc Eusebii locum accepit, quem Musculus et Christophorsonus minime intellexerunt. Porro in scriptis codicibus Maz., Med., Fuk. et Sav. legitur τοῦ ταύτην τὴν ἐξουσίαν εἰληφότος.

(5) *Ὁ στρατοπεδάρχης.* Veturium magistrum militum intelligit, de quo Eusebius in *Chronico* ad annum XVII Diocletiani hæc habet : « Veturius magister militiæ, Christianos milites persequitur; paulatim ex illo jam tempore persecutione adversum nos incipiente. » In quibusdam manuscriptis et in editione Miræi hæc ad annum XVI Diocletiani referuntur; in aliis ad annum XIV.

(6) *Τοῦ τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεργοῦντος.* Diabolum his verbis intelligit Eusebius, non autem ducem Romanum, ut putavit Christophorsonus.

(7) *Τῶν οὐκ ἀσήμων τις.* Hic Joannes dicitur in *Martyrologio* Usuardi, Adonis, Notkeri, et in vetere Romano, die VII Septembris.

Digitized by Google

tus et ardore fidei incitatus, edictum illud in publico et illustri urbis loco affixum detraxit, et tanquam impium ac scelestum manibus suis discerpsit : idque duobus imperatoribus in eadem urbe commorantibus, quorum alter senior Augustus, primum inter omnes imperii gradum, alter vero quartum obtinebat. Hic igitur cum primus omnium in ea civitate hujusmodi facinore inclaruisset ; statim ea supplicia perpessus quæ post tantam audaciam ei infligenda esse credibile erat, lætitiam ac tranquillitatem animi usque ad ultimum spiritum conservavit.

CAPUT VI.

De iis qui in palatio versabantur.

Verum præ omnibus qui unquam sive apud Græcos sive apud Barbaros admiratione digni et ob fortitudinem celebres exstiterunt, gloriosos atque illustres Dei martyres ea tempestas tulit, Dorotheum scilicet et reliquos cubicularios pueros. Qui tametsi summi honoris prærogativa ab imperatoribus ornati essent, nec minus ab iisdem diligerentur quam filii ; probra tamen pro pietate tolerata, **297** et ærumnas, ac diversa mortis genera adversus ipsos excogitata, majoris revera pretii esse duxerunt, quam gloriam ac delicias hujus sæculi. Horum igitur unius duntaxat hic exitum referam, ut ex illo lectores conjicere possint quid reliquis contigerit. Productus est in medium quidam illorum, in urbe superius memorata, coram iis quos dixi imperatoribus. Jussusque diis sacrificare ; cum id pertinaciter recusaret, nudato corpore sublimis tolli præcipitur, et verberibus concidi quoad tandem vel invitus jussis obtemperaret. Sed cum ille, hujusmodi tormentis excarnificatus, in eadem sententia firmus permaneret, ipsis jam ossibus denudatis, commixtum sale acetum tabescentibus corporis membris infuderunt. Quos dolores cum ille etiam toleraret, craticula deinceps et ignis in medium affertur. Et reliquiæ corporis ipsius, instar carnium quæ ad cibum parantur, igne assatæ sunt ; idque non simul ac semel, sed paulatim, ne scilicet celeri exitu defungeretur. Nec carnifices qui eum rogo imposuerant, dimittere illum sinebantur, nisi prius jussis post tot cruciatus acquievisset. Verum ille in eadem semper sententia perseverans, victor ipsis in tormentis animam exhalavit. Hujusmodi fuit mar-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς οἴκους (Nic. *H. E.* VII, 5).

Πάντων δὲ ὅσοι τῶν πώποτε ἀνυμνοῦνται θαυμάσιοι καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ βεβοημένοι, εἴτε παρ' Ἕλλησιν εἴτε παρὰ βαρβάροις, θείους ἤνεγκεν ὁ καιρὸς καὶ διαπρεπεῖς μάρτυρας, τοὺς ἀμφὶ τὸν Δωρόθεον βασιλικοὺς παῖδας, οἳ καὶ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς παρὰ τοῖς δεσπόταις ἠξιωμένοι, γνησίων τε αὐτοῖς διαθέσει τέκνων οὐ λειπόμενοι, μείζονα πλοῦτον ὡς ἀληθῶς ἤγηνται τῆς τοῦ βίου δόξης καὶ τρυφῆς τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ὀνειδισμούς τε καὶ πόνους, καὶ τοὺς κεκαινουργημένους ἐπ' αὐτοῖς (9) πολυτρόπους θανάτους· ὧν ἑνός τινος οἷῳ κέχρηται μνησθέντες τῷ τοῦ βίου τέλει, σκοπεῖν ἐξ αὐτοῦ καὶ τὰ τοῖς ἄλλοις συμβεβηκότα, τοῖς ἐντυγχάνουσι καταλείψομεν· ἤγετό τις εἰς μέσον κατὰ τὴν προειρημένην πόλιν, ἐφ' ὧν δεδηλώκαμεν ἀρχόντων. Θύειν δὴ οὖν προσταχθείς, ὡς ἐνίστατο, γυμνὸς μετάρσιος ἀρθῆναι κελεύεται, μάστιξί τε τὸ πᾶν σῶμα καταξαίνεσθαι, εἰσότε ἠττηθεὶς, κἂν ἄκων τὸ προσταττόμενον ποιήσειεν. Ὡς δὲ καὶ ταῦτα πάσχων ἀδιάτρεπτος ἦν, ὄξος λοιπὸν ἤδη τῶν ὀστέων ὑποφαινομένων αὐτοῦ σὺν καὶ ἅλατι φύραντες, κατὰ τῶν διασαπέντων τοῦ σώματος μερῶν ἐνέχεον· ὡς δὲ καὶ ταύτας ἐπάτει τὰς ἀλγηδόνας, ἐσχάρα τούντεῦθεν καὶ πῦρ εἰς μέσον εἵλκετο. Καὶ χρεῶν ἐδωδίμων δίκην τὰ λείψανα αὐτῷ τοῦ σώματος ὑπὸ τοῦ πυρὸς οὐκ εἰς ἄθρουν, ὡς ἂν μὴ συντόμως ἀπαλλαγείη, κατὰ βραχὺ δὲ ἀνηλίσκετο, οὐ πρότερον ἀνεῖναι τῶν ἐπιτιθέντων αὐτὸν τῇ πυρᾷ συγχωρουμένων (10), πρὶν ἂν καὶ μετὰ τοσαῦτα τοῖς προστασσομένοις ἐπινεύσειεν. Ὁ δ' ἀπρὶξ ἐχόμενος τῆς προθέσεως, νικηφόρος ἐν αὐταῖς ταῖς βασάνοις ἀπέδωκε τὴν ψυχήν. Τοιοῦτον τῶν βασιλικῶν ἑνὸς τὸ μαρτύριον παίδων. ἄξιον ὡς ὄντως (11) καὶ τῆς προσηγορίας· Πέτρος γὰρ ἐκα-

(8) *Σπαράττει.* Edicta imperatorum et epistolæ in charta præscribebantur. Hinc Nilus in epistola 264 ait chartam simpliciter vocari quæ ex papyro et glutino compacta est ; sed postquam imperatoris subscriptionem accepit, tunc vocari sacram : Ἐκ παπύρου καὶ κόλλης χάρτης κατασκευασθείς, χάρτης ψιλὸς καλεῖται· ἐπὰν δὲ ὑπογραφὴν δέξηται βασιλέως, δῆλον ὡς σάκρα ὀνομάζεται. Sic enim legendum est, non ut in ms. codice scribitur σάρκα. Sacram enim vocabant imperatoris Epistolam, ut videre est in Actis concilii Chalcedonensis, et in Novellis Justiniani, et in Glossario Nomico. Idem quoque testatur Ammianus in lib. XXII, his verbis : « Replicatoque volumine edicti. » Nam volumen non dicitur nisi de charta.

(9) *Κεκαινουργημένους ἐπ' αὐτοῖς.* Vulg. αὐτούς. In codd. Med., Maz., Fuk. et Sav. rectius legitur ἐπ' αὐτοῖς. Sic enim vitatur κακοφωνία ex nimia repetitione ους syllabæ.

(10) *Συγχωρουμένων.* Nec Nicephorus, nec interpretes hanc vocem intellexerunt ; quippe qui non animadverterint vocem συγχωρεῖσθαι hic passive sumi.

(11) *Ἄξιον ὡς ὄντως.* Scribendum videtur ἀξίου. Refertur enim ad id quod præcessit, ἑνός. Porro de hoc Petro et de Dorotheo præposito cubiculi, Gorgonio, aliisque cubiculariis qui tunc casi sunt, vide Acta passionis Indis et Domnæ die XXVI Decembris.

Digitized by Google

λεῖτο Οὐ χείρονα δὲ καὶ τὰ κατὰ τοὺς λοιποὺς ὄντα, λόγου φειδόμενοι συμμετρίας, παραλείψομεν, τοσοῦτον ἱστορήσαντες, ὡς ὅ γε Δωρόθεος καὶ ὁ Γοργόνιος, ἑτέροις ἅμα πλείοσι τῆς βασιλικῆς οἰκετείας, μετὰ τοὺς πολυτρόπους ἀγῶνας βρόχῳ τὴν ζωὴν μεταλλάξαντες, τῆς ἐνθέου νίκης ἀπηνέγκαντο βραβεῖα. Ἐν τούτῳ τῆς κατὰ Νικομήδειαν Ἐκκλησίας ὁ τηνικαῦτα πρωτεστὼς Ἄνθιμος, διὰ τὴν εἰς Χριστὸν μαρτυρίαν, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται· τούτῳ δὲ πλῆθος ἄθρουν μαρτύρων προστίθεται, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν τοῖς κατὰ τὴν Νικομήδειαν βασιλείοις, πυρκαϊᾶς (12) ἐν αὐταῖς δὴ ταῖς ἡμέραις ἀφθείσης· ἦν καθ' ὑπόνοιαν ψευδῆ πρὸς τῶν ἡμετέρων ἐπιχειρηθῆναι λόγου διαδοθέντος, παγγενῆ σωρηδὸν βασιλικῷ νεύματι τῶν τῇδε θεοσεβῶν, οἱ μὲν ξίφει κατεσφάττοντο, οἱ δὲ διὰ πυρὸς ἐτελειοῦντο. Ὅτε λόγος ἔχει, προθυμίᾳ θείᾳ τινὶ καὶ ἀῤῥήτῳ, ἄνδρας ἅμα γυναιξὶν ἐπὶ τὴν πυρὰν καθάλλεσθαι· δήσαντες δὲ οἱ δήμιοι ἄλλο τι πλῆθος ἐπὶ σκάφαις, τοῖς θαλαττίοις ἐναπέῤῥιπτον βυθοῖς. Τοὺς δέ γε βασιλικοὺς μετὰ θάνατον παῖδας, γῇ κατὰ τῆς προσηκούσης κηδείας παραδοθέντας, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἀνορύξαντες ἐναπορῤῖψαι θαλάσσῃ καὶ αὐτοὺς ᾤοντο δεῖν οἱ νενομισμένοι δεσπόται, ὡς ἂν μὴ ἐν μνήμασιν ἀποκειμένους προσκυνοῖέν τινες, θεοὺς αὐτούς, ὥς γε ᾤοντο, λογιζόμενοι. Καὶ τὰ μὲν ἐπὶ τῆς Νικομηδείας κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀποτελεσθέντα τοῦ διωγμοῦ, τοιαῦτα. Οὐκ εἰς μακρὸν δὲ ἑτέρων κατὰ τὴν Μελιτινὴν (13) οὕτω καλουμένην χώραν, καὶ αὖ πάλιν ἄλλων ἀμφὶ τὴν Συρίαν (14) ἐπιφυῆναι τῇ βασιλείᾳ πεπειραμένων, τοὺς πανταχόσε τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας εἱρκταῖς καὶ δεσμοῖς ἐνεῖραι πρόσταγμα· ἐφοίτα βασιλικόν. Καὶ ἦν ἡ θέα τῶν ἐπὶ τούτοις γινομένων πᾶσαν διήγησιν ὑπεραίρουσα, μυρίου πλήθους ἐν παντὶ τόπῳ καθειργνυμένου, καὶ τὰ πανταχῆ δεσμωτήρια ἀνδροφόνοις καὶ τυμβωρύχοις πάλαι πρότερον ἐπεσκευασμένα, τότε πληρούντων ἐπισκόπων

tyrium unius ex imperatoris cubicularijs, digni profecto suo nomine. Petrus enim ille vocabatur. Reliquorum vero martyria nihilo inferiora, tamen brevitatis studio hic omittemus. Id tantum retulisse sufficiet, quod Dorotheus et Gorgonius una cum aliis pluribus qui in palatio ministrabant, post cujusque modi certamina, elisis laqueo faucibus, divinæ victoriæ præmium adepti sunt. Tunc etiam Anthimus, Ecclesiæ Nicomediensis episcopus, ob confessionem Christi in eadem urbe capite truncatus est. Huic adjuncta est ingens martyrum multitudo. Quippe iisdem diebus, nescio quo casu, in palatio excitatum erat incendium. Cujus cum nostros auctores fuisse publicus rumor falsa suspicione jactasset, imperiali jussu quotquot illic erant Dei cultores, acervatim cum suis familiis, alii gladio, flammis alii consumpti periere. Tunc divina quadam alacritate quæ verbis explicari non potest, conciti viri simul ac mulieres, in ardentem rogum insiliisse dicuntur. **298** Alios quoque innumerabiles vinctos et scaphis impositos, carnifices in profundum mare projecere. Sed et corpora regiorum cubiculariorum, quæ post mortem convenienti tradita fuerant sepulturæ, ipsi eorum legitimi domini erui ex sepulcro et in mare projici oportere censuerunt, ne quis illos sepulcris conditos, pro diis, ut ipsi quidem opinabantur, reputans, in posterum adoraret. Et hæc quidem in ipso persecutionis exordio Nicomediæ gesta sunt. Cæterum paulo post cum alii in Melitina Armeniæ regione, alii in Syria imperium arripere conati essent, promulgatum est imperatoris edictum, ut omnes ubique Ecclesiarum antistites vincti in carcerem truderentur. Earum vero rerum quæ postea factæ sunt spectaculum, omnem prorsus dicendi copiam superabat; quippe cum innumerabilis ubique hominum multitudo cu-

(12) *Πυρκαϊᾶς*. De hoc incendio quod Nicomediæ contigit anno 1 persecutionis, vide illustre testimonium Constantini imp. in Oratione ad sanctorum cœtum capite penultimo.

(13) *Κατὰ τὴν Μελιτινήν*. In vetustissimo codice Maz. scribitur Μελιτίνην accentu in penultima. Urbs et regio ita dicta est in minore Armenia, ut jam notavi. Porro de tyranno qui in ea regione imperium arripuit, nihil legi.

(14) *Ἄλλων ἀμφὶ τὴν Συρίαν*. Eugenium intelligit, qui in Syria brevi admodum tempore tyrannidem gessit. Totam historiam narrat Libanius tum in Oratione ad Theodosium post reconciliationem, pag. 411, tum in *Antiochico*, pag. 363. Quibus jungendus est locus ejusdem Libanii ex oratione ad Theodosium de seditione Antiochena, pag. 399. Erat quidam tribunus Seleuciæ, nomine Eugenius, qui militibus quingentis erat præpositus. Iis opus id injunctum erat, ut os portus aditumque excavarent. Milites cum diu noctuque sine intermissione laborarent, ægre id ferentes, præpositum suum ad imperium capessendum compellunt mortem minitantes nisi ipsis assensum præberet. Hoc modo coactus tribunus, purpura ex simulacro Dei cujuspiam abrepta, imperator salutatur; mox Antiochiam quæ tum præsidio militum vacua erat, ratus si eam sibi adjungere posset, plurimum inceptis profuturam, subito tendit, eamque circa occasum solis occupat. At milites, solita per totum iter lascivia usi, agros vastaverant, vinoque ac epulis sese ingurgitaverant. Quo comperto Antiochenses, paucitatem militum ebrietatemque despectui habentes, lapidibus ac cujusque modi telis, ipsis mulieribus adjuvantibus, tam tyrannum in palatium tendentem, quam milites omnes interfecerunt: ita ut περὶ πρῶτον ὕπνον circa primam vigiliam, nemo ex ipsis superesset. At imperator, qui multam gratiam Antiochensibus habere debuisset, in Antiochensis et Seleucensis ordinis principes gladio animadvertit, cum nec hi nec illi quidquam commeruissent. Inter quos et avus Libanii, forma conspicuus et proceritate corporis, est interemptus. Hæc ex pag. 411 et 363. Porro Libanius in oratione ad Theodosium de seditione, nos docet hunc tribunum militum Seleucensium dictum esse Eugenium; imperatorem autem esse Diocletianum, quem Dioclem vero ac genuino nomine (sic enim dictum est teste Victoris *Epitome*) eo loco bis appellat. Sic enim ait: Ὁ δὲ Διοκλέα λέγων σοι καὶ τὸν ἠναγκασμένον Εὐγένιον, καὶ τὴν ἐκ Σικελίας δεῦρο μετὰ μέθης ἄφιξιν, etc. Lego ἐκ Σελευκείας, ut ex aliis Libanii locis supra memoratis constat. Habes igitur tyranni nomen atque historiam, quam nos primi ex Libanii orationibus eruimus. Tempus vero quo Eugenius tyrannidem arripere conatus est, hic Eusebii locus declarat, Diocletiano scilicet octies et Maximiano septies coss.

Digitized by Google

stodiæ manciparetur : et carceres olim homicidis et sepulcrorum expilatoribus deputati, tunc episcopis, presbyteris, diaconis, lectoribus atque exorcistis complerentur, adeo ut iis qui ob crimina condemnati fuerant, nullus jam locus superesset. Rursus vero cum aliud edictum priora illa subsecutum fuisset, quo præcipiebatur ut carceribus inclusi, siquidem sacrificassent, liberi abire sinerentur; si vero id renuerent, tormentis gravissimis cruciarentur; vix jam iniri numerus potest omnium qui deinceps in singulis provinciis passi sunt martyrium; ac præsertim eorum qui per Africam et Mauritaniam, per Thebaidem et Ægyptum sunt interfecti. Ex Ægypto quidem nonnulli in alias quoque urbes ac provincias transgressi, nobilibus martyriis inclaruerunt.

A καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἀναγνωστῶν τε καὶ ἐπορκιστῶν, ὡς μηδὲ χώραν ἔτι τοῖς ἐπὶ κακουργίαις κατακρίτοις (15) αὐτόθι καταλείπεσθαι. Αὖθις δ' ἑτέρων (16) τὰ πρῶτα γράμματα ἐπικατειληφότων, ἐν οἷς τοὺς κατακλείστους, θύσαντας μὲν, ἐᾷν βαδίζειν ἐπ' ἐλευθερίας, ἐνισταμένους δὲ μυρίαις καταξαίνειν προστέτακτο βασάνοις, πῶς ἂν πάλιν ἐνταῦθα τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν μαρτύρων ἀριθμήσειέ τις τὸ πλῆθος, καὶ μάλιστα τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καὶ τὸ Μαύρων ἔθνος, Θηβαΐδα τε καὶ κατ' Αἴγυπτον; ἐξ ἧς καὶ εἰς ἑτέρας ἤδη προελθόντες πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας, διέπρεψαν τοῖς μαρτυρίοις.

CAPUT VII.

De Ægyptiis qui in Phœnice passi sunt.

Et quosdam quidem illorum in Palæstina claruisse novimus, quosdam vero apud Tyrum urbem Phœnices. Quos quis est qui cum videret, non admiratus sit innumerabiles ictus flagrorum, et in iis perferendis constantiam illorum revera illustrium Christianæ fidei athletarum : et post verbera certamen cum bestiis humanum sanguinem lambere assuetis : atque in eo certamine incursus **299** pardorum, et ursorum immanium, aprorum etiam et taurorum, quos admoto igne et candenti ferro adversus illos incitabant : admirabilem denique fortissimorum martyrum in singulis bestiis sustinendis patientiam. Quæ cum gererentur, nos ipsi præsentes aderamus : ubi et divinam potentiam Servatoris nostri Jesu Christi, cui tunc martyres testimonium perhibebant, præsentem et semetipsam manifeste martyribus exhibentem perspeximus. Si quidem voracissimæ bestiæ, longo temporis spatio nec attingere sanctorum corpora, nec propius accedere sunt ausæ. Verum in alios quidem, qui a fide nostra alieni ipsas instigabant, impetum suum converterunt. Solos vero sacrosanctos athletas, qui nudis corporibus stabant, et commo-

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῶν κατὰ Φοινίκην Αἰγυπτίων
(Nic. *H. E.* VII, 7).

Ἴσμεν γοῦν τοὺς ἐξ αὐτῶν διαλάμψαντας ἐν Παλαιστίνῃ, ἴσμεν δὲ καὶ τοὺς ἐν Τύρῳ τῆς Φοινίκης· οὓς τίς ἰδὼν, οὐ κατεπλάγη τὰς ἀναριθμήτους μάστιγας, καὶ τὰς ἐν τούτοις τῶν ὡς ἀληθῶς παραδόξων (17) τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν ἐνστάσεις, τόν τε παραχρῆμα μετὰ τὰς μάστιγας ἐν θηρσὶν αἱμοβόροις ἀγῶνα, καὶ τὰς ἐν τούτῳ παρδάλεων καὶ διαφόρων ἄρκτων, συῶν τε ἀγρίων καὶ πυρὶ καὶ σιδήρῳ κεκαυτηριασμένων βοῶν προσβολὰς, καὶ τὰς πρὸς ἕκαστον τῶν θηρίων θαυμασίους τῶν γενναίων ὑπομονάς; Οἷς γιγνομένοις καὶ αὐτοὶ παρῆμεν, ὁπηνίκα τοῦ μαρτυρουμένου Σωτῆρος ἡμῶν αὐτοῦ δὴ Ἰησοῦ Χριστοῦ C τὴν θείαν δύναμιν ἐπιπαροῦσαν, ἐναργῶς τε αὐτὴν τοῖς μάρτυσιν ἐπιδεικνῦσαν ἱστορήσαμεν, τῶν ἀνθρωποβόρων ἐπὶ πλείονα χρόνον μὴ προσψαύειν μηδὲ πλησιάζειν τοῖς τῶν θεοφιλῶν σώμασιν ἐπιτολμώντων, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοὺς ἄλλους, ὅσοι δήπουθεν ἔξωθεν (18) ἐρεθισμοῖς παρώρμων αὐτὰ, φερομένων, μόνων δὲ τῶν ἱερῶν ἀθλητῶν γυμνῶν ἑστώτων καὶ ταῖς χερσὶ κατασειόντων, ἐπί τε σφᾶς αὐτοὺς ἐπισπωμένων (τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἐκελεύετο πράττειν) μηδ' ὅλως ἐφαπτομένων, ἀλλ' ἔσθ' ὅπῃ μὲν καὶ ἐπ' αὐτοὺς ὁρμώντων, οἷα δὲ πρός τινος θειοτέρας δυνάμεως ἀνακρου-

(15) *Τοῖς ἐπὶ κακουργίαις κατακρίτοις.* Musculus vertit : « Ita ut iis qui propter maleficia damnabantur, nullus superesset in custodiis locus. » Christophorsonus vero sic interpretatus est : « His qui maleficiis tenebantur obstricti, etc. » Ignoravit scilicet tam Musculus quam Christophorsonus, reos post capitalem sententiam in carcere detentos adhuc fuisse, ex constitutione Tiberii.

(16) *Αὖθις δ' ἑτέρων.* Tertium hoc fuit edictum imperatorum contra Christianos. Primo quidem edicto jusserat imperator destrui ecclesias, et Scripturas sacras igne comburi : utque honorati si sacrificari recusassent, dignitate sua privarentur; viliores libertatem amitterent, ut est in capite 2. Alterum edictum paulo post subsecutum est, ut episcopi, presbyteri et diaconi in carcerem conjicerentur, et ad sacrificandum omnibus modis compellerentur, ut ibidem scribit Eusebius. Tertium edictum omnes cujuscunque generis Christianos tam laicos quam clericos comprehendit, quod anno persecutionis II propositum esse ait Eusebius in libro *De martyribus Palæstinæ*, cap. 3. Videtur tamen hoc edictum potius quartum fuisse. Secundum enim edictum ac tertium ad solos sacerdotes pertinebat. Ac secundo quidem jussum erat ut in carcerem conjicerentur. Tertio vero mandatum est, ut iidem sacerdotes tormentis adhibitis ad sacrificandum compellerentur.

D (17) *Τῶν ἀληθῶς παραδόξων.* Paradoxi dicebantur athletæ qui multas victorias retulerant, ut jampridem notavit Petrus Faber in *Agonistico*, lib. III, pag. 603. Porro in codd. Med. et Maz. legitur τῶν ὡς ἀληθῶς, quod certe est elegantius.

(18) *Ἔξωθεν.* Nicephorus in capite 7 lib. VII intellexit eos qui extra arenam stabant, et bestias clamoribus incitabant. Sed Rufinus non spectatores intellexit, sed arenarios, quibus artis est instigare bestias, ut ipse loquitur : « Verum bestiæ, inquit, illos ipsos, qui ad instigandum mittuntur, incredibili velocitate discerpunt. » Christophorsonus Nicephori expositionem secutus est. Sic enim vertit : « In infideles qui extra repagula, alius aliunde, eas in martyres instigarunt, » etc. Ex quo apparet eum duplici modo interpretatum esse vocem ἔξωθεν; tam de infidelibus, quam de iis qui extra arenam stabant. Occurrit eadem vox infra in hoc capite τοὺς μὲν ἄλλους τῶν ἔξωθεν προσιόντων.

Digitized by Google

ομένων, καὶ αὖ πάλιν εἰς τοὐπίσω χωρούντων. Ὃ καὶ εἰς μακρὸν γινόμενον, θαῦμα παρεῖχεν οὐ σμικρὸν τοῖς θεωμένοις, ὥστε ἤδη διὰ τὸ ἄπρακτον τοῦ πρώτου, δεύτερον καὶ τρίτον προσαφίεσθαι ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ μάρτυρι θηρίον. Καταπλαγῆναι δ' ἦν τὴν ἐπὶ τούτοις ἀπτόητον τῶν ἱερῶν ἐκείνων καρτερίαν, καὶ τὴν ἐν σώμασι νέοις βεβηκυῖαν καὶ ἀδιάτρεπτον ἔνστασιν. Ἑώρας γοῦν ἡλικίαν οὐδ' ὅλων ἐτῶν εἴκοσι, δίχα δεσμῶν ἑστῶτος νέου, καὶ τὰς μὲν χεῖρας ἐφαπλοῦντος εἰς σταυροῦ τύπον, ἀκαταπλήκτῳ δὲ καὶ ἀτρεμεῖ διανοίᾳ ταῖς πρὸς τὸ Θεῖον σχολαίτατα τεταμένου λιταῖς, μηδ' ὅλως τε μεθισταμένου μηδ' ἀποκλίνοντός ποι τοῦ ἕνθα εἱστήκει τόπου, ἄρκτων καὶ παρδάλεων θυμοῦ καὶ θανάτου πνεόντων, καὶ σχεδὸν αὐτῆς καθαπτομένων αὐτοῦ τῆς σαρκὸς, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως θείᾳ καὶ ἀπορρήτῳ δυνάμει μονονουχὶ φραττομένων τὸ στόμα, καὶ αὖθις παλινδρομούντων εἰς τοὐπίσω. Καὶ οὗτος μὲν οὖν τοιοῦτός τις ἦν. Πάλιν δ' ἂν ἑτέρους εἶδες, πέντε γὰρ οἱ πάντες ἐτύγχανον, ἠγριωμένῳ ταύρῳ παραβληθέντας, ὃς τοὺς μὲν ἄλλους τῶν ἔξωθεν προσιόντων, τοῖς κέρασιν εἰς τὸν ἀέρα ῥίπτων διεσπάραττεν, ἡμιθνῆτας αἱρεσθαι καταλιπών, ἐπὶ μόνους δὲ θυμῷ καὶ ἀπειλῇ τοὺς ἱεροὺς ὁρμῶν μάρτυρας, οὐδὲ πλησιάζειν αὐτοῖς οἷός τε ἦν, κυρίττων δὲ τοῖς ποσὶ (19) καὶ τοῖς κέρασι τῇδε κἀκεῖσε χρώμενος, καὶ διὰ τοὺς τῶν καυτήρων ἐρεθισμοὺς θυμοῦ καὶ ἀπειλῆς πνέων, εἰς τοὐπίσω πρὸς τῆς ἱερᾶς ἀνθείλκετο Προνοίας· ὡς μηδὲ τούτου μηδὲν μηδαμῶς αὐτοὺς ἀδικήσαντος, ἕτερα ἄττα αὐτοῖς ἐπαφίεσθαι θηρία. Τέλος δὴ οὖν μετὰ τὰς δεινὰς καὶ ποικίλας τούτων προσβολὰς, ξίφει κατασφαγέντες (20) οἱ πάντες, ἀντὶ γῆς καὶ τάφων τοῖς θαλαττίοις παραδίδονται κύμασι.

A tis manibus eas in semetipsos provocabant (id enim facere jubebantur) ne contigerunt quidem. Imo interdum quidem in eos irruebant ; sed protinus quasi divina quadam virtute repulsæ, retro cedebant. Quæ cum diutius fierent, non mediocri admiratione defixi erant spectatores : adeo ut ob cassum et inanem prioris bestiæ incursum, altera rursus ac tertia in unum eumdemque martyrem emitteretur. Mirari tunc licebat intrepidam erga hæc sanctorum constantiam, et stabilem atque inconcussam in teneris corporibus animi fortitudinem. Quippe vidisses tunc adolescentulum vixdum vicesimum ætatis annum ingressum, absque vinculis stantem : et manibus in crucis formam expansis, firmoque et impavido animo attentissime Deo B supplicantem ; nec ab eo in quo steterat loco recedentem aut ullatenus declinantem : cum interim ursi et pardi furorem ac mortem anhelitu ipso spirantes, membra illius pene jam morsibus invaderent. Qui tamen, nescio quo pacto, constrictis divina quadam et arcana virtute ipsorum faucibus, retro protinus abscedebant. Et hic quidem se gessit isto quem diximus modo. Rursus vero alios vidisses (erant enim ompes numero quinque) efferato objectos tauro, qui alios quidem ex infidelium numero cornibus in sublime jactatos discerpebat ac semivivos asportandos relinquebat : ad solos autem sacros martyres, cum in eos furens et minabundus irrueret, ne accedere quidem poterat. Sed pedibus terram quatiens, et hac illac jactans cornua, atque C ob candentis ferri stimulos **300** furorem ac minas spirans, nihilominus divina obsistente providentia retro avertebatur. Proinde cum nullatenus ab eo læsi essent, aliæ rursus in illos immissæ sunt bestiæ. Tandem denique post multiplices et horrendos bestiarum incursus cuncti gladio confossi, sepulcri loco marinis gurgitibus commendati sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον (Nic. *H. E.* VII, 8).

Καὶ τοιοῦτος μὲν ὁ ἀγὼν τῶν κατὰ Τύρον τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἆθλους ἐνδειξαμένων Αἰγυπτίων. Θαυμάσειε δ' ἄν τις αὐτῶν καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς οἰκείας γῆς μαρτυρήσαντας· ἔνθα μυρίοι τὸν ἀριθμὸν ἄνδρες ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶν, ὑπὲρ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίας τοῦ προσκαίρου ζῆν καταφρονήσαντες, διαφόρους ὑπέμειναν θανάτου. Οἱ μὲν αὐτῶν μετὰ ξεσμοὺς καὶ στρεβλώσεις μάστιγάς τε χαλεπωτάτας, D καὶ μυρίας ἄλλας ποικίλας καὶ φρικτὰς ἀκοῦσαι βασάνους πυρὶ παραδοθέντες, οἱ δὲ πελάγει καταβροχθισθέντες, ἄλλοι δὲ εὐθαρσῶς τοῖς ἀποτέμνουσι τὰς ἑαυτῶν προτείναντες κεφαλὰς, οἱ δὲ καὶ ἐναποθανόντες ταῖς βασάνοις, ἕτεροι δὲ λιμῷ διαφθαρέντες· καὶ ἄλλοι πάλιν ἀνασκολοπισθέντες, οἱ μὲν κατὰ τὸ σύνηθες τοῖς κακούργοις, οἱ δὲ καὶ χειρόνως ἀνάπαλιν

CAPUT VIII.

De iis qui in Ægypto passi sunt.

Hujusmodi fuit certamen Ægyptiorum, qui in urbe Tyro pro pietate gloriose dimicarunt. Sed et illos Ægyptios qui domi martyrium perpessi sunt, merito quis admiretur. Illic enim viri prope innumerabiles cum uxoribus et liberis, pro Servatoris nostri doctrina temporalem hanc vitam aspernati, varia mortis genera sustinuerunt : alii quidem post D ungulas ac fidiculas, post crudelissima verba et varios ipso etiam dictu horrendos cruciatus flammis absumpti : alii vero in mare demersi. Alii carnificibus capita sua amputanda alacri animo præbuerunt. Nonnulli tormentis ipsis immortui ; quidam fame consumpti. Alii denique in crucem acti ; pars eo modo quo malefici vulgo suffigi solent : pars atrocius, capite deorsum verso clavis confixi,

(19) *Κυρίττων δὲ τοῖς ποσί.* Hunc locum Nicephorus interpolavit et in sensum prorsus alienum convertit.

(20) *Ξίφει κατασφαγέντες.* Langus vertit « jugulati, » recte, ut equidem sentio. Mos enim erat, ut confectores immitterentur, qui noxios in arena jugularent, ut supra observavi ubi de passione Polycarpi. Cave igitur existimes martyres illos capite truncatos fuisse.

Digitized by Google

et vivi eo usque servati, quoad in ipsis patibulis fame interiissent.

CAPUT IX.

De iis qui in Thebaide passi sunt.

Verum omnem dicendi copiam superant cruciatus illi ac dolores quos apud Thebaidem martyres pertulerunt, acutis testis vice ungularum adhibitis toto corpore ad mortem usque lacerati. Mulieres vero altero pede religatæ sublimes capite deorsum vergente, machinis quibusdam in altum sublatæ, nudisque ac prorsus intectis corporibus, fœdissimum simul atque inhumanissimum spectaculum cunctis intuentibus præbuerunt. Alii rursus ad arbores et ramos alligati interiere. Nam cum robustissimos ramos inflexos machinamentis quibusdam in unum coire fecissent, **301** martyrum cruribus utrinque ad eos religatis, ramos in proprium ac naturalem situm reverti sinebant, ut membra eorum adversus quos hæc excogitaverant, uno simul impetu discerperentur. Atque hæc omnia non paucis diebus nec exiguo temporis spatio, sed prolixo aliquot annorum curriculo continue perpetrata sunt: cum nunc deni, interdum viceni et amplius; nonnunquam ad triginta usque et sexaginta; quandoque et centeni viri simul ac mulieres cum parvulis uno die interficerentur, variis ac per vices alternatis suppliciis addicti. Nos quoque cum in illis partibus degeremus, quam plurimos acervatim uno die: alios quidem capite truncatos, alios vero flammis traditos vidimus. Adeo ut gladii ipsi hebetarentur, et cædere amplius non valentes frangerentur; ipsique carnifices viribus fatiscentes, sibi invicem succederent. Quo quidem tempore mirabilem in primis animi ardorem, vereque divinam virtutem et alacritatem eorum qui in Christum Dei crediderant, oculis nostris conspeximus. Etenim vixdum adversus primos lata erat sententia, cum alii aliunde ad tribunal judicis prosilierunt, Christianos sese confessi. Et pericula quidem cunctaque multiformium tormentorum genera parvi ducebant: supremi vero omnium Numinis cultum libera voce absque ullo metu profitebantur; et cum gaudio atque hilaritate, ridentes capitalem sententiam excipiebant: adeo ut in laudem conditoris omnium Dei psalmos hymnosque et gratiarum actiones ad extremum usque spiritum concinerent. Et hi quidem admiratione profecto digni exstiterunt. Verum ii maximam præ cunctis laudem atque admirationem merentur, qui opibus ac nobilitate pollentes, et ob eloquentiam ac philosophiæ

κατωκάρα προσηλωθέντες, τηρούμενοί τε ζῶντες, εἰσότε καὶ ἐπ' αὐτῶν ἱκρίων λιμῷ διαφθαρεῖεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν κατὰ Θηβαΐδα (Nic. *H. E.* VII, 8).

Πάντα δ' ὑπεραίρει λόγον, καὶ ἃς ὑπέμειναν αἰκίας καὶ ἀλγηδόνας οἱ κατὰ Θηβαΐδα μάρτυρες, ὀστράκοις ἀντὶ ὀνύχων ὅλον τὸ σῶμα καὶ μέχρις ἀπαλλαγῆς τοῦ βίου καταξαινόμενοι, γυναιά τε τοῖν ποδοῖν ἐξ ἑνὸς ἀποδεσμούμενα, μετέωρά τε καὶ διαέρια (21) κάτω κεφαλὴν μαγγάνοις τισὶν εἰς ὕψος ἀνελκόμενα, γυμνοῖς τε παντελῶς καὶ μηδ' ἐπικεκαλυμμένοις τοῖς σώμασι, θέαν ταύτην αἰσχίστην καὶ πάντων ὠμοτάτην καὶ ἀπανθρωποτάτην τοῖς ὁρῶσιν ἅπασι παρεσχημένα. Ἄλλοι δ' αὖ πάλιν δένδρεσι καὶ πρέμνοις ἐναπέθνησκον δεσμούμενοι. Τοὺς γὰρ μάλιστα στερροτάτους τῶν κλάδων μηχαναῖς τισιν ἐπὶ ταὐτὸν συνελκοντες, εἰς ἑκάτερά τε τούτων τὰ τῶν μαρτύρων ἀποτείνοντες σκέλη, εἰς τὴν ἑαυτῶν ἠφίεσαν τοὺς κλάδους φέρεσθαι φύσιν, ἄθρουν τῶν μελῶν διασπασμὸν καθ' ὧν ταῦτ' ἐνεχείρουν, ἐπινοοῦντες. Καὶ ταῦτά γε πάντα ἐνηργεῖτο οὐκ ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας ἢ χρόνον τινὰ βραχύν, ἀλλ' ἐπὶ μακρὸν ὅλων ἐτῶν διάστημα, ὁτὲ μὲν πλειόνων ἢ δέκα, ὁτὲ δὲ ὑπὲρ τοὺς εἴκοσι τὸν ἀριθμὸν ἀναιρουμένων, ἄλλοτε δὲ οὐχ ἧττον καὶ τριάκοντα, ἤδη δὲ ἐγγύς που καὶ ἑξήκοντα, καὶ πάλιν ἄλλοτε ἑκατὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ ἄνδρες ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶν ἐκτείνοντο, ποικίλαις καὶ ἐναλλαττούσαις τιμωρίαις καταδικαζόμενοι. Ἱστορήσαμεν δὲ καὶ αὐτοὶ (22) ἐπὶ τῶν τόπων γενόμενοι, πλείους ἀθρόως κατὰ μίαν ἡμέραν, τοὺς μὲν τῆς κεφαλῆς ἀποτομὴν ὑπομείναντας, τοὺς δὲ τὴν διὰ πυρὸς τιμωρίαν· ὡς ἀμβλύνεσθαι φονεύοντα τὸν σίδηρον, ἀτονοῦντά τε διαθλᾶσθαι, αὐτούς τε τοὺς ἀναιροῦντας ἀποκάμνοντας, ἀμοιβαδὸν ἀλλήλους διαδέχεσθαι. Ὅτε καὶ θαυμασιωτάτην ὁρμὴν, θείαν τε ὡς ἀληθῶς δύναμιν καὶ προθυμίαν τῶν εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ πεπιστευκότων συνεωρῶμεν. Ἅμα γοῦν τῇ κατὰ τῶν προτέρων ἀποφάσει, ἐπεπήδων ἄλλοθεν ἄλλοι τῷ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βήματι (23), Χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες, ἀφροντίστως μὲν πρὸς τὰ δεινὰ καὶ τοὺς τῶν πολυειδῶν βασάνων τρόπους διακείμενοι, ἀκαταπλήκτως δὲ παῤῥησιαζόμενοι ἐπὶ τῇ εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείᾳ, μετά τε χαρᾶς καὶ γέλωτος καὶ εὐφροσύνης τὴν ὑστάτην ἀπόφασιν τοῦ θανάτου καταδεχόμενοι, ὥστε ψάλλειν, καὶ ὕμνους καὶ εὐχαριστίας εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν μέχρις αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπέμπειν ἀναπνοῆς. Θαυμάσιοι μὲν οὖν καὶ οὗτοι· ἐξαιρέτως δὲ ἐκεῖνοι θαυμασιώτεροι, οἱ πλούτῳ μὲν καὶ εὐγενείᾳ καὶ δόξῃ, λόγῳ τε καὶ φιλοσοφίᾳ διαπρέψαντες, πάντα γε μὴν δεύτερα θέ-

(21) *Διαέρια.* Monstrosam lectionem hic exhibet Nicephorus: ex quo apparet illum depravatissimis Eusebii codicibus usum fuisse. Nam pro διαέρια, habet οἷά τινα ἱερεῖα, quod sensu caret.

(22) *Ἱστορήσαμεν δὲ καὶ αὐτοί.* Ex hoc loco discimus, Eusebium in Ægypto versatum fuisse, quod etiam testatur Theodorus Metochita in *Collectaneis*: quo loco observat omnes non modo Ægyptios, verum etiam eos qui in Ægypto versati sunt, intricata quadam et obscura dictione in scribendo usos fuisse. Inter quos non postremo loco recenset Eusebium nostrum.

(23) *Τῷ πρὸ τοῦ δικαστοῦ βήματι.* Mira locutio, tribunal quod est ante judicem. Bῆμα ergo sumitur pro gradibus tribunalis. Hinc judex sedere dicitur πρὸ τοῦ βήματος, id est, pro tribunali, vel pro tribunalibus, ut hic loquitur Rufinus.

Digitized by Google

μενοι τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, καὶ τῆς εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πίστεως· οἷος φιλόρωμος ἦν, ἀρχήν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως (24) ἐγκεχειρισμένος, ὃς μετὰ τοῦ ἀξιώματος καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς τιμῆς ὑπὸ στρατιώταις δορυφορούμενος, ἑκάστης ἀνεκρίνετο ἡμέρας· Φιλέας τε τῆς Θμουϊτῶν Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος, διαπρέψας ἀνὴρ ταῖς κατὰ τὴν πατρίδα πολιτείαις τε καὶ λειτουργίαις, ἔν τε τοῖς κατὰ φιλοσοφίαν λόγοις· οἵ καὶ μυρίων ὅσων πρὸς αἵματός τε καὶ τῶν ἄλλων φίλων ἀντιβολούντων, ἔτι μὴν τῶν ἐπ' ἀξίας [ἀρχόντων] (25), πρὸς δὲ καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ (26) παρακαλοῦντος, ὡς ἂν αὐτῶν οἶκτον λάβοιεν, φειδώ τε παίδων καὶ γυναικῶν ποιήσοιντο, οὐδαμῶς πρὸς τῶν τοσούτων ἐπὶ τὸ φιλοζωῆσαι μὲν ἐλέσθαι, καταφρονῆσαι δὲ τῶν περὶ ὁμολογίας καὶ ἀρνήσεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θεσμῶν ὑπήχθησαν, ἀνδρείῳ δὲ λογισμῷ καὶ φιλοσόφῳ, μᾶλλον δὲ εὐσεβεῖ καὶ φιλοθέῳ ψυχῇ, πρὸς ἁπάσας τοῦ δικαστοῦ τάς τε ἀπειλὰς καὶ τὰς ὕβρεις ἐνστάντες, ἄμφω τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

A studium non mediocrem gloriam consecuti, tamen veram pietatem et fidem in Dominum ac Servatorem nostrum Jesum Christum his omnibus præposuerunt. Hujusmodi fuit Philoromus : qui non vulgarem magistratum, procuratoris scilicet summæ rei apud Alexandriam gerebat; et pro dignitate ac prærogativa honoris Romani, stipatus militibus quotidie jus dicebat. Hujusmodi etiam fuit Phileas Ecclesiæ Thmuitarum episcopus; vir cunctis in patria honoribus ac muneribus summa cum laude perfunctus, et in philosophiæ **302** studiis admodum clarus. Qui cum innumeri cognati atque amici, quidam etiam ex magistratibus atque honoratis eos rogarent; cum judex ipse eos cohortaretur ut sui ipsorum misereri, et uxoribus ac liberis suis consulere vellent, nunquam his omnibus adduci potuerunt, ut vitæ suæ conservandæ causa, divinas leges de confessione et negatione nominis Christi latas contemnerent : sed virili ac philosophico animo, seu potius religiosa ac Deo dicata mente, adversus omnes judicis minas et contumelias ambo perstantes, securi percussi sunt.

(24) *Τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως.* Erat igitur Philoromus, rationalis, seu procurator summarum Ægypti. Hæc enim dignitas his verbis designatur. At Rufinus cum hæc non intelligeret, ita vertit : « Philoromus agens turmam militum Romanorum. » Quem secutus Usuardus, Ado et cæteri die IV Februarii, Philoromum tribunum vocaverunt, gravi errore. Sed neque Simeon Metaphrastes hunc Eusebii locum intellexit. Nam in *Actis* ms. passionis Philoromi ac Phileæ, quæ mihi communicavit R. P. Franciscus Combefisius, de Philoromo ita scribit : Ὁ δὲ ἑταῖρος τούτῳ κατὰ πάντα Φιλόρωμος, μεγίστης ὅσης παρὰ τῶν τότε κρατούντων ἐξουσίας ἀρχὴν ἐμπιστεύεται· ὑφ' ὧν διέπειν πάσης γῆς Αἰγύπτου πιστευθεὶς καὶ Ἀλεξανδρέων πόλεως τὸ στρατόπεδον, ἣ μία καὶ αὐτὴ καὶ πρώτη τῆς Αἰγυπτίων χώρας μητρόπολις καταγγέλλεται, τῶν ἐν αὐτῇ πραγμάτων δημοσίων τὴν ἀρχὴν ἐμπεπίστευτο. Id est : « Hujus autem Phileæ sodalis et æqualis per omnia Philoromus, maxima quadam dignitate ornatus est ab iis qui tunc temporis imperium administrabant. A quibus cum totius Ægypti et Alexandriæ (quæ sola ac prima universæ provinciæ metropolis est) exercitus regendos accepisset, publicorum negotiorum in ea civitate curam gerebat. » Vides ut Metaphrastes ad eumdem quem cæteri lapidem impegit. Atqui βασιλικὴ διοίκησις, est rationalis seu procuratoris Cæsaris officium, ut dixi. Certe diœcetes sub regibus Alexandrinis olim dicebatur, is qui postea sub principibus Romanis dictus est rationalis seu procurator summarum Ægypti, ut jampridem notavi ad excerpta Polybii Megalopolitani, pag. 23. Sic apud Dionem Cocceianum in lib. XLII Pothinus διοικητὴς dicitur, quem Cæsar in libro *De bello Alexandrino* procuratorem regni vocat. Sed et Eusebii quæ sequuntur verba, satis indicant eam Philoromi dignitatem civilem fuisse, non militarem. Addit enim Eusebius, ὑπὸ στρατιώταις δορυφορούμενος ἑκάστης ἀνεκρίνετο ἡμέρας. Id est, « stipatus militibus seu officialibus, quotidie jus dicebat. » Quæ verba ut in tribunum cadere non possunt, ita egregie conveniunt rationali. Quippe rationales officium seu apparitionem habebant, et jus dicebant. Ammianus Marcellinus in libro XXVIII : « Quæsitus in unum impiorum hominum globus, imitatus rationalis officium ipsumque judicem, » etc., ubi vide quæ olim observavi. Quibus adde epistolam Flavii Himerii, rationalis Ægypti ad præfectum Mareotæ quam refert Athanasius in *Apologia*, τὴν σύνοψιν ποιησάμενος, εἰς τὴν τάξιν ἀνενεγκεῖν. Sed et *Acta* apud rationalem confecta fuisse ibidem docetur. Habebat ergo officialem ab actis.

(25) *Τῶν ἐπ' ἀξίας ἀρχόντων.* Ultima vox delenda esse mihi videtur. Est enim, ut opinor, scholium additum ad explicationem vocum præcedentium. Quanquam οἱ ἐπ' ἀξίας non tam magistratus significant quam honoratos, ut Latini vocant, id est, eos qui honoribus perfuncti sunt. De honoratis multa olim notavi ad librum XIV Ammiani Marcellini. Certe vocem ἄρχοντας hic superfluam esse apparet. Nullus enim erat ἄρχων præter ipsum judicem : nisi forte magistratus municipales intelligas.

(26) *Καὶ αὐτοῦ τοῦ δικαστοῦ.* In Actis passionis Phileæ, præses hic dicitur Culcianus. Fuit autem Culcianus præses Thebaidis, ut docet Epiphanius. Proinde Phileas passus est in Thebaide, non autem Alexandriæ, ut quidam putant. Quos in errorem induxit Eusebii locus ex cap. 10, ubi Phileæ epistola referretur, quam ille ad Thmuitas scripsit Alexandria, paulo ante agonem martyrii sui. Verum, ut dixi, Culcianus præses Thebaidis a quo damnatus est, manifesto arguit illum in Thebaide passum fuisse. Cæterum acta illa passionis Phileæ nuper edita sunt Antwerpiæ. Quibus plane consentit codex ms. Bibliothecæ Sancti Victoris. Interpolata sunt autem a quodam Gregorio, qui ex lib. VIII *Historiæ Ecclesiasticæ* Rufini multa inseruit. Vera igitur acta incipiunt ab his verbis : « Imposito ergo Phileæ super ambonem, Culcianus præses dixit, » etc. In fine item quædam addita sunt ex Rufino de Philoromo martyre. Symeon tamen Metaphrastes in *Actis* ms. passionis Phileæ et Philoromi, eos Alexandriæ passos esse dicit. Sic enim habet : Φιλεὺς γὰρ οὗτος ὁ ἔνδοξος, καὶ σὺν αὐτῷ Φιλόρωμος, οἱ πανάγιοι μάρτυρες, τότε δὴ τῷ κατ' Αἴγυπτον δικάζοντι ἄρχοντι ἐπ' Ἀλεξανδρείας ὄντι, πλεῖστα ὅσα παρ' αὐτοῦ ζητηθέντες, δέσμιοι προσηνέχθησαν. Et in fine, postquam sententiam præfecti Augustalis retulit in eos latam, hæc subjungit : Οἱ δὲ ἅγιοι ἄμφω ἐπὶ τὸ τέλος τῆς αὐτῶν μαρτυρίας ὑπὸ τῶν δημίων ἐτύροντο· καὶ δὴ ἐν τῷ ὡρισμένῳ τόπῳ γενόμενοι, τῷ Θεῷ τε δόξαν εἵνεκα τῶν τοιούτων στεφά-

Digitized by Google

CAPUT X.

De his quæ Alexandriæ gesta sunt, testimonium Phileæ martyris.

Verum quandoquidem Phileam in Græcorum disciplinis apprime versatum fuisse retulimus, ipse nunc prodeat, tum de seipso testimonium dicturus, quis et unde fuerit : tum martyria illa quæ per id tempus Alexandriæ contigerunt, accuratius quam nos relaturus his verbis. Ex epistola Phileæ ad Thmuitas. Hæc igitur omnia exempla ac signa, et pulcherrima documenta in sacris litteris exstare cum scirent beatissimi qui nobiscum versati sunt martyres; absque ulla cunctatione, oculum mentis in supremum omnium Deum sincere defigentes, et mortem pro pietate libenti animo amplectentes, vocationi suæ pertinaciter inhæserunt. Quippe qui probe nossent Dominum nostrum Jesum Christum nostra causa hominem idcirco factum fuisse, ut et peccatum omnino exscinderet, et ad vitam æternam contendentibus nobis subsidia itineris compararet. « Non enim rapinam arbitratus est Christus esse se æqualem Deo; sed exinanivit seipsum, servi formam induens : et specie ipsa inventus quasi homo, humiliavit semetipsum usque ad mortem; et quidem mortem crucis [49]. » Proinde meliora charismata consectantes martyres qui Christum gestabant, omnes ærumnas, omnia tormentorum genera quæ excogitari potuerant, non semel, sed iterum ac sæpius nonnulli sustinuerunt. Et cum satellites non solum verbis minantes, sed etiam factis terrorem ipsis incutere certatim niterentur, non tamen **303** fracti sunt animo, eo quod « perfecta caritas foras ejiciebat timorem [50]. » Quorum virtutem et in singulis tormentis fortitudinem, quæ tandem oratio possit percensere? Nam cum eos injuria afficere cuivis liceret, alii fustibus, alii virgis, alii flagris eos verberabant: quidam loris, nonnulli etiam funibus cædebant. Eratque hujusmodi cruciatuum spectaculum varium et multiplex plenumque malitiæ. Quidam enim illorum manibus

[49] Philipp. II, 6-8. [50] I Joan. IV, 18.

νων εὐχαριστήριον ἀναπέμψαντες, ἐπ' αὐτῆς Ἀλεξανδρείας ὁμοῦ τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν, μηνὶ Παχὼν κγ' κατ' Αἰγυπτίους, κατὰ δὲ Ῥωμαίους πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἰανουαρίων. Id est: « Ambo igitur sancti ad finem confessionis ipsorum tracti sunt a carnificibus. Cumque ad locum constitutum venissent, actis Deo gratiis ob ejusmodi coronas, in urbe Alexandria simul ambo capite truncati sunt, die XXIII mensis Cheao juxta Ægyptios, juxta Romanos vero octavo Kalendas Januarias. » In appendice quoque *Actorum* Polyeucti martyris quæ nuper edita est Antwerpiæ, Philoromus Alexandriæ passus esse dicitur. Quare si vera sunt *Acta* illa Latina de quibus paulo ante dixi, in quibus Culciani præsidis interrogatio cum Phileæ responsionibus continetur, Culcianus præfectus Augustalis fuerit necesse est, tunc cum Phileas et Philoromus Alexandriæ subiere martyrium. Certe Eusebius in fine lib. IX diserte affirmat, Culcianum hunc ad omnes honorum gradus a Maximino promotum fuisse.

(27) Hujus capitis titulus in codice Med. et Mazar. ita conceptus est : Περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν πεπραγμένων ἔγγραφοι διδασκαλίαι. Titulus autem capitis præcedentis ita perscriptus est, περὶ τῶν κατὰ Θηβαΐδα Φιλέου μάρτυρος, sed non dubito quin verba illa Φιλέου μάρτυρος, pertineant ad titulum c. 10. Quippe in eo capite refert Eusebius ex Phileæ litteris ad Thmuitas, martyria Alexandrinorum.

(28) Ἀπὸ τῶν Φιλέου πρὸς Θμουΐτας γραμμάτων. Hæc verba majusculis litteris scribenda sunt ad distinctionem. Et in Regio quidem codice a reliquo textu modico intervallo separantur. In Medicæo autem libro locantur ad marginem; in Mazarino et Fuk. codice omittuntur.

(29) Vulg. οὐδὲν μελήσαντες. Scribe μελλήσαντες ut legitur in codd. Med., Maz., Fuk. et Savil. idem error supra in cap. 4 hujus libri ex eorumdem codicum auctoritate a nobis emendatus est, et rursus infra in hac Phileæ epistola.

(30) Οἱ χριστοφόροι μάρτυρες. Id est Christo pleni. Sic Ignatius Antiochenus episcopus dictus est Θεοφόρος, id est, Deo plenus.

(31) Περὶ τὸ ξύλον. Equuleum intelligo. Reis enim in equuleo suspensis latera ferreis ungulis exarabantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι' (27).

Φιλέου μάρτυρος περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν πεπραγμένων ἔγγραφοι διδασκαλίαι (Nic. *H. E.* VII, 10).

Ἐπεὶ δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν μαθημάτων ἕνεκα πολλοῦ λόγου ἄξιον γενέσθαι τὸν Φιλέαν ἔφαμεν, αὐτὸς ἑαυτοῦ παρίτω μάρτυς, ἅμα μὲν ἑαυτὸν ὅστις ποτ' ἦν ἐπιδείξων, ἅμα δὲ καὶ τὰ κατ' αὐτὸν ἐν τῇ Ἀλεξανδρείᾳ συμβεβηκότα μαρτύρια ἀκριβέστερον μᾶλλον ἢ ἡμεῖς ἱστορήσων διὰ τούτων τῶν λέξεων· Ἀπὸ τῶν Φιλέου πρὸς Θμουΐτας γραμμάτων (28). Τούτων ἁπάντων ὑποδειγμάτων ἡμῖν καὶ ὑπογραμμῶν καὶ καλῶν γνωρισμάτων ἐν ταῖς θείαις καὶ ἱεραῖς Γραφαῖς κειμένων, οὐδὲν μελλήσαντες (29) οἱ μακάριοι οἱ σὺν ἡμῖν μάρτυρες, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν καθαρῶς τείναντες, καὶ τὸν ἐπ' εὐσεβείᾳ θάνατον ἐν νῷ λαβόντες, ἀπρὶξ τῆς κλήσεως εἴχοντο, τὸν μὲν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εὑρόντες ἐνανθρωπήσαντα δι' ἡμᾶς, ἵνα πᾶσαν μὲν ἁμαρτίαν ἐκκόψῃ, ἐφόδια δὲ τῆς εἰς τὴν αἰώνιον ζωὴν εἰσόδου ἡμῖν κατάθηται· « οὐ γὰρ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος, ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν ἕως θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. » Διὸ καὶ ζηλώσαντες τὰ μείζονα χαρίσματα οἱ χριστοφόροι μάρτυρες (30), πάντα μὲν πόνον καὶ παντοίας αἰκισμῶν ἐπινοίας οὐκ εἰσάπαξ, ἀλλ' ἤδη καὶ δεύτερόν τινες ὑπέμειναν, πάσας δὲ ἀπειλὰς οὐ λόγοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργοις τῶν δορυφόρων κατ' αὐτῶν φιλοτιμουμένων, οὐκ ἐνεδίδουν τὴν γνώμην, διὰ τὸ τὴν τελείαν ἀγάπην ἔξω βάλλειν τὸν φόβον. Ὧν καταλέγειν τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν ἐφ' ἑκάστῃ βασάνῳ ἀνδρείαν, τίς ἂν ἀρκέσειε λόγος; Ἀνέσεως γὰρ οὔσης ἅπασι τοῖς βουλομένοις ἐνυβρίζειν, οἱ μὲν ξύλοις ἐπαίοντο, ἕτεροι δὲ ῥάβδοις, ἄλλοι δὲ μάστιξιν, ἕτεροι δὲ πάλιν ἱμάσιν, ἄλλοι δὲ σχοινίοις. Καὶ ἦν ἡ θέα τῶν αἰκισμῶν ἐνηλλαγμένη, καὶ πολλὴν τὴν ἐν αὐτῇ κακίαν ἔχουσα. Οἱ μὲν γὰρ ὀπίσω τὼ χεῖρε δεθέντες, περὶ τὸ ξύλον (31) ἐξηρτῶντο, καὶ μαγγάνοις τισὶ διετείνοντο πᾶν μέλος· εἶθ' οὕτως διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐπῆγον ἐκ κελεύσεως οἱ βασανισταί, οὐ καθάπερ τοῖς

φονεῦσιν ἐπὶ τῶν πλευρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γαστρὸς καὶ κνημῶν καὶ παρειῶν τοῖς ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον (32)· ἕτεροι δὲ ἀπὸ τῆς στοᾶς μιᾶς χειρὸς ἐξηρτημένοι αἰωροῦντο, πάσης ἀλγηδόνος δεινοτέραν τὴν ἀπὸ τῶν ἄρθρων καὶ μελῶν τάσιν ἔχοντες· ἄλλοι δὲ πρὸς τοῖς κίοσιν ἀντιπρόσωποι ἐδοῦντο, οὐ βεβηκόσι τοῖς ποσὶ, τῷ δὲ βάρει τοῦ σώματος βιαζομένων μετὰ τάσεως ἀνελκομένων τῶν δεσμῶν. Καὶ τοῦθ' ὑπέμενον, οὐκ ἐφ' ὅσον προσδιελέγετο, οὐδ' αὐτοῖς ἐσχόλαζεν ὁ ἡγεμὼν, ἀλλὰ μονονουχὶ δι' ὅλης τῆς ἡμέρας. Ὅτε γὰρ καὶ ἐφ' ἑτέρους μετέβαινε, τοῖς προτέροις κατελίμπανεν ἐφεδρεύειν τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ αὐτοῦ ὑπηρετουμένους (33), εἴ που τις ἠττηθεὶς τῶν βασάνων ἐνδιδόναι ἐδόκει, ἀφειδῶς δὲ κελεύων καὶ τοῖς δεσμοῖς προσιέναι (34), καὶ μετὰ ταῦτα ψυχορραγοῦντας αὐτοὺς κατατιθεμένους εἰς τὴν γῆν ἕλκεσθαι· οὐ γὰρ εἶναι κἂν μέρος αὐτοῖς φροντίδος περὶ ἡμῶν. Ἀλλ' οὕτω ἐδόκουν διανοεῖσθαι (35), καὶ πράττειν, ὡς μηκέτ' ὄντων, ταύτην δευτέραν βάσανον (36) ἐπὶ ταῖς πληγαῖς τῶν ὑπεναντίων ἐφευρόντων. Ἦσαν δὲ οἱ καὶ μετὰ τοὺς αἰκισμοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι (37) διὰ τῶν τεσσάρων ὀπῶν διατεταμένοι ἄμφω τὼ πόδε, οἷς καὶ κατ' ἀνάγκην αὐτοὺς ἐπὶ τοῦ ξύλου ὑπτίους εἶναι, μὴ δυναμένους διὰ τὸ ἕναυλα τὰ τραύματα ἀπὸ τῶν πληγῶν καθ' ὅλου τοῦ σώματος ἔχειν· ἕτεροι δὲ εἰς τοὔδαφος ῥιφέντες, ἔκειντο ὑπὸ τῆς τῶν βασάνων ἀθρόας προσβολῆς, δεινοτέραν τὴν ὄψιν τῆς ἐνεργείας τοῖς ὁρῶσι παρέχοντες, ποικίλας καὶ διαφόρους ἐν τοῖς σώμασι φέροντες τῶν βασάνων τὰς ἐπινοίας. Τούτων οὕτως ἐχόντων, οἱ μὲν ἐναπέθνησκον ταῖς βασάνοις, τῇ καρτερίᾳ κατισχύοντες τὸν ἀντίπαλον· οἱ δὲ ἡμιθνῆτες ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ συγκλειόμενοι, μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ταῖς ἀλγηδόσι συνεχόμενοι ἐτελειοῦντο, οἱ δὲ λοιποὶ τῆς θεραπείας ἀνακτήσεως τυχόντες, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῆς φυλακῆς διατρίβῃ θαρσαλεώτεροι ἐγίγνοντο. Οὕτω γοῦν ἡνίκα προσετέτακτο, αἱρέσεως κειμένης ἢ ἁψαμένου τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἀνενόχλητον εἶναι, τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας (38) παρ' αὐτῶν τυχόντα, ἢ μὴ θύοντα,

A post tergum revinctis, ad stipitem suspendebantur: ac deinde universa corporis membra machinis quibusdam distendebantur. Posthæc tortores jussu judicis universo corpori; neque ut homicidis solet, lateribus duntaxat: sed etiam ventri, cruribus, ac genis cruciatus ferreis ungulis adhibebant. Quidam altera manu ad porticum suspendi pendebant; quibus articulorum membrorumque omnium distensio quovis cruciatu erat acerbior. Alii vultibus in se mutuo conversis ad columnas alligabantur, pedibus solum non contingentibus; adeo ut vincula gravitate corporum adacta, acrius intenderentur. Atque id tolerabant non solum quandiu præses eos alloquebatur, aut audiendis ipsis vacabat; sed toto propemodum die. Nam ubi ad alios audiendos B transierat, ministros officii sui relinquebat, qui prioribus imminerent; si forte quis tormentorum acerbitate victus a proposito desciscere videretur. Jubebatque eos absque ulla miseratione vinculis stringi, et postea cum jam animam exhalarent, humi abjectos trahi. Neque enim aiebat vel minimam nostri curam habendam esse: sed cunctos sic de nobis sentire, sic erga nos agere debere, quasi non amplius homines essemus. Hunc scilicet secundum cruciatum post verbera inimici nostri excogitaverant. Quidam etiam post tormenta in nervo jacuerunt; pedibus ad quatuor usque foramina divaricatis; ita ut supini esse cogerentur, cum ob recentes plagarum cicatrices quas toto corpore gerebant, stare omnino non possent. Alii C humi projecti jacebant præ nimia tormentorum acerbitate; et multo gravius quam dum cruciarentur spectaculum intuentibus præbebant, varia ac multiplicia tormentorum excogitata genera corporibus suis circumferentes. Quæ cum ita gererentur, alii in ipsis tormentis exspirabant, constantia sua pudorem incutientes adversario. **304** Alii semineces in carcerem trusi, paucis post diebus doloribus oppressi vitam finierunt. Reliqui curantium

(32) *Ἀμυντηρίοις ἐκόλαζον.* Nicephorus emendat ἀμυντηρίοις τὰς κολάσεις. Recte ut apparet. Ἀμυντήρια autem sunt ungulæ, ut recte Rufinus vertit. Videntur tamen ἀμυντήρια aliquid plus esse quam ungulæ. Nam Hesychius ἀμυντήριον, ξίφος δίστομον interpretatur, id est, gladium utrinque acutum; et in hoc crudelitas judicum notatur, qui non contenti simplicibus ungulis, novaculis ad exaranda martyrum latera utebantur.

(33) *Τοὺς τῇ ἐξουσίᾳ ὑπηρετουμένους.* Apparitores seu officiales intelligit, qui præfecto Augustali obsequebantur. De hoc enim loquitur Phileas in hac epistola, et ἡγεμόνα eum vocat. Porro ἐξουσία fere de majoribus judicibus dicitur, qui habebant jus gladii; quæ Latine potestas appellatur, ut ait Ulpianus. Quæ vox eo sensu sæpius occurrit apud Joannem Chrysostomum. Porro præfectus augustalis, eo quidem tempore erat Hierocles, quemadmodum scribit Epiphanius in hæresi Melitianorum.

(34) *Τοῖς δεσμοῖς προσιέναι.* Nova et insolens mihi videtur hæc locutio.

(35) *Οὕτω ἐδόκουν διανοεῖσθαι.* Sic nostri codices Maz., Med. et Fuk. Vulg. οὕτω καὶ διαν.

(36) *Ταύτην δευτέραν βάσανον.* Raptationem intelligit. Primus enim cruciatus erat verberum ac plagarum et ungularum. Secundus ut humi depositi traherentur et raptarentur in carcerem.

(37) *Ἐπὶ τοῦ ξύλου κείμενοι.* Pessime Langus *catastam* vertit. Hic enim τὸ ξύλον aliter sumitur ac supra. Nam supra quidem ponitur pro equuleo, ut ex D Rufino monuimus. Hic vero pro nervo ponitur, id est, compedibus ligneis. De qua significatione multa jam dixi in superioribus libris. Latini etiam lignum eo sensu dixerunt. De his compedibus intelligendus est locus in Actis martyrum Tarachi, Probi et Andronici: « Cum verberatus esset, præses dixit: Mittite illi ferrum per quatuor loca nervorum, et dimittentes aliquam curam ei apponere. » Et in Actis Luciani martyris. Synesius in oratione De regno: ἀλλ' οὔ γε μᾶλλον κινήσεται τῶν ἐν τῇ ποδοκάκῃ, τῷ φαυλοτάτῳ τῶν ξύλων. Porro sicut in hac Phileæ epistola ξύλον modo pro equuleo sumitur, modo pro nervo: ita in Actis Theodori martyris quæ habentur apud Surium die IX Novembris, lignum duplici modo accipitur.

(38) *Τῆς ἐπαράτου ἐλευθερίας.* Libertatem vocabant, cum quis vinculis solveretur, et libere quo vellet abire sineretur. Quæ vox non raro occurrit apud Eusebium, eo sensu quem dixi. Sic Arator in

Digitized by Google

remediis refocillati, tempore ipso ac diuturna carceris mora fidentiores evasere. Itaque cum postea juberentur eligere utrum mallent, an contactis nefariis sacrificiis omni molestia liberari, et abominandæ absolutionis sententiam ab ipsis consequi; an vero sacrificare abnuentes capite damnari: omnes nihil cunctati, libenti animo ad mortem perrexerunt. Quippe probe norant quæ in sacris litteris nobis præscripta [81] sunt. « Qui enim sacrificat diis alienis, ait Scriptura, exterminabitur. » Et iterum: « Non habebis deos alienos præter me [82]. » Hæc sunt vere philosophi nec minus Dei quam sapientiæ amatoris martyris verba, quæ ante extremam judicis sententiam, adhuc in custodia constitutus ad fratres Ecclesiæ suæ scripsit; partim quo in statu versaretur exponens; partim eos adhortans, ut pietatem in Christum etiam post obitum suum jamjam imminentem, mordicus retinerent. Sed quid opus est prolixa oratione uti, et divinorum qui per universum orbem passi sunt martyrum nova semper novis succedentia certamina exponere? præsertim cum illi non vulgari modo, sed quasi jure belli oppugnati sint.

A τὴν ἐπὶ θανάτῳ δίκην ἐκδέχεσθαι, οὐδὲν μελλήσαντες, ἀσμένως ἐπὶ τὸν θάνατον ἐχώρουν· ἦδεσαν γὰρ τὰ ὑπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν ἡμῖν προορισθέντα. « Ὁ γὰρ θυσιάζων, φησὶ, θεοῖς ἑτέροις, ἐξολοθρευθήσεται· » καί· « Ὅτι οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ. » Τοιαῦται τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου τε ὁμοῦ καὶ φιλοθέου μάρτυρος αἱ φωναὶ, ἃς πρὸ τελευταίας ἀποφάσεως ὑπὸ τὴν δεσμωτικὴν ἔθ' ὑπάρχων τάξιν, τοῖς κατὰ τὴν αὐτοῦ παροικίαν ἀδελφοῖς ἐπεστάλκει, ἅμα μὲν ἐν οἷς ἦν, ἀνατιθέμενος (39), ἅμα δὲ καὶ παρορμῶν αὐτοὺς ἐπὶ τὸ ἀπρὶξ ἔχεσθαι καὶ μετ' αὐτὸν ὅσον οὔπω τελειωθησόμενον, τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας (40). Ἀλλὰ τί χρὴ πολλὰ λέγειν, καὶ καινοτέρας ἐπὶ καινοτέραις τῶν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην θεοπρεπῶν μαρτύρων ἀθλήσεις παρατίθεσθαι, καὶ μάλιστα τῶν B οὐκέτι μὲν κοινῷ νόμῳ, πολέμου δὲ τρόπῳ πεπολιορκημένων;

CAPUT XI.

De iis quæ in Phrygia gesta sunt.

Certe urbem quamdam Christianorum in Phrygia, milites armati obsidione cinxerunt, injectoque igne totam una cum viris et mulieribus ac parvulis Christum omnium Deum invocantibus concremarunt. Hanc scilicet ob causam, quod universi ejus urbis incolæ et curator ipse ac magistratus cum honoratis omnibus ac plebeiis, Christianos se esse C professi, sacrificare jubentibus nullo modo obtemperabant. Quidam etiam Adauctus nomine, claro in Italia genere ortus, Romana dignitate conspicuus, et per omnes honorum gradus in imperato-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῶν κατὰ Φρυγίαν (Nic. *H. E.* VII, 10).

Ἤδη γοῦν ὅλην Χριστιανῶν πολίχνην αὐτανδρον ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν (41) ἐν κύκλῳ περιβαλόντες ὁπλῖται, πῦρ τε ὑφάψαντες, κατέφλεξαν αὐτοὺς ἅμα νηπίοις καὶ γυναιξὶ, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν Χριστὸν ἐπιβοωμένους· ὅτι δὴ πανδημεὶ πάντες οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, λογιστής τε αὐτὸς καὶ στρατηγὸς (42) σὺν τοῖς ἐν τέλει πᾶσι καὶ ὅλῳ δήμῳ, Χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες, οὐδ' ὁπωστιοῦν τοῖς προστάττουσιν εἰδωλολατρεῖν ἐπειθάρχουν. Καί τις ἕτερος Ῥωμαϊκῆς ἀξίας ἐπειλημμένος, Ἄδαυκτος (43) ὄνομα, γένος τῶν παρ' Ἰταλοῖς ἐπισήμων, διὰ πάσης διελθὼν

[81] Deut. VIII, 19. [82] Exod. XX, 3.

libro I *Apostolicæ historiæ:*

..... *damnatio justi*
Libertas est facta reis.

Id est absolutio et relaxatio.

(39) Ἀνατιθέμενος. Metaphora videtur, ut cum Latini dicunt, ad posteritatis memoriam consecrare.

(40) Τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας. Post hæc verba Christophorsonus plura capita inseruit, ex appendice quam ad calcem hujus libri ediderat Rob. Stephanus. Verum appendix illa, liber est integer, et ab opere *Historiæ Ecclesiasticæ* separatus: in quo D Eusebius passiones martyrum Palæstinæ, ac præsertim Pamphili sui descripsit. Hunc librum studiosius quidam huic octavo *Historiæ Ecclesiasticæ* volumini subjecerat propter argumenti similitudinem: ex cujus codice cæteri postea exscriptores illum in sua exemplaria transfuderunt. Certe in omnibus manuscriptis quos vidimus libris post finem hujus octavi libri reperitur, sicut a Rob. Stephano est editus. Male igitur fecit Christophorsonus, qui eum librum contra fidem omnium exemplarium in octavum *Historiæ Ecclesiasticæ* volumen, quasi ejusdem partem a suo corpore male divulsam, intrusit, et lectoribus fucum fecit. Nemo enim ante nos de hoc Christophorsoni facinore ne leviter quidem suspicatus est. Longe prudentius Musculus, qui Rob. Stephani exemplar secutus, librum octavum prout repererat, in Latinum sermonem convertit; appendicem autem totam prætermisit, quam nec Rufinus nec Nicephorus legisse mihi videntur. Sed et capita libri octavi, quæ ipsi libro ex more præfixa sunt, satis admonere potuerat Christophorsonum, appendicem illam nihil ad librum octavum pertinere.

(41) Ἀμφὶ τὴν Φρυγίαν. Eamdem rem narrat Lactantius in lib. V *Institutionum divinarum*, cap. II, ubi agit de injustitia judicum, seu rectorum provinciæ, qui Christianos suppliciis affecerant: « Alii ad occidendum præcipites exstiterunt; sicut unus in Phrygia, qui universum populum cum ipso pariter conventiculo concremavit. »

(42) Λογιστὴς τε αὐτὸς καὶ στρατηγός. Recte Rufinus *curatorem et magistratum* vertit. De logistis seu curatoribus civitatum, vide quæ notavi ad Amm. Marcellini librum XIV, pag. 56. Hinc λογιστεύειν dicitur curatoris officio fungi apud Philostratum in lib. I *De Vita sophistarum*, ubi de Nicete loquitur. De Strategis quos Latini magistratus vocabant, multa item notavi ad librum ultimum Amm. Marcellini, quæ nemo ante nos observaverat. De his magistratibus municipalibus intelligendæ sunt litteræ senatus, quas refert Capitolinus in Maximino: « Senatus populusque Rom. proconsulibus, præsidibus, legatis, ducibus, tribunis, magistratibus, ac singulis civitatibus et municipiis et oppidis, et vicis et castellis, salutem. »

(43) Vulg. ἄδαυκος. Rectius in codd. Maz., Med., Fuk. et Savil. scribitur Ἄδαυκτος. Adauctum quoque habet Rufinus et Cedrenus. Ejus mentio fit in

Digitized by Google

ἀνὴρ τῆς παρὰ βασιλεῦσι τιμῆς, ὡς καὶ τὰς καθ- A rum palatio provectus, quippe qui procurationem
ὅλου διοικήσεις (44) τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μα- summæ rei, et magistri, ut vocant, ac rationalis of-
γιστρότητός (45) τε καὶ καθολικότητος ἀμέμπτως ficium integerrime gessisset : præter hæc om-
διελθεῖν, ἐπὶ πᾶσι τούτοις διαπρέψας τοῖς ἐν θεοσε- nia multis **305** præclaris actibus inter fideles,
βείᾳ κατορθώμασι καὶ ταῖς εἰς τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ et nominis Christi confessionibus nobilitatus :
ὁμολογίαις, τῷ τοῦ μαρτυρίου διαδήματι κατεκο- dum adhuc rationalis officium administraret, pro
σμήθη, ἐπ' αὐτῆς τῆς τοῦ καθολικοῦ πράξεως τὸν vera pietate decertans martyrii corona exornatus
ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπομείνας ἀγῶνα. est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

CAPUT XII.

Περὶ πλείστων ἑτέρων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν διαφόρως ἠγωνισμένων (Nic. *H. E.* VII, 11).

De pluribus viris et mulieribus, qui diverso martyrii genere occubuerunt.

Τί με χρὴ νῦν ἐπ' ὀνόματος τῶν λοιπῶν μνημο- Quid nunc opus est reliquos nominatim commemorare, aut multitudinem hominum recensere, aut varias tormentorum species orationis penicillo depingere? Quippe cum admirandi martyres, partim B securibus cæsi sint, ut in Arabia contigit : partim suffractis cruribus interierint, quemadmodum accidit in Cappadocia ; nonnulli capite deorsum verso pedibus suspensi, leni ac remisso igne subtus accenso, flagrantis materiæ fumo suffocati sint, ut in Mesopotamia factum est ; alii naso, auribus, ac manibus truncati, cæterisque corporis membris mutilati sint atque concisi, ut contigit Alexandriæ. Jam vero ea quæ apud Antiochiam gesta sunt, quid opus est in memoriam revocare? ubi alii craticulis impositi, non ad mortem usque, sed ad diuturnitatem supplicii torrebantur. Alii dextras suas in ignem immittere maluerunt, quam impia libamenta contingere. Ex quibus nonnulli periculum vitantes, priusquam caperentur, et in insidiatorum manus C inciderent, ex sublimibus tabulatis præcipites se dederunt, propter impiorum malitiam mortem lucro deputantes. Quædam etiam sanctissima femina et ob animi fortitudinem admirabilis, opibus ac splendore generis, bonaque in primis fama Antiochiæ percelebris, quæ duas filias virgines corporis forma et ætatis flore præstantes Christianæ religionis præceptis instituerat : cum plurimi, stimulante ipsos invidia, earum latebras curiosius investigarent ; deinde comperto eas apud exteros degere, omni studio atque opera Antiochiam eas evocassent ; postquam mulier sese ac filias in militum laqueos incidisse sensit, ad inopiam consilii redacta, filias allocuta est. Et quanta ipsis mala a militibus im- D minerent exposuit : omnium vero malorum gravissimum ac maxime intolerabile esse stuprum, cujus

νήσεως τῶν ἐπ' Ἀραβίας, τοτὲ μὲν πέλυξιν ἀναιρουμένων, οἷα γέγονε τοῖς ἐπ' Ἀραβίας, τοτὲ δὲ τὰ σκέλη κατ- αγνυμένων, οἷα τοῖς ἐν Καππαδοκίᾳ συμβέβηκε, καὶ ποτὲ μὲν κατὰ κεφαλῆς ἐκ τοῖν ποδοῖν εἰς ὕψος ἀναρτωμένων, καὶ μαλθακοῦ πυρὸς (46) ὑποκαιομέ- νου, τῷ παραπεμπομένῳ καπνῷ τῆς φλεγομένης ὕλης ἀποπνιγομένων, οἷα τοῖς ἐν μέσῃ τῶν ποταμῶν ἐπηνέχθη, ποτὲ δὲ ῥῖνας καὶ ὦτα καὶ χεῖρας ἀκρω- τηριαζομένων, τά τε λοιπὰ τοῦ σώματος μέλη τε καὶ μέρη κρεουργουμένων, οἷα τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἦν ; Τί δεῖ τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας ἀναζωπυρεῖν τὴν μνήμην, ἐσχάραις πυρὸς (47) οὐκ εἰς θάνατον, ἀλλ' ἐπὶ μα- κρᾷ τιμωρίᾳ κατοπτωμένων, ἑτέρων τε θᾶττον τὴν δεξιὰν αὐτῶν πυρὶ καθιέντων, ἢ τῆς ἐναγοῦς θυσίας ἐφαπτομένων ; ὧν τινες τὴν πεῖραν φεύγοντες, πρὶν ἁλῶναι καὶ εἰς χεῖρας τῶν ἐπιβούλων ἐλθεῖν, ἄνω- θεν ἐξ ὑψηλῶν δωμάτων ἑαυτοὺς κατεκρήμνισαν, τὸν θάνατον ἅρπαγμα θέμενοι τῆς τῶν δυσσεβῶν μοχθηρίας. Καί τις ἱερὰ καὶ θαυμασία τὴν τῆς ψυ- χῆς ἀρετὴν, τὸ δὲ σῶμα γυνὴ, καὶ τὰ ἄλλα τῶν ἐπ' Ἀντιοχείας πλούτῳ καὶ γένει καὶ εὐδοξίᾳ παρὰ πᾶσι βεβοημένη, παίδων ξυνωρίδα παρθένων τῇ τοῦ σώ- ματος ὥρᾳ καὶ ἀκμῇ διαπρεπουσῶν, θεσμοῖς εὐσε- βείας ἀναθρεψαμένη, ἐπειδὴ πολὺς ὁ περὶ αὐτὰς κι- νούμενος φθόνος, πάντα τρόπον ἀνιχνεύων λανθα- νούσας περιειργάζετο, εἶτα ἐπ' ἀλλοδαπῆς αὐτὰς διατρίβειν μαθὼν, πεφροντισμένως ἐπὶ τὴν Ἀντιό- χειαν ἐκάλει, δικτύων δὲ ἤδη στρατιωτικῶν εἴσω περιβέβληντο, ἐν ἀμηχάνοις αὐτὴν καὶ παῖδας θεασα- μένη, καὶ τὰ μέλλοντα ἐξ ἀνθρώπων δεινὰ τῷ λόγῳ παραθεῖσα, τό τε πάντων δεινῶν ἀφορητότερον πορ- νείας ἀπειλὴν μηδὲ ἄκροις ὠσὶν ὑπομεῖναι δεῖν

Menæis Græcorum, die III Octobris. Fuit et alter Adauctus eodem tempore martyrium Romæ passus ; cujus mentio fit VII Februarii. Huic Damasus papa cœmeterium Romæ fecit, ut docet vetus epigramma apud Gruterum, pag. 1072.

(44) *Τὰς καθόλου διοικήσεις.* Rationalem summarum intelligit. Sic supra de Philoromo, cap. 9 : Ἀρχήν τινα οὐ τὴν τυχοῦσαν τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν βασιλικῆς διοικήσεως ἐγχειρισμένος. Recte igitur Rufinus hunc locum vertit : *Rationes summarum partium administrans.* Et rursus infra.

(45) *Τῆς παρ' αὐτοῖς καλουμένης μαγιστρότητος.* Male Rufinus magisterium officiorum hic intellexit. Intelliguntur enim magistri rei privatæ, ut declarat vox proxime sequens καθολικότητος. Nam magistri rei privatæ cum Rationalibus jungi solent in codice Theodosii, ut jampridem notavi ad librum XV Amm. Marcellini, pag. 78.

(46) *Μαλθακοῦ πυρός.* Talis est ignis qui ex paleis aut virgultis accenditur. Dicitur autem μαλθακὸν πῦρ, ad differentiam ἀσβέστου πυρός, de quo supra notavi ad librum VII. Accendebatur autem ignis ille ex longinquo, ita ut martyres suffocarentur potius quam cremarentur. Hujusmodi igne necatus videtur Pionius martyr, ut ejus Acta testantur. Hoc supplicium intelligere videtur Seneca in libro III *De ira*, his verbis : *Et circumdati defixis corporibus ignes.*

(47) *Ἐσχάραις πυρός.* Recte Rufinus *craticulam* vertit, Glossæ veteres ἐσχάρα craticula.

Digitized by Google

306 minas ne aditu quidem sustinere sibi ipsi ac filiabus fas esset. Ad hæc animam servituti et obsequio dæmonum mancipare, omni morte exitioque pejus esse cum dixisset, unicum adversus hæc omnia remedium esse admonuit, si ad opem Christi confugerent. His dictis, idem omnes consilium amplexæ; cum ad medium itineris pervenissent, veniam a militibus petunt ut tantisper de via deflectere sibi liceret. Quo impetrato, compositis honeste ac decenter vestibus, in præfluentem se fluvium conjecerunt. Et hæ quidem semetipsas ita submerserunt. Duæ vero aliæ virgines in eadem urbe divinæ prorsus ac germanæ per omnia sorores, splendore quidem natalium, opibus, ætate et forma florentes, sed gravitate morum, mentis pietate, studioque et industria clariores : perinde ac si terra tantum decus ferre non posset, a cultoribus dæmonum jussæ sunt in mare præcipitari. Hæc Antiochiæ. Sed quæ apud Pontum gesta sunt, vel ipso dictu incutiunt horrorem. Aliis manuum digiti a summis usque unguibus, acutis arundinibus transfigebantur. Aliis plumbo ignis vi liquefacto, bulliente ac fervente metallo terga adurebantur, et corporis partes maxime necessariæ torrebantur. Quidam in visceribus ac pudendis partibus fœdos atque inexplicabiles cruciatus absque ulla miseratione pertulerunt, prout scilicet generosi illi et æqui judices solertiam suam ostentantes, quasi hoc virtutis alicujus ac prudentiæ esset, ambitiosius excogitabant; novis quotidie suppliciorum inventis, tanquam in certamine quodam in quo proposita sunt præmia, superare se invicem contendentes. Cæterum hæ calamitates non prius finem acceperunt, quam judices tot ærumnis quidquam adjicere posse desperantes, jamque cædibus fessi, cum ipsos sanguinis satietas ac tædium cepisset, ad speciosam illam, ut quidem putabant, clementiam atque humanitatem se converterunt, ut inposterum nulla adversum nos uti sævitia viderentur. Neque enim fas esse aiebant, ut urbes quidem civium sanguine contaminarentur; imperatores autem ipsi erga omnes benigni ac mansueti crudelitatis aspergerentur infamia : sed potius decere, ut humanitas et beneficentia imperatoriæ 307 majestatis in universos diffunderetur, nec posthac nostri capitali supplicio plecterentur. Quippe hujusmodi pœna per imperatorum indulgentiam liberatos nos esse. Exinde igitur oculos nostris erui,

ἀκοῦσαι, ἑαυτῇ τε καὶ ταῖς κόραις παρακελευσαμένη, ἀλλὰ καὶ τὸ προδοῦναι τὰς ψυχὰς τῇ τῶν δαιμόνων δουλείᾳ, πάντων ὑπάρχειν θανάτων καὶ πάσης χεῖρον ἀπωλείας φήσαφα, μίαν τούτων ἁπάντων εἶναι λύσιν ὑπετίθετο, τὴν ἐπὶ τὸν Κύριον καταφυγήν· κἄπειτα ὁμοῦ τῇ γνώμῃ συνθέμεναι, τά τε σώματα περιστείλασαι κοσμίως τοῖς περιβλήμασιν, ἐπ' αὐτῆς μέσης γενόμεναι τῆς ὁδοῦ (48), βραχύ τι τοὺς φύλακας εἰς ἀναχώρησιν ὑποπαραιτησάμεναι, ἐπὶ παραῤῥέοντα ποταμὸν ἑαυτὰς ἠκόντισαν. Αἵδε μὲν οὖν ἑαυτάς· ἄλλην δ' ἐπ' αὐτῆς Ἀντιοχείας ξυνωρίδα παρθένων τὰ πάντα θεοπρεπῶν καὶ ἀληθῶς ἀδελφῶν, ἐπιδόξων μὲν τὸ γένος, λαμπρῶν δὲ τὸν βίον, νέων τοὺς χρόνους, ὡραίων τὸ σῶμα, σεμνῶν τὴν ψυχήν, εὐσεβῶν τὸν τρόπον, θαυμαστῶν τὴν σπουδήν, ὡς ἂν μὴ φερούσης τῆς γῆς τὰ τοιαῦτα βαστάζειν, θαλάττῃ ῥίπτειν ἐκέλευον οἱ τῶν δαιμόνων θεραπευταί. Ταῦτα μὲν οὖν παρὰ τοῖσδε. Τὰ φρικτὰ δὲ ἀκοαῖς κατὰ τὸν Πόντον ἔπασχον ἕτεροι, καλάμοις ὀξέσι ταῖν χεροῖν ἐξ ἄκρων ὀνύχων τοὺς δακτύλους διαπειρόμενοι, καὶ ἄλλοι πυρὶ μολίβδου διατακέντος, βρασσούσῃ καὶ πεπυρακτωμένῃ τῇ ὕλῃ τὰ νῶτα καταχεόμενοι, καὶ τὰ μάλιστα ἀναγκαιότατα τοῦ σώματος (49) κατοπτώμενοι· διά τε τῶν ἀπορῥήτων ἕτεροι μελῶν τε καὶ σπλάγχνων αἰσχρὰς καὶ ἀσυμπαθεῖς καὶ οὐδὲ λόγῳ ῥητὰς ὑπέμενον πάθας, ἃς οἱ γενναῖοι καὶ νόμιμοι δικασταὶ τὴν σφῶν ἐπιδεικνύμενοι δεινότητα, ὥσπερ τινὰ σοφίας ἀρετὴν φιλοτιμότερον ἐπενόουν, ἀεὶ ταῖς καινότερον ἐφευρισκομέναις αἰκίαις, ὡσπερεὶ ἐν ἀγῶνος βραβείοις, ἀλλήλους ὑπερεξάγειν διαμιλλώμενοι. Τὰ δ' οὖν τῶν συμφορῶν ἔσχατα (50), ὅτε δὴ λοιπὸν ἀπειρηκότες ἐπὶ τῇ τῶν κακῶν ὑπερβολῇ καὶ πρὸς τὸ κτείνειν ἀποκαμόντες, πλησμονήν τε καὶ κόρον τῆς τῶν αἱμάτων ἐκχύσεως ἐσχηκότες, ἐπὶ τὸ νομιζόμενον αὐτοῖς χρηστὸν καὶ φιλάνθρωπον ἐτρέποντο, ὡς μηδὲν μὲν ἔτι δοκεῖν δεινὸν καθ' ἡμῶν περιεργάζεσθαι· μὴ γὰρ καθήκειν φασὶν ἐμφυλίοις αἵμασι μιαίνειν τὰς πόλεις, μηδ' ἐπ' ὠμότητι τὴν ἀνωτάτω (51) διαβάλλειν τὴν τῶν κρατούντων ἀρχήν, εὐμενῆ τοῖς πᾶσιν ὑπάρχουσαν καὶ πραεῖαν, δεῖν δὲ μᾶλλον τῆς φιλανθρώπου καὶ βασιλικῆς ἐξουσίας εἰς πάντας ἐκτείνεσθαι τὴν εὐεργεσίαν, μηκέτι θανάτῳ κολαζομένους· λελῦσθαι γὰρ καὶ' ἡμῶν ταύτην αὐτῶν τὴν τιμωρίαν, διὰ τὴν τῶν κρατούντων φιλανθρωπίαν. Τηνικαῦτα ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, καὶ τοῖν σκελοῖν πηροῦσθαι θάτερον, προσετάττετο (52). Ταῦτα γὰρ ἦν αὐτοῖς τὰ φιλάν-

(48) *Ἐπ' αὐτῆς μέσης γενόμεναι τῆς ὁδοῦ.* Duplex horum verborum sensus esse potest. Aut enim intelligere possumus mulieres illas jam ad dimidium itineris pervenisse, quomodo Nicephorus accepit; aut certe in medio viæ publicæ aggere constitisse. Porro de hujusmodi Christianarum mulierum martyrio quæ seipsas pudoris simul ac religionis servandæ causa præcipitarunt, vide Augustinum in lib. I *De civitate Dei*, c. 26. Exstat encomium harum mulierum in tomo primo Joannis Chrysostomi, ubi mater Domnina, filiæ vero Bernice et Prosdoce dicuntur. Earum natalem Antiocheni celebrabant die XX post festum Sanctæ Crucis, ut in ipso orationis exordio scribit Chrysostomus. Proinde Græci natalem illarum mulierum contulerunt in diem IV Octobris, ut videre est in Menologio.

(49) *Τὰ ἀναγκαιότατα τοῦ σώματος.* Rufinus eleganter vertit : *Usque ad loca pudenda quibus naturalis egestio procurari solet.* Sane Græci ἀνάγκην vocant eam corporis partem, quam pudor nominari vetat.

(50) *Τὰ δ' οὖν τῶν συμφορῶν ἔσχατα.* Hunc locum non infeliciter vertisse mihi videor.

(51) *Τὴν ἀνωτάτω.* In codd. Med., Maz. et Fuk. scriptum reperi. : ἐπ' ὠμότητι τῇ ἀνωτάτω διαβάλλειν τὴν τῶν κρατούντων ἀρχήν.

(52) *Προσετάττετο.* Rufinus edictum imperatoris

Digitized by Google

θρωπα, καὶ τῶν καθ' ἡμῶν τιμωριῶν τὰ κουφότατα, ὥστε ἤδη ταύτης ἕνεκα τῆς τῶν ἀσεβῶν φιλανθρωπίας, οὐκέτ' εἶναι δυνατὸν ἐξειπεῖν τὸ πλῆθος τῶν ὑπὲρ πάντα λόγον, τοὺς μὲν δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς ξίφει πρότερον ἐκκοπτομένων, καὶ μετὰ τὴν ἐκκέντησιν τούτους πυρὶ καυτηριαζομένων, τοὺς δὲ λαιοὺς πόδας κατὰ τῶν ἀγκυλῶν αὖθις καυτῆρσιν ἀχρειουμένων, μετά τε ταῦτα τοῖς κατ' ἐπαρχίαν χαλκοῦ μετάλλοις οὐχ ὑπηρεσίας τοσοῦτον, ὅσον κακώσεως καὶ ταλαιπωρίας ἕνεκεν καταδικαζομένων, πρὸς ἅπασί τε τούτοις ἄλλων ἄλλοις ἀγῶσιν, οὓς μηδὲ καταλέγειν δυνατόν· νικᾷ γὰρ πάντα λόγον τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνδραγαθήματα· περιπεπτωκότων. Ἐν δὴ τούτοις (53) ἐφ' ὅλης τῆς οἰκουμένης διαλάμψαντες οἱ μεγαλοπρεπεῖς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες, τοὺς μὲν ἁπανταχοῦ τῆς ἀνδρείας αὐτῶν ἐπόπτας εἰκότως κατεπλήξαντο, τῆς δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν θείας ὡς ἀληθῶς καὶ ἀπορρήτου (54) δυνάμεως ἐμφανῆ δι' ἑαυτῶν τὰ τεκμήρια παρεστήσαντο. Ἑκάστου μὲν οὖν ἐπ' ὀνόματος μνημονεύειν, μακρὸν ἂν εἴη, μήτι γε τῶν ἀδυνάτων.

et alterum ex cruribus debilitari præceptum est. Hujusmodi enim fuit illorum humanitas; hoc lenissimum supplicii genus adversus nos visum. Adeo ut propter hanc impiorum hominum lenitatem, nullo jam modo recenseri possit numerus, tum eorum quibus oculi dextri primum quidem ferro effossi, deinde vero cauterio adusti sunt : tum illorum quibus sinistri poplites candente ferro sunt debilitati, et qui postea ad æris metalla quæ in provincia erant, non tam operis faciendi quam vexationis causa condemnabantur : aliorum denique qui varia viritim singuli certamina subierunt. Quæ quidem nos nec enumerare sufficimus, quippe cum præclara illorum facinora omnem dicendi copiam superent. In his ergo certaminum discriminibus, per universum orbem maximam gloriam adepti nobilissimi martyres, et cunctos spectatores admiratione fortitudinis suæ merito perculerunt : et divinæ prorsus atque inexplicabilis Servatoris nostri potentiæ evidentissima in semetipsis exhibuerint indicia. Ac singulos quidem nominatim commemorare longum ac difficile fuerit, ne dicam prorsus inexplicabile.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Περὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας προέδρων, τῶν τὸ γνήσιον ἧς ἐπρέσβευον εὐσεβείας διὰ τοῦ σφων αἵματος ἐπιδεδειγμένων (Nic. *H. E.* VII, 16).

Τῶν δὲ κατὰ τὰς ἐπισήμους πόλεις μαρτυρησάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων, πρῶτος ἡμῖν ἐν εὐσεβῶν στήλαις (55) τῆς Χριστοῦ βασιλείας ἀναγορευέσθω μάρτυς, ἐπίσκοπος τῆς Νικομηδέων πόλεως, τὴν κεφαλὴν ἀποτμηθείς, Ἀνθιμος. Τῶν δ' ἀπ' Ἀντιοχείας (56) μαρτύρων τὸν πάντα βίον ἄριστος πρεσβύτερος τῆς αὐτόθι παροικίας Λουκιανός, ἐν τῇ Νικομηδείᾳ καὶ αὐτὸς, βασιλέως ἐπιπαρόντος, τὴν οὐράνιον τοῦ Χριστοῦ βασιλείαν λόγῳ πρότερον δι' ἀπολογίας, εἶτα δὲ καὶ ἔργοις ἀνακηρύξας. Τῶν δ' ἐπὶ Φοινίκης μαρτύρων γένοιντ' ἂν ἐπισημότατοι τὰ πάντα θεοφιλεῖς τῶν λογικῶν Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμένες, Τυραννίων ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Τύρον Ἐκκλησίας, πρεσβύτερος τε τῆς κατὰ Σιδῶνα Ζηνόβιος, καὶ ἔτι Σιλβανὸς τῶν ἀμφὶ τὴν Ἔμισαν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπος. Ἀλλ' οὗτος μὲν θηρίων βορὰ μεθ' ἑτέρων ἐπ' αὐτῆς Ἐμίσης γενόμενος, χοροῖς ἀνελήφθη μαρτύρων, τῶν δ' ἐπ' Ἀντιοχείας ἄμφω τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον διὰ τῆς εἰς θάνατον ὑπομονῆς ἐδοξασάτην, ὁ μὲν θαλαττίοις παραδοθεὶς βυθοῖς ὁ ἐπίσκοπος, ὁ δὲ ἰατρῶν ἄριστος Ζηνόβιος ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιτεθείσαις αὐτῷ καρτερῶς ἐναποθανὼν βασάνοις. Τῶν δ' ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Σιλβανός,

CAPUT XIII.

De præsidibus Ecclesiarum, qui religionis quam prædicabant, sinceritatem fuso sanguine declararunt.

Ex præsidibus autem Ecclesiarum qui in celeberrimis urbibus martyrium perpessi sunt, primus in piorum tabulis a nobis nominetur Anthimus, Nicomediensis episcopus, testis regni Jesu Christi, in eadem urbe capite truncatus. Ex Antiochenis vero martyribus Lucianus, ejusdem Ecclesiæ presbyter, vir in omni vita sanctissimus. Qui cœleste Christi regnum primum verbis et oratione apologetica Nicomediæ præsente ipso imperatore, postea vero etiam rebus ipsis, asseruit. Jam vero omnium in Phœnice martyrum nobilissimi Deoque accepti martyres, Christiani gregis pastores fuere, Tyrannio Ecclesiæ Tyriorum episcopus, et Zenobius presbyter apud **308** Sidonem : Silvanus quoque Emisenæ antistes Ecclesiæ. Sed hic quidem iis ipsa urbe Emesa feris objectus una cum aliis quibusdam, in martyrum relatus est numerum. Illi vero Antiochiæ, doctrinam veræ fidei constantissima in perferendis ad mortem usque tormentis patientia ambo illustrarunt : Tyrannio quidem in profundum mare demersus : Zenobius vero medicorum omnium præstantissimus, dum ungulis latera ipsi sulcarentur, in mediis cruciatibus forti animo immortuus. Inter

propositum esse scribit, quo hujusmodi supplicium adversus Christianos deinceps præscriberetur. Quod tamen verum non puto. Ipsi enim magistratus superati Christianorum constantia, ad id tandem sua sponte conversi sunt.

(53) *Ἐν δὴ τούτοις*, supple ἀγῶσι. De his enim locutus est paulo supra. Pessime Christophorsonus vertit *his temporibus*, et ab his verbis novum caput inchoavit.

(54) *Ἀποῤῥήτου*. Positum esse videtur pro ἀῤῥήτου, quomodo Eusebius interdum usurpare solet. Si quis tamen *arcanam* velit vertere, per me licet.

(55) *Ἐν εὐσεβῶν στήλαις*. Rufinus vertit : *In memoriis piorum primus a nobis scribatur Anthimus.*

(56) Vulg. *τῶν δ' ἐπ' Ἀντιοχείας*. Apud Nicephorum legitur τῶν δὲ ἀπ' Ἀντιοχείας, rectius sine dubio. Neque enim Lucianus Antiochiæ passus est, sed Nicomediæ, ut testatur Eusebius hoc loco, et Hieronymus in *Catalogo*, et Rufinus ac Nicephorus. Quod etiam testatur ipse Lucianus in epistola quam scripsit ad Antiochenses, cum esset in carcere una cum aliis martyribus Nicomediæ. Hujus Epistolæ

Digitized by Google

martyres autem Palæstinæ, Silvanus Gazæ urbis episcopus apud æris metalla quæ sunt in Phæno, cum aliis undequadraginta capite truncatus est. Sed et quidam Ægyptii sacerdotes Peleus ac Nilus cum aliquot aliis illic flammis absumpti periere. Horum in numero maximum decus Cæsariensis Ecclesiæ Pamphilus presbyter, a nobis haudquaquam prætereundus est; vir omnium nostræ ætatis maxime admiratione dignus. Cujus quidem fortitudinem et gloriosa facinora suo tempore exposuimus. Ex iis porro qui Alexandriæ et per totam Ægyptum ac Thebaidem nobili martyrio perfuncti sunt, primus omnium nominandus est Petrus Alexandrinæ Ecclesiæ episcopus, Christianæ religionis doctor eximius. Et inter ejus presbyteros Faustus, Dius atque Ammonius perfecti martyres Christi. Præterea Phileas et Hesychius, Pachumius ac Theodorus, diversarum in Ægypto Ecclesiarum episcopi. Sexcenti denique alii minime obscuri, qui per Ecclesias in illis locis ac regionibus constitutas, multis laudibus celebrantur. Quorum omnium pro vero Dei cultu toto orbe confecta certamina, et quæ singulis eorum acciderunt, omnia accurate commemorare, non est officii nostri; sed eorum potius qui res gestas oculis suis contemplati sunt. Nos vero ea quibus ipsi interfuimus, alio in opere posterorum notitiæ commendabimus. In præsenti autem libro palinodiam eorum quæ contra nos gesta sunt, et ea quæ in ipso persecutionis exordio contigerunt, supradictis adjungam: quippe quæ maximam utilitatem allatura sint lectoribus. Igitur antequam bellum nobis indictum esset, quandiu imperatores placido ac benevolo erga nos animo fuerunt, quanta copia omnium bonorum quantaque felicitate abundaverit impe-

A ἐπίσκοπος τῶν ἀμφὶ τὴν Γάζαν ἐκκλησιῶν, κατὰ τὰ ἐν Φαινοῖ χαλκοῦ μέταλλα σὺν ἑτέροις ἑνὸς δέουσι τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, Αἰγύπτιοί τε αὐτόθι Πηλεὺς καὶ Νεῖλος ἐπίσκοποι μεθ' ἑτέρων τὴν διὰ πυρὸς ὑπέμειναν τελευτήν. Καὶ τὸ μέγα δὲ κλέος τῆς Καισαρέων παροικίας ἐν τούτοις ἡμῖν μνημονευέσθω Πάμφιλος πρεσβύτερος, τῶν καθ' ἡμᾶς θαυμασιώτατος, οὗ τῶν ἀνδραγαθημάτων τὴν ἀρετὴν κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀνεγράψαμεν (57). Τῶν δ' ἐπ' Ἀλεξανδρείας καθ' ὅλης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος διαπρεπῶς τελειωθέντων, πρῶτος Πέτρος αὐτῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος, θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας, ἀναγεγράφθω· καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων, Φαῦστος καὶ Δῖος (58) καὶ Ἀμμώνιος, τέλειοι Χριστοῦ μάρτυρες·

B Φιλέας τε καὶ Ἡσυχιος καὶ Παχύμιος καὶ Θεόδωρος, τῶν ἀμφὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι, μυρίοι τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς, οἳ πρὸς τῶν κατὰ χώραν καὶ τόπον παροικιῶν μνημονεύονται· ὧν ἀνὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ Θεῖον εὐσεβείας ἠγωνισμένων γραφῇ παραδιδόναι τοὺς ἄθλους, ἐπ' ἀκριβές τε ἕκαστα τῶν περὶ αὐτοὺς συμβεβηκότων ἱστορεῖν, οὐχ ἡμέτερον, τῶν δ' ὄψει τὰ πράγματα παρειληφότων ἴδιον ἂν γένοιτο. Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς (59). Κατά γε μὴν τὸν παρόντα λόγον τὴν παλινῳδίαν τῶν περὶ ἡμᾶς εἰργασμένων τοῖς εἰρημένοις ἐπισυνάψω, τά τε ἐξ ἀρχῆς τοῦ διωγμοῦ συμβεβηκότα, χρησιμώτατα

C τυγχάνοντα τοῖς ἐντευξομένοις. Τὰ μὲν οὖν πρὸ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ἐν ὅσοις δὴ χρόνοις τὰ τῶν ἀρχόντων φίλιά τε ἡμῖν ἦν καὶ εἰρηναῖα, ὁπόσης ἀγαθῶν εὐπορίας καὶ εὐετηρίας (60) ἠξίωτο, τίς ἂν ἐξαρκέσειε λόγος διηγή-

extrema verba referuntur in *Chronico Alexandrino* ad annum primum persecutionis: Ἀσπάζεται ὑμᾶς χορὸς ἅπας ὁμοῦ μαρτύρων· εὐαγγελίζομαι δὲ ὑμᾶς, ὡς Ἄνθιμος ὁ πάπας τῷ τοῦ μαρτυρίου δρόμῳ ἐτελειώθη.

(57) *Κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀνεγράψαμεν.* In libro scilicet *De martyribus Palæstinæ*, qui huic octavo libro subjectus est. In eo enim martyrium Pamphili fuse narrat Eusebius, ut illic videre est. Porro ex hoc loco apparet, librum illum de martyribus Palæstinæ post *Historiam Ecclesiasticam*, et post libros *De Vita Pamphili* martyris ab Eusebio scriptum fuisse. At Christophorsonus qui ante hoc caput totam appendicem jam descripserat, coactus est hæc Eusebii verba resecare, ne Eusebius sui ipsius oblitus videretur. Non dissimulabo tamen, in scriptis codicibus Maz., Med., Fuk. et Savilii, legi ἀνεγράψαμεν. Quæ si vera est lectio, intelligit Eusebius libros *De vita Pamphili martyris*. Hos enim libros scripserat ante *Historiam Ecclesiasticam*, ut jam antea observavimus.

(58) *Καὶ Δῖος.* Sic codd. Maz. et Med. Rufinus quoque *Dium* vocat; vulg., Δίδιος.

(59) *Δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς.* Intelligit procul dubio librum *De martyribus Palæstinæ*. Neque enim alium librum invenire quis possit, in quo Eusebius martyrum agones ab se visos commemoraverit, quam hunc quem dixi. Ex quo insuper refellitur Christophorsoni sententia, qui librum illum de martyribus Palæstinæ putavit partem esse libri octavi; et qui post hæc verba quæ posui, multa resecuit atque intrusit contra fidem omnium codicum. Vidit hoc ante nos Turnebus, qui in suo codice ad hæc verba Græcum nos scholium adscripserat: σημείωσον ὅτι ταύτην ἔχεις τὴν γραφὴν εὐθὺς μετὰ τοῦτο τὸ βιβλίον.

(60) *Ὁπόσης ἀγαθῶν εὐπορίας καὶ εὐετηρίας.* Quanta fuerit felicitas in orbe Romano Diocletiano et Maximiano regnantibus, testatur Mamertinus in *Genethliaco* sub finem, ubi Maximianum alloquitur his verbis: « Revera, sacratissime imp, scimus omnes, antequam vos salutem reipublicæ redderetis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame passim morbisque grassantibus. Ut vero lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus jugiter manant: nullus ager fallit agricolam, » etc. Jam vero quod ad bella spectat, nunquam felicius adversus Barbaros Romani pugnarunt. Cæsi ubique Barbari, et imperii Romani limites promoti. Legamus eorum temporum historias. Inveniemus profecto id quod dixi, nunquam in meliore statu fuisse rem Romanam; cum quatuor principes, duo scilicet Augusti ac totidem Cæsares, seorsum singuli Barbaros propulsarent. Adeo ut verissimum sit quod ait Mamertinus in *Genethliaco*: « Mitto etiam dies festos victoriis triumphisque celebratos. » Auctor panegyrici dicti Maximiano et Constantino: « Sed profecto exegit hoc ipsa varietas et natura fortunæ, cui nihil mutare licuerat dum imperium teneretis; ut illa viginti annorum continua felicitas intervallo aliquo distingueretur. » Porro tametsi Diocletianus et Maximianus tot victorias de Barba-

Digitized by Google

σασθαι; ὁπότε καὶ οἱ μάλιστα τῆς καθόλου κρατοῦντες ἀρχῆς, δεκαετηρίδας καὶ εἰκοσαετηρίδας τῆς βασιλείας ἐκπλήσαντες, ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι, φαιδροτάταις τε θαλίαις καὶ εὐφροσύναις, μετὰ πάσης εὐσταθοῦς διετέλουν εἰρήνης. Οὕτω δ' αὐτοῖς ἀπαραποδίστως αὐξούσης καὶ ἐπὶ μέγα ὁσημέραι προϊούσης τῆς ἐξουσίας, ἀθρόως τῆς πρὸς ἡμᾶς εἰρήνης μεταθέμενοι, πόλεμον ἄσπονδον ἐγείρουσιν, οὔπω δ' αὐτοῖς τῆς τοιασδὶ κινήσεως δεύτερον ἔτος (61) πεπλήρωτο, καὶ τι περὶ τὴν ὅλην ἀρχὴν νεώτερον γεγονὸς, τὰ πάντα πράγματα ἀνατρέπει. Νόσου γὰρ οὐκ αἰσίας τῷ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημένων (62) ἐπισκηψάσης, ὑφ' ἧς δὴ καὶ τὰ τῆς διανοίας εἰς ἔκστασιν αὐτῷ παρήγετο, σὺν τῷ μετ' αὐτὸν δευτερείοις τετιμημένῳ, τὸν δημώδη καὶ ἰδιωτικὸν ἀπολαμβάνει βίον· οὕπω δὲ ταῦθ' οὕτω πέπρακτο, καὶ διχῇ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαιρεῖται (63), πρᾶγμα

A rium **309** Romanum, quis explicare sufficiet? Quo quidem tempore ii qui summam imperii administrabant, decennalibus ac vicennalibus expletis, in festivitatibus, spectaculis, epulis omnique hilaritatis genere pacate et tranquille degebant. Ita cum eorum principatus absque ullo augeretur obstaculo, novisque in dies incrementis floreret; repente mutato consilio, pacem quam nobiscum servabant solventes, bellum nobis inexpiabile intulerunt. Necdum alter annus hujus bellici motus expletus fuerat, cum ecce novus quidam et inopinatus casus rem Romanam pene subvertit. Nam cum ille qui inter imperatores supradictos primum locum obtinebat, in difficilem quemdam morbum incidisset, cujus vi demotus jam de mentis suæ statu esse videbatur, una cum eo imperatore qui secundus ab ipso erat, ad privatam vitam se contulit. Vix hæc

B

ris retulerint, unum duntaxat de omnibus triumphum Romæ egerunt, paulo antequam imperio decederent, ut testantur Eutropius et Zonaras. Verba Eutropii sunt: « Uterque una die privato habitu imperii insigne mutavit, Nicomediæ Diocletianus, Herculius Mediolani, post triumphum inclytum quem Romæ ex numerosis gentibus egerant, pompa ferculorum illustri, » etc. Hieronymus in *Chronico*, hunc Diocletiani et Maximiani triumphum retulit anno XVIII Diocletiani. Ad quem locum Scaliger in *Animadversionibus* notat commissum esse ab Hieronymo anachronismum. Hunc enim triumphum actum esse anno Diocletiani vicesimo, aliquot mensibus antequam purpuram deponeret. Sed fallitur potius ipse Scaliger, qui Hieronymum temere reprehendit. Nam si Diocletianus XX imperii C anno, paucis antequam abdicaret mensibus, triumphavit, mense circiter Januario eum triumphasse dicendum est, anno Christi 304, cum purpuram deposuerit Kalendis Aprilis ejusdem anni, ut docet Idatius in *Fastis*. Ex quo sequitur, eum hiberno tempore triumphasse, et media adhuc hieme ab urbe Roma profectum Nicomediam venisse: quorum neutrum probabile est, cum nec triumphi per hiemem agi solerent ab imperatoribus Romanis, nec Diocletiani ætas ac valetudo tam longi itineris laborem hibernis mensibus sustinere valuerit. Quid quod Diocletianus anno imperii XIX, mense Martio atque Aprili agebat Nicomediæ, eo tempore quo cœpta est Christianorum persecutio, ut testatur Eusebius in lib. VIII, cap. 5. Sed et tunc cum Nicomediense palatium conflagravit, Diocletianum in eo egisse testis est omni exceptione major Constantinus in *Oratione ad sanctorum cœtum*, capite penultimo. Id autem contigit aliquot mensibus post D inchoatam persecutionem. Ponamus igitur id evenisse mense Maio, quis credat, intra decem mensium spatium Diocletianum Nicomedia venisse Romam, ibique insignem illum triumphum egisse; ac deinde Roma redisse Nicomediam, atque ibi purpuram posuisse, moxque in Dalmatiam concessisse, ut reliquum vitæ tempus ibi degeret? Huc accedit, quod morbus ille quo Diocletianus de statu mentis paululum deturbatus est, primum Nicomediæ eum corripuit, paulo post excitatam ab eo persecutionem, ut refert Constantinus. Quare parum probabile est, Diocletianum eo tentatum morbo, tantum iter suscepisse. Deinde auctor panegyrici dicti Maximiano et Constantino, diserte testatur Diocletianum et Maximianum aliquot annis ante XX imperii annum Romæ triumphasse. His enim verbis Maximianum alloquitur: « Te primo ingressu tuo, tanta lætitia, tanta frequentia populus Romanus

excepit, ut cum te ad Capitolini Jovis gremium vel oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas urbis admitteret. Te rursus vicesimo anno imperatorem, octavo consulem ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari jam et timere quod factum est. » Vides ut Maximianum diu ante octavum ipsius consulatum Romæ triumphasse dicit. Nam quin priora illa verba de triumpho accipienda sint, dubitare non licet. Certe Sigonius, vir diligentissimus, in libris de Occidentali imperio non aliter hunc locum intellexit. Graviter itaque hallucinatur Scaliger, qui Diocletianum et Maximianum triumphasse dicit anno imperii vicesimo. Rectius Hieronymus id retulit anno XVIII Diocletiani. Quo quidem anno Idatius in *Fastis* notat imperatores vilitatem annonæ edicto suo constituisse. Id enim post triumphum ab eis constitutum videtur in gratiam præcipue populi Romani. At Cedrenus anno Diocletiani decimo septimo hunc triumphum ascribit.

(61) *Οὔπω δ' αὐτοῖς τῆς τοιασδὶ κινήσεως δεύτερον ἔτος.* Melius dixisset Eusebius: *Vix dum primus annus expletus fuerat.* Nam sub initium secundi anni persecutionis, contigit abdicatio Diocletiani ac Maximiani, Kalendis scilicet Aprilibus anno Christi 304 cum persecutio cœpta fuisset mense Martio præcedentis anni. Cum igitur ait Eusebius οὔπω δεύτερον ἔτος πεπλήρωτο, idem est, ac si dixisset, secundus agebatur persecutionis annus. Ita intelligendus est alter locus Eusebii in libro *De martyribus Palæstinæ*, cap. 3, in fine.

(62) *Τῷ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημένων.* Male Christophorsonus vertit: « Nam qui primus nostrarum ærumnarum auctor erat. » In quo secutus esse videtur Nicephorum, qui in cap. 16, lib. VII, Eusebium exscribens, pro Eusebianis illis posuit τῷ ἀρχηγῷ τῆς κακίας.

(63) *Διχῇ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαιρεῖται.* Constantius enim et Galerius, imperium Romanum quasi hæreditatem quamdam inter se partiti sunt. Quæ prima fuit imperii Romani divisio, ut hoc loco tradit Eusebius. Antea enim licet plures Augusti simul fuissent, tamen imperium Romanum solidum atque indivisum gubernabant, ut contigit Marco et Vero imperantibus. Sed et sub Diocletiano et Herculio Maximiano, nulla facta fuerat imperii divisio; cum nec provincias, nec legiones Augusti inter se partiti essent. Recte ergo Eutropius in lib. X, ita scribit: « His igitur abeuntibus ab administratione reipublicæ, Constantius et Galerius Augusti creati sunt, divisusque inter eos Romanus orbis. » Idem observat Orosius in lib. VII, his verbis: « Galerius et Constantius Augusti, primi imperium

Digitized by Google

gesta fuerant, cum imperium Romanum totum in duas partes divisum est; quod quidem nunquam antea factum esse memoratur. Paulo post imperator Constantius, vir in omni vita placidissimus, qui et clementia in subditos, et singulari erga fidem nostram benevolentia præditus erat, Constantinum proprium filium vice sua imperatorem atque Augustum relinquens, fatali morte defunctus est. Primusque ab ipsis gentilibus relatus est inter divos, cunctisque honoribus qui imperatori debentur, post obitum ornatus. Omnium principum clementissimus ac benignissimus; et qui ex cunctis nostri temporis imperatoribus, solus convenientem imperatoriæ majestati vitam exegit. Denique tum aliis in rebus humanissimum se ac beneficentissimum erga omnes præstitit; tum concitati adversus nos belli nullatenus particeps fuit. Sed cum veri Dei cultores qui sub imperio suo degebant, immunes ab omni noxa et calumnia servasset, nec aut Ecclesiarum ædes subvertisset, aut quidquam adversus nostros esset molitus, tandem felicissimum ac beatissimum vitæ exitum consecutus est. Quippe qui solus omnium, in imperio suo cum summa tranquillitate et gloria, successorem relinquens proprium filium, modestissimum ac religiosissimum principem, ex hac luce migravit. Hujus igitur filius Constantinus, ab ipso statim exordio supremus imperator et Augustus a militibus **310**, diuque antea ab omnium imperatore Deo renuntiatus, paternæ erga fidem nostram pietatis æmulatorem se præstitit. Et hic quidem ejusmodi fuit. Posthæc Licinius communi imperatorum suffragio imperator et Augustus declaratus est. Quod quidem Maximinus ægre admodum tulit, qui hactenus Cæsar duntaxat ab omnibus appellabatur. Hic ergo præ cæteris tyrannico ingenio præditus, Augustus a semetipso

A μηδ' ἅλλοτέ πω πάλαι γεγονὸς (64), μνήμῃ παραδεδομένον. Χρόνου δ' οὐ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνστάντιος τὸν πάντα βίον πραότατα καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ Σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπών, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον, πρῶτός τε ἐν θεοῖς (65) ἀνηγορεύετο παρ' αὐτοῖς, ἁπάσης μετὰ θάνατον, ὅση βασιλεῖ τις ἂν ὠφείλετο, τιμῆς ἠξιωμένος. χρηστότατος καὶ ἡπιώτατος βασιλέων, ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ τἆλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου (66) μηδαμῶς ἐπικοινωνήσας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν θεοσεβεῖς,
B ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους φυλάξας, καὶ μήτε τῶν Ἐκκλησιῶν τοὺς οἴκους καθελὼν, μήθ' ἕτερόν τι καθ' ἡμῶν καινουργήσας, τέλος εὐδόκιμον (67) καὶ τρισμακάριον ἀπείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ, πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ Σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. Καὶ οὗτος μὲν τοιοῦτος. Λικίνιος δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ κοινῆς ψήφου τῶν κρατούντων αὐτοκράτωρ καὶ Σεβαστὸς ἀναπέφηνε. Ταῦτα Μαξι-
C μῖνον δεινῶς ἐλύπει, μόνον Καίσαρα παρὰ πάντας (68) εἰσέτι τότε χρηματίζοντα· ὃς δὴ οὖν τὰ μάλιστα τυραννικὸς ὢν, παραρπάσας ἑαυτῷ τὴν ἀξίαν, Σεβαστὸς ἦν, αὐτὸς ὑφ' ἑαυτοῦ γεγονώς· ἐν τούτῳ δὲ Κωνσταντίνῳ μηχανὴν θανάτου συῤῥάπτων ἀλλοῖς, ὁ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπανῆρῆσθαι δεδηλωμένος (69), αἰσχίστῳ καταστρέφει θανάτῳ. Πρώτου δὲ τού-

Romanum in duas partes determinaverant. » De hac imperii divisione quam urbs Roma præ cæteris ægerrime tulit, loquitur Porphyrius in *Panegyrico carmine* ad Constantinum, quod scripsit anno imperii Constantini quinto decimo, quinquennalibus Cæsarum Crispi et Constantini.

. . . . . *lacerata cruentis*
Imperiis, pars fessa poli divisa gemebat,
Sceptra et Ausoniæ mœrebat perdita jura.

Et aliquando post, ita Constantinum alloquitur :

Et reparata jugans mœsti divortia mundi
Orbes junge pares : det leges Roma volentes,
Principe te in populos.

Hæc paulo accuratius notavi; tum quia nondum satis observata sunt, tum quia Christophorsonus ea non intellexit; qui pro partitione dissensionem interpretatus est.

(64) *Πρᾶγμα μηδ' ἅλλοτέ πω πάλαι γεγονός.* Nostri codices Maz., Med., Fuk. et Savil. vocem *πάλαι* addunt quæ in vulg. deest.

(65) *Πρῶτός τε ἐν θεοῖς.* Non quod primo omnium imperatori Constantio hic honos contigerit, ut inter divos referretur. Multi enim imperatores ante Constantium inter divos a senatu relati fuerant. Sed quod ex quatuor imperatoribus qui imperium simul gubernaverant, Diocletiano scilicet et Maximiano, Constantio atque Galerio, primus Constantius hunc honorem adeptus est, quippe qui primus obiisset.

(66) *Τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου.* In tribus nostris codicibus Maz., Med. et Fuk. scriptum est τῶν δὲ καθ' ἡμῶν, non male.

(67) *Τέλος εὐδόκιμον.* Εὔδαιμον cod. Reg., cui consentit appendix libri VIII, ut videre est infra pag. 317. Reliqui tamen codices, Maz. scilicet ac Med. cum Fuketiano et Saviliano scriptum hic habent τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμακάριον.

(68) *Μόνον Καίσαρα παρὰ πάντας.* Vulg., πάντων. In codd. Maz., Med. et Fuk. legitur παρὰ πάντας recte : id est, aliter ac reliqui omnes. Quatuor
D enim Augusti ea tempestate rempublicam Romanam administrabant : Galerius scilicet, Constantinus, Maxentius atque Licinius. Maximinus vero jampridem Cæsar a Galerio factus, usque ad Galerii obitum in ea dignitate permansit. Quare verissimum est, quod hic ait Eusebius, ægre tulisse Maximinum, quod inter tot Augustos solus ipse tantum Cæsar diceretur, cum tamen Cæsaris dignitatem ante tres illos superius memoratos principes accepisset.

(69) *Ὁ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπανῃρῆσθαι δεδηλωμένος.* Hæc verba desunt in vetustissimis codd. Mazarino et Fuk. Sed habentur in Regio codice, et ad oram codicis Mediceæi ascripta sunt eadem manu. Porro cum Eusebius dicat se supra retulisse qualiter Maximianus Herculius purpuram resumpserit, id quo loco dixerit Eusebius, adhuc quæro.

Digitized by Google

του (70) τὰς ἐπὶ τιμῇ γραφὰς, ἀνδριάντας τε καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐπ' ἀναθέσει νενόμισται, ὡς ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου καθῄρουν.

renuntiatus est. Sub id tempus Maximianus quem post depositum imperium iterum purpuram sumpsisse retulimus; cum adversus Constantinum insidias moliri deprehensus esset, fœdissimo mortis genere interiit. Primusque hic fuit, cujus utpote impii ac sceleratissimi hominis imagines omnes et statuæ cæteraque id genus monumenta quæ in honorem imperatorum erigi solent, dejecta atque abolita sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν (Nic. *H. E.* VII, 21).

Τούτου παῖς Μαξέντιος, ὁ τὴν ἐπὶ Ῥώμης τυραννίδα συστησάμενος, ἀρχόμενος μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρετσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο, ταύτῃ τε τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμὸν, εὐσέβειαν ἐπιμορφάζων, καὶ ὡς ἂν δεξιὸς καὶ πολὺ πρᾶος παρὰ τοὺς προτέρους φανείη. Οὐ μὴν οἷος ἔσεσθαι ἠλπίσθη, τοιοῦτος ἔργοις ἀναπέφηνεν· εἰς πάσας δ' ἀνοσιουργίας ὀκείλας, οὐδὲν ὅ τι μιαρίας ἔργον καὶ ἀκολασίας παραλέλοιπε, μοιχείας τε καὶ παντοίας ἐπιτελῶν φθορᾶς· διαζευγνύς γέ τοι τῶν ἀνδρῶν τὰς κατὰ νόμον γαμετὰς, ταύτας ἐνυβρίζων, ἀτιμότατα τοῖς ἀνδράσιν αὖθις ἀπέπεμπε· καὶ ταῦτ' οὐκ ἀσήμοις οὐδ' ἀφανέσιν ἐγχειρῶν ἐπετήδευεν, ἀλλ' αὐτῶν δὴ μάλιστα τῶν τὰ πρῶτα τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου βουλῆς ἀπενηνεγμένων ἐμπαροινῶν τοῖς ἐξοχωτάτοις. Οἱ πάντες δ' αὐτὸν ὑποπεπτηχότες δῆμοι καὶ ἄρχοντες, ἔνδοξοί τε καὶ ἄδοξοι, δεινῇ κατετρύχοντο τυραννίδι. Καὶ οὐδ' ἠρεμούντων καὶ τὴν πικρὰν φερόντων δουλείαν, ἀπαλλαγή τις ὅμως ἦν τῆς τοῦ τυράννου ὀνώσης ὠμότητος· ἐπὶ σμικρᾷ γοῦν ἤδη ποτὲ προφάσει, τὸν δῆμον εἰς φόνον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι (71), καὶ ἐκτείνετο μυρία τοῦ δήμου Ῥωμαίων πλήθη ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως, οὐ Σκυθῶν οὐδὲ βαρβάρων, ἀλλ' αὐτῶν τῶν οἰκείων δόρασι καὶ πανοπλίαις. Συγκλητικῶν γε μὴν φόνος ὁπόσος δι' ἐπιβουλὴν ἐνηργεῖτο τῆς οὐσίας, οὐδ' ἐξαριθμήσασθαι δυνατὸν, ἄλλοτε ἄλλαις πεπλασμέναις αἰτίαις μυρίων ἀναιρουμένων. Ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς, ἐπὶ γοητείαν ἦλαυνε· μαγικαῖς ἐπινοίαις (72) τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λεόντάς τε κατασφάττοντος, καί τινας ἀῤῥητοποιίας ἐπὶ δαιμόνων προκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου· διὰ τούτων γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσεσθαι, ἡ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς. Οὗτος μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμης τυραννῶν, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν οἷα ὁρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο, ὡς ἤδη καὶ τῶν ἀναγκαίων τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ σπάνει καὶ ἀπορίᾳ

CAPUT XIV.

De moribus persecutorum.

Hujus filius Maxentius, qui Romæ tyrannidem arripuit, principio quidem fidei nostræ professionem simulavit, ut in eo morem gereret blandireturque populo Romano. Itaque subditis suis præcepit, ut a persecutione Christianorum desisterent; fictam scilicet pietatis speciem præ se ferens, utque benignior multo atque humanior superioribus principibus videretur. Verum progressu temporis haudquaquam talem se rebus ipsis præstitit, qualis futurus sperabatur. Quin contra ad omnia scelera et flagitia æstu quodam mentis abreptus, nullum impietatis aut libidinis genus prætermisit. Nam et adulteria et cujusquemodi stupra perpetrabat. Cumque uxores legitimas a viris per divortium abstraxisset, ipse cum omni fœditate et ignominia eis illudens, denuo ad maritos easdem remittebat. Neque vero viles duntaxat et obscuros homines hujusmodi injuriis afficere studebat, sed illos præcipue qui in senatu Romano principem locum obtinebant, eminentissimo cuique maxime insultans. Proinde tam plebeii omnes quam magistratus, tam obscuri quam nobiles, eum reformidantes, gravissima tyrannide opprimebantur. Ac tametsi quiete agerent et tyrannidem patienter tolerarent, ne sic tamen vitare poterant cruentam tyranni atrocitatem. Denique quodam die levissimam ob causam, **311** populum Romanum militibus prætorianis tradidit occidendum. Atque ita innumerabilis multitudo populi Romani, non Scytharum ac barbarorum, sed civium suorum hastis armisque in media urbe trucidata est. Quantæ porro senatorum cædes factæ sint ut in bona eorum invaderetur, numerari nullo modo potest, cum plurimi quotidie fictis variis criminibus interficerentur. Tandem vero tyrannus sceleribus suis quasi quoddam fastigium, magicæ artis præstigias imposuit, nunc mulieres gravidas dissecans, nunc infantum recens in lucem editorum rimans viscera; leones quoque interdum mactans, et nefanda quædam perageus sacra ad dæ-

(70) *Πρώτου δὲ τούτου.* Hæc verba eodem modo exponenda sunt, quo illa superius a nobis exposita πρῶτός τε ἐν θεοῖς. At Christophorsonus hunc locum ita interpretatus est, quasi legeretur πρὸ δὲ τούτου.

(71) *Τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι.* Idem refert Aurelius Victor in Maxentio: « Adeo sævus, uti Prætorianis cædem vulgi quondam annuerit. » Constantinus vero, victo postea Maxentio, Prætorianas cohortes abolevit; specie quidem ob eam vulgi cædem, sed reipsa, ne res novas molirentur; neve imperatores crearent, prout Maxentium Augustum renuntiaverant. Porro Zosimus eamdem quoque rem, licet paulo aliter, narrat. Scribit enim; cum Romæ templum Genii fortuito incendio conflagraret, cunctique ad restinguendum ignem accurrissent, militem quemdam qui numen illud gentilium deridebat, a plebe interemptum fuisse. Ex quo tantam subito seditionem militum exarsisse, ut tota pene urbs peritura fuerit, ni Maxentius subvenisset.

(72) *Μαγικαῖς ἐπινοίαις.* Post hæc verba in editionibus, et in Regio ac Medicæo codice punctum ponitur, quod Christophorsonum fefellit. Verum in codice Mazarino, ante has voces media distinctio ponitur optime. Eamdem distinctionem reperi in codice Fuketii.

Digitized by Google

mones evocandos, et ad bellum quod jam imminebat depellendum. His enim artibus victoriam se adepturum haud dubia spe præsumpserat. Hic igitur dum Romæ tyrannidem exercet, vix dici potest quot quantisque malis subditos oppresserit, atque in servitutem redegerit; adeo ut ad extremam trusi sint alimentorum penuriam, qualem antea Romæ aut alibi unquam fuisse nulla hominum memoria recordari potest. At in Orientis partibus tyrannus Maximinus, inito clam fœdere cum Maxentio Romanæ urbis tyranno, utpote scelerum germanitate sibi junctissimo, diu quidem latere studuit. Tandem vero deprehensus pœnas debitas persolvit. Mirum est enim quanta hic nequitiæ affinitate et similitudine, Romanæ urbis tyrannum expresserit, seu potius longo intervallo superarit. Quippe impostorum et magorum principes summi honoris apicem apud eum obtinebant : cum ipse supra modum meticulosus esset ac superstitiosus, et simulacrorum ac dæmonum vanitati imprimis deditus. Nihil certe aggredi, nihil summo, quod aiunt, digito commovere absque vaticiniis et oraculis audebat. Quam ob causam acerbius ac vehementius quam superiores principes persequi nostros instituit; deorum templa in singulis urbibus erigi præcipiens, et si quæ essent temporis vetustate collapsa, reparari. Ad hæc flamines in singulis locis atque urbibus constituit, iisdemque sacerdotem cujusque provinciæ præfecit, eum qui cunctis in curia muneribus egregie perfunctus esset, addito ei militari satellitio. Denique hariolis omnibus, velut religiosis viris ac divino numine acceptissimis, provinciarum administrationes et **312** maxima privilegia concessit. Post hæc non unam duntaxat urbem aut regionem, sed universas provincias imperio suo subjectas, auri argentique, et pecuniarum exactionibus, et indictionibus gravissimis, variisque subinde condemnationibus vexavit atque oppressit. Sed et locupletissimum quemque paternis avitisque spolians bonis, ingentes opes ac nummorum acervos assentatoribus suis donabat. Jam vero temulentiæ et crapulæ eo usque obnoxius fuit, ut in compotationibus insaniret ac fureret; et ea imperaret ebrius, quorum postridie sobrium pœnitebat. Quod autem ad luxum ac delicias attinet, in eo nulli secundus; nequitiæ omnis magistrum se tum rectori-

καταστῆναι, ὅσην ἐπὶ Ῥώμης οὐδ' ἄλλοτε οἱ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι μνημονεύουσιν. Ὁ δ' ἐπ' Ἀνατολῆς τύραννος Μαξιμῖνος, ὡς ἂν πρὸς ἀδελφὸν τὴν κακίαν πρὸς τὸν ἐπὶ Ῥώμης φιλίαν κρύβδην σπενδόμενος, ἐπὶ πλεῖστον χρονον λανθάνειν ἐφρόντιζε, φωραθεὶς γέ τοι ὕστερον, δίκην τίννυσι τὴν ἀξίαν. Ἦν δὲ θαυμάσαι, ὅπως καὶ οὗτος τὰ συγγενῆ καὶ ἀδελφὰ, μᾶλλον δὲ κακίας τὰ πρῶτα καὶ τὰ νικητήρια τῆς τοῦ κατὰ Ῥώμην τυράννου κακοτροπίας ἀπενηνεγμένος. Γοήτων τε γὰρ καὶ μάγων οἱ πρῶτοι τῆς ἀνωτάτω παρ' αὐτῷ τιμῆς (73) ἠξίωντο, ψοφοδεοῦς ἐς τὰ μάλιστα καὶ δεισιδαιμονεστάτου καθεστῶτος, τήν τε περὶ τὰ εἴδωλα καὶ τοὺς δαίμονας περὶ πολλοῦ τιθεμένου πλάνην. Μαντειῶν γοῦν δίχα καὶ χρησμῶν οὐδὲ μέχρις ὄνυχος, ὡς εἰπεῖν, τολμᾷν τι κινεῖν οἷός τε ἦν. Οὗ χάριν καὶ τῷ καθ' ἡμῶν σφοδρότερον ἢ οἱ πρόσθεν καὶ πυκνότερον ἐπετίθετο διωγμῷ, νεώς τε κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐγείρειν, καὶ τὰ χρόνου μήκει καθῃρημένα τεμένη, διὰ σπουδῆς ἀνανεοῦσθαι προστάττων, ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν· καὶ ἐπὶ τούτων ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα (74), τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τὸν μάλιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας, μετὰ στρατιωτικοῦ στίφους καὶ δορυφορίας ἐκτάσσων, ἀναίδην τε πᾶσι γόησιν, ὡς ἂν εὐσεβέσι καὶ θεῶν προσφιλέστιν, ἡγεμονίας καὶ τὰς μεγίστας προνομίας δωρούμενος. Ἐκ δὴ τούτων ὁρμώμενος, πόλιν μὲν οὐ μίαν οὐδὲ χώραν, ὅλας δὲ ἄρδην τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐπαρχίας, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χρημάτων ἀμυθήτων εἰσπράξεσιν, ἐπισκήψεσί (75) τε βαρυτάταις, καὶ ἄλλοτε ἄλλαις καταδίκαις ἠνία καὶ κατεπίεζε. Τῶν γε μὴν εὐπόρων τὰς ἐκ προγόνων περιποιηθείσας οὐσίας ἀφαιρούμενος, πλούτους ἀθρόως καὶ σωροὺς χρημάτων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κόλαξιν ἐδωρεῖτο. Παρανίας γε μὴν καὶ μέθης ἐς τοσαύτην ἠνέχθη φοράν, ὡς ἐν τοῖς πότοις παρακόπτειν καὶ τῶν φρενῶν παρεξίστασθαι, τοιαῦτά τε μεθύοντα προστάττειν, οἷα ἀνανήψαντα αὐτὸν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς μετάμελον ἄγειν· κραιπάλης δὲ καὶ ἀσωτίας μηδενὶ καταλιπὼν ὑπερβολὴν, κακίας διδάσκαλον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις ἑαυτὸν καθίστη, θρύπτεσθαι μὲν τὸ στρατιωτικὸν διὰ πάσης τρυφῆς τε καὶ ἀκολασίας ἐνάγων, ἡγεμόνας δὲ καὶ στρατοπεδάρχας δι' ἁρπαγῶν καὶ πλεονεξίας χωρεῖν κατὰ τῶν ὑπηκόων, μονονουχὶ συντυραννοῦντας αὐτῷ προκαλούμενος. Τί δεῖ τὰς ἐμπαθεῖς τοῦ ἀνδρὸς αἰσχρουργίας μνημονεύειν;

(73) *Παρ' αὐτῷ τιμῆς.* Scribendum est αὐτοῦ, ut ad oram codicis Turnebi ac Moræi emendatur. Sequitur enim ψοφοδεοῦς, etc.

(74) *Ἑκάστης ἐπαρχίας ἀρχιερέα.* Sacerdotes vocabantur a gentilibus, qui totius provinciæ templa ac delubra sub dispositione sua habebant : flamines vero, qui in singulis oppidis ac municipiis deorum sacra procurabant, ut jampridem notavi ad lib. XXVIII Amm. Marcellini. Cave porro existimes, Maximinum primum sacerdotes provinciæ instituisse. Diu enim ante illum fuerunt. Sed Maximinus eorum honorem auxit, addito illis satellitio, id est lictoribus et apparitoribus. Creabantur autem sacerdotes ex corpore Curialium, ii qui omnibus muneribus publicis cum summa laude ante perfuncti essent. Tantaque hæc dignitas habebatur, ut ipsos magistratus seu duumviros in gradu antecederent. Certe in gestis purgationis Cæciliani, ea dignitas ante duumviratum nominatur. Sic enim legitur : « In jure apud Aurelium Didymum Sperctum sacerdotem Jovis optimi maximi, duumvirum splendidæ coloniæ Cathaginensium. » Vide cap. 4, lib. IX. Hi sacerdotes in secretaria judicum ingrediendi et cum iis sedendi jus habebant, ut patet ex Actis Theodori martyris die X Novembris.

(75) *Ἐπισκήψεσι.* Musculus vertit *statutis;* Christophorsonus *mandatis gravissimis.* Eadem voce utitur Eusebius in lib. X *Historiæ Ecclesiasticæ.* cap. 8, de Licinio loquens : Ἐπισκήψεις τε μυρίας κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν ἐπενόει.

Digitized by Google

ἢ τῶν πρὸς αὐτοῦ μεμοιχευμένων ἀπαριθμεῖσθαι τὴν πληθύν; Οὐκ ἦν γέ τοι πόλιν αὐτὸν παρελθεῖν, μὴ οὐχὶ ἐκ παντὸς φθορᾶς γυναικῶν, παρθένων τε ἁρπαγὰς εἰργασμένον. Κατὰ πάντων γέ τοι αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει, μὴ ὅτι μόνων Χριστιανῶν, οἳ θανάτου καταφρονήσαντες, παρ' οὐδὲν αὐτοῦ τὴν τοσαύτην ἔθεντο τυραννίδα. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες (76) ἀνατλάντες πῦρ καὶ σίδηρον, καὶ προσηλώσεις, θῆράς τε ἀγρίους καὶ θαλάττης βυθοὺς, ἀποτομάς τε μελῶν καὶ καυτῆρας, καὶ ὀφθαλμῶν κεντήσεις τε καὶ ἐξορύξεις, καὶ τοῦ παντὸς σώματος ἀκρωτηριασμούς, λιμόν τε ἐπὶ τούτοις καὶ μέταλλα, καὶ δεσμὰ, ἐπὶ πάντων μᾶλλον ὑπομονὴν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐνεδείξαντο, ἢ τὸ σέβας τὸ εἰς Θεὸν εἰδώλοις ἀντικατηλλάξαντο. Αἱ δ' αὖ γυναῖκες οὐχ ἧττον τῶν ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς τοῦ θείου λόγου διδασκαλίας ἠρρενωμέναι, αἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς ἀνδράσιν ἀγῶνας ὑποστᾶσαι, ἴσα τῆς ἀρετῆς ἀπηνέγκαντο βραβεῖα, αἱ δὲ ἐπὶ φθορὰν ἑλκόμεναι, θᾶττον τὴν ψυχὴν θανάτῳ, ἢ τὸ σῶμα τῇ φθορᾷ παραδεδώκασι. Μόνη γοῦν τῶν ἄλλων ὑπὸ τοῦ τυράννου μεμοιχευμένων, Χριστιανὴ τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐπισημοτάτη τε καὶ λαμπροτάτη, τὴν ἐμπαθῆ καὶ ἀκόλαστον Μαξιμίνου ψυχὴν δι' ἀνδρειοτάτου παραστήματος ὑπερεξενίκησεν (77), ἔνδοξος μὲν τἄλλα πλούτῳ τε καὶ γένει καὶ παιδείᾳ, πάντα γε μὴν δεύτερα σωφροσύνης τεθειμένη· ἣν καὶ πολλὰ λιπαρήσας, κτεῖναι μὲν ἑτοίμως θνήσκειν ἔχουσαν οὐχ οἷός τε ἦν, τῆς ἐπιθυμίας μᾶλλον τοῦ θυμοῦ κατακρατούσης αὐτοῦ, φυγῇ δὲ ζημιώσας, πάσης ἀφείλετο τῆς οὐσίας. Μυρίαι δ' ἄλλαι πρὸς τῶν κατ' ἔθνος ἀρχόντων πορνείας ἀπειλὴν μηδ' ἀκοῦσαι δεδυνημέναι, πᾶν εἶδος βασάνων καὶ στρεβλώσεων, καὶ θανατηφόρου κολάσεως ὑπέστησαν. Θαυμασταὶ μὲν οὖν καὶ αὗται· ὑπερφυῶς γε μὴν θαυμασιωτάτη ἡ ἐπὶ Ῥώμης εὐγενεστάτη τῷ ὄντι καὶ σωφρονεστάτη γυνὴ πασῶν, αἷς ἐμπαροινεῖν ὁ ἐκεῖσε τύραννος Μαξέντιος τὰ ὅμοια Μαξιμίνῳ δρῶν ἐπειρᾶτο. Ὡς γὰρ ἐπιστάντας τῷ οἴκῳ τοὺς τὰ τοιαῦτα τῷ τυράννῳ διακονουμένους ἐπύθετο (Χριστιανὴ δὲ καὶ αὕτη ἦν), τόν τε ἄνδρα τὸν αὐτῆς, καὶ ταῦτα Ῥωμαίων ὄντα ἔπαργον, τοῦ δέους ἕνεκα, λαβόντας αὐτὴν ἄγειν ἐπιτρέψαντα, ἐς βραχὺν (78) ὑποπαραιτησαμένη ὡς ἂν ἤδη κατακοσμηθεῖη τὸ σῶμα, εἴσεισιν ἐπὶ τοῦ ταμείου, καὶ μονωθεῖσα, ξίφος καθ' ἑαυτῆς πήγνυσι (79)· θα-

A bus tum subditis suis exhibuit. Ac milites quidem lascivia ac mollitie diffluere permisit. Præsides vero ac duces, perinde ac tyrannidis suæ consortes, omni rapacitate atque avaritia grassari adversus provinciales præcepit. Quid dicam de fœdissima hominis libidine? Quid de innumerabilibus adulteriis? Neque enim per ullam urbem iter unquam fecit, quin mulierum stupra, et virginum raptus in ea perpetraret. Atque hæc ex voto ipsi successerunt adversus cunctos, solis exceptis Christianis: qui calcato mortis metu, tam violentam hominis tyrannidem despexerunt. Nam et viri ignem ac ferrum, clavorum suffixiones, bestias, profundos maris gurgites, membrorum abscissiones ac perustiones, confixiones et effossiones oculorum, totius denique B corporis mutilationes: ad hæc famem, metalla ac vincula perpessi, in his omnibus maluerunt pro vera pietate tolerantiæ suæ specimen edere, quam rejecto Dei cultu, simulacra venerari. Et mulieres doctrina veræ fidei non minus quam viri roboratæ, aliæ eadem quæ viri certamina subierunt, et æqualia virtutis adeptæ sunt præmia; aliæ, cum raperentur ad stuprum, vitam citius quam pudorem corporis sui prodere sustinuerunt. Certe unica mulier Christiana, Alexandrinarum omnium nobilissima atque opulentissima, cum cæteræ a tyranno violatæ fuissent, effusam atque effrenatam Maximini libidinem virili quadam animi celsitudine devicit. Mulier tum ob splendorem **313** generis ac divitias, tum ob singularem C doctrinam celeberrima: sed quæ modestiam ac pudicitiam his præferebat. Quam cum tyrannus sæpius interpellasset de stupro, obtruncare quidem illam, mori utique paratam, non sustinuit, eo quod crudelitate superior esset cupiditas. Cæterum bonis omnibus spoliatam, exsilio damnavit. Sexcentæ quoque aliæ, cum stupri minas quas provinciarum rectores ipsis intentabant, ne auditu quidem tenus ferre potuissent, omnia cruciatuum, tormentorum et capitalium suppliciorum genera pertulere. Omnes quidem admiratione dignissimæ, sed præ omnibus admirationem meretur mulier illa in urbe Roma, omnium earum quas Maxentius, illarum partium tyrannus Maximino in cunctis simillimus, violare aggressus est, longe nobilissima et castissi-

(76) *Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες.* Vide panegyricum ab Eusebio scriptum in tricennalibus Constantini, pag. 622, ubi hæc iisdem fere verbis repetuntur.

(77) *Ὑπερεξενίκησεν.* Sic in vetustissimo codice Mazar. scribitur, cui consentit codex Fuk. et Sav.

(78) *Ἐς βραχύν.* Deesse videntur aliquot verba, quæ ita suppleri possunt, ἐς ἀποχώρησιν χρόνον βραχὺν ὑποπαραιτησαμένη, etc. Sic loquitur Eusebius supra, ubi de muliere Antiochena, quæ cum duabus virginibus se in flumen præcipitavit. Paulo post ubi legitur ὡς ἂν ἤδη, codex Mazarinus habet ὡς ἂν δή, quod rectius videtur. Ita certe scriptum habent codex Fuk. et Savilii.

(79) *Ξίφος καθ' ἑαυτῆς πήγνυσι.* In vetustissimo codice Mazarino scholium legitur in ima pagina ascriptum ad horum verborum expositionem: Πῶς ἐν πολλοῖς οὗτος ἀποδέχεται τὰς ἑαυτὰς διαχρησαμένας; καίτοι γε ἡ τῆς Ἐκκλησίας κρίσις, οὐχὶ τὰς εἰς D ἑαυτὰς τὰ τῶν δημίων ἐπιδειξαμένας ἐν μάρτυσιν ἀναγράφει· δειλίας γὰρ μᾶλλον ἢ ἀνδρείας, φόβῳ κολάσεως τὸν θάνατον προαρπάζειν· ἀλλὰ τὰς μηδὲν φοβερὸν ἕνεκα τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἡγουμένας, ἀλλὰ πάντα προθύμως πάσχειν, ἅπερ ἂν ἡ τύραννος καὶ δαιμονιώδης ἐπίνοια κολαστήρια ἐπάγει. Id est: « Quomodo iste miratur mulieres, quæ sibimetipsis mortem consciverunt? Et tamen Ecclesiæ judicium, in martyrum numero non reponit eas quæ suiipsarum carnifices exstiterunt. Ignaviæ enim potius est quam fortitudinis, suppliciorum metu mortem prævertere. Verum eas in album martyrum refert, quæ ob confessionem Christi nihil formidandum esse existimarunt, alacri animo perpeti paratæ, quæcunque ipsis tormenta tyrannorum ac dæmonum ingeniosa solertia irrogasset. » Recte quidem observavit quisquis est auctor hujus scholii, αὐτοχειρίαν ab Ecclesia non probari; cum homines mortis

Digitized by Google

ma. Hæc enim simul atque eos quibus tyrannus ad hujusmodi flagitia ministris utebatur, irrupisse in domum suam comperit, et maritum suum qui præfecturam Romanæ urbis gerebat, conterritum permisisse satellitibus ut ipsam abducerent (erat autem Christiana), breve temporis spatium quasi ad exornandum corpus concedi sibi postulavit. Post hæc in cubiculum ingressa, solam se relictam esse circumspiciens, gladium pectori immergit. Quo vulnere protinus exanimata, cadaver quidem perductoribus dereliquit: ipso autem facto, quod profecto omni vocis sono clarius intonat, universis qui nunc sunt et qui posthac erunt hominibus denuntiavit, solam Christianorum virtutem invictam et inexpugnabilem nec morti obnoxiam esse. Talis ac tanta nequitiæ copia uno eodemque tempore exuberavit, auctoribus duobus tyrannis, quorum alter Orientem, alter Occidentem occupaverat. Quis est porro qui cum tantorum malorum causam inquisiverit, affirmare dubitet, persecutionem adversus nos concitatam horum omnium fontem exstitisse, cum præsertim non nisi post redditam Christianis libertatem, tanta reipublicæ perturbatio finem acceperit?

A νοῦσά τε παραχρῆμα, τὸν μὲν νεκρὸν τοῖς προαγωγοῖς καταλιμπάνει, ἔργοις δ' αὐτοῖς ἁπάσης φωνῆς γεγωνοτέροις, ὅτι μόνον χρημάτων (80) ἀήττητόν τε καὶ ἀνώλεθρον ἡ παρὰ Χριστιανοῖς ἀρετὴ πέφυκεν, εἰς πάντας ἀνθρώπους τούς τε νῦν ὄντας καὶ τοὺς μετὰ ταῦτα γενησομένους ἐξέφηνε. Τοσαύτη δῆτα κακίας φορὰ ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συνηνέχθη καιρὸν, πρὸς τῶν δύο τυράννων ἀνατολὴν καὶ δύσιν διειλημφότων κατεργασθεῖσα. Τίς δ' ἂν τὴν τῶν τοσούτων διερευνώμενος αἰτίαν, διστάξαι, μὴ οὐχὶ τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀποφήνασθαι; Ὅτε γε μάλιστα οὐ πρότερον τὰ τῆς τοσῆσδε πέπαυτο συγχύσεως, ἢ Χριστιανοὺς τὰ τῆς παῤῥησίας ἀπολαβεῖν.

Toto certe persecutionis decennio, nunquam a mutuis inter ipsos insidiis, et ab intestino bello cessatum est. Ac mare quidem navigantibus impervium erat. Et quicunque alicunde solverant, **314** protinus capti gravissimis verberibus afficiebantur, et tormentis atque ungulis latera sulcantibus, omnique cruciatuum genere interrogabantur, utrum ab hostibus venirent: tandemque crucis supplicio aut incendio necabantur. Jam clypei et loricæ, tela et hastæ, aliaque ejusmodi bellorum instrumenta ubique comparabantur. Ad hæc triremes et arma ad navales pugnas accommodata passim instruebantur. Nec aliud quidquam exspectare unusquisque poterat quam quotidianam hostium incursionem. Fames post hæc pestisque supervenit, de quibus suo loco ac tempore dicturi sumus.

CAPUT XV.

De his quæ gentilibus acciderunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τῶν τοῖς ἐκτὸς συμβεβηκότων (Nic. *H. E.* VII, 22).

B Διὰ παντός γέ τοι τοῦ κατὰ τὸν διωγμὸν δεκαέτους χρόνου (81), τῶν εἰς ἐπιβουλὴν καὶ πόλεμον τὸν κατ' ἀλλήλων, οὐδὲν αὐτοὺς διαλέλοιπεν. Ἁπλωτα μὲν γὰρ τὰ κατὰ θάλατταν ἦν, οὐδ' ἐξῆν ποθεν καταπλεύσαντας, μὴ οὐχὶ πάσαις αἰκίαις ὑπάγεσθαι, στρεβλουμένους καὶ τὰς πλευρὰς καταξαινομένους, βασάνοις τε παντοίαις, μὴ ἄρα παρὰ τῶν δι' ἐναντίας ἐχθρῶν ἥκοιεν, ἀνακρινομένους, καὶ τέλος σταυροῖς ἢ τῇ διὰ πυρὸς ὑπαγομένους κολάσει. Ἀσπίδων ἐπὶ τούτοις καὶ θωράκων παρασκευαὶ, βελῶν τε καὶ δοράτων, καὶ τῆς ἄλλης πολεμικῆς παρατάξεως ἑτοιμασίαι· τριήρων τε καὶ τῶν κατὰ ναυμαχίαν ὅπλων C κατὰ πάντα συνεκροτοῦντο τόπον, οὐδ' ἦν ἄλλο τι παντὶ τῷ προσδοκᾶν, ἢ πολεμίων κατὰ πᾶσαν ἔφοδον ἡμέραν. Τούτοις καὶ ὁ μετὰ ταῦτα λιμός τε καὶ λοιμὸς ἐγκατασκήπτει· περὶ ὧν κατὰ καιρὸν ἱστορήσομεν τὰ δέοντα.

CAPUT XVI.

De rebus in meliorem statum restitutis.

Hæc sunt quæ toto persecutionis illius tempore contigerunt. Quæ quidem persecutio ope divini Numinis, anno tandem decimo prorsus sedata est, cum post octavum annum aliquantisper remittere cœpisset. Postquam enim cœlestis Dei gratia benigno nos ac propitio vultu respexit, tum principes illi ipsi qui persecutionem adversus nostros primum com-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Περὶ τῆς ἐπὶ τὸ κρεῖττον τῶν πραγμάτων μεταβολῆς (Nic. *H. E.* VII, 22).

Τοιαῦτ' ἦν τὰ (82) διὰ παντὸς τοῦ διωγμοῦ παρατετακότα, δεκάτῳ μὲν ἔτει σὺν Θεοῦ χάριτι παντελῶς πεπαυμένου, λωφᾷν γε μὴν μετ' ὀγδοον ἔτος ἐναρξαμένου. Ὡς γὰρ τὴν εἰς ἡμᾶς ἐπισκοπὴν εὐμενῆ καὶ ἵλεω ἡ θεία καὶ οὐράνιος χάρις ἐνεδείκνυτο, τότε δῆτα καὶ οἱ καθ' ἡμᾶς ἄρχοντες, αὐτοὶ δὴ ἐκεῖνοι δι'

motu, aut per desperationem manus sibi violentas afferunt. Sed quoties divini Spiritus instinctu ad id impelluntur, quod rarissime accidit: tunc id facinus approbat quidem ac miratur Ecclesia, quippe quæ divino Spiritu semper regitur et afflatur: non tamen imitandum proponit. Vide quæ de hac re senserit Augustinus in libro I *De civitate Dei*, cap. 26. Porro idem scholium legitur etiam in libro Savilliano.

(80) *Μόνον χρημάτων*. In lib. I *De vita Constantini*, cap. 28, ubi hæc refertur historia, legitur μόνον χρῆμα, rectius, ut opinor.

(81) *Τοῦ κατὰ τὸν διωγμὸν δεκαετοῦς χρόνου*. Persecutio cœpit anno Christi 303. Diocletiano octies et Maximiano septies coss. Desiit vero anno Christi 312, tunc cum Constantinus, victo Maxentio, litteras ad Maximinum Orientis imperatorem dedit pro Christianorum libertate, ut scribit Eusebius in libro IX. Duravit igitur persecutio per decem annos, ut hic dicitur. Atque ita in manuscriptis Eusebii *Chronicis* notantur anni persecutionis, ut monuit Pontacus. Non recte igitur Epiphanius in libro *De ponderibus et mensuris*, hanc persecutionem XII annis durasse scribit. Vide caput 16, ubi decimo anno sedata esse dicitur persecutio.

(82) *Τοιαῦτ' ἦν τά*. Ab his verbis inchoavimus caput 16, Maz. et Fuketianum codd. secuti. At in codice Medicæo quem in distinguendis capitibus sequitur Rob. Stephanus, omissa hic est capitum distinctio.

Digitized by Google

ὧν πάλαι τὰ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐνηργεῖτο πολέμων, παραδοξότατα μεταθέμενοι τὴν γνώμην, παλινῳδίαν ἦδον, χρηστοῖς περὶ ἡμῶν προγράμμασι καὶ διατάγμασιν ἡμερωτάτοις τὴν ἐπὶ μέγα ἀφθεῖσαν τοῦ διωγμοῦ πυρκαϊὰν σβεννύντες. Οὐκ ἀνθρώπινον δέ τι τούτου κατέστη αἴτιον, οὐδ' οἷκτος, ὡς ἂν φαίη τις, ἢ φιλανθρωπία τῶν ἀρχόντων, πολλοῦ δεῖ· πλείω γὰρ ὁσημέραι καὶ χαλεπώτερα ἀρχῆθεν εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ τὰ καθ' ἡμῶν αὐτοῖς ἐπενοεῖτο, ποικιλωτέραις μηχαναῖς ἄλλοτε ἄλλως τὰς καθ' ἡμῶν αἰκίας ἐπικαινουργούντων· ἀλλ' αὐτῆς γε τῆς θείας Προνοίας ἐμφανὴς ἐπίσκεψις, τῷ μὲν αὐτῆς καταλλαττομένης λαῷ, τῷ δ' αὐθέντῃ τῶν κακῶν ἐπεξιούσης καὶ πρωτοστάτῃ τῆς τοῦ παντὸς διωγμοῦ κακίας (83) ἐπισχολουμένης. Καὶ γὰρ εἴ τι ταῦτ' ἐχρῆν κατὰ θείαν γενέσθαι κρίσιν, ἀλλά, « Οὐαὶ, φησὶν ὁ λόγος, δι' οὗ τὸ σκάνδαλον ἔρχεται. » Μέτεισι γοῦν αὐτὸν θεήλατος κόλασις, ἐξ αὐτῆς αὐτοῦ καταρξαμένη σαρκὸς, καὶ μέχρι τῆς ψυχῆς προελθοῦσα. Ἀθρόα μὲν γὰρ περὶ τὰ μέσα τῶν ἀπορρήτων (84) τοῦ σώματος ἀπόστασις γίγνεται αὐτῷ. Εἶθ' ἕλκος ἐν βάθει συριγγῶδες, καὶ τούτων ἀνίατος νομὴ (85) κατὰ τῶν ἐνδοτάτω σπλάγχνων· ἀφ' ὧν ἄλεκτόν τι πλῆθος σκωλήκων βρύειν, θανατώδη τε ὀδμὴν ἀποπνέειν, τοῦ παντὸς ὄγκου τῶν σωμάτων ἐκ πολυτροφίας αὐτῷ καὶ περὶ τῆς νόσου εἰς ὑπερβολὴν πλήθους πιμελῆς μεταβεβληκότος· ἦν τότε κατασαπεῖσαν, ἀφόρητον καὶ φρικτοτάτην τοῖς πλησιάζουσι παρέχειν τὴν θέαν. Ἰατρῶν δ' οὖν οἱ μὲν, οὐδ' ὅλως ὑπομεῖναι τὴν τοῦ δυσώδους ὑπερβάλλουσαν ἀτοπίαν οἷοί τε, κατεσφάττοντο, οἱ δὲ διῳδηκότος τοῦ παντὸς ὄγκου καὶ εἰς ἀνέλπιστον σωτηρίας ἀποπεπτωκότος μηδὲν ἐπικουρεῖν δυνάμενοι, ἀνηλεῶς ἐκτείνοντο.

moverant, repente præter omnium spem mutata sententia palinodiam cecinere; humanis erga nos edictis et mitissimis constitutionibus, ardentissimum persecutionis incendium restinguentes. Neque vero humanum quidquam, neque imperatorum (quod aliquis forte suspicari posset) clementia et commiseratio, hujusce rei causa exstitit. Quippe cum illi ab ipso persecutionis exordio ad id usque temporis, plura in dies et acerbiora in nos excogitarent; varia subinde suppliciorum adversus nostros genera et machinamenta commenti. Verum manifesta præsentia divini Numinis, quod cum populo quidem suo jam redierat in gratiam; ipsum vero auctorem malorum et totius persecutionis atque improbitatis antesignanum infensius persequebatur, id tandem effecit. Etsi enim hæc ita fieri oportebat juxta divinæ voluntatis arbitrium, tamen, ut ait Scriptura (*Matth.* XVIII, 7) : « Væ illi per quem scandalum evenit. » Illum igitur pœna cœlitus inflicta corripuit, ab ipsis exorsa carnibus, et ad animam usque progressa. Repente enim circa media occultiorum **315** corporis partium loca abscessus ei nascitur : ulcus deinde in imo fistulosum. Utriusque insanabilis morsus intima viscera depascebatur. Ex his incredibilis vermium multitudo scaturiens, lethalem exhalabat fetorem. Quippe illi etiam ante hunc morbum, tota corporis moles ob nimiam alimenti copiam in immensam quamdam pinguedinem excreverat : quæ tunc temporis in tabem soluta, horrendum et intolerabile spectaculum astantibus præbebat. Ex medicis vero, alii quidem cum nec ipsam odoris gravitatem sustinere possent, interficiebantur : alii cum nullum remedium afferre possent, utpote tota corporis mole tumefacta, nec ulla jam spe salutis relicta, ob idipsum crudeliter necabantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς τῶν κρατούντων παλιῳδίας (Nic. *H. E.* VII, 22, 23).

Καὶ δὴ τοσούτοις παλαίων κακοῖς, συναίσθησιν τῶν κατὰ τῶν θεοσεβῶν αὐτῷ τετολμημένων ἴσχει. Συναγαγὼν δ' οὖν εἰς ἑαυτὸν τὴν διάνοιαν, πρῶτα μὲν ἀνθωμολογεῖτο τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, εἶτα τοὺς ἀμφ' αὐτὸν (86) ἀνακαλέσας, μηδὲν ὑπερθεμένους τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἀποπαῦσαι διωγμὸν, νόμῳ τε καὶ δόγματι βασιλικῷ τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οἰκοδομεῖν ἐπιστέρχειν (87) τε καὶ τὰ συνήθη διαπράττεσθαι,

CAPUT XVII.

De imperatorum palinodia.

Tandem vero adversus tot ærumnas conflictans, intelligere cœpit quæ in cultores Dei admiserat scelera. Totaque mentis acie in semetipsum conversa, primum quidem conditori omnium Deo errorem suum confessus est. Convocatis deinde palatii sui proceribus, absque ulla dilatione persecutionem Christianorum cohibere eos jubet, et ecclesias illorum quantocius exstruere imperiali rescripto præ-

(83) *Πρωτοστάτῃ τῆς τοῦ παντὸς διωγμοῦ κακίας.* Maximianum Galerium intelligit, ut ex sequentibus apparet. Hic enim auctor et antesignanus fuerat persecutionis Christianorum. Rufinus in cap. 15 hujus libri de Galerio loquens : « Ille vero, inquit, qui est secundus in honore, postmodum etiam in primis successor fuit, qui et incentor ac signifer nostræ persecutionis exstiterat, » etc. Idem scribit etiam Cedrenus.

(84) *Περὶ τὰ μέσα τῶν ἀπορρήτων.* Rufinus vertit : *In profundioribus dehinc pectoris partibus obortum vulnus totos intrinsecus viscerum secessus tabo serpente depascitur.* Magis tamen probo versionem Christophorsoni, qui *genitalia* interpretatur. Id enim confirmat Victoris Epitome. « Galerius, inquit, Maximianus consumptus genitalibus defecit. »

(85) *Καὶ τούτων ἀνίατος νομὴ.* Ita etiam legitur in libro I *De vita Constantini*, sub finem. Nostri tamen codices Maz., Med. et Fuk. scriptum habent καὶ τούτῳ (supple τῷ ἕλκει).

(86) *Τοὺς ἀμφ' αὐτόν.* Recte Rufinus hæc verba interpretatus est : *Convocatis his qui in officio publico parebant.* Sic Eusebius vocare solet palatii proceres, quos Amm. Marcellinus vocare consuevit *aulæ summates* et *imperatoris proximos*, ut ad Amm. Marcellinum notavi. Ita in libro *De martyribus Palæstinæ*, cap. 7, in fine.

(87) *Οἰκοδομεῖν ἐπισπέρχειν.* Recte in codd. Maz. et Mediceo deest virgula, quæ Christophorsonum fefellit. Paulo aliter hæc verba leguntur in lib. I *De vita Constantini*, cap. 50. Sed et codex Fuketli nonnihil variat. Sic enim habet : Τὰς ἐκκλησίας οἰκοδομεῖν αὐτῶν ἐπισπέρχειν, καὶ τά, etc.

Digitized by Google

cipit, quo Christiani sacra sua solito more peragere possent, ac pro imperatore preces ad Deum fundere. Confestim igitur verba subsequentibus factis, per singulas urbes proposita sunt edicta, palinodiam erga nos continentia in hunc modum.

« Imperator Cæsar Galerius Valerius Maximianus, invictus, Augustus, pontifex maximus, Germanicus maximus, Ægyptiacus maximus, Thebaicus maximus, Sarmaticus maximus, quintum Persicus maximus, secundo Carpicus maximus, sexto Armeniacus maximus, Medicus maximus, Adiabenicus maximus, tribunitiæ potestatis XX, imperator XIX, consul VIII, pater patriæ, proconsul. Et imperator Cæsar Flavius Valerius Constantinus, pius, felix, invictus, Augustus; pontifex maximus, tribunitiæ potestatis V, imperator V, consul, pater patriæ, proconsul. Et imperator Cæsar Valerius Licinianus, pius, felix, invictus, augustus, pontifex **316** maximus, tribunitiæ potestatis IV, imperator III, consul, pater patriæ, proconsul, provincialibus suis salutem. Inter cætera quæ pro utilitate communi et pro salute reipublicæ quotidie disponimus, prius quidem volueramus juxta mores et instituta majorum, et juxta publicam Romanorum disciplinam cuncta reparare. Ac præcipue in id incubueramus, ut Christiani qui parentum suorum ritus ac cære-

εὐχὰς ὑπὲρ τοῦ βασιλείου (88) ποιουμένους, προστάττει. Αὐτίκα γοῦν ἔργου τῷ λόγῳ παρηκολουθηκότος, ἥπλωτο κατὰ πόλεις βασιλικὰ διατάγματα, τὴν παλινῳδίαν τῶν καθ' ἡμᾶς τοῦτον περιέχοντα τὸν τρόπον.

« Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Γαλέριος (89) Οὐαλέριος Μαξιμῖνος, ἀνίκητος, Σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, Γερμανικὸς μέγιστος, Αἰγυπτιακὸς μέγιστος, Θηβαϊκὸς μέγιστος (90), Σαρματικὸς μέγιστος, πεντάκις Περσῶν μέγιστος (91), δὶς Καρπῶν μέγιστος, ἑξάκις Ἀρμενίων μέγιστος, Μήδων μέγιστος, Ἀδιαβηνῶν μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστὸν (92), αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον (93), ὕπατος τὸ ὄγδοον, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος· καὶ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Φλαύιος Οὐαλέριος Κωνσταντῖνος, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, Σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας (94), αὐτοκράτωρ τὸ πέμπτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος (95)· καὶ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικιννιανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, Σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος, δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν. Μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἅπερ ὑπὲρ τοῦ χρησίμου καὶ λυσιτελοῦς τοῖς δημοσίοις διατυπούμεθα, ἡμεῖς μὲν βεβουλήμεθα πρότερον κατὰ τοὺς ἀρχαίους νόμους καὶ τὴν δημοσίαν ἐπιστήμην τὴν τῶν Ῥωμαίων

(88) *Ὑπὲρ τοῦ βασιλείου.* Nicephorus habet *βασιλέως*.

(89) *Γαλέριος.* In vetustissim. codd. Maz., Med. et Fuk. legitur Γαλέριος Οὐαλέριος Μαξ., optime.

(90) *Θηβαϊκὸς μέγιστος.* Rectius in codice Maz. hoc ordine tituli collocantur : Γερμανικὸς μέγιστος, Αἰγυπτιακὸς μέγιστος. Θηβαϊκὸς μέγιστος. Quod confirmat Rufinus. In eodem codice Maz. et in Med. ac Fuk. desunt hæ voces Σαρματικὸς μέγιστος.

(91) *Πεντάκις Περσῶν μέγιστος.* Semel tantum victos a Galerio Persas invenimus, anno Christi 297, ut legitur in *Fastis* Idatii, et in *Chronico Alexandrino*. Quod confirmat etiam Libanius in oratione quæ *Βασιλικὸς* inscribitur : ubi scribit Persas, post ingentem illam cladem a Romanis duce Galerio acceptam, quadraginta annos in apparatu consumpsisse, ut illam cladem resarcirent, et paulo ante Constantini Magni obitum arma ultro intulisse Romanis. Ab illo certe anno, quem dixit Christi, 297, usque ad annum illum quo Constantinus excessit e vita, anni sunt 40. Itaque corrigendum est Eusebii *Chronicon*, in quo Persica hæc victoria refertur anno Diocletiani septimo et decimo, cum ascribenda sit anno ejus XIII, ut refert editio Arnaldi Pontaci. Cum igitur nullam aliam reperiamus Maximiani victoriam de Persis, melius videtur hic locus interpungi apud Nicephorum, Σαρματικὸς μέγιστος πεντάκις· Περσῶν μέγιστος. In vetustissimo codice Rufini, totus hic locus absque ulla distinctione legitur, hoc modo : « Sarmaticus quinquies, Persicus bis, Carpicus sexies, Armenicus Medorum et Adiabenorum victor. »

(92) *Δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ εἰκοστόν.* Rufinus vertit : *Tribunitiæ potestatis vicies.* Sic enim legitur in manuscriptis. Cæterum ex hoc loco discimus, Galerium Cæsarem simul et consortem tribunitiæ potestatis factum fuisse, cum in hoc edicto annos tribunitiæ potestatis ab eo tempore numeret, quo Cæsar fuerat renuntiatus. Creatus est autem Cæsar anno Christi 291, Kalendis Martii. Edictum porro istud pro Christianis emisit anno Christi 311, cum esset consul octavum, ut ipsius edicti præfert inscriptio. Ex quo sequitur, edictum illud scriptum fuisse ante Kalendas Martias. Inde enim tribunitia Galerii potestas sumpsit exordium.

(93) *Αὐτοκράτωρ ἐννεακαιδέκατον.* Id est imperator decemnovies. Sic enim habet vetustissimus codex Rufini. Pessime Christophorsonus dictatorem vertit. Ignoravit scilicet quid vox imperatoris hic significaret. Aliud enim in titulis imperatorum significat vox imperator, quæ primo loco ponitur instar pronominis ; aliud vox *imperator* quæ subjungitur cæteris titulis. Nam vox imperator quæ secundo loco ponitur, designat victoriam imperatorum; et quoties post partam victoriam imperatores ab exercitu appellati sint, ostendit, ut docet Dio.

(94) *Δημαρχικῆς ἐξουσίας.* Omissus est in omnibus libris numerus tribunitiæ potestatis Constantini. Ego quinquies addidi certissima conjectura.

(95) *Ἀνθύπατος.* Post hæc verba in vetustissimo codice Mazarino, Medicæo, Fuketiano et Saviliano, nec non apud Nicephorum hæc leguntur : Καὶ αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Οὐαλέριος Λικιννιανὸς, εὐσεβὴς, εὐτυχὴς, ἀνίκητος, Σεβαστὸς, ἀρχιερεὺς μέγιστος· δημαρχικῆς ἐξουσίας τὸ τέταρτον, αὐτοκράτωρ τὸ τρίτον, ὕπατος, πατὴρ πατρίδος, ἀνθύπατος, ἐπαρχιώταις ἰδίοις χαίρειν. Quæ licet apud Rufinum non legantur, sunt tamen optimæ notæ. Ac primo quod ad tribunitiam Licinii potestatem attinet, idem de ea sentiendum quod de Galerii tribunicia potestate; eam scilicet deduci ab eo tempore, quo Cæsar est creatus. Porro Licinius Cæsar factus est anno Christi 308, tertio Idus Novembris, ut legitur in optimis illis *Fastis* Idatii. Quartus igitur annus tribunitiæ potestatis Licinii cœpit anno Christi 311, tertio Idus Novembris. Ex quo efficitur, edictum illud a Maximiano datum fuisse sub exitum anni 311. Quod tamen pugnat cum iis quæ paulo ante observavi, ubi de tribunitia Galerii potestate actum est. Quare necesse est, ut horum duorum locorum alteruter mendosus sit. Nam si annus tunc quartus fuit tribunitiæ potestatis Licinii, erat vicesimus primus tribunitiæ potestatis Galerii. Contra vero si vicesimus hic annus fuit tribunitiæ potesta-

Digitized by Google

ἅπαντας ἐπανορθώσασθαι, καὶ τούτου πρόνοιαν ποιήσασθαι, ἵνα καὶ οἱ Χριστιανοὶ οἵτινες τῶν γονέων τῶν ἑαυτῶν καταλελοίπασι τὴν αἵρεσιν, εἰς ἀγαθὴν πρόθεσιν ἐπανέλθοιεν· ἐπείπερ τινὶ λογισμῷ τοσαύτη αὐτοὺς πλεονεξία κατεσχήκει καὶ ἄνοια κατειλήφει (96), ὡς μὴ ἔπεσθαι τοῖς ὑπὸ τῶν πάλαι καταδειχθεῖσιν, ἅπερ ἴσως πρότερον καὶ οἱ γονεῖς αὐτῶν ἦσαν καταστήσαντες, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτῶν πρόθεσιν καὶ ὡς ἕκαστος ἐβούλετο, οὕτως ἑαυτοῖς καὶ νόμους ποιῆσαι, καὶ τούτους παραφυλάττειν, καὶ ἐν διαφόροις διάφορα πλήθη συνάγειν. Τοιγαροῦν τοιούτου ὑφ' ἡμῶν προστάγματος παρακολουθήσαντος, ὥστε ἐπὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων κατασταθέντα ἑαυτοὺς μεταστήσαιεν, πλεῖστοι μὲν κινδύνῳ ὑποβληθέντες, πλεῖστοι δὲ ταραχθέντες, παντοίους θανάτους ὑπέφερον· καὶ ἐπειδὴ τῶν πολλῶν τῇ αὐτῇ ἀπονοίᾳ διαμενόντων, ἐωρῶμεν μήτε τοῖς θεοῖς τοῖς ἐπουρανίοις τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν προσάγειν αὐτοὺς, μήτε τῷ τῶν Χριστιανῶν προσέχειν, ἀφορῶντες εἰς τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν καὶ τὴν διηνεκῆ συνήθειαν, δι' ἧς εἰώθαμεν ἅπασιν ἀνθρώποις συγγνώμην ἀπονέμειν, προθυμότατα καὶ ἐν τούτῳ τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ἐπεκτεῖναι δεῖν ἐνομίσαμεν, ἵνα αὖθις ὦσι Χριστιανοί, καὶ τοὺς οἴκους ἐν οἷς συνήγοντο, συνθῶσιν οὕτως, ὥστε μηδὲν ὑπεναντίον τῆς ἐπιστήμης αὐτοὺς πράττειν· δι' ἑτέρας δὲ ἐπιστολῆς τοῖς δικασταῖς δηλώσομεν, τί αὐτοὺς παραφυλάξασθαι δεήσει. Ὅθεν κατὰ ταύτην τὴν συγχώρησιν τὴν ἡμετέραν ὀφείλουσι τὸν ἑαυτῶν Θεὸν ἱκετεύειν περὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἡμετέρας, καὶ τῶν δημοσίων, καὶ τῆς ἑαυτῶν, ἵνα κατὰ πάντα τρόπον καὶ τὰ δημόσια παρασχεθῇ ὑγιῆ καὶ ἀμέριμνοι ζῆν ἐν τῇ ἑαυτῶν ἑστίᾳ δυνηθῶσι.» Ταῦτα κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων φωνὴν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν κατὰ τὸ δυνατὸν μεταβληθέντα, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον. Τί δὴ οὖν ἐπὶ τούτοις γίνεται, ἐπιθεωρῆσαι καιρός.

monias reliquerant, ad saniorem sententiam revocarentur. Tanta quippe eos arrogantia ac temeritas veluti ex consensu quodam invaserat, ut majorum institutis quæ fortasse ab ipsorum parentibus sancita fuerant, minime acquiescerent : sed singuli pro arbitratu suo ac libidine leges sibi ipsis constituerent easque observarent, et in diversis sectis atque sententiis diversos cogerent cœtus. Proinde cum nos ejusmodi promulgassemus edictum, ut ipsi ad ritus et instituta majorum reverterentur : multi eorum gravissimis discriminibus objecti; multi intentato suppliciorum metu, varia mortis genera pertulerunt. Cum igitur videremus plerosque eorum in hujusmodi amentia persistentes, nec diis immortalibus cultum debitum exhibere, nec sacrorum Christianorum cæremonias obire; pro nostra humanitate et pro solemni instituto clementiæ nostræ qua universis hominibus veniam impertiri consuevimus, in hoc etiam negotio libentissime indulgentiam nostram censuimus esse proferendam, ut omnes Christiani ædes suas in quibus conventus peragebant, denuo instaurare possint, ita ut nihil contrarium disciplinæ suæ deinceps facere cogantur. Peculiari autem epistola judicibus significabimus, quid ipsos observare oporteat. Quapropter ob hanc indulgentiam clementiæ nostræ Deum suum precari et obsecrare eos oportet, tum pro incolumitate nostra, tum pro reipublicæ suaque ipsorum salute; ut et reipublicæ status integer permaneat, et ipsi in suis domiciliis cum omni securitate possint degere.» Hæc ex Latina lingua in Græcum sermonem a nobis prout potuimus translata, ita se habent. Quæ vero posthæc subsecuta sunt, nunc tempus est ut consideremus.

Τέλος τοῦ ηʹ λόγου τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.

Finis libri octavi Historiæ ecclesiasticæ.

ΤΟ ΩΣ ΛΕΙΠΟΝ ΕΝ ΤΙΣΙΝ ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΙΣ ΕΝ ΤΩ ΟΓΔΟΩ ΛΟΓΩ.

Ἀλλ' ὁ μὲν τῆς γραφῆς αἴτιος μετὰ τὴν τοιάνδε ὁμολογίαν αὐτίκα καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τῶν ἀλγηδόνων ἀπαλλαγείς, μεταλλάττει τὸν βίον. Τοῦτον δὴ λόγος ἔχει πρῶτον αἴτιον τῆς τοῦ διωγμοῦ καταστῆναι συμφορᾶς, ἔτι πάλαι πρὸ τῆς τῶν λοιπῶν βασιλέων κινήσεως, τοὺς ἐν στρατείαις Χριστιανοὺς, καὶ πρώτους γε ἁπάντων τοὺς ἐπὶ τοῦ ἰδίου οἴκου παρατρέπειν ἐκβεβιασμένον, καὶ τοὺς μὲν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποκινοῦντα, τοὺς δὲ ἀτιμότατα καθυβρίζοντα, ἤδη δὲ καὶ θάνατον ἑτέροις ἐπαρτῶντα, καὶ τοὖσχατόν γε τοὺς τῆς βασιλείας κοινωνοὺς ἐπὶ τὸν

317 *IN QUIBUSDAM EXEMPLARIBUS HOC QUASI SUPPLEMENTUM LIBRI OCTAVI REPERITUR.*

Verum auctor hujus edicti post hujusmodi confessionem continuo vita simul ac doloribus liberatus est. Hunc primum miserandæ illius persecutionis auctorem fuisse ferunt : quippe qui diu ante reliquos imperatores, Christianos qui in exercitu militabant, ac præsertim eos qui in palatio suo versabantur, per vim abducere a religione sua conatus sit : et alios quidem ab honore militiæ removerit, alios vero omni contumeliæ genere affecerit : quosdam etiam morte mulctarit; tandem denique collegas suos et imperii consortes ad omnes

tis Galerii, tertius tantum fuit Licinii. Quod vero ad consulatum Licinii attinet, ejus mentio fit in Fastis Prosperi, Cassiodori et Victorii, in quibus consul ponitur cum Maximiano Aug. octies consule, hoc ipso anno quo scriptum est edictum. Olim quidem in Annotationibus ad Amm. Marcellinum observaveram Licinium a Galerio Augustum factum fuisse, paulo ante mortem Galerii; idque ex eo potissimum colligebam, quod Galerius in edicto illo de quo nunc sermo est, nullam Licinii collegæ sui mentionem fecisset. Sed cum in manuscriptis codicibus, et apud Nicephorum Licinius Augustus in edicto illo Galerii nominetur, ruit nostra illa conjectura.

(96) *Πλεονεξία κατεσχήκει καὶ ἄνοια κατειλήφει.* Sic legitur in codd. Maz. et Med., quibus consentit codd. Fuk. et Sav. et Nicephorus.

Digitized by Google

ubique Christianos persequendos impulerit. Sed et cujusmodi vitæ exitus istis contigerit, nefas arbitror prætерire. Cum ergo quatuor principes imperium Romanum inter se partiti essent : duo quidem ex illis tum ætate tum honoris prærogativa potiores, nondum completo biennio post inchoatam persecutionem, imperio cesserunt, quemadmodum a nobis superius declaratum est. Cumque reliquum vitæ tempus privato ac plebeio habitu transegissent, hujusmodi exitum sortiti sunt. Alter quidem, qui et ætatis et honoris privilegio reliquos omnes antecesserat, diuturno ac molestissimo morbo confectus. Alter, qui secundus ab eo fuerat, laqueo vitam abrupit : juxta quoddam dæmonum vaticinium, hujusmodi supplicio merito affectus ob quamplurima quæ admiserat scelera. Ex duobus autem reliquis, postremus quidem quem totius persecutionis ducem atque auctorem fuisse retulimus, ejusmodi dolores pertulit quos supra commemoravi. Ille vero qui gradu eum præcedebat, beniguissimus et clementissimus imperator Constantius; qui toto imperii sui tempore ita se gesserat, prout imperatorem decebat; et qui tum erga reliquos omnes humanissimum se ac beneficentissimum præstiterat, tum persecutionis adversus nos concitatæ expers omnino fuerat, et cultores Dei sub ipsius imperio degentes ab omni noxa et injuria immunes servaverat; ac neque ecclesiarum ædificia subverterat, nec novi quidquam adversus nos statuerat; felicem et revera beatissimum **318** vitæ exitum promeruit. Quippe qui solus omnium in imperio suo summa cum tranquillitate et gloria successorem relinquens proprium filium, modestissimum et religiosissimum principem, ex hac luce migravit. Hujus autem filius Constantinus ab ipso statim exordio supremus imperator et Augustus a militibus renuntiatus, paternæ erga fidem nostram pietatis æmulatorem se præstitit. Hujusmodi exitum vitæ quatuor supradicti imperatores diversis temporibus sortiti sunt. Ex quibus solus ille quem supra memoravimus, una cum aliis qui nuper in consortium imperii asciti fuerant, confessionem illam quam supra retulimus, edicto palam proposito omnibus publicavit.

A κατὰ πάντων ἀνακεκινηκότα διωγμόν (97)· ὧν καὶ αὐτῶν οὐκ ἄξιον τὸ τοῦ βίου τέλος παραδοῦναι σιωπῇ. Τεττάρων οὖν τὴν κατὰ πάντων διειληχότων ἀρχήν, οἱ μὲν χρόνῳ καὶ τιμῇ προηγούμενοι, οὐδ' ὅλοις δυοῖν ἔτεσιν ἐπιγενόμενοι τῷ διωγμῷ, μεθίστανται τῆς βασιλείας, ᾗ καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται, καὶ δὴ τὸν ἐπίλοιπον τοῦ βίου χρόνον δημώδει καὶ ἰδιωτικῷ τρόπῳ διαγενόμενοι, τέλος τοιόνδε τῆς ζωῆς εἰλήχασιν· ὁ μὲν τιμῇ τε καὶ χρόνῳ τῶν πρωτείων ἠξιωμένος, μακρᾷ καὶ ἐπιλυποτάτῃ τῇ τοῦ σώματος ἀσθενείᾳ διεργασθείς, ὁ δὲ τὰ δεύτερα αὐτοῦ φέρων, ἀγχόνῃ τὴν ζωὴν ἀπορρήξας, κατά τινα δαιμονίαν προσημείωσιν τοῦτο παθών, διὰ πλείστας αὐτῷ μετολμημένας ῥᾳδιουργίας. Τῶν δὲ μετὰ τούτους ὁ μὲν ὕστατος, ὃν καὶ ἀρχηγὸν τοῦ παντὸς ἔφαμεν γεγονέ- B ναι διωγμοῦ, τοιαῦτα οἷα καὶ προδεδηλώκαμεν, πέπονθεν, ὁ δὲ τοῦτον προάγων χρηστότατος καὶ ἡπιώτατος βασιλεὺς Κωνστάντιος, ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν ἅπαντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον. Ἀλλὰ καὶ τἆλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, ἀτὰρ καὶ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου ἔξω γενόμενος, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν θεοσεβεῖς, ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους διαφυλάξας, καὶ μήτε τοὺς οἴκους τῶν Ἐκκλησιῶν καθελὼν, μηθ' ἕτερόν τι μηδ' ὅλως καθ' ἡμῶν ἐπικαινουργήσας, τέλος εὔδαιμον (98) καὶ τρισμακάριον ὄντως κατείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως, ἐπὶ διαδόχῳ τῆς βασιλείας γνησίῳ παιδὶ τὰ πάντα σωφρονεστάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ τελευτήσας· ὃς εὐθὺς ἀρχόμενος βασιλεὺς C τελεώτατος καὶ Σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων ἀναγορευθείς, ζηλωτὴς ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. Τοιαύτη τῶν προαναγεγραμμένων τεσσάρων ἡ τοῦ βίου ἔκβασις, κατὰ παρηλλαγμένους χρόνους γεγενημένη. Τούτων δὴ μόνος ἔτι λιπὼν ὁ μικρῷ πρόσθεν ἡμῖν εἰρημένος, σὺν τοῖς μετὰ ταῦτα εἰς τὴν ἀρχὴν εἰσποιηθεῖσι, τὴν προδεδηλωμένην ἐξομολόγησιν, διὰ τοῦ προεκτεθέντος ἐγγράφου λόγου τοῖς πᾶσι φανερὰν κατεστήσατο (99).

(Hic in editione Valesii interseritur liber *De martyribus Palæstinæ*, quem infra seorsim edimus.)

(97) *Ἀνακεκινηκότα διωγμόν*. In codd. Mazarino et Medicæo scriptum inveni διωγμένων : in Fuketiano vero δεδιωγμένων. Quæ tametsi depravata lectio, viam mihi ad hujus loci emendationem aperuit. Totus igitur locus ita legendus est, τοὺς τῆς βασιλείας κοινωνοὺς ἐπὶ τὸν κατὰ πάντων ἀνακεκινηκότα διωγμόν· ὧν καὶ αὐτῶν οὐκ ἄξιον τὸ τοῦ βίου τέλος παραδοῦναι σιωπῇ. Vides quantam habeat elegantiam vox ὧν, quam nos ex vestigiis scriptæ lectionis supplevimus.

(98) *Τέλος εὔδαιμον*. Hæc ad verbum descripta sunt ex cap. 14 lib. VIII.

(99) *Φανερὰν κατεστήσατο*. Post has voces in editione Genevensi adduntur hæc verba : Τί δὴ οὖν ἐπὶ τούτοις γίνεται, ἐπιθεωρῆσαι καιρός. Quæ verba nec in manuscriptis codicibus, nec in editione Stephani leguntur, et ex versione Christophorsoni hic apposita sunt, cum tamen locanda sint in fine lib. VIII.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Θ΄.

—

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER NONUS.

—

ΤΑΔΕ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΚΑΙ Η ΕΝΑΤΗ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α΄. Περὶ τῆς ἐπιπλάστου ἀνέσεως.
β΄. Περὶ τῆς μετέπειτα διαστροφῆς.
γ΄. Περὶ τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν νεοπαγοῦς ξοάνου.
δ΄. Περὶ τῶν καθ' ἡμῶν ψηφισμάτων.
ε΄. Περὶ τῶν ἐπιπλάστων ὑπομνημάτων.
ς΄. Περὶ τῶν ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ μεμαρτυρηκότων.
ζ΄. Περὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἐν στήλαις ἀνατεθείσης γραφῆς.
η΄. Περὶ τῶν μετὰ ταῦτα συμβεβηκότων ἐν λιμῷ καὶ λοιμῷ, καὶ πολέμοις.
θ΄. Περὶ τῆς τῶν τυράννων καταστροφῆς τοῦ βίου, καὶ οἷαις ἐχρήσαντο πρὸ τῆς τελευτῆς φωναῖς.
ι΄. Περὶ τῆς τῶν θεοφιλῶν βασιλέων νίκης.
ια΄. Περὶ τῆς ὑστάτης ἀπωλείας τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν.

—

HÆC CONTINET ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBER NONUS.

I. *De simulata indulgentia.*
II. *De pravitate quæ mox subsecuta est.*
III. *De novo quodam simulacro Antiochiæ fabricato.*
IV. *De decretis civitatum adversus Christianos.*
V. *De falsis actis.*
VI. *De iis qui tunc temporis martyrium subierunt.*
VII. *De his quæ adversus nos in æreis tabulis conscripta ac publice proposita sunt.*
VIII. *De his quæ postea acciderunt tum in bello, tum famis ac pestis tempore.*
IX. *De interitu tyrannorum, et quibus verbis paulo ante mortem sint usi.*
X. *De victoria piorum Deoque acceptorum imperatorum.*
XI. *De ultima internecione hostium Christianæ religionis.*

—

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α΄.

Περὶ τῆς ἐπιπλάστου ἀνέσεως (Nic. H. E. VII, 24).

Τὰ μὲν δὴ τῆς παλινῳδίας τοῦ προτεθέντος (1) βασιλικοῦ νεύματος ἤπλωτο τῆς Ἀσίας πάντη καὶ πανταχοῦ, κατά τε τὰς ἀμφὶ ταύτην ἐπαρχίας (2)· ὧν τοῦτον ἐπιτελεσθέντων τὸν τρόπον, Μαξιμῖνος ὁ ἐπ' Ἀνατολῆς τύραννος, δυσσεβέστατος, εἰ καί τις ἄλλος, καὶ τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας πο-

B

CAPUT I.

De simulata indulgentia.

Et hæc quidem palinodia imperialis rescripti quod supra retulimus, passim et ubique in Asia et per omnes circumquaque provincias proposita cernebatur. Quibus in hunc modum gestis, Maximinus, qui Orientis provincias tyrannide **347** opprimebat; vir omnium hominum impiissimus, et

(1) *Τοῦ προτεθέντος.* Idem valet ac τοῦ προεκτεθέντος.

(2) *Κατά τε τὰς ἀμφὶ ταύτην ἐπαρχίας.* Christophorsonus singulas Asiæ provincias interpretatur. Rufinus vero Pontum, Bithyniam, Galatiam et reliquas circumquaque provincias intellexit, quæ erant sub ditione Galerii imperatoris, excepta Orientis diœcesi, quam regebat Maximinus Cæsar.

Digitized by Google

divinæ religionis hostis acerrimus; cum hujusmodi litteræ ei displicerent, loco rescripti quod propositum fuisse memoravimus, verbis duntaxat mandavit judicibus suis, ut ab oppugnatione nostrorum abstinerent. Nam cum alioqui minime auderet potiorum voluntati ac sententiæ refragari, suppresso edicto illo quod supra retulimus, omnique cura et cautione adhibita ne per provincias imperii sui publice proponeretur, ipse nuda voce rectoribus imperio suo subjectis præcepit, ut persecutionem adversus nostros inhiberent. Quod quidem mandatum ipsi sibi invicem rectores per litteras significarunt. Sabinus quidem, qui præfecturæ prætorianæ dignitatem, quæ apud illos summa habetur, tunc temporis obtinebat, singularum provinciarum præsidibus voluntatem imperatoris per epistolam Latino sermone conscriptam insinuavit. Eam epistolam Græce nos interpretati sumus in hunc modum : « Jampridem majestas dominorum nostrorum sacratissimorum principum, assidua ac devota sollicitudine omnium mortalium mentes ad piam rectamque vivendi rationem traducere instituerat, ut et ii qui peregrinas et ab institutis Romanorum alienas cæremonias amplecti videbantur, debitos cultus diis immortalibus exhiberent. Verum pertinacia quorumdam et obstinata mentis duritia eo usque processit, ut neque ipsa imperialis præcepti justitia eos a proposito revocare, nec imminentis supplicii gravitas deterrere potuerit. Cum igitur acciderit ut ea de causa plurimi sese in abrupta pericula conjicerent, majestas dominorum nostrorum fortissimorum principum pro insita sibi pietate atque clementia, alienum a sanctissimo suo proposito esse judicans, ut ex ejusmodi occasione In tanta discrimina homines adducantur, nostræ devotioni præcepit, ut ad tuam solertiam litteras darem : quod si quis forte Christianorum gentis suæ religionem observare deprehensus fuerit, eum omni molestia ac discrimine liberes, neque ob hanc

A λεμιώτατος νεγονὼς, οὐδαμῶς τοῖς γραφεῖσιν ἀρεσθεὶς, ἀντὶ τοῦ προτεθέντος γράμματος, λόγῳ προστάττει τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσι, τὸν καθ' ἡμῶν ἀνεῖναι πόλεμον. Ἐπεὶ γὰρ αὐτῷ μὴ ἐξὴν ἄλλως τῇ τῶν κρειττόνων ἀντιλέγειν κρίσει, τὸν προεκτεθέντα νόμον ἐν παραβύστῳ θεὶς, καὶ ὅπως ἐν τοῖς ὑπ' αὐτὸν μέρεσι μὴ εἰς προὔπτον ἀχθείη φροντίσας, ἀγράφῳ προστάγματι τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσι τὸν καθ' ἡμῶν διωγμὸν ἀνεῖναι προστάττει Οἱ δὲ τὸ τῆς παραχελεύσεως ἀλλήλοις διὰ γραφῆς ὑποσημαίνουσιν. Ὁ γοῦν παρ' αὐτοῖς (3) τῷ τῶν ἐξοχωτάτων ἐπάρχων ἀξιώματι τετιμημένος Σαβῖνος, πρὸς τοὺς κατ' ἔθνος ἡγουμένους τὴν βασιλέως ἐμφαίνει γνώμην (4) διὰ Ῥωμαϊκῆς ἐπιστολῆς· ἧς καὶ αὐτῆς ἡ ἑρμηνεία τοῦτον περιέχει τὸν τρόπον. « Λιπαρωτάτῃ καὶ καθωσιωμένῃ σπουδῇ ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων, πάντων τῶν ἀνθρώπων τὰς διανοίας πρὸς τὴν ὁσίαν καὶ ὀρθὴν τοῦ ζῆν ὁδὸν περιαγαγεῖν ἔτι πάλαι ὥρισεν, ὅπως καὶ οἱ ἀλλότρια Ῥωμαίων συνηθείᾳ ἀκολουθεῖν δοκοῦντες, τὰς ὀφειλομένας θρησκείας τοῖς ἀθανάτοις θεοῖς ἐπιτελοῖεν. Ἀλλ' ἡ τινων ἐνστασις καὶ τραχυτάτη βουλὴ εἰς τοσοῦτον περιέστη, ὡς μήτε λογισμῷ δικαίῳ τῆς κελεύσεως δύνασθαι ἐκ τῆς ἰδίας προθέσεως ἀναχωρεῖν, μήτε τὴν ἐπικειμένην τιμωρίαν αὐτοὺς ἐκφοβεῖν. Ἐπειδὴ τοίνυν συνέβαινεν ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου πολλοὺς εἰς κίνδυνον ἑαυτοὺς περιβάλλειν, κατὰ τὴν προσοῦσαν εὐγένειαν τῆς εὐσεβείας ἡ θειότης τῶν δεσποτῶν ἡμῶν τῶν δυνατωτάτων αὐτοκρατόρων, ἀλλότριον εἶναι τῆς προθέσεως τῆς θειοτάτης τῆς ἰδίας δοκιμάζουσα τὸ ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας εἰς τοσοῦτον κίνδυνον τοὺς ἀνθρώπους περιβάλλειν, ἐκέλευσε διὰ τῆς ἐμῆς καθοσιώσεως τῇ σῇ ἀγχινοίᾳ διαχαράξαι, ἵν' εἴ τις τῶν Χριστιανῶν τοῦ ἰδίου ἔθνους τὴν θρησκείαν μετιὼν εὑρεθείη, τῆς κατ' αὐτοῦ ἐνοχλήσεως καὶ τοῦ κινδύνου αὐτὸν ἀποστήσειας, καὶ μή τινα ἐκ ταύτης τῆς προφάσεως τιμωρίᾳ κολαστέον νομίσειας, ὁπότε τῇ τοσούτου χρόνου συνελεύσει συνέστη, αὐτοὺς μηδενὶ τρόπῳ πεπεῖσθαι δεδυνῆσθαι,

B

C

D

(3) *Ὁ γοῦν παρ' αὐτοῖς.* Apud Nicephorum legitur παρ' αὐτῷ, ut Sabinum præfectum prætorio Maximini fuisse intelligas. Recte tamen nostri codices habent παρ' αὐτοῖς in plurali numero. Nam Sabinus, licet apud Maximinum Cæsarem in Oriente præfecturam gereret prætorii, tamen quia præfectus creatus fuerat a Galerio, idcirco imperatorum præfectus dicitur, Galerii scilicet et Maximini. Quippe Cæsares jus creandorum præfectorum non habebant, sed præfectos ab Augustis creatos accipiebant, ut ex Amm. Marcellini pluribus locis demonstrari potest. Hinc est quod Sabinus in edicto suo, quod hic refertur ab Eusebio, imperatores semper in plurali numero appellat, ut provinciales intelligerent id præceptum fuisse ab imperatoribus Galerio, Constantino, Licinio et Maximino. Possunt etiam hæc verba παρ' αὐτοῖς, accipi de rectoribus provinciarum quæ parebant Maximino Cæsari. De his enim in præcedente periodo loquitur Eusebius. Atque hæc expositio mihi verior videtur.

(4) *Τὴν βασιλέως ἐμφαίνει γνώμην.* Rufinus hunc locum ita vertit : *Sed Sabinus, qui per illud tempus præfecturæ culmen regebat, omnium provinciarum judicibus scribens, et prælatam imperatoris inserens legem, manifestum efficit cunctis id quod Maximinus obscurare tentaverat.* In quo tamen Rufinus mentem Eusebii non est assecutus. Neque enim Sabinus imperatoris Galerii constitutionem edicto suo præmiserat, ut facere solebant præfecti prætorio. Quippe Maximinus operam dederat, ne constitutio illa in notitiam provincialium suorum perveniret. Nam rescriptum Galerii magnopere ei displicebat; tum quod Christiani, quos hactenus atrocissime persecutus fuerat, ejus crudelitate subtracti erant; tum quod nomen ipsius præfixum non erat supradictæ constitutioni. Sed Licinii quidem nomen post Galerium et Constantinum in eo rescripto legebatur ; ipse vero, utpote adhuc Cæsar, nullum ibi locum habebat. Partim igitur pudore ac verecundia, partim præ indignatione, Maximinus eam constitutionem suppressit. Sabinus vero in epistola sua ad præsides provinciarum, levem duntaxat mentionem fecit ejus constitutionis, ut Maximino morem gereret. Porro Christophorsonus βασιλέως nomine Maximinum hic intellexit, non ut Rufinus Galerium. Magis tamen placet Rufini interpretatio, cum Eusebius Maximinum tyrannum potius vocare soleat quam Cæsarem.

Digitized by Google

ὅπως ἀπὸ τῶν τοιούτων ἐνστάσεων ἀναχωρήσαιεν. Ἐγγράψαι τοιγαροῦν πρὸς τοὺς λογιστὰς καὶ τοὺς στρατηγοὺς, καὶ τοὺς πραιποσίτους τοῦ πάγου ἑκάστης πόλεως ἡ σὴ ἐπιστρέφεια ὀφείλει, ἵνα γνῷεν περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ πράγματος (5) φροντίδα ποιεῖσθαι μὴ προσήκειν. » Ἐπὶ τούτοις οἱ κατ' ἐπαρχίαν, τὴν τῶν γραφέντων αὐτοῖς ἐπαληθεύειν προαίρεσιν νενομικότες, λογισταῖς καὶ στρατηγοῖς καὶ τοῖς κατ' ἀγροὺς ἐπιτεταγμένοις, τὴν βασιλικὴν διὰ γραμμάτων ἐμφανῆ καθιστῶσι γνώμην, οὐ μόνον δ' αὐτοῖς διὰ γραφῆς ταῦτα προϊχώρει, καὶ ἔργοις δὲ πολὺ πρότερον, ὡς ἂν νεῦμα βασιλικὸν εἰς πέρας ἄγοντες, οὓς εἶχον ἐν δεσμωτηρίοις καθειργμένους διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον ὁμολογίαν, εἰς φανερὸν προάγοντες ἠλευθέρουν, ἀνιέντες τούτων δὴ αὐτῶν τοὺς ἐν μετάλλοις ἐπὶ τιμωρίᾳ δεδομένους· τοῦτο γὰρ ἐπ' ἀληθείας βασιλεῖ δοκεῖν ὑπειλήφασιν ἠπατημένοι. Καὶ δὴ τούτων οὕτως ἐπιτελεσθέντων, ἀθρόως οἷόν τι φῶς ἐκ ζοφερᾶς νυκτὸς ἐκλάμψαν, κατὰ πᾶσαν πόλιν συγκροτουμένας παρῆν ὁρᾶν ἐκκλησίας, συνόδους τε παμπληθεῖς, καὶ τὰς ἐπὶ τούτων ἐξ ἔθους ἐπιτελουμένας συναγωγὰς (6), καταπέπληκτο δ' ἐπὶ τούτοις οὐ σμικρῶς πᾶς τις τῶν ἀπίστων ἐθνῶν, τῆς τοσαύτης μεταβολῆς τὸ παράδοξον ἀποθαυμάζων, μέγαν τε καὶ μόνον ἀληθῆ τὸν Χριστιανῶν Θεὸν ἐπιβοώμενος. Τῶν δ' ἡμετέρων οἱ μὲν τὸν τῶν διωγμῶν ἀγῶνα πιστῶς καὶ ἀνδρείως διηθληκότες, τὴν πρὸς ἅπαντας αὖθις ἀπελάμβανον παῤῥησίαν, ὅσοι δὲ τὰ τῆς πίστεως νενοσηκότες, τὰς ψυχὰς ἐτύγχανον κεχειμασμένοι (7), ἀσμένως περὶ τὴν σφῶν θεραπείαν ἔσπευδον, ἀντιβολοῦντες καὶ σωτηρίας δεξιὰν τοὺς ἐῤῥωμένους αἰτούμενοι, τόν τε Θεὸν ἵλεων αὐτοῖς γενέσθαι καθικετεύοντες. Εἶτα δὲ καὶ οἱ γενναῖοι τῆς θεοσεβείας ἆθληταὶ τῆς εἰς τὰ μέταλλα κακοπαθείας ἐλευθερούμενοι, ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐστέλλοντο, γαῦροι καὶ φαιδροὶ διὰ πάσης ἰόντες πόλεως, εὐφροσύνης τε ἀλέκτου, καὶ ἣν οὐδὲ λόγῳ δυνατὸν ἑρμηνεῦσαι παῤῥησίας ἔμπλεοι. Στίφη οὖν πολυάνθρωπα κατὰ μέσας λεωφόρους καὶ ἀγορὰς, ᾠδαῖς καὶ ψαλμοῖς τὸν Θεὸν ἀνυμνοῦντα τὰ τῆς πορείας ἦνυε. Καὶ τοὺς μετὰ τιμωρίας ἀπηνεστάτης μικρῷ πρόσθεν δεσμίους τῶν πατρίδων ἀπελαμένους, εἴδες ἂν ἱλαροῖς καὶ γεγηθόσι προσώποις τὰς αὐτῶν ἀπολαμβάνοντας ἑστίας, ὡς καὶ τοὺς πρότερον καθ' ἡμῶν φονῶντας, τὸ θαῦμα παρὰ πᾶσαν ὁρῶντας ἐλπίδα, συγχαίρειν τοῖς γεγενημένοις.

causam ulla pœna afficiendum censeas. Quippe cum tam longo jam temporis tractu compertum fuerit, eos nulla ratione adduci posse ut ab hujusmodi pertinacia abscedant. Scribere igitur ad curatores et magistratus, **348** et ad præpositos pagi singularum civitatum tua debet industria, ut sciant sibi in posterum hujus negotii amplius curam agere non licere. » Posthæc singularum provinciarum præsides, rati hanc revera esse principis mentem, quæ litteris Sabini expromeretur, continuo curatores et magistratus et pagorum præpositos per litteras de imperatoris voluntate certiores faciunt. Nec vero scriptis duntaxat, verum etiam factis multo magis instabant, utpote qui principis jussa exsecutioni mandarent. Quotquot igitur ob confessionem divini Numinis vinctos in custodia habebant, productos in medium dimiserunt, iis etiam qui ad metalla damnati fuerant, pari libertate concessa. Id enim revera placere principi arbitrabantur, cum tamen aliter se res haberet. Cæterum his ad hunc modum confectis, repente instar cœlestis cujusdam lucis, quæ post densissimas noctis tenebras exoritur, Ecclesias in singulis civitatibus congregatas, et frequentissimos Christianorum concursus, et collectas ibidem ex more fieri solitas cernere licebat. Ex quo infidelium populos ingens pervaserat stupor cum tantam tamque insperatam rerum conversionem admirarentur. Exclamabantque solum magnum et vere Deum esse qui a Christianis coleretur. Ex nostris vero quotquot in persecutionis discrimine fideliter ac fortiter decertaverant, magna apud omnes fiducia et libertate potiebantur. Sed quorum vacillaverat fides, animæque naufragium fecerant, ii ad remedium avide properabant, supplicantes et flagitantes a validioribus ut salutarem sibi dextram porrigerent : Deumque orantes ut propitius sibi esse vellet. Posthæc etiam generosi illi sacræ religionis pugiles, metallorum ærumnis liberati, in suum singuli patriam reverti cœperunt : perque urbes pervias læti atque alacres incedebant, incredibili quodam gaudio et inexplicabili fiducia repleti. Sic igitur numerosa nostrorum agmina, per vias publicas et per fora Deum hymnis et canticis celebrando, iter suum peregerunt. Et qui paulo antea cum summa acerbitate vincti et ex patria fuerant expulsi, eos tunc læto atque hilari vultu sua domicilia postliminio recuperantes vidisses. Adeo ut illi ipsi qui prius cædem nobis atque excidium minabantur, tam insperatæ rei miraculo attoniti, **349** nobis gratularentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς μετέπειτα διαστροφῆς (Nic. *H. E.* VII, 25).

Ταῦτα δ' οὐκέτι οἷός τε ὢν φέρειν ὁ τύραννος, μι-

CAPUT II.

De pravitate quæ mox subsecuta est.

Verum ille honestatis et bonorum omnium ini-

(5) Vulg. *περαιτέρω αὐτοῖς τούτου τοῦ γράμματος*. Non dubito quin scribendum sit τοῦ πράγματος. Quam emendationem confirmat Nicephorus in cap. 24 l. VII, qui hunc locum sic expressit : Μὴ προσῆκον ἐκείνοις περαιτέρω φροντίδα περὶ Χριστιανῶν ποιεῖσθαι.

(6) *Ἐπιτελουμένας συναγωγάς*. Hoc loco συναγωγὰς posuit pro συνάξεις. Quo sensu etiam Dionysius Alexandrinus eam vocem usurpat, ut supra notavi in lib. VII. Duplex autem erat σύναξις : altera precum, altera sacramentorum. De priore loquitur Athanasius in Apologia ad Constantium : Καὶ γέγονεν οὐκ ἐγκαίνια, ἀλλὰ σύναξις τῆς εὐχῆς.

(7) *Κεχειμασμένοι*. Lapsos intelligit, quos nau-

Digitized by Google

micus tyrannus, qui, ut supra diximus, in Orientis partibus imperium gerebat, cum hunc rerum statum diutius ferre non posset, ne sex quidem integris mensibus passus est eum permanere. Dumque ad subruendam pacem nihil non molitur, primum quidem nostros a conventibus qui in cœmeterlis fieri solebant, nescio quo prætextu arcere aggressus est. Deinde ipse ad se legationem mittit adversus nostros, sollicitatis per quosdam nefarios homines Antiochensibus, ut abs se instar maximi cujusdam beneficii peterent, ne cui Christianorum Antiochiam incolere liceret. Aliis quoque ut idem facerent suggessit. Quorum omnium auctor in ipsa urbe Antiochia exstitit Theotecnus, vir violentus, versutus atque improbus, qui tunc in illa civitate curatoris officium gerebat.

CAPUT III.

De novo quodam apud Antiochiam fabricato simulacro.

Hic igitur cum nos antea omnibus modis impugnavisset, et nostros tanquam fures quosdam ac maleficos investigari, et ex latibulis suis erui curasset, cumque nihil eorum quæ ad nos infamandos et calumniandos facere poterant omisisset, innumeris denique mortis causa exstitisset; tandem simulacrum Jovis Philii magicis artibus consecratum erexit. Cumque ad ejus cultum impuras initiationes et inania mysteria ac detestandas expiationes instituisset, compositis quibusdam oraculis ad ip-

σόκαλος ἐς τὰ μάλιστα καὶ πάντων ἀγαθῶν ἐπίβουλος ὑπάρχων, ὃν ἔφαμεν τῶν ἐπ' Ἀνατολῆς ἄρχειν μερῶν, οὐδ' ὅλους ἐπὶ μῆνας ἕξ (8) τοῦτον ἐπιτελεῖσθαι τὸν τρόπον ἠνέσχετο· ὅσα δ' οὖν (9) πρὸς ἀνατροπὴν τῆς εἰρήνης μηχανώμενος, πρῶτον μὲν εἴργειν ἡμᾶς τῆς ἐν τοῖς κοιμητηρίοις συνόδου διὰ προφάσεως πειρᾶται, εἶτα διά τινων πονηρῶν ἀνδρῶν αὐτὸς ἑαυτῷ καθ' ἡμῶν πρεσβεύεται (10), τοὺς Ἀντιοχέων πολίτας παρορμήσας, ἐπὶ τὸ μηδαμῶς τινα Χριστιανῶν τὴν αὐτῶν οἰκεῖν ἐπιτρέπεσθαι πατρίδα, ὡς ἐν μεγίστῃ δωρεᾷ παρ' αὐτοῦ τυχεῖν ἀξιῶσαι, καὶ ἑτέροις δὲ ταυτὸ ὑποβαλεῖν (11) διαπράξασθαι· ὧν πάντων ἀρχηγὸς ἐπ' αὐτῆς Ἀντιοχείας ἐπιφύεται Θεότεκνος, δεινὸς καὶ γόης καὶ πονηρὸς ἀνήρ, καὶ τῆς προσωνυμίας ἀλλότριος· ἐδόκει δὲ λογιστεύειν (12) τὰ κατὰ τὴν πόλιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τοῦ κατ' Ἀντιόχειαν νεοπαγοῦς ξοάνου.

Πλεῖστα δ' οὖν οὗτος καθ' ἡμῶν στρατευσάμενος, καὶ πάντα τρόπον τοὺς ἡμετέρους, ὥσπερ τινὰς φῶρας ἀνοσίους, ἐκ μυχῶν θηρεῦσαι διὰ σπουδῆς πεποιημένος, πάντα τε ἐπὶ διαβολῇ καὶ κατηγορίᾳ τῇ καθ' ἡμῶν μεμηχανημένος, καὶ θανάτου αἴτιος μυρίοις ὅσοις γεγονὼς, τελευτῶν εἰδωλόν τι Διὸς Φιλίου (13) μαγγανείαις τισὶ καὶ γοητείαις ἱδρύει (14), τελετάς τε ἀνάγνους αὐτῷ καὶ μυήσεις ἀκαλλιερήτους, ἐξαγίστους τε καθαρμοὺς ἐπινοήσας, μέχρι καὶ βασιλέως τὴν τερατείαν δι' ὧν ἐδόκει χρησμῶν ἐκτε-

fragis comparat. Eosdem in libro VIII, πεπειραμένους vocavit. Possis etiam vertere *vi tempestatis quassatis*.

(8) *Οὐδ' ὅλους ἐπὶ μῆνας ἕξ.* Maximianus Galerius post constitutionem illam, quam pro pace et libertate Christianorum ediderat, non diu supervixit : sed paucis post mensibus, pestilenti vulnere consumptus interiit, ut in appendice libri VIII refert Eusebius. Ejus igitur morte audita, Maximinus Cæsar persecutionem adversus Christianos renovavit, seque ipse Augustum renuntiavit, cum hactenus Cæsar tantum fuisset, et Galerii Augusti jussis parere necesse habuisset.

(9) *Ὅσα δ' οὖν.* In codice Med., Maz. et Fuk. legitur ὅσα δ' οὖν, quod et Gruterus in libris suis repererat. Vulg. γοῦν.

(10) *Αὐτὸς ἑαυτῷ καθ' ἡμῶν πρεσβεύεται.* Elegans locutio, quam non intellexit Christophorsonus, nec Musculus. Maximinus submissis quibusdam improbis hominibus, sollicitaverat Antiochenses, ut legatos ad comitatum mitterent, petituros ab se, ut Christianos omnes ex urbe ejicere ipsis liceret. Itaque Maximinus, qui hanc legationem subornaverat, vere dici potuit ipse ad sese legationem misisse, et legati munere functus fuisse. Est etiam hic transpositio verborum familiaris Eusebio. Hæc enim verba διά τινων πονηρῶν ἀνθρώπων referenda sunt ad vocem παρορμήσας.

(11) *Καὶ ἑτέροις δὲ ταὐτὸ ὑποβαλεῖν.* Hæc cum antecedentibus connexuit Christophorsonus. Nicephorus legit : Καὶ ἑτέροις δὲ ταὐτὸ ὑποβαλὼν διαπράξασθαι. Quam scripturam secutus esse videtur Rufinus, qui ita vertit : « Sed et alios per singulas civitates similiter deterrimos cives ad simile facinus impellit. » Vide caput 4 hujus libri, ubi eadem verba repetuntur.

(12) *Λογιστεύειν.* Logistæ dicebantur a Græcis curatores civitatum. Unde λογιστεύειν est curatoris officio fungi. Philostratus in Nicete Sophista : Ἀνὴρ ὕπατος, ὄνομα Ῥοῦφος, τοὺς Σμυρναίους ἐλογίστευε πικρῶς καὶ δυστρόπως, etc. Id est : « Rufus quidam, vir consularis, curator erat Smyrnæorum, et in eo munere acerbum se ac morosum præbebat. » Vide quæ notavi ad librum XIV Amm. Marcellini, pag. 36.

(13) *Διὸς Φιλίου.* Jovis Philii templum Antiochiæ memorat Julianus in *Misopogone*, et Libanius, ni fallor, in *Antiochico*.

(14) *Γοητείαις ἱδρύει.* Variæ erant gentilium cæremoniæ in erigendis deorum simulacris. Aliis enim ritibus Jupiter Ctesius, aliis Herceus, aliis Philius consecrabatur. Ac Jupiter quidem Ctesius, cujus simulacrum in cellis penariis habebant, cadisco dedicabatur. Ritum consecrationis refert Anticlides in *Ἐξηγητικῷ*, id est, in libro *De ritibus sacris* apud Athenæum, in lib. XI, cap. 6. Simulacra autem Jovis Hercei cum ollis consecrabantur. Aristophanes in Danaidibus :

Μαρτύρομαι δὲ Ζηνὸς Ἑρκείου χύτρας,
Μεθ' ὧν ὁ βωμὸς οὗτος ἱδρύνθη ποτέ.

Eodem ritu Mercurii et aliorum simulacra erigebant : idque dicebant χύτραις ἱδρύειν. In his ollis pultem aut legumina coquebant, ex quibus libamenta diis a se consecratis offerebant, in memoriam prisci victus et antiquæ frugalitatis. Quod si numen suum impensius colere vellent, tum cæsa victima illius simulacrum erigebant. Quod dicebatur ἱδρύειν ἱερεῖῳ, ut docet Aristophanes in *Irene*, ejusque scholiastes, pag. 693. Adde Suidam in voce κανοῦν. Præter has cæremonias utebantur interdum magicis consecrationibus, quemadmodum Theotecnus fecisse dicitur in simulacro Jovis Philii dedicando.

Digitized by Google

λεῖν, ἐπεδείκνυτο· καὶ δὴ οὗτος κολακείᾳ τῇ καθ' ἡδονὴν τοῦ κρατοῦντος, ἐπεγείρει κατὰ Χριστιανῶν τὸν δαίμονα, καὶ τὸν θεὸν δὴ κελεῦσαί φησιν, ὑπερορίους τῆς πόλεως καὶ τῶν ἀμφὶ τὴν πόλιν ἀγρῶν, ὡς ἂν ἐχθροὺς αὐτῷ Χριστιανοὺς ἀπελάσαι.

A sum usque imperatorem præstigiarum suarum specimen detulit, fœdaque adulatione principis gratiam captans, dæmonem adversus Christianos stimulat, fingens deum jubere ut Christiani, quippe qui hostes sui essent, urbe omnique territorio pellerentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῶν καθ' ἡμῶν ψηφισμάτων
(Nic. *H. E.* VIII, 25).

Τούτῳ δὲ πρώτῳ κατὰ γνώμην πράξαντι, πάντες οἱ λοιποὶ τῶν ἐν τέλει τὰς ὑπὸ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν πόλεις οἰκοῦντες, τὴν ὁμοίαν ὠρμῶντο ψῆφον ποιήσασθαι, προσφιλὲς δ' εἶναι (15) τοῦτο βασιλεῖ τῶν κατ' ἐπαρχίαν ἡγεμόνων συνεωρακότων, καὶ τοῦτ' αὐτὸ διαπράξασθαι τοῖς ὑπηκόοις ὑποβεβληκότων. Ὧν δὴ καὶ αὐτῶν τοῖς ψηφίσμασι δι' ἀντιγραφῆς ἀσμενέστατα ἐπινεύσαντος τοῦ τυράννου, αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ὁ καθ' ἡμῶν ἀνεφλέγετο διωγμός. Ἱερεῖς δῆτα κατὰ πόλιν τῶν ξοάνων, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου (16), οἱ μάλιστα ταῖς πολιτείαις διαπρέψαντες καὶ διὰ πασῶν ἔνδοξοι γενόμενοι καθίσταντο· οἷς καὶ πολλή τις εἰσήγετο σπουδὴ περὶ τὴν τῶν θεραπευομένων πρὸς αὐτῶν θρησκείαν. Ἡ γοῦν ἔκτοπος (17) τοῦ κρατοῦντος δεισιδαιμονία, συνελόντι φάναι, πάντας τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἄρχοντάς τε καὶ ἀρχομένους εἰς τὴν αὐτοῦ χάριν πάντα πράττειν καθ' ἡμῶν ἐνῆγε, ταύτην αὐτῷ χάριν μεγίστην ἀνθ' ὧν ἐνόμιζον πρὸς αὐτοῦ τεύξεσθαι εὐεργεσιῶν ἀντιδωρουμένων, τὸ καθ' ἡμῶν φονᾶν, καί τινας εἰς ἡμᾶς καινοτέρας κακοηθείας ἐνδείκνυσθαι.

Hæc cum illi ex sententia successissent, reliqui deinceps magistratus qui civitates Maximini imperio subjectas incolebant, idem quoque decernere instituerunt; ipsis etiam provinciarum præsidibus qui id gratum esse Imperatori perspexerant, subditos omnes ut idem facerent submonentibus. Quorum decretis cum tyrannus dato rescripto libentissime annuisset, rursus adversus nostros recrudescere cœpit persecutionis furor. Flamines itaque simulacrorum in singulis urbibus, ac præterea sacerdotes ab ipso Maximino constituti sunt, ii maxime qui in publicis functionibus obeundis summam gloriam inter cives suos retulissent. Hi ergo in incolendis numinibus suis multum studii ac diligentiæ adhibuerunt. Denique insolita et prodigiosa principis superstitio, cunctos, ut breviter dicam, ipsius dominationi subjectos tam privatos quam magistratus eo perpulit, ut in ejus gratiam nihil non agerent adversus nostros : et pro beneficiis quæ se ab illo consecuturos esse sperabant, nihil gratius rependere se posse crederet, quam si cædes nostrorum patrarent, et nova quædam adversus nostros fraudum atque insidiarum genera ostentarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῶν ἐπιπλάστων ὑπομνημάτων
(Nic. *H. E.* VII, 28).

Πλασάμενοι δῆτα Πιλάτου καὶ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ὑπομνήματα (18), πάσης ἔμπλεα κατὰ τοῦ Χριστοῦ βλασφημίας, γνώμῃ τοῦ μείζονος (19) ἐπὶ πᾶσαν

CAPUT V.

De falsis actis.

Denique cum acta quædam apud Pilatum super Servatore nostro habita composuissent, plena impietatis adversus Christum, ea per omnes provin-

(15) *Προσφιλὲς δ' εἶναι.* Scribendum puto προσφιλές γε εἶναι.

(16) *Ἀρχιερεῖς πρὸς αὐτοῦ Μαξιμίνου.* Sacerdos provinciæ suffragiis decurionum creabatur, iique potissimum ad honorem sacerdotii promovebantur, qui omnibus curiæ muneribus egregie perfuncti essent, ut legitur in codice Theodosiano, titulo de decurionibus. Id ergo ut novum et insuitatum notat Eusebius, quod Maximinus ipse sacerdotes provinciæ designaverit.

(17) *Ἔκτοπος.* Vulg., *ἔκπτωτος.* Rectius in cod. Med. et Maz. ἔκτοπος legitur. Sic etiam scriptum habent codex Fuketii et Savilii.

(18) *Πιλάτου... ὑπομνήματα.* De horum Actorum falsitate, vide quæ notavit Eusebius in cap. 9 lib. I. Eorumdem Actorum mentio fit in *Actis præsidialibus* Tarachi, Probi et Andronici, cap. 9, ubi Maximus præses hæc dicit : « Inique non scis, quem invocas Christum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati et punitum, cujus exstant Acta passionis. » Porro hæc *Acta præsidialia* Tarachi, Probi et Andronici, gesta sunt Diocletiano IV, et Maximiano III, coss., ut quidem habet inscriptio primæ interrogationis. Ex quo efficitur, Acta illa Pilati diu ante persecutionem fuisse conficta, contra quam Eusebius affirmare videtur hoc loco. Verum ut libere dicam quod sentio, mendosa mihi videtur inscriptio illa *Actorum præsidialium*, scribendumque coss. Diocletiano Aug. IX, et Maximiano VIII. Primo enim mentio fit in illis Actis præcepti imperatorum, quo scilicet jussum erat, ut omnes diis immortalibus sacrificarent. Hæc autem præcepta sunt anno decimo nono imperii Diocletiani. Deinde in cap. 9, hæc leguntur : « Præses dixit : Maledicis principes qui diuturnam et altam pacem præstitere. Andronicus dixit : Ego exsecratus sum pestem et sanguibibulos, qui evertunt mundum. » Primum illud de alta ac diuturna pace, convenire non potest in quartum consulatum Diocletiani, cum eo tempore barbari imperium Romanum undique aggrederentur. Deinde non video quomodo sanguibibuli dici possint Diocletianus et Maximianus, nisi post annum XIX Diocletiani, quo cœpta est persecutio. Accedit argumentum illud de Actis Pilati, quæ hujus persecutionis tempore ficta esse tradit Eusebius.

(19) *Γνώμῃ τοῦ μείζονος.* Rufinus hæc ita vertit : *Quæ acta per omnes regni sui provincias prælato edicto mitti præcepit.* Rufini verba expressisse videtur Nicephorus in lib. VII, cap. 26, sic enim habet : Ἐπὶ τὴν ὑπὸ χεῖρα σφῶν διαπέμπονται, καί τινων προγραμμάτων προηγουμένων. Certe in codd. Fuketii et Savilii scriptum est διὰ προγραμμάτων παραχελευόμενοι, etc.

Digitized by Google

cias imperii Maximini, ipso jubente, dirigunt; mandantes per litteras, ut ubique locorum tam in agris quam in civitatibus publice proponerentur; utque ludimagistri pro dictatis hæc declamanda et memoriæ commendanda pueris traderent. Quæ dum ita geruntur, dux quidam in urbe Phœnices Damasco, cum impuras nescio quas mulierculas ex foro rapuisset, tormenta se ipsis admoturum minatus, eo miseras adegit, ut publice editis apud acta testimoniis faterentur se olim Christianas fuisse, et flagitiorum quæ a Christianis gererentur conscias esse : eos in ipsis ædibus sacris obscena **351** quædam perpetrare asseverantes, et quæcunque alia ad infamandam religionem nostram effutire eas dux voluerat. Harum igitur mulierum testimonia actis inserta, dux confestim ad imperatorem mittit. Nec mora, jubente principe, in singulis urbibus ac locis hæc quoque monumenta publicantur.

διαπέμπονται τὴν ὑπ' αὐτὸν ἀρχὴν, διὰ προγραμμάτων παρακελευόμενοι, κατὰ πάντα τόπον ἀγρούς τε καὶ πόλεις, ἐν ἐκφανεῖ ταῦτα τοῖς πᾶσιν ἐκθεῖναι, τοῖς τε παισὶ τοὺς γραμματοδιδασκάλους ἀντὶ μαθημάτων ταῦτα μελετᾷν καὶ διὰ μνήμης κατέχειν παραδιδόναι. Ὧν τοῦτον ἐπιτελουμένων τὸν τρόπον, ἕτερος στρατοπεδάρχης ὃν δοῦκα Ῥωμαῖοι προσαγορεύουσιν, ἀνὰ τὴν Δαμασκὸν τῆς Φοινίκης ἐπίῤῥητά τινα γυναικάρια ἐξ ἀγορᾶς ἀνάρπαστα ποιήσας, βασάνους αὐταῖς ἐπιθήσειν ἠπείλει, λέγειν ἐγγράφως (20) ἐπαναγκάζων, ὡς δὴ εἰησάν ποτε Χριστιαναὶ, συνειδεῖέν τε αὐτοῖς ἀθεμιτουργίας, ἐν αὐτοῖς τε τοῖς Κυριακοῖς πράττειν αὐτοὺς τὰ ἀκόλαστα, καὶ ὅσα ἄλλα λέγειν αὐτὰς ἐπὶ διαβολῇ τοῦ δόγματος ἤθελεν (21)· ὧν καὶ οὗτος ἐν ὑπομνήμασι τὰς φωνὰς ἐντεθείσας, βασιλεῖ κοινοῦται. Καὶ δὴ προστάξαντος, εἰς πάντα τόπον καὶ πόλιν καὶ ταῦτα δημοσιοῦται τὰ γράμματα.

CAPUT VI.

De iis qui tunc temporis martyrium subierunt.

Verum non longo post tempore dux ille mortem sibi ipse consciscens, improbitatis suæ pœnas dedit. Nostrorum vero fugæ rursus et acerbissimæ persecutiones renovari cœpere, provinciarum rectoribus acriter contra nos insurgentibus; adeo ut nonnulli qui in sacræ fidei prædicatione excellere videbantur, comprehensi absque ulla miseratione capitali sententia damnati sint. Ex quibus tres apud Emesam urbem Phœnices Christianos se esse confessi, bestiis objiciuntur. Erat inter hos Silvanus episcopus, decrepitæ jam ætatis, qui per annos quadraginta sacerdotis ministerium obierat. Per idem tempus Petrus quoque, qui Alexandrinæ Ecclesiæ summa cum laude præfuit; vere præcipuum ac divinum episcoporum decus, cum ob totius vitæ sanctimoniam, tum ob studium ac peritiam sacrarum Scripturarum; nullum ob crimen comprehensus, præter omnium exspectationem subito et absque ulla probabili causa, utpote Maximino jubente, capite truncatur. Idem cum ipso perpessi sunt complures quoque alii Ægyptiorum episcopi. Sed

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τῶν ἐν τῷδε τῷ χρόνῳ μεμαρτυρηκότων (Nic. *H. E.* VII, 28).

Ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ εἰς μακρὸν αὐτόχειρ ἑαυτοῦ γεγονὼς ὁ στρατοπεδάρχης, δίκην τίννυσι τῆς κακοτροπίας. Ἡμῶν δ' αὖ φυγαὶ πάλιν ἀνεκινοῦντο, καὶ διωγμοὶ χαλεποὶ, τῶν τε κατὰ πάσας ἐπαρχίας ἡγουμένων αὖθις δεινὰ καθ' ἡμῶν ἐπαναστάσεις, ὡς καί τινας ἁλόντας τῶν περὶ τὸν θεῖον λόγον ἐπιφανῶν, ἀπαραίτητον τὴν ἐπὶ θανάτῳ ψῆφον καταδέξασθαι· ὧν τρεῖς ἐν Ἐμέσῃ τῇ πόλει τῆς Φοινίκης, Χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογήσαντες, θηρίων βορᾷ παραδίδονται· ἐπίσκοπος ἦν ἐν τούτοις Σιλβανὸς (22), τὴν ἡλικίαν ὑπέργηρως, ἐν ὅλοις ἔτεσι τεσσαράκοντα τὴν λειτουργίαν διηνυκώς. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Πέτρος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν (23) παροικιῶν προστὰς ἐπιφανέστατα, θεῖον ἐπισκόπων χρῆμα, βίου ἀρετῆς τε ἕνεκα καὶ τῆς τῶν ἱερῶν λόγων συνασκήσεως, ἐξ οὐδεμιᾶς ἀνάρπαστος γεγονὼς αἰτίας, μηδεμιᾶς προλαβούσης προσδοκίας, ἀθρόως οὕτω καὶ ἀλόγως, ὡς ἂν Μαξιμίνου προστάξαντος, τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, σὺν αὐτῷ δὲ καὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐπισκόπων ἄλλοι πλείους ταὐτὸν ὑπομένουσι· Λουκιανός (24) τε ἀνὴρ τὰ πάντα ἄριστος, βίῳ τε ἐγκρι-

(20) *Λέγειν ἐγγράφως*. Pessime Christophorsonus vertit, *asseveranter dicere*. Rectius Musculus *tradito scripto*. Langus *scripto testimonio*. Nam testimonium non solum voce, sed etiam scripto perhibetur. Sed optime Rufinus interpretatur : *Actis profiteri*. Hoc est quod dicitur in *Gestis purgationis Cæciliani, professio tua Actis hæret*.

(21) *Ἤθελεν*. Sic codd. Med. et Maz., ita etiam Fuketianus et Savilianus. Vulg. ἤθελον.

(22) *Ἐπίσκοπος... Σιλβανός*. Alius hic est a Silvano episcopo, de quo Eusebius in libro *De martyribus Palæstinæ*, cap. ult. Hic enim Emesæ episcopus fuit; ille Gazæ. Et prior quidem in metallis Palæstinæ una cum aliis novem ac triginta martyribus capite truncatus est, anno persecutionis octavo. Hic vero apud Emesam in Phœnice bestiis objectus anno persecutionis nono. De cujus martyrio jam supra locutus est Eusebius in libro VIII, licet non suo loco.

(23) *Πέτρος τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν*. Hujus martyrium jam supra retulit Eusebius in libro VIII, sed non suo loco. Nam liber VIII, ultra octavum annum persecutionis non progreditur. Petrus vero Alexandrinus passus est anno persecutionis IX, ut diserte affirmat Eusebius in fine lib. VII, septimo Kalendas Decembris, ut legitur in *Excerptis chronologicis* a Scaligero editis. Quibus consentit Usuardus, Ado et vetus martyrologium Romanum. Græci vero die XXIV Novembris ejus natalitia celebrant. Porro Acta passionis illius Ms. Græce exstant apud R. P. Franciscum Combefisium, qui ea cum aliis quamplurimis brevi publicaturus est.

(24) *Λουκιανός*. Hujus martyrium retulit etiam Eusebius in libro VIII, cap. 13; sed turbato ordine temporum. Hic autem distinctius notat tempus quo passi sunt Petrus et Lucianus; nempe sub Maximino, non autem sub Galerio Maximiano, ut vult Baronius, ad annum Christi 311, cap. 3. Errat etiam idem Baronius, qui Petri Alexandrini martyrium confert in annum Christi 310. Passus est enim Pe-

Digitized by Google

τῆς καὶ τοῖς ἱεροῖς μαθήμασι συγκεκροτημένος, τῆς κατ' Ἀντιόχειαν παροικίας πρεσβύτερος, ἀχθεὶς ἐπὶ τῆς Νικομηδέων πόλεως, ἔνθα τηνικαῦτα βασιλεὺς διατρίβων (25) ἐτύγχανε, παρασχών τε ἐπὶ τοῦ ἄρχοντος τὴν ὑπὲρ ἧς προΐστατο διδασκαλίας ἀπολογίαν, δεσμωτηρίῳ παραδοθεὶς κτίννυται. Τοσαῦτα δῆτα ἐν βραχεῖ τῷ μισοκάλῳ Μαξιμίνῳ καθ' ἡμῶν συνεσκεύαστο, ὡς τοῦ προτέρου δοκεῖν πολλῷ χαλεπώτερον τοῦτον ἡμῖν ἐπεγηγέρθαι διωγμόν.

A et Lucianus Antiochenæ Ecclesiæ presbyter; vir tum vitæ continentia, tum sacrarum Litterarum scientia conspicuus; perductus Nicomediam, in qua tunc civitate Maximinus morabatur, cum defensionem fidei illius quam profitebatur coram præside edidisset, conjectus in carcerem trucidatur. Denique tot et tanta nobis mala brevi tempore intulit ille omnis virtutis inimicus Maximinus, ut hæc persecutio multo acerbior nobis priore illa videretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἐν στήλαις ἀνατεθείσης γραφῆς (Nic. *H. E.* VII, 9).

Ἀνὰ μέσας γέ τοι τὰς πόλεις, ὃ μηδὲ ἄλλοτέ ποτε (26), ψηφίσματα πόλεων καθ' ἡμῶν, καὶ βασιλικῶν πρὸς ταῦτα διατάξεων ἀντιγραφαὶ, στήλαις ἐντετυπωμένα χαλκαῖς ἀνορθοῦντο, οἵ τε παῖδες ἀνὰ τὰ διδασκαλεῖα, Ἰησοῦν καὶ Πιλάτον καὶ τὰ ἐφ' ὕβρει πλασθέντα ὑπομνήματα, διὰ στόματος κατὰ πᾶσαν ἔφερον ἡμέραν (27). Ἐνταῦθά μοι ἀναγκαῖον εἶναι φαίνεται, αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν ἐν στήλαις ἀνατεθεῖσαν τοῦ Μαξιμίνου γραφὴν ἐντάξαι (ἵν' ὁμοῦ τῆς τε τοῦ ἀνδρὸς θεομισείας ἡ ἀλαζὼν καὶ ὑπερήφανος αὐθάδεια φανερὰ κατασταίη, καὶ τῆς παρὰ πόδας αὐτὸν μετελθούσης ἱερᾶς δίκης ἡ ἄϋπνος κατὰ τῶν ἀσεβῶν μισοπονηρία, πρὸς ἧς ἐλασθεὶς (28), οὐκ εἰς μακρὸν τἀναντία περὶ ἡμῶν ἐβουλεύσατό τε καὶ δι' ἐγγράφων νόμων ἐδογμάτισε), τοῦτον ἐπ' αὐτῶν λέξεων ἔχουσαν τὸν τρόπον·

B tabulis proponebantur. Pueri item in scholis toto die nihil aliud præter Jesum et Pilatum, et acta illa ad contumeliam nostram conficta, in ore habebant. Ipsam hoc loco Maximini epistolam quam æreis tabulis incisam fuisse diximus, apponere opportunum mihi videtur, tum ut impietas hominis illius plena insolentiæ et arrogantissimæ contumaciæ perspici possit, tum ut divinæ justitiæ quæ illum brevi post tempore insecuta est, insomnis et adversus improbos semper armata severitas omnibus manifesto pateat: qua quidem stimulante, haud multo postea contraria de nobis et sensit et scriptis legibus constituit. Illius autem rescripti hæc omnino sunt verba:

CAPUT VII.

De his quæ adversus nos in tabulis sunt incisa ac publice proposita.

Porro in mediis urbibus, quod nunquam antea factum fuerat, civitatum adversus nos decreta, et constitutionum imperialium rescripta æreis incisa

Ἀντίγραφον ἑρμηνείας τῆς Μαξιμίνου πρὸς τὰ καθ' ἡμῶν ψηφίσματα ἀντιγραφῆς, ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης μεταληφθείσης.

C *Exemplum interpretationis epistolæ qua Maximinus respondit decretis civitatum adversus Christianos, ex tabula ænea Tyri descriptæ.*

« Ἤδη ποτὲ ἡ ἀσθενὴς θρασύτης τῆς ἀνθρωπίνης διανοίας ἴσχυσε, πᾶσαν πλάνης ἀμαυρότητα καὶ ὁμίχλην ἀποσεισαμένη καὶ ἀνασκεδάσασα, ἤτις πρὸ τούτου, οὐ τοσοῦτον τῶν ἀσεβῶν, ὅσον τῶν ἀθλίων ἀνθρώπων τὰς αἰσθήσεις ὁλεθρίῳ ἀγνοίας σκότῳ ἐνειληθείσας ἐπολιόρκει, ἐπιγνῶναι ὡς τῇ τῶν ἀθανάτων θεῶν φιλαγάθῳ προνοίᾳ διοικεῖται καὶ σταθεροποιεῖται· ὅπερ πρᾶγμα ἄπιστόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅπως κεχαρισμένον, ὅπως τε ἥδιστον καὶ προσφιλὲς ἡμῖν γέγο-

« Tandem aliquando infirma humanæ mentis audacia, abjectis ac discussis erroris tenebris, quæ miserorum verius quam impiorum hominum sensus exitiali ignorantiæ caligine involutos antehac obsederant, perspicere potuit se prolixa erga omnes bonos deorum immortalium providentia regi et confirmari. Quæ res incredibile dictu est quam grata quamque jucunda nobis fuerit et accepta; quod religiosi vestri erga deos propositi illustrissimum specimen

trus anno Christi 311, cum persecutionis annus nonus ageretur. Qui error Baronii inde profluxit, quod persecutionis exordium anno citius inchoavit; quem errorem abunde supra refutavimus. Porro cum Luciani martyrium sub Maximino contigerit, Anthimi quoque Nicomediensis episcopi martyrium sub eodem Maximino collocandum videtur. Certe Anthimus paulo ante Lucianum passus est, ut docet Luciani epistola ad Antiochenses, quam retuli ad caput 15 lib. VIII. Id etiam colligitur ex Actis Luciani martyris, in quibus tamen Maximianus pro Maximino scribitur, solemni Græcorum errore.

(25) *Τηνικαῦτα βασιλεὺς διατρίβων.* Mortuo Galerio Maximinus Cæsar Asiam ac Bithyniam occupavit; quæ provinciæ una cum Illyrico et Thracia sub ditione fuerant Galerii. Has enim provincias Galerius sibi retinuerat, ut scribit Eutropius, et vetus auctor in excerptis quæ ad calcem Amm. Marcellini jampridem edidi. Nicomediæ igitur morabatur Maximinus, quæ caput erat Bithyniæ, et imperatorum domicilium, jam inde a temporibus Diocletiani. Porro βασιλέως nomine Maximinum hic

D intelligi, apertissime docent quæ sequuntur. Quocirca miror Baronium, qui Lucianum sub Galerio, non sub Maximino passum esse dixerit: cum Eusebius, qui Luciani fuit æqualis, a Maximino eum occisum esse testetur.

(26) *Ὃ μηδὲ ἄλλοτέ ποτε.* Non immerito quis mirari possit, cur Eusebius id nunquam antea visum esse dicat. Nunquamne antea decreta civitatum adversus Christianos, nunquamne principum edicta publice proposita fuerant? id profecto negari non potest. Non igitur hoc negat Eusebius: sed tantum negat, edicta illa in æs incisa fuisse. Nam, ut supra notavi ad lib. VIII, edicta principum in charta perscribebantur.

(27) *Κατὰ πᾶσαν ἔφερον ἡμέραν.* Rufinus et Langus vertunt « per totum diem. » Sed Musculus et Christophorsonus interpretantur « quotidie. » Sic infra cap. VIII διὰ πάσης ἡμέρας.

(28) *Πρὸς ἧς ἐλασθείς.* Sic in codd. Maz., Med. et Fuk. scriptum reperi. Ita infra in fine capitis 9, ubi vulgo legitur πρὸς θείας συνελαθεὶς δίκης, Med. et Fuk. codex habent συνελασθείς.

Digitized by Google

dederitis. Nam antea quidem nemini erat obscurum quanta observantia ac religione deos immortales coleretis. Quippe quibus non nudorum et inanium verborum fides, sed continua et stupenda illustrium facinorum miracula innotuissent. Unde et civitas vestra deorum immortalium sedes ac domicilium jure merito appelletur. Multis certe argumentis evidentissime apparet, eam cœlestium numinum adventu ac præsentia florere. Nunc vero civitas vestra, neglectis omnibus quæ ipsius interesse videbantur, et omissis precibus quas pro reipublicæ suæ negotiis antehac nobis offerre consueverat; ubi primum sensit homines detestandæ vanitatis iterum serpere cœpisse, **353** et quasi neglectum ac sopitum quemdam rogum redivivis fomitibus ingentes ignium globos denuo excitare; confestim ad nostram pietatem tanquam ad totius religionis metropolim confugit, remedium aliquod et subsidium efflagitans. Quod quidem salubre consilium, vobis ob fidem pietatis vestræ a diis immortalibus suggestum esse non dubium est. Scilicet altissimus ille et maximus Jupiter, qui clarissimæ civitati vestræ præsidet; qui patrios vestros deos, qui uxores et liberos, qui penates et domos ab omni peste atque exitio servat incolumes, vestris mentibus hanc salutarem injecit cogitationem; aperte indicans atque ostendens, quam eximium quamque præclarum et salutare sit, ad cultum ipsius et ad sacras deorum immortalium cæremonias cum debita veneratione accedere. Quis enim tam demens, tamque omnis sensus expers reperiri potest, qui non intelligat propitia deorum in nos benevolentia fieri, quod nec terra credita sibi abnegat semina, spem agricolarum vana exspectatione deludens; nec impii belli aspectus impræpedite defixus hæret in terris: nec corrupta cœli temperie arentia pereunt corpora: nec immoderatis ventorum flatibus agitatum pelagus intumescit, nec subitæ et præter exspectationem ingruentes procellæ perniciosam excitant tempestatem: quodque parens omnium et nutrix terra, nec ab imis sedibus horrendo tremore concussa emergit; nec rursus montes eidem superpositi hiatu subito absorbentur.

A νεν, ὡς μέγιστον δεῖγμα τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν προαιρέσεως δεδωκέναι· ὁπότε καὶ πρὸ τούτου οὐδενὶ ἄγνωστον ἦν, ὁποίας παρατηρήσεως καὶ θεοσεβείας πρὸς τοὺς ἀθανάτους θεοὺς ἐτυγχάνετε ὄντες, οἷς οὐ ψιλῶν καὶ ὑποκένων ῥημάτων (29) πίστις, ἀλλὰ συνεχῆ καὶ παράδοξα ἔργων ἐπισήμων γνωρίζεται. Διόπερ ἐπαξίως ἡ ὑμετέρα πόλις θεῶν ἀθανάτων ἱδρυμά τε καὶ οἰκητήριον ἐπικαλοῖτο· πολλοῖς γοῦν παραδείγμασι καταφαίνεται, τῇ τῶν οὐρανίων θεῶν αὐτὴν ἐπιδημίᾳ (30) ἀνθεῖν. Ἰδοὺ τοίνυν ἡ ὑμετέρα πόλις πάντων τῶν ἰδίᾳ διαφερόντων αὐτῇ ἀμελήσασα, καὶ τὰς πρότερον τῶν ὑπὲρ αὐτῆς πραγμάτων δεήσεις παριδοῦσα, ὅτε πάλιν ἤσθετο τοὺς τῆς ἐπαράτου ματαιότητος γεγονότας ἕρπειν ἄρχεσθαι (31), καὶ ὥσπερ ἀμεληθεῖσαν καὶ κεκοιμημένην πυρὰν, ἀναζωπυρου-
B μένων τῶν πυρσῶν μεγίστας πυρκαϊὰς ἀναπληροῦσαν, εὐθέως πρὸς τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν, ὥσπερ πρὸς μητρόπολιν πασῶν θεοσεβειῶν, χωρίς τινος μελλήσεως κατέφυγεν, ἴασίν τινα καὶ βοήθειαν ἀπαιτοῦσα· ἥντινα διάνοιαν σωτηριώδη, διὰ τὴν πίστιν τῆς ὑμετέρας θεοσεβείας τοὺς θεοὺς ὑμῖν ἐμβεβληκέναι δῆλόν ἐστιν· ἐκεῖνος τοιγαροῦν ὁ ὕψιστος καὶ μέγιστος Ζεὺς, ὁ προκαθήμενος τῆς λαμπροτάτης ὑμῶν πόλεως, ὁ τοὺς πατρῴους ὑμῶν θεοὺς, καὶ γυναῖκας καὶ τέκνα, καὶ ἑστίαν καὶ οἴκους ἀπὸ πάσης ὀλεθρίου φθορᾶς ῥυόμενος, ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς τὸ σωτήριον ἐνέπνευσε βούλημα, ἐπιδεικνὺς καὶ ἐμφαίνων, ὅπως ἐξαίρετόν ἐστι καὶ λαμπρὸν καὶ σωτηριῶδες, μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος τῇ θρησκείᾳ (32) καὶ ταῖς ἱεροθρησκίαις τῶν ἀθανάτων θεῶν
C προσιέναι. Τίς γὰρ οὕτως ἀνόητος ἢ νοῦ παντὸς ἀλλότριος εὑρεθῆναι δύναται, ὃς οὐκ αἰσθάνεται, τῇ φιλαγάθῳ τῶν θεῶν σπουδῇ συμβαίνειν, μήτε τὴν γῆν τὰ παραδιδόμενα αὐτῇ σπέρματα ἀρνεῖσθαι, τὴν τῶν γεωργῶν ἐλπίδα κενῇ προσδοκίᾳ σφάλλουσαν, μηδ' αὖ ἀσεβοῦς πολέμου πρόσοψιν ἀνεπικωλύτως ἐπὶ γῆς στηρίζεσθαι (33), καὶ φθαρείσης τῆς τοῦ οὐρανοῦ εὐκρασίας, αὐχμῶντα τὰ σώματα εἰς θάνατον κατασύρεσθαι, μηδὲ μὴν ἀμέτρων ἀνέμων πνεύμασι τὴν θάλασσαν κυμαίνουσαν κορυφοῦσθαι, μηδέ γε καταιγίδας ἀπροσδοκήτους καταῤῥηγνυμένας ὀλέθριον χειμῶνα ἐπεγείρειν, ἔτι τοίνυν μήτε τὴν τροφὸν ἁπάντων καὶ μητέρα γῆν, ἀπὸ τῶν κατωτάτω

(29) *Οἷς οὐ ψιλῶν καὶ ὑποκένων ῥημάτων.* Musculus et Christophorsonus hæc ad deos referri existimarunt. Ego ad Tyrios ipsos retuli. Perstringit autem Maximinus fidem Christianorum his verbis: ὑποκένων ῥημάτων πίστις, quasi fides Christianorum nihil præter verba haberet, ac rebus ipsis vacua esset.

(30) *Ἐπιδημίᾳ.* Crediderunt veteres, certis diebus deos in quasdam urbes ipsis acceptas commeare; easque ἐπιδημίας θεῶν appellabant. Sic apud Delios et Milesios adventus Apollinis colebatur; apud Argivos Dianæ, ut scribit Menander rhetor in cap. de hymnis ἀποπεμπτικοῖς. Aristides in *Panathenaico* πότερον τὰς θεῶν ἐπιδημίας εἶπόν τις. Dio Chrysostomus in oratione quæ Tarsica inscribitur, pag. 408: Φασὶ τοὺς οἰκιστὰς ἥρωας, ἢ θεοὺς πολλάκις ἐπιστρέφεσθαι τὰς αὐτῶν πόλεις, τοῖς ἄλλοις ὄντας ἀφανεῖς, ἔν τε θυσίαις καί τισιν ἑορταῖς δημοτελέσιν, etc. De hujusmodi deorum adventu poetæ passim loquuntur. Virg. lib. IV:

D *Qualis ubi hibernam Lyciam, Xanthique fluenta*
Deserit, ac Delum maternam invisit Apollo.

Hinc est quod adventus impp. in veteribus nummis et in Kalendario inscriptus cernitur. Sed et Christiani de quibusdam sanctis idem credidere: ut de Thecla Dalisanda ab urbe Seleucia commeante sub diem ipsius festum, et de Paulo Roma Tarsum invisente, ait Basilius in lib. II, de Thecla, cap. 10.

(31) *Ἕρπειν ἄρχεσθαι.* Apud Nicephorum legitur: ἕρπειν καὶ ἔρχεσθαι. Itaque legendum videtur, καὶ ἔχεσθαι ὥσπερ ἀμεληθεῖσαν, etc., scribi etiam potest καὶ ἄρχεσθαι ὥσπερ, etc., eodem sensu.

(32) *Τῇ θρησκείᾳ.* Scribendum videtur τῇ αὐτοῦ θρησκείᾳ.

(33) *Πρόσοψιν στηρίζεσθαι.* Alludit ad aspectum et στηριγμὸν planetarum. Dicitur autem στηριγμὸς in planetis, cum in epicyclo suo nec progredi amplius, nec retrocedere adhuc videntur.

Digitized by Google

λαγόνων ἑαυτῆς ἐν φοβερῷ τρόμῳ καταδυομένην (34), μηδέ γε τὰ ἐπικείμενα ὄρη χασμάτων γινομένων καταδύεσθαι, ἅπερ πάντα καὶ τούτων ἔτι χαλεπώτερα κακὰ πρὸ τούτου πολλάκις γεγονέναι, οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Καὶ ταῦτα σύμπαντα διὰ τὴν ὀλέθριον πλάνην τῆς ὑποκένου ματαιότητος τῶν ἀθεμίτων ἀνθρώπων ἐκείνων ἐγίνετο, ἡνίκα κατὰ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐπεπόλαζε, καὶ, σχεδὸν εἰπεῖν, τὰ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης αἰσχύναις ἐπίεζε.» Τούτοις μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει· «Ἐφοράτωσαν ἐν τοῖς πλατέσιν ἤδη πεδίοις ἀνθοῦντα τὰ λήϊα, καὶ τοῖς ἀστάχυσιν ἐπικυμαίνοντα, καὶ τοὺς λειμῶνας δι' εὐομβρίαν, φυτοῖς καὶ ἄνθεσι λαμπομένους, καὶ τὴν τοῦ ἀέρος κατάστασιν εὔκρατον καὶ πραοτάτην ἀποδοθεῖσαν· χαιρέτωσαν λοιπὸν ἅπαντες διὰ τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, ἱερουργίας τε καὶ τιμῆς, τῆς τοῦ δυνατωτάτου καὶ στερροτάτου Ἄρεος δυνάμεως ἐξευμενισθείσης, καὶ διὰ τοῦτο τῆς εὐδινωτάτης εἰρήνης βεβαίως μεθ' ἡσυχίας ἀπολαύοντες, ἡδυνέσθωσαν· καὶ ὅσοι τῆς τυφλῆς ἐκείνης πλάνης καὶ περιόδου παντάπασιν ἀποστάντες, εἰς ὀρθὴν καὶ καλλίστην διάνοιαν ἐπανῆλθον, μειζόνως μὲν οὖν χαιρέτωσαν, ὡς ἂν ἐκ χειμῶνος ἀπροσδοκήτου ἢ νόσου βαρείας ἀποσπασθέντες, καὶ ἡδεῖαν εἰς τοὐπιὸν ζωῆς ἀπόλαυσιν καρπωσάμενοι. Εἰ δὲ τῇ ἐπαράτῳ αὐτῶν ματαιότητι ἐπιμένοιεν, ἐν πολλῷ πόρρωθεν τῆς ὑμετέρας πόλεως καὶ περιχώρου, καθὼς ἠξιώσατε, ἀποχωρισθέντες ἐξελαθήτωσαν, ἵν' οὕτως κατ' ἀκολουθίαν τῆς ἀξιεπαίνου ὑμῶν περὶ τοῦτο σπουδῆς, παντὸς μιάσματος καὶ ἀσεβείας ἀποχωρισθεῖσα ἡ ὑμετέρα πόλις, κατὰ τὴν ἔμφυτον αὐτῇ πρόθεσιν (35) μετὰ τοῦ ὀφειλομένου σεβάσματος, ταῖς τῶν ἀθανάτων θεῶν ἱερουργίαις ὑπακούῃ. Ἵνα δὲ εἰδῆτε ὅσῳ προσφιλὴς ἡμῖν γέγονεν ἡ περὶ τούτου ἀξίωσις ὑμῶν, καὶ χωρὶς ψηφισμάτων καὶ χωρὶς δεήσεως αὐθαιρέτῳ βουλήσει ἡ ἡμετέρα προθυμοτάτη φιλαγαθίαις ψυχὴ, ἐπιτρέπομεν τῇ ὑμετέρᾳ καθοσιώσει, ὁποίαν δ' ἂν βουληθῆτε μεγαλοδωρεάν, ἀντὶ ταύτης ὑμῶν τῆς φιλοθέου προθέσεως αἰτῆσαι. Καὶ ἤδη μὲν τοῦτο ποιεῖν καὶ λαβεῖν ἀξιώσατε· τεύξεσθε γὰρ αὐτῆς χωρίς τινος ὑπερθέσεως· ἥτις παρασχεθεῖσα τῇ ὑμετέρᾳ πόλει, εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα τῆς περὶ τοὺς ἀθανάτους θεοὺς φιλοθέου εὐσεβείας παρέξει μαρτυρίαν, τοῦ δὲ ὑμᾶς (36) ἀξίων ἐπάθλων τετυχηκέναι παρὰ τῆς ἡμετέρας φιλαγαθίας, ταύτης ὑμῶν ἕνεκεν τῆς τοῦ βίου προαιρέσεως, υἱοῖς τε καὶ ἐκγόνοις ὑμετέροις ἐπιδειχθήσεται.» Ταῦτα δὴ καθ' ἡμῶν κατὰ πᾶσαν ἐπαρχίαν ἀνεστηλίτευτο, πάσης ἐλπίδος, τὸ γοῦν ἐπ' ἀνθρώποις, ἀγαθῆς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀποκλείοντα· ὡς, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ θεῖον ἐκεῖνο λόγιον, εἰ δυνατὸν, ἐπὶ τούτοις καὶ τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοὺς σκανδαλίζεσθαι. Ἤδη γέ τοι σχεδὸν τῆς παρὰ τοῖς πλείστοις ἀποψυχούσης προσδοκίας, ἀθρόως καθ' ὁδὸν ἔτι σχεδὸν τὴν πορείαν ἐν τισι χώραις διανυόντων τῶν

A Quas quidem omnes calamitates iisque adhuc acerbiores alias, antehac sæpius contigisse, nemo est qui ignoret. Hæc porro omnia ob pestiferum errorem inanissimæ vanitatis sceleratorum illorum hominum evenerunt, quo tempore error ille in animis eorum pullulavit, et universum propemodum terrarum orbem probro ac dedecore opplevit.» Deinde paucis interjectis, hæc subjungit: «Aspiciant in aperta camporum planitie florentes segetes et spicis quodammodo fluctuantes, prata considerent plantis et floribus collucentia propter opportunam imbrium irrigationem; cœli statum intueantur in placidissimam temperiem **354** restitutum. Lætentur in posterum cuncti, quod per vestram pietatem et sacrificia et cultum deorum, numen fortissimi et B potentissimi Martis placatum est: atque idcirco tranquillissima pace quietius perfruentes, sese oblectent. Sed et quicunque cæco illo errore et ambage liberati ad rectam sanamque sententiam redierunt, eo magis gaudeant; tanquam ex inopinata tempestate aut ex gravissimo morbo servati, et jucundissima in posterum vita fruituri. Quod si qui in detestando suæ vanitatis errore adhuc perstant, ii quam longissime a vestra urbe et territorio seclusi, sicut petiistis, abigantur; ut hoc pacto civitas vestra juxta laudabile studium vestrum ac desiderium, omni piaculo ac scelere liberata, pro insito sibi affectu cum debita veneratione deorum immortalium sacrificiis inserviat. Porro ut intelligatis quam grata nobis fuerit vestra hæc postulatio, C et qualiter animus noster etiam absque decretis ullis ac petitionibus ultro sua sponte ad beneficia viris bonis largienda promptissimus est; devotioni vestræ concedimus, ut quodcunque et quam maximum volueritis beneficium pro hoc pio ac religioso vestro proposito postuletis. Jam ergo ut id faciatis utque accipiatis operam date. Etenim illud absque ulla mora consecuturi estis. Quod quidem vestræ civitati præstitum beneficium, cum religiosissimæ vestræ erga deos immortales pietatis perpetuum deinceps erit testimonium; tum vestris liberis ac nepotibus declarabit, vos pro hujusmodi vivendi ratione atque instituto digna præmia a benignitate nostra retulisse.» Hujusmodi igitur litteræ in omnibus provinciis adversum nos publice propositæ, D omnem nobis quantum quidem in hominum potestate situm erat, spem felicitatis ademerant: adeo ut, juxta divinum illud oraculum, etiam electi, si hoc fieri posset, ob hæc scandalum paterentur. Cumque cœlestis auxilii exspectatio jam in plurimis nostrorum refrigesceret, repente ministris ipsis qui supradictas litteras circumferebant adhuc in quibusdam provinciis iter suum peragentibus,

(34) *Ἐν φοβερῷ τρόμῳ καταδυομένην.* Scribendum videtur *ἀναδυομένην.* Duo enim terræ motuum genera sibi invicem opposita, hic a Maximino referuntur; βρασματίαι scilicet et χασματίαι. De quibus vide Amm. Marcellinum, et quæ ibi notavi. Innuit autem Maximinus terræ motum illum, qui urbem Tyrum afflixerat, anno ante persecutionem Diocletiani, ut refert Eusebius in *Chronico.*

(35) *Τὴν ἔμφυτον αὐτῇ πρόθεσιν.* Scribendum videtur *κατὰ τὴν ἔμφυτον*, ut Musculus et Christophorsonus legerunt. Paulo post pro ὅσῳ προσφιλὴς malim scribere ὡς προσφιλής.

(36) *Τοῦ δὲ ὑμᾶς.* Scribendum puto *τοῦ τε ὑμᾶς*, supplendo μαρτυρίαν.

Digitized by Google

Deus, qui Ecclesiæ suæ semper auxiliatur, insolentem adversus nos tyranni superbiam tanquam injecto in os freno comprimens, **355** cœlestis suæ potentiæ nobis opitulantis præsentiam declaravit.

A τὴν προκειμένην γραφὴν καθ' ἡμῶν διακονουμένων, ὁ τῆς ἰδίας Ἐκκλησίας ὑπέρμαχος Θεὸς, μονονουχὶ τὴν τοῦ τυράννου καθ' ἡμῶν ἐπιστομίζων μεγαλαυχίαν, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οὐράνιον αὐτοῦ συμμαχίαν ἐπεδείκνυτο.

CAPUT VIII.

De his quæ postea acciderunt tum in bello, tum famis ac pestis tempore.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῶν κατὰ ταῦτα συμβεβηκότων ἔν λιμῷ καὶ λοιμῷ καὶ πολέμοις.

Nam imbres quidem ac pluviæ hiberno tempore abundantius cadere præter solitum desierunt. Et insperata contigit fames; quam deinde pestis subsecuta est. Præter hæc alterius cujusdam morbi vis sæviit; ulcus videlicet quod ob inflammationem carbunculus vocatur. Hic morbus, per universum corpus paulatim serpens, gravia ægris discrimina afferebat. Sed præcipue circa oculos hærens et insidens diutius, innumeros promiscuæ ætatis et sexus luminibus orbavit. Bellum insuper a tyranno commotum est adversus Armenios, jam inde a priscis temporibus amicos ac socios populi Romani. Qui cum Christiani ipsi quoque essent et divinæ religionis studiosissimi, Deo invisus tyrannus eos ad simulacrorum ac dæmonum cultum traducere per vim conatus, pro amicis inimicos, hostes pro sociis effecit. Hæc igitur omnia uno eodemque tempore cum subito confluxissent, arrogantem confidentissimi tyranni jactantiam confutarunt, qui ob studium in colendis simulacris, et propter persecutionem nostrorum, nec famem, nec pestilentiam, nec bellum denique ullum suis temporibus accidisse audacter gloriabatur. Atque hæc omnia eodem temporis momento simul ingruentia, quædam quasi proœmia imminentis tyranno exitii ostentabant. Et ipse quidem in bello adversus Armenios una cum exercitu suo varias clades atque ærumnas pertulit. Reliqui vero qui urbes ejus imperio subditas incolebant, fame simul ac pestilentia graviter vexati sunt: adeo ut unus frumenti medimnus bis mille et quingentis Atticis drachmis venundaretur. Et innumeri quidem in urbibus, plures vero in agris et vicis passim interibant: in tantum ut censuales tabulæ olim ingenti rusticorum numero repletæ, una prope litura deletæ fuerint; omnibus fere aut victus inopia, aut pestilenti morbo simul absumptis. Quidam pro exiguo admodum cibo charissima pignora **356** locupletioribus vendere non dubitabant. Alii, distractis paulatim prædiis ac facultatibus suis, ad extremam inopiam redacti sunt. Nec defuere qui modica feni segmenta avulsa mandentes, et noxiis quibusdam absque ullo discrimine pasti graminibus quibus valetudo corporis corrumpebatur, fœde interirent. Sed et mulieres quædam inter suos non ignobiles, præ summa egestate ad inverecundam compulsæ necessitatem,

Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἔθους (37) ὄμβροι τε καὶ ὑετοὶ, χειμαδίου τῆς ὥρας ὑπαρχούσης, τὴν ἐπὶ γῆς ἀνεῖχον συνήθη φοράν, λιμὸς δ' ἀδόκητος ἐπισκήπτει, καὶ λοιμὸς ἐπὶ τούτῳ, καί τινος ἑτέρου νοσήματος, ἕλκος δὲ ἦν φερωνύμως τοῦ πυρώδους ἕνεκεν, ἄνθραξ προσαγορευόμενον, ἐπιφορά· ὃ καθ' ὅλων μὲν ἕρπον (37') τῶν σωμάτων, σφαλεροὺς ἐνεποίει τοῖς πεπονθόσι κινδύνους, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν διαφερόντως ἐπὶ πλεῖστον γινόμενον, μυρίους ὅσους ἀνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶ πηροὺς ἀπειργάζετο. Τούτοις προσεπανίσταται τῷ τυράννῳ ὁ πρὸς Ἀρμενίους πόλεμος, ἄνδρας ἐξ ἀρχαίου φίλους τε καὶ συμμάχους Ῥωμαίων· οὓς καὶ αὐτοὺς Χριστιανοὺς ὄντας, καὶ τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν διὰ σπουδῆς ποιουμένους, ὁ θεομισὴς εἰδώλοις θύειν καὶ δαίμοσιν ἐπαναγκάσαι πεπειραμένος, ἐχθροὺς ἀντὶ φίλων καὶ πολεμίους ἀντὶ συμμάχων κατεστήσατο. Ἀθρόως δὴ ταῦτα πάντα ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν συῤῥεύσαντα καιρὸν, τῆς τοῦ τυράννου θρασύτητος τὴν κατὰ τοῦ θείου μεγαλαυχίαν διήλεγξεν, ὅτι δὴ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα (38) αὐτοῦ σπουδῆς καὶ τῆς καθ' ἡμῶν ἕνεκα πολιορκίας, μὴ λιμὸν, μηδὲ λοιμὸν, μηδὲ μὴν πόλεμον ἐπὶ τῶν αὐτοῦ συμβῆναι καιρῶν ἐθρασύνετο. Ταῦτα δ' οὖν ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ ἐπελθόντα, καὶ τῆς αὐτοῦ καταστροφῆς περιειλήφει τὰ προοίμια. Αὐτὸς μὲν οὖν περὶ τὸν πρὸς Ἀρμενίους πόλεμον ἅμα τοῖς αὐτοῦ στρατοπέδοις κατεπονεῖτο, τοὺς δὲ λοιποὺς τῶν τὰς ὑπ' αὐτὸν πόλεις οἰκούντων, δεινῶς ὁ λιμός τε ἅμα καὶ λοιμὸς κατετρυχέτην (39), ὡς ἑνὸς μέτρου πυρῶν, δισχιλίας καὶ πεντακοσίας Ἀττικὰς ἀντικαταλλάττεσθαι. Μυρίοι μὲν οὖν ἐτύγχανον οἱ κατὰ πόλεις θνήσκοντες, πλείους δὲ τούτων οἱ κατ' ἀγρούς τε καὶ κώμας, ὡς ἤδη καὶ τὰς πάλαι τῶν ἀγροίκων πολυάνδρους ἀπογραφὰς, μικροῦ δεῖν παντελῆ παθεῖν ἐξάλειψιν, ἀθρόως σχεδὸν ἁπάντων ἐνδείᾳ τροφῆς καὶ λοιμώδει νόσῳ διεφθαρμένων. Τινὲς μὲν οὖν τὰ ἑαυτῶν φίλτατα βραχυτάτης τροφῆς τοῖς εὐπορωτέροις ἀπεμπολεῖν ἠξίουν, ἄλλοι δὲ τὰς κτήσεις κατὰ βραχὺ διαπιπράσκοντες, εἰς ἐσχάτην ἐνδείας ἀπορίαν ἤλαυνον· ἤδη δέ τινες σμικρὰ χόρτου διαμασσώμενοι σπαράγματα, καί τινας ἀναίδην φθοροποιοὺς ἐσθίοντες πόας, τὴν τῶν σωμάτων ἕξιν λυμαινόμενα διώλλυντο. Καὶ γυναίων δὲ τῶν κατὰ πόλεις εὐγενίδων τινὲς, εἰς ἀναίσχυντον ἀνάγκην πρὸς τῆς ἀπορίας ἐλασθεῖσαι, μεταιτεῖν ἐπὶ τῶν ἀγορῶν προεληλύθεσαν, τῆς πάλαι ἐλευθερίου τροφῆς ὑπό-

(37) *Οἱ μὲν οὖν ἐξ ἔθους.* Ab his verbis inchoatur c. 8, in vetustissimo Mazarino codice, cui consentit cod. Fuk. ac Rufinus, et ratio ipsa ita postulat.

(37') *Ἕρπον.* Sic correximus quod in impr. legitur ἕρπων, sive errore typogr., sive manuscriptis ita exhibentibus. Edit.

(38) *Ὅτι δὴ τῆς περὶ τὰ εἴδωλα.* Malim scribere *δ τε δή.*

(39) *Κατετρυχέτην.* Sic in codd. Max., Med. et Fuk. scribitur. Vulg. κατετρύχετο.

Digitized by Google

benter præstare quæ omnibus maxime fructuosa sint, et quæcunque ad communem ipsorum utilitatem et commodum spectent, et reipublicæ inprimis conducant, quæque singulis grata sint et accepta : neminem ignorare, sed unumquemque res ipsas animo revolventem nosse ac persuasum habere confidimus. Certe cum antea nobis compertum fuisset, occasione legis illius quæ a divis Diocletiano et Maximiano parentibus nostris lata erat, ut Christianorum conventus penitus abolerentur; multas concussiones prædasque ab officialibus facta esse, atque hoc malum in dies longius serpere adversus provinciales nostros, quibus maxime consultum volumus, quorum facultates hoc prætextu graviter atteruntur : superiore anno datis ad singulos provinciarum præsides litteris statuimus, ut si quis adhærere huic sectæ, et religionis illius observantiam sequi vellet, ei liceret absque ullo impedimento in proposito suo permanere, nec ullus eum impedire aut prohibere auderet; sed ut quisque eorum id quod sibi libitum esset, sine ullo metu ac suspicione agendi licentiam haberet. Verum ne nunc quidem latere nos potuit, quosdam ex judicibus præcepta nostra minus recte intellexisse, et in causa fuisse ut subditi nostri jussionibus nostris diffiderent, et ad cultum religionis illius quam maxime probabant cunctantius accederent. Igitur ut omnis in posterum suspicio metus et ambiguitas adimatur, hoc edictum proponi statuimus, quo cuncti intelligant iis qui hanc sectam et religionem sequi C volunt, ex hac indulgentia majestatis nostræ licere, prout cuique libitum aut acceptum fuerit, ad eam religionem cui ex more servire constituit colendam accedere. Sed et Dominica sua ipsis instaurare conceditur. Cæterum ut indulgentia nostra prolixior appareat, illud etiam sancire voluimus; ut si quæ domus aut loca ad jus Christianorum antehac pertinentia, ex jussione divorum parentum **365** nostrorum ad jus fisci devoluta sint, aut ab aliqua civitate occupata, aut certe vendita, aut

(69) *Προνοεῖσθαι δεῖ.* Delenda est vox δεῖ, quam Nicephorus non agnoscit. Hæc enim omnia pendent ex verbo quod in fine prolixæ periodi positum est. Solent quippe imperatores in legibus suis componendis longas periodos adhibere; id majestati regiæ congruere existimantes. Quod hodieque reges nostri faciunt. Paulo post scribo ex eodem Nicephoro, et ex codd. Medicæo et Mazarino et Fuk. et Savil., οἷς τὰ λυσιτελῆ πάντων μάλιστα κατορθοῦται.

(70) *Δοθέντων γραμμάτων.* Intelligit epistolam suam ad Sabinum præfectum prætorio quam retulit Eusebius supra in cap. 9. Eam superiori anno Maximinus datam esse dicit, id est, anno Christi 312, Constantino II et Licinio II coss. Ex quo sequitur, postremum hoc edictum Maximini scriptum esse anno Christi 313, Constantino III et Licinio III coss. Porro inter epistolas et edicta imperatorum hoc præcipuum discrimen est, quod epistolæ quidem nomen eorum ad quos missæ sunt ascriptum habent; cum edicta omnes generaliter alloquantur. Et edicta quidem publice proponuntur. Epistolæ vero offeruntur eis ad quos missæ sunt, ut legitur in Gestis purgationis Cæciliani pag. 28, nec proponi D solent, nisi nominatim additum sit in fine epistolæ, « proponatur. » Denique in epistolis nomen duntaxat imperatoris cum paucissimis titulis præfigitur. In edictis vero omnes tituli, nullo omisso, diligenter et ambitiose ponuntur.

(71) *Τῷ τοιούτῳ ἔθει.* Rufinus legit ἔθνει, sic enim vertit, « ut si quis vellet genti huic vel religioni adhærere. » Vide quæ supra notavi ad cap. 9.

(72) *Παρενεθυμοῦντο.* Langus vertit « male accepisse, » quod equidem valde probo. Nam παρενθυμεῖσθαι proprie significat male interpretari. At Musculus, eumque secutus Christophorsonus verterunt negligere, pro nihilo habere, minus recte. In codice Fuk. et Savil. legitur παρ' οὐδὲν ἐτίθεντο. Quod videtur scholii vice ad marginem primo ascriptum, postea in textum irrepsisse.

(73) *Ἀμφιβολίας τοῦ φόβου.* Scribendum videtur ἀμφιβολίας τε φόβος.

(74) *Ἢ δέον αὐτῷ ἐστιν.* Ἡδέα Regius codex. Sed in Medicæo ac Mazarino legitur ἢ δέον. Nicephorus vero habet ἢ ἡδὺ αὐτῷ ἐστιν, non male. Ἥδιον tamen mallem. Cum Nicephoro consentiunt codd. Fuk et Savil.

Digitized by Google

alicui dono data; cuncta ad pristinum jus ac dominium Christianorum revocentur, ut hac etiam in re pietatem ac providentiam nostram cuncti possint agnoscere. » Hæc sunt tyranni verba, quæ post edicta illa adversus Christianos in æreis tabulis ab ipso proposita, nondum anno penitus exacto subsecuta sunt. Et qui paulo antea nos profanos atque impios et in perniciem generis humani natos esse censuerat, adeo ut non modo urbes, sed ne agros quidem et solitudines incolere sineremur; ab eo constitutiones et leges pro Christianis edebantur. Et qui nuper ante ipsius tyranni oculos flammis ac ferro, et bestiarum ac volucrum laniatu absumebantur, cunctaque pœnarum et mortis genera velut impii et religionis omnis expertes miserabilem in modum sustinebant, iidem nunc et religionem colere dicuntur, et instaurare Dominica sua sinuntur: quin et jura quædam ipsis competere idem tyrannus testatur fateturque. Hæc igitur cum ille confessus fuisset, quasi quodam accepto beneficio; ob eam ipsam causam mitiore quam merebatur pœna affectus, repentina a Deo percussus plaga in secundo prælio mortem oppetiit. Porro non talis exitus vitæ ei contigit, qualis ducibus atque imperatoribus contingere solet, qui pro gloria et pro notis ac familiaribus fortiter dimicantes gloriosam mortem constanti animo subierunt. Verum cum exercitus ipsius acie jam instructa staret in campo, ipse domi sedens ac sese occultans, subito utpote impius Deique hostis inflicta cœlitus plaga toto corpore percussus, debitas pœnas persolvit. Quippe gravissimis doloribus tormentisque exagitatus, pronus humi volutabatur; inedia contabescens; carnibus occulto quodam et divinitus immisso igne colliquescentibus. Adeo ut cum illæ jam penitus diffluxissent, pristinæ quidem formæ species omnis in illo aboleretur; aridorum autem ossium quoddam quasi simulacrum longo temporis tractu exsiccatum duntaxat remaneret. Itaque omnes qui aderant, corpus illius nihil aliud esse judicabant, quam sepulcrum animæ, in mortuo jam ac tabefacto corpore defossæ. **366** Cumque acrius adhuc et vehementius ab intimis usque medullis eum inflammatio torreret, oculi quidem ipsi exsilierunt, et ex propriis sedibus avulsi, cæcum eum reliquerunt. Posthæc nihilominus adhuc spirans; multa spondens Domino, mortem advocabat. Tandemque ob contumelias quibus Christum affecisset, merito

γένηται ἡ ἡμετέρα δωρεὰ, καὶ τοῦτο νομοθετῆσαι κατηξιώσαμεν, ἵν' εἴ τινες οἰκίαι καὶ χωρία τοῦ δικαίου τῶν Χριστιανῶν πρὸ τούτου ἐτύγχανον ὄντα, ἐκ τῆς κελεύσεως τῶν γονέων τῶν ἡμετέρων εἰς τὸ δίκαιον μετέπεσε τοῦ φίσκου, ἢ ὑπό τινος κατελήφθη πόλεως, εἴτε διάπρασις τούτων γεγένηται, εἴτε εἰς χάρισμα δέδοταί (75) τινι, ταῦτα πάντα εἰς τὸ ἀρχαῖον δίκαιον τῶν Χριστιανῶν ἀνακληθῆναι ἐκελεύσαμεν, ἵνα καὶ ἐν τούτῳ τῆς ἡμετέρας εὐσεβείας καὶ τῆς προνοίας αἴσθησιν πάντες λάβωσιν. » Αὗται τοῦ τυράννου φωναὶ, οὐδ' ὅλον ἐνιαυτὸν τῶν κατὰ Χριστιανῶν ἐν στήλαις ἀνατεθειμένων αὐτῷ διαταγμάτων ὑστερίσασαι. Καὶ παρ' ᾧ γε μικρῷ πρόσθεν δυσσεβεῖς ἐδοκοῦμεν καὶ ἄθεοι καὶ παντὸς ὄλεθροι τοῦ βίου, ὡς μὴ ὅτι γε πόλιν, ἀλλ' οὐδὲ χώραν οὐδ' ἐρημίαν οἰκεῖν ἐπιτρέπεσθαι, παρὰ τούτῳ διατάξεις ὑπὲρ Χριστιανῶν καὶ νομοθεσίαι συνετάττοντο, καὶ οἱ πρὸ βραχέος πυρὶ καὶ σιδήρῳ, θηρίων τε καὶ οἰωνῶν βορᾷ πρὸ ὀφθαλμῶν αὐτοῦ τοῦ τυράννου διαφθειρόμενοι, καὶ πᾶν εἶδος κολάσεως καὶ τιμωρίας, ἀπαλλαγῆς τε βίου οἰκτρότατα, ὡς ἂν ἄθεοι καὶ δυσσεβεῖς, ὑπομένοντες, οὗτοι νῦν πρὸς αὐτοῦ καὶ θρησκεύειν ὁμολογοῦνται θρησκείαν, καὶ ἐπισκευάζειν Κυριακὰ ἐπιτρέπονται, καὶ δικαίων τινῶν αὐτοῖς μετεῖναι, αὐτὸς ὁ τύραννος μαρτυρεῖ καὶ ὁμολογεῖ. Καὶ δὴ τοιαῦτα ἐξομολογησάμενος, ὥσπερ τινὸς τυχὼν εὐεργεσίας, τούτων δὴ αὐτῶν ἕνεκα, ἧττον ἢ παθεῖν αὐτὸν ἐχρῆν δήπου παθών, ἀθρόᾳ Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι, ἐν δευτέρᾳ τοῦ πολέμου συμβολῇ καταστρέφει. Γίνεται δ' αὐτῷ τὰ τῆς καταστροφῆς οὐχ οἷα στρατηγοῖς πολεμάρχαις (76), ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ γνωρίμων πολλάκις ἀνδριζομένοις ἐν πολέμῳ, τὴν εὐκλεῆ τελευτὴν εὐθαρσῶς ὑπομεῖναι συνέδη, ἀλλὰ γὰρ ἄτε τις δυσσεβὴς καὶ θεομάχος, τῆς παρατάξεως ἔτ' αὐτῷ πρὸ τοῦ πεδίου (77) συνεστώσης, οἴκοι μένων αὐτὸς καὶ κρυπταζόμενος, τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν ὑπέχει, ἀθρόᾳ Θεοῦ πληγεὶς καθ' ὅλου τοῦ σώματος μάστιγι, ὡς ἀλγηδόσι δειναῖς καὶ περιωδυνίαις ἐλαυνόμενον, πρηνῆ καταπεσεῖν λιμῷ φθειρόμενον, τας τε σάρκας ὅλας ἀοράτῳ καὶ θεηλάτῳ πυρὶ τηκόμενον διαῤῥευσάσας, ὡς τὸ μὲν πᾶν εἶδος τῆς παλαιᾶς μορφῆς ἀφανισθῆναι, ξηρῶν δ' αὐτῷ μόνον ὀστέων οἷόν τι μακρῷ χρόνῳ κατεσκελετευμένον εἴδωλον ὑπολειφθῆναι· ὡς μηδ' ἄλλο τι νομίζειν τοὺς παρόντας, ἢ τάφον αὐτῷ τῆς ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ᾅδῃ νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀπορῥεύσαντι κατορωρυγμένης. Σφοδρότερον δ' ἔτι μᾶλλον τῆς θέρμης αὐτὸν ἐκ βάθους μυελῶν καταφλεγούσης, προπηδῶσι μὲν αὐτῷ τὰ ὄμματα (78), καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀπο-

(75) *Εἰς χάρισμα δέδοται.* Data ab imperatoribus intelligo. Solebant enim imperatores, prædia quæ fisco applicata fuerant petentibus donare. Vide titulum in codice *De petitionibus.*

(76) *Πολεμάρχαις.* Sic in codd. Regio Fuk. et Mazarino legitur, recte, ni fallor. Est enim epithetum vocis præcedentis στρατηγοῖς. Vulg. πολεμάρχοις. Paulo post ex codd. Med. et Maz. scribe: πολλάκις ἀνδριζομένοις. Prior vox deest in vulgatis editionibus.

(77) *Ἔτ' αὐτῷ πρὸ τοῦ πεδίου.* Improprie locutus videtur, pro eo, quod alii dicerent ἐπὶ τοῦ πεδίου. Sic alibi dixit πρὸ τοῦ δικαστηρίου, et πρὸ τοῦ βήματος. Sed et τὸ *ἔτι*, videtur positum pro ἤδη.

(78) *Προπηδῶσιν αὐτῷ τὰ ὄμματα.* Idem testatur Chrysostomus in oratione de sancto Babyla contra gentiles: τῶν μὲν γὰρ πάλαι βασιλευσάντων, οἳ τὰ τοιαῦτα τολμήσαντες, μετὰ πολλὰς καὶ ἀφορήτους συμφορὰς, αἰσχρῶς καὶ ἐλεεινῶς τὸν βίον κατέλυσαν· ὡς τοῦ μὲν τὰς κόρας ἔτι ζῶντος αὐτομάτως ἐκπηδῆσαι τῶν ὀφθαλμῶν, Μαξιμῖνος οὗτος ἦν· τὸν δὲ μανέντα· τὸν δὲ ἄλλῃ τοιαύτῃ χρησάμενον συμφορᾷ. « Ex antiquis enim imperatoribus ii qui similia ausi sint perpetrare, post multas easque intolerabiles calamitates, fœdo ac miserabili exitu

Digitized by Google

πεσόντα, πηρὸν αὐτὸν ἀφίησιν. Ὁ δ' ἐπὶ τούτοις ἔτι ἐμπνέων, ἀνθομολογούμενος τῷ Κυρίῳ, θάνατον ἐπεκαλεῖτο, καὶ τὸ πανύστατον, ἐνδίκως ταῦτα τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ παροινίας χάριν ὁμολογήσας παθεῖν, τὴν ψυχὴν ἀφίησιν.

A hæc se perpeti confessus, animam exhalavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῆς ὑστάτης ἀπωλείας τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν (Nic. *H. E.* VII, 39).

Οὕτω δῆτα Μαξιμίνου ἐκποδὼν γενομένου, ὡς μόνος ἔτι λείπων τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν, ἁπάντων χείριστος ἀναπέφηνε, τὰ μὲν τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως ἐκ θεμελίων χάριτι Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος ἠγείρετο, ὅ τε Χριστοῦ λόγος εἰς δόξαν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διαλάμπων, μείζονα τὴν πρόσθεν ἀπελάμβανε παῤῥησίαν, τὰ δὲ τῆς δυσσεβείας τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν αἰσχύνης καὶ ἀτιμίας ἐσχάτης ἐνεπίμπλατο. Πρῶτός τε γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος Μαξιμῖνος, ἁπάντων πολεμιώτατος (79) ὑπὸ τῶν κρατούντων ἀναγορευθεὶς, δυσσεβέστατος καὶ δυσωνυμώτατος καὶ θεομισέστατος τύραννος διὰ προγραμμάτων δημοσίων ἀνεστηλίτευτο, γραφαί τε ὅσαι εἰς τιμὴν αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων κατὰ πᾶσαν ἀνέκειντο πόλιν, αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος ῥιπτούμεναι συνετρίβοντο, αἱ δὲ τὰς προσόψεις ἠχρειοῦντο, σκοτεινῷ χρώματι καταμελανούμεναι, ἀνδριάντων τε ὁμοίως ὁπόσοι εἰς τὴν αὐτοῦ τιμὴν διανεστήκεσαν, ὡσαύτως ῥιπτούμενοι συνετρίβοντο, γέλως καὶ παιδιὰ τοῖς ἐνυβρίζειν καὶ ἐμπαροινεῖν ἐθέλουσιν ἐκκείμενοι. Εἶτα δὲ καὶ τῶν ἄλλων τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν πᾶσαι αἱ τιμαὶ περιῃροῦντο, ἐκτείνοντο δὲ καὶ πάντες οἱ τὰ Μαξιμίνου φρονοῦντες, ὅσοι μάλιστα τῶν ἐν ἀρχικοῖς ἀξιώμασιν ὑπ' αὐτοῦ τετιμημένοι, τῇ πρὸς αὐτὸν κολακείᾳ σοβαρῶς ἐνεπαρῴνησαν τῷ καθ' ἡμᾶς λόγῳ· οἷος ἦν ὁ παρὰ πάντας αὐτῷ τιμιώτατος καὶ αἰδεσιμώτατος, ἑταίρων τε γνησιώτατος, Πευκέτιος (80), δισύπατος καὶ τρισύπατος, καὶ τῶν καθόλου λόγων ἔπαρχος (81) πρὸς αὐτοῦ καθεσταμένος, Κουλκια-

CAPUT XI.

De ultimo exitio hostium Christianæ religionis.

In hunc igitur modum sublato e vivis Maximino, qui solus ex religionis hostibus adhuc relictus omnes improbitate superavit, ecclesiarum quidem ædificia omnipotentis Dei beneficio ab ipsis fundamentis renovata exstruebantur, Christique doctrina ad gloriam summi omnium Dei resplendens, majore quam antea libertate frui cœpit. Impii vero et religionis hostes, summo dedecore atque ignominia afficiebantur. Primum enim Maximinus ipse, hostis publicus ab imperatoribus renuntiatus, edictis publice B propositis impiissimus ac detestandi nominis, Deoque invisus tyrannus appellatus est. Sed et imagines quæ ipsi liberisque ejus honoris causa positæ per singulas prope urbes visebantur, aliæ e sublimi dejectæ confractæque sunt; aliæ inutiles redditæ, obliterato scilicet nigris coloribus vultu. Statuæ quoque quotquot honoris ejus causa erectæ fuerant, dejectæ similiter atque contritæ, cunctis qui illudere atque insultare voluissent, ad ludibrium et contumeliam expositæ fuere. Posthæc cæteri etiam religionis hostes cunctis honoribus spoliati sunt. Omnes denique qui a Maximini pariter partibus stabant; qui præ reliquis provinciarum rectoribus ab eo culti et ornati, ut ei assentarentur, adversus religionem nostram insolenter debacchati fuerant, C capite plectuntur. Ex quorum numero fuit Picentius, in summo honore ac veneratione ab eodem habitus, et sodalium omnium longe charissimus: quem ille iterum ac tertio consulem et præfectum ac procu-

periere. Alterius enim adhuc viventis pupillæ ex oculis exsilierunt: Maximini videlicet; alter furore percitus; alius alio oppressus incommodo mortem oppetiit. » Porro imperator qui furore percitus obiit, Diocletianus est. Id enim de illo testantur Eusebius et Constantinus. De Maximini autem cæcitate habes apud Epiphanium in libro *De ponderibus*.

(79) *Ἁπάντων πολεμιώτατος*. Scribendum videtur πολέμιος. Vult enim dicere Eusebius, Maximinum hostem publicum esse declaratum. Quod solemniter fiebat senatus consulto, ut docent scriptores Historiæ Augustæ multis in locis, et præcipue ubi de Maximino.

(80) *Πευκέτιος*. Picentium verti: quo nomine quidam fuit calumniator Constantii temporibus, ut scribit Zosimus in fine lib. II. Certe Latini Picentes vocant, quos Græci Πευκετίους.

(81) *Τῶν καθόλου λόγων ἔπαρχος*. Præfectum prætorio intelligere videtur: ἔπαρχος enim non dicitur nisi de præfectis prætorio, aut urbi. Adde quod, cum Eusebius affirmet Picentium summis honoribus et geminato consulatu ornatum fuisse a Maximino, ineptum esset dicere, eum procuratorem summæ rei ab illo factum fuisse, quæ exilis admodum dignitas fuit. Sed contra hanc sententiam facit primo, quod τῶν καθόλου λόγων vocabulo semper Eusebius rationalem seu procuratorem summæ rei designat, ut supra notavimus non semel. Deinde præfectus præt. Maximini fuit Sabinus, ut supra vidimus anno Christi 311 et 312. Nec vero dignitas illa procuratoris summæ rei, inter viles ac postremas numeranda est. Nam et Macrianus, is qui sub Gallieno imperium arripuit, eum honorem gessit; et Eusebius ipse in lib. VIII, cap. 10, ἀρχὴν οὐ τὴν τυχοῦσαν appellat, ubi de Philoromo martyre loquitur. Quod autem ait Eusebius, Picentium a Maximino bis ac tertio consulem factum fuisse, non modicam habet difficultatem. Jam supra observavimus, Maximinum Augusti nomen sibi assumpsisse post obitum Galerii, anno Christi 311. D Igitur ante hoc tempus cum Cæsar tantum esset, Picentium consulem facere non potuit. Soli enim Augusti creandorum consulum jus habebant. Itaque post mortem Galerii Maximinus seipsum et Picentium eodem anno consulem declaravit. Sequente item anno Maximinus II et Picentius II consules fuerunt in Oriente, cum in Occidente Constantinus II et Licinius consules essent: in Italia vero et Africa Maxentius quartum solus. Secuto deinceps anno, qui fuit Christi 313, idem Maximinus III et Picentius III consules in Oriente fuerunt, ut ex hoc insigni Eusebii loco perspicue colligitur. Neque enim credibile est, Maximinum alteri quidem tribuisse tertium consulatum, ipsum vero ne semel quidem consulem fuisse. Certe in *Chronico Alexandrino* Galerius Maximinus consul ponitur cum Maximiano VIII consule, qui est annus Christi 311. Quanquam in illo *Chronico* dicitur Galerius Maximus. Nos igitur tres Maximini consulatus primi omnium observavimus. Et

Digitized by Google

ratorem summæ rei creaverat. Et Culcianus omnibus similiter magistratibus et provinciarum administrationibus perfunctus, qui et ipse innumeris Christianorum cædibus apud Ægyptum inclaruerat. Alii **367** præterea non pauci, a quibus potissimum confirmata et aucta esse Maximini tyrannica crudelitas videbatur. Porro etiam Theotecnum ad supplicium vocabat divina justitia, haudquaquam oblita eorum quæ ille adversus Christianos perpetraverat. Etenim ob simulacrum illud quod Antiochiæ consecraverat, prosperiore fortuna uti visus, etiam præses provinciæ a Maximino factus fuerat. Sed cum Licinius Antiochiam venisset, et præstigiatores pervestigare ac deprehendere instituisset, inter cæteros etiam novi illius simulacri prophetas et sacerdotes tormentis subjecit, qua ratione fraudem concinnassent interrogans. Qui cum veritatem amplius celare non possent vi tormentorum adacti, totiusque mysterii scenam a Theotecno arte quadam compositam fuisse faterentur; Licinius merito supplicio cunctos afficiens, primum quidem Theotecnum ipsum, deinde reliquos fraudis ac præstigiarum conscios ac participes, post plurimos cruciatus interfici jussit. Adjecti sunt his omnibus etiam Maximini liberi; quos ille jam imperii consortes et titulorum atque imaginum participes fecerat. Denique propinqui omnes tyranni, qui fastu et insolentia elati cunctos mortales potentia sua oppresserant, eadem cum illis quos supra memoravimus summa cum ignominia perpessi sunt. Quippe qui disciplinam non accepissent; neque admonitionem illam intellexissent ac percepissent quæ in sacris Litteris sic edita est : « Nolite confidere in principibus, in filiis hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus ejus et revertetur in terram suam : in illa die peribunt omnes cogitationes eorum [85]. » Sic igitur omni malorum colluvie expurgata, solis Constantino ac Licinio imperium quod ipsis competebat, firmum nullique obnoxium invidiæ remansit. Qui cum beneficiorum quæ a Deo acceperant sibi conscii essent, ante omnia impietate e medio sublata, studium virtutis, divini numinis amorem et pietatem, gratumque erga Deum animum, latis pro Christianorum religione legibus declararunt.

Finis libri noni Historiæ ecclesiasticæ.

[85] Psal. CXLIII, 2-4.

A νός (82) τε ὡσαύτως διὰ πάσης ἀρχικῆς προελθὼν ἐξουσίας, ὁ καὶ αὐτὸς μυρίοις τοῖς κατ' Αἴγυπτον Χριστιανῶν ἐλλαμπρυνόμενος αἵμασιν, ἄλλοι τε ἐπὶ τούτοις οὐκ ὀλίγοι, δι' ὧν μάλιστα τὰ τῆς Μαξιμίνου τυραννίδος ἐκραταιοῦτό τε καὶ ηὔξετο. Ἐκάλει δὲ ἄρα καὶ Θεότεκνον (83) ἡ δίκη, οὐδαμῶς τὰ κατὰ Χριστιανῶν αὐτῷ πεπραγμένα λήθη παραδιδοῦσα. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῷ κατ' Ἀντιόχειαν ἱδρυθέντι παρ' αὐτοῦ ξοάνῳ δόξας εὐημερεῖν, ἤδη καὶ ἡγεμονίας ἠξίωτο παρὰ Μαξιμίνου. Λικίννιος δ' ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχέων πόλεως, φωράν τε γοήτων ποιησάμενος, τοὺς τοῦ νεοπαγοῦς ξοάνου προφήτας καὶ ἱερεῖς βασάνοις ἠκίζετο, τίνι λόγῳ τὴν ἀπάτην καθυπεκρίνοντο πυνθανόμενος. Ὡς δ' ἐπικρύπτεσθαι αὐτοῖς πρὸς τῶν βασάνων συνελαυνομένοις ἀδύνατον ἦν, B ἐδήλουν δὲ τὸ πᾶν μυστήριον ἀπάτην τυγχάνειν τέχνῃ τῇ Θεοτέκνου μεμηχανημένην, τοῖς πᾶσι τὴν ἀξίαν ἐπιθεὶς δίκην, πρῶτον αὐτὸν Θεότεκνον, εἶτα δὲ καὶ τοὺς τῆς γοητείας κοινωνοὺς, μετὰ πλείστας ὅσας αἰκίας θανάτῳ παραδίδωσι. Τούτοις ἅπασι προσετίθεντο καὶ οἱ Μαξιμίνου παῖδες οὓς ἤδη καὶ τῆς βασιλικῆς τιμῆς, τῆς τε ἐν πίναξι καὶ γραφαῖς ἀναθέσεως πεποίητο κοινωνούς· καὶ οἱ συγγενεῖς δὲ τοῦ τυράννου τὸ πρὶν αὐχοῦντες, καὶ πάντας ἀνθρώπους καταδυναστεύειν ἐπῃρμένοι, τὰ αὐτὰ τοῖς προδεδηλωμένοις μετὰ τῆς ἐσχάτης ἀτιμίας ἔπασχον, ἐπεὶ μὴ ἐδέξαντο παιδείαν (84), μηδὲ ἔγνωσαν μηδὲ συνῆκαν τὴν φάσκουσαν ἐν ἱεροῖς λόγοις παρακέλευσιν· « Μὴ πεποίθετε ἐπ' ἄρχοντας, ἐπὶ υἱοὺς ἀνθρώπων, C οἷς οὐκ ἔστι σωτηρία· ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ καὶ ἀποστρέψει εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν. » Οὕτω δῆτα τῶν δυσσεβῶν ἐκκαθαρθέντων, μόνοις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσηκούσης βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀνεπίφθονα, Κωνσταντίνῳ καὶ Λικιννίῳ· οἳ τὸ πρόσθεν ἁπάντων ἐκκαθάραντες τοῦ βίου τὴν θεοεχθρίαν, τῶν ἐκ Θεοῦ πρυτανευθέντων ἀγαθῶν αὐτοῖς ἡσθημένοι, τὸ φιλάρετον καὶ θεοφιλὲς, τό τε πρὸς τὸ Θεῖον εὐσεβὲς καὶ εὐχάριστον διὰ τῆς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐνεδείξαντο νομοθεσίας.

Τέλος τοῦ θ' λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας.

quibus colligi potest, Maximinum circiter biennio Augustum fuisse, cum jam antea VII annis Cæsar fuisset; et ad annum Christi 313 pervenisse. Quod etiam ex epistolis ejusdem demonstravimus. Proinde miror, unde in Eusebii *Chronicon* irrepserit adeo gravis error, ut mors Maximini ante cædem Maxentii referatur. Quod quidem Hieronymi culpa commissum videtur, quippe qui Eusebiano *Chronico* multa de suo addidit.

(82) *Κουλκιανός.* Fuerat hic præses Thebaidis, ut testatur Epiphanius in hæresi 68, quæ est Meletianorum, his verbis : Κουλκιανὸς μὲν ἦν ἔπαρχος τῆς Θηβαΐδος· Ἀλεξανδρείας δὲ Ἱεροκλῆς. Scribe meo periculo Κουλκιανός ex hoc Eusebii loco. Ruf- D nus tamen *Quintianum* vertit. Apud Nicephorum Acuxtianós scribitur, utrumque mendose. Culcianus enim dicebatur hic præses, ut præter Eusebium docent Acta passionis Phileæ martyris.

(83) *Θεότεκνον.* De hoc Theotecno Eusebius supra in hoc libro. Hunc Theotecnum Galerio Maximiano persuasisse ut persecutionem adversus Christianos institueret, scribit Cedrenus. Sed fallitur, dum Galerium Maximianum pro Galerio Maximino accepit, qui solemnis est error recentiorum Græcorum.

(84) *Μὴ ἐδέξαντο παιδείαν.* Locutio est sacræ Scripturæ. Sic in psalmo II : *Apprehendite disciplinam*, et innumeris in locis Veteris Instrumenti.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ
ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΣ Ι'

EUSEBII PAMPHILI
ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ
LIBER DECIMUS

ΤΑΔΕ ΚΑΙ Η ΔΕΚΑΤΗ ΠΕΡΙΕΧΕΙ ΒΙΒΛΟΣ ΤΗΣ ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ.

α'. Περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ πρυτανευθείσης ἡμῖν εἰρήνης.
β'. Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως.
γ'. Περὶ τῶν κατὰ πάντα τόπον ἐγκαινίων.
δ'. Παηγυρικὸς ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων φαιδρότητι.
ε'. Ἀντίγραφα βασιλικῶν νόμων.
ς'. Περὶ τῶν Χριστιανοῖς προσηκόντων.
ζ'. Περὶ τῆς τῶν κληρικῶν ἀλειτουργησίας
η'. Περὶ τῆς Λικιννίου εἰς ὕστερον κακοτροπίας, καὶ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ.
θ'. Περὶ τῆς νίκης Κωνσταντίνου καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ὑπαρξάντων.

IN DECIMO ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ LIBRO HÆC CONTINENTUR.

I. *De pace quæ nobis a Deo procurata est.*
II. *De instauratione ecclesiarum.*
III. *De ecclesiarum ubique dedicationibus.*
IV. *Oratio panegyrica de splendore et gloria rerum nostrarum.*
V. *Exempla legum imperialium.*
VI. *De rebus ad Christianos pertinentibus.*
VII. *De immunitate clericorum.*
VIII. *De Licinii subsecuta posthæc malignitate, deque ejus interitu.*
IX. *De Constantini victoria, et de bonis quæ cunctis in orbe Romano degentibus illius opera contigerunt.*

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Περὶ τῆς ἐκ Θεοῦ πρυτανευθείσης ἡμῖν εἰρήνης. (Nic. *H. E.* VII, 40).

Θεῷ δὴ χάρις ἐπὶ πᾶσι τῷ παντοκράτορι καὶ βασιλεῖ τῶν ὅλων, πλείστη δὲ καὶ τῷ Σωτῆρι καὶ λυτρωτῇ τῶν ψυχῶν ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, δι' οὗ τὰ τῆς εἰρήνης ἔκ τε τῶν ἔξωθεν ὀχληρῶν, καὶ τῶν κατὰ διάνοιαν, βέβαια καὶ ἀσάλευτα φυλάττεσθαι ἡμῖν διαπαντὸς εὐχόμεθα. Ἅμα δὲ ταῖς σαῖς εὐχαῖς καὶ τὸν δέκατον ἐν τούτῳ τοῖς προδιεξοδευθεῖσι τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐπιθέντες τόμον, σοὶ τοῦτον ἐπιγράφομεν, ἱερώτατέ μοι Παυλῖνε (85), ὥσπερ ἐπισφράγισμά σε τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀναδωμένοι.

CAPUT I.

De pace quæ nobis a Deo procurata est.

De omnibus igitur gloria sit omnipotenti regique omnium Deo; gratia item Servatori ac redemptori animarum nostrarum Jesu Christo, per quem precamur ut pax nobis firma et stabilis, immunisque tum ab externarum rerum, tum ab omnibus animi molestiis ac perturbationibus perpetuo conservetur. Porro quandoquidem tuis precibus adjuti hunc decimum historiæ ecclesiasticæ **369** librum, prioribus jam decursis opportune tandem adjecimus, eum tibi nuncupantes, sacratissime Pauline, te vel-

(85) *Ἱερώτατέ μοι Παυλῖνε.* Paulinum intelligit episcopum Tyri, cui libros suos *Historiæ ecclesiasticæ* nuncupavit Eusebius. Ejus enim consilio hoc argumentum aggressus fuerat, ut hic non obscure innuit. Porro Eusebius consulto ac de industria noluit eos libros in principio operis, ut fieri solet, Paulino nuncupare, ob modestiam, ni fallor, Paulini. Sed contentus fuit, in fine operis, eum honorifice compellare. Parum enim referre existimavit, in exordio an in fine libros suos ei inscribe-

Digitized by Google

ut signaculum totius operis nostri prædicabimus. Nec absurde, ut opinor, absolutam omnibus numeris orationem panegyricam de ecclesiarum instauratione hic in perfecto numero collocabimus; obtemperantes hac in re Spiritui divino qui nos hortatur his verbis : « Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Servavit eum dextera ejus et brachium sanctum ejus. Notum fecit Dominus salutare suum; in conspectu gentium revelavit justitiam suam [89]. » Itaque sacræ Scripturæ novum nobis canticum ordiri præcipienti impræsentiarum succinamus : quandoquidem post illa visu tetra dictuque ipso horrenda, tandem ea videre eaque festa celebrare nobis concessum est, quæ plurimi antea vere justi ac martyres Dei cernere in hac vita atque audire omnibus votis optarunt, nec tamen videre atque audire potuerunt. Sed illi quidem velocissimo cursu prægressi, longe meliora ac præstantiora adepti sunt : in cœlum ipsum et ad divinæ voluptatis paradisum translati. Nos vero hæc etiam quibus fruimur, majora esse meritis nostris confitentes magnificentiam divini beneficii cum quodam stupore miramur : Deumque ejus auctorem totis animi viribus merito veneramur; ea quæ olim per Prophetam prædixerat et quæ sacris Voluminibus prodita sunt, verissima esse testantes. Sic autem habent : « Venite et videte opera Domini quæ posuit prodigia super terram : auferens bella usque

[89] Psal. xcvii, 1, 2.

Εἰκότως δ' ἐν ἀριθμῷ τελείῳ τὸν τέλειον ἐνταῦθα καὶ πανηγυρικὸν τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως λόγον κατατάξομεν, θείῳ Πνεύματι πειθαρχοῦντες, ὧδέ πως ἐγκελευομένῳ· « Ἄσατε τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινόν, ὅτι θαυμαστὰ ἐποίησεν. Ἔσωσεν αὐτὸν (86) ἡ δεξιὰ αὐτοῦ, καὶ ὁ βραχίων ὁ ἅγιος αὐτοῦ· ἐγνώρισε Κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ, ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. » Καὶ δὴ τῷ λογίῳ προστάττοντι τὸ καινὸν ᾆσμα, διὰ τοῦδε νῦν ἀκολούθως ἐπιψωνῶμεν, ὅτι δὴ μετὰ τὰς δεινὰς καὶ σκοτεινὰς ἐκείνας ὄψεις τε καὶ διηγήσεις, τοιαῦτα νῦν ὁρᾶν καὶ τοιαῦτα πανηγυρίζειν ἠξιώθημεν, οἷα τῶν πρὸ ἡμῶν πολλοὶ τῷ ὄντι δίκαιοι καὶ Θεοῦ μάρτυρες ἐπεθύμησαν ἐπὶ γῆς ἰδεῖν, καὶ οὐκ εἶδον, καὶ ἀκοῦσαι, καὶ οὐκ ἤκουσαν. Ἀλλ' οἱ μὲν ᾗ τάχος σπεύσαντες, τῶν πολὺ κρειττόνων ἔτυχον, ἔν τ' αὐτοῖς οὐρανοῖς καὶ παραδείσῳ τῆς ἐνθέου τρυφῆς (87) ἁναρπασθέντες, ἡμεῖς δὲ καὶ τάδε μείζονα ἢ καθ' ἡμᾶς ὑπάρχειν ὁμολογοῦντες, ὑπερεκπεπλήγμεθα μὲν τῆς τοῦ αἰτίου μεγαλοδωρεᾶς τὴν χάριν, θαυμάζομεν δὲ εἰκότως ὅλης ψυχῆς δυνάμει σέβοντες, καὶ ταῖς ἀναγράπτοις προῤῥήσεσιν ἀλήθειαν ἐπιμαρτυροῦντες, δι' ὧν εἴρηται· « Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ, ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς, ἀνταναιρῶν πολέμους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς (88)· τόξον συντρίψει καὶ συνθλάσει ὅπλον, καὶ θυρεοὺς κατακαύσει ἐν πυρί· » ἐφ' οἷς εἰς ἡμᾶς ἐναργῶς πεπληρωμένοις χαίροντες, τὸν ἐφεξῆς συνείρωμεν λόγον. Ἡφάνιστο

(86) *Ἔσωσεν αὐτόν.* Αὐτῷ legit Romana LXX interpretum editio; sed magis placet altera lectio, quam in quatuor codicibus Maz., Med. et Fuk. ac Sav. inveni, ἔσωσεν αὐτὸν ἡ δεξιὰ αὐτοῦ.

(87) *Παραδείσῳ τῆς ἐνθέου τρυφῆς.* Alludit ad locum Ezechielis. Vide Origenem pag. 417.

(88) *Μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς.* Codd. Maz., Med. et Fuk. habent τῆς οἰκουμένης.

ret. Eidem Paulino libros duos Περὶ τοπικῶν ὀνομάτων nuncupavit Eusebius : quorum prior qui divisionem 12 tribuum, et descriptionem urbis Jerusalem, et externarum gentium Hebraicas appellationes continebat, hodie desideratur. Posterior vero qui est de locis Hebraicis, ante viginti annos Græce editus a R. P. Bonfrerio; cui præfixa est epistola ad Paulinum. In qua Eusebius hortatu Paulini id opus a se susceptum fuisse testatur, eumque compellat his verbis : ἱερὲ Θεοῦ ἄνθρωπε, Παυλῖνε. Fuit igitur Paulinus ἐργοδιώκτης Eusebii nostri, sicut Ambrosius olim fuerat Origenis. In eadem epistola emendandus est obiter levis error qui fefellit interpretem. Nam ubi legitur ἐξ ἧς ἐν τούτῳ καὶ ἀκολούθως ἐκείνοις, etc., scribendum est procul dubio ἐξῆς ἐν τούτῳ, etc. Porro hic Paulinus presbyter primum fuit Antiochiæ. Inde ad episcopatum Tyriorum evectus, summa cum laude eam Ecclesiam administravit. Tandemque pulso Antiochena sede Eustathio, ab Antiochensibus evocatus, Antiochiæ præfuit, ut docet Eusebius in libro *Contra Marcellum*, cap. 4, his verbis : Ἐπὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, τὸν ὡς ἀληθῶς τρισμακάριστον, τρέπεται Παυλῖνον· ἄνδρα μὲν τιμηθέντα τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας πρεσβείῳ, διαπρεπῶς δὲ τῆς Τυρίων ἐπισκοπεύσαντα· οὕτω τε ἐν τῇ ἐπισκοπῇ διαλάμψαντα, ὡς τὴν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίαν, ὡς οἰκείου ἀγαθοῦ, μεταποιηθῆναι αὐτοῦ. Sic enim legendus est hic locus, quem interpres non intellexit : « Invehitur, inquit, deinceps in Paulinum, virum Dei, ac prorsus beatissimum, qui presbyteri quidem dignitate exornatus est Antiochiæ : episcopatum autem Tyri tanta cum laude administravit, ut Antiochensis Ecclesia eum sibi tanquam proprium bonum vindicaverit. » Certe Philostorgius in lib. III, cap. 15, diserte scribit, Paulinum ab episcopatu Tyri Antiochiam translatum in Eustathii locum successisse, et post sex menses e vivis abiisse. Idem ex Philostorgio habet Suidas in voce Ἀέτιος. Falsum proinde est quod ait Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, solum Philostorgium scribere, Paulinum post abdicationem Eustathii, Antiochiam Tyro translatum fuisse. Non enim solus Philostorgius id scripsit, cum idem quoque affirmet Eusebius in loco quem modo citavi. Mortuus est igitur Paulinus anno Christi 328, cum episcopatum Antiochiæ sex menses gessisset. Quare graviter fallitur Gothofredus, qui, in notis ad Philostorgium, Paulinum anno Christi 324 mortuum esse supponit, et Philostorgium arguit inconstantiæ. Atqui Philostorgius optime sibi constat : parum vero sibi constat ipse Gothofredus, qui Paulinum Tyri episcopum mortuum esse scribit anno Christi 324. Atqui Paulinus Tyri episcopus Nicææ synodo interfuit, et post illam synodum aliquandiu supervixit, ut docent Theodoritus lib. I, cap. 6, et Sozomenus in lib. II, cap. 18, et Theodorus Mopsuestenus apud Nicetam in lib. V, cap. 7. Idem cum Gothofredo scribit Rob. Montacutius in notis ad librum I Eusebii *Contra Marcellum*; Paulinum scilicet eum qui Tyro Antiochiam translatus est, ante synodum Nicænam obiisse, quod est, ut dixi, absurdissimum. Nam quem ante synodum Nicænam mortuum esse affirmat, eumdem Arianæ factionis signiferum fuisse dicit. Baronius quidem Paulinum anno Christi 324 obiisse, eique Eustathium successisse scribit, quem in eo secuti sunt Gothofredus et Montacutius. Verum Baronius Paulinum illum, quem prædecessorem Eustathii facit, non dicit episcopum fuisse Tyri; quod Gothofredus et Montacutius perperam dixere.

Digitized by Google

μὲν δὴ καθ' ὃν δεδήλωται τρόπον, πᾶν τὸ τῶν θεομισῶν γένος, καὶ τῆς ἀνθρώπων ἀθρόως ὄψεως οὕτως ἐξαλήλειπτο, ὡς πάλιν ῥῆμα θεῖον τέλος ἔχειν τὸ λέγον· « Εἶδον ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου· καὶ παρῆλθον καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν, καὶ ἐζήτησα τὸν τόπον αὐτοῦ καὶ οὐχ εὑρέθη· » ἡμέρα δὲ λοιπὸν ἤδη φαιδρὰ καὶ διαυγὴς, μηδενὸς νέφους αὐτὴν ἐπισκιάζοντος, φωτὸς οὐρανίου βολαῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην ἅπασαν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Χριστοῦ κατηύγαζεν, οὐδέ τις ἦν καὶ τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου φθόνος (89), συναπολαύειν ἡμῖν τῶν ἴσων (90), ἀπορροῆς δ' οὖν ὅμως καὶ μετουσίας τῶν θεόθεν ἡμῖν πρυτανευθέντων.

A ad fines terræ. Arcum conteret, confringet arma et scuta comburet igne [60]. » Quæ cum omnia nostris temporibus manifeste completa sint, læti deinceps et gratulabundi narrationem nostram prosequamur. Ad hunc igitur quem diximus modum universa stirps hostium Dei funditus excisa et ex hominum conspectu subito sublata est; ita ut rursus divinum illud compleretur oraculum quod sic ait: « Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani. Et transivi, et ecce non erat: et quæsivi locum ejus, et non est inventus [61]. » Jamque dies serenus ac liquidus, nulla amplius nube fuscatus, Ecclesias Christi toto orbe diffusas cœlestis lucis splendore illustrabat. Licebatque iis etiam qui a cœtu religionis nostræ alieni essent, si non iisdem frui nobiscum, **370** at certe partem aliquam et quasi effluxum percipere eorum bonorum quæ nobis a Deo fuerant procurata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀναιρέσεως (Nic. *II. E.* VII, 40).

Πᾶσι μὲν οὖν ἀνθρώποις τὰ ἐκ τῆς τῶν τυράννων καταδυναστείας ἐλεύθερα ἦν, καὶ τῶν προτέρων ἀπηλλαγμένοι κακῶν, ἄλλος ἄλλως μόνον ἀληθῆ Θεὸν τὸν τῶν εὐσεβῶν ὑπέρμαχον ὡμολόγει, μάλιστα δ' ἡμῖν τοῖς ἐπὶ τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ τὰς ἐλπίδας ἀνηρτημένοις ἄλεκτος παρῆν εὐφροσύνη, καί τις ἔνθεος ἅπασιν ἐπήνθει χαρὰ, πάντα τόπον τὸν πρὸ μικροῦ ταῖς τῶν τυράννων δυσσεβείαις ἠρειπωμένον, ὥσπερ ἐκ μακρᾶς καὶ θανατηφόρου λύμης ἀναβιώσκοντα θεωμένοις, νεώς τε αὖθις ἐκ βάθρων εἰς ὕψος ἄπειρον ἐγειρομένους, καὶ πολὺ κρείττονα τὴν ἀγλαΐαν τῶν πάλαι πεπολιορκημένων ἀπολαμβάνοντας. Ἀλλὰ καὶ βασιλεῖς οἱ ἀνωτάτω συνεχέσι ταῖς ὑπὲρ Χριστιανῶν νομοθεσίαις, τὰ τῆς ἐκ Θεοῦ μεγαλοδωρεᾶς ἡμῖν εἰς μακρὸν ἔτι καὶ μεῖζον ἐκράτυνον, ἐφοίτα δὲ καὶ εἰς πρόσωπον ἐπισκόποις βασιλέως γράμματα, καὶ τιμαὶ καὶ χρημάτων δόσεις· ὧν οὐκ ἀπὸ τρόπου γένοιτ' ἂν κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν τοῦ λόγου, ὥσπερ ἐν ἱερᾷ στήλῃ, τῇδε τῇ βίβλῳ, τὰς φωνὰς ἐκ τῆς Ῥωμαίων ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶσσαν μεταληφθείσας ἐγχαράξαι, ὡς ἂν καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἅπασι φέροιντο διὰ μνήμης.

B

CAPUT II.

De instauratione ecclesiarum.

Et cuncti quidem mortales tyrannicæ dominationis impotentia liberati, secure agebant: malisque quibus antea premebantur soluti, Deum qui piorum propugnator exstitisset, solum vere Deum esse quibus quisque poterat verbis confitebantur. Nobis vero præcipue qui spem omnem in Christo positam habemus, incredibilis quædam inerat lætitia, et divina quædam hilaritas in omnium vultu emicabat; cum loca cuncta quæ tyrannorum impietas paulo ante subruerat, tanquam ex diuturna ac pestifera labe reviviscere videremus: templaque rursus a solo in immensam altitudinem erigi, et longe majore cultu ac splendore quam illa quæ prius expugnata fuissent nitescere. Quin etiam ipsi rerum domini, crebris pro Christianorum religione legibus promulgatis divini erga nos beneficii magnificentiam confirmantes, prorogare illud atque amplificare studuerunt. Litteræ quoque ad episcopos ipsos nominatim perscriptæ sunt ab imperatore; honores aucti et pecuniæ donatæ. Quarum quidem litterarum verba ex Latina lingua in Græcum sermonem translata, in hoc libro tanquam in sacrosancta quadam tabula opportune inscribere non alienum erit, ut omnium qui post hæc venturi sunt perpetuæ memoriæ commendentur.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῶν κατὰ πάντα τόπον ἐγκαινίων (Nic. *II. E.* VII, 40).

Ἐπὶ δὲ τούτοις, τὸ πᾶσιν εὐκταῖον ἡμῖν καὶ πο-

CAPUT III.

De ecclesiarum ubique dedicationibus.

Post hæc votivum nobis ac desideratum specta-

[60] Psal. XLV, 9, 10. [61] Psal. XXXVI, 35, 36.

(89) *Οὐδέ τις ἦν τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου φθόνος.* Mirum est hanc loquendi formam ab interpretibus intellectam non fuisse. Nam Rufinus quidem ita vertit: *Nec usquam qui hæc aliter aspiceret, lividus supererat oculus.* Rufinum secutus est Musculus. Christophorsonus vero paulo aliter interpretatus est hoc modo: « Nec gentilibus hunc nostrum insignem triumphum Deus invidit. » Ex quo apparet illam vocem θίασον pro *triumpho* sumpsisse, et verba Eusebii ita construxisse: φθόνος τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου· cum ita potius construenda sint: τοῖς ἔξωθεν τοῦ καθ' ἡμᾶς θιάσου, id est extraneis et alienis a fide nostra. Quis non miretur tot ac tantos errores? Me certe jam tædet, tot menda interpretum notare. Quæ tamen lectori ob oculos proponenda sunt, ut constet quam arduum sit ac minime proclive, in antiquis scriptoribus interpretandis verum ubique sensum assequi.

D

(90) *Συναπολαύειν ἡμῖν τῶν ἴσων.* Hunc locum nec Musculus nec Christophorsonus intellexerunt. Sic autem emendandus est: συναπολαύειν ἡμῖν εἰ μὴ τῶν ἴσων, ἀπορροῆς, δ' οὖν ὅμως, et post vocem πρυτανευθέντων finiendum est caput. Non cujusvis erat hunc locum emendare. Quamobrem ignoscendum est Christophorsono et Musculo, qui veram hujus loci emendationem non viderunt. Rufinus quidem ita videtur legisse, prout emendavimus. Sic enim vertit: « Sed cuncti mortales tyrannicæ quæ præterierat crudelitatis horrore, etiam si nondum fide, votis tamen quæ nostra sunt amplectem-

Digitized by Google

culum præbebatur, dedicationum scilicet festivitas per singulas urbes, et oratoriorum recens structorum consecrationes. Ad hæc episcoporum conventus; peregrinorum ab externis et procul dissitis regionibus concursus; populorum mutua inter se charitas ac benevolentia, cum membra corporis Christi in unam compagem coalescerent. Itaque juxta propheticum oraculum quo ea quæ ventura erant sub arcana quadam imagine prædicebantur [61] : « Os aptabatur ossi, et junctura juncturæ. » Et **371** quæcunque alia idem propheticus sermo sub obscuris verborum involucris vere utique pronuntiavit. Una erat divini Spiritus virtus per universa commeans membra; una omnium anima; eadem alacritas fidei; unus omnium concentus, divinitatem hymnis celebrantium. Jam vero antistitum absolutissimæ cæremoniæ, et accurata sacrificia sacerdotum, et divini quidam augustique Ecclesiæ ritus; hinc psalmos canentium et reliquas nobis divinitus traditas voces auscultantium : illinc divina et arcana obeuntium ministeria. Mystica quoque salutaris passionis symbola tradebantur. Denique omnis ætas et promiscua utriusque sexus multitudo, toto pectore precationibus et gratiarum actionibus incumbens, cum summa animorum lætitia Deum bonorum auctorem venerabatur. Sed et Ecclesiarum antistites quotquot aderant, panegyricas habebant orationes; et quantum quisque ingenio poterat, conventum laudibus extollere studebant.

A θούμενον συνεκροτεῖτο θέαμα, ἐγκαινίων ἑορταὶ κατὰ πόλεις καὶ τῶν ἄρτι νεοπαγῶν προσευκτηρίων ἀφιερώσεις, ἐπισκόπων τε ἐπὶ ταυτὸ συνελεύσεις, τῶν πόρρωθεν ἐξ ἀλλοδαπῆς συνδρομαὶ, λαῶν εἰς λαοὺς φιλοφρονήσεις, τῶν Χριστοῦ σώματος μελῶν εἰς μίαν συνιόντων ἁρμονίαν ἕνωσις (91). Συνήγετο δ' οὖν ἀκολούθως προῤῥήσει προφητικῇ μυστικῶς τὸ μέλλον προσημαινούσῃ· « Ὀστέον πρὸς ὀστέον, καὶ ἁρμονία πρὸς ἁρμονίαν· » καὶ ὅσα θεσπίζων ὁ λόγος δι' αἰνιγμάτων ἀψευδῶς προανετείνετο. Μία τε ἦν θείου Πνεύματος διὰ πάντων τῶν μελῶν χωροῦσα δύναμις, καὶ ψυχὴ τῶν πάντων μία, καὶ προθυμία πίστεως ἡ αὐτὴ, καὶ εἷς ἐξ ἁπάντων θεολογίας ὕμνος (92)· καὶ μὴν καὶ τῶν προηγουμένων ἐντελεῖς θρησκεῖαι, ἱερουργίαι τε τῶν ἱερωμένων, καὶ θεοπρεπεῖς Ἐκ-
B κλησίας θεσμοί· ὧδε μὲν ψαλμῳδίαις (93) καὶ ταῖς λοιπαῖς τῶν θεόθεν ἡμῖν παραδοθεισῶν φωνῶν ἀκροάσεσιν, ὧδε δὲ θείαις καὶ μυστικαῖς ἐπιτελουμέναις διακονίαις· σωτηρίου τε ἦν πάθους ἀπόῤῥητα σύμβολα (94). Ὁμοῦ δὲ πᾶν γένος ἡλικίας ἄῤῥενός τε καὶ θήλεος φύσεως, ὅλῃ διανοίας ἰσχύϊ, δι' εὐχῶν καὶ εὐχαριστίας γεγηθότι νῷ καὶ ψυχῇ, τὸν τῶν ἀγαθῶν παραίτιον Θεὸν ἐγέραιρον. Ἐκίνει δὲ καὶ λόγους ἅπας τῶν παρόντων ἀρχόντων πανηγυρικοὺς, ὡς ἑκάστῳ παρῆν δυνάμεως, θειάζων τὴν πανήγυριν.

CAPUT IV.

Oratio panegyrica de splendore et gloria rerum nostrarum.

Atque aliquis vir mediocris meriti qui hujusmodi orationem composuerat, in medium progressus, præsentibus ut in ecclesiastico conventu plurimis pastoribus, et decore ac placide auscultantibus : ad unum ex illis conversus facile omnium principem, Deoque acceptissimum episcopum, cujus studio templum illud in urbe Tyro erat exstructum, omnium quæ in Phœnice sunt longe pulcherrimum, ita verba fecit :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Πανηγυρικὸς ἐπὶ τῇ τῶν πραγμάτων φαιδρότητι. (Nic. *H. E.* VII, 40).

C Καί τις ἐν μέσῳ παρελθὼν τῶν μετρίως ἐπιεικῶν, λόγου σύνταξιν πεποιημένος, ὡς ἐν Ἐκκλησίας ἀθροίσματι πλείστων ἐπιπαρόντων ποιμένων, ἐν ἡσυχίᾳ καὶ κόσμῳ τὴν ἀκρόασιν παρεχομένων, ἑνὸς εἰς πρόσωπον τὰ πάντα ἀρίστου καὶ θεοφιλοῦς ἐπισκόπου, οὗ διὰ σπουδῆς ὁ μάλιστα τῶν ἀμφὶ τὸ Φοινίκων ἔθνος διαπρέπων ἐν Τύρῳ νεὼς φιλοτίμως ἐπεσκεύαστο, τοιόνδε παρέσχε λόγον.

[61] Ezech. XXXVII, 7.

tes. » Quæ verba licet a sensu Eusebii longius recedant, aliquod tamen adhuc vestigium veræ lectionis retinent.

(91) *Εἰς μιαν... ἁρμονίαν ἕνωσις.* Editi antea ἕνωσιν. Rectius in codicibus nostris Maz, Med. et Sav. legitur ἐς μίαν συνιόντων ἁρμονίαν ἕνωσις, ut edimus. In Fuk. etiam legitur ἁρμονίαν.

(92) *Θεολογίας ὕμνος.* Langus vertit : *Hymnus unus divinitatem Verbi Dei concentu pulcherrimo celebrans.* Sed rectius Musculus et Christophorsonus, et ante eos Rufinus *divinitatem* simpliciter verterunt, non addito Verbi nomine. Nam θεολογία apud Eusebium pro Dei laudatione sumi solet, et θεολογεῖν pro eo quod est Deum laudare.

(93) Τῷδε *μὲν ψαλμῳδίαις.* Male Christophorsonus vertit : *Et decori Ecclesiæ ritus interdum psalmorum cantu, et cæteris hymnorum divinitus nobis traditorum recitationibus, nonnunquam divinis et mysticis ministeriis exsequendis.* Longe rectius Rufinus, cujus interpretatio commentarii vicem præstat. « Jam vero ingens in sacerdotiis et ministeriis, atque in omnibus quæ ad religionis observantiam pertinent, gratia refulgebat. Adstabant hic psallentium chori; juvenes et virgines, senes cum junioribus laudabant nomen Domini. Hic mystica ministeria ordinatis et dispositis vicibus agebantur. » D Τῷδε μέν igitur designat populum fidelium, qui in ecclesia psalmos canebat, et sacras lectiones auscultabat. Quod declarant voces illæ φωνῶν ἀκροάσεσι, quæ nonnisi de laicis intelligi possunt. Τῷδε δέ vero designat sacerdotes, qui mysticas cæremonias peragebant.

(94) *Σωτηρίου τε ἦν πάθους ἀπόῤῥητα σύμβολα.* Baptismum intelligit, quod est symbolum Dominicæ passionis. Rufinus in capite 9 lib. IX *De Constantino* : « Nondum tamen, ut est solemne nostris initiari, signum Dominicæ passionis acceperat. » In baptismo enim morimur et consepelimur cum Christo; et mox resurgimus in eodem Christo per fidem, ut ait Apostolus in Epistola ad Colossenses. Hilarius in libro I *De Trinitate* : « Cujus morti consepelimur in baptismo : ut in æternitatis vitam rediremus, dum regeneratio ad vitam mors esset ex vita, et morientes vitiis, immortalitati renasceremur; ipso pro nobis ex immortalitate moriente, ut

Digitized by Google

† *Παηγυρικὸς ἐπὶ τῇ τῶν ἐκκλησιων οἰκοδομῇ, Παυλίνῳ Τυριων ἐπισκόπῳ προσπεφωνημένος.*

Ὦ φίλοι Θεοῦ καὶ ἱερεῖς, οἱ τὸν ἅγιον ποδήρη, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς δόξης στέφανον, τό τε χρῖσμα τὸ ἔνθεον, καὶ τὴν ἱερατικὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος στολὴν περιβεβλημένοι, σύ τε, ὦ νέου ἁγίου νεὼ Θεοῦ σεμνολόγημα, γεραρᾷ μὲν φρονήσει παρὰ Θεοῦ τετιμημένε, νέας δὲ καὶ ἀκμαζούσης ἀρετῆς ἔργα πολυτελῆ καὶ πράξεις ἐπιδεδειγμένε, ᾧ τὸν ἐπὶ γῆς οἶκον αὐτὸς ὁ τὸν σύμπαντα κόσμον περιέχων Θεὸς δείμασθαι καὶ ἀνανεοῦν Χριστῷ τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτογενεῖ αὐτοῦ Λόγῳ, τῇ τε ἁγίᾳ καὶ θεοπρεπεῖ τούτου νύμφῃ, γέρας ἐξαίρετον δεδώρηται (95)· εἴτε τις νέον σε Βεσελεὴλ, θείας ἀρχιτέκτονα σκηνῆς ἐθέλοι καλεῖν, εἴτε Σολομῶνα, καινῆς καὶ πολὺ κρείττονος Ἱερουσαλὴμ βασιλέα, εἴτε καὶ νέον Ζοροβάβελ, τὴν πολὺ κρείττονα δόξαν τῆς προτέρας τῷ νεῷ τοῦ Θεοῦ περιτιθέντα· ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς, ὦ τῆς ἱερᾶς ἀγέλης Χριστοῦ θρέμματα, λόγων ἀγαθῶν ἑστία, σωφροσύνης παιδευτήριον, καὶ θεοσεβείας σεμνὸν καὶ θεοσεβὲς ἀκροατήριον (96)· πάλαι μὲν ἡμῖν τὰς παραδόξους θεοσημείας, καὶ τῶν τοῦ Κυρίου θαυμάτων τὰς εἰς ἀνθρώπους εὐεργεσίας, διὰ θείων ἀναγνωσμάτων ἀκοῇ παραδεχομένοις, ὕμνους εἰς Θεὸν καὶ ᾠδὰς ἀναπέμπειν ἐξῆν, λέγειν παιδευομένοις· « Ὁ Θεὸς, ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν ἠκούσαμεν· οἱ πατέρες ἡμῶν ἀνήγγειλαν ἡμῖν ἔργον ὃ εἰργάσω ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν, ἐν ἡμέραις ἀρχαίαις. » Ἀλλὰ νῦν γε οὐκέτ' ἀκοαῖς οὐδὲ λόγων φήμαις τὸν βραγίονα τὸν ὑψηλὸν, τήν τε οὐράνιον δεξιὰν τοῦ παναγάθου καὶ παμβασιλέως ἡμῶν Θεοῦ παραλαμβάνουσιν, ἔργοις δ', ὡς ἔπος εἰπεῖν, καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ πάλαι μνήμῃ παραδεδομένα πιστὰ καὶ ἀληθῆ καθορωμένοις, δεύτερον ὕμνον ἐπινίκιον πάρεστιν ἀναμέλπειν, ἐναργῶς τε ἀναφωνεῖν καὶ λέγειν· « Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως καὶ εἴδομεν, ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Ποίᾳ δὲ πόλει, ἢ τῇδε τῇ νεοπαγεῖ καὶ θεοτεύκτῳ; ἥτις ἐστὶν Ἐκκλησία Θεοῦ ζῶντος, στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας· περὶ ἧς καὶ ἄλλο τι θεῖον λόγιον ὧδέ πως εὐαγγελίζεται· « Δεδοξασμένα ἐλαλήθη περὶ σοῦ, ἡ πόλις τοῦ Θεοῦ· » ἐφ' ἣν τοῦ παναγάθου συγκροτήσαντος ἡμᾶς Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ Μονογενοῦς αὐτοῦ χάριτος, τῶν ἀνακεκλημένων ἕκαστος ὑμνείτω μονονουχὶ βοῶν καὶ λέγων· « Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, εἰς οἶκον Κυρίου πορευσόμεθα. » Καί· « Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου. » Καὶ μὴ μόνον γε ὁ καθεῖς (97),

† *Oratio panegyrica de ædificatione ecclesiarum, Paulino Tyriorum episcopo dicta.*

Amici et sacerdotes Dei, qui sacra tunica talari induti, et cœlesti gloriæ corona decorati, divinaque unctione delibuti, et sacerdotali sancti Spiritus veste amicti estis; tuque o novi ac sancti Dei templi decus eximium, qui senili quidem prudentia a Deo decoratus es, juvenilis autem ac vividæ virtutis præclara facinora edidisti; cui ipse universum mundum continens Deus, hanc in terris domum Christo unico ac primogenito suo Verbo, sanctæque ac divinæ ejus sponsæ construere ac renovare, eximia quadam prærogativa concessit; **372** seu quis te novum Beseleelem divini architectum tabernaculi vocare voluerit; seu Salomonem, novæ ac multo præstantioris Jerusalem regem: seu denique novum Zorobabel; quippe qui templo Dei longe majorem quam antea splendorem adjeceris. Vos quoque o grex Christi sacer, optimorum sermonum domicilium, modestiæ schola, grave ac religiosum pietatis auditorium; jamdudum quidem nos qui stupenda Dei prodigia, et admirabilem Domini erga homines beneficentiam ex divinis sacræ Scripturæ lectionibus frequenter audiebamus, hymnos et cantica in Dei laudem concinere assuefacti, his verbis uti poteramus: « Deus, auribus nostris audivimus: patres nostri annuntiaverunt nobis opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis [63]. » Nunc vero cum non auditu solo, nec verbis ac fama tenus, Dei optimi maximi regis nostri brachium excelsum et cœlestem dextram percipiamus; sed reipsa nostrisque, ut ita dicam, oculis, eorum quæ olim scriptis prodita sunt fidem ac veritatem cernamus, alterum nobis triumphalem hymnum canere atque in hæc verba diserte exclamare licet: « Sicut audivimus, sic et vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri [64]. » Quænam vero illa civitas est, nisi hæc recens structa et a Deo condita: Ecclesia scilicet Dei vivi, columna et firmamentum veritatis. De qua et aliud quoddam Dei oraculum ita pronuntiat: « Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei [65]. » In quam cum Deus optimus maximus gratia ac beneficio unigeniti Filii sui nos congregaverit, unusquisque eorum qui convocati sunt canat atque exclamet his verbis: « Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus [66]. » Et rursus: « Domine, dilexi decorem domus tuæ, et locum habitationis

[63] Psal. XLIII, 2. [64] Psal. XLVII, 9. [65] Psal. LXXXVI, 3. [66] Psal. CXXI, 1.

ad immortalitatem una cum eo excitaremur ex morte. » Ferrandus diaconus in epistola ad Fulgentium *De baptismo Æthiopis*: « Hora exoptata cunctis advenerat, in qua populus acquisitionis, Redemptori suo per baptismum consepultus, vitam veterem poneret et novam resurrectionis fidem innovatus assumeret. »

(95) *Γέρας ἐξαίρετον δεδώρηται.* Christophorsonus hæc verba ita accepit, quasi sensus sit ædem illam a Paulino fabricatam esse γέρας ἐξαίρετον τῷ Χριστῷ καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ. Ego vero alium horum verborum sensum esse existimo; Deum scilicet hanc eximiam prærogativam Paulino concessisse, ut ædem in terris Christo et Ecclesiæ fabricaret ac renovaret. Eumdem quoque sensum secutus est Musculus.

(96) *Θεοσεβὲς ἀκροατήριον.* Non dubito quin Eusebius scripserit θεοπρεπές. Ineptum enim esset dicere, θεοσεβείας θεοσεβὲς ἀκροατήριον.

(97) *Ὁ καθεῖς.* Barbara vox pro εἷς ἕκαστος. Quod cum non animadvertisset Musculus, ineptissime vertit « qui sedet. »

Digitized by Google

B μένος αὐτῆς καὶ δεσπότου ἅπαξ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς θάνατον καταδεξαμένου, καὶ μετὰ τὸ πάθος, ὃ χάριν αὐτῆς ῥυπoῦν ἐνεδύσατο σῶμα, ἐπὶ τὸ λαμπρὸν καὶ ἔνδοξον μεταβεβληκότος, αὐτήν τε σάρκα τὴν λυθεῖσαν, ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀγαγόντος, καὶ τήνδε ὁμοίως τῶν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομιῶν (29) ἐπαύρασθαι· ὅτι δὴ καὶ τούτων πολὺ κρείττονα (30) λαβοῦσα παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν πολὺ μείζονα δόξαν τῆς παλιγγενεσίας, ἐν ἀφθάρτου σώματος ἀναστάσει, μετὰ φωτὸς ἀγγέλων χορείας, ἐν τοῖς οὐρανῶν ἐπ-
C έκεινα τοῦ Θεοῦ βασιλείοις, σὺν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ πανευεργέτῃ καὶ Σωτῆρι διαρκῶς ἐπὶ τοὺς ἑξῆς αἰῶνας ἀπολαβεῖν ποθεῖ. Ἀλλὰ γὰρ τέως ἐπὶ τοῦ παρόντος, τούτοις ἡ πάλαι χήρα καὶ ἔρημος Θεοῦ χάριτι περιδληθεῖσα τοῖς ἄνθεσι, γέγονεν ἀληθῶς ὡς κρίνον, ᾗ φησιν ἡ προφητεία. Καὶ τὴν νυμφικὴν ἀναλαβοῦσα στολὴν, τόν τε τῆς εὐπρεπείας περιθεμένη στέφανον, οἷα χορεύειν διὰ Ἡσαΐου παιδεύεται, τὰ χαριστήρια τῷ βασιλεῖ Θεῷ φωναῖς εὐφήμοις γεραίρουσα, αὐτῆς λεγούσης ἐπακούσωμεν· « Ἀγαλλιάσθω

Mazarinus, in quo ita diserte scriptum inveni. Sed major difficultas est, cuinam generi hominum hæc βάθρα, seu subsellia, parata fuerint. Leo quidem Allatius in epistola II *De templis Græcorum*, hæc subsellia ad communem usum laicorum disposita fuisse existimavit, quod confirmare videtur Clemens in *Constitutionibus apostolicis* lib. II, cap. 57. Verum Eusebius ipse aliud innuit. Infra enim totam hujus ecclesiæ fabricam allegorice exponens, thronis quidem designari scribit episcopos ac presbyteros: subselliis vero, diaconos et reliquos Ecclesiæ ministros. Quare hæc subsellia, ministris potius Ecclesiæ quam laicis parata fuisse videntur. Certe laici sedendi in ecclesia potestatem non habebant, ut docet Optatus in l. IV. Quod quidem ita intelligendum est, ut in conventu ecclesiastico, dum divinum celebratur officium, sedere non licuerit laicis. Peracto autem officio sedere ipsis licebat, ut docet Athanasius in epistola ad solitarios: Ἤδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ πλεῖστοι τοῦ λαοῦ γενομένης ἀπολύσεως ἐξελθόντες. Et paulo post, ἄρτι γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὀλίγαι καθεζόμεναι.

(28) *Καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον οἶκον εἰσβολαῖς ἡνωμένους.* Christophorsonus vertit: «Atque adeo ad fenestras inferioris templi affixit.» Quod quid sibi velit, equidem nescio. Neque enim intelligo, quomodo exhedræ fenestris affigi possint. Existimavit scilicet Christophorsonus, εἰσβολὰς fenestras significare. Eusebius quidem paulo supra de fenestris loquens per quas lumen in porticus infundebatur, ea voce usus est, ἄνωθεν ἐπὶ ταύταις ἄλλῳ πλείονι φωτὶ διαφόρους τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολὰς ἐπενόει. Ubi Christophorsonus « fenestras » vertit. Verum hoc in loco εἰσβολαὶ simpliciter et sine adjectione ulla positæ, fenestras significare non possunt. Aut igitur portas designat ipsius basilicæ, quas etiam παρόδους supra vocavit; aut ambulationes quasdam per quas aditus patebat in basilicam; quas transennas vocat Paulinus in epist. 12. Malim
D tamen portas intelligere. Porro per œcos illos et exhedras, intelligit Eusebius baptisterium, secretarium, salutatorium; quæ conjuncta erant basilicæ.

(29) *Τῶν τοῦ Σωτῆρος οἰκονομιῶν.* In animadversionibus ad librum primum Eusebii, observavimus οἰκονομίαν non de sola incarnatione Christi dici; sed quæcunque Christus in carne gessit ad salutem generis humani, ea generaliter οἰκονομίαν vocari. Quod quidem pluribus exemplis illic allatis confirmavimus. Sed et hic locus id ipsum aperte demonstrat, in quo οἰκονομίας pluraliter appellat Eusebius, non mortem solum, sed etiam resurrectionem Christi.

(30) *Τούτων πολὺ κρείττονα.* In codd. Medicæo et Mazarino scribitur κρεῖττον. Sic etiam prius scriptum fuerat in Fuk. Forte κρειττόνων legendum est.

Digitized by Google

ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης· περιέθηκέ μοι ὡς νυμφίῳ μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ, καὶ ὡς γῆν αὔξουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς· καὶ ὡς κῆπος τὰ σπέρματα αὐτοῦ ἀνατελεῖ, οὕτως Κύριος ἀνέτειλε δικαιοσύνην καὶ ἀγαλλίαμα ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν. » Τούτοις μὲν οὖν αὕτη χορεύει· οἷσι δὲ καὶ ὁ νυμφίος Λόγος ὁ οὐράνιος αὐτὸς Ἰησοῦς Χριστὸς αὐτὴν ἀμείβεται, ἄκουε λέγοντος τοῦ Κυρίου· « Μὴ φοβοῦ ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ ἐντραπῇς ὅτι ὠνειδίσθης· ὅτι αἰσχύνην αἰώνιον ἐπιλήσῃ, καὶ ὄνειδος τῆς χηρείας σου οὐ μὴ μνησθήσῃ. Οὐχ ὡς γυναῖκα ἐγκαταλελειμμένην καὶ ὀλιγόψυχον κέκληκέ σε Κύριος, οὐδ' ὡς γυναῖκα ἐκ νεότητος μεμισημένην. Εἶπεν ὁ Θεός σου· Χρόνον μικρὸν ἐγκατέλιπόν σε, καὶ ἐν ἐλέῳ μεγάλῳ ἐλεήσω σε· ἐν θυμῷ μικρῷ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ ἐλεήσω σε, εἶπεν ὁ ῥυσάμενός σε Κύριος. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἡ πιοῦσα ἐκ χειρὸς Κυρίου τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ· ποτήριον γὰρ τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ μου, ἐξέπιες καὶ ἐξεκένωσας. Καὶ οὐκ ἦν ὁ παρακαλῶν σε ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων σου, ὧν ἔτεκες, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντιλαμβανόμενος τῆς χειρός σου. Ἰδοὺ εἴληφα ἐκ τῆς χειρός σου τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ οὐ προσθήσεις ἔτι πιεῖν αὐτό· καὶ δώσω αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀδικησάντων σε καὶ ταπεινωσάντων σε. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἔνδυσαι τὴν ἰσχύν, ἔνδυσαι τὴν δόξαν σου. Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν καὶ ἀνάστηθι. Κάθισον, ἔκλυσαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου σου· ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου· ἰδοὺ συνήχθησαν καὶ ἦλθον πρὸς σέ· ζῶ ἐγώ, λέγει Κύριος· ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ καὶ περιθήσῃ αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφης· ὅτι τὰ ἔρημά σου καὶ τὰ διεφθαρμένα καὶ τὰ καταπεπτωκότα, νῦν στενοχωρήσει ἀπὸ τῶν κατοικούντων σε· καὶ μακρυνθήσονται ἀπὸ σοῦ οἱ καταπίνοντές σε. Ἐροῦσι γὰρ εἰς τὰ ὦτά σου οἱ υἱοί σου οὓς ἀπολώλεκας· Στενός μοι ὁ τόπος· ποίησόν μοι τόπον ἵνα κατοικήσω· καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· Τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; ἐγὼ δὲ ἄτεκνος καὶ χήρα· τούτους δὲ τίς ἐξέθρεψέ μοι; ἐγὼ δὲ κατελείφθην μόνη. Οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν; » Ταῦτα Ἡσαΐας προεθέσπισε, ταῦτα πρόπαλαι περὶ ἡμῶν ἐν ἱεραῖς Βίβλοις καταβέβλητο. Ἐχρῆν δέ που τούτων τὴν ἀψεύδειαν ἤδη ποτὲ ἔργοις παραλαβεῖν. Ἀλλὰ γὰρ τοιαῦτα τοῦ νυμφίου Λόγου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νύμφην τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν Ἐκκλησίαν ἐπιφωνοῦντος, εἰκότως ὁ νυμφοστόλος ὅδε (31), αὐτὴν τὴν ἔρημον, τὴν πτῶμα κειμένην, τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀνέλπιδα, ταῖς κοιναῖς ἁπάντων ὑμῶν εὐχαῖς, χεῖρας τὰς ὑμῶν αὐτῶν ὀρέξας, ἐξήγειρε καὶ ἐξανέστησε, Θεοῦ τοῦ παμβασιλέως νεύματι, καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἐπιφανείᾳ, τοιαύτην τε ἀναστήσας κατεστήσατο, οἵαν ἐκ τῆς τῶν ἱερῶν χρησμῶν καταγραφῆς

guels cancellis munivit, minutissimo opere ad summum artis fastigium elaboratis, adeo ut admirabile intuentibus spectaculum exhibeant. Quin etiam ne ipsum quidem solum negligendum putavit. Quod cum mirum in modum marmore exornasset, inde ad ea quæ extra templum posita sunt conversus, exhedras et œcos amplissimos utrinque summa cum peritia fabricavit, qui sibi invicem ad latera ipsius basilicæ conjunguntur, portisque quibus in medium templum intratur, connexi sunt. Quas quidem ædes in gratiam **382** eorum qui expiatione et purgatione per aquam et Spiritum sanctum opus habent, Salomon noster vere pacificus templi hujus conditor exstruxit. Adeo ut cœlestis illa prædictio cujus supra memini, non amplius nudis in verbis subsistat, sed opere ipso impleta cernatur. Facta est enim nunc revera gloria domus hujus posterior supra priorem. Nam cum Pastor ejus ac Dominus, pro salute illius semel mortem perpessus, post passionem corpus quod ipsius gratia sordidum induerat, in splendidum et gloriosum transmutasset, et carnem jam tabescentem ex corruptione ad immortalitatem traduxisset, consentaneum erat ut hæc quoque Servatoris dispensationibus similiter frueretur. Quippe quæ multo potioribus ab ipso promissis acceptis, longe majorem regenerationis gloriam in corporis incorruptibilis resurrectione, cum cœlestibus angelorum choris, in ipsa Dei regia ultra cœlos posita, una cum ipso omnium beneficiorum auctore ac Servatore Jesu Christo in perpetuum deinceps percipere desiderat. Interim tamen in præsenti sæculo hæc olim vidua ac deserta, hisce per Dei gratiam ornata floribus, facta est revera ut lilium, quemadmodum propheta dixit. Qualiter vero sponsali veste induta, coronaque decoris redimita, ab Isaia saltare doceatur, et faustis vocibus Deo gratias cum veneratione canere, ipsius verbis audiamus : « Exsultet anima mea in Domino. Induit enim me vestimento salutis, et tunica lætitiæ circumdedit me. Quasi sponso coronam circumposuit mihi, et quasi sponsam ornavit me muliebri mundo. Et sicut terra quæ auget florem suum, et sicut hortus germinat semina sua; sic Dominus germinabit justitiam et exultationem coram universis gentibus [91]. » Et hæc quidem canens illa tripudiat. Quibus autem verbis sponsus cœlestis, ipse scilicet Jesus Christus qui est Verbum Patris, illi vicissim respondeat, audi Dominum dicentem : « Noli timere eo quod ignominia affecta fueris : nec reverearis eo quod opprobria passa sis. Quoniam perpetuæ ignominiæ oblivisceris, et probri viduitatis tuæ non recordaberis, non ut mulierem desertam et pusillanimem vocavit te Dominus, neque ut mulierem ab adolescentia odio habitam. Dixit

[91] Isa. LXI, 10, 11.

(31) *Ὁ νυμφοστόλος ὅδε.* Recte Christophorsonus « sponsæ exornatorem » vertit, hinc νυμφοστολίαι apud Basilium Seleucensem in libro I *De vita Theclæ*, pag. 10 editionis Antwerpiensis, et νυμφοστολισθῆναι apud eumdem, p. 40; Musculus tamen « paranymphum » vertit, non male.

Digitized by Google

Deus tuus : Modico tempore dereliqui te ; et **383** in misericordia magna miserebor tui. In ira levi averti faciem meam abs te ; et in misericordia æterna miserebor tui, dixit Redemptor Dominus [33] : Exsurge, exsurge, quæ bibisti de manu Domini calicem furoris ejus. Calicem enim ruinæ, poculum furoris mei ebibisti atque exhausisti : et non erat qui consolaretur te in omnibus filiis tuis quos genuisti : nec erat qui apprehenderet manum tuam. Ecce tuli de manu tua calicem ruinæ, poculum furoris mei. Nec adjicies ultra ut bibas illum : Et dabo illum in manus eorum qui te injustitia affecerunt ac depresserunt. Exsurge, exsurge, indue fortitudinem, indue gloriam tuam. Excute pulverem et surge. Sede, solve vinculum colli tui [34]. Attolle circumquaque oculos tuos, et vide congregatos filios tuos. Ecce congregati sunt et venerunt ad te. Vivo ego, dicit Dominus : quia omnibus his velut ornamento vestieris, et circumdabis tibi eos quasi ornatum sponsa. Quia deserta tua et quæ corrupta erant ac prolapsa, nunc angusta erunt incolis tuis ; et longe fient abs te qui devorabant te. Dicent enim in aures tuas filii tui quos perdidisti : Angustus est mihi locus ; facito mihi locum ut inhabitem. Et dices in corde tuo : Quis istos genuit mihi ? Ego orba et vidua. Hos autem quis educavit mihi ? Ego derelicta sum sola : Hi vero ubinam erant mihi ? » Hæc Isaias vaticinatus est [35] : hæc in sacris Voluminibus de nobis multo ante præscripta erant. Cæterum oportebat ut horum verborum veritatem rebus ipsis completam tandem acciperemus. Quoniam igitur sponsus Verbum Dei hæc sponsæ suæ, sacrosanctæ scilicet Ecclesiæ, prolocutus fuerat, recte atque ordine noster iste sponsæ vestitor, hanc desertam et vacuam, et tanquam cadaver humi jacentem, omnique humana spe destitutam, communibus omnium vestrum precibus, manus ei vestras porrigens, Dei summi omnium Regis nutu, et præsenti Jesu Christi potentia erexit atque excitavit. Excitatam vero ad eum modum constituit ac disposuit, quem ex sacrorum oraculorum descriptione didicerat. Est quidem hoc opus miraculum, et omni admiratione majus, iis præsertim qui ad solam rerum exteriorum speciem attendunt. Omnibus vero miraculis mirabiliora **384** sunt archetypa, et primitivæ eorum imagines, spiritalia Deoque digna

A ἐδιδάσκετο. Θαῦμα μὲν οὖν μέγιστον τοῦτο καὶ πέρα πάσης ἐκπλήξεως, μάλιστα τοῖς ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν ἔξωθεν φαντασίᾳ τὸν νοῦν προσανέχουσι. Θαυμάτων δὲ θαυμασιώτερα τά τε ἀρχέτυπα, καὶ τούτων τὰ πρωτότυπα νοητὰ καὶ θεοπρεπῆ παραδείγματα, τῆς ἐνθέου φημὶ καὶ λογικῆς ἐν ψυχαῖς οἰκοδομῆς ἀνανεώματα· ἣν αὐτὸς ὁ Θεόπαις κατ' εἰκόνα τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δημιουργήσας, πάντῃ τε καὶ κατὰ πάντα τὸ θεοείκελον δεδωρημένος, ἄφθαρτον φύσιν, ἀσώματον, λογικὴν, πάσης γεώδους ὕλης ἀλλοτρίαν, αὐτονοερὰν οὐσίαν (32), ἅπαξ τὸ πρῶτον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι συστησάμενος, νύμφην ἁγίαν, καὶ νεὼν πανέρον, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ Πατρὶ κατειργάσατο. Ὅ καὶ σαφῶς αὐτὸς ὁμολογῶν ἐκφαίνει, λέγων· « Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, B καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός. » Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ τελεία καὶ κεκαθαρμένη ψυχὴ, ἀρχῆθεν οὕτω γεγενημένη, οἷα τὸν οὐράνιον λόγον ἀγαλματοφορεῖν. Ἀλλὰ γὰρ φθόνῳ καὶ ζήλῳ τοῦ φιλοπονήρου δαίμονος, φιλοπαθὴς καὶ φιλοπόνηρος ἐξ αὐτεξουσίου αἱρέσεως γενομένη, ὑπαναχωρήσαντος αὐτῆς τοῦ Θείου, ὡς ἂν ἔρημος προστάτου, εὐάλωτος καὶ εἰς ἐπιβουλὴν εὐχερὴς τοῖς ἐκ μακροῦ διαφθονουμένοις ἀπελήλεγκται (33), ταῖς τε τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν καὶ νοητῶν πολεμίων ἐλεπόλεσι καὶ μηχαναῖς καταβληθεῖσα. πτῶμα ἐξαίσιον καταπέπτωκεν, εἰς ὅσον οὐδ' ἐπὶ λίθῳ λίθον τῆς ἀρετῆς ἑστῶτα ἐν αὐτῇ διαμεῖναι, ὅλην δὲ διόλου χαμαὶ κεῖσθαι νεκράν, τῶν περὶ Θεοῦ φυσικῶν ἐννοιῶν πάμπαν ἀπεστερημένην. Πεπτωκυῖαν δὴ ταύτην ἐκείνην τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ κατασκευασθεῖσαν, ἐλυμήνατο οὐχ ὗς οὗτος ὁ ἐκ δρυμοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν ὁρατοῦ, C ἀλλά τις φθοροποιὸς δαίμων, καὶ θῆρες ἄγριοι νοητοί· οἳ καὶ τοῖς πάθεσιν οἷα πεπυραχτωμένοις τῆς σφῶν κακίας βέλεσιν (34) αὐτὴν ἐξυφάψαντες, ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ θεῖον ὄντως ἁγιαστήριον τοῦ Θεοῦ, εἰς τὴν γῆν τε ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· εἶτα πολλῷ τῷ προσχώματι τὴν ἀθλίαν κατορύξαντες, εἰς ἀνέλπιστον πάσης περιέτρεψαν σωτηρίας. Ἀλλ' ὅγε κηδεμὼν αὐτῆς Λόγος, ὁ θεοφεγγὴς καὶ σωτήριος, τὴν κατ' ἀξίαν δίκην τῶν ἁμαρτημάτων ὑποσχοῦσαν, αὖθις ἐξυπαρχῆς ἀνελάμβανε, Πατρὸς παναγάθου φιλανθρωπίᾳ πειθόμενος. Αὐτὰς δὴ οὖν πρώτας τὰς τῶν ἀνωτάτω βασιλευόντων ψυχὰς προελόμενος, τῶν μὲν δυσσεβῶν καὶ ὀλεθρίων πάν- D των, αὐτῶν τε τῶν δεινῶν καὶ θεομισῶν τυράννων, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν δι' αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐκαθήρατο, εἶτα δὲ τοὺς αὐτῷ γνωρίμους ἄνδρας,

[33] Isa. LIV, 4-8. [34] Isa. LI, 17-23 ; LII, 1-2. [35] Isa. XLIX, 18-21.

(32) *Αὐτονοερὰν οὐσίαν.* Sic animam humanam vocat Eusebius, quod sit per se et natura sua intelligens. Sic philosophi νοερὰς οὐσίας vocant substantias spiritales, quas vulgo intelligentias vocamus. At Christophorsonus νοερὰν idem putavit esse ac νοητὴν, gravi errore. Sic enim vertit : « substantiam sola mentis intelligentiæ cognitam ei tribuens. » Atqui magnum discrimen est inter νοητὸν, id est, intelligibile, et νοερὸν, quod est intellectuale. Nam Chimæra verbi gratia, et hujusmodi intellectus figmenta, νοητὰ sunt, sed νοερὰ nequaquam. Eadem vox occurrit infra. Nebridius in epistola 71 ad Augustinum utrumque optime distinxit his verbis. Potest enim quemadmodum intellectualis animus ad intelligibilia sua videnda a sensu admonetur, etc.

(33) *Διαφθονουμένοις ἀπελήλεγκται.* Sic in codd. Medicæo et Maz. scribitur pro vulg. ἀπολέλειπται. Quod Rob. Stephanus adnotaverat. Eamdem quoque scripturam habet codex Fuk. et Savil.

(34) *Πεπυρακτωμένοις... βέλεσιν.* Intelligit malleolos, et hujusmodi incendiaria tela, ut loquitur Amm. Marcellinus. Alludit autem ad locum Pauli apostoli, qui Satanæ tribuit tela ardentia quibus homines oppugnat.

Digitized by Google

τοὺς πάλαι διὰ βίου ἱερωμένους αὐτῷ (35) κρύβδην γε μὴν ὡς ἐν κακῶν χειμῶνι πρὸς τῆς αὐτοῦ σκέπης καλυπτομένους, εἰς φανερὸν ἀγαγὼν, καὶ ταῖς τοῦ Πνεύματος μεγαλοδωρεαῖς ἐπαξίως τιμήσας· αὖθις καὶ διὰ τούτων τὰς μικρῷ πρόσθεν ἐῤῥυπωμένας ψυχὰς, ὕλης τε παντοίας καὶ χώματος τῶν ἀσεβῶν ἐπιταγμάτων συμπεφορημένας, δρυξι καὶ δικέλλαις ταῖς πληκτικαῖς τῶν μαθημάτων διδασκαλίαις, ἐξεκάθηρέ τε καὶ ἀπέσμηξε· λαμπρόν τε καὶ διαυγῆ τῆς πάντων ὑμῶν διανοίας τὸν χῶρον ἀπειργασμένος, ἐνταῦθα λοιπὸν τῷ πανσόφῳ καὶ θεοφιλεῖ τῷδε παραδέδωκεν ἡγεμόνι· ὃς τά τε ἄλλα κριτικὸς καὶ ἐπιλογιστικὸς τυγχάνων, τὴν τῶν αὐτῷ κεκληρωμένων ψυχῶν εὖ διαγινώσκων καὶ φυλοκρινῶν (36) διάνοιαν, ἐκ πρώτης, ὡς εἰπεῖν, ἡμέρας οἰκοδομῶν, οὕπω καὶ εἰς δεῦρο πέπαυται, τοτὲ μὲν διαυγῆ τὸν χρυσὸν, τοτὲ δὲ δόκιμον καὶ καθαρὸν τὸ ἀργύριον, καὶ τοὺς τιμίους καὶ πολυτελεῖς λίθους ἐν πᾶσιν ὑμῖν ἁρμόττων, ὡς ἱερὰν αὖθις καὶ μυστικὴν ἔργοις τοῖς εἰς ὑμᾶς ἀποπληροῦν προφητείαν, δι' ἧς εἴρηται· « Ἰδοὺ ἐγὼ ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τὰ θεμέλιά σου σάπφειρον, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας σου λίθους κρυστάλλου, καὶ τὸν περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου διδακτοὺς Θεοῦ, καὶ ἐν πολλῇ εἰρήνῃ τὰ τέκνα σου· καὶ ἐν δικαιοσύνῃ οἰκοδομηθήσῃ. » Δικαιοσύνῃ ὄντα οἰκοδομῶν κατ' ἀξίαν τοῦ παντὸς λαοῦ διῆρει τὰς δυνάμεις, οἷς μὲν τὸν ἔξωθεν αὐτὸν μόνον περιφράττων περίβολον, τὴν ἁπλανῆ πίστιν περιτειχίσας (πολὺς δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ μέγας λεὼς, οὐδὲν κρεῖττον φέρειν οἰκοδόμημα διαρκῶν), οἷς δὲ τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον ἐπιτρέπων εἰσόδους, θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας (37) κατατάττων, οὐκ ἀπεικότως τοῦ νεὼ πρόπυλα νενομισμένους· ἄλλους δὲ πρώτοις τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλὴν (38) ἐκ τετραγώνου κίοσιν

[A] exemplaria: instaurationes divini illius et rationalis in animabus nostris ædificii. Quod quidem ædificium cum ipse Dei Filius ad imaginem suam condidisset, atque in omnibus Dei similitudinem præferre voluisset, incorruptibilem ei naturam et incorpoream atque ab omni terrena materia segregatam largitus, rationalem quoque substantiam et prorsus intellectualem ei tribuens; posteaquam semel ex nihilo primum eam creavit, sponsam sanctam et sacrum templum sibi ac Patri suo constituit. Idque ipsemet diserte fatetur his verbis: « Inhabitabo in illis et inambulabo; et ero illorum Deus, et ipsi erunt populus meus [36]. » Ac talis quidem est anima perfecta atque purgata, quæ ab initio sic condita fuit, ut cœlestis sponsi imaginem [B] gestaret. Sed postquam per invidiam et æmulationem nequissimi dæmonis, passiones ac vitia sua sponte sectari et adamare cœpit; Deo mox ab illa se subducente, tanquam patrono destituta, captu facilis, et insidiis eorum qui jampridem ipsius gloriæ invidebant remansit obnoxia. Hostium itaque invisibilium et spiritalium adversariorum testudinibus et machinis subversa, adeo immani ruina concidit, ut nullus in ea virtutum lapis alteri cohærens lapidi remanserit: sed tota penitus prostrata, Deique notionibus a natura insitis spoliata, quasi mortua humi jacuerit. Collapsam porro illam, quæ ad imaginem Dei condita fuerat, vastavit non aper ille de silva, qualem oculis cernimus, sed exitiosus quidam dæmon, et feræ bestiæ quæ sola [C] intelligentia comprehenduntur. Quæ cum eam pravis affectibus tanquam ardentibus malitiæ suæ telis inflammassent, incenderunt igne vere divinum sanctuarium Dei; et in terra profanaverunt tabernaculum nominis ejus. Posthæc aggesta humo pluri-

[36] Levit. XXVI, 12.

(35) *Διὰ βίου ἱερωμένους αὐτῷ.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, qui διὰ βίου interpretati sunt « per vitæ sanctimoniam consecratos. » Duo fuerunt genera sacerdotum: alii annui, ut apud Judæos sub principibus Romanis obtinuit, et apud gentiles fere omnes. Alii erant perpetui, quos διὰ βίου vocabant. Vetus inscriptio apud Gruterum pag. 313, *Δημήτριον Ἑρμοπολείτην ἀρχιερέα τοῦ σύμπαντος ξύστου διὰ βίου.* Et in vetere nummo Perperenorum, quem edidit Jac. Sirmondus in « Antitristano » secundo, *ἱερεὺς διὰ βίου.* Sic igitur Eusebius sacerdotes Christianorum vocat ἱερωμένους διὰ βίου, eo quod illorum sacerdotium non annuum sit, sed perpetuum instar sacerdotii Christi, qui sacerdos est in æternum secundum ordinem Melchisedech; ut ait propheta. Certe ἱερωμένοι sacerdotes sunt apud Eusebium in capite 5 hujus libri ἱερουργίαι τε τῶν ἱερωμένων. — *Διὰ βίου*, perpetuum sacerdotium verti, secutus Velleium Paterculum, qui « perpetuos archontas » interpretatus est, quos Athenienses vocabant ἄρχοντας διὰ βίου, ad differentiam decennalium, et annuorum magistratuum. Sic in *Gestis purgationis Cæciliani* Munatius Felix dicitur flamen perpetuus, et apud Augustinum in libro III *Contra Cresconium*, capite 29. Ex quo corrigenda est epistola 165 ejusdem Augustini, ubi legitur: « Recita illa gesta apud Numacium Felicem, Flavium procuratorem tunc ejusdem civitatis vestræ. » Scribe « Munatium Felicem flaminem perpetuum, curatorem tunc ejusdem civitatis vestræ. » Error natus est ex scribendi compendio. Sic enim scriptum erat FL. PP., ut legitur in *Gestis purgationis Cæciliani.* Quibus notis flamen perpetuus designatur, ut tradit Magno in libro De notis. Eorum mentio fit in lege 2 cod. Theodos., quemadmodum munera civilia indicantur: « Sacerdotales et flamines perpetuos atque etiam duumvirales ab annonarum præposituris inferioribusque muneribus immunes esse præcipimus. »

(36) *Καὶ φυλοκρινῶν.* Ita scribendum est, ut habet vetustissimus codex Maz. Id est singulis [D] suum locum ac ordinem attribuens. Vide quæ sequuntur infra. Si quis tamen vulgatam lectionem φιλοκρινῶν retinere maluerit, non valde repugnabo. Nam et φιλοκρινεῖν est διαιρεῖν teste Hesychio.

(37) *Θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας.* Intelligit Eusebius hypodiaconos, qui portas ecclesiæ servabant, et intrantes singulos ad sua loca deducebant: catechumenos videlicet ac pœnitentes, et energumenos ad narthecem seu catechumenium: fideles vero in chorum seu basilicam. Vide canonem 22 concilii Laodiceni, et quæ ad illum notarunt Zonaras et Balsamo.

(38) *Τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλήν.* Paulo ante observavimus locum illum patentem et apertum, qui medius erat inter vestibulum ac templum, a Latinis dictum esse atrium. Græci eumdem locum αὐλὴν vocabant, quæ vox non semel occurrit in Evangelio, ubi vetus interpres semper atrium vertit.

Digitized by Google

ma eam obruentes, omnem prorsus spem salutis illi ademerunt. Verum divinum et salutare Verbum curam illius gerens, postquam debitas scelerum pœnas eam persolvisse sensit, optimi Patris clementiæ obsecundans, denuo eam restituit. Ac primum quidem cum summorum orbis Romani imperatorum animos sibi adjunxisset, universum orbem terrarum omnibus impiis et exitiosis hominibus, ipsisque adeo **385** crudelibus Deoque invisis tyrannis, eorum quos dixi, Deo charissimorum principum opera repurgavit. Deinde viros probe sibi cognitos, et jampridem perpetuo sacerdotio sibi consecratos, qui tamen occulte, utpote sæviente persecutionum procella, ab ipso protegebantur, in lucem produxit, et sancti Spiritus magnificentissimis donis, ut decebat, ornavit; perque hos animas paulo ante inquinatas, omnique colluvie et impiarum jussionum acervis adobrutas, rursus objurgatoriis divinorum præceptorum prædicationibus tanquam sarculis et ligonibus purgavit atque abstersit. Cumque mentium vestrarum locum purum ac nitidum reddidisset, huic sapientissimo posthæc Deique amantissimo præsidi eum tradidit. Qui cum in aliis rebus singulari judicio et ratiocinandi solertia præditus, tum in animarum quarum curam sortitus est, cogitationibus dignoscendis ac discernendis perspicacissimus, ab initio fere ad hunc usque diem ædificare non destitit: nunc autem splendidissimum, nunc purum ac probum argentum, nunc pretiosissimos lapides in unoquoque

A ὑπεστήριζε, ταῖς πρώταις τῶν τεττάρων Εὐαγγελίων τοῦ γράμματος προβολαῖς (39) ἐμβιβάζων. Τοὺς δ' ἤδη ἀμφὶ τὸν βασίλειον οἶκον προβολαῖς ἐκατέρωθεν (40) παραζεύγνυσιν, ἔτι μὲν κατηχουμένους, καὶ ἐν αὐλῇ καὶ προκοπῇ καθεστῶτας, οὐ μὴν πόῤῥω που καὶ μακρὰν τῆς τῶν ἐνδοτάτω θεοπτίας τῶν πιστῶν (41) διεζευγμένους. Ἐκ δὴ τούτων τὰς ἀκηράτους ψυχὰς θείῳ λουτρῷ χρυσοῦ δίκην ἀποσμηχθείσας παραλαβὼν, κάνταῦθα τοὺς μὲν κίοσι τῶν ἐξωτάτω πολὺ κρείττοσιν, ἐκ τῶν ἐνδοτάτω μυστικῶν τῆς Γραφῆς δογμάτων ὑποστηρίζει, τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμασι καταυγάζει· προπύλῳ μὲν ἑνὶ μεγίστῳ τῆς τοῦ παμβασιλέως ἑνὸς καὶ μόνου Θεοῦ δοξολογίας, τὸν πάντα νεὼν κατακοσμῶν, Χριστοῦ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος παρ' ἑκάτερα τῆς

B τοῦ Πατρὸς αὐθεντείας, τὰς δευτέρας αὐγὰς τοῦ φωτὸς (42) παρασχόμενος, τῶν τε λοιπῶν διὰ τοῦ παντὸς οἴκου ἄφθονον καὶ πολὺ διάφορον τῆς καθέκαστον ἀληθείας τὸ σαφὲς καὶ φωτεινὸν ἐνδεικνύμενος, πάντη δὲ καὶ πανταχόθεν τοὺς ζῶντας καὶ βεβηκότας καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους ἐγκρίνας, τὸν μέγαν καὶ βασιλικὸν ἐξ ἁπάντων οἶκον ἐπισκευάζεται, λαμπρὸν καὶ φωτὸς ἔμπλεω τά τε ἔνδοθεν (43) καὶ τὰ ἐκτὸς (44), ὅτι μὴ ψυχῇ μόνον καὶ διανοίᾳ (45), καὶ τὸ σῶμα δὲ αὐτοῖς ἁγνείας καὶ σωφροσύνης πολυανθεῖ κόσμῳ κατηγλάϊστο. Ἔνεισι δ' ἐν τῷδε τῷ ἱερῷ καὶ θρόνοι, βάθρα τε μυρία καὶ καθιστήριά· ἐν ὅσαις ψυχαῖς τὰ τοῦ θείου Πνεύματος ἐφιζάνει δωρήματα, οἷα καὶ πάλαι ὤφθη τοῖς ἀμφὶ τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους, οἷς ἐφάνησαν διαμε-

(39) *Τοῦ γράμματος προβολαῖς.* Hanc vocem Latine exprimere difficile est. Musculus quidem « propugnacula » vertit; Christophorsonus « repagulas. »Neutrum probo. Ego « obices » interpretatus sum.

(40) *Προβολαῖς ἐκατέρωθεν.* Delenda est vox προβολαῖς, quæ sensum turbat, et ex superiore linea perperam huc irrepsit. Quod miror ab interpretibus animadversum non fuisse.

(41) *Οὐ μὴν πόῤῥω που... τῆς θεοπτίας τῶν πιστῶν.* Intelligit eos qui a veteribus Christianis competentes vocabantur. Hi erant quasi quidam sacri baptismatis candidati. Tres igitur catechumenorum ordines hic distinguit Eusebius. Primi erant, qui Symbolum duntaxat, id est, Christianæ fidei rudimenta percipiebant; quos quidem exteriori ecclesiarum ambitui comparat. Secundi sunt quibus quatuor Evangeliorum brevis expositio tradebatur: eosque Eusebius comparat columnis, quæ circa atrium quadrangulari forma dispositæ sunt. Tertii sunt competentes, qui proxime ad fideles accedunt. Si quis tamen per primos illos qui ambitui ecclesiarum comparantur, laicorum promiscuam multitudinem intelligere malit: secundos vero qui columnis comparantur atrii, de illis accipiat, qui inter laicos cæteris eruditiores sunt, equidem non magnopere repugnabo.

(42) *Τὰς δευτέρας αὐγὰς τοῦ φωτός.* Ad hæc verba in margine codicis Maz. hoc scholion ascriptum est: Ἄνθρωπε, τί σοι τῶν μακρῶν τούτων καὶ πανηγυρικῶν λόγων ὄφελος; ἢ τί κέρδος σοι τοῦ παντὸς τοῦδε φιλοπονήματος καὶ συντάγματος, οὐχ ὁμότιμον, ὡς ὁρῶ, τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, οὔτε μὴν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον συνεισάγοντι· πανταχοῦ δὲ ἐπὶ τῶν λόγων τῷ Πατρὶ τὰ πρῶτα χαριζομένῳ, τῷ δὲ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι τὰς δευτέρας τοῦ φωτὸς αὐγὰς

C παρεχομένῳ; Καλὰ δὲ εἰπεῖν· ὧν μία φύσις, δύναμίς τε καὶ δόξα, καὶ ἓν ἕξαλμα τῆς λαμπρότητος· εἰκότως τοίνυν σὺ μὲν μετὰ τῶν σῶν δογμάτων καὶ πονημάτων ἐν Ἰγωνίᾳ που καὶ παραβύστῳ κατάκεισαι, λήθῃ παντελεῖ σχεδὸν καὶ βαθείᾳ σιγῇ καλυφθείς, ὁ τοιοῦτος δογματιστής· ἐν δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ λαμποὶ λαμπρῶς ἀναστρέφονται, καὶ φαίνουσιν ἡλίου φαιδρότερον, καὶ τὴν οἰκουμένην τῷ κλέει καὶ τοῖς λόγοις περιαυγάζουσιν, ὅτε μέγιστος πατὴρ Θεολόγος, καὶ οἱ μετ' ἐκείνου δογματισταὶ καὶ διδάσκαλοι. Ταῦτα ἐνταῦθα γράψαι δεῖν ᾠήθην, ἵνα οἱ ἀναγινώσκοντές σε μὴ συναρπάζωνται, ἀλλὰ γινώσκοντές σε, καταφρονῶσι καὶ σοῦ καὶ τῶν σοῦ λόγων, καὶ τῶν δογμάτων. In codice Medicæo brevius ascriptum est scholion his verbis: Καὶ τόδε βλάσφημον

(43) *Τά τε ἔνδοθεν.* Hunc locum ex codice Medi- D cæo, Fuketiano et Mazarino pristinæ sanitati restitui.

(44) *Ἔνδοθεν καὶ τὰ ἐκτός*, etc. Id est: «basilicam construxit splendidam ac luminis plenam, tam intus quam extra.»

(45) *Ὅτι μὴ ψυχῇ μόνον καὶ διανοίᾳ.* Est hic locus illustris de castitate et continentia clericorum, qui tamen hactenus in obscuro latuit ob pravam interpretum versionem. Sic enim vertit Musculus, cujus versionem secutus est Christophorsonus: « Interiora autem et exteriora, quoniam non anima modo et mente, sed et corpore constant, castitatis ac temperantiæ floridissimo ornatu illustravit. » Quæ tamen interpretatio ferri non potest. Causam autem erroris ipsis præbuit prava interpunctio, quæ in editione Rob. Stephani et in Regio codice habetur. Nam post vocem αὐτοῖς ascripta est virgula. Verum codex Med. et Maz. merito eam virgulam non agnoscunt.

Digitized by Google

ριζόμεναι γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός· ἐκάθισέ τε ἐφ' ἕνα ἕκαστον αὐτῶν. Ἀλλ' ἐν μὲν τῷ πάντων ἄρχοντι, ἴσως αὐτὸς ὅλος ἐγκάθηται Χριστὸς, ἐν δὲ τοῖς μετ' αὐτὸν δευτερεύουσιν (46), ἀναλόγως καθόσον ἕκαστος χωρεῖ Χριστοῦ δυνάμεως καὶ Πνεύματος ἁγίου μερισμούς. Βάθρα δ' ἂν εἶεν καὶ ἀγγέλων, καὶ αἱ τινῶν ψυχαὶ, τῶν εἰς παιδαγωγίαν καὶ φρουρὰν ἑκάστῳ παραδεδομένων. Σεμνὸν δὲ καὶ μέγα καὶ μονογενὲς θυσιαστήριον, ποῖον ἂν εἴη ἢ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἱερέως τῆς ψυχῆς τὸ εἰλικρινὲς καὶ ἁγίων Ἅγιον; ᾧ παρεστὼς ἐπὶ δεξιᾷ ὁ μέγας τῶν ὅλων ἀρχιερεὺς αὐτὸς Ἰησοῦς ὁ Μονογενὴς τοῦ Θεοῦ, τὸ παρὰ πάντων εὐῶδες θυμίαμα, καὶ τὰς δι' εὐχῶν ἐναίμους καὶ ἀΰλους θυσίας, φαιδρῷ τῷ βλέμματι καὶ ὑπτίαις ὑποδεχόμενος χερσὶ, τῷ κατ' οὐρανὸν Πατρὶ καὶ Θεῷ τῶν ὅλων παραπέμπεται, πρῶτος αὐτὸς προσκυνῶν, καὶ μόνος τῷ Πατρὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονέμων σέβας, εἶτα δὲ καὶ πᾶσιν ἡμῖν εὐμενῆ διαμένειν καὶ δεξιὸν εἰς ἀεὶ παραιτούμενος. Τοιοῦτος ὁ μέγας νεὼς, ὃν καθ' ὅλης τῆς ὑφ' ἥλιον οἰκουμένης ὁ μέγας τῶν ὅλων δημιουργὸς Λόγος συνεστήσατο, τῶν ἐπέκεινα οὐρανίων ἀφίδων πάλιν καὶ αὐτὸς νοερὰν ταύτην ἐπὶ γῆς εἰκόνα κατεργασάμενος, ὡς ἂν διὰ πάσης τῆς κτίσεως, τῶν τε ἐπὶ γῆς λογικῶν ζώων ὁ Πατὴρ αὐτῷ τιμῷτό τε καὶ σέβοιτο. Τὸν δὲ ὑπερουράνιον χῶρον (47) καὶ τὰ ἐκεῖσε τῶν τῇδε παραδείγματα, τήν τε ἄνω λεγομένην Ἱερουσαλὴμ καὶ τὸ Σιὼν ὄρος τὸ ἐπουράνιον, καὶ τὴν ὑπερκόσμιον πόλιν τοῦ ζῶντος Θεοῦ, ἐν ᾗ μυριάδες ἀγγέλων πανηγύρεις καὶ Ἐκκλησία πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων ἐν οὐρανοῖς, ταῖς ἀῤῥήτοις καὶ ἀνεπιλογίστοις ἡμῖν θεολογίαις, τὸν σφῶν ποιητὴν καὶ πανηγεμόνα τῶν ὅλων γεραίρουσιν, οὗ τίς θνητὸς οἷός τε κατ' ἀξίαν ὑμνῆσαι; Ὅ τι δὴ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, αὐτὰ δὴ ταῦτα ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν· ὧν ἤδη ἐν μέρει καταξιωθέντες ἄνδρες ἅμα παισὶ καὶ γυναιξὶ, μικροὶ καὶ μεγάλοι, πάντες ἀθρόως ἐν ἑνὶ πνεύματι καὶ μιᾷ ψυχῇ, μὴ διαλίπωμεν ἐξομολογούμενοι, καὶ τὸν τῶν τοσούτων ἡμῖν (48) ἀγαθῶν παραίτιον ἀνευφημοῦντες, « τὸν εὐίλατεύοντα πάσαις ταῖς ἀνομίαις ἡμῶν, τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους ἡμῶν, τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωὴν ἡμῶν, τὸν στεφανοῦντα ἡμᾶς ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς, τὸν ἐμπιμπλῶντα (49) ἐν ἀγαθοῖς τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν· ὅτι οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν, οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν· ὅτι καθ' ὅσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ'

A vestrum coagmentans; ut suis erga vos operibus sacram denuo et arcanam prædictionem adimpleat, quæ sic habet: « Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, et fundamenta tua sapphirum, et propugnacula tua jaspidem, et portas tuas lapides crystalli, et murum tuum lapides electos: et omnes filios tuos doctos a Deo, et in multa pace filios tuos; et in justitia ædificaberis [97]. « In justitia igitur ædificans, totius populi vires ac facultates congrua ratione distinxit; hos quidem exteriore duntaxat cingens muro, id est firma fide. Cujus generis infinita est multitudo, quæ præstantiorem structuram ferre non potest. Illis vero aditus in templum permittens; ad portas stare et intrantes deducere eos jubet: qui non absurde templi vestibulis comparantur. Alios primis columnis quæ B forinsecus circa atrium in quadranguli speciem dispositæ sunt suffulsit, intra primos litteralis quatuor Evangeliorum sensus obices eos inducens. Jam vero nonnullos circa regiam ædem utrinque lateribus applicat, qui adhuc quidem catechumeni sunt: et augmentum ac progressum faciunt, non tamen procul **386** absunt ab ipsa abditissimorum Dei mysteriorum inspectione qua fideles fruuntur. Ex horum numero eos quorum animæ immaculatæ sunt et divino lavacro instar auri purgatæ assumens: alios columnis quæ exterioribus illis longe præstantiores sunt, arcanis scilicet et intimis sacræ Scripturæ sententiis suffulcit. Alios vero fenestris ad lumen in ædes immittendum factis illustrat. Ac C universum quidem templum uno maximo vestibulo, unius scilicet Dei summi omnium regis adoratione exornavit. Christum vero et Spiritum sanctum utrinque ad latus paternæ auctoritatis, quasi secundum lumen præbet. Sed et in reliquis singillatim fidei nostræ sententiis, per totam basilicam copiosissimam ac præstantissimam veritatis lucem atque evidentiam ostendit. Præterea vivos et stabiles ac firmos animarum lapides undique seligens, amplam ac regiam domum ex omnibus construxit: splendoris ac luminis plenam tam intus quam extra: quandoquidem non anima solum illis ac mens, sed etiam corpus castitatis ac modestiæ florido ornatu resplendent. Insunt etiam in hoc templo throni, et subsellia scamnaque innumera: D in cunctis scilicet animabus in quibus sancti Spiritus resident dona, cujusmodi olim visa sunt sacrosanctis apostolis: quibus linguæ instar ignis

[97] Isa. LIV, 11-14.

(46) *Ἐν δὲ τοῖς μετ' αὐτὸν δευτερεύουσιν.* Presbyteros intelligit, qui secundum sacerdotii gradum obtinent. Et episcopum quidem ac presbyteros thronis Ecclesiæ comparat: subselliis vero diaconos.

(47) *Τὸν δὲ ὑπερουράνιον χῶρον.* Sic vulgatam lectionem, τόν τε ὑπ. χ., corrigendum est prorsus necessaria emendatione. Postquam enim Eusebius de duplici Ecclesiæ fabrica abunde locutus est, materiali scilicet ac spiritali, et utramque sibi invicem comparavit, transit tandem ad cœlestem illam Jerusalem, quippe quæ idea ac primitivum exemplar est de-

gentis in terris Ecclesiæ. At Musculus, cujus versionem more suo secutus est Christophorsonus, et ipse in hujus loci versione nihil omnino vidit, et totam venustatem sententiæ lectoribus obscuravit.

(48) Vulg. *τὸν τοσοῦτον ἡμῖν.* Scripti codices uno consensu habent τὸν τῶν τοσούτων ἡμῖν ἀγαθῶν παραίτιον. et ad oram codicis Med. annotatur σκληρὰ σύνταξις, id est: « dura atque aspera constructio. »

(49) *Ἐμπιμπλῶντα.* Ita in vetustissimo codice Maz. scribitur rectius quam vulg. ἐμπιπλ. Eumdem errorem jam antea notare memini.

Digitized by Google

divisæ, et singulis insidentes apparuerunt. Verum in ipso quidem omnium principe ac præside, totus, ut verisimile est, insidet Christus. In iis vero qui secundum dignitatis locum obtinent, quatenus quisque dispertita virtutis Christi sanctique Spiritus dona capere potest. Subsellia quoque angelorum sunt quorumdam animæ, quorum institutio et custodia illis demandata est. Augustum vero magnumque et unicum altare quodnam aliud est, quam summi omnium sacerdotis purissima mens prorsusque Sanctum sanctorum ? Cui dexter assistens maximus ille omnium Pontifex, ipse scilicet Jesus unigenitus Dei Filius, suavissimum ab omnibus suffitum et incruenta ac spiritalia precum sacrificia, hilari vultu et supinis manibus suscipiens, cœlesti Patri et universorum Deo transmittit : primus ipse eum adorans, solusque congruentem paternæ majestati honorem exhibens : deinde vero obsecrans, ut is propitius omnibus nobis ac benignus perpetuo esse velit. Hujusmodi **387** est magnum illud templum, quod per universum terrarum orbem magnus ille mundi opifex Verbum Dei constituit; hancque intellectualem imaginem eorum quæ ultra ipsos cœli fornices posita sunt, ipse in terris denuo perfecit : ut ab omni creatura et ab animantibus ratione præditis, Pater ipsius debito honore cultuque afficeretur. Illam vero supercœlestem regionem et ea quæ illic sunt exemplaria horum quæ hic cernimus : supernam illam Hierusalem, cœlestem montem Sion, et ultra mundum positam civitatem Dei viventis, in qua innumerabiles angelorum chori, et Ecclesia primogenitorum qui in albo cœlestium civium descripti sunt, conditorem suum ac summum omnium ducem hymnis quibusdam inexplicabilibus quos nec intelligentia assequi possumus, venerantur : nullus mortalium pro dignitate celebrare suffecerit. Etenim « nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt ea quæ Deus præparavit diligentibus se [99]. » Quarum quidem rerum jam aliqua ex parte Dei beneficio compotes facti, viri cum mulieribus et pueris; summi pariter atque infimi; omnes simul uno spiritu unoque animorum consensu tantorum nobis bonorum auctorem confiteri ac celebrare nunquam desinamus : « Qui propitiatur omnibus iniquitatibus nostris; qui sanat omnes infirmitates nostras; qui redimit ab interitu vitam nostram; qui coronat nos in misericordia et miserationibus; qui explet in bonis cupiditatem nostram. Quia non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Quia quantum distat ortus ab occidente, longe fecit a nobis iniquitates nostras. Quemadmodum miseretur pater filiorum suorum, misertus est Dominus timentium se [100]. » Hæc et in præsentia et cunctis deinceps temporibus memoria recolentes, Deumque præsentis hujus festivitatis et splendidæ hujus ac lætissimæ lucis auctorem ac præsidem diu noctuque singulis horis, et omnibus, ut ita dicam, momentis quibus spiritum ducimus, ante oculos mentis nobis proponentes, totis animi viribus eum diligamus ac veneremur. Jamque exsurgentes, contentissima nostri affectus voce eum obsecremus, ut nos intra septa ovilis sui tueri perpetuo ac servare velit, pacemque **388** suam inviolabilem nobis atque inconcussam præstet in Christo Jesu Servatore nostro, per quem ei sit gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ἡμῶν τὰς ἀνομίας ἡμῶν· καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς αὐτοῦ, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς φοβουμένους αὐτόν. » Ταῦτα καὶ νῦν καὶ εἰς τοὺς ἑξῆς ἅπαντας χρόνους ταῖς μνήμαις ἀναζωπυροῦντες, ἀτὰρ καὶ τῆς παρούσης πανηγύρεως καὶ τῆς φαιδρᾶς ταύτης καὶ λαμπροτάτης ἡμέρας τὸν αἴτιον καὶ πανηγυριάρχην, νύκτωρ καὶ μεθημέραν, διὰ πάσης ὥρας καὶ δι' ὅλης, ὡς εἰπεῖν, ἀναπνοῆς ἐν νῷ προορώμενοι, στέργοντες καὶ σέβοντες ψυχῆς ὅλῃ δυνάμει, καὶ νῦν ἀναστάντες, μεγάλῃ διαθέσεως φωνῇ καθικετεύσωμεν, ὡς ἂν ὑπὸ τὴν αὐτοῦ μάνδραν εἰς τέλος ἡμᾶς σκεπάζων διασώζοιτο, τὴν παρ' αὐτοῦ βραβεύων ἀῤῥαγῆ καὶ ἄσειστον αἰωνίαν εἰρήνην, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Σωτῆρι ἡμῶν, δι' οὗ αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς σύμπαντας αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

CAPUT V.

Exempla legum imperialium.

Nunc vero exempla imperialium constitutionum Constantini ac Licinii ex Romana lingua in Græcam conversa deinceps adjiciamus.

Exemplum constitutionis imperatorum Constantini et Licinii.

« Jamdudum quidem, cum animadverteremus non esse cohibendam religionis libertatem, sed uniuscujusque arbitrio ac voluntati permittendum, ut ex animi sui sententia rebus divinis operam daret, sanximus ut tum cæteri omnes tum Christiani, sectæ ac religionis suæ fidem atque observantiam retinerent. Sed quoniam in eo rescripto quo hæc facultas illis concessa fuerat, multæ ac diversæ sectæ diserte ac nominatim additæ videbantur, quidam eorum ob

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἀντίγραφα βασιλικῶν νόμων (Nic. *H. E.* VII, 42).

Φέρε δὴ λοιπὸν καὶ τῶν βασιλικῶν διατάξεων Κωνσταντίνου καὶ Λικιννίου τὰς ἐκ τῆς Ῥωμαίων φωνῆς μεταληφθείσας ἑρμηνείας παραθώμεθα.

Ἀντίγραφον βασιλικῶν διατάξεων ἐκ Ῥωμαϊκῆς γλώσσης μεταληφθεισῶν.

« Ἤδη μὲν πάλαι σκοποῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας οὐκ ἀρνητέαν εἶναι, ἀλλ' ἑνὸς ἑκάστου τῇ διανοίᾳ καὶ βουλήσει ἐξουσίαν δοτέον τοῦ τὰ θεῖα πράγματα τημελεῖν κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, ἕκαστον κεκελεύκειμεν, τοῖς τε Χριστιανοῖς, τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ, ἐν ᾗ τοῖς αὐτοῖς συνεχωρήθη ἡ τοιαύτη ἐξουσία, ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σα-

[99] I Cor. II, 9. [100] Psal. CII, 5 13.

Digitized by Google

φῶς (50), τυχὸν ἴσως τινὲς αὐτῶν μετ' ὀλίγον ἀπὸ τῆς τοιαύτης παραφυλάξεως ἀνεκρούοντο· ὁπότε εὐτυχῶς ἐγὼ Κωνσταντῖνος ὁ Αὔγουστος, κἀγὼ Λικίνιος ὁ Αὔγουστος, ἐν τῇ Μεδιολάνῳ ἐληλύθειμεν, καὶ πάντα ὅσα πρὸς τὸ λυσιτελὲς καὶ τὸ χρήσιμον τῷ κοινῷ διέφερεν, ἐν ζητήσει ἔσχομεν, ταῦτα μεταξὺ τῶν λοιπῶν ἄτινα ἐδόκει ἐν πολλοῖς ἅπασιν ἐπωφελῆ εἶναι, μᾶλλον δὲ ἐν πρώτοις διατάξαι ἐδογματίσαμεν, οἷς ἡ πρὸς τὸ Θεῖον αἰδώς τε καὶ τὸ σέβας ἐνείχετο, τοῦτ' ἔστιν, ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς Χριστιανοῖς καὶ πᾶσιν ἐλευθέραν αἵρεσιν τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ ᾗ δ' ἂν βουληθῶσιν· ὅπως ὅ τί ποτέ ἐστι Θειότης καὶ οὐρανίου πράγματος (51), ἡμῖν καὶ πᾶσι τοῖς ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἐξουσίαν διάγουσιν εὐμενὲς εἶναι δυνηθῇ. Τοίνυν ταύτην τὴν βούλησιν τὴν ἡμετέραν ὑγιεινῷ καὶ ὀρθοτάτῳ λογισμῷ ἐδογματίσαμεν, ὅπως μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ᾖ τοῦ ἀκολουθεῖν καὶ αἱρεῖσθαι τὴν τῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ θρησκείαν, ἑκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ διδόναι ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἁρμόζειν νομίζῃ, ὅπως ἡμῖν δυνηθῇ τὸ θεῖον ἐν πᾶσι τὴν ἔθιμον σπουδὴν καὶ καλοκἀγαθίαν παρέχειν. Ἅτινα οὕτως ἀρέσκειν ἡμῖν ἀντιγράψαι ἀκόλουθον ἦν, ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασι τοῖς πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν ἀποσταλεῖσι περὶ τῶν Χριστιανῶν ἐνείχοντο, καὶ ἄτινα πάνυ σκαιὰ καὶ τῆς ἡμετέρας πραότητος ἀλλότρια εἶναι ἐδόκει, ταῦτα ὑφαιρεθῇ, καὶ νῦν ἐλευθέρως τε καὶ ἁπλανῶς ἕκαστος τῶν τὴν αὐτὴν προαίρεσιν ἐσχηκότων τοῦ φυλάττειν τὴν τῶν Χριστιανῶν θρησκείαν, ἄνευ τινὸς ὀχλήσεως, τοῦτο αὐτὸ παραφυλάττοι. Ἅτινα τῇ σῇ ἐπιμελείᾳ πληρέστατα δηλῶσαι ἐδογματίσαμεν, ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν καὶ ἀπολελυμένην ἐξουσίαν νῦν τημελεῖν τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς δεδωκέναι· ὅπερ ἐπειδὴ ἀπολελυμένως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι (52), θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις τοῦ μετέρχεσθαι τὴν παρατήρησιν καὶ θρη-

A hanc fortasse causam paulo post ab hujusmodi observantia destiterunt. Quamobrem cum nos, Constantinus ac Licinius Augusti, felicibus auspiciis Mediolanum venissemus, et quæcunque ad commodum utilitatemque reipublicæ pertinebant, sollicite inquireremus, inter cætera quæ universis multifariam profutura judicavimus, seu potius præ reliquis omnibus hæc constituenda esse censuimus, quibus divini numinis cultus ac veneratio contineretur: hoc est, ut Christianis et reliquis omnibus libera facultas a nobis tribuatur quamcunque voluerint religionem consectandi: quo scilicet quidquid illud est divinum ac cœleste numen, nobis et universis qui sub imperio nostro degunt, propitium esse possit. Hanc igitur nostram voluntatem salubri et B rectissimo consilio promulgavimus, ut nemini prorsus Christianam observantiam ac religionem sequendi aut eligendi licentia denegetur. Sed unicuique liceat ad eam religionem quam sibi conducere censuerit, animum applicare; quo divinum numen propensum erga nos studium ac benignitatem in omnibus possit ostendere. Porro consentaneum **389** fuit ut hæc nobis ita placere rescriberemus, quo, sublatis penitus omnibus sectis quæ in priore nostra de Christianis epistola ad Tuam Devotionem missa continebantur, cum illa quæ prorsus sinistra et a nostra mansuetudine aliena esse videbantur, omnino removeantur: tum ut in posterum quicunque Christianam religionem observandam sibi esse statuerunt, eam libere et constanter absque ulla C molestia et impedimento retineant. Quæ, quidem idcirco tuæ solertiæ judicanda censuimus, ut liberam et absolutam licentiam religionis suæ colendæ Christianis concessam a nobis esse cognoscas. Quod quoniam a nobis simpliciter et absolute illis concessum est, simul etiam aliis observantiam et cultum suum sectari volentibus, id concessum esse Tua Devotio intelligit. Quod profecto temporum nostrorum tranquillitati convenire perspicuum est: ut

(50) *Προστεθεῖσθαι σαφῶς.* In codice Fuketiano et Saviliano scribitur ἀσαφῶς. Utra autem verior sit lectio, difficile est dicere. Nam cum prior illa lex Constantini pro Christianis, cujus hic mentio fit, hodie desideretur, obscurum est quidnam hic sibi velit Constantinus, cum ait in ea lege adjectas fuisse multas ac diversas αἱρέσεις, eaque de causa D multos a legis Christianæ professione deterritos. Christophorsonus quidem διαφόρους αἱρέσεις interpretatus est dubias et controversas sententias: quasi ea lex non perspicuum, sed obscurum et ambiguum sensum habuerit. Atque ita Baronius ad annum Christi 313, hæc Christophorsoni verba intellexit. Langus vero et Musculus αἱρέσεις opiniones et hæreses exposuerunt, multo certe rectius. Αἱρέσεις enim pro sensu seu διανοίᾳ sumi non possunt, sed opinionem significant et sectam. Cum igitur imperator Constantinus in illa priori lege, cunctis colendi, prout vellent, numinis liberam facultatem concessisset, illud etiam adjecerat, non Christianis solum, sed etiam reliquis cujuslibet sectæ hominibus, id est Judæis et Samaritanis, Marcionitis quoque et Montanistis, Novatianis, Sabellianis, omnibus denique omnium religionum sectis idem esse concessum. Quo quidem facto, religioni Christianæ non levis fieri videbatur injuria, quippe quæ cum hæreticis et schismaticis et cum Judæorum perfidia quasi ex æquo componeretur. Quare admonitus postea a Catholicis Constantinus, hac posteriore lege id emendavit; sectarum omnium mentione penitus sublata, hoc est quod infra dicit his verbis: Ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασιν ἐνείχοντο.

(51) *Θειότης καὶ οὐρανίου πράγματος.* Apud Nicephorum legitur θειοτάτου, quod non probo. Sed nec vulgata lectio sana est.

(52) *Αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι.* Post hæc verba in codd. Maz., Fuk. ac Savil. et apud Nicephorum sequuntur hæ voces: Θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν, etc., optime; nisi quod pro δεδωρῆσθαι scribendum est procul dubio δεδώρηται, ut ex versione nostra apparet. Est autem hæc secunda Constantini constitutio data ad præfectum prætorii eum ipsum, ad quem data fuerat prima lex pro Christianis. Ac prima quidem lex data fuerat Romæ, Constantino II et Licinio II coss. statimque in Orientem missa ad Maximinum, ut habetur in libro IX, cap. 9. Hæc autem secunda data est Mediolani, anno sequente.

Digitized by Google

unicuique liberum sit quamcunque voluerit colendi Numinis rationem eligere atque observare. Atque id a nobis eo factum est, ut ne cui divino cultui atque honori quidquam a nobis detractum esse videretur. Hoc autem amplius in gratiam Christianorum decernimus, ut loca ipsorum in quibus antehac convenire consueverant, de quibus in litteris prius ad Devotionem Tuam datis alia erat forma superiori tempore constituta, si qui aut a fisco nostro aut ab alio quopiam ea emisse visi fuerint, ipsis Christianis absque ulla pecunia et sine repetitione ulla superadjecti pretii, incunctanter ac sine ulla ambage restituant; et si qui eadem loca dono acceperint, ut ea protinus Christianis reddant. Quod si qui ea loca emerunt aut donata acceperunt, aliquid a nostra clementia petere velint; ii præfectum qui in illa provincia jus dicit, adeant, ut a nostra Serenitate ratio ipsorum habeatur. Quæ quidem omnia protinus sine ulla dilatione corpori Christianorum restitui tua cura ac diligentia oportebit. Et quoniam iidem Christiani non solum ea loca in quibus convenire solebant, sed etiam alia possedisse noscuntur, quæ non privatim ad singulos ipsorum, sed ad jus corporis pertinerent, hæc omnia post legem a nobis memoratam **390** absque ulla dubitatione iisdem Christianis, hoc est cuilibet corpori et conventiculo ipsorum restitui jubebis: supradicta scilicet ratione servata, ut qui ea loca absque redhibitione pretii, sicut dictum est, restituerint, indemnitatem suam a nostra benignitate exspectent. Atque in his omnibus supradicto corpori Christianorum operam tuam atque industriam quoad fieri poterit præstare debebis; ut mandatum citissime perficiatur, quo in hoc etiam communi et publicæ tranquillitati a nostra clementia consulatur. Hac enim ratione sicuti jam

A σκείαν ἑαυτῶν· ὅπερ ἀκολούθως τῇ ἡσυχίᾳ τῶν ἡμετέρων καιρῶν γίνεσθαι φανερόν ἐστιν, ὅπως ἐξουσίαν ἕκαστος ἔχῃ τοῦ αἱρεῖσθαι καὶ τηρεῖν ὁποῖον δ' ἂν βούληται θεῖον. Τοῦτο δὲ ὑφ' ἡμῶν γέγονεν, ὅπως μηδεμιᾷ τιμῇ μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ μεμειῶσθαί τι ὑφ' ἡμῶν δοκοίη. Καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς λοιποῖς εἰς τὸ πρόσωπον τῶν Χριστιανῶν δογματίζομεν, ἵνα τοὺς τόπους αὐτῶν εἰς οὓς τὸ πρότερον συνέρχεσθαι ἔθος ἦν αὐτοῖς, περὶ ὧν καὶ τοῖς πρότερον δοθεῖσι πρὸς τὴν σὴν καθοσίωσιν γράμμασι τύπος ἕτερος ἦν ὡρισμένος τῷ προτέρῳ χρόνῳ (53), ἵν', εἴ τινες ἢ παρὰ τοῦ ταμείου τοῦ ἡμετέρου ἢ παρά τινος ἑτέρου φαίνοιντο ἠγορακότες τούτους, τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς ἄνευ ἀργυρίου καὶ ἄνευ τινὸς ἀπαιτήσεως τῆς τιμῆς ὑπερτεθείσης (54), δίχα πάσης ἀμελείας καὶ ἀμφι-
B βολίας ἀποκαταστήσωσι, καὶ εἴ τινες κατὰ δῶρον τυγχάνωσιν εἰληφότες τοὺς αὐτοὺς τόπους, ὅπως εἰ τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς τὴν ταχίστην ἀποκαταστήσωσιν οὕτως (55), ἢ οἱ ἠγορακότες τοὺς αὐτοὺς τόπους, ἢ οἱ κατὰ δωρεὰν εἰληφότες αἰτῶσί τι παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκἀγαθίας, προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπων ἐπάρχῳ δικάζοντι, ὅπως καὶ αὐτῶν διὰ τῆς ἡμετέρας χρηστότητος πρόνοια γένηται. Ἅτινα πάντα τῷ σωματίῳ τῶν Χριστιανῶν παρ' αὐτὰ διὰ τῆς σῆς σπουδῆς ἄνευ τινὸς παρολκῆς παραδίδοσθαι δεήσει. Καὶ ἐπειδὴ οἱ αὐτοὶ Χριστιανοὶ οὐ μόνον ἐκείνους εἰς οὓς συνέρχεσθαι ἔθος εἶχον, ἀλλὰ κἀ' ἑτέρους τόπους ἐσχηκέναι γινώσκονται, διαφέροντας οὐ πρὸς ἕκαστον αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον τοῦ
C αὐτῶν σώματος, τοῦτ' ἔστι τῶν Χριστιανῶν, ταῦτα πάντα ἐπὶ τῷ νόμῳ ὃν προειρήκαμεν (56), δίχα παντελοῦς τινος ἀμφισβητήσεως τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς, τοῦτ' ἔστι τῷ σώματι αὐτῶν καὶ τῇ συνόδῳ, ἑκάστῳ αὐτῶν ἀποκαταστῆναι κελεύσεις· τοῦ προειρημένου λογισμοῦ δηλαδὴ φυλαχθέντος, ὅπως αὐτοὶ

(53) *Τύπος ἕτερος ὡρισμένος τῷ προτέρῳ χρόνῳ.* De locis publicis et cœmeteriis Christianorum exstat lex Gallieni apud Eusebium in libro VII, cap. 13, qua hujusmodi loca Christianis restitui jubentur. In prima igitur constitutione, quam victo Maxentio Constantinus et Licinius pro Christianis ediderunt, et cujus exemplar ad Maximinum imperatorem in Orientem miserunt, hoc solum decreverant, ut loca omnia in quæ Christiani convenire consueverant, Christianis olim adempta, iisdem restituerentur. Sed de pretii restitutione nihil nominatim præscripserant; certe nec in
D lege Maximini imperatoris quæ Constantini ac Licinii legem proxime subsecuta est, de repetitione pretii quidquam cavetur, ut videre est in lib. IX, cap. 9. Itaque necesse habuit Constantinus, de ea re distinctius statuere; ut Christiani loca sibi adempta, et a fisco vendita vel donata, absque ulla pretii restitutione recuperarent.

(54) *Τῆς τιμῆς ὑπερτεθείσης.* Sic vocat adjectiones quæ fiunt in auctionibus vel licitationibus. Eas adjectiones vernacula lingua vocamus *Enchères*. Latini autem adjectiones appellant, ut dixi.

(55) *Ἀποκαταστήσωσιν οὕτως.* Scribendum videtur ὡσαύτως· εἰ δὲ ἢ οἱ ἠγορακότες, etc. Atque ita plane a Constantino scriptum esse existimo. Quod si non verba, sensum certe assecuti sumus.

(56) *Ἐπὶ τῷ νόμῳ ὃν προειρήκαμεν.* Id est, post legem illam Romæ datam Constantino II et Licinio II coss., cujus supra mentionem fecit Constantinus. Et hæc quidem fuit prima lex imperatoris Constantini pro Christianis. Sed cum in ea lege Constantinus erga Christianos nimis se propensum declarasset, solamque eorum religionem extollens, reliquas omnes sectas ac cæremonias damnare visus fuisset, coactus fuit hac secunda lege mentem suam ac sententiam explicare, ne gentiles prohibitum aut improbatum ab ipso deorum cultum quererentur. Omnibus igitur liberam colendi numinis facultatem a se concessam esse profitetur Constantinus: ita ut unusquisque pro arbitrio quamcunque velit sectam ac religionem sequatur. Hæc ergo secunda lex nihil aliud est, quam explicatio primæ legis. Quippe in prima illa lege quædam verba erant, quibus et gentiles, et Christianorum nonnulli, ii scilicet qui a catholica fide desciverant, Novatiani, Montanistæ et reliqui, non mediocriter offendebantur, cum se hæreticos in ea appellatos viderent. Sed et Christiani seu Catholici ægre ferebant sibi hæreticos adjungi et quasi copulari in eadem constitutione. Quamobrem Constantinus, ut erga omnes se benignum ostenderet, ea verba penitus suppressa voluit. Id enim sibi volunt hæ voces: Ἵν' ἀφαιρεθεισῶν παντελῶς τῶν αἱρέσεων, αἵτινες τοῖς προτέροις ἡμῶν γράμμασιν, etc. Hic est sensus hujus constitutionis, quem non sine magno labore expiscati sumus.

Digitized by Google

οἵτινες τοὺς αὐτοὺς ἄνευ τιμῆς, καθὼς προειρήκαμεν, ἀποκαθιστῶσι, τὸ ἀζήμιον τὸ ἑαυτῶν παρὰ τῆς ἡμετέρας καλοκἀγαθίας ἐλπίζοιεν. Ἐν οἷς πᾶσι τῷ προειρημένῳ σώματι τῶν Χριστιανῶν τὴν σπουδὴν δυνατώτατα παρασχεῖν ὀφείλεις, ὅπως τὸ ἡμέτερον κέλευσμα τὴν ταχίστην παραπληρωθῇ, ὅπως καὶ ἐν τούτῳ διὰ τῆς ἡμετέρας χρηστότητος πρόνοια γένηται τῆς κοινῆς καὶ δημοσίας ἡσυχίας. Τούτῳ γὰρ τῷ λογισμῷ, καθὼς καὶ προείρηται, ἡ θεία σπουδὴ περὶ ἡμᾶς, ἧς ἐν πολλοῖς ἤδη πράγμασιν ἀπεπειράθημεν, διὰ παντὸς τοῦ χρόνου βεβαίως διαμεῖναι (57). Ἵνα δὲ ταύτης τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας καὶ τῆς καλοκἀγαθίας ὅρος πρὸς γνῶσιν πάντων ἐνεχθῆναι δυνηθῇ, ταῦτα τὰ ὑφ' ἡμῶν γραφέντα, πανταχοῦ προθεῖναι, καὶ εἰς γνῶσιν πάντων ἀγαγεῖν ἀκόλουθόν ἐστιν, ὅπως ταύτης τῆς ἡμετέρας καλοκἀγαθίας ἡ νομοθεσία μηδένα λαθεῖν δυνηθῇ. »

A diximus. Dei erga nos cura ac benevolentia, quam in multis jam negotiis experti sumus, firma ac stabilis perpetuo permanebit. Porro ut hujus legis ac beneficentiæ nostræ sententia ad omnium notitiam perferri possit, has litteras nostras ubique proponi, et ad cunctorum cognitionem pervenire conveniet : ne benignitatis nostræ constitutio quemquam omnino latere possit. »

Ἀντίγραφον ἑτέρας βασιλικῆς διατάξεως, ἣν αὖθις πεποίηνται μόνῃ τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ τὴν δωρεὰν δεδόσθαι ὑποσημηνάμενοι.

B *Exemplum alterius constitutionis qua imperatores, soli Ecclesiæ catholicæ beneficium a se concessum esse indicarunt.*

Epistola ad Anulinum.

« Χαῖρε, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε ἡμῖν. Ἔστιν ὁ τρόπος οὗτος τῆς φιλαγαθίας τῆς ἡμετέρας, ὥστε ἐκεῖνα ἅπερ δικαίῳ ἀλλοτρίῳ προσήκει, μὴ μόνον μὴ ἐνοχλεῖσθαι, ἀλλὰ καὶ ἀποκαθιστᾶν βούλεσθαι ἡμᾶς, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε. Ὅθεν βουλόμεθα ἵν', ὁπόταν ταῦτα τὰ γράμματα κομίσῃ, εἴ τινα ἐκ τούτων τῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ τῇ καθολικῇ τῶν Χριστιανῶν ἐν ἑκάσταις πόλεσιν ἢ καὶ ἄλλοις τόποις διέφερον, καὶ κατέχοιντο νῦν ἢ ὑπὸ πολιτῶν, ἢ ὑπό τινων ἄλλων (58), ταῦτα ἀποκατασταθῆναι παραχρῆμα ταῖς αὐτῶν Ἐκκλησίαις ποιήσῃς· ἐπειδήπερ προῃρήμεθα ταῦτα ἅπερ αἱ αὐταὶ ἐκκλησίαι πρότερον ἐσχήκεσαν, τῷ δικαίῳ αὐτῶν ἀποκατασταθῆναι. Ὁπότε τοίνυν συνορᾷ ἡ καθοσίωσις ἡ σὴ ταύτης ἡμῶν τῆς κελεύσεως σαφέστατον εἶναι τὸ πρόσταγμα, σπούδασον, εἴτε κῆποι, εἴτε οἰκίαι, εἴθ' ὁτιουνδήποτε τῷ δικαίῳ τῶν αὐτῶν Ἐκκλησιῶν διέφερον, σύμπαντα αὐταῖς ἀποκατασταθῆναι ὡς τάχιστα, ὅπως τούτῳ ἡμῶν τῷ προστάγματι ἐπιμελεστάτην σε πειθάρχησιν παρεσχηκέναι καταμάθοιμεν. Ἔῤῥωσο, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. »

« Ave, Anuline charissime nobis. Est hic mos bonitatis nostræ, ut ea quæ ad alienum jus pertinent, non modo nulla inquietudine affici, sed etiam restitui velimus, Anuline charissime. Quapropter jubemus, ut simulatque has litteras acceperis, si quæ ex illis quæ ad catholicam Christianorum Ecclesiam per singulas civitates, aut in aliis locis pertinebant, nunc a decurionibus aut quibuslibet aliis detinentur, ea confestim illorum ecclesiis restitui facias. Quandoquidem volumus, ut quæ supradictæ ecclesiæ antea possederunt, ad earumdem jus omnino C revertantur. Cum ergo perspiciat Devotio Tua, hujus nostræ jussionis manifestissimum esse præscriptum; operam dabis, ut sive horti sive ædes, seu quodcunque aliud ad jus earumdem ecclesiarum pertinuerit, cuncta illis quantocius restituantur : quo scilicet te huic nostro præcepto accuratissime obtemperasse intelligamus. Vale, Anuline charissime et desideratissime nobis. »

Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δι' ἧς σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ Ῥώμης κελεύει γενέσθαι ὑπὲρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἑνώσεώς τε καὶ ὁμονοίας.

391 *Exemplum epistolæ Constantini imperatoris, qua episcoporum concilium Romæ fieri jubet pro unitate et concordia Ecclesiarum.*

« Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ (59). Ἐπειδὴ τοιοῦτοι χάρται (60) παρὰ Ἀνυλίνου τοῦ λαμπροτάτου ἀνθυπά-

« CONSTANTINUS AUGUSTUS MILTIADI episcopo urbis Romæ et MARCO. Quoniam hujusmodi plures libelli a viro clarissimo Anulino Africæ proconsule ad me

(57) *Βεβαίως διαμεῖναι.* Apud Nicephorum legitur διαμενῇ. In codd. autem Fuk. et Saviliano scriptum est διαμείνῃ.

(58) *Καὶ κατέχοιντο νῦν ἢ ὑπὸ πολιτῶν, ἢ ὑπό τινων ἄλλων.* Ita in codd. Medicæo et Maz. et apud Nicephorum legitur. Ego vero scribendum existimo ἢ ὑπὸ πολιτευτῶν. Sunt autem πολιτευταί decuriones, ut dudum notavi ad Amm. Marcellinum. Hi ergo decuriones persecutionis tempore loca et prædia ad catholicam Ecclesiam pertinentia, tanquam vacantia occupaverant. Vulg. νῦν ὑπό.

(59) *Μιλτιάδῃ ἐπισκόπῳ Ῥωμαίων καὶ Μάρκῳ.* Quisnam sit hic Marcus quem cum Miltiade Romanæ urbis episcopo jungit Constantinus, inter doctos ambigitur. Et Baronius quidem ad annum Christi 313, cap. 23, mendosum esse existimat Eusebii textum, et pro verbis καὶ Μάρκῳ, scribendum esse ἱεράρχῃ. Verum hæc emendatio, quod pace summi viri dictum sit, ferri non potest.

D Cum enim Miltiades vocatus sit episcopus urbis Romæ, superfluum est addere ἱεράρχην. Adde quod ea vox insolens est et affectata, cum tamen titulus ac dignitas cujusque, usitato vocabulo exprimatur. Rejecta igitur Baronii conjectura, quæ non nisi a viris Græci sermonis ignaris probari potest, existimo Marcum hic esse presbyterum Ecclesiæ Romanæ, quem una cum Miltiade interesse huic synodo voluit Constantinus. Hic est, ut opinor, Marcus, qui post Sylvestrum papam, episcopatum urbis Romæ gessit. Porro hæc epistola Constantini ad Miltiadem Romanum episcopum exstabat in collatione III Carthaginensi, cap. 319. Verum postrema pars hujus tertiæ collationis, quæ meo judicio erat omnium utilissima, tota periit.

(60) *Τοιοῦτοι χάρται.* Duo scilicet libelli, crimina Cæciliani Carthaginensis episcopi continentes, quos subscriptos Anulino proconsuli tradidit pars Majorini die XVII Kalendis Maii Carthagine, Constantino Augusto III et Licinio III coss., ut

Digitized by Google

sunt missi, in quibus continetur Cæcilianum Carthaginensium urbis episcopum a quibusdam collegis suis per Africam constitutis multis de causis insimulari. Quod quidem permolestum mihi videtur, in istis provinciis quas divina Providentia Meæ Devotioni spontanea deditione tradidit, et in quibus maxima est populi multitudo, plebem quasi in duas partes divisam ad deteriora deflectere, et episcopos inter se dissentire. Placuit mihi ut idem Cæcilianus una cum decem episcopis qui accusare ipsum videntur, et cum decem aliis quos ipse ad suam causam necessarios esse judicaverit, Romam naviget : ut ibi coram vobis et coram Reticio, Materno ac Marino collegis vestris, quos ea causa Romam properare jussi, possit audiri, quemadmodum sanctissimæ legi convenire optime nostis. Porro ut totius negotii plenissimam valeatis haurire notitiam, exempla libellorum ab Anulino ad me missorum, litteris meis subjecta ad collegas vestros supradictos transmisi. Quibus lectis perpendet Gravitas Vestra, quonam modo supra memorata controversia accuratissime dijudicanda sit, et ex præscripto justitiæ terminanda. Siquidem nec tuam sedulitatem latet, tantam a me reverentiam sanctissimæ Ecclesiæ catholicæ exhiberi, ut generaliter nullum schisma aut dissidium ullibi a vobis relinqui velim. Divinitas summi Dei multis vos annis servet, charissime.»

A του τῆς Ἀφρικῆς πρός με πλείους ἀπεστάλησαν, ἐν οἷς ἐμφέρεται Καικιλιανὸν τὸν ἐπίσκοπον τῆς Καρταγεννησίων (61) πόλεως, παρά τινων κολλήγων αὐτοῦ τῶν κατὰ τὴν Ἀφρικὴν καθεστώτων, ἐν πολλοῖς πράγμασιν εὐθύνεσθαι, καὶ τοῦτό μοι βαρὺ σφόδρα δοκεῖ, τὸ ἐν ταύταις ἐπαρχίαις ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαιρέτους (62) ἡ θεία Πρόνοια ἐνεχείρισε, κἀκεῖσε πολὺ πλῆθος λαοῦ, ὄχλον ἐπὶ τὸ φαυλότερον ἐπιμένοντα εὑρίσκεσθαι ὡσανεὶ διχοστατοῦντα, καὶ μεταξὺ ἐπισκόπους διαφορὰς ἔχειν, ἔδοξέ μοι, ἵν' αὐτὸς ὁ Καικιλιανὸς μετὰ δέκα ἐπισκόπων, τῶν αὐτὸν εὐθύνειν δοκούντων, καὶ δέκα ἑτέρων οὓς αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ δίκῃ ἀναγκαίους ὑπολάβοι, εἰς τὴν Ῥώμην πλῷ ἀπιέναι, ἵν' ἐκεῖσε ὑμῶν παρόντων, ἀλλὰ μὴν καὶ Ῥετεκίου καὶ Ματέρνου καὶ Μαρίνου, τῶν κολλήγων B ὑμῶν, οὓς τούτου ἕνεκεν εἰς τὴν Ῥώμην προσέταξα ἐπισπεῦσαι, δυνηθῇ ἀκουσθῆναι, ὡς ἂν καταμάθοιτε τῷ σεβασμιωτάτῳ νόμῳ ἁρμόττειν. Ἵνα μέντοι καὶ περὶ πάντων αὐτῶν τούτων πληρεστάτην δυνηθῆτε ἔχειν γνῶσιν, τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με παρὰ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, γράμμασιν ἐμοῖς ὑποτάξας, πρὸς τοὺς προειρημένους κόλληγας ὑμῶν ἐξέπεμψα· οἷς ἐντυχοῦσα ἡ ὑμετέρα στερρότης δοκιμάσει, ὅντινα χρὴ τρόπον τὴν προειρημένην δίκην ἐπιμελέστατα διευκρινῆσαι, καὶ κατὰ τὸ δίκαιον τερματίσαι. Ὁπότε μηδὲ τὴν ὑμετέραν ἐπιμέλειαν λανθάνει, τοσαύτην με αἰδῶ τῇ ἐνθέσμῳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ἀπονέμειν, ὡς μηδὲν καθόλου σχίσμα ἢ διχοστασίαν ἔν τινι τόπῳ βούλεσθαί με ὑμᾶς καταλιπεῖν. Ἡ θειότης ὑμᾶς τοῦ μεγάλου Θεοῦ διαφυλάξοι πολλοῖς ἔτεσι, τιμιώτατε (63). »

Exemplum epistolæ Constantini imperatoris, qua alteram episcoporum synodum fieri jubet, ut omnis episcoporum dissensio tollatur.

C *Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δι' ἧς προστάττει δευτέραν γενέσθαι σύνοδον ὑπὲρ τοῦ πᾶσαν τὴν ἐπισκόπων περιελεῖν διχοστασίαν.*

«Constantinus Augustus Chrestoo Syracusanorum episcopo. Jam quidem antea cum nonnulli pravo ac perverso animo a sancta religione cœlestique virtute et ab Ecclesiæ catholicæ sententia dissidere cœpissent, hujusmodi **392** eorum contentionem

« Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Χρήστῳ ἐπισκόπῳ Συρακουσίων. Ἤδη μὲν πρότερον, ὅτε φαύλως καὶ ἐνδιαστρόφως τινὲς περὶ θρησκείας τῆς ἁγίας καὶ ἐπουρανίου δυνάμεως καὶ τῆς αἱρέσεως τῆς καθολικῆς ἀποδιίστασθαι ἤρξαντο, ἐπιτέμνεσθαι βουληθεὶς

refert Augustinus in epist. 68. Hos libellos χάρτας vocat Constantinus, eo quod plures chartas continerent, et acta quam plurima ad probationem criminum Cæciliani. At Christophorsonus χάρτας *epistolas* vertit, male, ut opinor. Nam una duntaxat epistola ab Anulino ea de re missa est ad Constantinum, quam epistolam refert Augustinus in dicto loco. Chartæ vero plures ab Anulino missæ D sunt, ut hic diserte testatur Constantinus. Eosdem libellos infra designat Constantinus his verbis : Τὰ ἀντίτυπα τῶν ἐγγράφων τῶν πρός με ὑπὸ Ἀνυλίνου ἀποσταλέντων, etc., ubi Christophorsonus iterum *epistolas* vertit pessime. In capitulo 306 collationis tertiæ cum Donatistis, chartæ dicuntur. Sic enim ibi legitur : « Interlocutio præcipiens recitari exemplum relationis ad Constantinum imperatorem ab Anulino proconsule destinatæ, qua Majorinus obstitisse Cæciliano, et chartas criminum ejus proconsuli ad principem dirigendas tradidisse signatur. » Chartas etiam vocat Augustinus in *Breviculo collationis*. Idem Augustinus in epistola 48 *ad Vincentium*, libellum vocat, et ita subscriptum fuisse ait : « Libellus Ecclesiæ catholicæ criminum Cæciliani, traditus a parte Majorini. »

(61) *Καρταγεννησίων*. Sic Nicephorus; sed in codice Maz. et Med. Χαρταγεννησίων scribitur, transposita aspiratione ut in Latinis nominibus Græci facere solent. Sic etiam in capite 6, iidem codices habent ἐπισκόπῳ Χαρταγένης. Neque aliter codex Fuketii.

(62) Vulg. *αὐθαίρετος*. Scribendum est procul dubio ἃς τῇ ἐμῇ καθοσιώσει αὐθαιρέτους ἡ θεία Πρόνοια ἐνεχείρισε, id est, « quas divina Providentia spontanea deditione nobis tradidit. » Certe cum Maxentii caput in Africam missum est, omnis Africa viso tyranni capite se Constantino tradiderat. Sed et ante cladem Maxentii, nonnullæ Africæ urbes se Constantino ultro dediderant, cum ille navales copias eo præmisisset.

(63) *Τιμιώτατε*. Rectius apud Nicephorum scribitur τιμιώτατοι. Cum enim epistola scripta sit ad Miltiadem episcopum urbis Romæ, et ad Marcum, semperque in plurali numero eos alloquatur, ratio postulat ut in fine epistolæ scribatur τιμιώτατοι. Porro Acta hujus synodi Romanæ exstant apud Optatum in libro I. Auctor *Synodici*, quem jam sæpe citavimus, ait hanc synodum Romæ collectam fuisse a Miltiade sanctissimo papa et Marco : Miltiadi Marcum adjungens perinde ac in epistola Constantini utrumque junctim nominari animadverterat.

Digitized by Google

τὰς τοιαύτας αὐτῶν φιλονεικίας, οὕτω διετετυπώκειν, ὥστε ἀποσταλέντων ἀπὸ τῆς Γαλλίας τινῶν ἐπισκόπων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν κληθέντων ἀπὸ τῆς Ἀφρικῆς τῶν ἐξ ἐναντίας μοίρας κατ' ἀλλήλων ἐνστατικῶς (64) καὶ ἐπιμόνως διαγωνιζομένων, παρόντος τε καὶ τοῦ τῆς Ῥώμης ἐπισκόπου, τοῦτο ὅπερ ἐδόκει κεκινῆσθαι, δυνηθῇ ὑπὸ τῆς παρουσίας αὐτῶν μετὰ πάσης ἐπιμελοῦς διακρίσεως, κατορθώσεως τυχεῖν. Ἀλλ' ἐπειδὴ, ὡς συμβαίνει, ἐπιλαθόμενοί τινες καὶ τῆς σωτηρίας τῆς ἰδίας, καὶ τοῦ σεβάσματος, τοῦ ὀφειλομένου τῇ ἁγιωτάτῃ αἱρέσει, ἔτι καὶ νῦν τὰς ἰδίας ἔχθρας παρατείνειν οὐ παύονται, μὴ βουλόμενοι τῇ ἤδη ἐξενεχθείσῃ κρίσει συντίθεσθαι, καὶ διοριζόμενοι, ὅτι δὴ ἄρα ὀλίγοι τινὲς τὰς γνώμας καὶ τὰς ἀποφάσεις ἑαυτῶν ἐξήνεγκαν, ἢ καὶ μὴ πρότερον (65) ἁπάντων τῶν ὀφειλόντων ζητηθῆναι ἀκριβῶς ἐξετασθέντων, πρὸς τὸ τὴν κρίσιν ἐξενέγκαι πάνυ ταχέως καὶ ὀξέως ἔσπευσαν, ἔκ τε τούτων ἁπάντων ἐκεῖνα συμβαίνει γενέσθαι, τὸ καὶ τούτους αὐτοὺς ἀδελφικὴν καὶ ὁμόφρονα ὀφείλοντας ἔχειν ὁμοψυχίαν, αἰσχρῶς, μᾶλλον δὲ μυσερῶς ἀλλήλων ἀποδιεστάναι, καὶ τοῖς ἀνθρώποις τοῖς ἀλλοτρίας ἔχουσι τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας, ταύτην πρόφασιν χλεύης διδόναι· ὅθεν προνοητέον μοι ἐγένετο, ὅπως τοῦτο ὅπερ ἐχρῆν μετὰ τὴν ἐξενεχθεῖσαν ἤδη κρίσιν, αὐθαιρέτῳ συγκαταθέσει πεπαῦσθαι, κἂν νῦν ποτε δυνηθῇ πολλῶν παρόντων τέλους τυχεῖν. Ἐπειδὴ τοίνυν πλείστους ἐκ διαφόρων καὶ ἀμυθήτων τόπων ἐπισκόπους εἰς τὴν Ἀρελατησίων πόλιν εἴσω Καλανδῶν Αὐγούστων συνελθεῖν ἐκελεύσαμεν, καὶ σοὶ γράψαι ἐνομίσαμεν, ἵνα λαβὼν παρὰ τοῦ λαμπροτάτου Λατρωνιανοῦ τοῦ κορρήκτορος (66) Σικελίας δημόσιον ὄχημα, συζεύξας σεαυτῷ καὶ δύο γέ τινας τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου (67) οὓς ἂν σὺ αὐτὸς ἐπιλέξασθαι κρίνῃς,

A præcidere cupiens, ita constitueram, ut missis e Gallia quibusdam episcopis, accitis etiam ex Africa iis qui duas in partes divisi, pertinaciter inter se atque obstinate contendunt, præsente quoque Romanæ urbis episcopo, id quod commotum fuisse videbatur, sub horum præsentia posset diligentissima examinatione componi. Sed quoniam nonnulli, ut fere fit, et propriæ salutis et venerationis quæ sanctissimæ fidei debetur obliti, privatas adhuc simultates prorogare non cessant: prolatæ jam sententiæ acquiescere nolentes, asserentesque paucos admodum episcopos sententiam tulisse, qui nec omnibus quæ prius inquiri oportebat diligenter excussis, ad depromendum judicium properanter accessissent. Unde fit ut et ipsi quos concordi ac fraterno inter se animo esse decuerat, turpi seu potius B detestanda secessione dissideant, et iis hominibus qui a sanctissima religione alieno sunt animo, subsannandi occasio præbeatur. Idcirco mihi sedulo providendum fuit, ut hæc quæ post depromptum judicium voluntaria assensione jam finita esse debuerant, nunc tandem multorum interventu finem possint accipere. Quoniam igitur plurimos ex diversis ac prope infinitis locis episcopos in urbem Arelatensem intra Kalendas Augusti jussimus convenire: tibi quoque scribendum esse censuimus, ut accepto publico vehiculo a viro clarissimo Latroniano correctore Siciliæ, adjunctis tibi duobus secundi ordinis quos tu eligendos putaveris, tribus item servulis qui in itinere vobis ministrare possint, intra eumdem diem ad prædictum locum occurras; quo tum per tuam gravitatem, tum per cæterorum in unum coeuntium unanimem concordemque solertiam controversia hæc quæ per fœ-

(64) Vulg. *καταλλήλως ἐνστατικῶς*. Scribendum omnino est κατ' ἀλλήλων, ut ad oram editionis Genevensis adnotatur. Sic etiam Savilius in margine sui libri emendarat.

(65) *Ἢ καὶ μὴ πρότερον*. Apud Nicephorum legitur εἰ καὶ μή, male, ut apparet. Ego si quid mutandum, malim scribere οἳ καί et, quod et in versione mea sum secutus.

(66) *Κορρήκτορος Σικελίας*. In codice Mazarino, Fuk. et Medicæo scribitur κοντήκτορος. Sed sine dubio scribendum est κονρήκτορος, sive κορρήκτορος, id est, « a Latroniano correctore Siciliæ. » Hujus Latroniani mentio fit in veteri inscriptione C Panormitana, teste Gualthero in tabulis Siculis numero 164, D. N. FL. VALERIO LICINIO AUG. DOMITIUS LATRONIANUS V. C. CORR. P. S. DEVOTUS N. M. QUE EJUS. Sed et Gualtherus in Annotationibus ad hanc tabulam, adducit et emendat hunc Eusebii nostri locum.

(67) *Τῶν ἐκ τοῦ δευτέρου θρόνου*. Presbyteros intelligit, qui secundi ordinis sacerdotes vulgo dicebantur, ut ex Optato Milevitano, et Facundo Hermianensi aliisque scriptoribus jampridem notavit Jacobus Sirmondus in notis ad Sidonium pag. 78, et in notis ad librum duodecimum Facundi. Hieronymus *in Epitaphio beatæ Paulæ*: « Aderant, inquit, Hierosolymorum et aliarum urbium episcopi, et sacerdotum inferioris gradus ac levitarum innumerabilis multitudo. » Gregorius Nazianzenus in carmine iambico de vita sua, pag. 6, narrans quomodo invitus a patre suo presbyter ordinatus sit, sic loquitur: Κάμπτει βιαίως εἰς θρόνους τοὺς δευτέρους. Ubi vides secundum thronum tribui presbyteris, perinde ac in epistola Constantini; nec immerito. Nam episcopi in ecclesia sedebant in sublimiori throno, assidentibus hinc inde presbyteris in humilioribus subselliis, et astantibus diaconis in veste candida, quemadmodum scribit idem Gregorius in somnio de ecclesia Anastasiæ, pag. 78. Eusebius in descriptione ecclesiæ Tyri, thronos qui erant in ecclesia juxta altare, episcopo et presbyteris attribuit, subsellia autem ministris. Ubi presbyteros etiam vocat τοὺς μετὰ τὸν ἐπίσκοπον D δευτερεύοντας. Ita etiam Augustinus in epistola 148, secundum locum gubernaculorum appellat gradum presbyterii: « Nam quid existimem nescio, ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram. » Certe in ordinatione presbyteri, post consecrationem hæc oratio olim ab episcopo dicebatur: « Da, æterne Deus, honorum auctor, distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa: amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis per ordinem congrua ratione dispositum: unde et sacerdotales gradus atque officia levitarum sacramentis mysticis instituta creverunt; ut cum pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis et operis adjumentum sequentis ordinis viros et secundæ dignitatis eligeres. Sic in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes, Moysi Spiritum propagasti, quibus ille adjutoribus usus in populo innumeras multitudines facile gubernavit. Sic in

Digitized by Google

dissimam altercationem ad hoc usque temporis perduravit, auditis omnibus eorum qui nunc inter se dissident, quos etiam adesse jussimus, allegationibus, ad congruam religionis et fidei observantiam fraternamque concordiam tandem aliquando possit revocari. Incolumem te Deus omnipotens diutissime servet. »

A ἀλλὰ μὴν καὶ τρεῖς παῖδας τοὺς δυνησομένους ὑμῖν κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπηρετήσασθαι παραλαβὼν, εἶσω τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἐπὶ τῷ προειρημένῳ τόπῳ ἀπάντησον, ὡς ἂν διά τε τῆς σῆς στερρότητος, καὶ διὰ τῆς λοιπῆς τῶν συνιόντων ὁμοψύχου καὶ ὁμόφρονος συνέσεως, καὶ τοῦτο ὅπερ ἄχρι τοῦ δεῦρο φαύλως δι' αἰσχράς τινας ζυγομαχίας παραμεμένηκεν, ἀκουσθέντων πάντων τῶν μελλόντων λεχθήσεσθαι παρὰ τῶν νῦν ἀπ' ἀλλήλων διεστώτων, οὕσπερ ὁμοίως παρεῖναι ἐκελεύσαμεν, δυνηθῇ εἰς τὴν ὀφειλομένην θρησκείαν καὶ πίστιν, ἀδελφικήν τε ὁμόνοιαν, κἂν βραδέως ἀνακληθῆναι. Ὑγιαίνοντά σε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν. »

393 CAPUT VI.

De rebus ad Christianos pertinentibus.

Exemplum epistolæ imperatoris Constantini, qua pecunias ecclesiis donat.

« Quandoquidem placuit nobis ut per omnes provincias Africæ, Numidiæ, et utriusque Mauritaniæ, certis quibusdam legitimæ et sanctissimæ religionis catholicæ ministris ad sumptus necessarios aliquid præberetur, litteras dedi ad Ursum virum perfectissimum rationalem Africæ, eique significavi ut ter mille folles Tuæ Gravitati numerari curaret. Tu itaque ubi prædictam quantitatem acceperis, operam dabis, ut cunctis supra memoratis juxta brevem ab Hosio ad te directum ea pecunia dividatur. Quod si forte ad meum erga vos omnes in B hac parte studium explendum deesse aliquid intellexeris, incunctanter quidquid necessarium tibi videbitur, ab Heraclida procuratore prædiorum nostrorum petere debes. Nam et ipsi coram mandavi, ut si quid pecuniæ Gravitas Tua ab ipso postularet, absque ulla dubitatione dinumerandum tibi curaret. Et quoniam accepi quosdam non satis compositæ mentis homines id agere, ut sanctissimæ et catholicæ Ecclesiæ populum improba atque adulterina falsitate corrumpant : scias me Anulino proconsuli, et Patricio vicario præfectorum coram hæc dedisse mandata, ut inter cætera hujus rei competentem curam gerant; nec si quid ejusmodi agatur, negligere ac dissimulare sustineant. Itaque si quos ejuscemodi homines in hac amentia perseverare conspexeris, absque ulla hæsitatione supradictos judices adibis; idque ipsis referes, ut in eos, quemadmodum ipsis coram mandavi, animadvertant. Divinitas summi Dei multis annis te servet. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τῶν Χριστιανοῖς προσηκόντων (68) (Nic. *H. E.* VII, 42).

Ἀντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δι' ἧς χρήματα ταῖς ἐκκλησίαις δωρεῖται.

« Κωνσταντῖνος Αὔγουστος Καικιλιανῷ ἐπισκόπῳ Καρταγένης. Ἐπειδήπερ ἥρεσε, κατὰ πάσας ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ τὰς Μαυριτανίας, ῥητοῖς τισι τῶν ὑπηρετῶν τῆς ἐνθέσμου καὶ ἁγιωτάτης καθολικῆς θρησκείας, εἰς ἀναλώματα ἐπιχορηγηθῆναί τι, ἔδωκα γράμματα πρὸς Οὔρσον τὸν διασημότατον καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, καὶ ἐδήλωσα αὐτῷ, ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. Σὺ τοίνυν, ἡνίκα τὴν προδηλουμένην ποσότητα τῶν χρημάτων ὑποδεχθῆναι ποιήσῃς, ἅπασι τοῖς προειρημένοις κατὰ τὸ βρεοῦϊον, B τὸ πρὸς σὲ παρὰ Ὁσίου ἀποσταλὲν, ταῦτα τὰ χρήματα διαδοθῆναι κέλευσον. Εἰ δ' ἄρα πρὸς τὸ συμπληρωθῆναί μου τὴν εἰς τοῦτο περὶ ἅπαντας αὐτοὺς προαίρεσιν, ἐνδεῖν τι καταμάθῃς, παρὰ Ἡρακλείδα τοῦ ἐπιτρόπου τῶν ἡμετέρων κτημάτων, ἀναμφιλέκτως ὅπερ ἀναγκαῖον εἶναι καταμάθοις, αἰτῆσαι ὀφείλεις. Καὶ γὰρ παρόντι αὐτῷ προσέταξα, ἵν' εἴ τι ἂν χρημάτων παρ' αὐτοῦ ἡ σὴ στερρότης αἰτήσῃ, ἄνευ δισταγμοῦ τινος ἀπαριθμῆσαι φροντίσῃ. Καὶ ἐπειδὴ ἐπυθόμην, τινὰς μὴ καθεστώσης διανοίας τυγχάνοντας ἀνθρώπους, τὸν λαὸν τῆς ἁγιωτάτης καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας φαύλῃ τινὶ ὑπονοθεύσει βούλεσθαι διαστρέφειν, γίνωσκέ με Ἀνυλίνῳ ἀνθυπάτῳ, ἀλλὰ μὴν καὶ Πατρικίῳ τῷ οὐϊκαρίῳ τῶν ἐπάρχων (69) C παροῦσι τοιαύτας ἐντολὰς δεδωκέναι, ἵν' ἐν τοῖς λοιποῖς ἅπασι καὶ τούτου μάλιστα τὴν φροντίδα ποιήσωνται τὴν προσήκουσαν, καὶ μὴ ἀνάσχωνται περιορᾷν τοιοῦτο γινόμενον. Διόπερ εἴ τινας τοιούτους ἀνθρώπους ἐν αὐτῇ τῇ μανίᾳ ἐπιμένειν κατίδῃς, ἄνευ τινὸς ἀμφιβολίας τοῖς προειρημένοις δικασταῖς

Eleazarum et Ithamar filios Aaron paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti, ut ad hostias salutares et frequentioris officii sacramenta ministerium sufficeret sacerdotum. » Et paulo post : « Acceptum a te, Deus, secundi meriti munus obtinent. » Hæc descripsimus ex vetustissimo libro Pontificali Senonensis ecclesiæ. Eadem habet etiam ordo Romanus. Sunt autem elegantissima, ac, ni fallor, a Leone papa composita. Porro ex his quæ dixi, apparet quantopere falsus sit Christophorsonus, qui *secundæ sedis* episcopos hic interpretatur, quem fere secutus est Sirmondus in tomo I *Conciliorum Galliæ*.

(68) *Περὶ τῶν Χριστιανοῖς προσηκόντων*. Hic titulus prorsus alieno loco positus est. Nam quæ sequitur epistola Constantini ad Cæcilianum, nihil dicit de bonis ad Christianos pertinentibus. Melius hic titulus præfigeretur capiti 5, in quo duæ referuntur Constantini sanctiones de bonis Christianorum. Recte igitur vetustissimus codex Mazarinus et Fuketianus, nullam hoc loco capitis distinctionem agnoscunt.

(69) *Οὐϊκαρίῳ τῶν ἐπάρχων*. De vicariis præfectorum abunde dixi ad lib. XIV Amm. Marcellini. Erant hi vicarii tunc temporis perfectissimi, non autem clarissimi aut spectabiles. Docet id epistola Constantini imperatoris ad Probianum proconsulem Africæ, quam refert Augustinus in epist. 68, his verbis : « Ælianus prædecessor tuus, merito dum vir perfectissimus Verus vicarius præfectorum tunc per Africam vestram incommoda valetudine teneretur, » etc. Scribe « per Africam nostram. » Sic enim loquitur Constantinus in *Epistola ad Elavhium*. Atque ita scribitur apud eumdem

Digitized by Google

πρόσελθε, καὶ αὐτὸ τοῦτο προσανένεγκε, ὅπως αὐτοὺς ἐκεῖνοι, καθάπερ αὐτοῖς παροῦσιν ἐκέλευσα, ἐπιστρέψωσιν. Ἡ θειότης τοῦ μεγάλου Θεοῦ σε διαφυλάξοι ἐπὶ πολλοῖς ἔτεσιν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ τῆς τῶν κληρικῶν (70) *ἀλειτουργησίας* (Nic. *H. E.* VII, 44).

Αντίγραφον βασιλικῆς ἐπιστολῆς δι' ἧς τοὺς προεστῶτας τῶν ἐκκλησιῶν πάσης ἀπολελύσθαι τῆς περὶ τὰ πολιτικὰ λειτουργίας προστάττει.

« Χαῖρε, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε ἡμῖν. Ἐπειδὴ ἐκ πλειόνων πραγμάτων φαίνεται παρεξουθενηθεῖσαν τὴν θρησκείαν ἐν ᾗ ἡ κορυφαία τῆς ἁγιωτάτης ἐπουρανίου (71) αἰδὼς φυλάττεται, μεγάλους κινδύνους ἐνηνοχέναι τοῖς δημοσίοις πράγμασιν, αὐτήν τε ταύτην ἐνθέσμως ἀναληφθεῖσαν καὶ φυλαττομένην, μεγίστην εὐτυχίαν τῷ Ῥωμαϊκῷ ὀνόματι, καὶ σύμπασι τοῖς τῶν ἀνθρώπων πράγμασιν ἐξαίρετον εὐδαιμονίαν παρεσχηκέναι, τῶν θείων εὐεργεσιῶν τοῦτο παρεχουσῶν, ἔδοξεν ἐκείνους τοὺς ἄνδρας τοὺς τῇ ὀφειλομένῃ ἁγιότητι καὶ τῇ τοῦ νόμου τούτου παρεδρίᾳ τὰς ὑπηρεσίας τὰς ἐξ ἑαυτῶν, τῇ τῆς θείας θρησκείας θεραπείᾳ παρέχοντας, τῶν καμάτων τῶν ἰδίων τὰ ἔπαθλα κομίσασθαι, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε (72). Διόπερ ἐκείνους τοὺς εἴσω τῆς ἐπαρχίας τῆς σοὶ πεπιστευμένης ἐν τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ ᾗ Καικιλιανὸς ἐφέστηκε, τὴν ἐξ ἑαυτῶν ὑπηρεσίαν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ θρησκείᾳ παρέχοντας, οὕσπερ κληρικοὺς ἐπονομάζειν εἰώθασιν, ἀπὸ πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν λειτουργιῶν βούλομαι ἀλειτουργήτους διαφυλαχθῆναι, ὅπως μὴ διά τινος πλάνης ἢ ἐξολισθήσεως ἱεροσύλου ἀπὸ τῆς θεραπείας τῆς τῇ θειότητι ὀφειλομένης ἀφέλκωνται, ἀλλὰ μᾶλλον ἄνευ τινὸς ἐνοχλήσεως τῷ ἰδίῳ νόμῳ ἐξυπηρετῶνται, ὥνπερ μεγίστην περὶ τὸ Θεῖον λατρείαν ποιουμένων, πλεῖστον ὅσον τοῖς κοινοῖς πράγμασι συνεῖσειν δοκεῖ. Ἐρῶσο, Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ τῆς Λικιννίου εἰς ὕστερον κακοτροπίας, καὶ τῆς κατωστροφῆς αὐτοῦ (Nic. *H. E.* VII, 44).

Τοιαῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἡ θεία καὶ οὐράνιος τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐπιφανείας ἐδωρεῖτο χάρις, τοσαύτη τε ἅπασιν ἀνθρώποις ἀφθονία ἀγαθῶν διὰ τῆς ἡμετέρας ἐπρυτανεύετο εἰρήνης. Καὶ ὧδε μὲν τὰ καθ'

A 394 CAPUT VII.

De immunitate clericorum.

Exemplum epistolæ imperatoris Constantini, qua cunctos ecclesiarum præsides ab omnibus publicis functionibus immunes esse præcipit.

« Ave, Anuline charissime nobis. Cum ex multis rebus constet, religionem illam in qua summa divinæ majestatis reverentia custoditur, spretam quidem maxima reipublicæ importasse discrimina; eamdem vero rite susceptam ac custoditam, et nomini Romano maximam prosperitatem, et cunctis mortalium rebus, divina id tribuente beneficentia, præcipuam felicitatem contulisse: placuit ut homines illi qui cum debita sanctimonia et assidua hujus legis observantia, ministerium suum divinæ B religionis cultui exhibent, laborum suorum mercedem reportent, Anuline charissime nobis. Quocirca eos homines qui intra provinciam tibi creditam in Ecclesia catholica cui Cæcilianus præest, huic sanctissimæ religioni ministrant, quos clericos vocare consueverunt, ab omnibus omnino publicis functionibus immunes volumus conservari, ne errore aliquo aut casu sacrilego a cultu summæ divinitati debito abstrahantur; sed ut potius absque ulla inquietudine propriæ legi deserviant. Quippe his summam venerationem divino numini exhibentibus, maximum inde emolumentum reipublicæ videtur accedere. Vale, Anuline charissime ac desideratissime nobis. »

C CAPUT VIII.

De malignitate Licinii postea subsecuta, et de ejus morte.

Hujusmodi nobis dona cœlestis ac divina gratia præsentiæ Servatoris nostri largita est, tantaque bonorum copia universo generi humano ex pace nobis restituta profluxit. Ac res quidem

Augustinum in lib. III, *Contra Cresconium* cap. 70.

(70) *Περὶ τῆς τῶν κληρικῶν.* In vetustissimo codd. Maz. et Fuk. hoc caput 6 dicitur, et recte quidem, ni fallor. Vide quæ supra notavi ad caput 6.

(71) *Τῆς ἁγιωτάτης ἐπουρανίου.* Christophorsonus addit vocem δυνάμεως, ex Constantini epistola ad Chrestum.

(72) *Ἀνυλῖνε τιμιώτατε.* In codice Med., Maz., Fuk. et Savil. legitur Ἀνυλῖνε τιμιώτατε καὶ ποθεινότατε ἡμῖν. Porro relatio Anulini proconsulis qua his Constantini litteris respondet, exstat apud Augustinum in epist. 68, his verbis: « Anulinus vir clarissimus proconsul Africæ. Scripta cœlestia majestatis vestræ accepta atque adorata, Cæciliano et his qui sub eodem agunt, quique clerici appellantur, devotio parvitatis meæ insinuare curavit: eosdemque hortata est, ut unitate consensu omnium facta, cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestræ liberati esse videantur Catholici, custodita sanctitate legis, debita reverentia divinis rebus inserviant. Verum post paucos dies exstiterunt quidam adunata secum populi multitudine, qui Cæciliano contradicendum putarent, quique fasciculum in aluta signatum et libellum sine signo obtulerunt dicationi meæ: atque impendio postularunt, ut ad sacrum et venerabilem comitatum numinis vestri dirigerem. Quæ manente Cæciliano in statu suo, subjectis eorumdem actis, D quo cuncta majestas vestra possit dignoscere, parvitas mea dirigere curavit. » Per « scripta cœlestia » intelligit Anulinus epistolam Constantini ad ipsum datam de immunitate clericorum, quæ ab Eusebio in hoc capite relata est. Quod quidem apertissime declaratur his verbis, quæ proxime sequuntur in relatione Anulini: « Cum omni omnino munere indulgentia majestatis vestræ liberati esse videantur Catholici. » Cæterum has Constantini epistolas præpostero ordine retulit Eusebius. Nam epistola Constantini ad Cæcilianum episcopum, item ejusdem epistola ad Anulinum cum relatione ejusdem Anulini, quam supra citavi, præcedere debent epistolam Constantini ad Miltiadem episcopum urbis Romæ. Omnes enim eæ epistolæ pertinent ad concilium Romanum, quod habitum est in causa Cæciliani coram Miltiade PP. Constantino III et Licinio III coss., anno Christi 315.

Digitized by Google

nostræ in hoc lætissimo statu et in hujusmodi festivitatibus erant. Sed virtutis inimicus et malorum omnium studiosissimus dæmonis livor, hoc spectaculum diu ferre non potuit. Neque item **395** Licinius iis calamitatibus quæ supradictis tyrannis acciderant, erudiri potuit ut saperet ac modeste ageret. Qui prospero imperii sui statu, secundi post Constantinum maximum loci dignitate, et affinitate augustique generis conjunctione honoratus, a bonorum quidem imitatione descivit, impiorum vero tyrannorum pravos atque improbos mores æmulatus est. Et quorum miserabilem vitæ exitum suis ipse oculis conspexerat, eorum consilia sequi maluit, quam in benevolentia atque amicitia optimi principis perstare. Etenim invidiæ stimulis adversus bene de se meritum incitatus, gravissimum et nefarium ei bellum intulit, non naturæ reveritus jura, non fœderum, non jurisjurandi, nec consanguinitatis memor. Nam Constantinus quidem utpote benignissimus princeps, quo sinceræ benevolentiæ certissimum ei argumentum daret, affinitate sua eum dignatus fuerat; nec illustres sororis suæ nuptias eidem denegaverat : verum stirpis suæ nobilitatem, et imperatorii jam inde a proavis generis splendorem cum eo communicaverat, totiusque orbis Romani imperium cum illo, utpote affine et regni consorte participaverat. Nec minorem ei portionem imperii Romani regendam gubernandamque concesserat. Licinius vero prorsus contraria omnia agebat; omnis generis fraudes adversus potiorem quotidie comminiscens, cunctasque insidiandi artes excogitans, ut bene meritum malis remuneraretur. Ac principio quidem insidias tegere studens, amicum se esse simulabat : et fraude ac dolis Constantinum sæpe appetens, facile se voti sui compotem fore sperabat. Sed enim Constantino amicus, et tutor custosque erat Deus : qui insidias clam et occulte ipsi comparatas in lucem proferens confutabat. Tantam vim habet magna illa pietatis armatura, tum ad propulsandos inimicos, tum ad propriæ salutis conservationem. Qua quidem armatura munitus imperator noster Deo charissimus, multiplices nefarii hominis insidias effugit. Igitur Licinius cum occultas insidias non ex voto sibi cedere videret, utpote Deo cunctas ipsius fraudes ac dolos charissimo principi detegente, latere se amplius non posse perspiciens, bellum palam movet. Porro cum Constantino bellum inferre statuisset, simul **396** etiam adversus summum omnium Deum quem a Constantino coli cognoverat, præliari instituit. Debinc cultores divini numinis sub ditione sua degentes, qui nulla unquam injuria aut molestia imperium ipsius affecerant, sensim ac tacite oppugnare ag-

ἡμᾶς ἐν εὐφροσύνῃ καὶ πανηγύρεσιν ἐτελεῖτο. Οὐκ ἦν δὲ ἄρα τῷ μισοκάλῳ φθόνῳ, τῷ τε φιλοπονήρῳ δαίμονι φορητὸς ἡ τῶν ὁρωμένων θέα· ὥσπερ οὖν οὐδὲ Λικιννίῳ πρὸς σώφρονα λογισμὸν ἐτύγχανεν αὐτάρκη τὰ τοῖς πρόσθεν δεδηλωμένοις τυράννοις συμβεβηκότα· ὃς εὖ φερομένης τῆς ἀρχῆς αὐτῷ, βασιλέως μεγάλου Κωνσταντίνου δευτερείων τιμῆς, ἐπιγαμβρίας τε καὶ συγγενείας τῆς ἀνωτάτω ἠξιωμένος, μιμήσεως μὲν τῆς τῶν καλῶν ἀπελιμπάνετο, τῆς δὲ τῶν ἀσεβῶν τυράννων μοχθηρίας ἐζήλου τὴν κακοτροπίαν, καὶ ὧν τοῦ βίου τὴν καταστροφὴν ἐπεῖδεν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς, τούτων ἔπεσθαι τῇ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ τοῦ κρείττονος διαθέσει ἐμμένειν καὶ φιλίᾳ, ἤρείτο. Διαφθονηθείς γέ τοι τῷ πανευεργέτῃ, πόλεμον δυσαγῆ καὶ δεινότατον πρὸς αὐτὸν ἐκφέρει, οὐ φύσεως νόμων φεισάμενος, οὐχ ὁρκωμοσιῶν, οὐχ αἵματος, οὐ συνθηκῶν μνήμην ἐν διανοίᾳ λαβών. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῷ οἷα πανάγαθος βασιλεὺς, εὐνοίας παρέχων ἀληθοῦς σύμβολα, συγγενείας τῆς πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐφθόνησε, γάμων τε λαμπρῶν ἀδελφῆς μετουσίαν οὐκ ἀπηρνήσατο, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκ πατέρων εὐγενείας (73), βασιλικοῦ τε ἀνέκαθεν αἵματος κοινωνὸν γενέσθαι ἠξίωσε, τῆς τε κατὰ πάντων ἀπολαύειν ἀρχῆς, οἷα κηδεστῇ καὶ συμβασιλεῖ παρεῖχε τὴν ἐξουσίαν, οὐκ ἔλαττον μέρος τῶν ὑπὸ Ῥωμαίους ἐθνῶν διέπειν αὐτῷ καὶ διοικεῖν κεχαρισμένος. Ὁ δ' ἔμπαλιν, τούτοις τἀναντία διεπράττετο, παντοίας ὁσημέραι κατὰ τοῦ κρείττονος μηχανὰς ἐπιτεχνώμενος, πάντας τε ἐπινοῶν ἐπιβουλῆς τρόπους, ὡς ἂν κακοῖς τὸν εὐεργέτην ἀμείψαιτο. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα πειρώμενος τὴν συσκευὴν ἐπικρύπτειν, φίλος εἶναι προσεποιεῖτο, δόλῳ τε καὶ ἀπάτῃ πλειστάκις ἐπιθέμενος, ῥᾷστα ἂν τυχεῖν τοῦ προσδοκωμένου ἤλπισε. Τῷ δὲ ἄρα ὁ θεὸς ἦν φίλος, κηδεμών τε καὶ φύλαξ, ὃς αὐτῷ τὰς ἐν ἀπορρήτῳ καὶ σκότει μηχανωμένας ἐπιβουλὰς εἰς φῶς ἄγων διήλεγχε. Τοσοῦτον ἀρετῆς τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ὅπλον (74), πρὸς ἄμυναν μὲν ἐχθρῶν, οἰκείας δὲ φυλακὴν σωτηρίας ἰσχύει· ᾧ δὴ πεφραγμένος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς, τὰς τοῦ δυσωνύμου πολυπλόκους ἐπιβουλὰς διεδίδρασκεν. Ὁ δὲ τηνλαθραίαν συσκευὴν ὡς οὐδαμῶς ἑώρα κατὰ γνώμην αὐτῷ χωροῦσαν, τοῦ Θεοῦ πάντα δόλον τε καὶ ῥᾳδιουργίαν τῷ θεοφιλεῖ βασιλεῖ κατάφωρα ποιοῦντος, οὐκέθ' οἷός τε ὢν ἐπικρύπτεσθαι, προφανῆ πόλεμον αἴρεται. Ὁμόσε δῆτα Κωνσταντίνῳ πολεμεῖν διαγνοὺς, ἤδη καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων, ὃν ἠπίστατο σέβειν αὐτὸν, παρατάττεσθαι ὡρμᾶτο. Κἄπειτα τοὺς ὑπ' αὐτῷ θεοσεβεῖς, μηδὲν μηδ' ὅλως πώποτε τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ λυπηρὸν διαθεμένους, ῥέμα τέως καὶ ἡσυχῇ πολιορκεῖν ἐπεβάλετο· καὶ τοῦτ' ἔπραττε, δεινῶς ἀβλεπτεῖν ὑπὸ τῆς ἐμφύτου κακίας ἠναγκασμένος. Οὔτ' οὖν τὴν μνήμην τῶν πρὸ αὐτοῦ Χριστιανοὺς ἐκδιωξάντων πρὸ ὀφθαλμῶν ἔθετο, οὐδ' ὧν αὐτὸς ὁλετὴρ

(73) *Τῆς ἐκ πατέρων εὐγενείας.* Συγγενείας vulg. Amplector emendationem quæ ad marginem codicis Turnebi ascripta est εὐγενείας. Erat enim Constantinus nobilissimo genere natus, quippe qui originem stirpis suæ ad Claudium imperatorem referret.

(74) *Τοσοῦτον ἀρετῆς τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ὅπλον.* Nicephorus vocem ἀρετῆς, quippe quæ sensum turbaret, expunxit. Exstat tamen in omnibus nostris codicibus, et apud Gelasium Cyzicenum. Itaque videndum an legi possit τοσοῦτον τὸ μέγα θεοσεβείας ἀρετῆς ὅπλον. Sic Eusebius infra in fine hujus libri θεοσεβείας ἀρετὴν dicit, et in libro I *De vita Constantini*, initio.

Digitized by Google

καὶ τιμωρὸς, δι' ἃς μετῆλθον ἀσεβείας, κατέστη. Ἀλλὰ γὰρ τοῦ σώφρονος ἐκτραπεὶς λογισμοῦ, διαῤῥήδην δὲ μανεὶς τὰς φρένας, τὸν Θεὸν αὐτὸν οἷα δὴ Κωνσταντίνου βοηθὸν, ἀντὶ τοῦ βοηθουμένου πολεμεῖν ἐγνώκει. Καὶ πρῶτα μὲν τῆς οἰκίας τῆς αὑτοῦ πάντα Χριστιανὸν ἀπελαύνει, ἔρημον αὐτὸς αὑτὸν ὁ δείλαιος τῆς τούτων καθιστὰς ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν εὐχῆς, ἣν ὑπὲρ ἁπάντων αὐτοῖς ποιεῖσθαι πάτριον μάθημα τυγχάνει· εἶτα δὲ τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας (75) ἐκκρίνεσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι τοῦ τῆς τιμῆς ἀξιώματος, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο, παρακελεύεται. Καὶ ἔτι γε ταῦτα ἦν μικρὰ, τῇ τῶν μειζόνων συγκρινόμενα παραθέσει. Τί δεῖ τούτων τὰ καθέκαστα καὶ κατὰ μέρος τῷ θεομισεῖ πεπραγμένα μνημονεύειν, ὅπως τε νόμους ἀνόμους ὁ παρανομώτατος ἐξεῦρε; Τούς γέ τοι ἐν ταῖς εἱρκταῖς ταλαιπωρουμένους, ἐνομοθέτει μηδένα μεταδόσει τροφῆς φιλανθρωπεύεσθαι, μηδ' ἐλεεῖν τοὺς ἐν δεσμοῖς λιμῷ διαφθειρομένους, μηδ' ἁπλῶς ἀγαθὸν εἶναι μηδένα, μηδ' ἀγαθόν τι πράττειν, τοὺς καὶ πρὸς αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπὶ τὸ συμπαθὲς τῶν πέλας ἑλκομένους. Καὶ ἦν γε νόμων οὗτος ἄντικρυς ἀναιδὴς καὶ ἀπηνέστατος, πᾶσαν ἥμερον ὑπερεξάγων φύσιν (76), ἐφ' ᾧ καὶ τιμωρία προσέκειτο, τοὺς ἐλεοῦντας τὰ ἴσα πάσχειν τοῖς ἐλεουμένοις, δεσμοῖς τε καὶ φυλακαῖς καθείργνυσθαι, τὴν ἴσην τοῖς καταπονουμένοις ὑπομένοντας τιμωρίαν, τοὺς τὰ φιλάνθρωπα διακονουμένους. Τοιαῦται αἱ Λικιννίου διατάξεις. Τί χρὴ τὰς περὶ γάμων καινοτομίας ἀπαριθμεῖσθαι, ἢ τοὺς ἐπὶ τοῖς τὸν βίον μεταλλάττουσι (77) νεωτερισμοὺς αὐτοῦ, δι' ὧν τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων εὖ καὶ σοφῶς κειμένους νόμους περιγράψαι τολμήσας, βαρβάρους τινὰς καὶ ἀνημέρους ἀντεισῆγε νόμους, ἀνόμους ὡς ἀληθῶς καὶ πα-

A gressus est. Atque id agebat, innata quadam malitia densissimas ei tenebras offundente. Itaque nec eorum qui ante ipsum Christianos persecuti fuerant, exemplum ante oculos sibi proposuit, nec illorum quorum ipse ultor atque exstinctor ad comprimendam illorum impietatem fuerat constitutus. Sed a recta ratione aberrans, seu potius aperta correptus insania, Deum ipsum utpote Constantini adjutorem, ejus qui adjuvabatur loco adoriri decrevit. Et primum quidem Christianos omnes domo sua expellit, seipsum miser denudans atque orbans orationum suffragio, quas illi et pro ipso et pro cunctis hominibus ex patrio instituto ad Deum fundere consueverant. Posthæc cunctos in urbibus militantes, nisi dæmonibus sacrificare mallent, B exauctorari et honore militiæ spoliari jubet. Sed hæc parva sunt, si cum majoribus quæ subsecuta sunt conferantur. Quid autem attinet singula quæ iste Deo invisus perpetravit, enumerando recensere, et quomodo leges illegitimas ipse legum omnium violator excogitaverit? Quippe lege lata prohibuit, ne quis miseris in carcere detentis alimenta humaniter subministraret, neve quis homines in vinculis fame contabescentes miseratione prosequeretur: hoc est, ne quis omnino vir bonus exsisteret, neve ii qui ad proximorum miserationem natura ipsa ducuntur, boni quidquam præstarent. Fuit hæc profecto lex palam impudens et omnium immanissima, quippe quæ omnem a natura insitam mansuetudinem excluderet. Quin et legi C adjecta erat hæc pœna, ut qui reis stipem dedissent, pari cum reis ipsis supplicio plecterentur, utque in carcerem et vincula conjecti, eamdem cum

(75) *Τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας*. In libro I *De vita Constantini*, cap. 54, hæc paulo fusius explicantur his verbis: Γυμνῇ λοιπὸν τῇ κεφαλῇ, τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας, ἡγεμονικῶν ταγμάτων ἀποβάλλεσθαι, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσιν αἱροῖντο θύειν, παρεκελεύετο· ἐγυμνοῦντο δῆτα τῶν κατὰ πᾶν ἔθνος ἀξιωμάτων αἱ τάξεις ἀνδρῶν θεοσεβῶν. Id est: « Tandem abjectis ambagibus, perfricta quod aiunt fronte decrevit, ut milites qui per singulas urbes judicibus apparebant, nisi dæmonibus sacrificare mallent, ab apparitione præsidialis officii removerentur. Proinde officia magistratuum per singulas provincias, viris piis ac religiosis Dei cultoribus nudabantur. » Non mirum est hæc a Christophorsono non esse intellecta, quandoquidem pauci admodum ac pene nemo hactenus hæc intellexit. Duplex erat militia apud Romanos: altera castrensis seu legionaria; altera civilis, quæ etiam cohortalis militia dicitur in codice Theodosii. Qui in hanc cohortalem militiam ascripti erant, vulgo a Latinis officiales seu apparitores vocantur: a Græcis autem communi vocabulo στρατιῶται. Sic Themistius in oratione 1, pag. 58, et Chrysostomus homilia 1 *in Epistolam I ad Corinthios*, pag. 8, et pag. 10, et in homilia 62 *in Evangelium Matthæi*. Quin etiam στρατεύειν est apparitoris officio fungi apud eumdem Chrysostomum homilia 1 *in Matthæum*: Καὶ ἄρχοντας ἀριθμεῖν δύνασαι οἷς ἐστρατεύσω τὸν ἔμπροσθεν χρόνον. Quem locum sic vertit Anianus: « Potes enumerare non solum principes sub quibus anteactis temporibus militasti. » Cum potius sic vertere debuisset: « Præsides omnes et rectores provinciarum potes recensere, quibus antea apparuisti. » Interdum autem Græci ad distinctionem castrensis militiæ, hos apparitores appellant τοὺς στρατιώτας κατὰ πόλιν. Ita Eusebius in locis supra citatis. Et Themistius in orat. 17, pag. 457, ὁπόσον ἀστυχοῦ στρατιώτου φιλοκέρδεια. Qui locus doctissimum interpretem valde exercuit. Atqui ἀστυχὸς στρατιώτης Themistio idem est ac ὁ κατὰ πόλιν στρατιώτης apud Eusebium: apparitores scilicet præsidum et præfectorum prætorio, qui fiscalia tributa exigebant. In edicto Theodorici, cap. 73, miles et apparitor judicis pro eodem sumitur. Et apud Cassiodorum in præfatione Variarum. De his militibus accipiendus est locus Chrysostomi in homilia nuper edita *De liberis educandis*: D Οἱ μὲν στρατεύονται κατὰ τῶν ἀδικούντων· οἷόν εἰσιν ἐν τῇ πόλει οἱ στρατιῶται.

(76) *Πᾶσαν ἥμερον ὑπερεξάγων φύσιν*. In libro I *De vita Constantini* pro ὑπερεξάγων, legitur ὑπερακοντίζων. At Christophors. ὑπεξάγων, legisse videtur, Musculus vero secutus est eam scripturam quæ legitur in l. I *De vita Constantini*. Sic enim vertit: « Erat ea lex palam impudens et immanissima, et quamvis placidam excedens naturam. » Verum in l. I *De vita Constantini*, haud dubie scribendum est πᾶσαν ἀνήμερον ὑπερακοντίζων φύσιν. Sic enim loquitur Euseb. infra in hoc cap.

(77) *Ἐπὶ τοῖς τὸν βίον μεταλλάττουσι*. Langus, Musculus et Christophorsonus verterunt « mortuos, » quod non probo. Quænam porro fuerit hæc lex Licinii, difficile est dicere. Videtur tamen ad testamenta morientium pertinuisse. Abrogata autem est a Constantino post partam de Licinio victoriam.

Digitized by Google

noxiis hominibus pœnam subirent, qui humanitatis officia illis præstitissent. Hujusmodi fuere constitutiones Licinii. Quid præterea opus est commemorare, quæ in nuptiis aut quæ circa morientes innovavit; vetustas Romanorum leges recte et sapienter constitutas ausus abolere, et barbaras quasdam atque immanes planeque **397** illegitimas et iniquas leges illarum loco substituere? Innumeros etiam indictionum titulos adversus subditos excogitavit, et varias auri argentique exactiones, et terræ mensiones; exitialis denique lucri compendium ex rusticis qui superstites amplius non essent, sed jampridem obiissent. Quid referam exsilia ab isto humani generis hoste innocentibus irrogata? Quid nobiles et præcipuæ dignitatis viros in carcerem abductos, quorum uxores ætate florentes per vim ab ipsis abstractas, sceleratis quibusdam mancipiis constuprandas dabat? Quid mulieres nuptas et virgines recenseam quibus ille decrepitus senex illudens, libidinem suam explevit? Quid, inquam, opus est in his commemorandis diutius immorari, cum postremorum ejus facinorum gravitas, ut priora hæc levia ac prope nulla esse viderentur, effecerit. Denique eo furoris processit, ut episcopos etiam adoriretur. Quos cum suis consiliis ac facinoribus adversos esse, utpote summi Dei famulos, existimaret, nondum quidem aperte, metu scilicet præstantioris, clam tamen ac subdole est aggressus : et ex illis probatissimum quemque structis per præsides suos insidiis interemit. Modus porro cædis quo illos sustulit, novus plane nec ante unquam auditus. Sed quæ apud Amasiam et reliquas Ponti urbes perpetravit, omnem credulitatis modum transcendunt. Ubi ecclesiæ Dei, aliæ iterum solo æquatæ sunt, aliæ clausæ, ne quisquam eorum qui eas adire consueverant, eo conveniret,

A ρανόμους; Ἐπισκήψεις (78) τε μυρίας κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν ἐπενόει, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου παντοίας εἰσπράξεις, ἀναμετρήσεις τε γῆς (79), καὶ τῶν κατ' ἀγροὺς μηκέτ' ὄντων ἀνθρώπων, πρόπαλαι δὲ κατοιχομένων, ἐπίζήμιον κέρδος. Οἵους δ' ἐφεῦρεν ἐπὶ τούτοις ὁ μισάνθρωπος κατὰ μηδὲν ἠδικηκότων ἐξορισμοὺς (80), οἷας εὐπατριδῶν (81) καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἀπαγωγὰς, ὧν δὴ τὰς κουριδίας ἀποζευγνὺς γαμετὰς, μιαροῖς τισιν οἰκέταις ἐφ' ὕβρει πράξεως αἰσχρᾶς παρεδίδου· ὅσαις δὲ αὐτὸς ὁ ἐσχατόγηρως (82) γυναιξὶν ὑπάνδροις, παρθένοις τε κόραις ἐμπαροινῶν, τὴν ἀκόλαστον τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἐπιθυμίαν ἐπλήρου· τί χρὴ ταῦτα μηκύνειν, τῆς τῶν ἐσχάτων αὐτοῦ πράξεων ὑπερβολῆς μικρὰ τὰ πρῶτα καὶ τὸ μηδὲν εἶναι διελεγχούσης; Τὸ γοῦν τέλος αὐτῷ τῆς μανίας, ἐπὶ B τοὺς ἐπισκόπους ἐχώρει. Ἤδη τε τούτους, ὡς ἂν τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ θεράποντας, ἐναντίους ὑπάρχειν οἷς ἔδρα, ἡγούμενος, οὕπω μὲν ἐκ τοῦ φανεροῦ διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ κρείττονος φόβον, λάθρα δὲ αὖθις καὶ δολίως συνεσκευάζετο, ἀνῄρει τε τούτων δι' ἐπιβουλῆς τῶν ἡγεμόνων τοὺς δοκιμωτάτους. Καὶ ὁ τρόπος δὲ τοῦ κατ' αὐτῶν φόνου ξένος τις ἦν, καὶ οἷος οὐδεπώποτε ἠκούσθη. Τὰ γοῦν ἀμφὶ τὴν Ἀμάσειαν καὶ τὰς λοιπὰς τοῦ Πόντου πόλεις κατεργασθέντα πᾶσαν ὑπερβολὴν ὠμότητος ὑπερηκόντισεν· ἔνθα τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ, αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὖθις κατερρίπτοντο, τὰς δὲ ἀπέκλειον, ὡς ἂν μὴ συνάγοιτό τις τῶν εἰωθότων, μηδὲ τῷ Θεῷ τὰς ἐποφειλομένας ἀποδιδῷ λατρείας. Συντελεῖσθαι γὰρ οὐχ ἡγεῖτο ὑπὲρ αὐτοῦ τὰς εὐχὰς, συνειδότι φαύλῳ τοῦτο λογιζόμενος, C ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως πάντα πράττειν ἡμᾶς καὶ τὸν Θεὸν ἱλεοῦσθαι πέπειστο· ἔνθεν ὡρμᾶτο καθ' ἡμῶν τὸν θυμὸν ἐπισκήπτειν. Καὶ δῆτα τῶν ἡγεμόνων οἱ κόλακες, τὰ φίλα πράττειν τῷ δυσαγεῖ πεπεισμένοι, τῶν ἐπισκόπων τοὺς μὲν συνήθως ταῖς τῶν κακούργων ἀνδρῶν περιέβαλλον τιμωρίαις, ἀπ-

(78) *Ἐπισκήψεις*. Sic etiam vocat Eusebius in libro VIII, cap. 17, ubi de Maximino agit Orientis tyranno. Sed in libro I *De vita Constantini* σκήψεις vocat, id est, rationes cogendæ pecuniæ. Græci veteres πόρους et πορισμούς dicebant. Itaque et liber Xenophontis exstat περὶ πόρων. Posteriores Latini « titulos » dixere. Sic Amm. Marcellinus in lib. XIX," « et conquisitorum detestanda nomina titulorum. »

(79) *Ἀναμετρήσεις τε γῆς*. Recte Langus « iteratas agrorum mensiones » interpretatus est. Quod plane confirmat Rufinus, qui vertit « census innovare. » Neque enim novi census fieri possunt absque iterata agrorum mensione. Quippe census apud Romanos duo complectebatur ; modum scilicet agrorum et capitum numerum, ut alibi notavi. Vide librum primum *De vita Constantini*, cap. 55. Porro de avaritia Licinii præter Eusebium testatur Aurelius Victor, et Victoris *Epitome*. Quod vero ait Eusebius Licinium gravissimis exactionibus subditos oppressisse, duorum veterum scriptorum testimonio refellitur. Nam Victoris quidem epitome de Licinii moribus hæc habet : « Agraribus plane ac rusticantibus, quia ab eo genere ortus altusque erat, satis utilis, » etc. Libanius vero in oratione pro templis gentilium ita loquitur : Παίδων τοίνυν ἡμῶν ὄντων, καθαιρεῖ μὲν τῶν περιυβρίσαντα τὴν γνώμην (scribo ῥώμην) ὁ Γαλατῶν ἐπ' αὐτὸν ἀγαγὼν D στρατόπεδον, οἳ θεοῖς ἐπῆλθον πρότερον εὐξάμενοι· κρατήσας δὲ καὶ ἀνδρὸς ἐπ' ἐκείνῳ ταῖς πόλεσιν ἀνθεῖν παρεσχηκότος, etc. Id est : « Me quidem adhuc puero, tyrannum qui Romam omni contumeliarum genere affecerat, debellavit Constantinus, ducto adversus illum Gallorum exercitu, qui post vota diis immortalibus facta in hostem profecti sunt. Post hunc vero, cum alium qui urbes florentissimas præstiterat, superasset, » etc. Ac primum quidem illum qui Romanæ urbi fœde illuserat, Maxentium sine dubio intelligit. Alter vero ille citra controversiam Licinius est, sub quo urbes ait floruisse Libanius.

(80) Vulg. *ἐξορχισμούς*. Non dubito quin legendum sit ἐξορισμούς. Nam in lib. I *De vita Constantini*, cap. 55, ubi hæc omnia iisdem fere verbis repetit Eusebius, pro eodem habet ὑπερορίους τιμωρίας.

(81) *Εὐπατριδῶν*. *Patricios* vertit Christophorsonus, tralatitio errore, quem jam antea confutavimus. Nobiles autem dicebantur, qui oriundi erant ex iis qui magistratum gessissent vel in urbe Roma, vel in municipiis. In actis præsidialibus Tarachi, Probi et Andronici : « Maximus præses dixit, quo genere es, Andronice ? Andronicus dixit de nobili genere, et primi ordinis Ephesiorum filius. »

(82) *Ὁ ἐσχατόγηρως*. Atqui Licinius mortuus est anno ætatis 60, ut scribit Victor in *Epitome*. Quare Eusebius hoc loco rem exaggerat oratorio more.

Digitized by Google

ἠγοντό τε καὶ ἐκολάζοντο ἀπροφασίστως τοῖς μιαιφόνοις ὁμοίως, οἱ μηδὲν ἠδικηκότες· ἤδη δέ τινες καινοτέραν ὑπέμενον τελευτὴν, ξίφει τὸ σῶμα εἰς πολλὰ τμήματα κατακρεουργούμενοι, καὶ μετὰ τὴν ἀπηνῆ ταύτην καὶ φρικτοτάτην θέαν, τοῖς τῆς θαλάσσης βυθοῖς, ἰχθύσι βορὰ ῥιπτούμενοι. Φυγαὶ δὴ αὖθις ἐπὶ τούτοις τῶν θεοσεβῶν ἐγίνοντο ἀνδρῶν· καὶ πάλιν ἀγροὶ, καὶ πάλιν ἐρημίαι, νάπαι τε καὶ δρῆ τοὺς Χριστοῦ θεράποντας ὑπεδέχοντο. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τοῦτον προὐχώρει τῷ δυσσεβεῖ τὸν τρόπον, λοιπὸν καὶ τὸν κατὰ πάντων ἀνακινεῖν διωγμὸν, ἐπὶ διάνοιαν ἐβάλλετο. Ἐκράτει τε γνώμης καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν ἦν αὐτῷ μὴ οὐχὶ ἐν ἔργῳ χωρεῖν, εἰ μὴ τάχιστα τὸ μέλλον ἔσεσθαι προλαβὼν ὁ τῶν οἰκείων ψυχῶν ὑπέρμαχος Θεὸς, ὡς ἐν βαθεῖ σκότῳ καὶ νυκτὶ ζοφωδεστάτῃ φωστῆρα μέγαν ἀθρόως καὶ σωτῆρα τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε, τὸν αὐτοῦ θεράποντα Κωνσταντῖνον ὑψηλῷ βραχίονι ἐπὶ τὰ τῇδε χειραγωγήσας.

A et supremo Numini debitum cultum exhiberet. Neque enim orationes pro se fieri opinabatur, scelerum scilicet conscientia in eam opinionem adductus. Sed nos pro imperatore Dei amantissimo omnia facere, ac divinum numen placare, sibi persuaserat. Quam ob causam impetum omnem furoris sui in nos convertit. Proinde præsides quotquot principis gratiam captabant, cum scelestissimo tyranno id placere intelligerent, episcopos partim iisdem quibus maleficos homines pœnis identidem subjiciebant. Itaque viri qui nihil mali commiserant, absque ulla causa abducebantur, et puniebantur perinde ac sicarii. Quidam vero novum quoddam mortis genus pertulerunt, corpore in multas partes frustatim conciso; et post atrox hujusmodi atque B horrendum spectaculum, **398** ut piscibus cibum præberent in altissimum mare projecti. Posthæc igitur Dei cultores fugam inire denuo cœperunt. Iterum agri, iterum solitudines, iterum montes ac silvæ famulos Christi suscepere. Quæ cum ad hunc modum impiissimo tyranno succederent, deinceps persecutionem adversus omnes Christianos excitare in animum induxit. Ac procul dubio voti sui compos exstitisset, nec ei quidquam obstitisset quominus rem ad exitum perduceret; nisi famulorum suorum propugnator Deus, id quod futurum erat celerrime præveniens, Constantinum famulum suum, tanquam splendidum quoddam ac salutare lucis jubar, in profunda caligine et in obscurissima nocte omnibus repente ostendisset, eumdemque in brachio excelso ad has partes quasi manu apprehensum perduxisset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῆς νίκης Κωνσταντίνου καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐξουσίαν ὑπαρξάντων (Nic. *H. E.* VII, 45, 46).

CAPUT IX.

De victoria Constantini, et de bonis quæ cunctis in orbe Romano degentibus per eum contigerunt.

Τούτῳ μὲν οὖν (83) ἄνωθεν ἐξ οὐρανοῦ καρπὸν C εὐσεβείας ἐπάξιον, τὰ τρόπαια τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρεῖχε νίκης· τὸν δ' ἀλιτήριον, αὐτοῖς συμβούλοις ἅπασι καὶ φίλοις, ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου ποσὶ πρηνῆ κατέβαλεν. Ὡς γὰρ εἰς ἔσχατα μανίας τὰ κατ' αὐτὸν ἤλαυνεν, οὐκέτ' ἀνεκτὸν εἶναι λογισάμενος βασιλεὺς ὁ τῷ Θεῷ φίλος, τὸν σώφρονα συναγαγὼν λογισμὸν (84), καὶ τὸν στερρὸν τοῦ δικαίου τρόπον φιλανθρωπίᾳ κερασάμενος, ἅσμενος ἐπαμῦναι κρίνει τοῖς ὑπὸ τῷ τυράννῳ ταλαιπωρουμένοις, καὶ τό γε πλεῖστον ἀνθρώπων γένος, βραχεῖς λυμεῶνας ἐκποδὼν ποιησάμενος, ἀνασώσασθαι ὁρμᾶται. Μόνῃ γὰρ αὐτῷ χρωμένῳ φιλανθρωπίᾳ τὸν πρὸ τούτου χρόνον, καὶ τὸν οὐ συμπαθείας ἄξιον ἐλεοῦντι, τῷ μὲν οὐδὲν ἐγίνετο πλέον, τῆς κακίας οὐκ ἀπαλλαττομένῳ, αὔξοντι δὲ μᾶλλον τὴν κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν λύτταν, τοῖς D δὲ κακουμένοις οὔτις ἐλείπετο σωτηρίας ἐλπὶς, ὑπὸ δεινῷ θηρίῳ καταπονουμένοις. Διὸ δὴ τῷ φιλαγάθῳ μίξας τὸ μισοπόνηρον ὁ τῶν ἀγαθῶν ἀρωγὸς, πρόεισιν ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ φιλανθρωποτάτῳ, σωτήριον δεξιὰν ἅπασι τοῖς ἀπολλυμένοις ἐκτείνας· εἶθ' οἷα παμβασιλεῖ Θεῷ, Θεοῦ Παιδὶ Σωτῆρι ἁπάντων ποδηγῷ καὶ συμμάχῳ χρώμενοι, πατὴρ ἅμα καὶ υἱὸς, ἅμῳ κύκλῳ διελόντες τὴν κατὰ τῶν θεομισῶν παράταξιν ὁδίαν τὴν νίκην ἀποφέρονται, τῶν κατὰ

Et huic quidem victoriam ac triumphum de impiis, tanquam præmium ejus pietati debitum cœlitus largitus est Deus. Illum vero nefarium una cum omnibus consiliariis ipsius et amicis, pedibus Constantini pronum substravit. Nam cum ille ad summam prorumperet insaniam, non amplius id ferendum ratus Deo charus imperator, modestam ac sobriam in se colligens mentem, et severum justitiæ vigorem clementia temperans, libenti animo opem ferre statuit iis qui a tyranno opprimebantur, et paucis pestibus e medio sublatis, innumerabiles prope homines servare. Cum enim antea sola clementia usus fuisset, et hominem nulla miseratione dignum esset miseratus : ei quidem nihil profuit, quippe qui a pristina improbitate nequaquam desiterit, quin potius rabiem adversus subditos intenderit. Oppressis vero nulla jam spes salutis supererat, quos immanis illa bellua crudelissime vexabat. Quocirca bonorum propugnator Constantinus, amori virtutis miscens odium improbitatis, una cum filio Crispo clementissimo Cæsare expeditionem suscepit, salutarem dextram cunctis pereuntibus porrigens. Ambo igitur, pater videlicet ac filius, summo omnium rege ac Servatore Dei Filio ac Deo, duce **399** et adjutore fulti, acie inter se divisa Deique ho-

(83) *Τούτῳ μὲν οὖν.* Ab his verbis caput 9 inchoavimus : quam conjecturam nostram plane confirmant vetustissim. codd. Mazarinus et Fuketianus. In quibus etiam hoc capitulum octavum dicitur, recte ut supra notavi.

(84) *Σώφρονα συναγαγὼν λογισμόν.* Id est, « modestam in se colligens mentem. » Phrasis est Eusebiana. Sic enim loquitur in lib. III *De vita Constantini*, cap. 5 et cap. 11. At Langus interpres Nicephori vertit « moderatam contrahens mentem, » quod non probo.

Digitized by Google

stibus undique circumjecta, perfacilem victoriam retulerunt, cum Deus in conflictu cuncta ipsis prona atque expedita ex animi sententia præstitisset. Repente ergo et dicto citius, hi quidem qui heri ac nudiustertius cædes ac minas anhelabant, perierunt funditus, ac ne nominis quidem eorum memoria permansit. Imagines quoque eorum et reliqua monumenta, congrua ignominiæ labes aspersit. Et quæ impiis olim tyrannis Licinius ipse suis oculis contingere viderat, eadem quoque simili modo perpessus est. Etenim ipse etiam disciplinam non admisit, nec aliorum suppliciis emendatus est : sed eamdem quam superiores illi viam impietatis insistens, merito in eumdem cum illis exitii gurgitem est delapsus. Et hic quidem ad hunc modum percussus occubuit. Constantinus vero omnibus religionis virtutibus ornatus, et victor maximus, una cum filio Crispo Cæsare Deo charissimo et patri undequaque simillimo, Orientem suum recepit, et imperium Romanum, sicut olim fuerat, in unum corpus redegit : universum orbem terrarum qui ab oriente sole ad ultimas usque occidentis oras protenditur, cum circumfusis utrinque regionibus tam ad septentrionem quam ad meridiem, paci suæ subjiciens. Itaque homines omni metu eorum a quibus antea opprimebantur penitus amoto, festos dies cum maximo splendore et celebritate egerunt. Lux quædam jucundissima superfundi omnibus videbatur, et qui prius mœsti fuerant, tunc hilari ac renidenti vultu lætisque oculis se vicissim aspiciebant. Choreis etiam et hymnis tam per agros quam per civitates, primum quidem Deum omnium regem prout edocti fuerant, deinde piissimum imperatorem, et Deo charissimos ejus filios celebrabant. Nulla præteritarum calamitatum, nulla impietatis memoria suppetebat : sed præsentium bonorum fructus cum futurorum spe atque exspectatione percipiebatur. Proponebantur ubique victoris principis edicta, plena humanitatis, et leges liberalitatis illius ac veræ pietatis indicia præferentes. Ad hunc igitur modum tyrannica dominatione exstirpata, penes solos Constantinum ejusque liberos imperium Romanum, quod jure ipsis competebat, firmum et extra omnem invidiam permansit. Qui **400** quidem omnium superiorum principum impietate detersa atque e medio sublata, bonorum sibi divinitus concessorum probe conscii, studium virtutis et amorem Dei,

A τὴν συμβολὴν πάντων ἐξευμαρισθέντων αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατὰ γνώμην. Ἀθρόως δῆτα καὶ λόγου θᾶττον, οἱ μὲν χθὲς καὶ πρὸ ἡμέρας θανάτου πνέοντες καὶ ἀπειλῆς, οὐκέτ' ἦσαν (85), οὐδὲ μέχρι ὀνόματος μνημονευόμενοι· γραφαί τε αὐτῶν καὶ τιμαὶ τὴν ἀξίαν αἰσχύνην ἀπελάμβανον. Καὶ ἃ τοῖς πάλαι δυσσεβέσι τυράννοις ἐπεῖδεν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς Λικίννιος, ταῦτα ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἔπασχεν, ὅτι μηδ' αὐτὸς ἐδέξατο παιδείαν, μηδὲ ταῖς τῶν πέλας ἐσωφρονίσθη μάστιξι· τὴν ὁμοίαν δ' ἐκείνοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὁδόν, ἐπὶ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως περιηνέχθη κρημνόν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ταύτῃ πη βεβλημένος ἔκειτο. Ὁ δ' ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρέπων μέγιστος νικητὴς Κωνσταντῖνος, σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ καὶ κατὰ πάντα τοῦ πατρὸς ὁμοίῳ, τὴν οἰκείαν ἐύραν ἀπελάμβανον· καὶ μίαν ἡνωμένην τὴν Ῥωμαίων κατὰ τὸ παλαιὸν παρεῖχον ἀρχήν, τὴν ἀπ' B ἀνίσχοντος ἡλίου πᾶσαν ἐν κύκλῳ κατὰ θάτερα τῆς οἰκουμένης, ἄρκτον τε ὁμοῦ καὶ μεσημβρίαν, εἰς ἕσχατα δυομένης ἡμέρας ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἄγοντες εἰρήνην (86). Ἀφῄρητο γοῦν ἐξ ἀνθρώπων πᾶν δέος τῶν πρὶν αὐτοὺς πιεζόντων, λαμπρὰς δ' ἐτέλουν καὶ πανηγυρικὰς ἑορτῶν ἡμέρας· ἦν δὲ φωτὸς ἔμπλεα πάντα, καὶ μειδιῶσι προσώποις, ὁμμασί τε φαιδροῖς οἱ πρὶν κατηφεῖς ἀλλήλους ἔβλεπον, χορεῖαι (87) δ' αὐτοῖς καὶ ὕμνοι κατὰ πόλεις ὁμοῦ καὶ ἀγρούς, τὸν παμβασιλέα Θεὸν πρώτιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτ' ἐδιδάχθησαν, κἄπειτα τὸν εὐσεβῆ βασιλέα παισὶν ἅμα θεοφιλέσιν ἐγέραιρον. Κακῶν δ' ἀμνηστία παλαιῶν ἦν, καὶ λήθη πάσης δυσσεβείας, παρόντων δ' ἀγαθῶν ἀπόλαυσις, καὶ προσέτι μελλόντων προσδοκίαι. Ἤπλωντο δ' οὖν κατὰ πάντα τόπον τοῦ νικητοῦ βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις, νόμοι τε μεγαλοδωρεᾶς καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας γνωρίσματα περιέχοντες. Οὕτω δῆτα πάσης τυραννίδος ἐκκαθαρθείσης, μόνοις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσηκούσης βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀνεπίφθονα Κωνσταντίνῳ καὶ τοῖς αὐτοῦ παισὶν οἱ τῶν πρόσθεν πάντων ἀποσμήξαντες τὴν θεοστυγίαν τοῦ βίου, τῶν ἐκ Θεοῦ πρυτανευθέντων ἀγαθῶν αὐτοῖς ἠσθημένως (88), τό τε φιλάρετον καὶ θεοφιλές, τό τε πρὸς τὸ Θεῖον εὐσεβὲς καὶ εὐχάριστον, δι' ὧν εἰς προῦπτον ἅπασιν ἀνθρώποις παρέσχον ὁρᾶν, ἐπεδείξαντο (89).

(85) *Οὐκέτ' ἦσαν.* In codd. Maz. et Med. scribitur οὐκ ἔστησαν. In Fuk. οὐκ ἀνέστησαν, sed neutrum probo.

(86) *Ὑπὸ τὴν αὐτῶν... εἰρήνην.* Sic Seneca in lib. *De clementia* Neronem ita loquentem inducit : « Hæc tot millia gladiorum quæ pax mea comprimit, ad nutum meum stringentur. » Eodem sensu apud Velleium et in veteribus nummis hæc legitur inscriptio : PAX AUGUSTI, id est quam orbi Romano præstat imperator. Alio sensu dicitur pax Romana ab eodem Seneca in libro *De clementia*, et in libro *De providentia*, id est pax qua fruitur imperium Romanum.

(87) *Χορεῖαι.* Merito hæc vox displicuit Nicephoro, cum de Christianis sermo sit Deum laudantibus. Itaque pro voce χορεῖαι, παιᾶνες substituit. Apud Eusebium in libro II *De vita Constantini*, cap. 19, legitur χοροί, quod tolerabilius est quam χορεῖαι. Ferri tamen utcunque potest vox χορεῖαι. Nam Christiani choreas ducere solebant in festivitatibus martyrum, quo illis honorem haberent, eorumque certamina ac victorias hoc pacto celebrarent, ut scribit Gregorius Naz. in carminibus ad mulieres curiosius sese exornantes, p. 152. Contra hujusmodi choreas graviter invehitur Basilius Magnus, homilia 14, *In ebrietatem*.

(88) *Ἠσθημένως.* Forte legendum ἠσθημένοι, ut alias sæpe. EDIT.

(89) *Δι' ὧν εἰς προῦπτον ἅπασιν ἀνθρώποις παρέσχον ὁρᾶν, ἐπεδείξαντο.* Cod. Reg., quem fere ubique secutus est Stephanus, διὰ τῆς ὑπὲρ Χριστιανῶν ἐνδείξαντο νομοθεσίας. Sed in reliquis exemplaribus, Maz. scilicet, Med., Fuk. et Saviliano, totus hic locus scribitur ut edimus. Quam lectionem utpote plurium ac vetustiorum codicum consensu confirmatam, merito alteri præferendam putavi.

pumque et gratum animum erga cœleste numen, illustri operum suorum testimonio palam cunctis mortalibus declararunt.

Explicit, Deo juvante, liber decimus Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Pamphili.

Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ δεκάτου λόγου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΙΑΣ ΤΗΣ ΠΑΛΑΙΣΤΙΝΗΣ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ

ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΙ Δ΄.

EUSEBII PAMPHILI

CÆSAREÆ PALÆSTINÆ EPISCOPI

DE VITA IMP. CONSTANTINI

LIBRI QUATUOR.

401 *ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΘΕΟΝ ΒΙΟΥ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΛΟΓΟΥ ΠΡΩΤΟΥ* (1).

α΄. *Προοίμιον περὶ τῆς Κωνσταντίνου τελευτῆς.*
β΄. *Περὶ υἱῶν αὐτοῦ βασιλευσάντων· ἔτι προοίμιον.*
γ΄. *Περὶ Θεοῦ τιμῶντος βασιλεῖς εὐσεβεῖς, καὶ ἀπολλύντος τυράννους.*
δ΄. *Ὅτι ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ἐτίμησεν.*
ε΄. *Ὅτι ἐβασίλευσε μὲν ὑπὲρ τὰ τριάκοντα ἔτη μοναρχήσας, ἔζησε δὲ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα.*
ς΄. *Ὅτι Θεοῦ μὲν δοῦλος ἦν, ἐθνῶν δὲ νικητής.*
ζ΄. *Πρὸς Κῦρον τὸν Περσῶν βασιλέα, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνων σύγκρισις.*
η΄. *Ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτησεν.*
θ΄. *Ὅτι υἱὸς βασιλέως εὐσεβοῦς, καὶ υἱοῖς βασι-*

(1) In adnotationibus ad *Historiam Ecclesiasticam*, observavi titulos capitum qui singulis libris præfixi leguntur, ab ipso Eusebio esse compositos. Idque argumentis meo quidem judicio certissimis comprobavi. Verum in his *De vita Constantini* libris, aliter se res habet. Neque enim ab ipso Eusebio confecti sunt indices horum librorum, sed ab alio longe recentiore. Id autem conjicio, tum ex eo quod indices horum capitulorum insulsi fere sunt ac barbari; tum quod de Eusebio semper loquuntur in tertia persona : cum tamen in titulis capitum *Ecclesiasticæ Historiæ* seipsum semper Eusebius in prima persona nominet. Adde quod distinctiones capitum nimis crebræ ac frequentes sunt, quodque una interdum imperatoris epistola et constitutio, plura in capita dividitur et quasi discerpitur. Quæ res inter legendum sæpe fastidium et nauseam lectori parere solet. Taceo quod voces ac dictiones barbaræ non semel occurrunt in his indicibus. Nam et παλάτιον et κόμητες, et νοτάριον, et Αὐγούστους aliquoties in iis legas. Quæ quidem omnia in hanc me sententiam impellunt, ut horum capitulorum auctorem quemvis potius alium esse quam Eusebium credam. Quicunque tamen ille fuit, antiquus certe est, nec ab Eusebii nostri ætate longe remotus. Idque colligitur præcipue ex capitulis libri IV, in quibus quædam legas quæ nonnisi ab eorum temporum æquali scriptore sciri potuerunt. Cujusmodi illud est de Mariano tribuno et notario, in cap. 44 lib. IV, cujus notarii nomen hodie nesciremus, nisi auctor ille capitulorum et post eum Sozomenus nos id docuisset. Suspicatus sum aliquando Acacium, eum qui post Eusebium nostrum Cæsariensis Ecclesiæ cathedram tenuit, cum hos magistri sui libros post obitum ejus ederet, indices istos composuisse. Verum hæc simplex conjectura est, quam sequetur qui volet. Denique monendus est lector, in omnibus nostris exemplaribus horum capitum titulos absque notis numeralibus perscriptos esse. Et in veteribus quidem schedis bibliothecæ Regiæ, singulis libris præfixi leguntur. In Fuketiano autem codice non tantum singulis libris præponuntur, sed etiam in corpore uniuscujusque libri, singulis capitibus adduntur.

Digitized by Google

λείοι κατέλιπε τὴν ἀρχήν.
ι'. Περὶ τοῦ καὶ ἀναγκαίαν εἶναι καὶ ψυχωφελῆ τὴν ἱστορίαν ταύτην.
ια'. Ὅτι μόνας τὰς Κωνσταντίνου νῦν ἱστόρησε θεοφιλεῖς πράξεις.
ιβ'. Ὅτι ὡς Μωυσῆς ἐν οἴκοις τυράννων ἀνετράφη Κωνσταντῖνος.
ιγ'. Περὶ Κωνσταντίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μὴ ἀνασχομένου τῶν περὶ Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν, καὶ Μαξέντιον, ὥστε διῶξαι τοὺς Χριστιανούς.
ιδ'. Ὅπως Κωνστάντιος ὁ πατὴρ ὀνειδισθεὶς περίαν ὑπὸ Διοκλητιανοῦ, καὶ τοὺς θησαυροὺς πλήσας, ἀπέδωκε πάλιν τοῖς προσενέγκασι τὰ χρήματα.
ιε'. Περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἄλλων διωγμοῦ.
ις'. Ὅπως Κωνστάντιος ὁ πατὴρ εἰδωλολατρείαν σχηματισάμενος, τοὺς μὲν θύειν θέλοντας ἐξέβαλε, τοὺς δὲ ὁμολογῆσαι προθεμένους εἶχεν ἐν παλατίῳ.
ιζ'. Περὶ τῆς φιλοχρίστου αὐτοῦ προαιρέσεως.
ιη'. Ὅτι Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ ἀπωσαμένων, πρῶτος ἦρ λοιπὸν Αὔγουστος ὁ Κωνστάντιος, ἐν εὐτεκνίᾳ κομῶν.
ιθ'. Περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Κωνσταντίνου, νεανίου ἅμα Διοκλητιανῷ τὸ πρὶν εἰς Παλαιστίνην παραγενομένου.
κ'. Κωνσταντίνου πρὸς τὸν πατέρα διὰ τὰς ἐπιβουλὰς Διοκλητιανοῦ ἀναχώρησις.
κα'. Τελευτὴ Κωνσταντίου τὸν υἱὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον καταλιπόντος.
κβ'. Ὅπως Κωνσταντίου προκομισθέντος, τὰ στρατεύματα Κωνσταντῖνον Αὔγουστον ἀνηγόρευσεν.
κγ'. Καταστροφὴ τῶν τυράννων, δι' ὑπομνήσεως ἐλίγης.
κδ'. Ὅτι βουλήσει Θεοῦ, Κωνσταντῖνος ἔσχε τὸ βασιλεύειν.
κε'. Κωνσταντίνου κατὰ βαρβάρων καὶ Βρεττανῶν νίκαι.
κς'. Ὅπως Ῥώμην ἐλευθερῶσαι Μαξεντίου προῄρητο.
κζ'. Ὅτι τὰς τῶν εἰδωλολατρησάντων κατασκοφὰς ἐνθυμηθεὶς, μᾶλλον τὸν χριστιανισμὸν ἐξελέξατο.
402 κη'. Ὅπως εὐξαμένῳ, τὴν ὀπτασίαν ὁ Θεὸς παρέσχε, σταυρὸν ἐκ φωτὸς ἐν οὐρανῷ μεσημβρίας οὔσης, καὶ γραφὴν τούτῳ νικᾶν παραινοῦσαν.
κθ'. Ὅπως ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνους αὐτῷ φανεὶς, ὁμοιοτρόπῳ τοῦ σταυροῦ σημείῳ κεχρῆσθαι κατὰ τοὺς πολέμους προσέταξεν.
λ'. Κατασκευὴ τοῦ αὐτοῦ σταυρικοῦ σημείου.

A λα'. Ἔκφρασις σταυροειδοῦς σημείου, ὅπερ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι λάβαρον καλοῦσιν.
λβ'. Ὅπως κατηχηθεὶς Κωνσταντῖνος, τὰς θείας Γραφὰς ἀνεγίνωσκεν.
λγ'. Περὶ τῶν Μαξεντίου μοιχειῶν τῶν ἐν Ῥώμῃ.
λδ'. Ὅπως ἡ τοῦ ἐπάρχου διὰ σωφροσύνην ἑαυτὴν ἀνεῖλεν.
λε'. Ἁναίρεσις δήμου Ῥωμαίων ὑπὸ Μαξεντίου.
λς'. Μαγεῖαι Μαξεντίου, καὶ ἔνδεια τροφῶν ἐν Ῥώμῃ.
λζ'. Ἥττα ἐν Ἰταλίᾳ Μαξεντίου στρατευμάτων.
λη'. Μαξεντίου θάνατος ἐν γεφύρᾳ ποταμοῦ Τιβέριδος.
λθ'. Εἴσοδος ἐν Ῥώμῃ Κωνσταντίνου.
μ'. Περὶ ἀνδριάντος αὐτοῦ σταυρὸν κατέχοντος, καὶ τῆς ἐπιγραφῆς.
B μα'. Εὐφροσύναι κατὰ τὰς ἐπαρχίας καὶ δωρεαὶ Κωνσταντίνου.
μβ'. Ἐπισκόπων τιμαὶ, καὶ ἐκκλησιῶν οἰκοδομαί.
μγ'. Περὶ τῶν εἰς τοὺς πένητας εὐεργεσιῶν Κωνσταντίνου.
μδ'. Ὅπως ταῖς συνόδοις τῶν ἐπισκόπων συμπαρῆν.
με'. Ὅπως καὶ τῶν ἀφρόνων ἠνείχετο.
μς'. Νίκαι κατὰ βαρβάρων.
μζ'. Μαξιμίνου θελήσαντος ἐπιβουλεῦσαι θάνατος, καὶ ἄλλων οὓς ἐξ ἀποκαλύψεως Κωνσταντῖνος εὗρεν.
μη'. Δεκαετηρίδος Κωνσταντίνου πανήγυρις.
μθ'. Ὅπως τὴν ἀνατολὴν ἐκακούχει Λικίννιος.
ν'. Ὅπως καὶ Κωνσταντίνῳ Λικίννιος ἐπιβουλεύειν ἤθελεν.
να'. Λικιννίου κατ' ἐπισκόπων συσκευαὶ, καὶ συνόδων κωλύσεις.
C νβ'. Ἐξορισμοὶ καὶ δημεύσεις κατὰ Χριστιανῶν.
νγ'. Γυναῖκας εἰς ἐκκλησίας ἀνδράσιν ἅμα μὴ συνάγεσθαι πρόσταγμα.
νδ'. Τοὺς μὴ θύοντας, ἀποστρατεύεσθαι, καὶ τοὺς ἐν φυλακαῖς, μὴ τρέφεσθαι.
νε'. Περὶ τῶν Λικιννίου παρανομιῶν καὶ πλεονεξιῶν.
νς'. Ὅτι διωγμὸν ποιῆσαι λοιπὸν ἐπεχείρει.
νζ'. Ὅτι Μαξιμιανὸς σύριγγι καὶ σκώληκι δαμασθεὶς, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔγραφεν.
νη'. Ὅτι Μαξιμῖνος διώξας Χριστιανοὺς καὶ ζυτῶν, ὡς οἰκέτης ἐκρύπτετο.
νθ'. Ὅτι ἐν νόσῳ τυφλωθεὶς Μαξιμῖνος, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔγραψεν.

---

403 *CAPITULA LIBRI PRIMI DE RELIGIOSA VITA BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI.*

I. *Proœmium de morte imperatoris Constantini.*
II. *De filiis ejus imperatoribus. Adhuc proœmium.*
III. *De Deo pios principes honorante, et tyrannos puniente.*
IV. *Quod Deus Constantinum honoraverit.*
V. *Quod* XXX *quidem annis regnavit, vixit autem plus quam* LX.
VI. *Quod Dei quidem famulus, gentium autem victor fuerit.*
VII. *Comparatio ejus cum Cyro Persarum et Alexandro Macedonum rege.*
VIII. *Quod orbem propemodum universum subegerit.*
IX. *Quod, pii imperatoris filius, imperium filiis reliquit.*
X. *Quod historia hæc necessaria et ad formandos mores utilis sit.*
XI. *Quod sola Constantini gesta quæ ad pietatem pertinent narraturus sit.*
XII. *Quod Constantinus in tyrannorum ædibus, sic*
D *ut Moses, educatus sit.*
XIII. *De patre ejus Constantio, qui Christianos, ut Diocletianus et Maximianus, persequi noluit.*
XIV. *Quomodo Constantius exprobrata ipsi a Diocletiano paupertate, ærarium impleverit, et postea collatoribus pecuniam reddiderit.*
XV. *De persecutione ab aliis concitata.*
XVI. *Quomodo Constantius simulans se simulacra colere, eos quidem qui sacrificare parati essent expulerit : illos vero qui se Christianos profiteri maluissent, in palatio retinuerit.*
XVII. *De affectu et amore Constantii erga Christum.*
XVIII. *Quod post abdicationem Diocletiani et Maximiani, Constantius primus Augustus fuit, numerosa prole insignis.*
XIX. *De filio ejus Constantino, qui adhuc adolescens, una cum Diocletiano in Palæstinam venit.*
XX. *Constantinus propter Diocletiani et Galerii insidias ad patrem revertitur*

Digitized by Google

XXI. *Mors Constantii, Constantinum filium imperatorem relinquentis.*
XXII. *Quomodo elato Constantio Constantinus a militibus Augustus appellatus sit.*
XXIII. *Interitus tyrannorum brevis commemoratio.*
XXIV. *Quod Constantinus imperium Dei arbitrio sit consecutus.*
XXV. *Constantini de Britannis et barbaris victoriæ.*
XXVI. *Quomodo Romam Maxentii tyrannide liberare decreverit.*
XXVII. *Quod Constantius gentilium interitum considerans, Christianismum potius elegit.*
XXVIII. *Quomodo Deus cranti visionem ostenderit in cœlo sub meridiem, crucem videlicet lucidam cum inscriptione, monente ut in hac vinceret.*
XXIX. *Quomodo Christus Constantino in somnis visus, præceperit ut signo ad crucis formam facto uteretur in bellis.*
XXX. *Fabricatio ejus signi ad crucis similitudinem.*
XXXI. *Descriptio signi instar crucis formati, quod Romani Labarum vocant.*
XXXII. *Quomodo Constantinus catechumenus factus, sacras Scripturas legerit.*
XXXIII. *De adulteriis a Maxentio Romæ perpetratis.*
XXXIV. *Quomodo uxor præfecti pudicitiæ servandæ causa mortem sibi conscivit.*
XXXV. *Cædes populi Romani jussu Maxentii.*
XXXVI. **404** *Magicæ artes Maxentii, et alimentorum penuria Romæ.*
XXXVII. *Maxentii exercitus in Italia superati.*
XXXVIII. *Maxentii interitus in ponte Tiberis.*
XXXIX. *Ingressus Constantini in urbem Romam.*
A XL. *De Constantini statua crucem tenente, et de ejus inscriptione.*
XLI. *Exsultatio provinciarum, et largitiones Constantini.*
XLII. *Honores episcopis delati, et ecclesiarum extructiones.*
XLIII. *De Constantini in pauperes beneficentia.*
XLIV. *Quomodo synodis episcoporum interfuit.*
XLV. *Quomodo insipientes toleraverit.*
XLVI. *Victoriæ de barbaris relatæ.*
XLVII. *Mors Maximiani et aliorum quorum insidias, Deo revelante, Constantinus deprehenderat.*
XLVIII. *Constantini decennalia.*
XLIX. *Quomodo Licinius Orientem afflixerit.*
L. *Quomodo Licinius Constantino insidiatus sit.*
LI. *Licinii insidiæ adversus episcopos, et prohibitio synodorum.*
LII. *Christianorum exsilia et proscriptiones.*
LIII. *Edictum Licinii ne mulieres una cum viris in*
B *ecclesiam convenirent.*
LIV. *Quomodo eos qui sacrificare renuissent, militia solvit, et carcere inclusos ali vetuit.*
LV. *De iniquitate et avaritia Licinii.*
LVI. *Quomodo persecutionem adversus Christianos tandem excitaverit.*
LVII. *Qualiter Maximianus fistuloso ac verminante ulcere perdomitus, pro Christianis legem scripserit.*
LVIII. *Qualiter Maximinus Christianorum persecutor, fugiens servili habitu sese occultaverit.*
LIX. *Quomodo vi morbi excæcatus Maximinus legem pro Christianis dedit.*

—

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ (2)

ΛΟΓΟΣ Α' (3).

EUSEBII PAMPHILI

DE VITA BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI

—

LIBER PRIMUS.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ (4).

Περὶ τῆς Κωνσταντίνου τελευτῆς.

Ἄρτι μὲν τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ παντοίων δεκάδων

C

405 PROŒMIUM.

De morte imperatoris Constantini.

Nuper quidem universum hominum genus se-

(2) *Εἰς τὸν βίον τοῦ μακαρίου Κωνσταντίνου.* Ita Græci solent inscribere libros de cujuspiam vita conscriptos. Certe Philostratus libros suos de vita Apollonii Tyanei hoc titulo prænotavit, Φιλοστράτου εἰς τὸν Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως βίον λόγοι η'. Sic etiam Marcus Antoninus libros de vita sua inscripsit, τῶν εἰς ἑαυτὸν βιβλία ιϐ'. Notandum porro est, licet hi libri *De vita imperatoris Constantini* inscribantur, non omnia tamen quæ ab imperatore Constantino sunt gesta, in illis contineri, sed ea tantum describi, quæ ad veram pietatem et Christianæ religionis gloriam pertinent. Quod quidem Eusebius diserte monet in principio hujus libri, capite 11.

(3) *Λόγος α'.* Λόγοι πέντε, Robertus Stephanus, nescio quos secutus codices; nam neque in Regio exemplari, neque in veteribus schedis hæc leguntur. Sed neque in Fuketiano codice verba ista reperi. Certe hoc opus *De vita imperatoris Constantini*, quatuor duntaxat libros habet, quod testatur etiam Photius. Sed quoniam ad calcem horum librorum Eusebius tria subjunxerat opuscula, orationem scilicet imperatoris Constantini ad conventum sanctorum, descriptionem martyrii Hierosolymitani cum donariis illic a Constantino dedicatis, et panegyricum dictum in tricennalibus Constantini: hinc factum est ut appendix ista pro libro quinto a quibusdam acciperetur. Sane index capitum qui præfixus est orationi Constantini ad sanctos, in Fuketiano codice hunc habet titulum, κεφάλαια τοῦ πέμπτου λόγου. In Regio autem exemplari prætermissis capitum indicibus, hic titulus ad latus ascriptus est, licet paulo recentiore manu, *Ἀρχὴ τοῦ ε' βιβλίου.*

(4) Recte observatum est hoc proœmium ad finem usque capitis 11 continuari, siquidem inde a cap. 12 demum narratio ipsa capiat initium. Edit. Patr.

Digitized by Google

cunda ac tertia magni imperatoris nostri decennalia certis temporum spatiis redeuntia festivitatibus et conviviis celebravit. Nos quoque ipsi nuper eumdem victorem ac triumphatorem cœtu famulorum Dei circumseptum, laudatione in ejus vicennalibus dicta venerati sumus. Sed et tricennalium orationum coronas ei texentes, nuper in ipso palatio sacrum ejus caput redimivimus. Verum nunc anceps animi hæreo, cupiens quidem aliquid more solito proferre, sed quo me vertam, prorsus ignarus, inusitatæ rei spectaculo perculsus. Nam quocunque mentis oculos intendo, sive ad ortum solis, sive ad occasum, seu universum terrarum orbem, seu cœlum ipsum circumspicio, beatissimum principem ubique præsentem intueor. Ac liberos quidem ejus quasi nova quædam lumina, terrarum ambitus omnes paternis radiis implere animadverto, illumque ipsum auctoritate ac potentia etiamnum viventem, resque humanas multo præstantius ac potentius moderantem; quippe qui filiorum successione diffusus sit atque amplificatus. Qui prius quidem honore Cæsarum affecti fuerant: nunc vero totum patrem induti, ob eximiam religionis virtutem imperatores et Augusti renuntiati sunt, cuncta patris ornamenta præ se ferentes.

διττῶν τε καὶ τριττῶν περιόδους ἐν ἑορτῶν εὐωχίαις πᾶν γένος ἀνθρώπων ἐπανηγύριζεν, ὅρτι δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ τὸν καλλίνικον μέσον ἀπολαβόντες θεοῦ λειτουργῶν συνόδου, εἰκοσαετηρικοῖς ὕμνοις (5) ἐγεραίρομεν, ἤδη δὲ καὶ τριακονταετηρικοὺς (6) αὐτῷ λόγων πλέξαντες στεφάνους, ἐν αὐτοῖς πρώην βασιλείοις τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἀνεστέφομεν· νυνὶ δὲ ὁ λόγος ἤδη ἀμηχανῶν ἔστηκε, ποθῶν μέν τι τῶν συνήθων προσφθέγξασθαι, ἀπορῶν δ' ὅποι καὶ τράποιτο, μόνῳ τε τῷ θαύματι τῆς ξενιζούσης ὄψεως καταπεπληγμένος. Ὅποι γὰρ ἂν ἀτενὲς ἐμβλέψειεν, ἥν τε πρὸς ἕω, ἥν τε πρὸς ἑσπέραν, ἥν τ' ἐπὶ γῆς αὐτῆς ὅλης, ἥν τε πρὸς οὐρανὸν αὐτὸν, πάντη καὶ πανταχοῦ τὸν μακάριον αὐτῇ συνόντα βασιλείᾳ θεωρεῖ (7)· γῆς μὲν γὰρ τοὺς αὐτοῦ παῖδας οἷά τινας νέους λαμπτῆρας, τῶν αὐτοῦ μαρμαρυγῶν συνορᾷ πληροῦντας τὸ πᾶν, αὐτόν τε ζῶντα δυνάμει καὶ τὸν σύμπαντα διακυβερνῶντα βίον, κρειττόνως ἢ πρόσθεν, τῇ τῶν παίδων πολυπλασιασθέντα διαδοχῇ· οἳ Καισάρων μὲν ἔτι πρότερον μετεῖχον τιμῆς, νυνὶ δ' ὅλον αὐτὸν ἐνδυσάμενοι, θεοσεβείας ἀρετῇ αὐτοκράτορες, Αὔγουστοι, σεβαστοὶ, βασιλεῖς, τοῖς τοῦ πατρὸς ἐμπρέποντες καλλωπίσμασιν, ἀνεδείχθησαν.

406 *Adhuc proœmium.*

Cumque eum qui paulo ante in mortali corpore cernebatur et nobiscum una versabatur, admirabili quadam ratione etiam post obitum, quo tempore natura quidquid superfluum est, tanquam alienum refutat, iisdem regiis ædibus et honoribus ac laudationibus frui video, incredibili admiratione percellor. Jam vero cum ad ipsos usque cœli fornices mentis meæ aciem extendi, atque illic beatissimam ejus animam cum ipso Deo versari cogito, terrestri quidem ac mortali integumento liberatam, circumdatam vero splendidissimæ lucis stola: eamque non jam brevi temporis curriculo in his caducis sedibus volutari, sed corona

ΕΤΙ ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Καὶ τὸν ἐν σώματι δὲ θνητῷ (8) μικρῷ πρόσθεν ὁρώμενον, αὐτοῖς θ' ἡμῖν συνόντα, παραδοξότατα (9) καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου τελευτὴν, ὅτε ἡ φύσις ὡς ἀλλότριον τὸ περιττὸν ἐλέγχει, τῶν αὐτῶν βασιλικῶν οἴκων τε καὶ τιμῶν, καὶ ὕμνων ἠξιωμένον θεώμενος ὁ λόγος ὑπερεκπλήττεται· ἤδη δὲ καὶ πρὸς αὐταῖς οὐρανίαις ἀψῖσιν ἑαυτὸν ἐκτείνας, κἀνταῦθα τὴν τρισμακαρίαν ψυχὴν αὐτῷ Θεῷ συνοῦσαν φαντάζεται, θνητοῦ μὲν καὶ γεώδους παντὸς ἀφειμένην περιβλήματος, φωτὸς δ' ἐξαστραπτούσῃ στολῇ καταλαμπομένην, εἶτ' οὐκέτι μὲν μικρῶν χρόνων περιόδοις ἐν θνητῶν διατριβαῖς εἱλουμένην αὐτὴν, αἰωνοθαλεῖ δὲ

(5) *Εἰκοσαετηρικοῖς ὕμνοις.* Hæc oratio dicta ab Eusebio in vicennalibus Constantini, hodie non exstat. Id tantum de ea affirmare possumus, dictam illam fuisse in Nicæna synodo coram principe Constantino, quod testatur Eusebius his verbis: Τὸν καλλίνικον μέσον ἀπολαβόντες Θεοῦ λειτουργῶν συνόδου. Sed multo clarius idipsum docet in lib. III, cap. 11.

(6) *Ἤδη δὲ καὶ τριακονταετηρικούς.* Intelligit orationem tricennalem de laudibus Constantini, quam Eusebius ad calcem librorum *De vita* ejusdem *Constantini* subjecerat, sicut ipsemet testatur in libro IV, cap. 46. In codice tamen Fuketiano hæc oratio præfixa est libris Eusebii *De vita imperatoris Constantini.* Recte id quidem, si tempus ipsum spectemus quo habita est hæc oratio: sed tamen contra sententiam ipsius scriptoris, qui orationem illam ad calcem horum librorum collocari jussit.

(7) Vulg., *αὐτῇ συνόντα βασιλέα θεωρεῖ.* Henricus Savilius ad oram libri sui adnotavit, forte legendum αὐτῷ. Idem quoque mihi in mentem venerat, antequam Savilianum codicem nactus fuissem; αὐτῷ, supple τῷ λόγῳ. Hoc ipsum est quod infra dicit Eusebius αὐτοῖς θ' ἡμῖν συνόντα παραδόξοτατα. Sed nunc re attentius examinata, aliter sentio. Neque enim dubito quin Eusebius scripserit αὐτῇ συνόντα βασιλείᾳ· quæ locutio est elegantissima. Βασιλείαν enim quasi deam quamdam facit, cujus individuum comitem etiam post mortem ait esse Constantinum: quippe qui sursum quidem versetur cum Deo summo omnium Rege: humi vero adhuc regnet in filiis. Certe quisquis sequentia attente legerit, nunquam de hac emendatione dubitabit.

(8) Vulg., *καὶ τὸν ἐν σώμασι δὲ θνητῶν.* Rectius in veteribus schedis legitur καὶ τὸν ἐν σώματι δὲ θνητῷ. In codice Fuk. quatuor priora verba desunt, et lacuna relicta est, unius tantum aut alterius vocabuli capax.

(9) *Αὐτοῖς θ' ἡμῖν συνόντα παραδοξότατα.* In codice Fuk. hic locus ita scribitur, αὐτοῖς θ' ἡμῖν..... ἐνδοξότατα, etc. Ego tamen vulgatam lectionem retinere maluerim, sed mutata distinctione. Neque enim post adverbium παραδοξότατα virgulam ponendam puto, ut fecerunt Musculus et Christophorsonus, sed post vocem συνόντα. Nam Eusebius hoc maximum ait esse miraculum et παραδοξότατον, quod Constantinus licet mortuus, iisdem tamen honoribus atque obsequiis quibus vivus coleretur.

Digitized by Google

διαδήματι, ζωῆς τε ἀτελευτήτου καὶ μακαρίου αἰῶνος ἀθανασίᾳ τετιμημένην ἐννοῶν, ἀχανὴς ἔστηκεν οἷα καὶ ἄλογος (10)· μηδὲ μίαν μὲν ἀφιεὶς φωνὴν, τῆς δ' αὐτὸς αὐτοῦ κατεγνωκὼς ἀσθενείας, καὶ δὴ σιωπὴν καθ' ἑαυτοῦ ψηφισάμενος, τῷ κρείττονι παραχωρεῖ τυγχάνειν τῆς τῶν ἐφαμίλλων ὕμνων ἀξίας· ᾧ δὴ καὶ μόνῳ δυνατὸν ἀθανάτῳ Θεῷ καὶ ὄντι Λόγῳ τὰς οἰκείας πιστοῦσθαι φωνάς.

A perpetuo virente, et immortali vita ac beato ævo donatam esse intelligo : mutus hæreo, et linguæ rationisque usu penitus destitutus. Ac vocem quidem proferre nullam possum : sed meam ipse tenuitatem ultro condemnans, mihique ipse silentium indicens, cedo potiori has partes, ut pro meritis congruas laudes expromat : illi scilicet qui cum immortalis Deus sit ac Dei Sermo, solus sua ipsius dicta firmare et rata facere potest.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ Θεοῦ τιμῶντος βασιλεῖς εὐσεβεῖς, καὶ ἀπολλύντος τυράννους.

Δι' ὧν τοὺς μὲν αὐτὸν δοξάζοντάς τε καὶ τιμῶντας ἀμοιβαίοις ὑποβάλλεσθαι χαρίσμασι, τοὺς δ' ἐχθροὺς καὶ πολεμίους σφᾶς αὐτοὺς αὐτῷ καταστήσαντας, τὸν ψυχῶν ὄλεθρον ἑαυτοῖς περιποιήσειν θεσπίσας, ἐντεῦθεν ἤδη τῶν αὐτοῦ λόγων τὰς ἐπαγγελίας ἀψευδεῖς παρεστήσατο· ἀθέων μὲν καὶ θεομάχων τυράννων ἀπευκτὰ δείξας τοῦ βίου τὰ τέλη, τοῦ δ' αὐτοῦ θεράποντος ζηλωτὸν καὶ πολυύμνητον πρὸς τῇ ζωῇ καὶ τὸν θάνατον ἀποφήνας, ὡς ἀξιομνημόνευτον, καὶ τοῦτόν τε στηλῶν (10*) οὐ θνητῶν, ἀλλ' ἀθανάτων ἐπάξιον γενέσθαι. Θνητῶν μὲν γὰρ φύσις θνητοῦ καὶ ἐπικήρου τέλους παραμύθιον εὑραμένη, εἰκόνων ἀναθήμασι τὰς τῶν προτέρων μνήμας ἀθανάτοις ἔδοξε γεραίρειν τιμαῖς· καὶ οἱ μὲν σκιαγραφίαις κηροχύτου γραφῆς (11) ἄνθεσιν, οἱ δὲ γλυφαῖς ὕλης ἀψύχου ἀνδρείκελα σχήματα τεκτηνάμενοι, οἱ δὲ κύρβεσι καὶ στήλαις βαθείας γραμμὰς ἐγχαράξαντες, μνήμαις ὑπέλαβον αἰωνίοις (12) τὰς τῶν τιμωμένων ἀρετὰς

B

C

CAPUT III.

De Deo pios principes honorante et tyrannos puniente.

Cum enim prædixerit, eos a quibus cultus et honoratus fuisset, maximis præmiis a se vicissim remunerandos esse; illos vero qui se hostes atque inimicos ipsius professi essent, sibimetipsis perniciem creaturos, promissorum ac verborum suorum veritatem jam inde ab hac vita comprobavit. Quippe impiorum quidem Deique adversariorum tyrannorum abominandos exitus nobis ob oculos proposuit : famulo autem suo non vitam solum, verum etiam mortem felicissimam et maximis laudibus dignam præstitit, adeo ut hæc etiam omnium posterorum sermonibus celebrari, nec tantum caducis, sed etiam immortalibus honoribus affici meruerit. Mortalium quidem genus, solatio aliquo letiferi interitus excogitato, consecratis imaginibus, tanquam immortalibus honoribus superiorum hominum memorias colere solitum est. Et alii quidem adumbratis encausticæ **407** picturæ coloribus; alii animis materiæ sculptura similitudinem hominum

(10) Vulg., *ἀχανὴς ἔστηκεν οἷα καὶ ὁ λόγος.* Hunc locum emendavi ex codice Fuk. et Saviliano : quibus consentit etiam codex Moræi. Eleganter dicitur λόγος ἄλογος, ut sciunt Græcarum litterarum studiosi. Cæterum cum hæc omnia in tertia persona ab Eusebio dicantur de λόγῳ, id est, sermone seu oratione, nos personam mutare maluimus, quia Latini sermonis proprietas id omnino exigere videbatur.

(10*) *Καὶ τοῦτόν τε στηλῶν.* Non placet lectio codicum Fuk. et Gruteri, quam etiam in margine codicis Moræi ascriptam inveni, καὶ τοῦτόν γε, etc. Ego unius particulæ transpositione, locum sic emendo : Ὡς ἀξιομνημόνευτον καὶ τοῦτον, στηλῶν τε οὐ θνητῶν, etc. Atque ita Eusebium scripsisse, quovis pignore contenderim. Porro στῆλαι hoc loco sunt tituli, seu monumenta sepulcralia, ut ad libros Historiarum fusius notavi.

(11) *Κηροχύτου γραφῆς.* Encausticam picturam intelligit, quæ fiebat ceris igne resolutis. Antiquissimum id fuit genus picturæ, ut docet Plinius in lib. XXXV, cap. 11 : « Ceris pingere ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat. » Idem Plinius tria ejus picturæ genera recenset : cera scilicet, et cestro in ebore, et penicillo in tabulis ligneis : « Encausto pingendi duo fuisse antiquitus genera constat, cera, et in ebore cestro, donec classes pingi cœpere. Hoc tertium accessit, resolutis igni ceris penicillo utendi. » Quibus in verbis obscurum est quid sibi voluerit Plinius, cum ait primum genus encausto pingendi fuisse cera. Neque enim intelligendum est, in reliquis generibus encausticæ picturæ ceram non fuisse. Sensus igitur est, primum illud encausticæ picturæ genus sola cera peractum fuisse, nullo alio præter ceram instrumento ad pingendum adhibito. Procopius in libro I *De ædificiis Justiniani*, de camera ecclesiæ loquens, genus hoc picturæ ita describit : Ἐναβρύνεται δὲ ταῖς γραφαῖς ἡ ὀροφὴ πᾶσα, οὐ τῷ κηρῷ ἐντακέντι τε καὶ διαχυθέντι. Apparet Procopium his verbis designare κηρόχυτον γραφήν. Certe κηρόχυτος γραφὴ legitur etiam apud Joannem Chrysostomum, ut refertur in concilio Nicæno II, pag. 542, et in epistola Gregorii papæ ad Germanum Constantinopolitanum episcopum, pag. 535 ejusdem concilii Nicæni, ubi Anastasius Bibliothecarius vertit « imaginem cera perfusam. » Eadem vox iterum occurrit infra in lib. III, cap. 3, in Historia Nicephori patriarchæ Constantinopolitani sub finem. De hac pictura loquitur Apuleius in defensione sua : « Enimvero quod luto fictum, vel ære infusum, vel lapide incisum, vel cera inustum, vel pigmento illitum. » Et Nazarius in panegyrico quem dixit Constantino, loquens de ejus imaginibus a Maxentio dejectis ita scribit : « Aboleri hic vultus non potest : universorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ aut pigmentorum fucis renitet, sed desiderio efflorescit animorum. » Paulinus quoque in epistola 8 ad Sulpicium Severum; ad quem locum vide notas Frontonis Ducæi. Est etiam illustris de hac re locus Boethii in præfatione librorum Arithmeticæ, quos Symmacho patricio nuncupavit : « At picturæ, manibus tabulæ commissæ fabrorum; ceræ rustica observatione decerptæ; colorum fuci mercatorum solertia perquisiti; lintea operosis elaborata textrinis, multiplicem materiam præstant. » Sic enim corrigendus est locus iste ex vetusto codice bibliothecæ Thuanæ. Denique Anastasius in sermone de Sabbato, qui refertur in VII synodo : τῆς εἰκόνος οὐδὲν ἕτερον οὖσης, ἢ ξύλον καὶ χρώματα κηρῷ μεμιγμένα καὶ κεκραμένα.

(12) *Μνήμαις ὑπέλαβον αἰωνίοις.* Scribendum puto ἐπέλαβον. Atque ita legitur in veterimus

D

Digitized by Google

exprimentes; quidam in ligneis aut lapideis tabulis litteras altius incidentes, eorum quos colebant virtutem ad æternam posteritatis memoriam consecrare instituerunt. Verum hæc omnia caduca, et temporis longinquitate pereuntia, utpote quæ mortalium corporum figuram, non immortalis animi formam exprimerent. Hæc tamen sufficere iis videbantur, qui post hujus mortalis vitæ exitum nullius spem boni animo conceperant. Deus vero, Deus, inquam, communis omnium rerum Servator, qui pietatis amatoribus majora quam quæ cogitatione hominum comprehendi possint, apud se recondidit bona, primitias futurorum præmiorum in antecessum quasi pignus dat in hoc sæculo; immortalium rerum spem mortalibus oculis quodammodo exhibens ac repræsentans. Hoc vetusta prophetarum oracula quæ scriptis mandata sunt, aperte prædicunt. Hoc vitæ Deo charorum virorum qui variis virtutibus refulserunt, posterorum memoria etiamnum celebratæ confirmant. Hoc ipsum ætatis nostræ testimonio verissimum esse convincitur, cum Constantinus solus omnium qui Romano unquam imperio præfuerunt, summo omnium regi Deo acceptus, quasi illustre quoddam religiosæ vitæ exemplum cunctis hominibus est propositus.

παραδιδόναι. Τὰ δ' ἦν ἄρα πάντα θνητά, χρόνου μήκει δαπανώμενα, φθαρτῶν ἄτε σωμάτων ἐνδάλματα, οὐ μὴν ἀθανάτου ψυχῆς ἀποτυποῦντα ἰδέας. Ὅμως δ' οὖν ἀπαρκεῖν ἐδόκει ταῦτα τοῖς μηδὲν ἕτερον μετὰ τὴν τοῦ θνητοῦ βίου καταστροφὴν ἐν ἀγαθῶν ἐλπίσι τιθεμένοις. Θεὸς δ' ἄρα, Θεὸς ὁ κοινὸς τῶν ὅλων σωτὴρ, μείζονα ἢ κατὰ θνητοὺς λογισμοὺς τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς ἀγαθὰ παρ' ἑαυτῷ ταμιευσάμενος, τὰ πρωτόλεια τῶν ἐπάθλων ἐνθένδε προαρβαβωνίζεται, θνητοῖς ὀφθαλμοῖς ἀμωσγέπως τὰς ἀθανάτους πιστούμενος ἐλπίδας. Παλαιοὶ ταῦτα χρησμοὶ προφητῶν γραφῇ παραδοθέντες θεσπίζουσι, ταῦτα βίοι θεοφιλῶν ἀνδρῶν, παντοίαις ἀρεταῖς πρόπαλαι διαλαμψάντων, τοῖς ὀψιγόνοις μνημονευόμενοι, μαρτύρονται, ταῦτα καὶ ὁ καθ' ἡμᾶς ἀληθῆ εἶναι διήλεγξε χρόνος, καθ' ὃν Κωνσταντῖνος Θεῷ τῷ παμβασιλεῖ μόνος τῶν πώποτε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καθηγησαμένων γεγονὼς φίλος, ἐναργὲς ἅπασιν ἀνθρώποις παράδειγμα θεοσεβοῦς κατέστη βίου.

CAPUT IV.

Quod Deus Constantinum honoraverit.

Hoc denique Deus ipse quem veneratus est Constantinus, evidenti suffragio comprobavit : dum illi non modo in exordio, sed etiam in progressu et in fine imperii semper propitius benignusque adfuit, quippe quem humano generi ad divini cultus informationem proposuerat. Hunc certe unum ex omnibus quos unquam auditione accepimus imperatoribus, velut clarissimum quoddam jubar, et velut quemdam veræ religionis præconem maxima voce inclamantem, innumeris in eum congestis bonis, designavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ἐτίμησεν.

Ταῦτα δὲ καὶ Θεὸς αὐτὸς ὃν Κωνσταντῖνος ἐγέραιρεν, ἀρχομένῳ καὶ μεσάζοντι, καὶ τελευτῶντι τῆς βασιλείας αὐτοῦ δεξιῶς παραστὰς (13), ἐναργέσι ψήφοις ἐπιστώσατο, διδασκαλίαν θεοσεβοῦς ὑποδείγματος τὸν ἄνδρα τῷ θνητῷ γένει προβεβλημένος. Μόνον οὖν αὐτὸν τῶν ἐξ αἰῶνος ἀκοῇ βοηθέντων αὐτοκρατόρων, οἷόν τινα μέγιστον φωστῆρα καὶ κήρυκα μεγαλοφωνότατον τῆς ἀπλανοῦς θεοσεβείας, διὰ παντοίων τῶν εἰς αὐτὸν κεχορηγημένων ἀγαθῶν ἐνεδείξατο.

408 CAPUT V.

Quod XXX *quidem annis regnavit ; vixit autem plus quam* LX.

Ac tempus quidem imperii ipsius, tribus denum annorum circulis absolutis et aliquanto amplius honoravit; totius autem vitæ tempus quam inter homines duxit, duplo majore spatio circumscripsit. Porro cum eumdem velut imaginem monarchiæ suæ proponere vellet, victorem eum omnis tyrannici generis præstitit, et impiorum gigantum exstinctorem, qui desperatæ mentis audacia impulsi, contra ipsum Deum summum omnium regem im-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτι ἐβασίλευσε μὲν ὑπὲρ τὰ λ' ἔτη μοναρχήσας, ἔζησε δὲ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα.

Χρόνων μὲν βασιλείας, τρισὶ δεκάδων περιόδοις τελείαις, καὶ προσέτι λῷον (14) τιμήσας, τούτων δὲ διπλάσιον τοῦ παντὸς βίου τὴν ἐν ἀνθρώποις περιορίσας ζωήν· τῆς δ' αὐτοῦ μοναρχικῆς ἐξουσίας τὴν εἰκόνα δοὺς, νικητὴν ἀπέδειξε (15) παντὸς τυραννικοῦ γένους, θεομάχων τ' ὀλετῆρα γιγάντων, οἳ ψυχῆς ἀπονοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἤραντο τὸν παμβασιλέα τῶν ὅλων δυσσεβείας ὅπλα. Ἀλλ' οἱ μὲν ὅσον εἰπεῖν (16) ἐν βραχεῖ φανέντες, ἅμα τε καὶ ἀπέσβησαν, τὸν δ' αὖ-

schedis bibliothecæ Regiæ. Savilius quoque ad oram sui codicis notat ita sibi legendum videri. At in Moræi libro ad marginem emendatur ὑπέβαλον, quod magis placet.

(13) *Αὐτοῦ δεξιῶς παραστάς.* Lego αὐτῷ δεξιὸς παραστάς. Et paulo post scribendum videtur εἰς διδασκαλίαν.

(14) *Καὶ προσέτι λῷον.* Nova et insitata locutio: λῷον pro eo quod alii dicerent πλέον. Ait Eusebius Constantinum imperasse triginta annos solidos, et aliquanto amplius. Quod verum est. Nam præter triginta annos, decem fere mensibus regnavit. Porro initio hujus periodi scribendum est χρόνου μὲν βασιλείας, non ut vulgo legitur χρόνων.

(15) Vulg., *νοητὴν ἀπέδειξε.* Scribo νικητήν, ut in margine codicis Moræani emendatum inveni. Quam lectionem secutus est Christophorsonus. Certe in veteribus schedis, et in codd. Saviliano ac Fuketii νικητὴν legitur.

(16) *Ὅσον εἰπεῖν.* Christophorsonus vertit, *prope dixerim*, quasi scriptum esset ὡς εἰπεῖν. Ego vero non dubito quin aliud intellexerit Eusebius. Nam cum tyrannos brevi admodum tempore viguisse vellet ostendere, ait eos breviori temporis spatio quam quod ad loquendum requiritur, visos esse. Idem fere est, quod Græci dicunt, λόγου θᾶττον, genus hyperbolæ Græcis familiare.

Digitized by Google

τοῦ θεράποντα Θεὸς ὁ εἷς καὶ μόνος, ἵνα πρὸς πολ- A
λοὺς θεϊκῇ φραξάμενος πανοπλίᾳ (17), τῆς τῶν ἀθέων
πληθύος δι' αὐτοῦ τὸν θνητὸν ἀποκαθήρας βίον, εὐσε-
βείας τῆς αὐτοῦ διδάσκαλον πᾶσιν ἔθνεσι κατεστήσα-
το, μεγάλῃ βοῇ ταῖς πάντων ἀκοαῖς(18) μαρτυρόμενον,
τὸν ὄντα Θεὸν εἰδέναι, τὴν δὲ τῶν οὐδαμῶς ὄντων
ἀποστρέφεσθαι πλάνην.

pietatis vexillum sustulerant. Verum hi quidem cum momento temporis exstitissent, momento quoque ac dicto citius exstincti sunt. Famulum autem suum Deus qui unus est ac solus, cum solum adversus multos divina armatura muniisset, ejusque opera orbem terrarum impiorum hominum multitudine liberatum repurgasset, cultus sui magistrum universis gentibus constituit; clara voce cunctis audientibus testantem, se verum quidem Deum agnoscere, falsorum autem numinum errorem aversari.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ὅτι Θεοῦ μὲν δοῦλος ἦν, ἐθνῶν δὲ νικητής.

Καὶ ὁ μὲν οἷα πιστὸς καὶ ἀγαθὸς θεράπων, τοῦτ'
ἔπραττε καὶ ἐκήρυττε, δοῦλον ἀντικρυς ἀποκαλῶν καὶ
θεράποντα τοῦ παμβασιλέως ὁμολογῶν ἑαυτόν· Θεὸς
δ' αὐτὸν ἐγγύθεν ἀμειβόμενος, κύριον καθίστη καὶ B
δεσπότην, νικητήν τε μόνον τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρα-
τόρων, ἄμαχον καὶ ἀήττητον εἰσαεί, νικῶν τε τρο-
παίοις (19) βασιλέα τοσοῦτον, ὅσον οὐδεὶς ἀκοῇ τῶν
πάλαι πρότερον μνημονεύει γενέσθαι· οὕτω μὲν θεο-
φιλῆ καὶ τρισμακάριον, οὕτω δὲ εὐσεβῆ καὶ πανευ-
δαίμονα, ὡς μετὰ πάσης μὲν ῥᾳστώνης πλειόνων ἢ
ἔμπροσθεν κατασχεῖν ἐθνῶν, ἄλυπον δὲ τὴν ἀρχὴν
εἰς αὐτὴν καταλῆξαι τελευτήν.

CAPUT VI.

Quod Dei quidem famulus, gentium autem victor fuerit.

Et hic quidem tanquam bonus ac fidelis servus id egit ac prædicavit, servum se palam nominans, summique Regis famulum se fateri non erubescens. Deus vero protinus ipsum remuneratus, dominum ac victorem, solumque ex omnibus qui unquam fuerunt imperatoribus, semper invictum atque insuperabilem præstitit: et ob victorias ac tropæa tantum imperatorem eum effecit, quantum nemo unquam superiori memoria ullum exstitisse recordatur. Adeo felicem et Deo charum, adeo pium ac fortunatum, ut plures quidem gentes ac nationes quam priores imperatores sub ditionem suam redegerit; imperium vero omni molestia vacuum ad extremum usque diem obtinuerit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

*Πρὸς Κῦρον τῶν Περσῶν βασιλέα, καὶ Ἀλέξαν-
δρον τὸν Μακεδόνα σύγκρισις.*

Περσῶν μὲν δὴ Κῦρον παλαιὸς ἀνυμνεῖ λόγος πε- C
ριφανῆ ἀποφανθῆναι τῶν πώποτε. Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ
ταῦτα, τέλος δ' ἐχρῆν μακαρίου [ἀνυμνεῖν], φα-
σὶν (20) αὐτὸν οὐκ αἴσιον, αἰσχρὸν δὲ καὶ ἐπονείδι-
στον ὑπὸ γυναικὸς θάνατον ὑποστῆναι. Μακεδόνων
Ἀλέξανδρον Ἑλλήνων ᾄδουσι παῖδες, μυρία παντοίων
ἐθνῶν γένη καταστρέψασθαι, θᾶττον δ' ἢ συντελέσαι
εἰς ἄνδρας, ὠκύμορον ἀποθῆναι, κώμοις ἀποληφθέντα
καὶ μέθαις. Δύο μὲν οὗτος πρὸς τοῖς τριάκοντα τὴν
πᾶσαν ζωὴν ἐνιαυτοῖς ἐπλήρου· τούτων δὲ τὴν τρι-

CAPUT VII.

Comparatio ejus cum Cyro Persarum et Alexandro Macedonum rege.

Cyrum Persarum regem præ cunctis qui unquam exstiterint enituisse vetus narrat historia. Verum ille nequaquam felicem exitum vitæ, imo turpem **409** potius atque ignominiosum sortitus esse dicitur, utpote a muliere interfectus. Alexandrum Macedonum regem innumerabiles gentes domuisse prædicant Græci: sed priusquam ad virilem ætatem pervenisset, comessationibus et temulentia confectum, immatura morte periisse. Et hic quidem duorum ac triginta annorum spatio totius vitæ

(17) Vulg., *πανοπλίᾳ παντευχίᾳ*. Alterutrum vocabulum redundat. Ac prius mihi videtur esse scholion. In codice Fuk. deest παντευχίᾳ. Paulo post scribendum puto δι' αὐτοῦ τὸν θνητὸν ἀποκαθήρας βίον, ut legitur in schedis Regiis et in libr. Savil. ac Fuk. Porro codex Fuk. habet τὸν θνητῶν.

(18) Vulg., *Ταῖς πάντων ἀρεταῖς*. Scribendum est ἀκοαῖς, quod Christophorsonus non vidit. Certe D in veteribus schedis ἀκοαῖς superscriptum est eadem manu. Scribo etiam μαρτυρόμενον, ut habet codex Fuk.

(19) Vulg., *Νικῶντα τροπαίοις*. Lego νικῶν τε τροπαίοις βασιλέα τοσοῦτον, etc. In schedis Regiis hic locus ita suppletur ad marginem, εἰσαεὶ νικῶντα, τροπαίοις τε τοῖς κατ' ἐχθρῶν διὰ παντὸς· φαιδρυνόμενον. Codex Fuk. nihil mutat, nisi quod conjunctionem addit hoc modo: καὶ εἰσαεὶ νικῶντα.

(20) Vulg. *Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα τέλος δ' ἐχρῆν μακροῦ φασίν*. Variis modis hunc locum restituere aggressi sunt viri docti, ut patet ex eorum emendationibus quæ ad marginem editionis Genevensis, et in codice Moræano ascriptæ sunt. Alii enim ita scribendum esse conjecerunt: Ἐπεὶ μὴ ταῦτα, τέλος δὲ χρὴ σκοπεῖν μακαρίου, φασὶν αὐτόν, etc. Alii vero sic emendarunt: Ἀλλὰ τὰ τελευταῖα τοῦ βίου εἶχε μὴ ταῦτα κοσμοῦντα· τέλος γὰρ οὐχ ὡς ἐχρῆν, οὐδ' ἐπὶ μακρὸν, οὐμενοῦν οὐδ' αἴσιόν φασιν αὐτὸν, αἰσχρὸν δέ, etc. Quam quidem lectionem secutus est Christophorsonus, ut ex interpretatione ejus apparet. In codice tamen Moræano paulo aliter emendatur hic locus in hunc modum: Ἀλλ' ἐπεὶ μὴ ταῦτα εἶχε κοσμοῦντα, τέλος οὐχ ὡς..... οὐδ' ἐπὶ μακρὸν, οὐμενοῦν οὐδ' αἴσιον αὐτὸν φάσκει..... κέναι· αἰσχρὸν δέ, etc. Ex quibus lacunis suspicari quis non immerito possit, hanc esse scripti cujusdam codicis lectionem. Et posterior quidem lacuna nullo negotio sic suppleri potest, αὐτόν φασιν ἐσχηκέναι. Sed cum hæc omnia mendis scateant, nec quidquam boni ex iis elici possit, malim equidem ea expungere. His certe resectis, sensus est apertissimus hoc modo: Ἀλλά φασιν αὐτὸν οὐκ αἴσιον, etc. quod etiam in versione mea sum secutus. Idem ante nos fecerat Joannes Portesius, qui hos Eusebii libros *De vita Constantini*, primus Latino sermone interpretatus est. In schedis Regiis, post verba illa τέλος δ' ἐχρῆν μακροῦ, ad marginem hæc adduntur, βίου σκοπεῖν. Codex Fuk. hunc locum eodem prorsus modo scriptum exhibet, quo liber Moræi ac Turnebi. — Lectionem admisimus quam exhibet Heinichenii recensio Lipsiensis. EDIT.

Digitized by Google

cursum absolvit; quorum non plus quam tertiam partem tempus regni illius sibi vindicat. Grassatus autem est per cædes instar fulminis, gentes atque urbes integras absque ullo ætatis discrimine crudeliter servituti subjiciens. Sed cum vixdum in ipso ætatis flore ageret, et amasium suum lugeret, mors repente superveniens, illum improlem, nulla stirpe, nulla fundatum domo, in externo et hostico agro, ne humanum genus diutius vastaret, exstinxit. Mox regnum ejus varia in membra divulsum est, singulis ejus ministris partem sibi rapere atque auferre contendentibus. Verum hic quidem ob hujusmodi mala laudibus effertur.

A την αὖ πλέον (21) ὁ τῆς βασιλείας περιώριζε χρόνος. ἐχώρει δὲ δι' αἱμάτων, ἀνὴρ σκηπτοῦ δίκην ἀφειδῶς ἔθνη καὶ πόλεις ὅλας ἡδηδὸν ἐξανδραποδιζόμενος. Ἄρτι δὲ μικρὸν ἀνθούσης αὐτῷ τῆς ὥρας (22) καὶ τὰ παιδικὰ πενθοῦντι, δεινῶς τὸ χρεὼν ἐπιστάν, ἄτεκνον, ἄῤῥιζον, ἀνέστιον, ἐπ' ἀλλοδαπῆς καὶ πολεμίας αὐτὸν, ὡς ἂν μὴ εἰς μακρὸν λυμαίνοιτο τὸ θνητῶν γένος, ἠφάνιζεν. Αὐτίκα δ' ἡ βασιλεία κατετέμνετο, τῶν θεραπόντων ἑκάστου μοῖράν τινα παρασπῶντος καὶ διαρπάζοντος ἑαυτῷ. Ἀλλ' ὁ μὲν ἐπὶ τοιούτοις ἀνυμνεῖται χοροῖς.

CAPUT VIII.

Quod orbem propemodum universum subegerit.

Noster vero imperator ex eo ætatis anno regnare B orsus est, quo Macedo ille decessit. Ac vitæ quidem spatium duplo majus habuit quam ille, regni vero triplo longius. Cæterum cum exercitum suum mansuetis ac modestis religionis præceptis munivisset, in Britanniam quidem et in eos qui in ipso habitabant Oceano ad solis occasum longe lateque diffuso, signa intulit. Scythiam vero universam, quæ sub ipso septentrione posita, in plurimas gentes et nomine et moribus discrepantes dividitur, suo adjunxit imperio. Jam vero cum ad extremos meridiei fines imperium propagasset, ad ipsos nimirum Blemmyas et Æthiopas : eos quoque qui ad solis ortum incolunt, in suam ditionem redigendos putavit. Denique ad ultimos usque continentis terminos, hoc est ad extremos Indos et circumsitos undique populos, C cunctos mortales qui universum terrarum orbem incolunt, splendidissimis pietatis radiis illustrans, regulos, præfectos et satrapas gentium barbararum sibi obnoxios ac subditos habuit : qui sua sponte et cum gaudio ipsum salutabant, et legatos cum muneribus ad **410** eum mittebant, ejusque notitiam atque amicitiam plurimi æstimabant. Adeo ut eum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅτι τῆς οἰκουμένης πάσης σχεδὸν ἐκράτησεν.

Ὁ δ' ἡμέτερος βασιλεὺς ἐξ ἐκείνου μὲν ἤρχετο, ἐξ οὗπερ ὁ Μακεδὼν ἐτελεύτα, ἐδιπλασίαζε δὲ τῷ χρόνῳ τὴν ἐκείνου ζωὴν, τριπλάσιον δ' ἐποιεῖτο τῆς βασιλείας τὸ μῆκος. Ἡμέροις γέ τοι καὶ σώφροσι θεοσεβείας παραγγέλμασι τὸν αὑτοῦ φραξάμενος στρατὸν, ἐπῆλθε μὲν τὴν Βρεττανῶν καὶ τοὺς ἐν αὐτῷ οἰκοῦντας ὠκεανῷ τῷ κατὰ δύοντα ἥλιον (23) περιοριζομένῳ, τό τε Σκυθικὸν ὑπηγάγετο πᾶν, ὑπ' αὐτῇ ἄρκτῳ μυρίοις βαρβάρων ἐξαλλάττουσι γένεσι τεμνόμενον. Ἤδη δὲ καὶ μεσημβρίας ἐπ' ἔσχατα τὴν ἀρχὴν ἐκτείνας, εἰς αὐτοὺς Βλέμμυάς τε καὶ Αἰθίοπας· οὐδὲ τῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἀλλοτρίαν ἐποιεῖτο τὴν κτῆσιν. Ἐπ' αὐτὰ δὲ τὰ τῆς οἰκουμένης ὅλης τέρματα, Ἰνδῶν μέχρι τῶν ἐξωτάτω, τῶν περικύκλῳ (24) περιοίκων τοῦ παντὸς τῆς γῆς τῷ βίῳ στοιχείου, φωτὸς εὐσεβείας ἀκτῖσιν ἐκλάμπων, εἶχεν ὑπηκόους ἅπαντας τοπάρχας, ἐθνάρχας καὶ σατράπας βαρβάρων ἐθνῶν, ἐθελοντὶ ἀσπαζομένους καὶ χαίροντας, τοῖς τε παρ' αὐτῶν δώροις (25) διαπρεσβευομένους, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν γνῶσίν τε καὶ φιλίαν περὶ πλείστου ποιουμένους, ὥστε καὶ γραφαῖς εἰκόνων αὐτὸν παρ' αὐτοῖς τιμᾷν, ἀνδριάντων τε ἀναθήμασι, μόνον τε αὐτοκρατόρων παρὰ τοῖς πᾶσι Κωνσταντῖνον γνω-

(21) *Αὖ πλέον.* Scribendum videtur οὐ πλέον, quam lectionem secutus est Portesius. Christophorsonus autem sic interpretatus est quasi legeretur ἢ μικρῷ πλέον. Certe Alexander Magnus duodecim annis et amplius regnavit, qui aliquanto plus efficiunt quam tertiam partem duorum ac triginta annorum, si res ad calculum exigatur. Verum oratores qui amplificandis rebus student non ita exacte loquuntur. Itaque Eusebius recte dixit οὐ D πλέον.

(22) Vulg., *ἀνθούσης αὐτῆς τῆς ὥρας.* Nemo est, qui non videat scribendum esse αὐτῷ τῆς ὥρας, ut in Moræi libro etiam adnotatum est. In veteribus schedis legitur αὐτοῦ. Sed liber Fuk. habet αὐτῷ. Sed et paulo post scribendum τῶν θεραπόντων ἑκάστου. Et in fine capitis lego ἐπὶ τοιούτοις ἀνυμνεῖται κακοῖς, quanquam scripti codices nihil variant. In codice Fuk. scriptum inveni τῶν θεραπόντων ἑκάστου, μοῖράν τινα παρασπῶντος, rectius quam ut in vulgatis editionibus περισπῶντος.

(23) Vulg., *τῷ κατὰ δύοντα ἥλιον.* In manuscripto Regio et Fuk. disjunctim scribitur : τῷ κατὰ δύοντα ἥλιον, rectius sine dubio. Sic infra cap. 41, ubi de provinciarum exsultatione loquitur : Ἔθνη τε πάνθ' ὅσα ὠκεανῷ τῷ κατὰ δύοντα ἥλιον περιωρίζετο. In codice Regio legitur etiam Βρεττανῶν, rectius quam in vulgatis editionibus. Neque aliter codex Fuk.; contra vero paulo post, ubi vulgatæ editiones scribunt βλέμμυας, idem codex Fuk. habet βλέμυας, non male, ut notavi ad Amm. Marcellinum.

(24) *Τῶν περικύκλῳ.* Scribendum est, τῶν κύκλῳ περιοίκων τοῦ παντὸς τῆς γῆς στοιχείου, τῷ βίῳ, φωτὸς εὐσεβείας ἀκτῖσιν ἐκλάμπων. Ac voces quidem illas τῶν κύκλῳ περιοίκων, etc. Portesius ad Indos retulit. Sic enim vertit : *Indos extremos usque terræ undique circumjectos.* Sed non puto hanc esse mentem Eusebii. Neque enim veteres geographi, Indos orbis terrarum ambitum circumcolere unquam dixerunt. Hispani quidem avorum memoria, terrarum partem recens sibi cognitam et patefactam, Indiam Occidentalem appellarunt. Verum illi id pro arbitrio suo fecere. Proinde in Eusebii nostri loco scribendum puto τῶν τε κύκλῳ περιοίκων, etc., vel potius nihil mutandum. Sensus enim est, Constantinum a meridie ad septentrionem, et ab occasu ad ortum, quaquaversum cunctis hominibus Christum prædicasse.

(25) *Τοῖς τε παρ' αὐτῶν δώροις.* In veteribus schedis hic locus ita suppletur ad marginem, τοῖς τε παρ' αὐτῶν ξενίοις τε καὶ δώροις, etc. Et paulo post in iisdem schedis legitur, παρ' αὐτοῖς πᾶσι Κωνσταντῖνον γνωρίζεσθαι.

Digitized by Google

ρίζεσθαί τε καὶ βοᾶσθαι. Ὁ δὲ καὶ μέχρι τῶν τῇδε, βασιλικοῖς προσφωνήμασι τὸν ἑαυτοῦ Θεὸν ἀνεκήρυττε σὺν παῤῥησίᾳ τῇ πάσῃ.

A in sua quisque provincia partim imaginibus, partim statuis publice dicatis honoraret: solusque ex imperatoribus Constantinus, ubique terrarum notissimus esset ac celeberrimus. Igitur ad has usque gentes regiis allocutionibus Deum suum cum omni libertate prædicavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὅτι υἱὸς βασιλέως εὐσεβοῦς, καὶ υἱοῖς βασιλεῦσι κατέλιπε τὴν ἀρχήν.

Εἶτ' οὐ λόγοις (26) μὲν τοῦτ' ἔπραττεν, ἀφυστέρει δὲ τοῖς ἔργοις· διὰ πάσης δὲ χωρῶν ἀρετῆς, παντοίοις εὐσεβείας καρποῖς ἐνηβρύνετο, μεγαλοψύχοις μὲν εὐεργεσίαις τοὺς γνωρίμους καταδουλούμενος, κρατῶν δὲ νόμοις φιλανθρωπίας, εὐήνιόν τε τὴν ἀρχὴν καὶ πολύευκτον ἅπασι τοῖς ἀρχομένοις κατεργαζόμενος, εἰσότε λοιπὸν μακραῖς περιόδοις ἐτῶν κεκμηκότα αὐτὸν θείοις ἄθλων ἀγῶσι, βραβείοις ἀθανασίας ὃν ἐτίμα, Θεὸς ἀναδησάμενος, θνητῆς ἐκ βασιλείας ἐπὶ τὴν παρ' αὐτοῦ ψυχαῖς ὁσίαις τεταμιευμένην ἀτελεύτητον ζωὴν μετεστήσατο, τριττὴν παίδων γονὴν τῆς ἀρχῆς διάδοχον ἐγείρας. Οὕτω δὴ καὶ θρόνος τῆς βασιλείας πατρόθεν μὲν εἰς αὐτὸν κατῆει, θεσμῷ δὲ φύσεως, παισὶ καὶ τοῖς τούτων ἐκγόνοις ἐταμιεύετο, εἰς ἀγήρω τε χρόνον οἷά τις πατρῷος ἐμηκύνετο κλῆρος. Θεὸς μὲν οὖν αὐτὸν καὶ σὺν ἡμῖν ἔτι ὄντα τὸν μακάριον θεοπρεπέσιν ὑψώσας τιμαῖς, καὶ τελευτῶντα κοσμήσας ἐξαιρέτοις τοῖς παρ' αὐτοῦ πλεονεκτήμασι, γένοιτ' ἂν αὐτοῦ καὶ γραφεὺς, πλὴν οὐρανίων στηλῶν τοὺς τῶν αὐτοῦ κατορθωμάτων ἄθλους (27) ἀνατιθείς.

B

CAPUT IX.

Quod, pii imperatoris filius, imperium filiis reliquit.

Cæterum non id verbis quidem præstitit, re autem ipsa frustratus est. Sed in omni genere virtutis semet exercens, variis pietatis fructibus abundavit, amicos quidem ingentibus beneficiis sibi devinciens, subditos vero clementiæ legibus moderans, et imperium suum placidum cunctis atque optabile exhibens, donec post longa annorum curricula, Deus quem coluerat, variis illum certaminibus defessum immortalitatis præmiis remuneratus, ex mortali regno ad immortalem vitam sanctis animis apud se præparatam transtulit; trium liberorum sobole, qui in imperio ei succederent, excitata. In hunc igitur modum imperialis dignitas a patre quidem transmissa ad ipsum pervenit; jure autem naturæ liberis ac nepotibus servata, et in perpetuum deinceps tanquam paterna quædam hæreditas propagata est. Ac Deus quidem ipse, qui beatissimum illum principem adhuc nobiscum in terris agentem divinis honoribus sublimavit, eumdemque morientem eximia quadam prærogativa dignitatis ornavit, solus vitæ illius scriptor fuerit idoneus; quippe qui certamina illius resque præclare gestas in cœlestibus tabulis consecraverit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ τοῦ καὶ ἀναγκαίαν εἶναι καὶ ψυχωφελῆ τὴν ἱστορίαν ταύτην.

Ἐμοὶ δ' εἰ καὶ τὸ λέγειν ἐπάξιόν τι τῆς τοῦ ἀνδρὸς μακαριότητος ἄπορον τυγχάνει, τό τε σιωπᾷν ἀσφαλὲς καὶ ἀκίνδυνον, ὅμως ἀναγκαῖον, μιμήσει τῆς θνητῆς σκιαγραφίας, τὴν διὰ λόγων εἰκόνα τοῦ θεοφιλοῦς ἀναθεῖναι μνήμῃ, ὄκνου καὶ ἀργίας ἀφοσιουμένους (28) ἔγκλημα. Αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν ἐμαυτὸν (29), εἰ μὴ τὰ κατὰ δύναμιν, κἂν σμικρὰ ᾖ ταῦτα καὶ εὐτελῆ, τῷ ὑπερβολῇ εὐλαβείας Θεὸν τετιμηκότι συμβαλοῦμαι. Οἶμαι δὲ καὶ ἄλλως βιωφελὲς καὶ ἀναγκαῖον ἔσεσθαί μοι τὸ γράμμα, περιλαμβάνον βασιλικῆς μεγαλονοίας πράξεις, Θεῷ τῷ παμβασιλεῖ κεχαρισμένας. Ἡ γὰρ οὐκ αἰσχρὸν, Νέρωνος μὲν τὴν μνήμην καὶ τῶν τούτου μακρῷ χειρόνων δυσσεβῶν τινων καὶ

C

CAPUT X.

Quod historia hæc necessaria, et ad formandos mores utilis sit.

Ego vero tametsi tanti quidem viri felicitate dignum quidpiam dicere difficile admodum esse intelligam, silere autem tutum ac periculo vacuum: necessarium nihilominus puto piissimi principis imaginem, exemplo mortalis picturæ, verborum coloribus expressam ad sempiternam posterorum memoriam consecrare, ut desidiæ atque inertiæ crimen **411** a nobis depellamus. Me enim profecto puderet mei ipsius, nisi omnem meam industriam ac facultatem, licet admodum levis sit atque exigua, in hunc qui divinum Numen summa observantia veneratus est, conferrem. Sed et ad communem hominum vitam utile, mihique in primis necessa-

(26) *Εἶτ' οὐ λόγοις.* Ab his verbis caput orditur Regius codex, quem nos libenter secuti sumus. Codex quoque Fuk. qui singulis capitibus suos titulos solet præfigere, ab iisdem verbis caput exorditur. Eamdem denique sectionem reperi in veteribus schedis bibliothecæ Regiæ.

(27) *Κατορθωμάτων ἄθλους.* Deest vox ἀνατιθείς, quam in Moræi libro ad marginem ascriptam inveni. In schedis autem Regiis post vocem ἄθλους, hæc adduntur ad marginem, εἰς μακροὺς ἐγχαράττων αἰῶνας. Quæ profecto nequaquam rejicienda mihi videntur, sive ex conjectura, sive ex alio codice deprompta sint. Codex tamen Fuk. habet ἀνατιθείς.

(28) Vulg. *Ἀφωσιωμένους.* In codd. Regio, Savil. et Fuk., scribitur ἀφοσιουμένους. Est autem hæc oratio σολοικοφανής. Dicendum enim erat ἀφοσιουμένῳ, si emendate loqui voluisset. In veteribus schedis legitur ἀφωσιωμένου, et νῳ superscriptum est.

(29) *Αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν ἐμαυτόν.* Vox ἐμαυτόν transposita esse videtur, et inferius collocanda hoc modo, αἰσχυνοίμην γὰρ ἄν, εἰ μὴ τὰ κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ δύναμιν, etc. Paulo post lego ex codice Fuk. Τῷ ὑπερβολῇ εὐλαβείας Θεὸν τετιμηκότι, vel si malis τῷ δι' ὑπερβολήν. In veteribus schedis bibliothecæ Regiæ hic locus ita suppletur ad marginem: Τῷ πάντας ἡμᾶς δι' ὑπερβολὴν εὐλαβείας Θεοῦ τετιμηκότι. Quod equidem valde probo.

Digitized by Google

rium hoc opus fore confido, quo generosissimi imperatoris res gestæ, summo omnium imperatori Deo acceptæ, comprehenduntur. Quomodo enim turpe non fuerit, Neronis quidem et aliorum impiorum tyrannorum qui longe illo deteriores fuerunt, memoriæ non defuisse diligentissimos scriptores, qui mala argumenta eleganti sermone exornantes, numerosis historiarum voluminibus condiderunt : nos vero silere, quibus Deus ejusmodi imperatorem qualem nulla unquam ætas vidit nancisci, et in ejus conspectum, notitiam ac colloquium pervenire concessit? Quamobrem si cuiquam alteri, nobis certe præcipue convenit, ut tot ac tanta quæ audivimus bona, iis muntiemus, quorum mentes bonorum operum exemplo ad amorem Dei excitantur. Quippe alii quidem vitam hominum minime gravium, et res gestas ad morum emendationem prorsus inutiles, aut gratia, aut odio quorumdam, aut ad doctrinæ suæ ostentationem scribere aggressi, turpissimorum flagitiorum narrationem magnifico verborum apparatu aliter quam decuit amplificarunt, iis qui singulari Dei beneficio malorum expertes fuerant, pessimorum operum et quæ oblivione ac tenebris involvi debuerant, magistros se præbentes. At nobis oratio quidem ipsa quamvis suscepti operis magnitudini prorsus impar sit, sola tamen pulcherrimorum facinorum narratione illustrari posse videtur. Ipsa vero operum Deo acceptorum commemoratio, iis utique qui animum recte comparatum habuerint, non inutilem sed in primis fructuosam lectionem præbitura est.

A ἀθέων τυράννων, ἀόκνων εὐτυχῆσαι συγγραφέων, οἱ δὴ φαύλων ὑποθέσεις δραμάτων ἑρμηνείᾳ κομψῇ καλλωπίσαντες, πολυβίβλοις ἀνέθηκαν ἱστορίαις, ἡμᾶς δὲ σωπᾷν, οὓς Θεὸς αὐτὸς τοσούτῳ συγκυρῆσαι βασιλεῖ, οἷον ὁ σύμπας οὐχ ἱστόρησεν αἰὼν (30), εἰς ὄψιν τε καὶ γνῶσιν αὐτοῦ, καὶ ὁμιλίαν ἐλθεῖν κατηξίωσεν; Διὸ προσήκοι (31) ἂν εἴ τισιν ἄλλοις, καὶ ἡμῖν αὐτοῖς, ἀγαθῶν ἄφθονον ἀκοὴν κηρύττειν ἅπασιν, οἷς ἡ τῶν καλῶν μίμησις πρὸς τὸν θεῖον ἔρωτα διεγείρει τὸν πόθον. Οἱ μὲν γὰρ (32) βίους ἀνδρῶν οὐ σεμνῶν, καὶ πράξεις πρὸς ἠθῶν βελτίωσιν ἀλυσιτελεῖς, χάριτι τῇ πρός τινας ἢ ἀπεχθείᾳ, τάχα δέ που καὶ πρὸς ἐπίδειξιν τῆς σφῶν αὐτῶν παιδεύσεως συναγαγόντες, κόμπῳ ῥημάτων εὐγλωττίας, αἰσχρῶν πραγμάτων ὑφηγήσεις οὐκ εἰς δέον ἐξετραγῴδησαν, τοῖς μὴ μεB τασχεῖν τῶν κακῶν κατὰ Θεὸν εὐτυχήσασιν, ἔργων οὐκ ἀγαθῶν, ἀλλὰ λήθῃ καὶ σκότῳ σιωπᾶσθαι ἀξίων διδάσκαλοι καταστάντες. Ἐμοὶ δὲ ὁ μὲν τῆς φράσεως λόγος, εἰ καὶ πρὸς τὸ μέγεθος τῆς τῶν δηλουμένων ἐμφάσεως ἐξασθενεῖ, φαιδρύνοιτο γοῦν ὅμως καὶ ψιλῇ τῇ τῶν ἀγαθῶν πράξεων ἀπαγγελίᾳ (33)· ἡ δέ γε τῶν θεοφιλῶν διηγημάτων ὑπόμνησις οὐκ ἀνόνητον, ἀλλὰ καὶ σφόδρα βιωφελῆ τοῖς τὴν ψυχὴν εὖ παρεσκευασμένοις πορίζεται τὴν ἔντευξιν.

Itaque quamplurima alia quæ de hoc principe narrari possunt : conflictus et prælia, fortia facinora atque victorias, tropæa ac triumphos de hostibus partos, et quæ præterea ad singulorum utilitatem ab eo constituta sunt; leges ad subditorum **412** et reipublicæ commodum latas ; alios denique plurimos principatus labores ab eo exantlatos, qui in omnium ore ac memoria versantur, prætereundos mihi nunc esse arbitror : quippe cum instituti operis argumentum admoneat me, ut ea sola quæ ad Dei cultum pertinent, dicendo ac scribendo persequar. Cæterum cum hæc ipsa numero pene infinita sint, ex iis quæ ad notitiam nostram pervenerunt, opportunissima quæque duntaxat, et posterorum memoria dignissima seligens, quam potero brevissime exponam : siquidem tempus ipsum hanc deinceps licentiam nobis concedit, ut beatissimi

CAPUT XI.

Quod sola Constantini gesta quæ ad pietatem pertinent narraturus sit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι μόνας τὰ Κωνσταντίνου νῦν ἱστόρησε θεοφιλεῖς πράξεις.

Τὰ μὲν οὖν πλεῖστα καὶ βασιλικὰ τοῦ τρισμακαρίτου διηγήματα (34), συμβολάς τε καὶ παρατάξεις πολέμων, ἀριστείας τε καὶ νίκας, καὶ τρόπαια τὰ κατ' ἐχθρῶν, θριάμβους τε ὁπόσους ἤγαγε, τά τε πρὸς τὸ συμφέρον ἑκάστου διωρισμένα, νόμων τε διατάξεις, ἃς ἐπὶ λυσιτελείᾳ τῆς τῶν ἀρχομένων πολιτείας συνετάττετο, πλείστους τ' ἄλλους βασιλικῶν ἄθλων ἀγῶνας, τοὺς δὲ παρὰ τοῖς πᾶσι μνημονευομένους, παρήσειν μοι δοκῶ, τοῦ τῆς προκειμένης ἡμῖν πραγματείας σκοποῦ μόνα τὰ πρὸς τὸν θεοφιλῆ συντείνοντα βίον λέγειν τε καὶ γράφειν ὑποβάλλοντος. Μυρίων δ' ὄσων ὄντων καὶ τούτων, τὰ καιριώτατα καὶ τοῖς μεθ' D ἡμᾶς ἀξιομνημόνευτα τῶν εἰς ἡμᾶς ἐλθόντων ἀναλεξάμενος, τούτων αὐτῶν ὡς οἷόν τε διὰ βραχυτάτων ἐκθήσομαι τὴν ὑφήγησιν· τοῦ καιροῦ λοιπὸν ἐπιτρέποντος ἀκωλύτως παντοίαις φωναῖς τὸν ὡς ἀληθῶς μακάριον ἀνυμνεῖν, ὅτι μὴ τοῦτο πράττειν ἐξῆν πρὸ

(30) *Οὐχ ἱστόρησεν αἰών.* In codice Regio scribitur οὐχ ἱστόρησε χρόνος.

(31) *Διὸ προσήκοι.* Ab his verbis cap. 11 inchoant codd. Regius et Fuk. et schedæ Regiæ.

(32) *Οἱ μὲν γάρ.* Scriptores illos intelligit, qui Neronis et aliorum tyrannorum res gestas memoriæ mandaverant, de quibus paulo ante locutus est. Recte ergo Christophorsonus vertit : *nam illi*, etc. Portesius vero interpretatur : *Nam alii quidem*, etc., quod ferri potest.

(33) Vulg., *ἐπαγγελία*. Magis placet altera lectio quam in veteribus schedis inveni, *ἀπαγγελίᾳ*. Ita certe codd. Fuk. et Savilii.

(34) *Τοῦ τρισμακαρίου διηγήματα.* In veteribus schedis superscriptum est στρατηγήματα, quod non probo. Nam Eusebius hoc loco opponit τὰ βασιλικὰ διηγήματα Constantini, τοῖς θεοφιλέσι διηγήμασι, ut patet ex fine superioris capitis. Et regios quidem actus ait se consulto prætermittere. Quos quidem bifariam dividit, in bellicos scilicet et pacis. Solos vero sibi dicendos proponit actus eos, qui ad religionem pertinent. Porro in schedis Regiis post verba illa θριάμβους τε ὁπόσους ἤγαγε, hæc adduntur ad marginem, τά τε κατ' εἰρήνην αὐτῷ πρὸς τὴν τῶν κοινῶν διόρθωσιν, πρός τε συμφέρον, etc. Quæ mihi videntur esse probæ notæ.

Digitized by Google

τούτου τῷ μὴ μακαρίζειν (35) ἄνδρα πρὸ τελευτῆς διὰ τὸ τῆς τοῦ βίου τροπῆς ἄδηλον παρηγγέλθαι. Κεκλήσθω δὲ Θεὸς βοηθὸς, οὐράνιός τε συνεργὸς ἡμῖν ἐμπνείτω Λόγος. Ἐξ αὐτῆς δ' ἤδη πρώτης ἡλικίας τοῦ ἀνδρὸς ὧδέ πη τῆς γραφῆς ἁπαρξώμεθα.

A principis laudes quovis orationis genere libere prædicemus. Nam antea quidem id facere nequaquam licebat, propterea quod vetitum est ne quemquam ante obitum ob incertas vitæ mutationes beatum pronuntiemus [1]. Proinde Deum adjutorem invoco, ac cœleste ejus Verbum precor, ut in hoc opere aspirare mihi velit. Ordiar autem a prima illius ætate in hunc modum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὅτι ὡς Μωϋσῆς ἐν οἴκοις τυράννων ἀνετράφη Κωνσταντῖνος.

Παλαιὰ (36) κατέχει φήμη, δεινά τινα γένη τυράννων τὸν Ἑβραίων καταπονῆσαι λεὼν, Θεὸν δὲ τοῖς καταπονουμένοις εὐμενῆ παραφανέντα, Μωϋσέα προφήτην, ἔτι τότε νηπιάζοντα, μέσοις αὐτοῖς τυραννικοῖς οἴκοις τε καὶ κόλποις τραφῆναι, καὶ τῆς παρ' αὐτοῖς μετασχεῖν προνοῆσαι σοφίας. Ὡς δ' ἐπιὼν ὁ χρόνος τὸν μὲν εἰς ἄνδρας ἐκάλει, δίκη δ' ἡ τῶν ἀδικουμένων ἀρωγὸς τοὺς ἀδικοῦντας μετῄει, τηνικαῦτα ἐξ αὐτῶν τυραννικῶν δωμάτων προελθὼν ὁ τοῦ Θεοῦ προφήτης, τῇ τοῦ κρείττονος διηκονεῖτο βουλῇ, τῶν μὲν ἀναθρεψαμένων τυράννων ἔργοις καὶ λόγοις ἀλλοτριούμενος, τοὺς δ' ἀληθεῖ λόγῳ σφετέρους ἀδελφούς τε καὶ συγγενεῖς ἀποφαίνων γνωρίμους· κἄπειτα Θεὸς αὐτὸν καθηγεμόνα τοῦ παντὸς ἔθνους ἐγείρας, Ἑβραίους μὲν τῆς ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἠλευθέρου δουλείας, τὸ δὲ τυραννικὸν γένος θεηλάτοις μετῄρχετο δι' αὐτοῦ κολαστηρίοις. Φήμη μὲν αὕτη παλαιὰ, μύθου μὲν σχήματι τοῖς πολλοῖς παραδεδομένη, τὰς πάντων ἀκοὰς ἐπλήρου, νυνὶ δὲ ὁ αὐτὸς καὶ ἡμῖν Θεὸς, μειζόνων ἢ κατὰ μύθους θαυμάτων αὐτοπτικὰς θέας, νεαραῖς δύσεσι πάσης ἀκοῆς ἀληθεστέρας δεδώρηται. Τύραννοι μὲν γὰρ οἱ καθ' ἡμᾶς, τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν πολεμεῖν ὠρμημένοι, τὴν αὐτοῦ κατεπόνουν Ἐκκλησίαν, μέσος δὲ τούτοις Κωνσταντῖνος, ὁ μετ' ὀλίγον τυραννοκτόνος, παῖς ἄρτι νέος, ἁπαλὸς, ὡραῖός τ' ἄνθους ἰούλοις, οἷά τις αὐτὸς ἐκεῖνος ὁ τοῦ Θεοῦ θεράπων, τυραννικαῖς ἐφῆδρευσεν ἑστίαις· οὐ μὴν καὶ τρόπων τῶν ἴσων, καίπερ νέος ὤν, τοῖς ἀθέοις ἐκοινώνει. Εἶλκε γὰρ αὐτὸν ἐξ ἐκείνου (37) θείῳ Πνεύματι φύσις ἀγαθὴ πρὸς τὸν εὐσεβῆ καὶ Θεῷ κεχαρισμένον βίον· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ζῆλος ἐνῆγε πατρικὸς, ἐπ' ἀγαθῶν μιμήσει τὸν παῖδα προσκαλούμενος. Πατὴρ γὰρ ἦν αὐτῷ, ὅτι δὴ καὶ ἄξιον ἐν καιρῷ τούτῳ τὴν μνήμην ἀναζωπυρῆσαι, περιφανέστατος τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοκρατόρων Κωνστάντιος. Οὗ πέρι (38) τὰ τῷ παιδὶ φέροντα κόσμον, βραχεῖ λόγῳ διελθεῖν ἀναγκαῖον.

CAPUT XII.

Quod Constantinus in tyrannorum ædibus, sicut Moyses, educatus sit.

Vetus narrat historia gentem Hebræorum a sævissimis olim tyrannis oppressam fuisse, Deumque, cum oppressos benigno ac propitio vultu respexisset, providisse ut propheta Moses qui tum adhuc infans erat, in mediis tyrannorum ædibus et in ipso eorum gremio educaretur, omnemque quæ apud illos erat sapientiam perdisceret. Postea vero cum ille progressu temporis ad virilem pervenisset ætatem, et divina justitia quæ oppressis opitulari solet, pœnas ab iniquis tyrannis exposceret; tunc Dei propheta ex ipsis tyrannicis profectus ædibus, divinæ voluntati ministerium suum exhibuit. Et ipsos quidem tyrannos a quibus fuerat educatus, re ac verbis aversatus est, eos vero qui revera fratres et cognati erant, amicos ac familiares elegit. Posthæc Deus cum illum totius gentis ducem constituisset, Hebræos quidem acerbissima apud hostes servitute liberavit: tyrannorum autem genus cœlitus inflixis suppliciis ejus opera ultus est. Vetus, inquam, hæc historia, instar fabulæ a multis accepta, omnium aures mortalium implevit. Nunc vero idem nobis Deus majora omnibus fabulis **413** miracula ipsis oculis spectare concessit; quod genus spectaculi apud eos qui recens viderunt, omni auditione fide dignius habetur. [Nostra enim ætate tyranni quidem qui adversus Deum summum omnium regem bellum movere instituerant, ejus Ecclesiam graviter oppresserunt. Constantinus vero qui postea tyrannorum interfector fuit, dum adhuc adolescens esset et juvenili lanugine decorus, in medio illorum, ut quondam ille Dei famulus Moses, in ipsis tyrannorum ædibus subsedit. Neque tamen eosdem cum impiis mores, tametsi admodum adolescens, sectatus est. Quippe jam inde ab illa ætate, egregia indoles divino Spiritu impulsa, ipsum ad piam Deoque acceptam vitam incitabat. Sed et patris æmulatio stimulos admovebat, qua ad virtutis et bonorum actuum imitationem juvenis provocabatur. Pater siquidem ei fuit (nam et hujus memoriam opportune renovare congruum est) Constantius, imperatorum nostri temporis nobilissimus. De quo nonnulla quæ ad filii commendationem pertinent, breviter a nobis exponenda sunt.

[1] Eccli. XI, 30.

(35) *Τῷ μὴ μακαρίζειν.* Intelligit locum qui habetur in Ecclesiastici c. II, Πρὸ τῆς τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα.

(36) Vulg. *Ἡ παλαιά.* Codd. Regius et Fuk. sine articulo scribunt παλαιὰ κατέχει φήμη, et sic in schedis: quod quidem magis redolet Eusebianum stylum. Mox lego δεινὰ μὲν γένη. Recte autem Savilius ad initium hujus capitis adnotavit: *Huc usque proœmium.*

(37) *Εἶλκε γὰρ αὐτὸν ἐξ ἐκείνου.* Christophorsonus et Portesius has voces ἐξ ἐκείνου interpretati sunt, quasi subaudiretur τοῦ τρόπου. Ego ἐξ ἐκείνου idem esse censeo ac *jam tum, ab eo tempore.* Ita et Musculus.

(38) Vulg., *Αὖ περί.* Scribendum est sine dubio οὗ πέρι, quod idem valet ac περὶ οὗ. Atque ita legitur in schedis Regiis, et in codice Savilii. Codex Fuk. οὕπερ habet, non male.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

De patre ejus Constantio, qui Christianos, ut Diocletianus et Maximianus, persequi noluit.

Cum imperium Romanum a quatuor Augustis regeretur, hic diversum a collegis suis vitæ institutum æmulatus, solus cum Deo rerum omnium moderatore pacem firmavit. Illi enim ecclesias Dei expugnare adorti, solo æquarunt, et oratoria una cum ipsis fundamentis aboleverunt. Hic vero a nefaria illorum impietate puras manus atque integras servavit, nec se ullatenus eorum similem præstitit. Et illi quidem Dei cultorum tam virorum quam mulierum cædibus, tanquam civili quodam bello provincias sibi subjectas polluerunt. Hic vero animum ab hujusmodi scelere purum atque inviolatum B semper servavit. Illi coacervatis impiissimæ superstitionis malis, seipsos primum, ac deinde subditos omnes nequissimorum dæmonum fraudibus manciparunt. Hic profundissimæ pacis intra imperii sui fines auctor ac signifer, subditis suis permisit ut absque ulla molestia divino cultui inservirent. Denique illi cunctos mortales gravissimis exactionibus opprimendo, vitam illis minime vitalem et **414** quavis morte acerbiorem præstiterunt. Solus Constantius placidum ac tranquillum principatum suum subditis exhibens, paterna quadam cura ac sollicitudine eos fovit. Porro cum aliæ quoque innumerabiles hujus viri virtutes ab omnibus prædicentur, uno et altero ejus facinore commemorato, ex quibus conjectura fieri possit de iis quæ silen- C tio prætereuntur, ad propositum nobis scribendi argumentum transgrediemur.

CAPUT XIV.

Quomodo Constantius, exprobrata ipsi a Diocletiano paupertate, ærarium impleverit, et postea collatoribus pecuniam reddiderit.

Cum hic princeps crebris hominum sermonibus celebraretur, quod mitis esset ac placidus, quod optimus Deique amantissimus; quodque ob incredibilem erga subditos indulgentiam, nullam pecuniam in thesauris reconditam haberet, imperator is qui tunc temporis supremum imperii gradum obtinebat, missis ad eum quibusdam hominibus, objurgavit ejus in republica gerenda negligentiam : et D paupertatem ipsi probro vertit, hoc maxime argumento fidem dictis faciens, quod nihil in thesauris reconditum haberet. At ille eos qui ab imperatore venerant rogavit, ut apud se aliquantisper morari vellent. Deinde ex omnibus provinciis quæ ipsius

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ Κωνσταντίου τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, μὴ ἀνασχομένου τῶν περὶ Διοκλητιανὸν καὶ Μαξιμιανὸν, καὶ Μαξέντιον, ὥστε διῶξαι τοὺς Χριστιανούς.

Τεττάρων γάρ τοι τῆς Ῥωμαίων αὐτοκρατορικῆς κοινωνούντων ἀρχῆς, μόνος οὗτος ἀκοινώνητον τοῖς ἄλλοις περιβαλλόμενος τρόπον, τὴν πρὸς τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν φιλίαν ἐσπένδετο. Οἱ μὲν γὰρ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πολιορκίᾳ δηοῦντες, ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος καθῄρουν, αὐτοῖς θεμελίοις τοὺς εὐκτηρίους ἀφανίζοντες οἴκους· ὁ δὲ τῆς τούτων ἐναντίας δυσσεβείας καθαρὰς ἐφύλαττε τὰς χεῖρας, μηδαμῇ μηδαμῶς αὐτοῖς ἐξομοιούμενος. Καὶ οἱ μὲν ἐμφυλίοις θεοσεβῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν σφαγαῖς τὰς ὑπ' αὐτοῖς ἐπαρχίας ἐμίαινον, ὁ δὲ τοῦ μύσους ἀμίαν- τον (39) τὴν ἑαυτοῦ συνετήρει ψυχήν. Καὶ οἱ μὲν συγχύσει κακῶν εἰδωλολατρείας ἐκθέσμου, σφᾶς (40) αὐτοὺς πρότερον, κἄπειτα τοὺς ὑπηκόους ἅπαντας, πονηρῶν δαιμόνων πλάναις κατεδουλοῦντο, ὁ δὲ εἰρήνης βαθυτάτης τοῖς ὑπ' αὐτοῦ βασιλευομένοις ἐξάρχων, τὰ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἄλυπα τοῖς οἰκείοις ἐβράβευεν. Ἀλλὰ καὶ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις βαρυτάτας εἰσπράξεις ἐπαιωροῦντες οἱ ἄλλοι, βίον ἀβίωτον αὐτοῖς καὶ θανάτου χαλεπώτερον ἐπήρτων, μόνος δὲ Κωνστάντιος ἄλυπον τοῖς ἀρχομένοις καὶ γαληνὴν παρασκευάσας τὴν ἀρχὴν, πατρικῆς κηδεμονίας ἐν οὐδενὶ λείπουσαν τὴν ἐξ αὐτοῦ παρεῖχεν ἐπικουρίαν. Μυρίων δὲ καὶ ἄλλων τοῦ ἀνδρὸς ἀρετῶν παρὰ τοῖς πᾶσιν ᾀδομένων, ἑνὸς καὶ δευτέρου μνημονεύσας κατορθώματος, τεκμηρίοις τε τούτοις τῶν σιωπωμένων χρησάμενος, ἐπὶ τὸν προκείμενον τῆς γραφῆς σκοπὸν διαβήσομαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅπως Κωνστάντιος ὁ πατὴρ ἐνειδισθεὶς πενίαν ὑπὸ Διοκλητιανοῦ, καὶ τοὺς θησαυροὺς πλήσας, ἀπέδωκε πάλιν τοῖς προσενεγκοῦσι τὰ χρήματα.

Πολλοῦ δὴ λόγου περιτρέχοντος φήμῃ ἀμφὶ τοῦδε τοῦ βασιλέως, ὡς ἤπιος, ὡς ἀγαθὸς, ὡς τὸ θεοφιλὲς ὑπεράγαν κεκτημένος, ὡς δι' ὑπερβολὴν φειδοῦς τῶν ὑπηκόων, οὐδὲ θησαυρός τις αὐτῷ τεταμίευτο χρημάτων, βασιλεὺς ὁ τηνικαῦτα τὸν πρῶτον τῆς ἀρχῆς ἐπέχων βαθμὸν, πέμψας αὐτῷ κατεμέμφετο τὴν τῶν κοινῶν ὀλιγωρίαν, πενίαν τ' ἐπωνείδιζε, δεῖγμα τοῦ λόγου παρέχων, τὸ μηδὲν αὐτὸν ἐν θησαυροῖς ἀπόθετον κεκτῆσθαι. Ὁ δὲ τοὺς παρὰ βασιλέως ἥκοντας αὐτοῦ μένειν παρακελευσάμενος, τῶν ὑπ' αὐτὸν τοὺς ἀμφιλαφῆ πλοῦτον κεκτημένους, ἐξ ἁπάντων τῶν ὑπὸ τῇ βασιλείᾳ συγκαλέσας ἐθνῶν, χρημάτων ἔφη δεῖσθαι, καὶ τοῦτον εἶναι καιρὸν ἐν ᾧ προσήκειν

(39) *Ὁ δὲ τοῦ μύσους ἀμίαντον.* Scribendum videtur ὁ δὲ τούτου τοῦ μύσους. Iisdem fere verbis usi sunt Donatistæ in libello precum quem Constantino imperatori obtulerunt : cujus exemplar refert Optatus in lib. I : « Rogamus te, Constantine imperator, quoniam de genere justo es; cujus pater inter cæteros imperatores persecutionem non exercuit : et ab hoc scelere immunis est Gallia. »

(40) Vulg., *ἐκθέσμους φωνάς.* Deest verbum προστιθέντες, aut aliud simile. Nec omittenda est viri docti conjectura, quam ad marginem libri Moræani ascriptam inveni : nempe legendum sibi videri διὰ τὰς τῆς εἰδωλολατρείας ἐκθέσμους φωνάς. Turnebus vero ad oram sui codicis emendavit ἐκθέσμοις φωναῖς, perinde ac Savilius. Verum in schedis Regiis supra vocem φωνάς emendatur σφᾶς· quam emendationem reliquis præfero. Scribo igitur, καὶ οἱ μὲν συγχύσει κακῶν εἰδωλολατρείας ἐκθέσμου, σφᾶς αὐτούς, etc. In codice Fuk. scriptum est ἐκθέσμοις φωναῖς.

Digitized by Google

ἕκαστον, αὐτοπροαίρετον εὔνοιαν πρὸς τὸν σφῶν ἐνδείξασθαι βασιλέα. Τοὺς δ' ἀκούσαντας, ὥσπερ εὐχὴν ταύτην (41) ἐκ μακροῦ θεμένους, τὴν ἀγαθὴν ἐνδείξασθαι προθυμίαν, σὺν τάχει τε καὶ σπουδῇ, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου, καὶ τῶν λοιπῶν χρημάτων τοὺς θησαυροὺς ἐμπλῆσαι, τῇ τοῦ πλείονος ὑπερβάλλοντας ἀλλήλους φιλοτιμίᾳ· τοῦτό τε πρᾶξαι σὺν φαιδροῖς καὶ μειδιῶσι προσώποις. Οὗ δὴ γενομένου, Κωνστάντιος τοὺς παρὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως (42) αὐτόπτας γενέσθαι τῶν θησαυρῶν ἐκέλευσεν. Εἶθ' ὧν ὄψει παρέλαβον, τὴν μαρτυρίαν προσέταττε (43)· καὶ νῦν μὲν ἀθροῖσαι παρ' ἑαυτῷ ταῦτα, πάλαι δ' αὐτῷ παρὰ τοῖς τῶν χρημάτων δεσπόταις, οἷα δὴ ὑπασπισταῖς παραθηκοφύλαξι (44), φυλάττεσθαι. Τοὺς μὲν οὖν θαῦμα κατεῖχε τῆς πράξεως· βασιλέα δὲ τὸν φιλανθρωπότατον, μετὰ τὴν τούτων ὑποχώρησιν, τοὺς τῶν χρημάτων μεταστείλασθαι κυρίους, πάντα δ' ἀπολαβόντας, οἴκαδε φάναι ἀπιέναι, κατέχει λόγος, πειθοῦς καὶ ἀγαθῆς εὐνοίας τοὺς ἄνδρας ἀποδεξάμενον. Μία μὲν ἥδε φιλανθρωπίας δεῖγμα φέρουσα τοῦ δηλουμένου πρᾶξις. Θατέρα δὲ τῆς πρὸς τὸ θεῖον ὁσίας (45) περιέχοι ἂν ἐμφανῆ μαρτυρίαν.

A imperio parebant convocato opulentissimo quoque, se pecunia opus habere iis significavit, hancque occasionem oblatam esse, qua suam quisque erga principem benevolentiam sponte declarare deberet. Illi vero, utpote qui jampridem in votis habuissent, ut suum erga illum studium testificandi aliquando offerretur occasio, hoc audito, confestim auro, argento ac reliquis opibus thesauros ejus compleverunt: ambitiose certantes inter se, ut se invicem in largiendo superarent: idque læto atque hilari vultu omnes præstitere. Post hæc Constantius homines a seniore Augusto ad se missos, thesaurorum suorum spectatores esse jussit, et ea quæ vidissent renuntiare. Se quidem in præsentiarum hæc apud se congregasse: cæterum ea jampridem apud ipsos dominos tanquam apud fidos depositarum opum custodes sibi servari. Et hi quidem admiratione **415** hujus rei perculsi sunt: humanissimus autem princeps post eorum discessum opum dominos accivisse dicitur: et obsequio illorum ac studio erga se magnopere laudato, jussisse ut cunctis opibus suis receptis domum reverterentur. Hoc igitur unum illius principis facinus est, quo singularis ejus humanitas erga Deum pietatis indicium præbet.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Περὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἄλλων διωγμοῦ.

Ἤλαυνον μὲν γὰρ ἁπανταχοῦ γῆς τοὺς θεοσεβεῖς ἐξ ἐπιτάγματος τῶν κρατούντων οἱ κατ' ἔθνος ἄρχοντες· ἐξ αὐτῶν δὲ βασιλείων οἴκων ὁρμώμενοι πρώτιστοι πάντων τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνας οἱ θεοφιλεῖς διῆλθον μάρτυρες, πῦρ καὶ σίδηρον, καὶ θαλάττης βυθοὺς, πάντα τε θανάτου τρόπον προθυμότατα διακαρτεροῦντες, ὡς ἐν βραχεῖ τὰ πανταχοῦ βασίλεια (46) θεοφιλῶν χηρεῦσαι ἀνδρῶν· ὃ δὴ καὶ μάλιστα τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπισκοπῆς ἐρήμους τοὺς δρῶντας εἰργάζετο. Ὁμοῦ γὰρ τῷ τοὺς θεοσεβεῖς ἐλαύνειν, καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ἐξεδίωκον εὐχάς.

CAPUT XV.

De persecutione ab aliis concitata.

Præsides provinciarum per universum orbem viros divino cultui deditos imperatorum jussu persequebantur. Primique omnium ex ipsis imperialibus palatiis progressi Dei amantissimi martyres, pro religione certamina obierunt, ignem et gladios marisque altissimos gurgites, et cuncta mortis genera alacri animo perpessi. Adeo ut brevi temporis spatio cuncta imperatorum palatia cultoribus Dei viduata sint. Quo maxime factum est, ut hujus sceleris auctores, Dei præsentia atque auxilio orbati remanerent. Dum enim cultores divini Numinis persequuntur, eadem opera precationes pro semetipsis fieri solitas abegerunt.

C

D

(41) *Ὥσπερ εὐχὴν ταύτην.* Hunc locum non intellexit Christophorsonus, qui θεμένους interpretatus est *statuentes*, cum εὐχὴν θέσθαι, idem sit ac *vota suscipere*. Qua voce utitur Eusebius alio loco, ut infra dicetur, nempe in cap. 22, lib. II. Rectius ergo Portesius hunc locum ita vertit, *his auditis, ac si de illa ipsa re vota jamdiu suscepissent, ut id eveniret, quo se probare possent.* Porro supplendum est hic verbum φασιν post vocem προθυμίαν.

(42) Vulg., *παρ' αὐτοῦ βασιλέως.* Lego παρὰ τοῦ μεγάλου βασιλέως, ut in libro Moræi, Turnebi ac Savilii et Fuketii emendatum inveni. Porro μέγαν βασιλέα interpretatus sum *seniorem Augustum.* Sic enim in veteribus panegyricis et in inscriptionibus vocatur Diocletianus.

(43) *Τὴν μαρτυρίαν προσέταττε.* In schedis Regiis ad marginem adduntur hæc verba: Προσέταττε διακονήσασθαι τῷ πενίαν αὐτῷ καταμεμψαμένῳ· ἐπιθέντας τῷ λόγῳ, τὰ μὴ ἀπὸ γοῶν μηδ' ἐξ ἀδίκου πλεονεξίας εἶναι παρεσκευασμένα. Quæ ab erudito quopiam ex conjectura suppleta esse satis apparet. Ego unicum verbum hic deesse existimo παρέχειν. Scribo igitur, εἶθ' ὧν ὄψει παρέλαβον, παρέχειν τὴν μαρτυρίαν προσέταξε. Sic enim Eusebius loqui solet.

(44) *Οἷα δ' ὑπασπισταῖς παραθηκοφύλαξι.* In Moræi libro ad marginem emendatur οἷα δὴ πιστοῖς. Verum nihil opus est hac emendatione. Apud veteres enim pecuniæ deponebantur in templis, securitatis causa, ibique militum excubiis servabantur, ut notat vetus scholiastes Juvenalis, et Lipsius in libro *De magnitudine Romana.* Ad hos igitur milites alludit Eusebius. Possunt etiam ὑπασπιστῶν nomine hic intelligi Palatini qui sacrum ærarium custodiebant. In schedis Regiis superscriptum est eadem manu ὑπὸ πιστοῖς, quod non displicet; codex certe Fuk. habet οἷα δὴ πιστοῖς.

(45) Vulg. *τῆς πρὸς τὸ Θεῖον αἰσίας.* Scribendum haud dubie est ὁσίας, ut in Turnebi libro ad marginem emendatum inveni.

(46) *Τὰ πανταχοῦ βασίλεια.* Adverbium hoc πανταχοῦ, non sine causa utrumque interpretem turbavit, ut ex eorum interpretatione colligitur. Verum animadvertere debuerant, palatium dupliciter sumi. Interdum enim sumitur pro curia seu curte principis. Quo sensu quatuor duntaxat erant tunc temporis palatia, pro numero scilicet imperatorum. Interdum vero palatium dicitur quævis ædes in qua imperator solet habitare. Et hoc sensu plurima erant palatia in orbe Romano. Nulla enim fere civitas erat, quæ palatium non haberet. Ejus-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Quomodo Constantinus simulans se simulacra colere eos quidem qui sacrificare parati essent expulerit : illos vero qui se Christianos profiteri maluissent, in palatio retinuerit.

Soli Constantio sapiens quoddam consilium venit in mentem. Ac res quidem ipsa quam gessit, mirabilis est auditu, factu tamen longe admirabilior. Palatinis omnibus qui in ipsius aula militabant, ad ipsos usque judices in summis potestatibus constitutos, data eligendi utrum mallent facultate, hanc conditionem detulit, ut siquidem dæmonibus sacrificassent, manere ipsis in palatio et consuetis honoribus frui liceret ; si vero id facere renuissent, ab ipsius aditu excluderentur, et ab ipsius notitia ac familiaritate remoti discederent. Cum ergo universi bifariam dirempti essent, aliusque in hanc, alius in illam partem discessisset, et uniuscujusque propositum ac sententia explorata fuisset : tunc eximius princeps consilium suum quod hactenus latuerat, detegens, **416** illorum quidem timiditatem ac nimium sui ipsorum amorem condemnavit : hos vero ob devotam divino Numini conscientiam magnopere probavit. Ac deinde illos quidem tanquam Dei proditores, ne principis quidem obsequio dignos judicavit. Nam quomodo, inquit, fidem erga principem suum servaturi sunt, qui erga Deum perfidi esse deprehenduntur ? Itaque ejusmodi viros a regiis ædibus procul ablegandos esse censuit. Illos vero quos Deo dignos esse veritatis ipsius testimonio constaret, eodem erga principem animo futuros esse affirmans, protectores atque imperii ipsius custodes constituit ; ejusmodi homines inter præcipuos amicorum et maxime necessarios habendos esse dicens, multoque pluris æstimandos quam maximarum opum thesauros.

CAPUT XVII.

De affectu et amore ejusdem Constantii erga Christum.

Hujusmodi fuit Constantini pater, sicut a nobis breviter indicatum est. Qualis autem exitus vitæ illi contigerit, cum se talem erga Deum præstitisset, quantumque discrimen inter illum et reliquos imperii consortes is quem coluerat Deus esse voluerit, quisquis rem ipsam attentius expenderit, facile co-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ὅπως Κωνστάντιος ὁ πατὴρ εἰδωλολατρείαν σχηματισάμενος, τοὺς μὲν θύειν θέλοντας ἐξέβαλε, τοὺς δὲ ὁμολογῆσαι προθεμένους εἶχεν ἐν παλατίῳ.

Μόνῳ δ' ἄρα Κωνσταντίῳ σοφία τις (47) ὑπεισῆλθε λογισμοῦ· καὶ πρᾶγμα πράττει παράδοξον μὲν ἀκοῦσαι, πρᾶξαι δὲ θαυμασιώτατον. Τοῖς γὰρ ὑπ' αὐτῷ βασιλικοῖς (48) ἅπασι μέχρι καὶ τῶν ἐπ' ἐξουσίας ἀρχόντων αἱρέσεως προταθείσης, σύνθημα δίδωσιν, ἢ θύσασι τοῖς δαίμοσιν, ἐξεῖναι παρ' αὐτῷ μένειν καὶ τῶν συνήθων μεταλαγχάνειν τιμῶν, ἢ μὴ τοῦτο πράξασι, τῶν πρὸς ἑαυτὸν ἀποκεκλεῖσθαι παρόδων, ἐξωθεῖσθαί τε καὶ ἀποχωρεῖν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ οἰκειότητος. Ἐπειδὴ οὖν διεκρίνοντο εἰς ἀμφότερα, οἱ μὲν ὡς τούσδε, οἱ δ' ὡς ἐκείνους μεριζόμενοι, ἠλέγχετό τε ὁ τῆς ἑκάστου προαιρέσεως τρόπος, ἐνταῦθα λοιπὸν ὁ θαυμάσιος τὸ λεληθὸς τοῦ σοφίσματος ἀποκαλύψας, τῶν μὲν δειλίαν καὶ φιλαυτίαν κατεγίνωσκε, τοὺς δὲ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν συνειδήσεως εὖ μάλα ἀπεδέχετο. Κἄπειτα τοὺς μέν, ὡς ἂν Θεοῦ προδότας, μηδὲ βασιλέως εἶναι ἀξίους ἀπέφαινε· πῶς γὰρ ἄν ποτε βασιλεῖ πίστιν φυλάξαι (49), τοὺς περὶ τὸ κρεῖττον ἁλόντας ἀγνώμονας ; διὸ καὶ βασιλικῶν οἴκων μακρὰν ἐλαύνεσθαι δεῖν τούτους ἐνομοθέτει· τοὺς δὲ πρὸς τῆς ἀληθείας μαρτυρηθέντας Θεοῦ ἀξίους, ὁμοίους καὶ περὶ βασιλέα εἰπὼν ἔσεσθαι, σωματοφύλακας καὶ αὐτῆς βασιλείας φρουροὺς κατέταττεν, ἐν πρώτοις καὶ (50) ἀναγκαίοις φίλων τε καὶ οἰκείων χρῆναι φήσας τοὺς τοιούτους δεῖν περιέπειν, καὶ μᾶλλον αὐτοὺς ἢ μεγάλων ταμεῖα θησαυρῶν περιποιεῖσθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς φιλοχρίστου αὐτοῦ προαιρέσεως.

Ἀλλ' οἷος μὲν (51) ὁ Κωνσταντίνου πατὴρ μνημονεύεται, ὡς ἐν βραχέσι δεδήλωται. Ὁποῖον δ' αὐτῷ τοιῷδε περὶ τὸν Θεὸν ἀποδειχθέντι παρηκολούθησε τέλος, καὶ ἐν πόσῳ τὸ διαλλάττον αὐτοῦ τε καὶ τῶν κοινωνῶν τῆς βασιλείας ὁ πρὸς αὐτοῦ τιμηθεὶς θεὸς ἔδειξε, μάθοι ἄν τις τῇ τῶν πραγμάτων τὸν νοῦν

modi palatia seu domus regiæ erant sub dispositione quorumdam officialium, qui curæ palatiorum vocabantur, de quibus mentio fit in Notitia imperii Romani. Hæc igitur palatia intelligit Eusebius. Sed et villas publicas seu regias intelligi puto, quas curabant Cæsariani.

(47) *Σοφία τις.* Post hæc verba in schedis Regiis vox εὐσεβοῦς ad marginem additur eleganter : σοφία τις εὐσεβοῦς ὑπεισῆλθε λογισμοῦ.

(48) Vulg. *τοῖς γὰρ ὑπ' αὐτοῦ βασιλικοῖς.* Lego ὑπ' αὐτῷ, ut est in Fuk. et Moræi libro, id est *Palatinis omnibus sub ipso militantibus, ipsisque adeo iudicibus qui in potestate erant constituti.* Potestas proprie dicitur de majoribus judicibus, cujusmodi erant præfecti prætorio. Sic infra cap. 28, et apud Socratem in lib. II, cap. 12, de Philippo præfecto prætorio. Sed et in *Gestis purgationis Cæciliani*, Agesilaus officialis Æliano proconsuli ita dicit : *Potestas tua* etc. Vide quæ supra notavi ad lib. V *Historiarum.*

(49) *Πῶς γὰρ ἄν ποτε βασιλεῖ πίστιν φυλάξαι.*

In codice Regio ad latus horum verborum hujusmodi nota apponitur ωρ. Similem notam supra notavimus in lib. X *Historiæ Ecclesiasticæ*, in oratione illa panegyrica, dicta in dedicatione Ecclesiæ Tyri : nisi quod littera illa cui ρ infigitur, hic undique conclusa est. Quo magis adducor, ut credam hanc notam esse φ. et ρ. et significare φρόντισον, id est, attende, cogita. Additur autem hæc nota locis, qui habent aliquam difficultatem. Verbi gratia hoc loco lectorem morari potest novitas hujus locutionis πῶς γὰρ ἄν φυλάξαι, nisi sciat supplendum δυνατὸν εἴη.

(50) *Ἐν πρώτοις καὶ.* Codex Regius scriptum habet : ἐν πρώτοις τε ἀναγκαίως etc. Quod autem sequitur χρῆναι δεῖν, pleonasmus est familiaris Eusebio. Sic enim locutus est in libris *Historiarum*, ut probe memini.

(51) *Ἀλλ' οἷος μέν.* Novi capitis sectionem hic fecimus, Regii codicis auctoritatem secuti, cui consentit codex Fuk. cum veteribus schedis.

Digitized by Google

ἐπιστήσας φύσει. Ἐπειδὴ γὰρ βασιλικῆς ἀρετῆς δοκίμια μακρῷ δεδώκει χρόνῳ, μόνον μὲν Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων (52) εἰδὼς, τῆς δὲ τῶν ἀθέων κατεγνωκὼς πολυθεΐας, εὐχαῖς τε ἁγίων ἀνδρῶν τὸν αὐτοῦ περιεφράξατο οἶκον, εὐσταλῆ τὸ λοιπὸν καὶ ἀτάραχον τὴν ζωὴν διαπρέψαι (53)· οἷον αὐτὸ τὸ δὴ μακάριον εἶναί φασι (54), τὸ μήτε πράγματα ἔχειν, μήτε ἄλλῳ παρέχειν. Οὕτω δῆτα τὸν πάντα τῆς βασιλείας χρόνον εὐσταθῆ καὶ γαλήνιον αὐτοῖς παισὶ καὶ γαμετῇ συν οἰκετῶν θεραπείᾳ, πάντα τὸν αὐτοῦ οἶκον ἑνὶ τῷ βασιλεῖ Θεῷ καθιέρου, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν Ἐκκλησίας Θεοῦ τὴν ἔνδον ἐν αὐτοῖς βασιλείοις συγκροτουμένην πληθύν· ᾗ συνῆσαν καὶ λειτουργοὶ Θεοῦ, οἳ τὰς ὑπὲρ βασιλέως διηνεκεῖς ἐξετέλουν λατρείας, ὅτε παρὰ τοῖς πολλοῖς (55) οὐδὲ μέχρι ψιλοῦ ῥήματος τὸ τῶν θεοσεβῶν χρηματίζειν συνεχωρεῖτο γένος.

A gnoscet. Postquam enim multa regiæ virtutis indicia diutissime præbuisset, unum quidem summum omnium Deum agnoscens, eorum vero qui plures deos colerent impietatem condemnans, et sanctorum hominum precationibus domum suam undique munivisset, reliquum deinceps vitæ tempus expedite ac tranquille summa cum gloria exegisse dicitur : compos ejus felicitatis quam vulgo perhibent in eo positam esse, ut neque ab aliis afficiamur, neque alios ipsi afficiamus molestia. Ad hunc igitur modum toto imperii sui tempore, quod æquabile perpetuo ac placidum fuit, universam familiam, conjugem scilicet ac liberos cum omnibus ministris, uni omnium Regi Deo consecravit, adeo ut multitudo eorum qui in ipsius palatio simul versabantur,

B nulla re ab Ecclesia Dei differret. Inter quos erant etiam ministri Dei, qui continuis precationibus pro salute principis Deum venerabantur : cum tamen vulgo apud alios ne ipsum quidem Dei cultorum nomen proferre fas esset.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Ὅτι Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ ἀποδυσαμένων, πρῶτος ἦρ λοιπὸν Αὔγουστος ὁ Κωνστάντιος ἐν εὐτεκνίᾳ κομῶν.

Τούτοις δ' ἐγγύθεν αὐτῷ τὰ τῆς ἐκ Θεοῦ παρακολουθεῖ ἀμοιβῆς, ὥστ' ἤδη καὶ πρωτείων τῆς αὐτοκρατορικῆς ἀρχῆς μετασχεῖν. Οἱ μὲν γὰρ τῷ χρόνῳ προάγοντες, οὐκ οἶδ' ὅπως ὑπεξίσταντο τῆς ἀρχῆς, αὐτοῖς ἀθρόας μεταβολῆς μετὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν πολιορκίας (56) ἐπισκηψάσης, μόνος δὲ λοιπὸν Κωνστάντιος πρῶτος Αὔγουστος καὶ σεβαστὸς ἀνηγορεύετο, τὸ μὲν καταρχὰς τῷ τῶν αὐτοκρατόρων Καισάρων διαδήματι λαμπρυνόμενος καὶ τούτων ἀπειληφὼς τὰ πρῶτα, μετὰ δὲ τὴν ἐν τούτοις δοκιμὴν, τῇ τῶν ἀνωτάτω παρὰ Ῥωμαίοις

417 CAPUT XVIII.

Quod post abdicationem Diocletiani et Maximiani, Constantius primus Augustus fuit, numerosa prole insignis.

Porro eas ob res non diu posthac mercedem a Deo est consecutus, in tantum ut primum imperii locum obtineret. Nam cum seniores Augusti nescio quo pacto imperio se abdicassent, quæ repentina mutatio, proximo post ecclesiarum eversionem anno illis contigit, solus exinde Constantius primus Augustus renuntiatus est. Qui initio quidem Cæsarum diademate cum Galerio decoratus, priorem gradum obtinuerat, postea vero cum in illa Cæsaris dignitate egregium sui specimen edidisset, summum apud Romanos honoris fastigium adeptus est,

C inter quatuor qui postmodum designati sunt, primus Augustus appellatus. Sed et numerosæ sobolis præstantia reliquos imperatores superavit, maximo liberorum utriusque sexus choro circumdatus. Denique cum in extrema senectute positus, debitum communi naturæ persoluturus atque ex hac luce migraturus esset, ibi Deus admirabilem potentiam

(52) *Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων.* Deest ὁμολογῶν aut quid simile. In schedis Regiis post hæc verba μόνον μὲν Θεόν, additur ad marginem ἐπιγνούς. Turnebus vero et Savilius post vocem ἐπὶ πάντων addunt εἰδώς. Sed melior est lectio illa quam ex schedis protuli. Nam verbum ἐπιγνούς eleganter opponitur ei, quod proxime sequitur κατεγνωκώς. In codice Fuk. scribitur εἰδώς.

(53) Vulg., *Τῆς ζωῆς διαπρέψαι.* Henricus Savilius ad oram sui codicis adnotavit, forte addendum esse λέγεται. Sed longe melior est emendatio, quam in schedis Regiis ad latus ascriptam inveni, εὐσταλῆ λοιπὸν καὶ ἀτάραχον τῆς ζωῆς διεξήνυε βίον. Codex Fuk. habet : Εὐσταλῆ λοιπὸν καὶ ἀτ. τὴν ζωὴν διαπρέψαι.

(54) *Τὸ δὴ μακάριον εἶναί φασι.* Alludit ad dictum Epicuri de Deo : Τὸ μακάριον οὔτε πράγματα ἔχει αὐτὸ, οὔτε ἄλλῳ παρέχει, ut refert Nemesius cap. 44, Cicero lib. I *De natura deorum*, Laertius pag. 795.

(55) *Ὅτε παρὰ τοῖς πολλοῖς.* In schedis Regiis ultima vox punctis subnotata est, et superscribitur λοιποῖς, quod magis probo. Porro ante hæc verba in iisdem schedis hæc adduntur ad marginem : Καὶ ταῦτα παρὰ μόνῳ τῷδε συνετελεῖτο. Quam eruditi antiquarii conjecturam sequetur, qui volet. Mihi quidem hæc verba non videntur necessaria.

(56) *Μετὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν πολιορκίας.* Hic locus in primis notandus est. Ex eo quippe colligitur, persecutionem cœptam esse consulatu Diocletiani octavo, et Maximiani septimo; non autem superiore anno, ut vult Baronius. De qua re pluribus disputavi ad lib. VIII *Historiarum*. Cum enim affirmet Eusebius, anno post inchoatam persecutionem impp. Diocletianum et Maximianum purpuram deposuisse : idque ab illis factum esse constet anno Christi 304, id necessario sequitur quod dixi, persecutionem scilicet Diocletiani cœptam esse anno Christi tertio ac trecentesimo.

(57) *Τεττάρων τῶν ὕστερον ἀναδ.* Savilius ad oram sui codicis notavit, hos quatuor esse, Galerium Maximianum, Severum et Maximinum, quartum vero Maxentium. Sed quod quidem ad tres priores attinet, assentior Savilio; quartum vero non Maxentium, sed ipsum Constantium esse contendo. Quippe Maxentius non nisi post mortem Constantii, imperium arripuit.

Digitized by Google

suam ei denuo exhibens, providit ut filiorum ipsius natu maximus Constantinus jamjam morituro ad capessendum imperium præsto esset.

CAPUT XIX.

De filio ejus Constantino, qui adhuc adolescens una cum Diocletiano in Palæstinam venit.

Quippe hic una cum imperatoribus patris sui collegis versabatur, et quemadmodum vetus ille Dei propheta Moses in medio illorum, sicut jam diximus, degebat. Cumque transacta pueritia jam adolescentiæ annos ingressus esset, summo in honore apud supradictos imperatores erat. Cujusmodi nos quoque eum vidimus, cum per Palæstinam provinciam transiret una cum seniore Augusto. Ad cujus dextram assistens, cunctis qui videndi desiderio tenebantur, præstantissimus apparebat, et qui regiæ cujusdam celsitudinis animi jam tum indicia præberet. Nam quod ad pulchritudinem et proceritatem corporis attinet, nemo erat qui cum illo conferri posset. Sed et virium robore adeo inter æquales eminebat, ut ab illis etiam formidaretur. Animi vero virtutibus **418** longe illustrior quam dotibus corporis fuit. Ac primum quidem modestia animum exornavit : deinde humanioribus disciplinis, et tum innata prudentia, tum sapientia divinitus infusa non mediocriter eum excoluit.

CAPUT XX.

Constantinus propter Diocletiani et Galerii insidias ad patrem revertitur.

At imperatores illius temporis, cum adolescentem viderent generosum ac fortem, magnumque et excelso animo præditum, invidia simul ac metu ob id torqueri cœpere. Itaque tempus opportunum captabant, ut malo atque ignominia juvenem afficerent. Id juvenis cum intellexisset (quippe insidiæ semel atque iterum ei comparatæ, Dei nutu detectæ fuerant) fuga salutem sibi quæsivit ; magnum illum prophetam Mosem in hoc etiam imitatus. Porro Deus in omnibus illum adjuvit ; providentia sua sic cuncta disponens, ut patri ad successionem imperii præsto esset.

παραδόξων αὐτῷ ποιητὴς ἀνεφαίνετο ἔργων, μέλλοντι τελευτᾷν τὸν πρῶτον τῶν παίδων Κωνσταντῖνον εἰς ὑποδοχὴν τῆς βασιλείας παρεῖναι οἰκονομησάμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιθ'.

Περὶ τοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου, νεανίου ἅμα Διοκλητιανῷ τὸ πρὶν εἰς Παλαιστίνην παραγενομένου.

Συνῆν μὲν γὰρ οὗτος τοῖς τῆς βασιλείας κοινωνοῖς, καὶ μέσοις αὐτοῖς, ὡς εἴρηται, κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν παλαιὸν τοῦ Θεοῦ προφήτην τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο. Ἤδη δ' ἄρτι ἐκ παιδὸς (58) ἐπὶ τὸν νεανίαν διαβὰς, τιμῆς τῆς πρώτης παρ' αὐτοῖς ἠξιοῦτο· οἷον αὐτὸν καὶ ἡμεῖς ἔγνωμεν, τὸ Παλαιστινῶν διερχόμενον ἔθνος, σὺν τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν βασιλέων, οὗ καὶ ἐπὶ δεξιὰ παρεστὼς, περιφανέστατος ἦν τοῖς ὁρᾶν θέλουσιν, οἷός τε βασιλικοῦ φρονήματος ἐξ ἐκείνου τεκμήρια παρέχων. Σώματος μὲν γὰρ εἰς κάλλους ὥραν, μεγέθους τε ἡλικίας οὐδ' ἦν αὐτῷ παραβαλεῖν ἕτερον, ῥώμῃ δ' ἰσχύος τοσοῦτον ἐπλεονέκτει τοὺς ὁμήλικας, ὡς καὶ φοβερὸν αὐτοῖς εἶναι, ταῖς δὲ κατὰ ψυχὴν ἀρεταῖς μᾶλλον ἢ τοῖς κατὰ τὸ σῶμα πλεονεκτήμασιν ἐνηβρύνετο, σωφροσύνῃ πρώτιστα τὴν ψυχὴν κοσμούμενος, κἄπειτα παιδεύσει λόγων, φρονήσει τ' ἐμφύτῳ καὶ τῇ θεοδότῳ σοφίᾳ διαφερόντως ἐκπρέπων (59).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ κ'.

Κωνσταντίνου πρὸς τὸν πατέρα διὰ τὰς ἐπιβουλὰς Διοκλητιανοῦ ἀναχώρησις.

Γαῦρον δὴ οὖν ἐπὶ τούτοις, ῥωμαλέον τε καὶ μέγαν, φρονήματός τε μεστὸν τὸν νεανίαν οἱ τηνικαῦτα κρατοῦντες θεώμενοι, φθόνῳ καὶ φόβῳ (60) ἐβάλλοντο. Ἐντεῦθεν καὶ προστρίψασθαί τι μώμου αὐτῷ βουλόμενοι ἐφυλάττοντο, καιρὸν εὔθετον ἀναμένοντες. Ὁ δὴ συναισθόμενος ὁ νεανίας, ἐπεὶ καὶ πρῶτον αὐτῷ καὶ δεύτερον κατάφωρα Θεοῦ συννεύσει τὰ τῆς ἐπιβουλῆς ἐγίγνετο, φυγῇ τὴν σωτηρίαν ἐπορίζετο, κἀν τούτῳ τοῦ μεγάλου προφήτου Μωϋσέως τὸ μίμημα διασώζων. Τὸ δὲ πᾶν αὐτῷ συνέπραττεν ὁ Θεὸς, τῇ τοῦ πατρὸς διαδοχῇ (61) προμηθούμενος αὐτὸν συνεῖναι.

(58) Vulg., *Ἤδη ἄχρι καὶ παιδός*. Scribendum videtur ἤδη δὲ ἄρτι ἐκ παιδός, etc. Certe in libro Moræi particula δὲ ad marginem ascripta est. Turnebus ad oram sui codicis emendaverat καὶ ἀπὸ παιδός. In codice Fuk. legitur ἤδη δ' ἄχρι καὶ παιδός.

(59) Vulg., *Διαφερόντως ἐκτρέφων*. Lego ἐκπρέπων, ut Eusebius loqui solet. Atque ita in schedis Regiis emendatur ad marginem. In codice Fuk. scribitur θεοσδότῳ σοφίᾳ διαφερόντως ἐμπρέπων.

(60) *Φθόνῳ καὶ φόβῳ*. Post hæc verba ponendus est asteriscus. Desunt enim nonnulla, quæ Christophorsonus non recte supplevit. Neque enim Constantinum contumelia afficere, sed penitus e medio tollere studebant imperatores Diocletianus et Galerius. Vide excerpta de *Gestis Constantini*, quæ ad calcem Amm. Marcellini edita sunt, et quæ illic adnotavimus. Olim quidem putabam Græca illa quæ ad marginem editionis Genevensis ascripta sunt, non ex quopiam manuscripto codice desumpta esse sed esse conficta et conflata ex interpretatione Latina Christophorsoni. Sed postquam Fuketianum codicem nactus sum, reipsa didici, eas lectiones ex manuscriptis exemplaribus depromptas esse. Certe codex Fuketii hunc locum ita scriptum exhibet : Φθόνῳ καὶ φόβῳ ἐβάλλοντο· ἐντεῦθεν καὶ προστρίψασθαί τι μώμου αὐτῷ βουλόμενοι ἐφυλάττοντο, καιρὸν εὔθετον ἀναμένοντες· ὁ δὴ, etc. Ita etiam in libris Turnebi ac Savilii scriptum inveni. Sed hæc lectio licet scriptorum codicum auctoritate nitatur, mihi tamen non videtur esse genuina, tum ob eam causam quam supra attuli, tum ob verborum inelegantiam.

(61) *Τῇ τοῦ πατρὸς διαδοχῇ*. Mallem scribere διαθήκῃ. Constantius enim testamentum suum jam condebat, cum Constantinus filius ad ipsum pervenit, ut scribit Nicephorus in libro VII, cap. 18. Mox legendum videtur παρεῖναι, non συνεῖναι.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Τελευτὴ Κωνσταντίου τὸν υἱὸν Κωνσταντῖνον βασιλέα καταλιπόντος.

Αὐτίκα δ' οὖν ἐπειδὴ τῶν ἐπιβούλων τὰς μηχανὰς διαδρᾷ, σπεύδων ἀφίκετο πρὸς τὸν πατέρα, ὁμοῦ μὲν αὐτὸ, χρόνιος παρῆν, κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ τῷ πατρὶ τὰ τῆς τοῦ βίου τελευτῆς ἐπὶ ξυροῦ ἵστατο. Ὡς δ' ἀπροσδόκητον εἶδεν ὁ Κωνστάντιος παρεστῶτα τὸν παῖδα, ἐξαλλόμενος τῆς στρωμνῆς, περιβαλών τε αὐτῷ τὼ χεῖρε, καὶ τὸ μόνον λυπηρὸν αὐτῷ μέλλοντι τὸν βίον ἀποτίθεσθαι, τοῦτο δ' ἦν ἡ τοῦ παιδὸς ἀπουσία, τῆς ψυχῆς ἀποβεβληκέναι εἰπών, εὐχάριστον ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ τὴν εὐχὴν, νῦν αὐτῷ τὸν θάνατον ἀθανασίας κρείττονα λογίσασθαι φήσας· καὶ δὴ τὰ καθ' ἑαυτὸν διετάττετο. Υἱοῖς θ' ἅμα καὶ θυγατράσι συνταξάμενος (62) χορὸν δίκην αὐτὸν κυκλοῦσιν, ἐν αὐτοῖς βασιλείοις ἐπὶ βασιλικῇ στρωμνῇ, τὸν κλῆρον τῆς βασιλείας, νόμῳ φύσεως, τῷ τῇ ἡλικίᾳ προάγοντι (63) τῶν παίδων παραδοὺς, διανεπαύσατο.

A

CAPUT XXI.

Mors Constantii Constantinum filium imperatorem relinquentis.

Cum ergo evitatis insidiarum dolis, celeri cursu ad patrem profectus esset, ipse quidem post longum temporis spatium in patris conspectum venit. At Constantio sub idem tempus ultimus vitæ dies imminebat. Qui eum filium insperato sibi adesse cerneret, lecto exsiliens, ambabus ulnis eum amplexus est : hunc que unum quo angebatur dolorem, ex absentia scilicet filii conceptum, jam ex animo penitus excussum esse affirmans, gratias Deo maximas egit, posthac mortem omni immortalitate potiorem sibi esse testatus. Dispositis deinde ex arbitrio re- B bus suis, et vale dicto liberis suis utriusque sexus qui instar cujusdam chori ipsum undique cingebant ; in palatio et in regio cubili jacens, imperii administratione, ut naturalis ratio postulat, filio natu maximo in manus tradita, ex hac luce migravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅπως Κωνσταντίου προκομισθέντος, τὰ στρατεύματα Κωνσταντῖνον Αὔγουστον ἀνηγόρευσεν.

Οὐ μὴν ἀβασίλευτος ἔμενεν ἡ ἀρχή· αὐτῇ δὲ ἀλουργίδι πατρικῇ Κωνσταντῖνος κοσμησάμενος, τῶν πατρικῶν οἴκων προῆλθε, ὥσπερ ἐξ ἀναβιώσεως τὸν πατέρα βασιλεύοντα δι' ἑαυτοῦ δεικνὺς τοῖς πᾶσιν. Εἶτα τῆς προκομιδῆς ἡγούμενος σὺν τοῖς ἀμφ' αὐτὸν πατρικοῖς φίλοις (64), τῶν μὲν ἡγουμένων, τῶν δὲ C κατόπιν ἑπομένων, σὺν παντὶ κόσμῳ τὸν θεοφιλῆ συνέπεμπεν· εὐφημίαις τε καὶ ὕμνοις οἱ πάντες τὸν τρισμακάριον ἐτίμων, ὁμογνώμονί τε συμφωνίᾳ τοῦ τεθνεῶτος ἀναβίωσιν, τὴν τοῦ παιδὸς κράτησιν ἐδόξαζον, βοαῖς τε εὐφήμοις τὸν νέον βασιλέα, αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν Αὔγουστον εὐθέως ἐκ πρώτης ἀνηγόρευον φωνῆς. Καὶ τὸν μὲν τεθνηκότα ἐκόσμουν αἱ φωναὶ ταῖς εἰς τὸν υἱὸν εὐφημίαις, τὸν δὲ παῖδα ἐμακάριζον, τοιοῦδε πατρὸς διάδοχον ὑποδειχθέντα· πάντα δὲ τὰ ὑπὲρ τὴν ἀρχὴν ἔθνη εὐφροσύνης ἐπληροῦτο καὶ ἀλέκτου χαρᾶς, ὡς μηδὲ χρόνου βραχυτάτου ῥοπὴν χηρεύσαντα βασιλικῆς εὐκοσμίας. Τοῦτο τέλος εὐσεβοῦς καὶ φιλοθέου τρόπου ἐπὶ βασιλεῖ Κωνσταντίῳ Θεὸς ἔδειξε τῷ καθ' ἡμᾶς γένει.

419 CAPUT XXII.

Quomodo elato Constantio, Constantinus a militibus Augustus appellatus sit.

Neque tamen idcirco absque imperatore remansit respublica, quippe Constantinus paterna ornatus purpura, et ex paternis ædibus progressus, Constantium patrem tanquam redivivum et in filio adhuc regnantem cunctis exhibuit. Posthæc funus paternum antecedens cum ingenti paternorum amicorum multitudine, quorum alii anteibant, alii subsequebantur ; pulcherrimo apparatu exsequias Deo devoti principis celebravit. Cuncti beatissimum imperatorem acclamationibus et laudibus prosequebantur ; unoque animorum consensu mortuum principatu filii restitui atque in lucem revocari censebant ; et faustis acclamationibus novum principem, imperatorem, Augustum, primo statim impetu appellabant. Et hæ quidem filium laudantium voces patri mortuo ornamentum afferebant : filium vero beatum prædicabant, qui tanti patris successor esset renuntiatus. Sed et omnes provinciæ ejus imperio subjectæ, maximo gaudio et inexplicabili lætitia perfusæ sunt ; utpote quæ ne minimo quidem temporis momento imperiali providentia destitutas se fuisse sensissent. Hujusmodi diorum ac Dei amantium hominum exitum esse Deus in imperatore Constantio universis nostræ ætatis hominibus declaravit.

(62) *Υἱοῖς θ' ἅμα καὶ θυγατράσι συνταξάμενος.* Christophorsonus hunc locum ita vertit, *in medio filiorum et filiarum se statuens.* Portesius vero sic interpretatus est, *simul liberis ex commentario distribuit hæreditatem.* Neuter veram hujus verbi significationem assecutus est. Utitur eadem voce Eusebius in lib. III, cap. 20, ad quem locum abunde dicemus, quid sit συντάξασθαι, et quid συνταχτικὸς λόγος. Optime doctissimus Savilius ad oram libri sui, vocem συνταξάμενος exposuit *valedicens.* Et ita loquitur Athanasius in Vita B. Antonii sub finem : συνταξάμενος τοῖς ἐν τῷ ἔξω ὄρει μοναχοῖς.

(63) Vulg. *Τῷ τὴν ἡλικίαν προαγοντι.* Scribo τῷ τῇ ἡλικίᾳ προάγοντι. Sic supra dixit Eusebius de Diocletiano et Maximiano : οἱ μὲν γὰρ τῷ χρόνῳ προάγοντες.

(64) *Πατρικοῖς φίλοις.* Post hæc verba in schedis Regiis hæc adduntur ad marginem : Τὸν πατέρα προῦπεμπε· δήμων τε πλήθει μυρίων, στρατιωτῶν τε δορυφορίᾳ. Quæ licet Savilius et Christophorsonus in libris suis repererint, mihi tamen parum necessaria videntur. Leguntur tamen etiam in codice Fuk.

Digitized by Google

CAPUT XXIII.

Interitus tyrannorum brevis commemoratio.

Qualis vero exitus fuerit aliorum qui Ecclesias Dei tanquam indicto bello oppugnarunt, nequaquam hic commemorandum esse duxi, nec bonorum memoriam, malorum attexta commemoratione esse violandam. Sufficiunt certe res ipsæ, ad reprimendos et in officio continendos eos qui scenam omnem calamitatum quæ singulis illorum acciderunt, ipsis oculis atque auribus accepere.

CAPUT XXIV.

Quod Constantinus imperium Dei arbitrio sit consecutus.

In hunc modum universorum auctor et totius mundi moderator Deus Constantinum tali parente genitum, **420** principem atque imperatorem per se ipse provexit : adeo ut, cum cæteri omnes aliorum suffragio hunc honorem consecuti sint, solus hic fuerit de cujus promotione nemo mortalium gloriaretur.

CAPUT XXV.

Constantini de Britannis et barbaris victoriæ.

Postquam igitur in imperio firmatus est, primum quidem imperii partibus sibi a patre transcriptis prospicere cœpit ; universas provincias quæ antea sub patris administratione fuerant, cum summa humanitate perlustrans. Sed et barbaros qui ad Rhenum et occidentalem oceanum positi novos motus concitare ausi essent, cunctos suæ dominationi subjiciens, ex feris mansuetos reddidit. Alios vero reprimere contentus, tanquam feras bestias ab imperii sui finibus absterruit : eos videlicet quorum insanabiles animos ad tranquillam et quietem vivendi rationem traduci nullo modo posse animadverterat. Quibus ex animi sententia confectis, reliquas orbis partes sibi ob oculos proponens, interim quidem adversus Britannicas gentes in intimo oceani recessu sitas trajecit. Eas vero cum subegisset, ad alias mundi partes oculos convertit, ut ea quæ auxilio ipsius indigebant, persanaret.

CAPUT XXVI.

Quomodo Romam Maxentii tyrannide liberare decreverit.

Posthæc universum terrarum orbem instar vasti cujusdam corporis animo complexus, ipsamque totius mundi caput et imperii Romani dominatricem urbem, tyrannica dominatione oppressam conspi-

(65) Vulg., *Τὴν προσαγωγήν*. Scribendum videtur προαγωγήν, id est promotionem, προκοπήν. Atque ita Turnebus ad oram sui codicis emendavit, ut postea comperi.

(66) *Ἐπισκοπῶν ἔθνη*. Sic Eusebius vocare solet provincias populi Romani, ut ex pluribus locis probari facile potest. Ait igitur Eusebius Constantinum, simul atque imperium ejus stabilitum est, provincias omnes quæ sub imperio patris fuerant, diligenter obisse. Quod non intellexit Christophorsonus.

(67) *Κατὰ λόγον*. Hoc loco κατὰ λόγον idem videtur esse ac κατὰ νοῦν. Quod quidem Portesius etiam vidit. At Christophorsonus, et hunc locum et

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Καταστροφὴ τῶν τυράννων δι' ὑπομνήσεως ὀλίγης.

Τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πολέμου νόμῳ μετῆλθον, τὰς τοῦ βίου καταστροφάς, οὐκ εἶναι πρέπον ἔκρινα τῷ παρόντι παραδοῦναι διηγήματι, οὐδὲ τὰς τῶν ἀγαθῶν μνήμας τῇ τῶν ἐναντίων παραθέσει μιαίνειν. Ἀπαρκεῖ δὲ ἡ τῶν ἔργων πεῖρα πρὸς σωφρονισμὸν τῶν αὐταῖς ὄψεσι καὶ ἀκοαῖς τὴν τῶν ἑκάστῳ συμβεβηκότων παρειληφότων ἱστορίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὅτι βουλήσει Θεοῦ Κωνσταντῖνος ἔσχε τὸ βασιλεύειν.

Οὕτω δὴ Κωνσταντῖνον τοιούτου φύντα πατρὸς, ἄρχοντα καὶ καθηγεμόνα ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου πρύτανις, δι' ἑαυτοῦ προεχειρίζετο, ὡς μηδένα ἀνθρώπων μόνου τοῦδε τὴν προαγωγὴν (65) αὐχῆσαι, τῶν ἄλλων ἐξ ἐπικρίσεως ἑτέρων τῆς τιμῆς ἠξιωμένων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Κωνσταντίνου κατὰ βαρβάρων καὶ Βρεττανῶν νίκαι.

Ὡς οὖν ἐπὶ τῆς βασιλείας ἵδρυτο, τέως μὲν τῆς πατρικῆς προενόει λήξεως, ἐπισκοπῶν σὺν πολλῇ τῇ φιλανθρωπίᾳ πάνθ' ὅσα πρότερον ἔθνη (66) ὑπὸ τῇ τοῦ πατρὸς μοίρᾳ διεκυβερνᾶτο, ὅσα τε γένη βαρβάρων, τῶν ἀμφὶ Ῥῆνον ποταμὸν, ἐσπέριόν τε ὠκεανὸν οἰκοῦντα, στασιάζειν ἐτόλμα, πάνθ' ὑποτάττων, ἥμερα ἐξ ἀτιθάσσων κατειργάζετο, ἄλλα δ' ἀναστέλλων, ὥσπερ τινὰς θῆρας ἀγρίους, ἀπεσόβει τῆς οἰκείας, ὅσα περ ἀνιάτως ἔχοντα πρὸς ἡμέρου βίου κατάστασιν ἐώρα. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα κατὰ λόγον (67) ἔκειτο αὐτῷ, τὰς λοιπὰς τῆς οἰκουμένης λήξεις πρὸ ὀφθαλμῶν θέμενος, τέως μὲν ἐπὶ τὰ Βρεττανῶν ἔθνη (68) διέβαινεν, ἔνδον ἐπ' αὐτῷ κείμενα ὠκεανῷ, παραστησάμενος δὲ ταῦτα, διεσκόπει τὰς ἑτέρας τοῦ παντὸς μοίρας, ὡς ἂν θεραπεύοι τὰ βοηθείας δεόμενα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

Ὅπως Ῥώμην ἐλευθερῶσαι Μαξεντίου προήρητο.

Εἶθ' ὥσπερ μέγα σῶμα, τὸ πᾶν τῆς οἰκουμένης ἐννοήσας στοιχεῖον, κἄπειτα τὴν τοῦ παντὸς κεφαλὴν, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, τυραννικῇ δουλείᾳ συνιδὼν καθυπηγμένην, παρεχώ-

totum caput parum feliciter interpretatus est.

(68) *Τέως μὲν ἐπὶ τὰ Βρεττανῶν ἔθνη*. De hac trajectione Constantini in Britanniam, nemo ex veteribus quidquam scripsit. Itaque ejus rei memoriam soli Eusebio debemus, qui et ipsum tempus non obscure hoc loco subindicat : paulo scilicet ante quam Constantinus expeditionem adversus Maxentium susciperet. Contigit igitur hæc Constantini in Britanniam trajectio, Maximiano VIII cos. anno Christi undecimo ac trecentesimo, ut recte notavit Sigonius in lib. II *De Occidentali imperio*. At Savilius Eusebium hic falli existimavit. Sic enim notat ad hunc locum : « Eusebius ignorasse videtur patrem Constantini Eboraci in Britannia obiisse. »

Digitized by Google

ρει μὲν ταπρῶτα τὴν ὑπὲρ αὐτῆς ἄμυναν τοῖς τῶν λοιπῶν κρατοῦσι μερῶν (69), ἅτε δὴ χρόνῳ προάγουσιν· ἐπεὶ δὲ τούτων οὐδεὶς οἷός τε ἦν ἐπικουρεῖν, ἀλλὰ καὶ οἱ πεῖραν λαβεῖν ἐθελήσαντες αἰσχρὸν ὑπέμειναν τέλος (70), οὐδὲ βιωτὸν αὐτῷ τὴν ζωὴν εἶναι εἰπὼν, εἰ τὴν βασιλίδα πόλιν οὕτω κάμνουσαν παρίδοι, παρεσκευάζετο τὰ ποὸς τὴν καθαίρεσιν τῆς τυραννίδος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅτι τὰς τῶν εἰδωλολατρησάντων καταστροφὰς ἐνθυμηθεὶς, μᾶλλον τὸν Χριστιανισμὸν ἐξελέξατο.

Εὖ δ' ἐννοήσας ὡς κρείττονος ἢ κατὰ στρατιωτικὴν δέοι αὐτῷ βοηθείας, διὰ τὰς κακοτέχνους καὶ γοητικὰς μαγγανείας τὰς παρὰ τῷ τυράννῳ σπουδαζομένας, Θεὸν ἀνεζήτει βοηθὸν, τὰ μὲν ἐξ ὁπλίσεων καὶ στρατιωτικοῦ πλήθους δεύτερα τιθέμενος, τὴν δ' ἐκ Θεοῦ συνεργίαν ἄμαχον εἶναι καὶ ἀπαράθραυστον. Ἐννοεῖ δῆτα ὁποῖον δέοι Θεὸν ἐπιγράψασθαι βοηθόν· ζητοῦντι δ' αὐτῷ ἔννοιά τις ὑπεισῆλθεν· ὡς πλειόνων πρότερον τῆς ἀρχῆς ἐφαψαμένων, οἱ μὲν πλείοσι θεοῖς τὰς σφῶν αὐτῶν ἀναρτήσαντες ἐλπίδας, θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι (71) τούτους θεραπεύσαντες, ἀπατηθέντες ταπρῶτα διὰ μαντείων κεχαρισμένων, χρησμῶν τε τὰ αἴσια ἐπαγγελλομένων αὐτοῖς, τέλος οὐκ αἴσιον εὕραντο, οὐδέ τις θεῶν πρὸς τὸ μὴ θεηλάτοις ὑποβληθῆναι καταστροφαῖς, δεξιὸς αὐτοῖς παρέστη· μόνον δὲ τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τὴν ἐναντίαν ἐκείνοις τραπέντα, τῶν μὲν πλάνην καταγνῶναι, αὐτὸν δὲ τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν διὰ πάσης τιμήσαντα ζωῆς, σωτῆρα καὶ φύλακα τῆς βασιλείας, ἀγαθοῦ τε παντὸς χορηγὸν εὑρέσθαι. Ταῦτα παρ' ἑαυτῷ διακρίνας, εὖ τε λογισάμενος, ὡς οἱ μὲν πλήθει θεῶν ἐπιθαῤῥήσαντες, καὶ πλείοσιν ἐπιπεπτώκασιν ὀλέθροις, ὡς μηδὲ γένος, μηδὲ φυὴν, μὴ ῥίζαν αὐτοῖς, μηδ' ὄνομα, μηδὲ μνήμην ἐν ἀνθρώποις ἀπολειφθῆναι, ὁ δὲ πατρῷος αὐτῷ Θεὸς τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐναργῆ καὶ πάμπολλα δείγματα εἴη δεδωκὼς τῷ αὐτοῦ πατρί· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἤδη καταστρατεύσαντας πρότερον τοῦ τυράννου διασκεψάμενος, σὺν πλήθει μὲν θεῶν τὴν παράταξιν πεποιημένους, αἰσχρὸν δὲ τέλος ὑπομείναντας· ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σὺν αἰσχύνῃ τῆς συμβολῆς ἄπρακτος ἀνεχώρει, ὁ δὲ καὶ μέσοις αὐτοῖς τοῖς στρατεύμασι κατασφαγεὶς, πάρεργον ἐγένετο θανάτου (72)· ταῦτα οὖν πάντα συναγαγὼν τῇ

ciens; primum quidem eam vindicandi ac liberandi partes iis cessit qui reliquas imperii Romani portiones obtinebant, utpote ætate potioribus. Sed cum nullus eorum opitulari posset, adeoque ipsi qui id tentare voluerant ignominiosum exitum nacti essent; vitam sibi minime vitalem esse professus, si urbem omnium dominam tanta ægritudine affectam despiceret, ad exstinguendam tyrannidem sese accinxit.

421 CAPUT XXVII.

Quod Constantinus eorum qui simulacra coluissent interitum considerans, Christianismum potius elegit.

Jam vero cum intelligeret præter militares copias præstantiore aliquo subsidio sibi opus esse, ob maleficas artes magicasque præstigias quas tyrannus studiose consectabatur: Deum sibi adjutorem quæsivit; armorum quidem apparatum et militum copias secundo loco ducens; auxilium autem divini numinis invictum et inexpugnabile esse sibi persuadens. Igitur cogitare apud se cœpit, quemnam sibi Deum adsciscere. Quod dum sollicite inquirit, hæc illi subiit cogitatio: ex plurimis qui ante se imperium tenuerant, eos quidem qui in deorum multitudine spem suam collocassent, et qui victimis illos ac donariis coluissent, primum vaticiniis ad assentationem compositis, et oraculis fausta omnia pollicentibus delusos, tandem infausto mortis genere interiisse; nec deorum quemquam præsto illis adfuisse, qui eos invecto divinitus exitio liberaret. Solum ipsius patrem, qui contrariam prioribus illis viam iniisset, et qui eorum quidem errorem condemnasset, unum vero supremum omnium Deum toto vitæ spatio coluisset; eumdem servatorem ac imperii custodem, et omnium bonorum auctorem habuisse. Hæc ille cum apud se expendisset; recteque animadvertisset, illos quidem qui in deorum multitudine fiduciam posuissent, in multitudinem quoque exitiorum esse delapsos, adeo ut nec generis illorum ac sobolis, nec stirpis ac nominis, nec memoriæ ullum inter homines vestigium remanserit: contra vero Deum patris sui, multa eaque illustria potentiæ suæ documenta ipsi præbuisse; cumque præterea considerasset, eos qui jam antea copias adversus tyrannum duxerant, cum deorum multitudine ad pugnam profe-

(69) *Τοῖς τῶν λοιπῶν κρατοῦσι μερῶν.* Galerium Maximianum et Maximinum intelligit. Hos enim vocat τοὺς χρόνῳ προάγοντας, id est seniores imperatores. Nam etsi Maximinus vixdum Augustus erat renuntiatus, tamen quia aliquot annis ante Constantinum Cæsar factus fuerat, ideo inter seniores Constantino imperatores haberi potest.

(70) *Αἰσχρὸν ὑπέμειναν τέλος.* Horum verborum duplex sensus alterri potest. Nam aut cum Portesio et Christophorsono possis vertere *fœdum rei eventum nacti sunt*, aut sicut ego interpretatus sum, *turpi exitu perierunt*. Prior sensus ad Galerium Maximianum refertur. Posterior interpretatio de Severo Cæsare intelligenda est: qui a Galerio contra Maxentium cum exercitu missus, cum Romam obsidere pararet, desertus a suis, quos Maxentius spe præmiorum ad se traduxerat, fugit Ravennam; in qua obsessus a Maxentio, mox fraude ac perjuriis Maximiani Herculii deceptus, et captivi habitu Romam perductus, brevi postea interemptus est, ut scribitur in *Gestis Constantini*. Vide cap. 27, quod proxime sequitur, ubi eam rem fusius narrat Eusebius.

(71) *Θυσίαις τε καὶ ἀναθήμασι.* In schedis Regiis additur λοιβαῖς τε καὶ θυσίαις καὶ ἀναθήμασι, etc.

(72) *Πάρεργον ἐγένετο θανάτου.* Difficile admodum est dicere, quid sibi velit Eusebius. Christophorsonus quidem vertit, *tanquam supervacaneæ mortis accessio factus est*. Portesius quoque ante illum *fati accessionem* verterat. Sed non intelligo, cur Severus mortis accessio dicatur, cum solus ex omni exercitu suo perierit. Malim itaque πάρεργον interpretari *vilem victimam*. Vilia enim capita recte θανάτου πάρεργον dicuntur. Πάρεργον etiam dicitur

Digitized by Google

ctos, turpem exitum habuisse. Alter enim re infecta cum omnibus copiis ignominiose recesserat : alter in medio exercitu jugulatus, tanquam fortuita mortis præda exstiterat. Hæc, inquam, omnia cogitatione sua complexus, deos quidem qui nusquam essent colendo nugari, et post tot ac tanta documenta cæco adhuc errore ferri, summæ dementiæ esse existimavit : solum vero Deum genitoris sui sibi esse colendum censuit.

A διανοίᾳ, τὸ μὲν περὶ τοὺς μηδὲν ὄντας θεοὺς ματαιάζειν, καὶ μετὰ τοσοῦτον ἔλεγχον ἀποπλανᾶσθαι, μωρίας ἔργον ὑπελάμβανε, τὸν δὲ πατρῷον τιμᾷν μόνον ᾤετο δεῖν Θεόν.

422 CAPUT XXVIII.

Quomodo Deus oranti visionem ostenderit in cœlo sub meridiem, crucem videlicet lucidam cum inscriptione, monente ut in hac vinceret.

Hujus ergo opem implorare cœpit, orans atque obsecrans ut se ipsi noscendum præberet, ac præsentibus negotiis adjutricem manum porrigeret. Hæc precanti ac suppliciter postulanti imperatori, admirabile quoddam signum a Deo missum apparuit. Quod si quidem ab alio quopiam diceretur, haud facile auditores fidem essent habituri. Verum cum ipse victor Augustus nobis qui hanc historiam scribimus, longo post tempore, cum videlicet in ejus notitiam et familiaritatem pervenimus, id retulerit, et sermonem sacramenti religione firmaverit; quis posthac fidem huic narrationi adhibere dubitabit ? præsertim cum id quod subsecutum est tempus, sermonis hujus veritatem testimonio suo confirmaverit. Horis diei meridianis, sole in occasum vergente, crucis tropæum in cœlo ex luce conflatum, soli superpositum, ipsis oculis se vidisse affirmavit, cum hujusmodi inscriptione : *Hac vince.* Eo viso et seipsum et milites omnes, qui ipsum nescio quo iter facientem sequebantur, et qui spectatores miraculi fuerant, vehementer obstupefactos.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ὅπως εὐξαμένῳ τὴν ὀπτασίαν ὁ Θεὸς παρέσχε, σταυρὸν ἐκ φωτὸς ἐν οὐρανῷ, μεσημβρίας οὔσης, καὶ γραφὴν τούτῳ νικᾷν παραινοῦσαν.

Ἀνεκαλεῖτο δῆτα ἐν εὐχαῖς τοῦτον ἀντιβολῶν καὶ ποτνιώμενος, φῆναι αὐτῷ ἑαυτὸν ὅστις εἴη, καὶ τὴν ἑαυτοῦ δεξιὰν τοῖς προκειμένοις ἐπορέξαι. Εὐχομένῳ B δὲ ταῦτα καὶ λιπαρῶς ἱκετεύοντι τῷ βασιλεῖ, θεοσημία τις ἐπιφαίνεται παραδοξοτάτη· ἣν τάχα μὲν ἄλλου λέγοντος, οὐ ῥᾴδιον ἦν ἀποδέξασθαι (73), αὐτοῦ δὲ τοῦ νικητοῦ βασιλέως, τοῖς τὴν γραφὴν διηγουμένοις ἡμῖν μακροῖς ὕστερον χρόνοις, ὅτε ἠξιώθημεν τῆς αὐτοῦ γνώσεώς τε καὶ ὁμιλίας, ἐξαγγείλαντος, ὅρκοις τε πιστωσαμένου τὸν λόγον, τίς ἂν ἀμφιβάλοι μὴ οὐχὶ πιστεῦσαι τῷ διηγήματι; μάλισθ' ὅτε καὶ ὁ μετὰ ταῦτα χρόνος ἀληθῆ τῷ λόγῳ παρέσχε τὴν μαρτυρίαν. Ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, ἤδη τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης (74), αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν ἔφη ἐν αὐτῷ οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον, ἐκ φωτὸς συνιστάμενον, γραφήν τε αὐτῷ συνῆφθαι, λέγουσαν· *τούτῳ νίκα.* Θάμβος δ' ἐπὶ τῷ θεάματι κρατῆσαι αὐτόν τε καὶ τὸ C στρατιωτικὸν ἅπαν, ὃ δὴ στελλομένῳ ποι πορείαν συνείπετό τε καὶ θεωρὸν ἐγίνετο θαύματος.

CAPUT XXIX.

Quomodo Christus Constantino in somnis visus, præceperit ut signo ad crucis formam facto uteretur in bellis.

Interim ipse, ut aiebat, addubitare animo cœpit quidnam hoc spectrum sibi vellet. Cogitanti ipsi et diu multumque apud se reputanti, nox tandem supervenit. Tum vero Christus Dei dormienti apparuit cum signo illo quod in cœlo ostensum fuerat, præcepitque, ut militari signo ad similitudinem ejus quod in cœlo vidisset fabricato, eo tanquam salutari præsidio in præliis uteretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ὅπως ὁ Χριστὸς τοῦ Θεοῦ καθ' ὕπνους αὐτῷ φανείς, ὁμοιοτρόπῳ τοῦ σταυροῦ σημείῳ κεχρῆσθαι κατὰ τοὺς πολέμους προσέταξε.

Καὶ δὴ διαπορεῖν πρὸς ἑαυτὸν ἔλεγε, τί ποτε εἴη τὸ φάσμα. Ἐνθυμουμένῳ δ' αὐτῷ καὶ ἐπὶ πολὺ λογιζομένῳ νὺξ ἐπῄει καταλαβοῦσα· ἐνταῦθα δὴ ὑπνοῦντι αὐτῷ, τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ σὺν τῷ φανέντι κατ' οὐρανὸν σημείῳ ὀφθῆναί τε καὶ παρακελεύσασθαι, μίμημα ποιησάμενον τοῦ κατ' οὐρανὸν ὀφθέντος σημείου, τούτῳ πρὸς τὰς τῶν πολεμίων συμβολὰς ἀλεξήματι χρῆσθαι.

CAPUT XXX.

Fabricatio ejus signi ad crucis similitudinem.

Ille primo statim diluculo surgens, arcanum omne amicis exposuit. Convocatis deinde auri ac gemmarum fabris, medius inter eos sedens, speciem 423 signi eis sermone depinxit, jussitque

D ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Κατασκευὴ τοῦ αὐτοῦ σταυρικοῦ σημείου.

Ἅμα δ' ἡμέρᾳ διαναστάς, τοῖς φίλοις ἐξηγόρευε τὸ ἀπόρρητον. Κἄπειτα χρυσοῦ καὶ λίθων πολυτελῶν δημιουργοὺς συγκαλέσας, μέσος αὐτὸς καθιζάνει, καὶ τοῦ σημείου τὴν εἰκόνα φράζει, ἀπομιμεῖσθαί

quidquid citra laborem fit, et quasi inter ludendum. Ita Severi Cæsaris mors πάρεργον dici potest, cum tam facile captus occisusque sit, ac si nullos circa se milites habuisset. Ac fortasse scribendum est πάρεργον ἐγένετο πολέμου. Ita Gelasius Cyzicenus in lib. I. cap. 5 : Εἷλε δὲ καὶ τῷ κράτει τῶν ὅπλων τὰ αὐτόθι βάρβαρα φῦλα, παρέργῳ τῆς μάχης πρὸς τὸ ἔργον συγχρησάμενος, ubi interpres similiter *belli accessionem* vertit, quod non probo. Mallem certe in Gelasio vertere, *his velut belli proludiis ad bellum ipsum usus.* Sic etiam Eusebius in cap. 51, lib. II. Porro hoc in loco figura est, quam Græci vocant ὕστερον πρότερον. Nam Severi Cæsaris clades ignominiosam illam Galerii fugam præcessit.

(73) Vulg., *ἀποδείξασθαι.* Scribendum puto ἀποδέξασθαι, ut legisse videtur Nicephorus in libro VII, c. 29. Atque ita in schedis Regiis scriptum inveni. In codd. Fuk. et Savil. legitur παραδέξασθαι.

(74) *Ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας,* ἤδη τῆς

Digitized by Google

τε αὐτὴν χρυσῷ καὶ πολυτελέσι λίθοις διεκελεύετο· δ δὴ καὶ ἡμᾶς ὀφθαλμοῖς ποτε συνέδη παραλαβεῖν (75).

A ut auro ac lapillis similitudinem ejus exprimerent. Quod et nos aliquoties videre meminimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Ἔκφρασις σταυροειδοῦς σημείου, ὅπερ νῦν οἱ Ῥωμαῖοι λάβαρον καλοῦσιν.

Ἦν δὲ τοιῷδε σχήματι κατεσκευασμένον· ὑψηλὸν δόρυ χρυσῷ κατημφιεσμένον, κέρας εἶχεν (76) ἐγκάρσιον, σταυροῦ σχήματι πεποιημένον· ἄνω δὲ πρὸς ἄκρῳ τοῦ παντὸς, στέφανος ἐκ λίθων πολυτελῶν καὶ χρυσοῦ συμπεπλεγμένος κατεστήρικτο, καθ' οὗ τῆς σωτηρίου ἐπηγορίας τὸ σύμβολον, δύο στοιχεῖα τὸ Χριστοῦ παραδηλοῦντα ὄνομα, διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινον χαρακτήρων, χιαζομένου τοῦ ρ κατὰ τὸ μεσαίτατον· ἃ δὴ κατὰ τοῦ κράνους φέρειν εἴωθε κάν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ὁ βασιλεύς. Τοῦ δὲ πλαγίου κέρως, τοῦ κατὰ τὸ δόρυ πεπαρμένου, ὀθόνη τις ἐκκρεμὴς ἀπῃώρητο, βασιλικὸν ὕφασμα, ποικιλίᾳ συνημμένων πολυτελῶν λίθων, φωτὸς αὐγαῖς ἐξαστραπτόντων, καλυπτόμενον· σὺν πολλῷ τε καθυφασμένῳ χρυσῷ (77), ἀδιήγητόν τι χρῆμα τοῖς ὁρῶσι παρεῖχε τοῦ κάλλους. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ φᾶρος τοῦ κέρως ἐξημμένον, σύμμετρον μήκους τε καὶ πλάτους (78) περιγραφὴν ἀπελάμβανε, τὸ δ' ὀρθιον δόρυ τῆς κάτω ἀρχῆς ἐπὶ πολὺ μηκυνόμενον (79), ἄνω μετ-

B velum quoddam dependebat; textum videlicet purpureum pretiosis lapidibus inter se junctis, et luminis sui fulgore oculos præstinguentibus cooperum multoque intertexto auro inexplicabilem quamdam pulchritudinis speciem intuentibus præbens. Atque hoc velum antennæ affixum, latitudinem longitudini æqualem habuit. Ipsa vero recta hasta ab infima sui parte in magnam longitudinem producta, in superiori parte sub ipso crucis signo ad ipsam veli variis coloribus depicti summitatem,

CAPUT XXXI.

Descriptio signi instar crucis formati quod Romani labarum vocant.

Erat autem ejusmodi: Hasta longior auro contecta, transversam habet antennam instar crucis. Supra in ipsa hastæ summitate corona erat affixa, gemmis et auro contexta. In hac salutaris appellationis signum: duæ videlicet litteræ, nomen Christi primis apicibus designabant, littera ρ, in medio sui decussata. Quas quidem litteras imperator in galea gestare posthæc etiam consuevit. Porro ex antenna quæ oblique per hastam trajecta est,

ἡμέρας ἀποκλινούσης. Nicephorus in lib. VII, cap. 29, hunc locum ita exposuit, περὶ γὰρ μεσημβρίαν ὁδεύοντι συνάμα τῇ περὶ αὐτὸν στρατιᾷ, τοῦ ἡλίου πρὸς δυσμὰς κλίνοντος, id est, *meridiano tempore cum exercitu suo iter faciens, sole in occasum vergente*, etc. Sic etiam Portesius Eusebii verba interpretatus est. *Sub meridiem*, inquit, *inclinante jam die.* Sed fortasse totus locus uno spiritu continuandus est: et verba Eusebii hoc modo construenda, τῆς ἡμέρας ἀποκλινούσης ἀμφὶ μεσημβρινὰς ὥρας, id est, *cum jam dies in meridiem vergeret.* Cui interpretationi favet Zonaras, qui in *Constantini Gestis* hanc visionem referens, apparuisse dicit μεσούσης ἡμέρας. Certe in codd. Regio et Fuk. nulla distinctio est post vocem ὥρας, sed duntaxat post verbum ἀποκλινούσης virgula ascribitur. Apud Socratem tamen qui Eusebii verba descripsit, post vocem ὥρας apposita est virgula. Itaque Christophorsonus utrobique vertit, *Circiter meridiem, die jam in pomeridianum tempus aliquantulum inclinante.* Quod mihi ineptum videtur. Neque enim ἀποκλίνουσα ἡμέρα dici potest, nisi cum dies vergit in vesperum, id est, post horam diei nonam, ut recte sumpsit Nicephorus. Quomodo autem id convenire potest cum præcedentibus verbis ἀμφὶ τὰς μεσημβρινάς? etc. Idem enim est ac si diceres: circa meridiem sub vesperam. Dicet forte aliquis, Eusebium his postremis verbis ἀποκλινούσης ἡμέρας significare voluisse eam visionem oblatam esse Constantino paulo post meridiem. Nam sol a cardine meridiano progrediens, paulatim deinceps in occasum vergit. Verum si Eusebius ita sensit, quid opus erat tot verbis? Potuit enim brevius dicere μεσούσης ἄρτι τῆς ἡμέρας. Adde quod Eusebius in plurali dixit ἀμφὶ τὰς μεσημβρινὰς ὥρας, ut appareat illum non horam sextam intelligere, sed totum illud spatium horarum, quod meridiei deputatur, ab hora scilicet quinta ad nonam. Proinde in hanc sententiam adducor, visionem illam Constantino oblatam fuisse circa horam diei nonam, dum iter faceret una cum exercitu. Idque plane confirmatur sequentibus verbis. Addit enim Eusebius, post visionem obstupefacto Constantino, dum multa secum volvit animo, noctem supervenisse. Ex quo apparet, non multo ante noctem id visum Constantino et militibus apparuisse. In libro II *Historiæ Miscellæ*, ubi hic Eusebii locus adducitur, hæc habetur interpretatio: *circa meridiem declinante jam sole.*

(75) *Ὀφθαλμοῖς ποτε παραλαβεῖν.* Addendum est verbum συνέδη, quod etiam ad marginem codicis Moræani ascriptum inveni. In schedis Regiis hic locus ad marginem suppletur hoc modo: αὐτὸς βασιλεὺς Θεοῦ καὶ τοῦτο χαρισαμένου ἠξίωσεν. Atque ita fere Savilius et Christophorsonus. In codice Fuk. ita scribitur hic locus, δ δὴ καὶ ἡμᾶς ὀφθαλμοῖς ποτε συνέδη παραλαβεῖν, αὐτὸς βασιλεύς, etc., ut supra. Sed alterutrum superfluum est. Aut enim delenda est vox συνέδη· aut verba illa αὐτὸς βασιλεύς, etc., sunt expungenda, nisi cum Savilio legas αὐτὸς γὰρ βασιλεύς, etc.

(76) *Κέρας εἶχεν.* Langus, Portesius et Christophorsonus *cornu* verterunt parum Latine, cum *antennam* vertere debuissent.

(77) *Καθυφασμένῳ χρυσῷ.* Savilius in suo libro emendavit καθυφασμένον. Certe in codice Fuk. scriptum inveni καθυφασμένων. Et paulo post παρεῖχε, non παρέσχον, habet idem codex et Turnebus.

(78) *Σύμμετρον μήκους τε καὶ πλάτους.* His verbis Eusebius significat velum illud quadratum fuisse. Nam longitudinis et latitudinis modus æqualis, quadratam efficit figuram. Certe in veteribus nummis Constantini et sequentium principum, velum illud ea figura quam dixi cernere licet. Male igitur Christophorsonus Eusebii locum exposuit hoc modo: « Istud igitur velamen ad cornu affixum, longitudinis latitudinisque crucis mensuram penitus exæquavit. »

(79) *Τῆς κάτω ἀρχῆς ἐπὶ πολὺ μηκυνόμενον.* Sensus est hastam illam a basi usque ad antennam multo longiorem fuisse, quam ab antenna usque ad summum fastigium. Idque etiam in nummis cernere licet. Potest etiam hic locus simpliciter intelligi, ut sensus sit hastam illam ab imo ad summum longissimam fuisse.

Digitized by Google

auream Deo chari imperatoris et liberorum ejus imaginem depictam pectore tenus sublimem gestabat. Hoc igitur salutari signo, tanquam munimento adversus oppositas quorumvis hostium copias imperator semper est usus ; aliaque ad ejus similitudinem expressa signa cunctis exercitibus præferri jussit.

A ἐῶρον ὑπὸ τῷ τοῦ σταυροῦ τροπαίῳ πρὸς αὐτοῖς ἄκροις τοῦ διαγραφέντος ὑφάσματος (80), τὴν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως εἰκόνα χρυσῆν μέχρι στέρνων, τῶν τ' αὐτοῦ παίδων ὁμοίως ἔφερε. Τούτῳ μὲν τῷ σωτηρίῳ σημείῳ, πάσης ἀντικειμένης καὶ πολεμίας δυνάμεως ἀμυντηρίῳ διαπαντὸς ἐχρῆτο βασιλεύς, τῶν τε στρατοπέδων ἁπάντων ἡγεῖσθαι τούτου ὁμοιώματα, προσέταττεν.

CAPUT XXXII.

Quomodo Constantinus catechumenus factus sacras Scripturas perlegerit.

Sed hæc postea. Tunc vero admirabili visione obstupefactus, cum nullum alium præter illum quem viderat Deum sibi colendum esse statuisset, sacerdotes arcanæ illius doctrinæ mysteriis instructos ad se accersivit ; et quisnam ille Deus esset B interrogavit, quidve signi illius visio sibi vellet. Illi hunc **424** quidem Deum esse dixerunt, unius ac solius Dei unicum Filium : signum vero illud quod ostensum fuisset, immortalitatis symbolum esse, et tropæum victoriæ quam ille in terris olim versatus de morte retulisset. Simul causas illius adventus eum docuerunt, accuratam Incarnationis rationem ei exponentes. At ille hos quidem sermones dicendi cupidus auscultabat. Cæterum Dei præsentiæ suis conspectibus exhibitæ admiratione tenebatur. Cumque cœlestem illam visionem et sacerdotalium sermonum interpretationem inter se contulisset, confirmatus est animo ; harum rerum cognitionem Dei ipsius magisterio sibi tradi pro certo habens. Exinde ipsemet divinorum librorum C lectioni vacare instituit ; et cum sacerdotes Dei sibi assessores adscivisset, Deum illum quem viderat, omni observantia colendum esse duxit. Post hæc munitus spe bona quam in illo collocaverat, est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΒ'.

Ὅπως κατηχηθεὶς Κωνσταντῖνος, τὰς θείας Γραφὰς ἀνεγίνωσκεν.

Ἀλλὰ ταῦτα μικρὸν ὕστερον. Κατὰ δὲ τὸν δηλωθέντα χρόνον τὴν παράδοξον καταπλαγεὶς ὄψιν, οὐδ' ἕτερον (81) Θεὸν ἢ τὸν ὀφθέντα δοκιμάσας σέβειν, τοὺς τῶν αὐτοῦ λόγων μύστας (82) ἀνεκαλεῖτο, καὶ τίς εἴη Θεὸς αὐτὸς ἠρώτα, τίς τε ὁ τῆς ὀφθείσης B ὄψεως τοῦ σημείου λόγος. Οἱ δὲ τὸν μὲν εἶναι Θεὸν ἔφασαν, Θεοῦ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου μονογενῆ Παῖδα, τὸ δὲ σημεῖον τὸ φανὲν, σύμβολον μὲν ἀθανασίας εἶναι, τρόπαιον δ' ὑπάρχειν τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης, ἣν καὶ ἐποιήσατό ποτε παρελθὼν ἐπὶ γῆς· ἐδίδασκόν τε τὰς τῆς παρόδου αἰτίας, τὸν ἀκριβῆ λόγον αὐτῷ τῆς κατ' ἀνθρώπους οἰκονομίας (83) ὑποτιθέμενοι. Ὁ δὲ καὶ τούτοις μὲν ἐμαθητεύετο τοῖς λόγοις, θαῦμα δ' εἶχε τῆς ὀφθαλμοῖς αὐτῷ παραδοθείσης θεοφανείας· συμβάλλων τε τὴν οὐράνιον ὄψιν τῇ τῶν λεγομένων ἑρμηνείᾳ, τὴν διάνοιαν ἐστηρίζετο, θεοδίδακτον αὐτῷ τὴν τούτων γνῶσιν παρεῖναι πειθόμενος· καὶ αὐτὸς δ' ἤδη τοῖς ἐνθέοις ἀναγνώσμασι προσέχειν ἠξίου. Καὶ δὴ τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερέας παρέδρους αὐτῷ ποιησάμενος, τὸν ὀφθέντα Θεὸν πάσαις δεῖν ᾤετο θεραπείαις τιμᾶν. Κἄπειτα φραξάμενος ταῖς εἰς αὐτὸν ἀγαθαῖς ἐλπίσιν, ὥρμητο λοιπὸν τοῦ τυραννικοῦ πυρὸς τὴν ἀπειλὴν κατασβέσων.

tyrannici furoris incendium restinguere aggressus

CAPUT XXXIII.

De adulteriis a Maxentio Romæ perpetratis.

Quippe ille qui urbem regiam per tyrannidem occupaverat, eo impietatis ac flagitii processerat, ut quodvis nefarium atque impurum facinus audacter susciperet. Etenim uxores per divortium a maritis sejunctas violavit, easdemque violatas ad

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΓ'.

Περὶ τῶν Μαξεντίου μοιχειῶν τῶν ἐν Ῥώμῃ.

Καὶ γὰρ δὴ πολὺς ἦν ὁ ταύτῃ προαρπάσας τὴν βασιλεύουσαν πόλιν, δυσσεβείαις καὶ ἀνοσιουργίαις ἐγχειρῶν, ὡς μηδὲν τόλμημα παρελθεῖν μιαρᾶς καὶ ἀκαθάρτου πράξεως. Διαζευγνύς γέ τοι τῶν ἀνδρῶν (84) τὰς [κατὰ νόμον γαμετὰς, ταύτας ἐνυβρίζων

(80) Vulg. *τοῦ διαγράφοντος ὑφάσματος*. Scribendum est τοῦ διαγραφέντος, id est, *varie depicti*. Nam velamen illud purpureum quod ex antenna pendebat, auro variisque lapillis erat ornatum. Quid autem sibi voluerit Christophorsonus nescio, cum hæc Eusebii verba ita vertit : *ad texturæ discurrentis fimbrias*. Nisi forte διατρέχοντος legit pro διαγράφοντος. Sed longe gravius lapsus est idem Christophorsonus, cum verba illa Eusebii ἄνω μετέωρον quæ ad vocem εἰκόνα referuntur, ad vocabulum δόρυ retulit. Quod refutationem non meretur.

(81) Vulg., *Οὐδέτερον*. Scribendum est disjunctis vocibus οὐδὲ ἕτερον, vel οὐδένα ἕτερον. Savilius ad oram sui codicis emendavit οὐδ' ἕτερον Θεόν, codex autem Fuk. habet οὐδέτερον Θεόν.

(82) *Τοὺς τῶν αὐτοῦ λόγων μύστας*. Hoc loco Eusebius noster μύστας posuisse videtur pro μυσταγωγούς. Neque enim dubium est quin episcopos intelligat. Subdit enim paulo post καὶ δὴ D τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερέας παρέδρους αὐτῷ ποιησάμενος, etc.

(83) *Τῆς κατ' ἀνθρώπους οἰκονομίας*. Quid οἰκονομία apud sanctos Patres significet, abunde notavi ad librum primum *Historiarum*. Quidquid enim Christus in carne ad hominum salutem gessit ut homo, id οἰκονομίας vocabulo comprehenditur. Non recte igitur Christophorsonus hoc loco interpretatus est, Christi inter homines œconomiam. Neque enim κατ' ἀνθρώπους significat *inter homines* ; sed potius *secundum homines*, id est, humano more ac modo. Ita Gregorius Nyssenus in epistola ad Eustathiam et Ambrosiam, ἀλλ' εἰ ὡσαύτως ἔχων, καὶ πρὸ τῆς κατ' ἄνθρωπον οἰκονομίας, καὶ ἐν ἐκείνῳ, καὶ μετὰ τοῦτο,

(84) *Διαζευγνύς γέ τοι τῶν ἀνδρῶν*. Locus est mutilus ut apparet, quem cum Christophorsono supplevi ex lib. VIII *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 14. In schedis Reg. locus hic ad marginem supplетur hoc modo : τὰς κατὰ νόμον γαμετὰς, αὐτοῖς

Digitized by Google

ἀτιμότατα] τοῖς ἀνδράσιν ἀπέπεμπε, καὶ ταῦτ' οὐκ ἀσήμοις, οὐδ' ἀφανέσιν, ἀλλ' αὐτοῖς ἐμπαροινῶν τοῖς τὰ πρωτεῖα τῆς τῶν Ῥωμαίων συγκλήτου βουλῆς κατέχουσι. Μυρίαις μὲν οὖν ἐλευθέραις γυναιξὶν ἐνυβρίζων αἰσχρῶς, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐμπλήσειε τὴν ἀκρατῆ καὶ ἀκόλαστον αὐτοῦ ψυχήν. Ὡς δὲ καὶ Χριστιαναῖς ἐνεχείρει, καὶ οὐκέθ' οἷός τε ἦν (85) εὐπορίαν τοῖς οἰκείοις ἐπιθυμήμασιν ἐπινοεῖν. Θᾶττον γοῦν τὴν ψυχὴν θανατῶσαι (86), ἢ τὸ σῶμα αὐτῷ παρεχώρουν ἐπὶ φθορὰν αὗται.

A maritos remisit. Neque vero homines obscuros atque ignobiles, sed ipsos primores senatus Romani, eo contumeliæ genere affecit. Cæterum cum innumeras fere mulieres ingenuas fœde violaret, immoderatam tamen animi sui libidinem nullatenus poterat explere. Sed postquam mulieres Christianas sollicitare cœpit, nullis artibus perficere potuit, ut earum congressu frueretur. Hæ namque animam leto objicere, quam corpus ei ad stuprum permittere malebant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Ὅπως ἡ τοῦ ἐπάρχου διὰ σωφροσύνην ἑαυτὴν ἀνεῖλεν.

Μία γοῦν τις τῶν αὐτόθι συγκλητικῶν ἀνδρῶν τὴν ἔπαρχον διεπόντων ἐξουσίαν, ὡς ἐπιστάντας τῷ οἴκῳ τοὺς τὰ τοιαῦτα τῷ τυράννῳ διακονουμένους ἐπύθετο B (Χριστιανὴ δ' ἦν) τόν τ' ἄνδρα τὸν αὐτῆς ἔγνω, δέους ἕνεκα, λαβόντας αὐτὴν, ἀπάγειν κελεῦσαι, βραχὺν ὑποπαραιτησαμένη χρόνον, ὡς ἂν τοῦ σώματος τὸν συνήθη περιβάλοιτο κόσμον, εἴσεισιν ἐπὶ τοῦ ταμείου· καὶ μονωθεῖσα, ξίφος τοῦ στέρνου πήγνυσι, θανοῦσά τε παραχρῆμα, τὸν μὲν νεκρὸν τοῖς προαγωγοῖς καταλείπει, ἔργοις δ' ἁπάσης γεγωνοτέροις φωνῆς, ὅτι μόνον χρῆμα ἀήττητόν τε καὶ ἀνώλεθρον, ἡ βωμένη παρὰ Χριστιανοῖς σωφροσύνη πέφυκεν, εἰς πάντας ἀνθρώπους, τούς τε νῦν ὄντας καὶ τοὺς μετέπειτα γενησομένους ἐξέφηνεν. Αὕτη μὲν οὖν τοιαύτη τις ὤφθη.

CAPUT XXXIV.

Quomodo uxor præfecti, pudicitiæ servandæ causa mortem sibi conscivit.

Quædam ex his, nupta senatorii ordinis viro qui præfecturam administrabat, cum satellites quibus tyrannus hujusmodi flagitiorum ministris utebatur, pro foribus adesse comperisset, **425** et virum suum metu adactum permisisse illis ut se prehensam abducerent (erat autem mulier Christiana), breve temporis spatium concedi sibi flagitavit ad corpus solemni cultu exornandum. Et cubiculum ingressa, solam se relictam videns, gladium pectori immersit; statimque exanimata, cadaver quidem perductoribus reliquit, ipsis vero factis quæ omni voce clarius resonant, cunctis qui nunc sunt et qui posthac erunt mortalibus declaravit, pudicitiam penes solos christianos invictam atque inexpugnabilem, nec morti obnoxiam esse. Atque hæc quidem ita se gessit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Ἀναίρεσις δήμου Ῥωμαίων ὑπὸ Μαξεντίου.

Τὸν δὲ τοιούτοις ἐπιτολμῶντα πάντες ὑπεπτηχότες δῆμοι καὶ ἄρχοντες, ἔνδοξοί τε καὶ ἄδοξοι, δεινῇ κατετρύχοντο τυραννίδι. Καὶ οὐδ' ἠρεμούντων καὶ τὴν πικρὰν φερόντων δουλείαν, ἀπαλλαγή τις ὅμως ἦν τῆς τοῦ τυράννου φονώσης ὠμότητος. Ἐπὶ σμικρᾷ γοῦν ἤδη ποτὲ προφάσει, τὸν δῆμον εἰς φόνον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐξεδίδου· καὶ ἐκτείνετο μυρία πλήθη τοῦ δήμου Ῥωμαίων ἐπ' αὐτοῦ μέσου τοῦ ἄστεως, οὐ Σκυθῶν ἢ βαρβάρων, ἀλλ' αὐτῶν τῶν οἰκείων δόρασι καὶ πανοπλίαις. Συγκλητικῶν γε μὴν φόνος ὅσος δι' ἐπιβουλὴν ἐνηργεῖτο τῆς ἑκάστου περιουσίας, οὐδ' ἐξαριθμήσασθαι δυνατὸν, ἄλλοτε ἄλλαις πεπλασμέναις αἰτίαις μυρίων ἀναιρουμένων.

CAPUT XXXV.

Cædes populi Romani jussu Maxentii.

Eum igitur ad ejusmodi facinora cum omni audacia prorumpentem cuncti reformidantes, tam plebei quam magistratus, tam nobiles quam obscuri, gravissima tyrannide opprimebantur. Ac tametsi quiete agerent, et acerbissimam servitutem patienter tolerarent, ne sic tamen vitare poterant cruentam tyranni atrocitatem. Denique quodam die levissimam ob causam populum Romanum prætorianis militibus obtruncandum dedidit. Atque ita innumerabilis multitudo populi Romani, non Scytharum ac barbarorum, sed civium suorum hastis armisque in media urbe trucidata est. Quantæ porro senatorum cædes factæ sint, ut in bona uniuscujusque eorum invaderetur, numerari nullo modo potest; cum quotidie plurimi confictis variis criminibus interficerentur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΣ'.

Μαγεῖαι Μαξεντίου κατὰ Κωνσταντίνου, καὶ ἔνδεια τροφῶν ἐν Ῥώμῃ.

Ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς ἐπὶ γοητείαν ἦλαυνε, μαγικαῖς ἐπινοίαις τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος, τοτὲ δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λεόντας τε κατασφάττοντος,

CAPUT XXXVI.

Magicæ artes Maxentii, et alimentorum penuria Romæ.

Tandem vero tyrannus sceleribus suis quasi quoddam fastigium, magicæ artis præstigias imposuit, nunc mulieres gravidas dissecans, nunc infantum recens in lucem editorum rimans viscera: leones

ἐνυβρίζων αἰσχροτάτως, etc. In codice Fuk. scribitur διαζευγνύς γέ τοι τῶν ἀνδρῶν τὰς γυναῖκας, τοῖς ἀνδράσιν, etc.

(85) *Καὶ οὐκέθ' οἷός τε ἦν.* Prima vox delenda est. Sed sequentia corrupta sunt ac mutila, quæ sine scriptorum codicum subsidio difficile est restituere. Potest tamen legi, οὐκέθ' οἷός τε ἦν εὐπορίαν τοῖς οἰκείοις ἀσελγήμασιν ἐπινοεῖν. Mox codex Fuk. et Savilii habet θᾶττον γὰρ τήν, etc.

(86) *Τὴν ψυχὴν θανατῶσαι.* Scribendum videtur θανάτῳ. Sic enim loquitur Eusebius noster in lib. VIII ubi de Maximini flagitiis agit: αἱ δὲ ἐπὶ φθορὰν ἑλκόμεναι, θᾶττον τὴν ψυχὴν θανάτῳ, ἢ τὸ σῶμα τῇ φθορᾷ παραδεδώκασι.

Digitized by Google

quoque interdum magicis, et quædam nefanda peragens sacra ad dæmones evocandos, et ad bellum quod jam instabat, depellendum. His enim artibus victoriam se adepturum sperabat. Hic igitur dum Romæ tyrannidem exercet, vix dici potest quot quantisque malis subditos oppresserit atque in servitutem redegerit : adeo ut ad extremam **426** trusi sint alimentorum penuriam, qualem antea Romæ unquam fuisse, nulla hominum ætatis nostræ memoria recordatur.

CAPUT XXXVII.

Maxentii exercitus in Italia superati.

Ob hæc cuncta dolore ac miseratione commotus Constantinus, omni bellico apparatu adversus tyrannidem sese instruxit. Cumque summum omnium Deum patronum sibi adscivisset, Christumque ejus Filium servatorem atque auxiliatorem invocasset ; et victoriæ tropæum, salutare scilicet signum ante milites ac stipatores suos statuisset, cum omni exercitu progressus est, eo consilio ut Romanis libertatem quam a majoribus suis acceperant, interventu suo restitueret. Porro cum Maxentius magicarum artium præstigiis magis quam subditorum benevolentia confisus, ne quidem extra urbis portas progredi auderet ; cuncta vero in circuitu urbis Romæ ac totius Italiæ loca, oppida, regiones quas servitutis jugo oppressas tenebat, innumerabili armatorum multitudine et dispositis ad insidiandum exercitibus undique muniisset : divino fretus auxilio imperator, primam, secundam ac tertiam tyranni aggressus aciem, cunctis primo statim impetu fusis ac fugatis, in interiora Italiæ penetravit.

CAPUT XXXVIII.

Maxentii interitus in ponte Tiberis.

Tandemque ad ipsam urbem Romam propius accessit. Verum ne unius tyranni causa Romanos omnes oppugnare necesse haberet, Deus illum quasi vinculis quibusdam constrictum quam longissime extra urbis portas protraxit : simulque prisca illa adversus impios edita miracula, quæ sacris voluminibus continentur, et quibus multi quidem perinde ac fabulis fidem derogant, cum tamen fidelibus fide digna videantur, cunctis tam fidelibus quam infidelibus qui hoc miraculum quod dicturi sumus oculis suis spectaverunt, verissima esse opere ipso comprobavit. Nam quemadmodum Mosis ac religiosæ quondam gentis Hebræorum temporibus, Deus currus et exercitum Pharaonis projecit in mare ; lectissimos milites ex curru pugnantes tristatas submersit in mari Rubro, et fluctibus operuit ; sic plane **427** Maxentius, et quicunque circa illum erant milites ac stipatores, instar lapidis in altissimum gurgitem ceciderunt : tunc videlicet cum divina virtute Constantini partibus auxiliante in fu-

(87) *Πιστά γε μὴν πιστοῖς*. Post hæc verba deerat in editione Stephani integra linea, quam nos ex codice Fuk. Sav. ac Turnebi supplevimus. Sed et sine manuscriptis codicibus, facile fuit hanc lacunam supplere ex lib. IX *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 9.

καί τινας ἀῤῥητοποιίας ἐπὶ δαιμόνων προσκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου· διὰ τούτων γὰρ τῆς νίκης κρατήσειν ἤλπιζεν. Οὕτω μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμης ὁ τυραννῶν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, οἷα δρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο· ὥστ' ἤδη τῶν ἀναγκαίων τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ σπάνει καὶ ἀπορίᾳ καταστῆναι, ὅσην ἐπὶ Ῥώμης οὐδ' ἄλλοτέ ποτε οἱ καθ' ἡμᾶς γενέσθαι μνημονεύουσιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΖ'.

Ἥττα ἐν Ἰταλίᾳ Μαξεντίου στρατευμάτων.

Ἀλλὰ γὰρ τούτων ἁπάντων οἶκτον ἀναλαβὼν Κωνσταντῖνος, πάσαις παρασκευαῖς ὡπλίζετο κατὰ τῆς τυραννίδος. Προστησάμενος δῆτα ἑαυτοῦ Θεὸν τὸν ἐπὶ πάντων, σωτῆρά τε καὶ βοηθὸν ἀναλεσάμενος τὸν Χριστὸν αὐτοῦ, τό τε νικητικὸν τρόπαιον, τὸ δὴ σωτήριον σημεῖον, τῶν ἀμφ' αὐτὸν ὁπλιτῶν τε καὶ δορυφόρων προτάξας, ἡγεῖτο πανστρατιᾷ, Ῥωμαίοις τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας προμνώμενος. Μαξεντίου δῆτα μᾶλλον ταῖς κατὰ γοητείαν μηχαναῖς, ἢ τῇ τῶν ὑπηκόων ἐπιθαῤῥοῦντος εὐνοίᾳ, προελθεῖν δ' οὐδ' ὅσον πυλῶν τοῦ ἄστεος ἐπιτολμῶντος, ὁπλιτῶν τῷ πλήθει καὶ στρατοπέδων λόχοις μυρίοις πάντα τόπον καὶ χώραν καὶ πόλιν, ὅση τις ὑπ' αὐτῷ δεδούλωτο, φραξαμένου, ὁ τῆς ἐκ Θεοῦ συμμαχίας ἀνημμένος βασιλεὺς, ἐπιὼν πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ καὶ τριτῇ τοῦ τυράννου παρατάξει, εὖ μάλα τε πάσας ἐξ αὐτῆς πρώτης ὁρμῆς χειρωσάμενος, πρόεισιν ἐπὶ πλεῖστον ὅσον τῆς Ἰταλῶν χώρας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΗ'.

Μαξεντίου θάνατος ἐν γεφύρᾳ ποταμοῦ Τιβερίδος.

Ἤδη δ' αὐτῆς Ῥώμης ἄγχιστα ἦν. Εἴθ' ὡς μὴ τοῦ τυράννου χάριν Ῥωμαίοις πολεμεῖν ἐξαναγκάζοιτο, Θεὸς αὐτὸς οἷα δεσμοῖς τισι τὸν τύραννον πόῤῥωτάτω πυλῶν ἐξέλκει, καὶ τὰ πάλαι δὴ κατ' ἀσεβῶν ὡς ἐν μύθου λόγῳ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀπιστούμενα, πιστά γε μὴν πιστοῖς (87) ἱεραῖς βίβλοις ἐστηλιτευμένα, αὐταῖς ἐνεργείαις ἅπασιν, ἁπλῶς εἰπεῖν, πιστοῖς ἅμα καὶ ἀπίστοις, ὀφθαλμοῖς τὰ παράδοξα θεωμένοις ἐπιστώσατο. Ὥσπερ οὖν ἐπ' αὐτοῦ ποτε Μωϋσέως καὶ τοῦ θεοσεβοῦς Ἑβραίων γένους, ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν, καὶ ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόντισεν ἐν ἐρυθρᾷ, κατὰ ταῦτα δὴ καὶ Μαξέντιος, οἵ τ' ἀμφ' αὐτὸν ὁπλῖται καὶ δορυφόροι, ἔδυσαν εἰς βυθὸν ὡσεὶ λίθος, ὁπηνίκα νῶτα δοὺς τῇ ἐκ Θεοῦ μετὰ Κωνσταντίνου δυνάμει, τὸν πρὸ τῆς πορείας διῆει ποταμὸν, ὃν αὐτὸς σκάφεσι ζεύξας, καὶ εὖ μάλα γεφυρώσας, μηχανὴν ὀλέθρου καθ' ἑαυτοῦ συνεπήξατο, ὧδέ πη ἐλεῖν τὸν τῷ Θεῷ φίλον ἐλπίσας. Ἀλλὰ τῷδε μὲν δεξιὸς παρῆν ὁ αὐτοῦ Θεὸς, ὁ δ' (88) ἀθεεὶ τὰς κρυφίους μηχανὰς

(88) Vulg., *Ὁ δ' ἄνευ*. Postrema vox in codice Moræi expungitur ut superflua. Sed vereor ne aliquot voces hic desiderentur. Savilius quidem ad oram sui codicis notat supplendum esse τῆς τούτου βοηθείας, vel quid simile. In libro autem Adriani Turnebi emendatur ὁ δὲ ἄνους, sed recentiore

Digitized by Google

καθ' ἑαυτοῦ δεῖλαιος συνίστη. Ἐφ' ᾧ καὶ ἦν εἰπεῖν, ὡς ἄρα « λάκκον ὤρυξε καὶ ἀνέσκαψεν, καὶ ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο· ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται. » Οὕτω δῆτα Θεοῦ νεύματι τῶν ἐπὶ τοῦ ζεύγματος μηχανῶν τοῦ τ' ἐν αὐτοῖς ἐγκρύμματος [διαλυθέντος], οὐ κατὰ καιρὸν τὸν ἐλπισθέντα, ὑφιζάνει μὲν ἡ διάβασις, χωρεῖ δ' ἀθρόως αὖτανδρα κατὰ τοῦ βυθοῦ τὰ σκάφη. Καὶ αὐτός γε πρῶτος ὁ δεῖλαιος, εἶτα δὲ καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὑπασπισταί τε καὶ δορυφόροι, ᾗ τὰ θεῖα προανεφώνει λόγια, ἔδυσαν ὡσεὶ μόλυβδος ἐν ὕδατι σφοδρῷ. Ὥστ' εἰκότως ἄν, εἰ καὶ μὴ λόγοις, ἔργοις δ' οὖν ὁμοίως, τοῖς ἀμφὶ τὸν μέγαν θεράποντα Μωϋσέα, τοὺς παρὰ θεοῦ τὴν νίκην ἀραμένους, αὐτὰ δὴ τὰ κατὰ τοῦ πάλαι δυσσεβοῦς τυράννου ὧδέ πως ἀνυμνεῖν καὶ λέγειν· « Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔρριψεν εἰς θάλασσαν· βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν· » καί· « Τίς ὁμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε, τίς ὁμοιός σοι; δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα. »

gam actus, fluvium sibi objectum pertransiret : in quo, ponte ex scaphis firmissime contabulato, ipse machinam quamdam in suam ipsius perniciem construxerat, Deo dilectum principem hujusmodi dolo interceptum iri sperans. Verum huic quidem Deus quem colebat, auxilio adfuit. At impius ille, occultas machinas in suum ipsius caput miser comparavit. Proinde et hoc merito dici potuit : « Scrobem aperuit atque effodit, et in foveam quam fecit ipse incidet. Convertetur labor ejus in proprium ipsius caput, et in verticem ipsius injustitia ejus recidet [a]. » Sic igitur machinis quæ in ponte constructæ fuerant cum occulta decipula tempore minime sperato dissolutis, transitus quidem subsidere cœpit : navigia vero simul cum ipsis hominibus repente pessumiere. Et infelix ille omnium primus, deinde cuncti quos circa se habebat protectores ac stipatores, sicut divina prædixerunt oracula, instar plumbeæ massæ in altissimum gurgitem cecidere. Adeo ut milites qui tunc ope divini numinis victoriam adepti sunt, perinde ac olim Israelitæ quos magnus ille Dei famulus Moses ducebat, merito si non verbis, saltem rebus ipsis eadem quæ illi quondam adversus impium illum Pharaonem cantaturi fuerint in hunc modum : « Cantemus Domino : magnifice enim glorificatus est. Equum et ascensorem projecit in mare. Adjutor et protector factus est mihi ad salutem [b]. » Et iterum : « Quis similis tibi inter deos, Domine, quis similis tibi? Glorificatus in sanctis, admirabilis in gloria, faciens prodigia [c]. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Εἴσοδος ἐν Ῥώμῃ Κωνσταντίνου.

Ταῦτά τε καὶ ὅσα τούτοις ἀδελφὰ Κωνσταντῖνος τῷ πανηγεμόνι καὶ τῆς νίκης αἰτίῳ, κατὰ καιρὸν ὁμοίως τῷ μεγάλῳ θεράποντι ἔργοις αὐτοῖς ἀνυμνήσας, μετ' ἐπινικίων εἰσήλαυνεν ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν. Πάντες δ' ἀθρόως αὐτὸν, οἵ τ' ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, οἵ τ' ἄλλως ἐπιφανεῖς καὶ διάσημοι τῶν τῇδε, ὥσπερ ἐξ εἱργμῶν ἠλευθερωμένοι, σὺν παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων, φαιδροῖς ὄμμασιν, αὐταῖς ψυχαῖς, μετ' εὐφημιῶν καὶ ἀπλήστου χαρᾶς ὑπεδέχοντο· ὁμοῦ τ' ἄνδρες ἅμα γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ οἰκετῶν μυρίοις πλήθεσι, λυτρωτὴν αὐτὸν, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην βοαῖς ἀσχέτοις ἐπεφώνουν. Ὁ δ' ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μήτ' ἐπὶ ταῖς βοαῖς χαυνούμενος, μήτ' ἐπαιρόμενος τοῖς ἐπαίνοις, τῆς δ' ἐκ Θεοῦ συνηθημένος βοηθείας, εὐχαριστήριον ἀπεδίδου παραχρῆμα εὐχὴν τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ.

CAPUT XXXIX.

Ingressus Constantini in urbem Romam.

Hæc et alia horum germana cum Constantinus eo tempore magnum Dei famulum Mosem imitatus, in laudem Dei universorum principis et victoriæ auctoris factis ipsis cecinisset, Romam triumphans ingressus est. Omnesque pariter tam ex senatu quam ex equestri ordine, tanquam carceris custodia liberati, cum universo populo Romano, læto vultu faustisque acclamationibus cum inexplebili gaudio ex intimo animorum **428** affectu eum excepere. Et cuncti tam viri quam mulieres cum liberis et infinita famulorum multitudine, illum liberatorem, servatorem ac bonorum auctorem, incredibili clamore quem nemo cohibere poterat appellabant. Verum ille pietatem in Deum quasi insitam sibi atque innatam gerens, nec hujusmodi acclamationibus, nec laudibus elatus est. Sed cum Dei auxilium sibi adfuisse probe intelligeret, illico victoriæ auctori gratiarum actionem supplex rependit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ ἀνδριάντος αὐτοῦ, σταυρὸν κατέχοντος, καὶ τῆς ἐπιγραφῆς.

Γραφῇ τε μεγάλῃ (89) καὶ στήλαις, ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ σωτήριον ἀνεκηρύττετο σημεῖον, μέσῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει μέγα τρόπαιον τουτὶ κατὰ τῶν πολεμίων ἐγείρας, διαῤῥήδην (90) τε ἀνεξαλείπτοις

CAPUT XL.

De Constantini statua crucem tenente, et de ejus inscriptione.

Et clara voce ac titulorum inscriptionibus, salutare signum cunctis hominibus annuntiavit : hoc tropæo in medio urbis regiæ adversus hostes erecto, atque hoc salutari signo quod imperii Romani ac

[a] Psal. VII, 16, 17. [b] Exod. XV, 1, 2. [c] Ibid. 11.

mann, Odouis scilicet Turnebi. Nam Adrianus vocem ἄνευ ut superfluam expunxerat.

(89) *Γραφῇ τε μεγάλῃ.* In Panegyrico Eusebij de tricennalibus Constantini legitur φωνῇ τε μεγάλῃ, quod equidem præferendum puto. Porro ab his verbis novi capitis sectionem, inchoavi, secutus auctoritatem codicis Regii, et Fuk. quibus consentiunt schedæ veteres.

(90) Vulg., *διαῤῥήδην δέ.* Rectius in Panegyrico legitur διαῤῥήδην τε, etc. Mox codd Fuk. et Savilii verbum addunt hoc modo : φυλακτήριον ἀποδέδειχεν.

Digitized by Google

totius orbis præsidium est, litterarum notis nunquam interituris inciso. Statim ergo sublimem bastam in modum crucis, sub manum statuæ suæ inceleberrimo urbis loco poni jussit, et hujusmodi inscriptionem Latino sermone subjici: *Hoc salutari signo quod veræ virtutis argumentum est, vestram urbem tyrannicæ dominationis jugo liberatam servavi: Senatui populoque Romano in libertatem asserto pristinum decus nobilitatis splendoremque restitui.*

ἐγχαράξας τύποις, σωτήριον τοῦτ᾽ σημεῖον τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ τῆς καθόλου βασιλείας φυλακτήριον. Αὐτίκα δ᾽ οὖν ὑψηλὸν δόρυ σταυροῦ σχήματι ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἐν ἀνδριάντι κατειργασμένης, τῶν ἐπὶ Ῥώμης δεδημοσιευμένων ἐν τόπῳ στήσαντας, αὐτὴν δὴ ταύτην τὴν γραφὴν, ῥήμασιν ἐγχαράξαι τῇ Ῥωμαίων ἐγκελεύεται φωνῇ· *Τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ, τῷ ἀληθεῖ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρίας, τὴν πόλιν ὑμῶν ζυγοῦ τυραννικοῦ διασωσας καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων, τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ θεῖσαν ἠλευθέρωσα· ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα.*

CAPUT XLI.

Exsultatio provinciarum et largitiones Constantini.

In hunc modum Dei amantissimus imperator victricis crucis confessionem præ se ferens, Filium Dei Romanis libere atque ingenue prædicavit. Et cuncti qui urbem incolebant, tam senatus quam populus, utpote acerba et tyrannica dominatione liberati, respirare quodammodo et purioris lucis radiis perfrui sibi videbantur, atque in novam quamdam vitam renasci. Gentes quoque universæ quotquot occidentali oceano terminantur, pristinis malis liberatæ, festos dies cum omni hilaritate celebrabant; Constantinum victorem, Dei amicum, de omnibus bene meritum continuis **429** laudibus prædicantes. Eum cuncti commune quoddam bonum, Dei benignitate humano generi donatum illuxisse, uno ore atque una voce testabantur. Sed et imperatoris litteræ ubique propositæ legebantur, quibus ii qui bonis suis spoliati fuissent, eorum possessionem beneficio principis recuperabant; et qui injuste relegati essent, penatibus suis restituebantur. Vinculis quoque et omni periculo ac metu liberabantur ii, qui per tyrannicam crudelitatem iis vexati fuissent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Εὐφροσύναι κατὰ τὰς ἐπαρχίας, καὶ δωρεαὶ Κωνσταντίνου.

Ὁ μὲν οὖν θεοφιλὴς βασιλεὺς ὧδέ πη τοῦ νικοποιοῦ σταυροῦ ὁμολογίᾳ λαμπρυνόμενος, σὺν παῤῥησίᾳ πολλῇ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ Ῥωμαίοις αὐτοῖς γνώριμον ἐποίει. Πάντες δ᾽ ἀθρόως οἱ τὴν πόλιν οἰκοῦντες, αὐτῇ συγκλήτῳ καὶ δήμων πλήθεσιν, ὡσανεὶ πικρᾶς καὶ τυραννικῆς ἀναπνεύσαντες δυναστείας, φωτὸς ἀπολαύειν ἐδόκουν καθαρωτέρων αὐγῶν, καινοῦ τε καὶ νέου βίου παλιγγενεσίας μετέχειν. Ἔθνη τε πάνθ᾽ ὅσα ὠκεανῷ τῷ κατὰ δύοντα ἥλιον περιωρίζετο, τῶν πρὶν συνεχόντων κακῶν ἠλευθερωμένα, πανηγύρεσι φαιδραῖς ἐνευφραινόμενα, τὸν καλλίνικον, τὸν θεοσεβῆ, τὸν κοινὸν εὐεργέτην, ἀνυμνοῦντα διετέλουν, φωνῇ τε μιᾷ καὶ ἑνὶ στόματι, κοινὸν ἀγαθὸν ἀνθρώποις ἐκ Θεοῦ χάριτος οἱ πάντες Κωνσταντῖνον ὡμολόγουν ἐπιλάμψαι. Ἤπλωτο δὲ καὶ βασιλικὸν ἀπανταχοῦ γράμμα, τοῖς μὲν τὰς ὑπάρξεις ὑφαρπαγεῖσι τὴν τῶν οἰκείων ἀπόλαυσιν δωρούμενον, τοὺς δ᾽ ἄδικον ἐξορίαν ὑπομείναντας, ἐπὶ τὰς σφῶν ἀνακαλούμενον ἑστίας. Ἠλευθέρου τε καὶ δεσμῶν, παντός τε κινδύνου καὶ δέους τοὺς ὑπὸ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος τούτοις ὑποβεβλημένους.

CAPUT XLII.

Honores episcopis delati et ecclesiarum exstructiones.

Porro ipse imperator ministros Dei a se convocatos, omni obsequio atque honore prosequebatur, eos utpote Deo quem colebat consecratos, non verbis modo, verum etiam factis humaniter excipiens. Proinde mensæ ipsius adhibebantur homines, externo quidem habitu ac vestitu despicabiles: sed quos ille minime despicabiles judicabat: quippe qui non externam hominis speciem quæ oculis subdotum illius temporis admodum tenuis ac vilis, ut testatur Amm. Marcellinus in lib. XXVII, ubi de Damaso et Ursino loquitur. Sed et Gregorius Nazianzenus in oratione funebri quam de audibus Basilii conscripsit, ait illum dum episcopus esset Cæsareæ, vili pallio amictum fuisse quod ῥάκος appellat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Ἐπισκόπων τιμαὶ, καὶ ἐκκλησιῶν οἰκοδομαί.

Βασιλεὺς δ᾽ αὐτὸς τοὺς τοῦ Θεοῦ λειτουργοὺς συγκαλῶν, θεραπείας τε καὶ τιμῆς (91) τῆς ἀνωτάτω ἠξίου, ἔργοις καὶ λόγοις τοὺς ἄνδρας ὡσανεὶ τῷ αὐτοῦ θεῷ καθιερωμένους φιλοφρονούμενος. Ὁμοτράπεζοι δῆτα συνῆσαν αὐτῷ, ἄνδρες εὐτελεῖς μὲν τῇ τοῦ σχήματος ὄψθῃναι περιβολῇ (92), ἀλλ᾽ οὐ τοιοῦτοι καὶ αὐτῷ νενομισμένοι, ὅτι μὴ τὸν ὁρώμενον τοῖς πολλοῖς ἄνθρωπον, τὸν Θεὸν δὲ ἐποπτεύειν ἐδόκει (93). Ἐπήγετο

(91) Vulg. *Θεραπείας ὡς διὰ τιμῆς*. Scribendum puto θεραπείας τε καὶ τιμῆς. Turnebus in margine sui codicis emendarat θεραπείας καὶ τιμῆς, etc., atque ita scribitur in codice Fuk. In schedis Regiis expunctum est adverbium ὡς, ejusque loco superscriptum αὐτούς.

(92) *Τῇ τοῦ σχήματος ὄφθῃναι περιβολῇ*. Hoc loco σχῆμα non tam vultum ac formam significat, ut putavit Christophorsonus, quam cultum ac vestem. Proinde utrumque in interpretatione mea expressi; quod etiam a Portesio factum esse postea deprehendi. Erat autem habitus ac vestitus sacer-

(93) *Τὸν Θεὸν δὲ ἐποπτεύειν ἐδόκει*. In schedis Regiis hic locus ita suppletur ad marginem. τὸν δὲ ἐν ἑκάστῳ τιμώμενον ἐποπτεύειν ἐδόκει Θεόν. Sed brevius codd. Fuk. ac. Sav. τὸν δὲ Θεὸν ἐποπτεύειν ἐδόκει αὐτόν.

Digitized by Google

δ' αὐτοὺς καὶ ὅποι ποτὲ στέλλοιτο πορείαν, κἂν τούτῳ (94) τὸν θεραπευόμενον πρὸς αὐτῶν, δεξιὸν αὐτῷ παρεῖναι πειθόμενος. Ναὶ μὴν καὶ ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ πλουσίας τὰς παρ' ἑαυτοῦ παρεῖχεν ἐπικουρίας, ἐπαύξων μὲν καὶ εἰς ὕψος αἴρων τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, πλείστοις δ' ἀναθήμασι τὰ σεμνὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας καθηγιασμένων φαιδρύνων.

jecta est, sed Deum ipsum introspiceret. Ad hæc quocunque iter faceret, eos secum deducebat; Deum quem illi colerent, ob id etiam propitium sibi adfore pro certo habens. Quin etiam ecclesiis Dei plurima ex thesauris suis beneficia submini-stravit; partim sacras ædes amplificans et in sublime erigens; partim augusta ecclesiarum sacraria plurimis donariis exornans.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Περὶ τῶν εἰς τοὺς πένητας εὐεργεσιῶν Κωνσταντίνου.

Παντοίας τε (95) χρημάτων διαδόσεις τοῖς ἐνδεέσι ποιούμενος, τούτων δ' ἐκτὸς καὶ τοῖς ἔξωθεν (96) αὐτῷ προσιοῦσι φιλάνθρωπον καὶ εὐεργετικὸν παρέχων ἑαυτὸν, τοῖς μὲν ἐπ' ἀγορᾶς μεταιτοῦσιν οἰκτροῖς τισι καὶ ἀπερρίμμένοις, οὐ χρημάτων μόνον, οὐδέ γε τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἀλλὰ καὶ σκέπης εὐσχήμονος τοῦ σώματος προὐνόει, τοῖς δ' εὖ μὲν τὰ πρῶτα γεγονόσι, βίου δὲ μεταβολῇ δυστυχήσασι, δαψιλεστέρας παρεῖχε τὰς χορηγίας· βασιλικῷ γέ τοι φρονήματι μεγαλοπρεπεῖς τὰς εὐποιίας τοῖς οὕτως ἔχουσι παρέχων, τοῖς μὲν ἀγρῶν κτήσεις ἐδωρεῖτο, τοὺς δὲ διαφόροις ἀξιώμασιν ἐτίμα. Καὶ τῶν μὲν ὀρφανίαν δυστυχησάντων ἐν πατρὸς ἐπεμελεῖτο χώρᾳ, γυναικῶν δὲ χηρῶν τὸ ἀπερίστατον ἀνακτώμενος, δι' οἰκείας ἐπεμέλει κηδεμονίας, ὥστ' ἤδη καὶ γάμῳ ζευγνύναι γνωρίμοις αὐτῷ καὶ πλουσίοις ἀνδράσι κόρας ἐρημίᾳ γονέων ὀρφανισθείσας· καὶ ταῦτ' ἔπραττε, προδιδοὺς ταῖς γαμουμέναις (97) ὅσα ἐχρῆν τοῖς λαμβάνουσι πρὸς γάμου κοινωνίαν εἰσφέρειν. Ὥσπερ δ' ἀνίσχων ὑπὲρ γῆς ἥλιος (98) ἀφθόνως τοῖς πᾶσι τῶν τοῦ φωτὸς μεταδίδωσι μαρμαρυγῶν, κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ Κωνσταντῖνος, ἅμα ἡλίῳ ἀνίσχοντι τῶν βασιλικῶν οἴκων προφαινόμενος, ὡσανεὶ συνανατέλλων τῷ κατ' οὐρανὸν φωστῆρι, τοῖς εἰς πρόσωπον αὐτῷ παριοῦσιν ἅπασι φωτὸς αὐγὰς τῆς οἰκείας ἐξέλαμπε καλοκἀγαθίας (99). Οὐκ ἦν τ' ἄλλως πλησίον γενέσθαι, μὴ οὐχὶ ἀγαθοῦ τινος ἀπολαύσαντα· οὐδ' ἦν ποτ' ἐκπεσεῖν ἐλπίδος χρηστῆς τοῖς τῆς παρ' αὐτοῦ τυχεῖν ἐπικουρίας προσδοκήσασι.

CAPUT XLIII.

De Constantini in pauperes beneficentia.

Variis denique pecuniarum divisionibus egentium inopiam sublevans, extraneis præterea qui ipsum adirent, humanum se ac liberalem præbebat. Ac miseris quidem illis et abjectis qui in foro mendicant, non pecunias solum et alimenta ad victum necessaria, sed etiam vestem ad tegendam corporis nuditatem suppeditari jussit. Illis vero qui cum ingenui atque opulenti prius exstitissent, postea mutata sorte in extremas calamitates inciderant, largiora vitæ subsidia commodavit. Prorsusque regio animo magnifica quædam munera in ejusmodi homines conferens, aliis agros **430** donavit: alios variis dignitatibus ornavit. Et eorum quidem qui in orbitatis miserias incidissent, quasi pater curam gerebat: viduarum autem mulierum solitudinem sublevans, eas patrocinio suo fovebat. Quin etiam virgines parentibus suis orbatas ipse hominibus opulentis ac familiaribus suis in matrimonium dedit. Idque agebat, cum prius dedisset nubentibus, quæcunque ipsas viris suis conferre oportebat. Denique quemadmodum sol supra terras exoriens lucis suæ radios cunctis liberaliter impertit; sic plane Constantinus primo diluculo procedens ex palatio, ac cum cœlesti solis jubare quodammodo exoriens, cunctis adeuntibus beneficentiæ suæ radios impertiebat. Nec ullus unquam ad illum propius accessit, qui fructum alicujus beneficii non retulerit: nec spe sua unquam frustrati sunt, qui ab ipso aliquid auxilii exspectassent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Ὅπως ταῖς συνόδοις τῶν ἐπισκόπων συμπαρῆν.

Κοινῶς μὲν οὖν πρὸς ἅπαντας ἦν τοιοῦτος. Ἐξαίρετον δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τὴν παρ' αὐτοῦ νέμων φροντίδα, διαφερομένων τινῶν πρὸς ἀλλήλους κατὰ διαφόρους χώρας, οἷά τις κοινὸς ἐπίσκοπος ἐκ Θεοῦ καθεσταμένος, συνόδους τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν συνεκρότει. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ τούτων διατριβῇ οὐκ

CAPUT XLIV.

Quomodo synodis episcoporum interfuit.

Ac generaliter quidem erga omnes talem se præstitit. Verum ecclesiæ Dei præcipue curam gerens, cum per diversas provincias quidam inter se dissentirent, ipse velut communis omnium episcopus a Deo constitutus, ministrorum Dei concilia congregavit. Nec dedignatus adesse et considere in

(94) *Κὰν τούτῳ.* Malim scribere κἀπὶ τούτῳ, id est, *ob eam causam.*

(95) In codd. Fuk, ac Regio et in veteribus schedis caput incipit ab his verbis παντοίας τε, etc.

(96) *Καὶ τοῖς ἔξωθεν.* Gentiles intelligit, qui erant ἔξω τῆς Ἐκκλησίας. Idque confirmatur ex capite sequenti, ubi ait: κοινῶς μὲν οὖν πρὸς ἅπαντας ἦν τοιοῦτος· ἐξαίρετον δὲ τῇ Ἐκκλησίᾳ. Et in lib. II, cap. 21: τοσαῦτα μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ αἱ καταπεμφθεῖσαι δωρεαὶ παρεῖχον· δήμοις δὲ τοῖς ἐκτὸς καὶ πᾶσιν ἔθνεσι.

(97) *Ταῖς γαμουμέναις.* Male Christophorsonus *nuptas* interpretatur. Neque enim nuptæ, sed nubentes dotem offerunt mariti. Simili errore τελευτῶντας *mortuos* vertit Christophorsonus, ut notavi ad librum X *Historiæ Ecclesiasticæ.*

(98) *Ὥσπερ δ' ἀνίσχων . . . ἥλιος.* In codice Reg. ad latus horum verborum hujusmodi nota apposita est: ωρ. Quæ nota significare mihi videtur: ὡραῖος λόγος seu τόπος, id est, locus elegans et amœnus.

(99) *Καλοκἀγαθίας.* Pro benignitate ac beneficentia hoc vocabulum sumit Eusebius. Sic etiam in libro X *Historiæ* hanc vocem usurpavit.

Digitized by Google

medio illorum conventu, cognitionis particeps fuit; ea quæ ad pacem Dei pertinent, cunctis procurans. Porro sedebat in medio tanquam unus e multis; protectores quidem cunctosque corporis custodes procul amovens, Dei autem timore contectus, et amicorum fidelium benevolentia vallatus. Cæterum quoscunque saniori sententiæ acquiescere, et ad quietem et concordiam propensos esse animadverterat, eos maxime probabat; palam indicans unanimi omnium consensu se in primis delectari. Pertinaces vero et immorigeros aversabatur.

CAPUT XLV.

Quomodo insipientes toleraverit.

Quin etiam nonnullos qui adversus ipsum asperius invecti fuerant, patienter tulit; leni ac sedata voce eis præcipiens, **431** ut modestius agere, nec seditiones excitare vellent. Ex his alii admonitiones ejus reveriti, a pervicacia animi desistebant. Alios qui ad sanam mentem nullo remedio revocari poterant, Deo committens relinquebat; nihil adversus quemquam asperius unquam designans. Hanc ob causam, ut credibile est, qui in Africa seditionem commoverant, eo improbitatis proruperunt, ut abrupta quædam facinora tentarent; dæmone ut videtur ob præsentium bonorum copiam invidia percito, et ad gravia quædam et atrocia facinora homines incitante, quo imperatoris animum contra ipsos accenderet. Verum nihil profecit invidia, cum imperator ea quæ fiebant, ridenda esse duceret; et maligni dæmonis impulsionem agnoscere se affirmaret. Neque enim sanorum hominum illa esse facinora, sed vel penitus amentium, vel eorum qui nequissimi dæmonis stimulis agitarentur: cujusmodi homines miseratione potius quam supplicio dignos esse. Non enim tantæ ju-

A ἀπαξιῶν παρεῖναί τε καὶ συνιζάνειν, κοινωνὸς τῶν ἐπισκοπουμένων ἐγίνετο, τὰ τῆς εἰρήνης τοῦ Θεοῦ βραβεύων τοῖς πᾶσι· καθῆστό τε καὶ μέσος, ὡσεὶ καὶ τῶν πολλῶν εἷς, δορυφόρους μὲν καὶ ὁπλίτας καὶ πᾶν τὸ σωματοφυλάκων γένος ἀποσεισάμενος, τῷ δὲ τοῦ Θεοῦ φόβῳ κατημφιεσμένος, τῶν τε πιστῶν ἑταίρων (1) τοῖς εὐνουστάτοις περιεστοιχισμένος. Εἶθ' ὅσους μὲν ἐώρα τῇ κρείττονι γνώμῃ πειθηνίους, πρὸς εὐσταθῆ τε καὶ ὁμογνώμονα παρεσκευασμένους τρόπον, εὖ μάλα τούτους ἀπεδέχετο, χαίροντα δεικνὺς ἑαυτὸν τῇ κοινῇ πάντων ὁμονοίᾳ· τοὺς δ' ἀπειθῶς ἔχοντας ἀπεστρέφετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Ὅπως καὶ τῶν ἀφρόνων ἠνείχετο.

B Ἤδη δέ τινας καὶ κατ' αὐτοῦ τραχυνομένους (2) ἤνεγκεν ἀνεξικάκως, ἠρεμαίᾳ καὶ πραεῖᾳ φωνῇ σωφρονεῖν, ἀλλὰ μὴ στασιάζειν τούτοις ἐγκελευόμενος. Τούτων δ' οἱ μὲν ἀπηλλάττοντο, καταιδούμενοι τὰς παραινέσεις· τοὺς δ' ἀνιάτως πρὸς σώφρονα λογισμὸν ἔχοντας, τῷ Θεῷ παραδιδοὺς ἐᾶν, μηδὲν μηδαμῶς αὐτὸς κατά τινος λυπηρὸν διανοούμενος. Ἔνθεν εἰκότως τοὺς ἐπὶ τῆς Ἄφρων χώρας (3) διαστασιάζοντας, εἰς τοσοῦτον συνέβαινεν ἐπιτριβῆς ἐλαύνειν, ὡς καὶ τολμηροῖς τισιν ἐγχειρεῖν, ὡς ἔοικε, δαίμονος (4) βασκαίνοντος τῇ τῶν παρόντων ἀγαθῶν ἀφθονίᾳ, παρορμῶντός τ' εἰς ἀτόπους πράξεις τοὺς ἄνδρας, ὡς ἂν κινήσειε κατ' αὐτῶν τὸν βασιλέως θυμόν. Οὐ μὴν προὐχώρει τῷ φθόνῳ, γέλωτα τιθεμένου (5) τοῦ βασιλέως τὰ πραττόμενα, καὶ τὴν ἐκ τοῦ πονηροῦ C κίνησιν συνιέναι φάσκοντος· μὴ γὰρ σωφρονούντων εἶναι ἀνδρῶν τὰ τολμώμενα, ἀλλ' ἢ πάντη παρακοπτόντων, ἢ ὑπὸ τοῦ πονηροῦ δαίμονος οἰστρουμένων, οὓς ἐλεεῖσθαι μᾶλλον ἢ κολάζεσθαι χρῆναι· [τοσοῦτο γὰρ τὸ κωλάζειν,] πρὸς τῆς τῶν ἀφραινόντων (6) μανίας, ἢ ὅσον τὸ συμπαθεῖν αὐτοῖς, ὑπερβολὴ φιλανθρωπίας.

(1) *Τῶν τε πιστῶν ἑταίρων.* Fideles hoc loco dicit Eusebius, non eos qui fidi ac benevoli erga imperatorem essent, ut putarunt interpretes; sed Christianos. Constantinus enim, utpote religiosissimus imperator, si quando episcoporum conciliis interesset, remoto omni satellitio solos ex aulicis secum assumebat eos, qui Christianæ fidei mysteriis essent imbuti.

(2) Vulg., *Κατ' αὐτοὺς τραχυνομένους.* Haud dubie scribendum est κατ' αὐτοῦ, ut legitur in codd. Regio et Fuketiano: quam emendationem etiam in libro Moræi ascriptam inveni. In veteribus etiam schedis ita emendatum est eadem manu.

(3) *Τοὺς ἐπὶ τῆς Ἄφρων χώρας.* Donatistas intelligit, de quorum audacia et insolentia multa habentur apud Optatum et Augustinum.

(4) *Ὡς ἔοικε, δαίμονος.* In schedis Regiis hic locus ita suppletur ad marginem: πονηροῦ τινος ὡς ἔοικε δαίμονος, quod certe est elegantius.

(5) *Γέλωτα τιθεμένου.* Nimis molli verbo usus est Eusebius. Nam quæ a Donatistis tunc in Africa gerebantur, ejusmodi erant, ut non risum, sed animadversionem potius mererentur. Nam et religionis sanctitas et imperatoris ipsius auctoritas ab iisdem insolentissime calcabatur. Sed fortasse Eusebius hoc loco ea duntaxat intelligit, quæ ad contemptum imperatoriæ majestatis pertinebant. Ea enim dissimulare potuit Constantinus, et risu potius quam commotione animi digna existimare. Cæterum ea quæ adversus Deum et catholicæ legis observantiam ab iisdem Donatistis gesta sunt, severissime vindicare, eoque consilio in Africam trajicere Constantinus decreverat, ut ipse scribit in epistola ad Celsum vicarium Africæ. D

(6) *Πρὸς τῆς τῶν ἀφραινόντων.* Ante hæc verba ponendus est asteriscus. Desunt enim nonnulla, quæ suppleri posse mihi videntur hoc modo: Οὐ γὰρ τοσοῦτον δικαιοσύνης ὑπερβολὴ ἂν εἴη τὸ ἐρεθίζεσθαι πρὸς τῆς τ. α. μανίας, ὅσον, etc. Aliter Christophorsonus et Savilius. In schedis Regiis hic locus ita suppletur ad marginem: Οὓς ἐλεεῖσθαι μᾶλλον ἢ κολάζεσθαι χρῆναι· αὐτὸν δὲ κατὰ μηδένα τρόπον ζημιοῦσθαι πρὸς τῆς τῶν ἀφραινόντων μανίας. Verum quæ mox sequuntur verba, hanc conjecturam respuunt. In codice Fuk. hic locus ita scribitur: Κολάζεσθαι χρῆναι· ὅσον γὰρ τὸ συμπαθεῖν αὐτοῖς ὑπερβολὴ φιλανθρωπίας, τοσοῦτο τὸ κολάζειν, ἀνδρῶν ἀφραινόντων ἀνοίας ἂν εἴη, καὶ οὐ φρονούντων ὀρθῶς. Sic etiam in libr. Turnebi et Savilii legitur. Verum hæc lectio ex conjectura antiquarii manasse mihi videtur.

Digitized by Google

stiliæ est, insurgere ad puniendum furorem hominum amentium, quantum eorumdem vicem dolere, extremæ humanitatis est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Νίκαι κατὰ βαρβάρων.

Ὧδε μὲν τὸν τῶν ἁπάντων ἕφορον Θεὸν διὰ πάσης βασιλεὺς θεραπεύων πράξεως, ἄτρυτον (7) ἐποιεῖτο τὴν τῶν ἐκκλησιῶν αὐτοῦ πρόνοιαν. Θεὸς δ' αὐτὸν ἀμειβόμενος, πάντα γένη βαρβάρων τοῖς αὐτοῦ καθυπέταττε ποσὶν, ὡς καὶ πάντη πανταχοῦ τρόπαια κατ' ἐχθρῶν ἐγείρειν· νικητήν τ' αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀνεκήρυττεν, ἐπίφοβόν τε ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις καθίστη, οὐκ ὄντα τὴν φύσιν τοιοῦτον, ἡμερώτατον δὲ καὶ πραότατον καὶ φιλανθρωπότατον, εἴ τις πώποτε καὶ ἄλλος.

CAPUT XLVI.

Victoriæ de barbaris relatæ.

Et imperator quidem ad hunc modum in omnibus suis actibus Deo omnium inspectori cultum exhibens, Ecclesiis ejus inconcussa sollicitudine providebat. Deus vero ei vicem rependens, cunctas fere barbaras gentes pedibus illius subjecit; adeo ut tropæa ubique de hostibus erigeret. Illum victorem apud omnes mortales illustri præconio renuntiavit; illum formidabilem inimicis et hostibus reddidit, quamvis suapte natura minime talis, sed potius mansuetissimus, lenissimus atque humanissimus esset omnium mortalium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

Μαξιμίνου θελήσαντος ἐπιβουλεῦσαι θάνατος, καὶ ἄλλων οὓς ἐξ ἀποκαλύψεως Κωνστάντινος εὗρεν.

Ἐν τούτοις δ' ὄντι αὐτῷ, μηχανὴν θανάτου συῤῥάπτων ἄλοις τῶν τὴν ἀρχὴν ἀποθεμένων ὁ δεύτερος (8), αἰσχίστῳ καταστρέφει θανάτῳ. Πρώτου δὲ τούτου (9) τὰς ἐπὶ τιμῇ γραφὰς, ἀνδριάντας τε καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ἐπ' ἀναθέσει τιμῆς νενόμιστο, παντοχοῦ γῆς, τοῦ ἀνοσίου τε καὶ δυσσεβοῦς καθῄρουν. Εἶτα δὲ καὶ μετὰ τοῦτον τῶν πρὸς γένους ἕτεροι κρυφίους αὐτῷ συῤῥάπτοντες ἐπιβουλὰς ἡλίσκοντο, παραδόξως τοῦ Θεοῦ τὰς τούτων ἁπάντων βουλὰς τῷ αὐτοῦ θεράποντι διὰ φασμάτων ἐκκαλύπτοντος. Καὶ γὰρ δὴ καὶ θεοφανείας αὐτὸν πολλάκις ἠξίου, παραδοξότατα θείας ὄψεως ἐπιφαινομένης αὐτῷ, παντοίας τε παρεχούσης πραγμάτων ἔσεσθαι μελλόντων προγνώσεις. Τὰ μὲν οὖν ἐκ Θεοῦ χάριτος ἀδιήγητα θαύματα οὐδ' ἔστι λόγῳ περιλαβεῖν δυνατὸν, ὅσα περ Θεὸς αὐτὸς τῷ αὐτοῦ θεράποντι παρέχειν ἠξίου· οἷς δὴ πεφραγμένος, ἐν ἀσφαλεῖ λοιπὸν τὴν ζωὴν διῆγε χαίρων μὲν ἐπὶ τῇ τῶν ἀρχομένων εὐνοίᾳ, χαίρων δὲ καὶ ἐφ' οἷς τοὺς ὑπ' αὐτὸν πάντας εὔθυμον διατελοῦν-

CAPUT XLVII.

Mors Maximiani et aliorum quorum insidias Deo revelante Constantinus deprehenderat.

Hæc dum ab eo geruntur, alter eorum qui se imperio abdicaverant, cum insidias in ejus necem compararet, deprehensus turpissimo mortis genere interiit. Primusque hic est cujus utpote impii ac scelerati hominis imagines omnes **432** et statuæ, cæteraque id genus monumenta quæ honoris causa erigi solent, ubique terrarum dejecta sunt. Post hunc alii quoque propinquitate generis conjuncti, cum occulte ei insidiarentur, deprehensi sunt; Deo scilicet cuncta illorum consilia mirabili quodam modo per visiones famulo suo detegente. Nam et præsentiam suam ei sæpius exhibere dignatus est; divina scilicet specie per summum miraculum ei apparente, ac futurarum rerum præscientiam ipsi suggerente. Et inexplicabilia quidem illa divinæ gratiæ miracula, quæ Deus ipse famulo suo præstare dignatus est, ne comprehendi quidem dicendo facile possunt. Quibus ille munitus, reliquum tempus ætatis tutissime traduxit; tum ex subditorum

(7) Vulg. *Ἄτρωτον*. Etsi hæc vox commode explicari potest de Constantino, cujus animum exulcerare atque exacerbare nunquam potuit Donatistarum et reliquorum ejusmodi hæreticorum amentia, mallem tamen hoc loco scribere ἄτρυτον· neque enim, meo quidem judicio, recte dici potest ἄτρωτον ἐποιεῖτο τὴν πρόνοιαν. Contra vero ἄτρυτον, elegantissime dicetur, id est, *indefessam curam ac providentiam gerebat*. Sic in libro II, cap. 14, ἄϋπνον ἐποιεῖτο τὴν ὑπὲρ τῶν κοινῶν φροντίδα.

(8) *Τῶν τὴν ἀρχὴν ἀποθεμένων ὁ δεύτερος.* Maximianum Herculium intelligit. Hic enim secundum imperii locum obtinuerat, cumque insidias adversus Constantinum struxisset, deprehensus fractis laqueo faucibus interiit. Sed et quæ sequuntur de imaginibus ejus et statuis dejectis atque abolitis, perspicue testantur Maximianum Herculium hic intelligi. Quod si verum est, fœdissimum errorem hic admisit Eusebius, qui Herculii mortem refert post victoriam de Maxentio, cum tamen certum sit Maximianum Herculium mortuum esse biennio ante cladem Maxentii, anno 310 Natalis Dominici. Quis vero credat tantum errorem ab Eusebio horum temporum æquali admitti potuisse? Adde quod titulus hujus capitis non Maximiani, sed Maximini nomen præfert. Itaque facile adducor ut credam hunc locum corruptum esse, atque ita emendari debere: Τῶν εἰς βασιλείαν προχειρισθέντων ὑπὸ τῶν τὴν ἀρχὴν ἀποθεμένων ὁ δεύτερος, ut Maximinus hic intelligatur, qui una cum Severo Cæsar factus est a Diocletiano et Maximiano, tunc cum purpuram deposuerunt, ut scribit Idatius in *Fastis*. Et sic temporum ordo apud Eusebium recte procedet. Maximinus enim post victoriam de Maxentio interiit, et quidem mortis genere turpissimo, ut scribit Eusebius in libro VIII, cap. 9.

(9) Vulg., *Πρὸ δὲ τούτου*. Lego πρώτου δὲ τούτου, ex libro VIII *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 25, ubi totus hic locus iisdem fere verbis legitur. Porro quod ait Eusebius Maximiano Herculio primo omnium contigisse, ut statuæ ejus atque imagines ubique locorum distrahrentur, id nemini mirum videri debet. Hoc enim sic intelligere debemus, ut cum dicit primum omnium Constantinum Chlorum inter divos relatum fuisse. Primum dicit ex omnibus quos quidem viderat imperatoribus. Quod si quis hæc de Maximino intelligere malit, sententiæ suæ astipulatorem habet Eusebium, qui in fine libri IX diserte testatur statuas omnes atque imagines Maximini post ejus obitum confractas fuisse.

Digitized by Google

benevolentia maximam capiens voluptatem ; tum ex eo quod cunctos imperio suo subjectos in summa tranquillitate ac lætitia degere videbat : tum præcipue ob splendorem ecclesiarum Dei incredibili gaudio gestiens.

τας βίον ἐώρα· ὑπερβαλλόντως δὲ ἐνευφραινόμενος τῇ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ φαιδρότητι.

CAPUT XLVIII.

Constantini decennalia.

Dum in hoc statu esset, decimus imperii ejus annus evolutus est. Cujus rei causa festis diebus per universum orbem Romanum celebratis, preces cum gratiarum actione tanquam puras victimas, ignis et nidoris expertes, Deo omnium Regi obtulit. Et ex his quidem maximam animo capiebat voluptatem : sed non perinde eum oblectabant nuntii illi, qui de provinciarum Orientis vastatione afferebantur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

Δεκαετηρίδος Κωνσταντίνου πανήγυρις.

Οὕτω δ' ἔχοντι, δεκαέτης αὐτῷ τῆς βασιλείας ἠνύετο χρόνος· ἐφ' ᾧ δὴ πανδήμους ἑκτελῶν ἑορτὰς, τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ εὐχαρίστους εὐχὰς, ὥσπερ τινὰς ἀπύρους καὶ ἀκάπνους θυσίας ἀνεπέμπετο. Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τούτοις χαίρων διετέλει, οὐ μὴν καὶ ἐφ' οἷς ἀκοῇ περὶ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τρυχομένων ἐθνῶν ἐπυνθάνετο.

B

CAPUT XLIX.

Quomodo Licinius Orientem afflixerit.

Etenim immanis quædam bellua tum Ecclesiæ Dei, tum reliquis provincialibus illic insidiari nuntiabatur : cum nequissimus dæmon quasi æmulatione succensus, iis quæ ab imperatore Dei amantissimo gerebantur, contraria facere studeret. Adeo ut imperium Romanum duas in partes divisum, nocti ac diei simile esse omnibus videretur. Quippe Orientis quidem incolas caligo noctis premebat : eos vero qui Occidentis partes habitabant, serenissimus illustrabat dies. Qui cum infinitis bonis a Deo sibi conciliatis fruerentur, non tulit id **433** maligni dæmonis invidia bonis omnibus infesta. Sed neque tyrannus qui alteram partem orbis Romani dominatione sua opprimebat, id ferendum putavit. Qui cum res suas prospero cursu ferri videret : tantique principis affinitate esset honoratus ; religiosi quidem imperatoris exemplum sequi neglexit : impiorum vero instituta atque improbos mores studuit imitari. Et quorum miserabilem vitæ exitum suis ipse oculis conspexisset, eorum consilia sequi maluit, quam in amicitia et concordia cum eo qui præstantior erat ac potior, permanere

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

Ὅπως τὴν ἀνατολὴν ἐκακούχει Λικίνιος.

Δεινὸς γάρ τις (10) αὐτῷ κάνταῦθα, τῇ τ' Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, τοῖς τε λοιποῖς ἐπαρχιώταις ἐφεδρεύειν ἀπηγγέλλετο θήρ· τοῦ πονηροῦ δαίμονος ὥσπερ ἀμιλλωμένου, τοῖς παρὰ τῷ θεοφιλεῖ πραττομένοις τἀναντία κατεργάζεσθαι, ὡς δοκεῖν τοῖς σύμπασι, τὴν ὑπὸ Ῥωμαίοις ἀρχὴν δυσὶ τμήμασιν ἀπολῃφθεῖσαν, ἰσοκέναι νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ, σκότους μὲν τοῖς τὴν ἑῴαν λαχοῦσιν ἐπιπολάζοντος, ἡμέρας δὲ τηλαυγεστάτης τοῖς τῆς θατέρας μοίρας οἰκήτορσι καταλαμπούσης· οἷς μυρίων ἀγαθῶν ἐκ Θεοῦ πρυτανευομένων, οὐκ ἦν τῷ μισοκάλῳ φθόνῳ φορητὴ ἡ τῶν γινομένων θέα· ὥσπερ οὖν οὐδὲ τῷ θάτερον μέρος τῆς οἰκουμένης καταπονοῦντι τυράννῳ, ὃς εὖ φερομένης τῆς ἀρχῆς αὐτῷ, Κωνσταντίνου τε τοσούτου βασιλέως ἐπιγαμβρίας ἠξιωμένος, μιμήσεως μὲν τοῦ θεοφιλοῦς ἀπελιμπάνετο, τῆς δὲ τῶν δυσσεβῶν προαιρέσεως ἐζήλου τὴν κακοτροπίαν, καὶ ὧν τοῦ βίου τὴν καταστροφὴν ἐπεῖδεν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς, τούτων ἔπεσθαι τῇ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ ταῖς τοῦ κρείττονος φιλικαῖς δεξιαῖς (11) ἐπειρᾶτο.

C

CAPUT L.

Quomodo Licinius Constantino insidiatus sit.

Bellum igitur inexpiabile homini bene de se merito intulit ; nec amicitiæ jura, nec sacramentorum religionem, nec generis necessitudinem, nec fœdera in memoriam revocans. Nam Constantinus quidem, utpote benignissimus princeps, quo sinceræ benevolentiæ certissimum ei argumentum daret, paternæ stirpis nobilitatem, et imperatorii jam inde a majoribus generis splendorem ei communicaverat, sorore sua in matrimonium data : totiusque imperii Romani consortio eumdem frui permiserat. Licinius vero plane his contraria animo volvens, adversus præstantiorem occultis artibus grassabatur ; varia subinde insidiarum genera comminiscens, ut bene meritum malis remuneraretur. Ac principio quidem amicitiam simulans, dolo ac fraude cuncta agebat ;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Ὅπως Κωνσταντίνῳ Λικίνιος ἐπιβουλεύειν ἤθελε.

Πόλεμον δ' οὖν ἄσπονδον πρὸς τὸν εὐεργέτην αἴρεται, οὐ φιλικῶν νόμων, οὐχ ὁρκωμοσιῶν, οὐ συγγενείας, οὐ συνθηκῶν μνήμην ἐν διανοίᾳ λαμβάνων. Ὁ μὲν γὰρ φιλανθρωπότατος εὐνοίας αὐτῷ παρέχων ἀληθοῦς σύμβολον, πατέρων συγγενείας, βασιλικοῦ τ' ἀνέκαθεν αἵματος κοινωνὸν γενέσθαι, γάμῳ τὴν ἀδελφὴν συνάψας, τῆς τε κατὰ πάντων ἀπολαύειν ἀρχῆς τῶν λαχόντων, παρεῖχε τὴν ἐξουσίαν· ὁ δὲ τούτοις τἀναντία γινώσκων, κατὰ τοῦ κρείττονος μηχανὰς συνεσκευάζετο, ἄλλοτ' ἄλλους ἐπινοῶν ἀπειλῆς τρόπους, ὡς ἂν κακοῖς τὸν εὐεργέτην ἀμείψαιτο. Καὶ τὰ μὲν πρῶτα φιλίαν ὑποκοριζόμενος, δόλῳ καὶ ἀπάτῃ πάντ' ἔπραττεν, ἐφ' οἷς ἐτόλμα, λήσεσθαι ἐλπίζων· τῷ δ' αὐτοῦ θεράποντι Θεὸς τὰς ἐν σκότῳ μηχανωμένας ἐπιβουλὰς καταφώρους ἐποίει. Ὁ δ' ὡς ἐπὶ τοῖς πρώτοις ἠλί-

D

(10) *Δεινὸς γάρ τις.* Ab his verbis caput inchoatur in codice Fuk. et in schedis veteribus.

(11) *Φιλικαῖς δεξιαῖς.* Hic locus supplendus est ex capite octavo libri decimi *Historiæ ecclesiasticæ*, ex quo etiam caput sequens emendandum est.

Digitized by Google

κετο, ἐπὶ δευτέρας ἀπάτας ἐχώρει, νῦν μὲν φιλικὰς προτείνων δεξιάς, νῦν δὲ συνθηκῶν ὁρκωμοσίοις πιστούμενος. Εἶτ' ἀθρόως ἀθετῶν τὰ δεδογμένα, καὶ αὖθις ἀντιβολῶν διὰ πρεσβείας, καὶ πάλιν ἀσχημονῶν ταῖς ψευδολογίαις, τέλος προφανῆ πόλεμον ἀνακηρύττει, ἀπονοίᾳ τε λογισμοῦ, κατ' αὐτοῦ λοιπὸν τοῦ Θεοῦ ὃν ἠπίστατο σέβειν τὸν βασιλέα, παρατάττεσθαι ὡρμᾶτο.

A sperans fore ut consilia sua laterent. Verum Deus insidias quæ clanculo struebantur, famulo suo detexit. At Licinius in primis conatibus deprehensus, ad secundas fraudes se contulit; nunc amicitiæ fidem prætendens; nunc fœderum ac sacramentorum religione fidem sibi concilians : deinde pacta conventa repente violans, rursusque per legatos veniam poscens : ac denuo mendaciis fœde illudens, Tandem vero bellum palam indixit, et desperata mentis audacia incitatus, adversus Deum ipsum cujus cultui imperatorem Constantinum deditum esse cognoverat, arma deinceps ferre instituit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Διωγμοῦ κατ' ἐπισκόπων συσκευαὶ, καὶ συνόδων κωλύσεις.

Πρώτους γέ τοι τοὺς ὑπ' αὐτὸν τῷ θεῷ λειτουργοὺς, μηδὲν πώποτε πλημμελὲς παρὰ τὴν ἀρχὴν διαπονηθέντας, ῥήμα τέως περιειργάζετο, προφάσεις κατ' αὐτῶν κακοτέχνους θηρώμενος. Μηδεμιᾶς γε μὴν εὐπορῶν αἰτίας, μηδ' ἔχων ὅποι τοῖς ἀνδράσι καταμέμψοιτο, νόμον ἐκπέμπει διακελευόμενον, μηδαμῇ μηδαμῶς ἀλλήλοις ἐπικοινωνεῖν τοὺς ἐπισκόπους, μηδ' ἐπιδημεῖν αὐτῶν ἐξεῖναί τινι τῇ τοῦ πέλας ἐκκλησίᾳ, μηδέ γε συνόδους ἢ βουλὰς καὶ διασκέψεις περὶ τῶν λυσιτελῶν ποιεῖσθαι. Τὸ δ' ἦν ἄρα πρόφασις τῆς καθ' ἡμῶν ἐπηρείας. Ἡ γὰρ παραβαίνοντας τὸν νόμον, ἐχρῆν ὑποβάλλεσθαι τιμωρίᾳ, ἢ πειθαρχοῦντας τῷ παραγγέλματι, παραλύειν Ἐκκλησίας θεσμούς· ἄλλως γὰρ οὐ δυνατὸν τὰ μεγάλα τῶν σκεμμάτων, ἢ διὰ συνόδων κατορθώσασθαι. Καὶ ἄλλως δ' ὁ θεομισὴς τῷ θεοφιλεῖ τἀναντία πράττειν ἐγνωκὼς, τὰ τοιάδε παρήγγελλεν. Ὁ μὲν γὰρ τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ, τῇ πρὸς τὸν ἱερωμένον τιμῇ (12), εἰρήνης τε καὶ ὁμονοίας ἐπὶ ταὐτὸ συνῆγεν· ὁ δὲ καλὰ παραλύειν μηχανώμενος, διασκεδάζειν τὴν σύμφωνον ἁρμονίαν ἐπειρᾶτο.

CAPUT LI.

Licinii insidiæ adversus episcopos, et prohibitio synodorum.

434 Ac primum quidem Dei ministros sub ditione sua degentes, qui nihil unquam criminis adversus B imperium ipsius commiserant, obscure et callide circumvenit, varias adversus eos calumnias investigans. Cumque nullum ipsi crimen suppeteret, nec haberet quod viris illis posset objicere; lege lata præcepit ne episcopi uspiam inter se de ulla re conferrent, neve ulli eorum in alterius sibi vicini ecclesiam ventare liceret, et synodos ac concilia de communibus negotiis habere. Verum hæc illi ad nos vexandos occasio quærebatur. Nam si quidem nostri legem violassent, pœnam subire eos oportebat : sin præcepto paruissent, ecclesiasticas leges convelli. Neque enim majoris momenti controversiæ, aliter quam per synodos componi possunt. Et alioqui Deo infestus tyrannus, cum principi Deo amantissimo adversari in omnibus studeret, hæc C nostris imperavit. Nam Constantinus quidem sacerdotes Dei, pacis et concordiæ mutuæ causa in unum convocabat : idque in honorem ejus cui sacra faciebant. Licinius vero dum optima quæque convellere molitur, concentum Ecclesiarum turbare tentavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Ἐξορισμοὶ καὶ δημεύσεις κατὰ Χριστιανῶν.

Εἶτ' ἐπειδὴ ὁ τῷ Θεῷ φίλος εἴσω βασιλικῶν οἴκων τοὺς θεράποντας εἰσέρχεσθαι ἠξίου, τἀναντία φρονῶν ὁ θεομισὴς, ἅπαντας τοὺς ὑπ' αὐτῷ θεοσεβεῖς βασιλικῶν ἀπήλαυνεν οἴκων (13), αὐτούς τε μάλιστα τοὺς

CAPUT LII.

Christianorum exsilia et proscriptiones.

Et quoniam Deo charus Constantinus famulos Dei in palatium libenter admittebat; hostis Dei Licinius contraria omnia sentiens, cunctos Dei cultores qui sub imperio suo degebant, palatio expulit :

(12) *Τῇ πρὸς τὸν ἱερωμένον τιμῇ.* Turnebus ad oram sui codicis emendavit τῇ πρὸς τὸ ἱερωμένον. Idque etiam in *Morei* libro reperi. Ego vero malim scribere πρὸς τῇ τῶν ἱερωμένων τιμῇ, etc. Reddit enim rationem Eusebius, cur Constantius imp. synodos episcoporum identidem congregaret. Prima, inquit, causa erat, ut sacerdotibus Dei in unum collectis honorem exhiberet. Secunda ut pacem inter ipsos et concordiam stabiliret. Certe τοὺς ἱερωμένους Eusebius vocare solet sacerdotes, ut passim occurrit in his libris. Quod si cum Turnebo legere malimus πρὸς τὸ ἱερωμένον, tum scribendum erit τῆς τιμῆς, ut cum sequentibus oratio cohæreat; et τὸ ἱερωμένον pro religione ipsa sumetur, quod est durius. Mallem enim dicere τῇ πρὸς τὸν ἱερὸν νόμον τιμῇ.

(13) *Τοὺς θεοσεβεῖς βασιλικῶν ἀπήλαυνεν οἴκων.* Eusebius in *Chronico* anno decimo quarto Constantini : « Licinius, inquit, Christianos de palatio suo pellit. » Idem habet Orosius in libro VII, sed perturbato rerum ac temporum ordine, dum id refert ante Cibalense bellum, quod quidem bellum octavo anno principatus Constantini contigit. Duplex enim fuit civile bellum inter Constantinum ac Licinium. Primum quo Licinius victus fuit ad Cibalim Pannoniæ, anno Christi 314. Cujus belli causas unus quod sciam retulit auctor excerptorum de *Gestis Constantini*, quam ad calcem Amm. Marcellini jampridem edidi. Posterius vero bellum fuit illud, quo juxta Adrianopolim fusus ac fugatus fuit Licinius, tandemque ad deditionem compulsus, anno Christi 324. Ac prioris quidem belli mentionem nullam fecit Eusebius : ideo fortasse quod Licinius nondum adversus Christianos persecutionem excitasset. Diu siquidem post prius illud bellum Licinius Christianos persequi instituit, anno scilicet XIV imperii Constantini, ut legitur in *Chronico* Eusebii editionis Scaligeri ac Miræi, id est, anno Christi 320. Idem annus habetur in *Chronico* Cedreni. At Baronius Licinium anno Christi 316, persecutionem in Christianos commovisse scribit. Verum in Baronii *Annalibus* historia utriusque

Digitized by Google

et quos in comitatu suo habebat fidissimos ac devotissimos, eos præcipue in exilium relegavit. Quique ob egregia facinora vel honore aliquo, vel dignitate ab ipso antehac fuerant ornati, hos aliis servire, et famulorum ministeria obire mandavit. Cumque omnium bona tanquam lucrum aliquod sibi oblatum rapuisset, ad extremum mortem quoque minatus est iis, qui salutare sibi nomen Christianæ religionis assumerent. Porro cum in omnem libidinem ac lasciviam effusus esset, multaque adulteria aliaque detestandæ obscœnitatis flagitia committeret, pudicitiæ et continentiæ honestatem ab hominibus præstari **435** neutiquam posse censuit; de communi hominum natura ex suomet ipsius morbo pessime judicans.

A ἀμφ' αὐτὸν πιστοτάτους καὶ εὐνουστάτους ἄνδρας εἰς ἐξορίαν ἐδίδου· τοὺς τ' ἐκ προτέρων ἀνδραγαθημάτων, τιμῆς καὶ ἀξιωμάτων παρ' αὐτῷ λαχόντας δουλεύειν ἑτέροις, οἰκετικάς τε ποιεῖσθαι διακονίας προέταττε, πάντων δὲ τὰς ὑπάρξεις ἀντὶ ἑρμαίου προαρπάζων, ἤδη καὶ θάνατον ἠπείλει τοῖς τὸ σωτήριον ἐπιγραφομένοις ὄνομα. Ὁ δ' αὐτός (14) γέ τοι τὴν ψυχὴν ἐμπαθὴς καὶ ἀκόλαστον κεκτημένος, μυρίας τε δρῶν μοιχείας ἐπιῤῥήτους τ' αἰσχρουργίας, τὸν σωφροσύνης κόσμον τῶν ἀνθρώπων ἀπεγίνωσκε (15), φύσεως ἐλέγχῳ κακῷ χρώμενος αὐτὸς ἑαυτῷ.

CAPUT LIII.

Edictum Licinii, ne mulieres una cum viris in ecclesiam convenirent.

Idcirco alteram legem tulit, qua jubebat, ne viri orandi causa in ecclesiam Dei simul cum mulieribus convenirent; neve mulieres ad venerandas virtutis scholas discendi causa ventarent; postremo ne episcopi divinæ religionis præcepta mulieribus traderent: sed ut mulieres ad id electæ, docendis mulieribus præficerentur. Quæ cum ab omnibus riderentur, aliud quidpiam commentus est ad Ecclesiarum eversionem. Jussit enim ut solemnes populorum conventus extra portas in aperta planitie celebrarentur; asserens liberum extra portas aerem turbis longe commodiorem esse, quam oratoria intra urbem sita.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Γυναῖκας εἰς ἐκκλησίας ἀνδράσιν ἅμα μὴ συνάγεσθαι πρόσταγμα.

Διὸ δὴ δεύτερον νόμον ἐτίθει, μὴ δεῖν προστάττων ἄνδρας ἅμα γυναιξὶν ἐπὶ τὰς τοῦ Θεοῦ παρεῖναι εὐχάς, μηδ' ἐπὶ τὰ σεμνὰ τῆς ἀρετῆς διδασκαλεῖα φοιτᾷν τὸ γυναικῶν γένος, μηδ' ἐπισκόπους καθηγεῖσθαι γυναιξὶ θεοσεβῶν λόγων, γυναῖκας δ' αἱρεῖσθαι γυναικῶν διδασκάλους. Γελωμένων δὲ τούτων παρὰ τοῖς πᾶσιν, ἄλλο τι πρὸς καθαίρεσιν τῶν ἐκκλησιῶν ἐμηχανᾶτο, δεῖν φήσας πυλῶν ἐκτὸς ἐπὶ καθαρῷ πεδίῳ τὰς ἐξ ἔθους συγκροτήσεις τῶν λαῶν ποιεῖσθαι· τῶν γὰρ κατὰ πόλιν προσευκτηρίων, παρὰ πολὺ τὸν ἐκτὸς πυλῶν ἀέρα τῷ κοινῷ διαλλάττειν.

CAPUT LIV.

Quomodo eos qui sacrificare renuissent, militia solvit: et carcere inclusos, ali vetuit.

Verum cum ne in hoc quidem obsequi sibi illos videret, tandem rejectis ambagibus, nudo quod aiunt capite, decrevit ut milites qui per singulas urbes apparebant judicibus, nisi dæmonibus sacrificare mallent, ab apparitione præsidialis officii removerentur. Proinde officia magistratuum per singulas provincias viris piis ac religiosis nudabantur. Sed et ipse qui hanc legem tulerat, nudabatur

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΔ'.

Τοὺς μὴ θύοντας ἀποστρατεύεσθαι· καὶ τοὺς ἐν φυλακαῖς μὴ τρέφεσθαι.

Ὡς δ' οὐκ εἶχεν οὐδ' ἐν τούτῳ τοὺς ὑπακούοντας, γυμνῇ λοιπὸν τῇ κεφαλῇ τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας (16), ἡγεμονικῶν ταγμάτων ἀποβάλλεσθαι, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσιν αἱροῖντο θύειν, παρεκελεύετο. Ἐγυμνοῦντο δῆτα τῶν κατὰ πᾶν ἔθνος ἀξιωμάτων αἱ τάξεις (17), ἀνδρῶν θεοσεβῶν, ἐγυμνοῦτο δὲ καὶ αὐτὸς ὁ τούτων νομοθέτης, εὐχῶν ὁσίων ἀνδρῶν ἑαυτὸν στερήσας. Τί δεῖ τῶν ἐκτὸς μνημονεύειν (18), ὡς τοὺς

Liciniani belli admodum confusa est; quæ partim ex *Fastis* Idatii, partim ex *Gestis Constantini* a me olim editis restituenda est. Certe Sozomenus in libro I, cap. 7, diserte testatur, Licinium post Cibalense demum bellum Christianos persequi instituisse.

(14) *Ὁ δ' αὐτός.* Ab his verbis novum caput inchoandum erat. Hæc enim pertinent ad 2 legem Licinii. Porro quod in titulo capitis legitur in Vulg. εἰς ἐκκλήμενον, mendosum videtur pro εἰς ἐκκλησίαν. Mirum est tamen tum in codice Regio, tum in veteribus schedis constanter legi εἰς ἐκκλήμενον συνάγεσθαι. Quanquam in schedis emendatum est eadem manu εἰς ἐκκλησίας μὴ συνάγεσθαι. Sed in Fuk. codice optime scribitur εἰς ἐκκλησίας ἀνδράσιν ἅμα μὴ συνάγεσθαι.

(15) *Τῶν ἀνθρώπων ἀπεγίνωσκε.* Scribendum videtur τῆς τῶν ἀνθρώπων ἀπεγίνωσκε φύσεως, ἐλέγχῳ κακῷ χρώμενος.

(16) *Τοὺς κατὰ πόλιν στρατιώτας.* Vide quæ notavi ad caput octavum libri decimi *Historiæ ecclesiasticæ*, unde hæc pene ad verbum transcripta sunt.

(17) *Τῶν κατὰ πᾶν ἔθνος ἀξιωμάτων αἱ τάξεις.* Sic construenda sunt hæc verba, quod non vidit Christophorsonus. Certe in codice Fuk. post vocem τάξεις virgula apponitur. Τάξεις seu τάγματα sunt officia magistratuum. Singuli enim magistratus suum habebant officium seu apparitionem. D Id erat corpus quoddam officialium seu militum, qui judicibus apparebant, ut videre est in *Notitia imperii Romani*. Hæc officia Græci τάξεις vocabant, ut jampridem notavi ad lib. XXVI, Amm. Marcellini, pag. 318. Recte igitur in veteribus glossis scribitur τάξις ἄρχοντος, *officium, apparitio.* Sic Joannes Chrysostomus homilia 1 *in Epistolam ad Corinthios*: Οὐχ ὁρᾶτε τοὺς παῖδας, ὅταν παίζοντες τάξιν ποιῶσι καὶ στρατιώτας· καὶ προηγῶνται αὐτῶν κήρυκες καὶ ῥαβδοῦχοι· καὶ μέσος ὁ παῖς ἐν χώρᾳ ἄρχοντος βαδίζῃ. *Nonne videtis pueros, quando ludentes apparitionem exprimunt et officiales. Ac præcones quidem præcedunt cum licto-ribus. Puer vero medius incedit personam præsidis gerens.*

(18) *Τῶν ἐκτὸς μνημονεύειν.* Joannes Morinus, vir doctissimus, qui hos libros Gallice interpretatus est, τοὺς ἐκτός hoc loco gentiles esse existimavit. Certe Eusebius in lib. II, cap. 21 et 23, τοὺς ἐκ-

Digitized by Google

ἐν εἱρκταῖς ταλαιπωρουμένους μηδένα μεταδόσει τροφῆς φιλανθρωπεύεσθαι ἐκέλευσε, μηδ' ἐλεεῖν τοὺς ἐν δεσμοῖς λιμῷ διαφθειρομένους, μηδ' ἁπλῶς ἀγαθὸν εἶναι μηδένα, μηδ' ἀγαθόν τι πράττειν τοὺς καὶ πρὸς τῆς φύσεως ἐπὶ τὸ συμπαθὲς τῶν πέλας ἑλκομένους; Καὶ ἦν γε νόμων οὗτος ἄντικρυς ἀναιδὴς καὶ παρανομώτατος, πᾶσαν ὑπεραντλοῦντίζων φύσιν· ἐφ' ᾧ καὶ τιμωρία προσέκειτο, τοὺς ἐλεοῦντας τὰ ἴσα πάσχειν τοῖς ἐλεουμένοις, ὑπομένοντας τιμωρίας τοὺς τὰ φιλάνθρωπα διακονουμένους.

A orationibus sanctorum virorum, quibus semetipse privarat. Quid præterea commemorare attinet, quo pacto præceperit, ne miseris in carcere detentis alimenta quisquam humaniter subministraret; neve quis homines in vinculis fame contabescentes miseratione prosequeretur: hoc est, ne quis omnino vir bonus exsisteret; neve ii qui ad proximorum miserationem natura ipsa ducuntur, boni quidquam præstarent? Fuit hæc profecto quidem lex palam impudens et immanissima; omnemque morum feritatem facile superavit. Quin etiam legi adjecta erat hæc pœna, ut qui inclusis stipem dedissent, pari cum ipsis supplicio plecterentur; utque in carcerem et vincula conjecti eamdem cum noxiis pœnam subirent, qui humanitatis officia eis præstitissent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ'.

Περὶ τῶν Λικινίου παρανομιῶν καὶ πλεονεξιῶν.

Τοιαῦται Λικινίου αἱ διατάξεις. Τί δὲ χρὴ τὰς περὶ γάμων αὐτοῦ καινοτομίας ἀπαριθμεῖσθαι, ἢ τοὺς ἐπὶ τοιούτοις τὸν βίον μεταλλάττουσι νεωτερισμούς, δι' ὧν τοὺς παλαιοὺς Ῥωμαίων εὖ καὶ σοφῶς κειμένους νόμους περιγράψαι τολμήσας, βαρβάρους τινὰς καὶ ἀνημέρους ἀντεισῆγε, σκήψεις ἐπινοῶν μυρίας κατὰ τῶν ὀπηκόων; Ἔνθεν ἀναμετρήσεις ἐπενόει γῆς, ὡς ἂν πλείονα τῷ μέτρῳ λογίζοιτο τὴν ἐλαχίστην, δι' ἁπληστίαν περιττῶν εἰσπράξεων. Ἔνθεν τῶν κατ' ἀγροὺς μηκέτι ὄντων ἀνθρώπων, πρόπαλαι δ' ἐν νεκροῖς κειμένων, ἀναγραφὰς ἐποιεῖτο, αἰσχρὸν αὐτῷ κέρδος ἐκ τούτου ποριζόμενος. Οὐ γὰρ εἶχεν αὐτῷ μέτρον ἡ μικρολογία, οὐδ' ἡ ἁπληστία κόρῳ περιωρίζετο. Διὸ δὴ πάντα πληρώσας χρυσοῦ καὶ ἀργύρου χρημάτων τ' ἀπείρων πλήθει, στένων ἀπωδύρετο πτωχείαν, Ταντάλειῳ πάθει τὴν ψυχὴν τρυχόμενος. Οἵας δ' ἐφεῦρε κατὰ τῶν μηδὲν ἠδικηκότων ὑπερορίους τιμωρίας, οἵας ὑπαρχόντων δημεύσεις, οἵας εὐπατριδῶν καὶ ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἀπαγωγάς, ὧν τὰς κουριδίας μιαροῖς οἰκέταις ἐφ' ὕβρει πράξεως αἰσχρᾶς παρεδίδου· ὅσαις δ' αὐτὸς, καίπερ ἤδη γήρᾳ τὸ σῶμα πεπαλαιωμένος, γυναιξὶν ὑπάνδροις, παρθένοις τε κόραις ἐπεχείρει, οὐ δὴ ταῦτα χρεὼν μηκύνειν, τῆς τῶν ἐσχάτων αὐτοῦ πράξεων ὑπερβολῆς σμικρὰ τὰ πρῶτα καὶ τὸ μηδὲν ἀποδειξάσης.

B

436 CAPUT LV.

De iniquitate et avaritia Licinii.

Hujusmodi fuere constitutiones Licinii. Quid vero opus est recensere quæ in nuptiis aut circa morientes innovavit; vetustas Romanorum leges recte et sapienter constitutas ausus abolere, et barbaras quasdam atque immanes planeque illegitimas et iniquas leges illarum loco substituere? Mille præterea exactionum genera adversus subditos excogitavit. Quocirca novas agrorum mensiones adinvenit, ut exigui agri majorem imputaret modum, ob inexplebilem cupiditatem nimiarum exactionum. Ideo rusticorum qui superstites amplius non erant, sed jampridem obierant, nomina in censualibus tabulis inscribebat, turpis lucri hinc compendium captans. Neque enim sordida hominis parcimonia ullum habebat modum, nec habendi cupiditatem satietas finiebat. Itaque cum auro et argento et immensa opum copia thesauros suos implesset, gemens de paupertate sua querebatur, Tantalico quodam morbo vexatus. Quid referam exsilia quibus viros innocentes damnavit? Quid bonorum publicationes? Quid nobiles ac præcipuæ dignitatis homines in carcerem abductos, quorum uxores sceleratis quibusdam mancipiis constuprandas dabat? Quid mulieres nuptas, quid virgines recenseam, quibus ipse, licet affecta jam ætate, vim inferre tentavit! Nihil opus est in his commemorandis diutius immorari, cum postremorum ejus facinorum gravitas, ut priora hæc levia ac prope nulla viderentur, effecerit.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝϚ'.

Ὅτι διωγμὸν ποιῆσαι λοιπὸν ἐπεχείρει.

Τὸ γοῦν τέλος αὐτῷ τῆς μανίας κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ὡπλίζετο, ἐπί τε τοὺς ἐπισκόπους ἐχώρει, οὓς ἂν μάλιστα ἐναντιουμένους ἑώρα· καὶ ἐχθροὺς ἡγεῖτο τοὺς τῷ θεοφιλεῖ καὶ μεγάλῳ βασιλεῖ φίλους. Διὸ δὴ μάλιστα καθ' ἡμῶν τὸν θυμὸν ὠξύνετο, τοῦ σώφρονος (19) παρενηνεγμένος, οὔτε τὴν μνήμην τῶν πρὸ αὐτοῦ Χριστιανοὺς ἐκδικησάντων ἐν νῷ κατεβάλετο, οὔθ' ὧν αὐτὸς ὀλετὴρ καὶ τιμωρὸς δι' ἃς μετῆλθον ἀσεβείας, κατέστη, οὔθ' ὧν αὐτόπτης γέγονεν, αὐτοῖς

D

CAPUT LVI.

Quomodo persecutionem adversus Christianos tandem excitaverit.

Denique eo furoris processit, ut Ecclesiis bellum inferret, ipsosque episcopos adoriretur, quos maxime sibi adversos esse intelligebat; pro inimicis habens eos qui maximi Deoque charissimi imperatoris amici essent. Ob quam præcipue causam furorem suum in nos exacuit, a recta ratione desciscens. Nec exemplum eorum qui ante ipsum Christianos fuerant persecuti, in memoriam sibi revocavit; nec illorum quorum ob impia facinora ultor ipse

τός ponit pro paganis seu gentilibus. Vide quæ supra notavi ad caput 43 hujus libri. Christophorsonus tamen τῶν ἐκτός interpretatus est *prælerea*; ut idem sit ac τούτων ἐκτός, quomodo locutus est Eusebius, cap. 43.

(19) *Τοῦ σώφρονος*. Post hæc verba asteriscus apponendus est. Desunt enim nonnulla, quæ tamen ex lib. x, cap. 8, ita suppleri possunt: τοῦ σώφρονος ἐκτραπεὶς λογισμοῦ. In codd. Fuk. Turnebi ac Sav. legitur τοῦ σώφρονος παρενηνεγμένος.

Digitized by Google

atque exstinctor fuerat constitutus. Nec animo et cogitatione **437** recoluit ea quorum ipse spectator exstiterat, tunc cum illum omnium malorum antesignanum, quisquis ille tandem fuit, inflicta divinitus plaga percussum suis ipse oculis conspexit.

CAPUT LVII.

Qualiter Maximianus fistuloso ac verminante ulcere perdomitus, pro Christianis legem scripserit.

Nam cum hic Ecclesias oppugnare exorsus fuisset, primusque justorum ac Dei cultorum cædibus animum suum contaminasset; merito eum divina ultio corripuit, ab ipsis exorsa carnibus, et ad animam usque progressa. Repente enim in medio occultiorum corporis partium abscessus ei nascitur; ulcus deinde in imo fistulosum. Utriusque insanabilis morsus intima viscera depascebatur. Ex his incredibilis vermium multitudo scaturiens, letalem exhalabat fetorem. Quippe illi tota corporis moles, ob nimiam alimenti copiam in immensam quamdam pinguedinem conversa erat: quæ nunc temporis in tabem soluta, horrendum et intolerabile spectaculum astantibus præbuisse fertur. Tot igitur quassatus malis, tandem intelligere cœpit quæ contra Ecclesiam scelera admisisset. Posthæc errorem suum Deo confessus, persecutionem Christianorum cohibere, et regalibus edictis ac legibus emissis, ecclesias eorum quantocius ædificari, ipsosque Christianos sacra sua solito more peragere, et pro imperatore preces ad Deum fundere jubet.

CAPUT LVIII.

Qualiter Maximinus, Christianorum persecutor, fugiens servili habitu sese occultaverit.

Verum hic quidem qui persecutionis auctor fuerat, hujusmodi pœnas luit. Is vero de quo nunc loquimur Licinius, qui horum testis ac spectator exstiterat, et qui cuncta accurate experientia ipsa docente cognoverat; repente omnium oblitus, nec supplicium priori huic irrogatum animo reputavit, nec quas divina justitia de posteriore altero sumpserat pœnas. Qui quidem cum priorem illum tanquam in quodam scelerum certamine superare ambitiose contenderet, novorum adversus nostros suppliciorum inventione gloriabatur. Neque enim ignis aut ferrum, non clavorum suffixiones, non bestiarum laniatus, nec maris altissimi gurgites ei suffecerunt. Sed **438** præter hæc omnia novum quoddam supplicii genus ipse commentus, membra quibus lucis usuram percipimus, mutilari lege lata præcepit. Statim igitur conferta agmina non virorum modo, verum etiam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΖ'.

Ὅτι Μαξιμιανὸς σύριγγι καὶ σκώληκι δαμασθεὶς, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔγραφεν.

Ἐπειδὴ γὰρ τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν κατῆρχε πολιορκίας οὗτος, πρῶτός τε τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν δικαίων καὶ θεοσεβῶν ἐνέφυρεν αἵμασι, θεόπεμπτος αὐτὸν μετῆρχετο τιμωρία, ἐξ αὐτῆς αὐτοῦ καταρξαμένη σαρκὸς, καὶ μέχρι τῆς ψυχῆς προελθοῦσα. Ἀθρόα μὲν γὰρ αὐτῷ περὶ τὰ μέσα τῶν ἀπορρήτων τοῦ σώματος ἀπόστασις γίνεται· εἶθ' ἕλκος ἐν βάθει συριγγῶδες, καὶ τούτων ἀνίατος νομὴ κατὰ τῶν ἐνδοτάτω σπλάγχνων· ἀφ' ὧν ἄλεκτόν τι πλῆθος σκωλήκων βρύειν, θανατώδη τε ὀδμὴν ἀποπνεῖν, τοῦ παντὸς ὄγκου τῶν σωμάτων ἐκ πολυτροφίας εἰς ὑπερβολὴν πλήθους πιμελῆς μεταβεβληκότος· ἣν τότε κατασαπεῖσαν, ἀφόρητον καὶ φρικτοτάτην τοῖς πλησιάζουσι παρέχειν τὴν θέαν φασί. Καὶ δὴ τοσούτοις παλαίων κακοῖς, ὡς ποτε συναίσθησιν τῶν κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τετολμημένων αὐτῷ λαμβάνει· κἄπειτα τῷ Θεῷ ἐξομολογησάμενος, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν ἀποπαύει διωγμὸν, νόμοις τε καὶ διατάγμασι βασιλικοῖς, τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν οἰκοδομεῖν ἐπισπέρχει, τά τε συνήθη πράττειν αὐτοὺς, εὐχὰς ὑπὲρ αὐτοῦ ποιουμένους διακελεύεται

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΗ'.

Ὅτι Μαξιμῖνος διώξας Χριστιανοὺς, καὶ φυγὼν ὡς οἰκέτης ἐκρύπτετο.

Ἀλλ' ὁ μὲν τοῦ διωγμοῦ κατάρξας, τοιαύτην ὑπεῖχε δίκην. Τούτων δ' αὐτόπτης ὁ πρὸς τοῦ λόγου δηλούμενος γεγονὼς, καὶ ταῦτ' ἀκριβῶς διεγνωκὼς τῇ πείρᾳ, λήθην ἀθρόως ἁπάντων ἐποιεῖτο, οὔτε τὴν κατὰ τοῦ προτέρου ποινὴν ἀνενέγκας τῇ μνήμῃ, οὔτε τὴν [ἐκ] τοῦ δευτέρου τιμωρὸν δίκην (21). Ὃς δὴ καὶ αὐτὸς ὑπερβαλέσθαι τὸν πρῶτον ὡς ἐν κακῶν πεφιλοτιμημένος ἀγῶνι, καινοτέρων τιμωριῶν εὑρέσει καθ' ἡμῶν ἐκαλλωπίζετο. Οὐκ ἀπῆρκει γοῦν αὐτῷ πῦρ καὶ σίδηρος καὶ προσήλωσις, οὐδέ γε θῆρες ἄγριοι καὶ θαλάττης βυθοί. Ἤδη δὲ πρὸς ἅπασι τούτοις, ξένην τινὰ κόλασιν αὐτὸς ἐφευρὼν, τὰ τοῦ φωτὸς αἰσθητήρια λυμαίνεσθαι δεῖν ἐνομοθέτει. Ἀθρόα δῆτα πλήθη οὐκ ἀνδρῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ παίδων καὶ γυναικῶν, ὁράσεις δεξιῶν ὀφθαλμῶν, ποδῶν τ' ἀγκύλας σιδήρῳ καὶ καυτῆρσιν ἀχρειούμενα, ταλαιπωρεῖσθαι μετάλλοις παρεδίδοτο. Ὧν ἕνεκα, καὶ τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν ἡ τοῦ Θεοῦ δικαιοκρισία μετῆει· ὅτε δαιμό-

(20) *Πρωτοστάτην.* Galerium Maximianum intelligit, qui primus auctor fuit ac signifer persecutionis Christianorum, ut scribit Eusebius in lib. VIII. Cedrenus scribit Maximianum anno 18 Diocletiani persecutionem adversus Christianos excitasse, suasu Theotecni cujusdam præstigiatoris. Qui cum Acta Pilati plena impietatis adversus Christum composuisset, Galerius edicto sanxit, ut magistri ea memoriter discenda pueris traderent. Sed nemo non videt Cedrenum hic falsum esse, qui Galerio Maximiano tribuerit id quod diu postea gestum est a Maximino. Est hic solemnis ac pervulgatus error Græcorum, ut Maximianum cum Maximino permisceant.

(21) *Οὔτε τὴν ἐκ τοῦ δευτέρου τιμωρὸν δίκην.* Delenda est præpositio. Porro hic posterior est Maximinus Orientis tyrannus.

Digitized by Google

ων ἐλπίσιν, ὧν δὴ ᾤετο θεῶν, ὁπλιτῶν τε μυριάσιν ἀναριθμήτοις ἐπιθαῤῥήσας, πολέμῳ παρετάττετο. Τηνικαῦτα γὰρ γυμνωθεὶς τῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐλπίδος, ὑπεκδύεται τὸν οὐ πρέποντα αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον, δειλῶς τε καὶ ἀνάνδρως ὑποδὺς τὸ πλῆθος, ὁρασμῷ τὴν σωτηρίαν ἐπινοεῖ· κἄπειτα κρυπταζόμενος ἀνὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας ἐν οἰκέτου σχήματι, διαλανθάνειν ᾤετο. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ τὸν μέγαν καὶ τῆς καθόλου προνοίας διαδέδρακεν ὀφθαλμόν· ὡς γὰρ ἐν ἀσφαλεῖ λοιπὸν κεῖσθαι αὐτῷ τὴν ζωὴν ἥλπισε, βέλει Θεοῦ πεπυρωμένῳ πληγεὶς, πρηνὴς ἔκειτο, θεηλάτῳ πληγῇ τὸ πᾶν δαπανώμενος σῶμα, ὡς τὸ πᾶν εἶδος αὐτοῦ τῆς παλαιᾶς μορφῆς ἀφανισθῆναι, ξηρῶν ὀστέων καὶ κατεσκελετευμένων, δίκην εἰδώλων περιλειφθέντων αὐτῷ μόνων.

A puerorum ac mulierum, dextris oculis et juncturis pedum, partim ferro, partim cauterio debilitatis, trusa sunt ad metalla, ut diuturno labore ibidem vexarentur. Ob quam causam et hunc quoque non multo post ulta est divina justitia: tunc cum dæmonum (quos quidem ille deos putabat) fiducia, et innumerabili armatorum multitudine fretus, prælium commisit. Quippe tunc omni spe divini nudatus auxilii, imperialem cultum minime ipsi convenientem abjecit, deinde vulgarium turbæ immistus, timide prorsus atque ignave fuga salutem sibi quæsivit, et per agros ac vicos sese occultans, sub habitu servili latere se posse existimavit. Verum magnum illum et universa spectantem Providentiæ oculum subterfugere non valuit. Cum enim salutem suam in tuto jam locatam esse censeret, ardente Dei percussus telo, pronus in terram cecidit, totumque ejus corpus inflicta cœlitus plaga adeo consumptum est, ut pristinæ formæ species omnis aboleretur, solaque ossa arefacta instar simulacri cujusdam superessent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ'.

Ὅτι ἐν πόσῳ τυφλωθεὶς Μαξιμῖνος, ὑπὲρ Χριστιανῶν ἔγραψε.

Σφοδροτέρας δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ πληγῆς ἐνταθείσης, προπηδῶσιν αὐτοῦ τὰ ὄμματα, τῆς τε οἰκείας λήξεως ἐκπεσόντα, πηρὸν αὐτὸν ἀφῆσιν, ἃ κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ μαρτύρων πρῶτος ἐφεῦρε κολαστήρια, ταῦθ' ὑπομείναντα δικαιοτάτῃ ψήφῳ. Καὶ δὴ ἔτ' ἐμπνέων ἐπὶ τοῖς τοσούτοις, οὐ ποτε καὶ οὗτος τῷ Χριστιανῶν ἀνθωμολογεῖτο Θεῷ, καὶ τὰς οἰκείας ἐξηγόρευε θεομαχίας· παλινῳδίας τε συνέταττεν ὁμοίως τῷ προτέρῳ καὶ αὐτὸς, νόμοις καὶ διατάγμασιν ἐγγράφως τὴν οἰκείαν περὶ οὓς ἔθετο θεοὺς, πλάνην ὁμολογῶν, μόνον δὲ τὸν Χριστιανῶν αὐτῇ πείρᾳ Θεὸν ἐγνωκέναι μαρτυρόμενος. Ταῦτ' ἔργοις μαθὼν ὁ Λικίνιος, ἀλλ' οὐκ ἀκοῇ παρ' ἑτέρων πυθόμενος, τοῖς αὐτοῖς ἐπεφύετο, ὥσπερ τινὶ σκοτομήνῃ τὴν διάνοιαν ἐγκαλυπτόμενος.

CAPUT LIX.

Quomodo, vi morbi excæcatus, Maximinus legem pro Christianis dedit.

Porro sæviente acrius Dei plaga, oculi tandem ei exsilierunt, et ex propria sede avulsi, cæcum eum dimiserunt: eadem justissime perpessum supplicia, quæ adversus martyres Dei primus excogitarat. Post hæc nihilominus adhuc spirans, ipse quoque a Christianorum Deo veniam poposcit, bellum se Divinitati intulisse palam confessus. Nec aliter ac prior ille palinodiam cecinit, legibus et constitutionibus editis, quibus errorem suum in colendis illis quos existimasset deos, ingenue professus est, unumque Christianorum Deum expertum se nosse testatus. Hæc cum Licinius non aliorum sermone didicisset, sed factis ipsis percepisset, tamen velut densa quadam caligine animo ejus offusa, eadem quæ illi agere instituit.

ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α'. *Λικιρίου διωγμὸς λαθραῖος, ἐπισκόπους ἀναιροῦντος ἐν Ἀμασείᾳ τοῦ Πόντου.*
β'. *Καθαιρέσεις ἐκκλησιῶν, καὶ ἐπισκόπων κρεουργίαι.*
Ἐπεὶ δ' ὁ μικρῷ πρόσθεν φυγὰς, εἰρωνείᾳ καθυπεκρίνετο, φιλικὰς αὖθις ἀντιβολῶν σπείσασθαι δεξιὰς, καὶ ταύτας αὐτῷ παρέχειν ἠξίου ἐπὶ συνθηκῶν ὅροις βιωφελῶς καὶ τῷ παντὶ λυσιτελῶς προτεινομένας. Ταῖς μὲν οὖν συνθήκαις (48) προθύμως ὑπακούειν ὁ δηλωθεὶς ὑπεκρίζετο, ὅρκοις βεβαιῶν τὴν πίστιν· λαθραίαν δ' αὖθις ὁπλιτῶν συνῆγε παρασκευήν· καὶ πάλιν πολέμου καὶ μάχης κατῆρχε, βαρβάρους τ' ἄνδρας ἀνεκαλεῖτο συμμάχους, θεούς τε ζητῶν περιῄει ἑτέρους, ὡς ἂν ἐπὶ τοῖς προτέροις ἠπατημένος. Καὶ τῶν αὐτῷ πρὸ μικροῦ περὶ θεῶν ὁμιληθέντων, οὐδεμίαν ἐν νῷ κατεβάλλετο μνήμην, οὐδὲ τὸν ὑπέρμαχον Κωνσταντίνου Θεὸν γνωρίζειν ἤθελε, πλείους δ' αὐτῷ καὶ καινότεροι γελοίως ἀνεζητοῦντο.

451 CAPUT XV.

Licinii simulata amicitia, et idolorum cultus.

Quoniam vero Licinius qui paulo ante fugam inierat, simulatione utens, iterum amicitiam ac fœdera renovari poscebat; imperator id e republica esse, et generi humano conducere ratus, pacem illi sub certis conditionibus indulgere non recusavit. At Licinius, specie quidem ipsa fingebat, leges se libenter amplecti, et fidem jurejurando firmabat; verum occulte militarem apparatum instruebat, atque iterum bellum inferre, iterum pugnam instaurare meditabatur. Sed et barbarorum B auxilia undique conquirebat, et novos circumquaque investigabat deos: utpote a prioribus in fraudem inductus. Nec memoria repetebat, quæ paulo ante de diis in concione dixisset, nec Deum qui pro Constantino propugnasset, agnoscere volebat: sed multo plures ac recentiores deos non sine risu ac ludibrio cœpit conquirere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Ὅπως μὴ ἀντιπολεμεῖν τῷ σταυρῷ Λικίνιος παρῄνει τοῖς στρατιώταις.

Εἶτ' ἔργῳ μαθὼν, ὁπόση τις ἦν θεῖκὴ καὶ ἀπόῤῥητος ἐν τῷ σωτηρίῳ τροπαίῳ δύναμις, δι' ἧς ὁ Κωνσταντίνου ἔμαθε στρατὸς κρατεῖν, τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ὁπλίταις παρῄνει, μηδαμῶς ἐξεναντίας ἰέναι τούτῳ, μηδ' ὡς ἔτυχεν, ἀπερισκέπτως (49) ὁρᾶν ἐπ' αὐτῷ· δεινὸν γὰρ εἶναι ἰσχύι, αὐτῷ τε ἐχθρὸν καὶ πολέμιον· διὸ χρῆναι φυλάττεσθαι τὴν πρὸς αὐτὸ συμβολήν. Καὶ C δὴ ταῦτα συνταξάμενος, τῷ διὰ φιλανθρωπίαν ὀκνοῦντι καὶ τὸν κατ' αὐτοῦ θάνατον ἀναβαλλομένῳ, μάχῃ συμβαλεῖν ὥρμᾶτο. Οἵδε μὲν οὖν πολυπληθείᾳ θεῶν θαῤῥοῦντες, σὺν πολλῇ δυνάμει χειρὸς στρατιωτικῆς ἐπῆσαν, νεκρῶν εἰδώλα θανόντων ἐν ἀψύχοις ἀγάλμασι προβεβλημένοι. Ὁ δ' εὐσεβείας θώρακι περιπεφραγμένος, τὸ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν σημεῖον, ὥσπερ τι φόβητρον καὶ κακῶν ἀμυντήριον, τῷ πλήθει τῶν ἐναντίων παρέτατται. Καὶ τέως μὲν ἐπεῖχε, φειδοῖ χρώμενος τὰ πρῶτα, ὡς ἂν μὴ πρότερος κατάρχοι, τῶν περὶ ὧν πεποίητο συνθηκῶν ἕνεκα.

CAPUT XVI.

Quomodo Licinius militibus præceperit, ne adversus crucis signum impetum facerent.

Posthæc cum reipsa didicisset arcanam quamdam ac divinam potentiam in salutari tropæo inesse, cujus ope Constantini exercitus victoriam referre consuevisset; milites suos admonuit, ne ex adverso illi congrederentur, neve in illud temere ac fortuito oculos conjicerent. Quippe illud signum incredibili vi pollere, ac sibi privatim infestum adversumque esse aiebat, atque idcirco cavendum esse, ne adversus ipsum pugna iniretur. His ita compositis, adversus illum qui pro innata clementia cunctabatur, et qui imminens ipsi exitium differebat, præliari constituit. Et Liciniani quidem, deorum multitudine confisi, cum ingentibus copiis progrediebantur, nescio quæ mortuorum simulacra et statuas inanimes præsidii causa præferentes. Constantinus vero pietatis lorica contectus, salutare et vivificum crucis signum, velut terriculamentum quoddam et potentissimum ad depellenda mala munimentum, hostium multitudini objecit. Ac principio quidem sustinebat, parcens interim ferro, ne videretur orior pugnam iniisse, idque ob fœderum quæ pepigerat religionem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Νίκη Κωνσταντίνου.

Ὡς δ' ἐπιμόνως ἔχοντας τοὺς ὑπεναντίους, ἤδη δὲ ξιφῶν ἀπτομένους ἐώρα, τηνικαῦτα διαγανακτήσας, βοῇ τε μιᾷ καὶ ῥοπῇ (50) πᾶσαν τὴν τῶν ἐναντίων

452 CAPUT XVII.

Constantini victoria.

Sed posteaquam hostes obstinato animo perstare, jamque gladios distringere animadvertit, indignatione commotus, solo clamore ac minimo temporis

(48) *Ταῖς μὲν οὖν συνθήκαις.* Pacis conditiones hæ fuerunt, ut Licinius quidem Orientem, Asiam, Thraciam, Mœsiam ac minorem Scythiam possideret; Dardania vero et Macedonia et Achaia, Pannonia quoque cum Mœsia et Dacia Constantini ditioni accederent, ut narrant Zosimus et Sozomenus et auctor excerptorum de *Gestis Constantini*.

(49) *Ἀπερισκέπτως.* In schedis Regiis ἀπεριβλέπτως legitur, quomodo etiam Turnebus ad oram sui codicis emendarat. Ita etiam codex Fuk.

(50) Vulg., *Βοῇ τε μιᾷ ῥοπῇ*. Scribendum videtur βοῇ τε μιᾷ καὶ ῥοπῇ. Atque ita codex Fuk. et Sav. Porro hæc insignis Constantini victoria contigit Crispo ter et Constantino ter coss., v Nonas Julias, juxta Adrianopolim, ut legitur in *Fastis* Idatii. At Baronius hoc prælium Adrianopolitanum confert in annum Christi 318, quo Licinius v et Crispus coss. fuere. Cujus sententiam his argumentis ac testimoniis optimorum scriptorum subvertimus. Primus est Idatius, qui in *Fastis* ita scribit: « Crispo iii et Constantino iii coss. His coss. bellum Adrianopolitanum die v Nonas Julias, et bellum Chalcedonense decimo quarto Kalendas Octobres. » Eadem verba leguntur in *Chronico Alexandrino*, sed

Digitized by Google

momento cunctas hostium copias in fugam vertit, et de dæmonibus pariter atque hostibus victoriam reportavit.

CAPUT XVIII.

Licinii cædes et triumphi de illo acti.

Posthæc ipsum Dei hostem ejusque familiares belli jure dijudicatos congruo supplicio affecit. Abducebantur itaque una cum tyranno, et debitas capitis pœnas dabant, quicunque bellum adversus Deum gerere ei suasissent. Et qui paulo ante vana spe elati erant, reipsa Constantini Deum amplectebantur, eumque unum ac verum Deum agnoscere se tunc demum profitebantur.

CAPUT XIX.

Publica lætitia ac festivitas.

Impiis igitur e medio sublatis, puri deinceps ac liquidi solis radii cernebantur, quasi nubilo tyrannicæ dominationis depulso. Cunctæque imperii Romani partes in unum corpus coaluerunt : orientalibus provinciis cum Occidente conjunctis : unoque omnium principe tanquam capite quodam, totum imperii corpus refulgebat, unius dominatione cunctos homines complectente. Et qui prius in tenebris et in umbra mortis sedebant, iis tunc splendidissimi pietatis radii lætos dies præstabant. Nec præteritorum malorum ulla jam supererat recordatio, cum omnes ubique victorem laudibus celebrarent, ejusque servatorem Deum solum se agnoscere profiterentur. Noster vero omni genere

ἐτροποῦτο δύναμιν, ὁμοῦ τε τὰς κατ' ἐχθρῶν καὶ κατὰ δαιμόνων ἀπεφέρετο νίκας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Λικιννίου θάνατος, καὶ ἐπινίκια περὶ τούτου.

Εἶτ' αὐτὸν τὸν θεομισῆ καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν νόμῳ πολέμου διακρίνας, τῇ πρεπούσῃ παρεδίδου τιμωρίᾳ. Ἀπήγοντό τ' αὐτῷ τῷ τυράννῳ καὶ ἀπώλλυντο, τὴν προσήκουσαν ὑπέχοντες δίκην, οἱ τῆς θεομαχίας σύμβουλοι· οἵ τε μικρὸν ὕστερον (51) τῇ τῶν ματαίων ἐλπίδι μετεωρισθέντες, ἔργῳ τὸν Κωνσταντίνου Θεὸν παρελάμβανον, καὶ τοῦτον ἄρτι Θεὸν ἀληθῆ καὶ μόνον γνωρίζειν ἀνωμολόγουν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Φαιδρότητες καὶ πανηγύρεις.

Καὶ δὴ τῶν δυσσεβῶν ἀνδρῶν ἐκποδὼν ἡρμένων, καθαραὶ λοιπὸν ἦσαν ἡλίου αὐγαὶ τυραννικῆς δυνασteίας, συνήπτετό τε πᾶσα ὅση τις ὑπὸ Ῥωμαίους ἐτύγχανε μοῖρα, τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν ἐθνῶν ἑνουμένων θατέρῳ μέρει· μιᾷ τε τῇ τοῦ παντὸς ἀρχῇ ὥσπερ τινὶ κεφαλῇ, τὸ πᾶν κατεκοσμεῖτο σῶμα, μοναρχικῆς ἐξουσίας διὰ πάντων ἥκουσης· λαμπραί τε φωτὸς εὐσεβείας μαρμαρυγαί, τοῖς πρὶν καθημένοις ἐν σκότῳ καὶ σκιᾷ θανάτου, φαιδρὰς παρεῖχον ἡμέρας. Οὐδ' ἦν τις ἔτι προτέρων μνήμη κακῶν, ἁπανταχοῦ πάντων τὸν νικητὴν ἀνυμνούντων, μόνον τε τὸν τούτου Σωτῆρα Θεὸν ὁμολογούντων γνωρίζειν. Ὁ δ' ἀρετῇ πάσῃ θεοσεβείας ἐκπρέπων νικητὴς βασιλεὺς (ταύτην γὰρ αὐτὸς τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ κυριώτατα τὴν ἐπηγορίαν (52)

sequenti anno, Paulino et Juliano coss., perperam ascribuntur. Cum Idatio consentit Aurelius Victor, qui de bellis inter Constantium et Licinium ita scribit : « Quo sane variis prœliis pulso, cum eum prorsus opprimere arduum videretur, simul affinitatis gratia, recepti consortio, ascitique imperio Cæsarum communes liberi, Crispus, Constantinusque Flavio geniti : Licinianus Licinio. Quod quidem vix diuturnum, neque his qui assumebantur felix fore, defectu solis fœdato iisdem mensibus die, patefactum. Itaque sexennio post, rupta pace, apud Thracas Licinius pulsus, Chalcedona concessit. » Creati fuerant Cæsares Crispus, Licinius et Constantinus, Gallicano et Basso coss., Kalendis Martiis, ut scribit Idatius in *Fastis* et auctor *Chronici Alexandrini*, id est anno Christi 317. Sequente autem anno tenebræ fuerunt inter diem, hora IX, ut legitur in *Fastis* Idatii. Quare fallitur Aurelius Victor, qui Cæsarum promotionem in eumdem annum confert, quo defectus ille solis contigit. Nam defectus quidem solis contigit anno Christi 318, Crispus vero una cum Licinio et Constantino Cæsar. levatus fuerat anno 317 Natalis Dominici. Recte tamen intervalla temporum numerat Aurelius Victor. Nam a defectu solis qui contigit anno Christi 318, usque ad prælium Adrianopolitanum, sex omnino sunt anni. His accedit Cedrenus, qui anno XIX imperii Constantini, ait Constantinum expeditionem suscepisse adversus Licinium. Annus enim nonus decimus Constantini cadit in consulatum tertium Crispi et Constantini, qui erat annus Christi 324. Ab hoc calculo parum abest Sigonius, qui pugnam Adrianopolitanam assignat anno Christi 323, Severo et Rufino coss. Ejusdem prælii Adrianopolitani mentio fit in lege 1 codic. Theod., de veteranis, ubi Constantinus sic ait : « Veteranis qui ex die quinta Nonarum Juliarum, cum prima per Thraciam victoria universo orbi illuxit, et qui postea apud Nicomediam nostram missionem meruerunt, certa per edictum indulsimus, » etc. Etenim prælium Adrianopolitanum commissum est die quinto Nonas Julias, ut scribit Idatius in *Fastis*, et auctor *Chronici Alexandrini*. Verum mendosa est subscriptio hujus legis. Proposita enim esse dicitur Licinio V et Crispo coss., id est, anno Christi 318. Quod Baronio ansam erroris præbuit. Sed quis non videt scribendum esse : Paulino et Juliano coss. ? His enim coss. Nicomediam venit Constantinus, post victum ac debellatum Licinium. Licinio vero V et Crispo coss. Nicomedia parebat Licinio, ejusque imperii sedes erat. His igitur coss. Constantinus non potuit veteranis suis missionem ac privilegia in urbe Nicomedia indulgere, cum ea civitas ipsius ditioni minime subjaceret. Cum ergo Constantinus in ea lege « Nicomediam nostram » appellet, necesse est legem illam datam esse dicamus Paulino et Juliano coss.

(51) *Οἵ τε μικρὸν ὕστερον.* Scribo μικρῷ πρότερον, nisi verba transposita esse dicamus, quod non raro occurrit in his libris. Atque ita Christophorsonus videtur hunc locum emendasse, μικρὸν ὕστερον, ἔργῳ τὸν Κωνσταντίνου Θεὸν οἷος ἦν παρελάμβανον, recte omnino. Porro in codice Fuk. et in veteribus schedis, ab illis verbis ὡς δ' ἐπιμόνως usque ad verbum ἀνωμολόγουν, unicum est caput, non duo, ut in editione Genevensi.

(52) Vulg. *κυριότητα τὴν ἐπηγορίαν*. In libro Morræi et in schedis Reg. corrigitur κυριώτατα. Malim tamen scribere κυριωτάτην ἐπηγορίαν. Porro Constantinus Victoris pronomen usurpavit, ut ex constitutionibus et epistolis ejus apparet. Certe in *Gestis purgationis Cæciliani*, aliquot ejus epistolæ hanc habent inscriptionem : *Victor Constantinus Maximus Augustus*. Ait igitur Eusebius hoc quasi

Digitized by Google

εὕρατο, τῆς ἐκ Θεοῦ δεδομένης αὐτῷ κατὰ πάντων ἐχθρῶν τε καὶ πολεμίων νίκης ἕνεκα) τὴν ἐφ' ἁπελάμβανε· καὶ μίαν συνημμένην κατὰ τὸ παλαιὸν τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν ὑφ' ἑαυτὸν ἐποιεῖτο, μοναρχίας μὲν ἐξάρχων Θεοῦ κηρύγματος τοῖς πᾶσι, μοναρχίᾳ δὲ καὶ αὐτὸς τοῦ Ῥωμαίων κράτους, τὸν σύμπαντα πηδαλιουχῶν βίον· ἀφῄρητό τε πᾶν δέος τῶν πρὶν πιεζόντων τοὺς πάντας κακῶν· μειδιῶσί τε προσώποις, ὄμμασί τε φαιδροῖς, οἱ πρὶν κατηφεῖς ἀλλήλους ἐνέβλεπον· χοροὶ δ' αὐτοῖς καὶ ὕμνοι τὸν παμβασιλέα θεὸν πρώτιστα πάντων ὄντα δὴ τοῦτον ἐδίδασκον (53), κἄπειτα τὸν καλλίνικον, παῖδάς τ' αὐτοῦ κοσμιωτάτους καὶ θεοφιλεῖς Καίσαρας, φωναῖς ἀσχέτοις ἐγέραιρον· κακῶν παλαιῶν καὶ δυσσεβείας ἁπάσης λήθη, παρόντων δ' ἀγαθῶν ἀπόλαυσις, καὶ προσέτι μελλόντων προσδοκία.

A pietatis exceHens Constantinus victor (hoc enim convenientissimum sibi cognomen comparavit ob victorias de hostibus et inimicis ipsi a Deo ubique concessas) Orientem recepit, et imperium Romanum solidum sicut olim fuerat, et coadunatum, sub suam unius potestatem redegit. Ac Dei quidem unius dominationem primus omnibus prædicavit: ipse vero singulare quoque imperium orbis **453** Romani tenens, universum genus humanum gubernavit. Omnis jam metus malorum quibus cuncti homines oppressi fuerant, penitus exciderat. Et qui prius mœsti fuissent, tunc hilari vultu lætisque oculis sese mutuo intuebantur. Choris præterea et hymnis, primum quidem Deum omnium regem, prout instituti fuerant; deinde victorem Augustum, et modestissimos Deoque charissimos ejus

B liberos Cæsares, sine ulla intermissione celebrabant. Nulla jam præteritarum calamitatum, nulla impietatis memoria suppetebat: sed præsentium bonorum fructus cum futurorum spe atque exspectatione percipiebatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Ὅπως ὑπὲρ ὁμολογητῶν ἐνομοθέτει Κωνσταντῖνος.

Ἠπλοῦντο δὲ καὶ παρ' ἡμῖν, ὥσπερ οὖν καὶ πρότερον παρὰ τοῖς θάτερον μέρος τῆς οἰκουμένης λαχοῦσι, βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις· νόμοι τε τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίας πνέοντες, παντοίας παρεῖχον ἀγαθῶν ἐπαγγελίας, τοῖς μὲν κατ' ἔθνος ἐπαρχεώταις (54) τὰ πρόσφορα καὶ λυσιτελῆ δωρούμενοι, ταῖς δ' Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ τὰ κατάλληλα διαγορεύοντες. Ἀνεκαλοῦντο γοῦν ἐκείνους πρώτιστα πάντων, ὅσοι τοῦ μὴ εἰδωλολατρῆσαι χάριν, ὑπὸ τῶν κατ' ἔθνος ἡγουμένων ἐξορίας καὶ μετοικίας ὑπέμειναν· κἄπειτα τοὺς βουλευτηρίοις ἐγκριθέντας (55) τῆς αὐτῆς ἕνεκεν αἰτίας, ἠλευθέρουν τῶν λειτουργημάτων, καὶ τοῖς ἀφῃρημένοις δὲ τὰς οὐσίας, ἀναλαμβάνειν ταύτας ἐγκελευόμενοι. Οἵ τ' ἐν καιρῷ τοῦ ἀγῶνος καρτερίᾳ ψυχῆς διὰ Θεὸν λαμπρυνόμενοι, μετάλλοις τε κακοπαθεῖν παραδοθέντες, ἢ νήσους οἰκεῖν κριθέντες, ἢ δημοσίοις ἔργοις δουλεύειν (56) κατηναγκασμένοι, τούτων ἀθρόως ἁπάντων ἐλευθερίας ἀπήλαυον. Καὶ τοὺς στρατιωτικῆς δ' ἀξίας δι' ἔνστασιν θεοσεβείας ἀποβλήτους γενομένους, ἀνεκαλεῖτο τῆς ὕβρεως ἡ βασιλικὴ δωρεά, ἐπεξουσίας (57) αἵρεσιν παρέχουσα, ἢ

CAPUT XX.

Quomodo pro confessoribus Constantinus leges sanxerit.

Tunc etiam apud nos, sicut antea apud illos qui alteram orbis partem incolunt, proposita sunt imperatoris edicta plena humanitatis: et leges quæ sinceram ac religiosam Dei observantiam spirarent, varia cujusque generis bona haud dubia spe pollicebantur; cum et provincialibus largirentur quæ ad ipsorum utilitatem spectant; et Ecclesiis Dei congrua et convenientia statuerent. Ac primum quidem eos qui propterea quod idolis sacrificare noluissent, a rectoribus provinciarum relegati, et

C ex patria migrare compulsi erant, domum revocarunt. Eos deinde qui eamdem ob causam curiis addicti fuerant, publicis functionibus liberarunt: et qui facultatibus spoliati fuissent, iis bona sua restitui præceperunt. Præterea qui persecutionis tempore divina virtute roborati, fortitudinis et constantiæ illustre specimen ediderant; aut ad metalla damnati, ut continuo labore ibi divexarentur; aut in insulam deportati; aut publicis operibus mancipati fuerant, his omnibus subito soluti molestiis libertatem adepti sunt. Sed et quicunque ob egre-

proprium nomen illius fuisse. Græci enim κύριον ὄνομα vocant nomen proprium. In codice Fuk. scribitur τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ κυριώτατα ἐπηγορίαν εὕρατο.

(53) *Ὄντα δὴ τοῦτον ἐδίδασκον.* Scribe ὅτι δὴ τοῦτο ἐδιδάσκοντο ex lib. x *Hist.* in fine, ubi hæc omnia iisdem fere verbis leguntur.

(54) *Τοῖς μὲν κατ' ἔθνος ἐπαρχεώταις.* In *Chronico Alexandrino* de Constantini in provinciales liberalitate et indulgentia hæc leguntur, anno ejus imperii vicesimo: καὶ τῶν τεχνιτῶν καὶ συντελεστῶν τὰ ἐπιτάγματα περιεῖλεν, id est: *artificum et collatorum* (hoc est provincialium qui tributa conferebant) *onera sustulit.*

(55) *Τοὺς βουλευτηρίοις ἐγκριθέντας.* Hunc locum non intellexit Christophorsonus, quem tamen Portesius non infeliciter transtulit hoc modo: *Qui*

D *eadem de causa translati erant ad curias, muneribus soluti sunt.*

(56) *Δημοσίοις ἔργοις δουλεύειν.* Male Christophorsonus vertit, *ad publica imperii opera obeunda vi compulsi.* Δημόσια ἔργα Eusebius appellat *metalla*, pistrina publica, textrina ac gynæcea: ad quæ opera quicunque sententia judicis damnati fuissent, libertatem amittebant. Hæc enim servitus *pœnæ* dicebatur. Solebant autem Christiani ob confessionem nominis Christi ad hujusmodi opera damnari. Ac de metallis quidem nota res est. De condemnatione autem ad pistrinum exemplum habemus in Actis passionis Marcelli papæ.

(57) *Ἐπεξουσίας.* Duæ voces in unam coaluisse videntur, quæ his notis disjungendæ sunt, ἐπ' ἐξουσίας. Paulo post, ubi legitur τὰς οἰκίας ἀπολαμβάνειν, scribendum puto τὰς οἰκείας τάξεις ἀπολαμβάνειν. Neque enim ædibus, sed militia spoliati fuerant.

Digitized by Google

giam in retinenda religione constantiam honore militiæ spoliati erant, eos imperatoris munificentia ab hac ignominia revocavit; ipsorum arbitrio ac voluntati permittens, ut vel propria recuperarent officia, et pristino honoris gradu fruerentur; vel si quietam vitam degere mallent, ab omnibus deinceps functionibus immunes permanerent. Denique quotquot ignominiæ causa gynæciis mancipati fuerant, eos imperator perinde ac cæteros, libertate donavit

A τὰς οἰκίας ἀπολαμβάνειν, καὶ διαπρέπειν τοῖς προτέροις αὐτῶν ἀξιώμασιν, ἢ ἀγαπῶντας τὸν εὐσταλῆ βίον, πάντων λειτουργημάτων ἀνεπηρεάστους διατελεῖν· καὶ τοὺς γυναικείοις δ' ἔργοις (58) ἐφ' ὕβρει καὶ ἀτιμίᾳ δουλεύειν κριθέντας, ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἠλευθέρου.

454 CAPUT XXI.

Quomodo etiam pro martyribus et pro ecclesiarum prædiis leges tulit.

Et hæc quidem de iis qui ista perpessi essent, imperator scriptis legibus constituit. De bonis autem eorum, lege imperatoris plenissime cautum est. Nam sanctorum Dei martyrum bona qui in ipsa confessione mortem obiissent, ad proximos eorum devolvi jussit. Quod si nullus genere ipsis conjunctus reperitur, hæreditatem eorum ecclesiis deferri. Bona item quæ ex fisco vel per venditionem, vel per donationem ad alios translata fuerant; aut quæ penes fiscum remanserant, dominis restitui debere, indulgentiæ imperialis epistola præcipiebat. Et hujusmodi quidem beneficia in Ecclesiam Dei contulit benignitas principis, legibus per omnes provincias missis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ὅπως καὶ περὶ μαρτύρων καὶ ἐκκλησιαστικῶν κτημάτων.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ταῦθ' ὑπομεινάντων ἡ βασιλέως ἐνομοθέτει γραφή. Περὶ δὲ τῆς ὑπάρξεως αὐτῶν ἐντελῶς διηγόρευε νόμος. Τῶν τε γὰρ ἁγίων τοῦ Θεοῦ μαρτύρων τῶν ἐν ὁμολογίᾳ τὴν τελευτὴν B ἀποθεμένων τοῦ βίου, τὰς οὐσίας ἐκέλευε τοὺς τῷ γένει προσήκοντας ἀπολαμβάνειν, εἰ δὲ μὴ τούτων τις εἴη, τὰς ἐκκλησίας ὑποδέχεσθαι τοὺς κλήρους. Καὶ τὰ ἐκ ταμείου δὲ πρότερον ἑτέροις ἢ κατὰ πρᾶσιν, ἢ κατὰ δωρεὰν ἐκποιηθέντα, τά τ' ἐν αὐτῷ καταληφθέντα, εἰς τοὐπίσω προσήκειν τοῖς δεσπόταις ἀποδίδοσθαι, τὸ τῆς δωρεᾶς γράμμα διεκελεύετο. Τοσαῦτα μὲν τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ αἱ καταπεμφθεῖσαι δωρεαὶ παρεῖχον.

CAPUT XXII.

Quomodo etiam populos recreaverit.

Populis vero a fide nostra alienis et universis provinciis, multo plura ac majora donavit principis munificentia. Proinde omnes nostrarum partium C incolæ, qui prius audientes ea quæ in altera parte imperii Romani gererentur, beatos prædicabant illos qui tantis afficerentur beneficiis; et qui ardentibus votis optabant, ut iisdem bonis ipsi quoque aliquando fruerentur: hæc oculis suis spectantes, seipsos jam felices prædicare non dubitabant: novum quoddam miraculum et quale nulla unquam sub cœlo vidisset ætas, tantum scilicet imperatorem humano generi affulsisse testantes. Atque hi quidem ita sentiebant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅπως καὶ τοὺς δήμους ἀνεκτήσατο.

Δήμοις τε τοῖς ἐκτὸς (59) καὶ πᾶσιν ἔθνεσι, τούτων ἕτερα ὑπερβάλλοντα τῷ πλήθει, ἡ βασιλέως ἐδωρεῖτο μεγαλοψυχία. Ἐφ' οἷς ἅπαντες οἱ καθ' ἡμᾶς, ὅσα τὸ πρὶν (60) ἀκοῇ πυνθανόμενοι ἐν θατέρῳ μέρει τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς γιγνόμενα, τοὺς εὖ πάσχοντας ἐμακάριζον, εὐχὴν τιθέμενοι τῶν ἴσων ἀπολαῦσαι καὶ αὐτοί ποτε. Ταῦθ' ὑπ' ὄψεσιν ὁρῶντες, ἤδη καὶ σφᾶς εὐδαιμονίζειν ἠξίουν, ξένον τι χρῆμα, καὶ οἷον ὁ πᾶς αἰὼν ὑφ' ἡλίου αὐγαῖς οὐδέ ποθ' ἱστόρησεν, ἐπιλάμψαι τῷ θνητῷ γένει τὸν τοσοῦτον ὁμολογοῦντες βασιλέα. Ἀλλ' οἱ μὲν ὧδε ἐφρόνουν

CAPUT XXIII.

Quod Deum bonorum auctorem prædicavit: et de legibus ejusdem.

Imperator autem ipse, ubi cuncta, Dei servatoris virtute sub ditionem suam redegit; eum qui hæc D ipsi bona præstitisset, omnibus palam fecit; illumque victoriarum auctorem fuisse non autem seipsum, professus est. Idque litteris tum Latino tum Græco sermone scriptis et ad omnes provincias

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅτι Θεὸν τῶν ἀγαθῶν αἴτιον ἐκήρυττε, καὶ περὶ ἀντιγράφων νόμων.

Ἐπεὶ δὲ πάνθ' ὑπετέτακτο βασιλεῖ, Θεοῦ Σωτῆρος δυνάμει, τὸν τῶν ἀγαθῶν αὐτῷ πάροχον τοῖς πᾶσι φανερὸν ἐποίει, κἀκεῖνον τῶν νικητηρίων αἴτιον, ἀλλὰ μὴ αὐτὸν νομίζειν διεμαρτύρετο· τοῦτό τ' αὐτὸ ἀνεκήρυττε, διὰ χαρακτήρων Ῥωμαΐας τε καὶ Ἑλληνίδος φωνῆς, εἰς ἕκαστον ἔθνος ἐν γραφῇ διαπεμφθεί

(58) *Γυναικείοις δ' ἔργοις.* De gynæceis crebra fit mentio, tum in utroque codice, tum in *Notitia imperii Romani*. Vide *Lexicon* Brissonii. Cæterum qui ad gynæcea damnati erant, induebantur colobio laneo, quæ vestis erat servilis. Id discimus ex Passione Romani martyris quæ edita est a Mombritio, et habetur in codice Musciacensi: « Eadem vero die Maximianus jussit, qui erant in palatio Christiani, ut discingerentur. Multos ergo dum solverent cingulum suum notavit sibi Maximianus transeuntes: et vidit Isitium beatæ memoriæ, et furens vocavit eum ad se; et exspoliavit eum vestimentis, quibus erat indutus, et induit eum colobio laneo, et tradidit eum in gynæceo lanariis ad injuriam. » Porro codex Fuk. hoc loco scriptum habet: ἐφ' ὕβρει καὶ ἀτιμίᾳ δουλεύειν κρ. ὁμοίως τοῖς λοιποῖς ἠλευθέρου, rectius sine dubio.

(59) *Δήμοις τε τοῖς ἐκτός.* Scribendum δήμοις δέ.

(60) *Ὅσα τὸ πρίν.* Emendo ὅσοι τὸ πρίν, quod non vidit Christophorsonus; scribo etiam πυνθανόμενοι τὰ ἐν θατέρῳ.

Digitized by Google

σης. Μάθοις δ' ἂν τοῦ λόγου τὴν ἀρετὴν (61), αὐτὸς προσβαλὼν τοῖς γράμμασι· δύο δ' ἦν ταῦτα, τὸ μὲν ταῖς Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, τὸ δὲ τοῖς ἐκτὸς κατὰ πόλιν δήμοις διαπεμφθέν· ὃ δὴ τῇ παρούσῃ (62) προσῆκον ὑποθέσει ἔμοιγε δοκεῖ παρενθεῖναι, ὡς ἂν διὰ τῆς ἱστορίας μένοι καὶ διαφυλάττοιτο τοῖς μεθ' ἡμᾶς ἡ τοῦδε τοῦ γράμματος ἔκθεσις, πρός τ' ἀληθείας καὶ τῶν ἡμετέρων διηγημάτων πίστωσιν. Εἴληπται δ' ἐξ αὐθεντικοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν φυλαττομένου βασιλικοῦ νόμου, ᾧ καὶ τῆς αὐτοῦ δεξιᾶς ἔγγραφος ὑποσημείωσις, τῆς τοῦ λόγου πιστώσεως οἷά τινι σφραγῖδι κατασημαίνει τὴν μαρτυρίαν.

orationis nostræ veritatem tanquam sigillo quodam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Νόμος Κωνσταντίνου περὶ τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας καὶ τοῦ Χριστιανισμοῦ.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος Σεβαστὸς, ἐπαρχιώταις Παλαιστίνης (63).

« Ἦν μὲν ἀνωθέν τε καὶ πάλαι παρὰ τοῖς ὀρθῶς καὶ σωφρόνως περὶ τοῦ Κρείττονος δοξάζουσιν, ἔκδηλος ἡ διαφορὰ, καὶ πᾶσαν ἀνείργουσα (64) πόρρωθεν ἀμφιβολίαν· ὅσῳ τῷ μέσῳ διήλλαττεν ἡ περὶ τὴν σεβασμιωτάτην τοῦ Χριστιανισμοῦ θεραπείαν ἀκριβὴς παρατήρησις, παρὰ τοὺς πρὸς αὐτὴν ἐκπεπολεμωμένους τε καὶ καταφρονητικῶς ἔχοντας (65). Νυνὶ δὲ καὶ μᾶλλον ἐπιφανεστέραις πράξεσι καὶ κατορθώμασι λαμπροτέροις τό τε τῆς ἀμφιβολίας ἄλογον ἀποδέδεικται, καὶ ὁπόση τίς ἐστιν ἡ τοῦ μεγάλου Θεοῦ δύναμις, ἡνίκα τοῖς μὲν πιστῶς τὸν σεμνότατον σέβουσι νόμον, καὶ μηδὲν τῶν παραγγελμάτων παραλύειν τολμῶσιν, ἄφθονα τὰ ἀγαθὰ, καὶ πρὸς τὰς ἐγχειρήσεις ἰσχὺς ἀρίστη, καὶ μετ' ἐλπίδων ἀγαθῶν ἅπαντα, τοῖς δὲ τὴν ἀσεβῆ λαβοῦσι γνώμην, πρὸς τὰς προαιρέσεις ἀκόλουθα καὶ τὰ ἀποβαίνοντα (66). Τίς γὰρ ἀγαθοῦ τύχοι τινὸς, τὸν τῶν ἀγαθῶν αἴτιον Θεὸν οὔτε γνωρίζων, οὔτε τὰ προσήκοντα σέβειν ἐθέλων; Πίστιν δὲ τῷ (67) ῥηθέντι καὶ τὰ ἔργα δίδωσιν. »

missis, prædicavit. Porro orationis vim ac virtutem facile cognoscet, quisquis epistolas ipsas perlegerit. **455** Sunt autem duæ : altera ad Ecclesias directa, altera ad singularum urbium populos a nostra religione alienos. Quam quidem utpote præsenti argumento convenientissimam, hic inserendam esse duxi ; tum ut historiarum monumentis prodita ejus exemplaria, apud posteros perpetuo conserventur ; tum ut narrationis nostræ fides ac veritas confirmetur. Descripta autem est ex authentico exemplari legis imperialis, quod apud nos servatur. Cui principis manu apposita subscriptio, astruit.

CAPUT XXIV.

Lex Constantini de pietate in Deum, et de Christiana religione.

« Victor Constantinus Maximus Augustus, provincialibus Palæstinæ.

« Jampridem apud eos qui recte et sapienter de Deo sentiunt, evidenti discrimine, quo omnis dubitatio removetur, apparuit quantum interesset inter studiosos observatores venerandæ Christianorum religionis, et inter ejusdem oppugnatores et contemptores. Nunc vero evidentioribus argumentis, et rebus gestis multo illustrioribus, tum dubitationis ipsius absurditas, tum quanta sit summi Dei potentia, declaratur. Quippe his quidem qui venerandam legem fideliter colunt, nullumque ejus præceptum audent dissolvere, omnium bonorum copia, et ad ea quæ aggressi sunt perficienda vires idoneæ cum bona spe ac fiducia suppetunt. Iis vero qui impiam sententiam amplexi sunt, convenientes rerum eventus contigerunt. Nam quis est, qui, cum Deum bonorum auctorem non agnoscat, eumque debito cultu venerari recuset, quidquam boni unquam consequatur? Res certe ipsæ dictis nostris fidem faciunt. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὑπόδειγμα ἐκ παλαιῶν χρόνων.

« Εἰ νοῦν τις εἰς τοὺς ἄνωθεν καὶ εἰς δεῦρο (68)

CAPUT XXV.

Exemplum a vetustis temporibus.

« Quod si quis superiora tempora ad nos usque

(61) Vulg. *Μάθοις γὰρ τοῦ λόγου τὴν ἀρετήν.* Laudat Eusebius imperatoris Constantini eloquentiam, id enim significant hæc verba. At Christophorsonus legisse videtur, τοῦ ἡμετέρου λόγου τὴν ἀλήθειαν. Scribendum etiam est μάθοις δ' ἄν, ut ad latus sui codicis emendavit Turnebus. Atque ita legitur in mss. codicibus Fuk. et Sav. Porro ab his verbis inchoatur cap. 24, tum in codice Fuk., tum in veteribus schedis.

(62) *Ὃ δὴ τῇ παρούσῃ.* In codice Fuk. scribitur ἃ τῇ παρούσῃ, quomodo etiam Genevenses in quibusdam codicibus legi adnotarunt. Verum hæc scriptura ferri non potest. Sequitur enim προσῆκον in singulari. Deinde Eusebius unicam hic affert Constantini constitutionem, eam scilicet quæ ad provinciales missa fuerat a Constantino. Ac duas quidem leges simul emissas fuisse testatur in gratiam Christianorum : alteram ad Ecclesiam catholicam, alteram ad provinciales. Verum alterius duntaxat exemplum subjicit, ejus scilicet quæ data erat ad provinciales Palæstinæ. Alteram vero, quæ missa erat Ecclesiis, omisit Eusebius : vel quia eodem exemplo scripta erat, quo illa ad provinciales ; vel ob aliam causam.

(63) *Ἐπαρχεώταις Παλαιστίνης.* In codice Medicæo scriptum inveni ἐπαρχιώταις παλαιστινοῖς. Porro ab his verbis cap. 24 inchoavi, auctoritatem secutus codd. Regii et Fuket. In veteribus etiam schedis legitur ἐπαρχιώταις.

(64) Vulg. *διαφορὰ πᾶσαν ἀνείργουσα.* Scribe ex codice Medicæo καὶ πᾶσαν ἀνείργουσα. Et paulo post ex eodem cod. (pro παραθεραπείαν Steph.) legendum est τοῦ Χριστιανισμοῦ θεραπείαν, ut legitur etiam in schedis Regiis et codice Fuketiano.

(65) *Καταφρονητικῶς ἔχοντας.* Codex Medicæus habet ἔχειν ἐθέλοντας, quod rectius mihi videtur.

(66) *Καὶ τὰ ἀποβαίνοντα.* Longe rectior est codicis Medicæi scriptura. Sic enim habet : Ἀκόλουθα καὶ τὰ ἀποβαίνοντα ἦν. Τίς γὰρ ἂν ἀγαθοῦ τύχοι τινός, etc. Et post vocem ἐθέλων punctum habet, quæ nota est interrogationis.

(67) Vulg. *πίστιν τῷ.* Longe elegantius codex Medicæus scriptum habet πίστιν δὲ τῷ ῥηθέντι.

(68) *Ἄνωθεν καὶ εἰς δεῦρο.* Particula καί deest in codice Medicæo, nec admodum necessaria est. Mox ubi legitur : καὶ τὰς πρότερον γενομένας, idem codex habet καὶ τὰς πώποτε γ. Item pro ἐγχειρήσεως πέρας, scribit τὰς ἐγχειρήσεις πέρας, quo-

Digitized by Google

deducta cogitatione repetat, et res olim gestas contempletur animo, omnino reperiet, eos quidem qui justitiam ac probitatem fundamentum sibi rerum agendarum constituerunt, **456** felicem consiliorum exitum sortitos esse, et tanquam ex dulci quadam radice suavissimum quoque fructum percepisse; illos vero qui injusta facinora ausu temerario attentarint, et qui adversus Deum ipsum vesania mentis fuerint elati, nullumque pietatis erga genus humanum sensum habuerint; sed exsilia, infamiam, bonorum publicationes, cædes et hujusmodi plurima irrogaverint; quique nec pœnitentiam egerint unquam, nec ad meliorem frugem animum suum revocaverint, parem quoque mercedem retulisse. Atque hæc non absurde, nec præter rationem eveniunt. »

A παρατείναντας χρόνους ἀναδράμοι τῷ νῷ, καὶ τὰς πρότερον γενομένας πραξεις κατίδοι τῷ λογισμῷ, πάντας ἂν εὕροι τοὺς μὲν ὅσοι δικαίαν καὶ ἀγαθὴν προκατεβάλλοντο τῶν πραγμάτων κρηπῖδα, εἰς ἀγαθὸν καὶ προαγαγόντας τὰς ἐγχειρήσεις πέρας, καὶ οἷον ἀπὸ ῥίζης τινὸς ἡδείας κομισαμένους καὶ τὸν καρπὸν γλυκὺν· τοὺς δ' ἀδίκοις ἐπιχειρήσαντας τόλμαις, καὶ ἢ πρὸς τὸ κρεῖττον ἀνοήτως ἐκμανέντας, ἢ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος (69) λογισμὸν ὅσιον οὐδένα λαβόντας, ἀλλὰ φυγὰς, ἀτιμίας, δημεύσεις, σφαγὰς, τοιαῦτα πολλὰ τολμήσαντας, καὶ οὐδὲ μεταμεληθέντας ποτὲ, οὐδὲ τὸν νοῦν ἐπιστρέψαντας πρὸς τὰ καλλίω, ἴσων καὶ τῶν ἀμοιβαίων τυχόντας. Καὶ ταῦτά γε οὐκ ἀπεικότως (70), οὐδ' ἂν ἀπὸ λόγου συμβαίνοι. »

B

CAPUT XXVI.

De iis qui persecutionem passi sunt, et de persecutoribus.

« Nam quicunque cum justo animi proposito ad agendum accedunt, et timorem Dei perpetuo præ oculis habent, constantem erga illum retinentes fidem; quique præsentis vitæ minas ac pericula, spei futurorum bonorum minime antetponunt: hi, quamvis multa acerba ac molesta brevi temporis spatio experti sint, tamen spe majorum præmiorum quæ sibi recondita esse firmissime credunt, ingruentia mala nequaquam ægro animo pertulerunt; sed quo graviores experti sunt calamitates, eo clariorem gloriam reportarunt. Qui vero justitiam et æquitatem contempserunt, et qui nec C Deum ipsi agnoverunt, nec eos qui Deum fideliter colerent, contumeliis ac suppliciis acerbissimis afficere dubitarunt: et qui seipsos quidem, qui ob hujusmodi causam homines in judicium adductos pœna afficerent, miseros esse non judicarunt, illos vero qui in tantis malis integram erga Deum pietatem nihilominus conservarent, felices ac beatos esse: horum exercitus partim cæsi, partim in fugam versi; cunctis denique præliis victi, ipsi tandem succubuerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

Περὶ διωχθέντων καὶ διωκτῶν.

« Ὅσοι μὲν γὰρ (71) μετὰ δικαίας γνώμης ἐπί τινας ἔρχονται πράξεις, καὶ τὸν τοῦ Κρείττονος φόβον διηνεκῶς ἔχουσιν ἐν νῷ, βεβαίαν τὴν περὶ αὐτὸν φυλάττοντες πίστιν, καὶ τοὺς παρόντας φόβους τε καὶ κινδύνους οὐκ ἄγουσι τῶν μελλουσῶν ἐκείνων ἐλπίδων προτιμοτέρους· κἂν εἰ πρὸς καιρὸν δυσχερῶν τινων πειραθεῖεν, τῷ μείζονας ἑαυτοῖς ἀποκεῖσθαι πιστεύειν τιμὰς, οὐδὲ τὰ προσπεσόντα βαρέως ἤνεγκαν, ἀλλὰ τοιούτῳ λαμπροτέρας ἔτυχον εὐκλείας, ὅσῳ καὶ βαρυτέρων τῶν χαλεπῶν ἐπειράθησαν. Ὅσοι δὲ ἢ τὸ δίκαιον ἀτίμως (72) παρεῖδον, ἢ τὸ Κρεῖττον οὐκ ἔγνωσαν, καὶ τοὺς τοῦτο πιστῶς μετιόντας ὕβρεσι καὶ κολάσεσιν ἀνηκέστοις ὑποβαλεῖν ἐτόλμησαν, καὶ οὐχ ἑαυτοὺς μὲν ἀθλίους ἐφ' οἷς διὰ τὰς τοιαύτας ἐκόλαζον προφάσεις (73), ἔκριναν, εὐδαίμονας δὲ καὶ μακαριστοὺς τοὺς καὶ μέχρι τῶν τοιούτων τὴν πρὸς τὸ Κρεῖττον διασωζομένους εὐσέβειαν· τούτων πολλαὶ μὲν ἔπεσον στρατιαὶ, πολλοὶ δ' εἰς φυγὴν ἐτράπησαν, πᾶσα δὲ τούτων πολέμου παράταξις εἰς ἐσχάτην ἕλκει ἦτταν. »

CAPUT XXVII.

Quod persecutio bellum gerentibus malorum causa extiterit.

« Ex hujusmodi sceleribus orta sunt bella gravia, et exitiales vastationes. Hinc rerum quidem ad quotidianum vitæ usum necessariarum penuria; malorum vero ingruentium copia. Hinc est quod tantæ impietatis auctores in extremas **457** delapsi cala-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

Ὅπως ὁ διωγμὸς αἴτιος κακῶν τοῖς πολεμήσασι κατέστη

« Ἐκ τῶν τοιούτων ἀνεφύοντο πόλεμοι βαρεῖς· ἐκ τῶν τοιούτων πορθήσεις πανώλεθροι· ἐντεῦθεν ἐλαττώσεις μὲν τῶν πρὸς τὰς χρείας ἀναγκαίων, πλῆθος δὲ τῶν ἐπηρτημένων κακῶν (74)· ἐντεῦθεν οἱ τῆς τοσαύτης ἀρχηγοὶ δυσσεβείας, ἢ ἀνατλάντες τὰ

modo etiam in schedis scriptum reperi, et in D codice Fuk.

(69) Vulg. *καὶ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος*. Mutilus est hic locus, qui ex codice Medicæo ita restitui debet: καὶ ἢ πρὸς τὸ Κρεῖττον ἀνοήτως ἐκμανέντας, ἢ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος λογισμὸν ὅσιον μηδένα λαβόντας, etc.

(70) *Οὐκ ἀπεικότως*. In codice Medicæo scribitur οὐκ ἂν ἀπεικότως, οὐδ' ἂν ἀπὸ λόγου συμβαίνοι. Certe codex Regius συμβαίνοι quoque scriptum habet.

(71) *Ὅσοι μὲν γάρ*. Ab his verbis cap. 26 inchoavi ex codice Fuk. et schedis Reg.

(72) Vulg. *ὅσοι δὲ τὸ δίκαιον ἀτίμως*. Rectius in codice Medicæo legitur hoc modo: ὅσοι δὲ ἢ τὸ δίκαιον ἀτίμως παρεῖδον, ἢ τὸ Κρεῖττον οὐκ ἔγνωσαν. Hoc est quod supra dixit in cap. 25, ut supra notavi, τοὺς δ' ἀδίκοις ἐπιχειρήσαντας τόλμαις, καὶ ἢ πρὸς τὸ Κρεῖττον ἀνοήτως ἐκμανέντας, ἢ πρὸς τὸ ἀνθρώπινον γένος λογισμὸν ὅσιον οὐδένα λαβόντας.

(73) *Ἐκόλαζον προφάσεις*. In codice Medicæo legitur ἐφ' οἷς διὰ τὰς τοιαύτας κολάζοιντο προφάσεις, rectius, ni fallor. Mox idem codex habet εἰς αἰσχίστην ἕλκειν ἦτταν.

(74) *Ἐπηρτημένων κακῶν*. Codex Medicæus habet ἐπηρ. δεινῶν. Et paulo ante in eodem codex legitur ἐκ τῶν τοιούτων ἀναφύονται, etc.

Digitized by Google

ἴχατα, θάνατον πανώλεθρον (75) ἐδυστύχησαν, ἢ ζωὴν αἰσχίστην διάγοντες, θανάτου ταύτην βαρυτέραν ἐπέγνωσαν, καὶ οἷον ἰσομέτρους ταῖς ἀδικίαις τὰς τιμωρίας ἐκομίσαντο. Τοσοῦτον γὰρ ἕκαστος εὕραντο συμφορᾶς, ὅσον τις καὶ καταπολεμῆσαι τὸν θεῖον, ὡς ἤετο, νόμον ὑπ' ἀλογίας προήχθη· ὥστ' αὐτοῖς μὴ τὰ περὶ τὴν ζωὴν εἶναι βαρέα μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπὸ γῆς κολαστηρίων χαλεπώτατον προσδοκᾶσθαι τὸν φόβον. »

A mitates, aut funditus infelici exitu perierunt, aut vitam cum summo dedecore ducentes, eam quavis morte acerbiorem esse confessi sunt; et injuste acta paribus quodammodo suppliciis rependerunt. Nam unusquisque eorum eo gravioribus affectus est malis, quo vehementius divinam expugnare legem, ut quidem sperabat, per summam dementiam instituerat. Adeo ut non solum præsentis vitæ mala eis molesta esse viderentur: verum etiam supplicio-

rum quæ apud inferos sunt metus atque exspectatio, multo acerbius ipsos torqueret. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

Ὅτι Θεὸς τῶν καλῶν ὑπηρέτην Κωνσταντῖνον ἐξελέξατο.

« Τοιαύτης δὴ καὶ οὕτω βαρείας δυσσεβείας τὰ ἀνθρώπινα κατεχούσης (76), καὶ τῶν κοινῶν οἷον ὑπὸ νόσου λοιμώδους τινὸς ἄρδην διαφθαρῆναι κινδυνευόντων, καὶ θεραπείας σωτηρίου καὶ πολλῆς χρῃζόντων, τίνα τὸ Θεῖον ἐπινοεῖ κουφισμὸν, τίνα τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν; ἐκεῖνο δὲ πάντως ἐννοητέον (77) θεῖον, ὃ μόνον καὶ ὄντως ἐστὶ, καὶ διαρκῆ κατὰ παντὸς ἔχει τοῦ χρόνου τὴν δύναμιν. Πάντως δὲ οὐ κόμπος ἂν εἴη (78), τὸ τὴν παρὰ τοῦ Κρείττονος εὐπιστίαν ὁμολογοῦντα σεμνολογεῖσθαι. Τὴν γὰρ ἐμὴν ὑπηρεσίαν (79) πρὸς τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν ἐπιτηδείαν ἐζήτησέ τε καὶ ἔκρινεν· ὃς ἀπὸ τῆς πρὸς Βρεττανοῖς ἐκείνης θαλάσσης ἀρξάμενος, καὶ τῶν μερῶν ἔνθα δύεσθαι τὸν ἥλιον ἀνάγκη τινὶ τέτακται, κρείττονί τινι δυνάμει (80) ἀπωθούμενος καὶ διασκεδανὺς τὰ κατέχοντα πάντα δεινά (81), ἵν' ἅμα μὲν ἀνακαλοῖτο τὸ ἀνθρώπινον γένος εἰς τὴν περὶ τὸν σεμνότατον νόμον θεραπείαν, τῇ παρ' ἐμοῦ παιδευόμενον ὑπουργίᾳ, ἅμα δὲ ἡ μακαριστὴ πίστις αὔξοιτο ὑπὸ χειραγωγῷ τῷ Κρείττονι·

B

C

CAPUT XXVIII.

Quod Deus Constantinum bonorum ministrum elegit.

« Porro cum tanta tamque gravis impietas humanum genus occuparet, et Respublica velut lethali quadam lue grassante, in extremum salutis discrimen esset adducta, atque idcirco magna curatione et salutari ope indigeret; quodnam solatium, quod remedium excogitavit tum Deus, ut his nos malis liberaret? Deum vero cum dico, illum intelligi oportet qui solus revera est Deus, et qui perpetuam omni ævo obtinet potestatem. Neque vero arrogantiæ fuerit, eum qui præstita a Deo beneficia fateatur, magnifice loqui. Revera enim Deus ministerium meum, tanquam idoneum ad voluntatem suam implendam expetiit, nostraque opera uti decrevit: qui ab oceano illo Britannico, et ab iis regionibus ubi solem mergi fatalis necessitas jubet, initio ducto, cœlesti quadam virtute, cuncta quæ orbem terrarum occupaverant mala expellens ac dissipans, tum ut humanum genus ministerio nostro institutum atque informatum ad sanctissimæ legis observantiam revocaretur, tum ut beatissima fides Deo manu ducente incrementum acciperet:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Εὐσεβεῖς εἰς Θεὸν Κωνσταντίνου φωναὶ, καὶ ὁμολογητῶν ἔπαινος.

« Οὐδέποτε γὰρ ἂν ἀγνώμων (82) περὶ τὴν ὀφειλομένην γενοίμην χάριν· ταύτην ἀρίστην (83) διακονίαν, τοῦτο κεχαρισμένον ἐμαυτῷ δῶρον πιστεύσας,

CAPUT XXIX.

Piæ in Deum voces Constantini, et laus confessorum.

« Neque enim ingratus unquam et collati beneficii immemor fuerim: cum hoc præstantissimum ministerium summi muneris loco mihi indultum esse

(75) *Πανώλεθρον.* Codex Medicæus vocem addit hoc modo: θάνατον πανώλεθρον ἐδυστύχησαν. Paulo post in eodem codice scribitur τοσοῦτον γὰρ ἕκαστος εὕραντο συμφορῶν, rectius sine dubio.

(76) *Τὰ ἀνθρώπινα κατεχούσης.* Codex Medicæus τὰ ἀνθρώπεια. Et paulo post habet θεραπείας σωτηρίου πολλῆς, sine conjunctione.

(77) *Ἐννοητέον.* In codice Medicæo simplex pro composito legitur νοητέον, quod minorem habet asperitatem. Mox idem codex habet ὃ μόνον τε καὶ ὡς ὄντως ἐστί.

(78) Vulg. *πάντως δὲ κόμπος ἂν εἴη.* Rectius in codice Mediceo legitur πάντως δὲ οὐ κόμπος τὸ τὴν παρὰ τοῦ, etc. quam emendationem confirmat Sozomenus in lib. I, cap. 8, ubi legem hanc Constantini in compendium redigit.

(79) *Τὴν γὰρ ἐμὴν ὑπηρεσίαν.* In codice Medicæo deest particula γάρ, quæ prorsus superflua mihi videtur.

(80) *Κρείττονί τινι δυνάμει.* Duæ postremæ voces desunt in codice Medicæo, et vox κρείττονι refertur ad vocem quæ præcessit, ἀνάγκη.

(81) *Πάντα δεινά.* Post hæc verba codd. Fuk. Turnebi ac Savilii duas voces addunt ἐκποδὼν ἐποιήσατο. Atque ita legit Christophorsonus, ut « versione ejus apparet, quæ in hoc loco valde intricata est. Ego vero verba illa ὃς ἀπὸ τῆς πρὸς Βρεττανοῖς ἐκείνοις θαλάσσης ἀρξάμενος, etc. de Constantino ipso dici existimo, non autem de Deo, ut putarunt Musculus et Christophorsonus. Quare nihil opus est verbis illis, ἐκποδὼν ἐποιήσατο, quæ nec in Med. nec in Regio codd. leguntur, nec in veteribus schedis: præsertim cum sequatur paulo post μέχρι τῶν ἐφ' ἡμῶν πρόειμι.

(82) Vulg. *οὐδὲ γὰρ ἀγνώμων.* In codice Medicæo legitur οὐδέ ποτε γὰρ ἂν γνώμων recte, si modo ἀγνώμων rescribas. Porro hæc per parenthesim dicta intelligere oportet. In codd. Fuk. et Turnebi legitur οὐδὲ γὰρ ἂν ἀγνώμων.

(83) Vulg. *τὴν ἀρίστην.* Longe rectius in codice Medicæo totus hic locus ita scribitur: Ταύτην ἀρίστην διακονίαν, τοῦτο κεχαρισμένον ἐμαυτῷ δῶρον πιστεύσας, μέχρι καὶ τῶν ἐφ' ἡμῶν πρόειμι, etc. Cæterum his verbis concluditur tota periodus, quæ incipit ab illis verbis capituli præcedentis, ὃς ἀπὸ τῆς πρὸς Βρεττανοῖς, quod non viderunt interpretes. Sed neque ipse id unquam deprehendere potuissem absque subsidio codicis Medicæi.

Digitized by Google

certo crederem, ad Orientis tandem partes perveni, quæ, cum gravioribus calamitatibus vexarentur, majus quoque **458** a nobis remedium postulabant. Prorsus vero animam totam, et omne quod spiro, quidquid denique in intimis mentis recessibus volvitur, id summo Deo a me deberi firmissime credo. Equidem probe scio, eos qui spem rerum cœlestium recte ac sincere consectati sunt, eamque in Dei domicilio firme et peculiariter collocaverunt, hominum benevolentia minime indigere : quippe qui eo majoribus potiantur honoribus, quo se longius a mortalitatis vitiis ac sceleribus subduxerunt. Nihilo tamen minus acerbissimas necessitates ipsis ad tempus impositas, et cruciatus minime convenientes, ab hominibus omni culpa ac reprehensione vacuis quam longissime depellere, nostri officii esse duco. Alioquin absurdissimum fuerit, eorum animi fortitudinem atque constantiam, dum illi quidem qui ob Dei cultum ipsos persequi in animum induxerant regnarent, spectatam et cognitam fuisse ; Dei autem famulo imperium administrante, eorumdem gloriam ad illustrius ac beatius fastigium non esse provectam. »

A μέχρι καὶ τῶν ἑῴων πρόειμι χωρίων, ἃ, βαρυτέραις κατεχόμενα συμφοραῖς, μείζονα καὶ τὴν παρ' ἡμῶν θεραπείαν ἐπεβοᾶτο. Πάντως δὲ καὶ ψυχὴν ὅλην, καὶ πᾶν ὅ τί περ ἀναπνέω, καὶ ὅλως εἴ τι τῆς διανοίας ἐνδοτάτω στρέφεται, τοῦτο τῷ μεγίστῳ Θεῷ ὀφείλεσθαι παρ' ἡμῶν, ἀσφαλῶς πεπίστευκα. Οἶδα μὲν οὖν ἀκριβῶς, ὡς οὐδὲ τῆς παρ' ἀνθρώπων εὐνοίας χρῄζοιεν ἂν οἱ τὴν οὐράνιον ὀρθῶς μεταδιώξαντες ἐλπίδα, καὶ ταύτην ἐξαίρετόν τε καὶ βασιλίδα ἀσφαλῶς (84) ἐπὶ τῶν θείων καθιδρυσάμενοι τόπων, τοσούτῳ τε τιμῶν ἀπολαύοντες μειζόνων, ὅσῳ περ σφᾶς αὐτοὺς (85) τῶν γηΐνων ἐλαττωμάτων τε καὶ δεινῶν ἐχώρισαν. Τὰς ἀνάγκας δὲ ὅμως τὰς πρὸς καιρὸν ἐπενεχθείσας αὐτοῖς, καὶ τὰς οὐ προστικούσας βασάνους, ἀπὸ τῶν οὐδὲν αἰτίων οὐδ' ὑπευθύνων, νῦν B ὡς ποῤῥωτάτω ἀνείργειν ἡμᾶς οἶομαι προσήκειν· ἢ γένοιτ' ἂν ἀτοπώτατον, ὑπὸ μὲν τοῖς δικάζειν τοὺς ἄνδρας προθυμηθεῖσι τῆς περὶ τὸ Θεῖον ἕνεκα θεραπείας, τὸ καρτερικὸν καὶ στερρὸν τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἱκανῶς διαγνωσθῆναι, ὑπὸ δὲ τῷ θεράποντι τοῦ Θεοῦ, μὴ οὐκ εἰς λαμπρότερόν τι (86) καὶ μακαριστότερον τὴν δόξαν αὐτῶν ἀρθῆναι. »

CAPUT XXX.

Lex solvens exsilio et curia, et bonorum proscriptione.

« Omnes igitur, seu qui patriam extraneo solo commutarunt, eo quod Dei cultum ac fidem cui se tota mente dicaverant, prodere noluissent, crudelibus judicum sententiis quocunque tempore damnati, seu qui in album curiæ relati sunt, cum antea non essent ex numero curialium ; nunc patriis fundis et consueto otio restituti, liberatori omnium Deo gratias referant. Quicunque item bonis spoliati sunt, et omnium facultatum mulctatione percussi, miserrimam hactenus vitam egerunt : et hi quoque pristinis domiciliis ac familiis et facultatibus restituti, Dei beneficentia læti perfruantur. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Νόμος ἀπολύων ἐξορισμοῦ καὶ βουλῆς, καὶ δημεύσεως.

« Ἅπαντες τοίνυν, εἴτε τινὲς μετοικίαν ἀντὶ τῆς ἐνεγκούσης ἠλλάξαντο, ὅτι μὴ τὴν πρὸς τὸ Θεῖον παρεῖδον τιμὴν καὶ πίστιν ἥπερ ὅλαις ψυχαῖς σφᾶς αὐτοὺς καθιέρωσαν, γνώσεσι δικαστῶν (87) ἀπηνέσιν C ὑποβληθέντες, καθ' οὓς ἔτυχον ἕκαστοι χρόνους· εἴτε τινὲς βουλευτικοῖς συγκατηριθμήθησαν καταλόγοις, τὸν τούτων πρότερον ἀριθμὸν οὐ πληροῦντες, οὗτοι χωρίοις τοῖς πατρῴοις (88) ἀποκαταστάντες, καὶ σχολῇ τῇ συνήθει, τῷ πάντων ἐλευθερωτῇ θεῷ τὰ χαριστήρια φερόντων· εἴτε τινὲς τῶν ὄντων ἐστέρηνται, καὶ πάσης τῆς ὑπαρχούσης οὐσίας ἀποδολῇ καταπονηθέντες (89), κατηφέστατον εἰς δεῦρο διῆγον βίον· οἰκήσεσι καὶ οὗτοι ταῖς ἀρχαίαις καὶ γενέσεσι (90) καὶ περιουσίαις ἀποδοθέντες, τῆς παρὰ τοῦ Κρείττονος εὐποιΐας χαίροντες ἀπολαύοιεν. »

CAPUT XXXI.

Item eos qui in insulas erant relegati.

« Sed et quotquot inviti in insulis detinentur, hujus provisionis beneficio frui præcipimus, ut qui hacte-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Τοὺς ἐν νήσοις ὁμοίως.

« Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὅσους οὐ βουλομένους νῆσοι κατέχουσι (91), τῆς προμηθείας ταύτης ἀπολαῦσαι προσ-

(84) Vulg. *ἐξαίρετόν τε καὶ ἀσφαλῶς*. Codex Medicæus scriptum habet, ἐξαίρετόν τε καὶ βασιλίδα ἀσφαλῶς, etc. Spem filiorum Dei, Constantinus imperator vocat *reginam*, quod omnibus rebus humanis præstet.

(85) Vulg., *ὅσῳ περ ἀσφαλῶς αὐτούς*. Antequam Medicæum codicem nactus essem, videram legendum esse ὅσῳ περ σφᾶς αὐτούς, quam conjecturam plane confirmavit codex Medicæus. In quo etiam legitur τοσούτῳ τε, ν tamen subscripto.

(86) *Εἰς λαμπρότερόν τι*. In codice Medicæo scriptum inveni εἰς λαμπρότερον καὶ μακαριστότερον σχῆμα τὴν δόξαν, etc.

(87) Vulg. *γνώμαις δικαστῶν*. Codex Medicæus γνώσεσι, et paulo post συγκατηριθμῆσαν καταλόγοις. In schedis Regiis legitur συνηριθμήθησαν, sicut et in codice Fuk.

(88) Vulg. *χωρίοις τοῖς πατρίοις*. In codice Medicæo rectius legitur χωρίοις τε πατρῴοις ἀποκαταστάντες. Certe in codice Regio legitur etiam D ἀποκαταστάντες. Porro Eusebius πατρῷα χωρία hic appellat fundos paternos. Nam qui curiis addicti erant (solebant autem ditissimi quique in eas ascribi), eorum prædia curiis mancipabantur. Itaque tametsi fuga semet subtraherent, nihil proficiebant, cum fundos curia occuparet. Statuit igitur Constantinus hac constitutione, ut qui ob Christianam fidem, curiis addicti essent, dummodo curialis non essent originis, prædia paterna quæ curia occuparat, recuperarent. Male igitur Christophorsonus vertit, *patriis sedibus*. Turnebus in suo codice emendavit ἀποκατασταθέντες. In codice autem Fuk. scriptum est ἀποκαταστήσαντες ἑαυτούς, ut et in libro Sav. et Christophors.

(89) *Καταπονηθέντες*. In codice Medicæo legitur καταπεπληγότες, quod magis placet. Est enim verbum juris civilis. Sic *feriri multa* passim occurrit in constitutionibus imperatorum.

(90) Vulg. *γενέσεσι*. Codex Medicæus γένεσιν.

(91) *Ὅσους οὐ βουλομένους νῆσοι κατέχουσι*

Digitized by Google

τάττομεν, ὅπως οἱ μέχρι νῦν (92) ὁρῶν τε δυσχωρίαις καὶ περιῤῥύτῳ περικεκλεισμένοι θαλάσσῃ, τῆς σκυθρωπῆς καὶ ἀπανθρώπου ἐρημίας ἐλευθερωθέντες, τοῖς φιλτάτοις σφᾶς αὐτοὺς ἀποδῶσιν, τὸν εὐκταῖον πόθον πληρώσαντες· οἵτε πενιχρὰν ἐπὶ πολὺν χρόνον ζωὴν μετά τινος ἀποτροπαίου ῥύπου (93) διῆγον, οἷον ἅρπαγμά τι τὴν ἐπάνοδον ποιησάμενοι, καὶ τῶν ὁροτίδων εἰς τὸ λοιπὸν ἀπηλλαγμένοι, μὴ μετὰ φόβου σὺν ἡμῖν (94) βιῶσιν· μετὰ φόβου γὰρ ὑφ' ἡμῖν βιοῦν, οἳ Θεοῦ θεράποντες εἶναι αὐχοῦμέν τε καὶ πιστεύομεν, καὶ εἰς ἀκοὴν ἐλθεῖν μόνον, εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, μήτιγε καὶ πιστεῦσαι· οἳ καὶ τὰς ἀλλοτρίας ἁμαρτίας διορθοῦν πεφύκαμεν. »

A nus montium asperitatibus, et circumfuso mari **459** conclusi fuerunt, tristi tandem et inhumana solitudine liberati, seipsos propinquis et amicis restituant, eorumque vota ac desideria expleant. Et qui in summa egestate ac squalore miserabili diutissime vixerunt, reditu tanquam præda quadam ipsis oblata potiti, curisque in posterum absoluti, absque metu degant nobiscum. Nam cum metu quemquam degere nobis regnantibus, qui famulos Dei nos esse et gloriamur et credimus, res est vel auditu ipso absurdissima, nedum ut credi possit. Quippe ita comparati sumus, ut aliena delicta emendemus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΒ'.

Τοὺς ἐν μετάλλοις καὶ δημοσίοις ἀτιμασθέντας.

« Ὅσοι μὲν οὖν ἢ μοχθηραῖς μεταλλείαις ἐμπονεῖν κατεγνώσθησαν, ἢ τὰς πρὸς τοῖς δημοσίοις ἔργοις ὑπηρεσίας πληροῦν, τῶν διαρκῶν μόχθων τὴν γλυκεῖαν σχολὴν (95) ἀμειψάμενοι, κουφότερον καὶ τὸν μετ' ἐξουσίας ἤδη βιούντων βίον, τὰς ἀμέτρους τῶν πόνων ἀηδίας εἰς πραεῖαν ἄνεσιν καταλύσαντες. Εἰ δὲ καὶ τῆς κοινῆς (96) παῤῥησίας ἀποπεσόντες ὑπάρχοιέν τινες καὶ δυστυχήσαντες ἀτιμίαν, μετ' εὐφροσύνης τῆς προσηκούσης, οἷον ἀποδημίᾳ τινὶ χρονίῳ χωρισθεῖσαν τὴν προτέραν ἀξίαν ἀναλαβόντες, ἐπὶ τὰς αὐτῶν ἐπειγέσθωσαν πατρίδας. »

B

CAPUT XXXII.

Item eos qui ad metalla et ad publica opera ignominiose damnati fuerant.

« Quicunque etiam aut ad laboriosum opus metallorum, aut ad publicorum operum ministeria damnati sunt, hi continuis laboribus cum dulci otio commutatis, leviorem deinceps et ex animi sui sententia vitam agant, et immoderati laboris molestias molli ac placida quiete concludant. Et tametsi nonnulli eorum communi libertate exciderint, et infamia notati sint, pristinam dignitatem velut diuturna peregrinatione ab ipsis sequestratam, eo quo decet gaudio recuperantes, in suam patriam redire festinent. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΓ'.

Περὶ ὁμολογητῶν στρατευσαμένων.

« Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐξετασθεῖσι μὲν ἐπὶ στρατιωτικαῖς ἀξίαις (97) ποτὲ, τούτων δὲ διὰ τὴν ἀπηνῆ τε καὶ ἄδικον πρόφασιν ἐκπεσοῦσιν, ὅτι τὸ γινώσκειν τὸ Κρεῖττον ὁμολογοῦντες, προὐτίμησαν (98) ἧς εἶχον ἀξίας, αἱρετὸν ἔστω πρὸς βούλησιν, ἢ τὰ στρατιωτικὰ στέργουσιν ἐφ' οὕπερ ἦσαν σχήματος μένειν, ἢ μετὰ ἀφέσεως ἐντίμου ἐλευθέραν ἄγειν (99) σχολήν· πρέπον γὰρ ἂν εἴη καὶ ἀκόλουθον, τὸν τοσαύτην μεγαλοψυχίαν καὶ καρτερίαν πρὸς τοὺς ἐπενεχθέντας κινδύνους ἐπιδειξάμενον, καὶ σχολῆς, εἰ βούλοιτο, καὶ τιμῆς πρὸς τὴν αἵρεσιν ἀπολαύειν. »

C

CAPUT XXXIII.

De confessoribus qui militaverant.

« Illis præterea qui militari dignitate olim decorati, crudeli quodam atque iniquo prætextu ea exciderunt, ideo scilicet quod cultum Dei profitentes, dignitati suæ anteponerent, liberum sit eligere utrum malint, an militiam repetentes in eodem in quo prius fuerant statu permanere ; an cum honesta missione libere agere. Æquum enim et rationi consentaneum fuerit, ut is qui in tormentis quæ ipsi illata sunt perferendis, tantam animi magnitudinem et constantiam declaravit, vel otio vel dignitate pro arbitratu suo potiatur. »

D

Non sine causa dixit οὐ βουλομένους, propter monachos qui in insulis solitariam vitam degebant.

(92) *Ὅπως οἱ μέχρι νῦν.* Aliter scriptum exhibet codex Medicæus, hoc scilicet modo : ὅπως μόλις ποτὲ ὁρῶν τε, etc. Et paulo post αὐτοὺς ἀποδοῖεν. Item οἳ πενιχράν, etc.

(93) *Ἀποτροπαίου ῥύπου.* In codice Medicæo scriptum inveni προστροπαίου ῥύπου. Quod fortasse rectius est. Id autem significat, cum invidioso quodam squalore.

(94) *Μὴ μετὰ φόβου σὺν ἡμῖν.* Longe aliter totus hic locus scribitur in codice Medicæo. Punctum enim finale habet post vocem ἀπηλλαγμένοι. Deinde ita scribit : Μετὰ φόβου γὰρ ὑφ' ἡμῖν βιοῦν, οἳ Θεοῦ θεράποντες εἶναι αὐχοῦμέν τε καὶ πιστεύομεν· καὶ εἰς ἀκοὴν ἐλθεῖν μόνον εἴη τῶν ἀτοπωτάτων ἂν, μή τι γε μὴν ἢ μοχθηρίας, ἢ τὰς πρὸς τοῖς ἔργοις δημοσίοις ὑπηρεσίας πληροῦν. Id est : *Nam cum metu sub nobis principibus degere, qui famulos Dei nos esse et gloriamur et confidimus, vel solo auditu absurdissima res fuerit ; nedum ut quisquam aut metallorum, aut publicorum operum ærumnas sustineat.* Quæ lectio sincerior mihi videtur ac planior quam vulgata.

(95) Vulg. *τὴν γλύκεον σχολήν.* Codex Med. habet γλυκεῖαν, Fuketianus γλυκίω.

(96) Vulg. *Εἰ καὶ τῆς κοινῆς.* Scribe ex codice Medicæo εἰ δὲ καί longe rectius. Turnebus in suo codice emendaverat καὶ εἰ τῆς κοινῆς παῤῥησίας, etc. Sed verior est lectio codicis Medicæi, quam confirmat etiam codex Fuketianus.

(97) *Ἐπὶ στρατιωτικαῖς ἀξίαις.* Codex Medicæus habet ἐν στρατιωτικαῖς ἀξ. Et paulo post διὰ τὴν ἀπηνῆ, etc.

(98) *Προὐτίμησαν.* In codice Medicæo legitur προτιμότερον ἧς εἶχον ἀξίας ἦγον, ἔστω πρὸς βούλησιν.

(99) Vulg. *ἐλευθερίαν ἄγειν.* Scribendum est ex codice Medicæo ἐλευθέραν ἄγειν σχολήν. Quod confirmat Sozomenus in lib. I, cap. 8, ubi hanc Constantini legem in compendium retulit. In codice Fuk. scriptum inveni ἐντίμως ἐλευθερίαν ἄγειν. Medicæus vero scriptum habet ἔντιμον ἐλευθεραν ἄγειν σχολήν.

Digitized by Google

460 CAPUT XXXIV.

De iis qui ad gynæcea vel in servitutem dati erant, liberandis.

(58) *Τοῦτο αὐτοῦ κατηφεῖς.* Scribendum est τοῦτο αὐτοῦ προφῆτις, vel si mavis ἱέρεια κατηφής, quam lectionem in interpretatione mea sum secutus. Portesius quoque et Morinus de Pythia seu sacerdote Apollinis hæc intellexerunt. In optimo tamen Fuketii libro totus hic locus ita scribitur : Τοῦτο αὐτοῦ κατηφεῖς τοὺς πλοκάμους ἀνεῖναι πεποίηκε· τῆς μαντείας τ' ἐλαυνομένης, etc. Cui consentit codex Savilii. Mox in iisdem codicibus legitur εἰς ὁποῖον τέλος κατέληξεν.

(59) *Κομιδῇ παῖς ὑπάρχων.* In Græco hujus capitis titulo rectius scribitur νέος. Neque enim Constantinus puer tunc erat, cum in aula Diocletiani

D obsidis loco versaretur. Quippe a patre Constantio traditus est Diocletiano, anno Christi 291, cum Constantius a Diocletiano Cæsar factus fuisset. Quo quidem tempore Constantinus annum ætatis circiter quintum decimum agebat. Mortuus est enim anno Christi 337, ætatis suæ secundo ac sexagesimo.

(60) Vulg. *βροχθήσας μέλι.* In manuscriptis codicibus Fuketii et Savilii rectius legitur βροχθίσας, neque aliter scriptum exhibet Regius codex.

(61) *Μιαιφόνοις... ἀκωκαῖς.* Alludit ad mucronem styli. Porro eleganter Constantinus, leges illas de persecutione Christianorum scriptas fuisse dicit cruentis gladiorum mucronibus. Sic Draconis leges sanguine, non atramento scriptas fuisse quidam veterum dixerunt.

(62) *Ἐκτείνειν παρεκελεύετο.* Mallem dicere ἐπιτείνειν, ut loqui solet Eusebius.

Digitized by Google

ἱστατο· σωφροσύνη δ' ἦν τῶν πολεμίων οὐδεὶς ἠδίκησε πώποτε, ὀργίλων πολιτῶν παροινίας πάρεργον ἐγίνετο (63). Ποῖον πῦρ, ποῖαι βάσανοι, ποῖον στρεβλωτηρίων εἶδος οὐχὶ παντὶ σώματι καὶ ἡλικίᾳ πάσῃ (64) ἀδιακρίτως προσήγετο; Τὸ τηνικαῦτα ἐδάκρυε μὲν ἀναμφιβόλως ἡ γῆ, ὁ δὲ τὰ σύμπαντα περιέχων κόσμος τῷ λύθρῳ χραινόμενος ἀπεκλάετο· ἥ γε μὴν ἡμέρα αὐτὴ τῷ πένθει τοῦ θαύματος ἐνεκαλύπτετο.»

A rent. Quippe modestiam, quam **468** nec hostes ipsi ulla unquam affecerunt injuria, efferati cives probris omnibus incessere pro nihilo duxerunt. Quodnam incendium, quod cruciatuum et tormentorum genus cuivis corpori et ætati absque ullo discrimine admotum non fuit? Ea tempestate tellus quidem ipsa procul dubio lacrymas edidit : cœlum vero quod universa suo ambitu complectitur, cruore inquinatum ingemuit. Ipsa quoque diei lux præ luctu atque horrore tanti prodigii obscurata est. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Ὅτι βάρβαροι Χριστιανοὺς ὑπεδέξαντο.

« Ἀλλὰ τί ταῦτα; Αὐχοῦσι νῦν ἐπ' ἐκείνοις οἱ βάρβαροι, οἱ τοὺς κατ' ἐκεῖνο καιροῦ ἐξ ἡμῶν φεύγοντας ὑποδεδεγμένοι, καὶ φιλανθρωποτάτῃ τηρήσαντες αἰχμαλωσίᾳ· ὅτι οὐ μόνον τὴν σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς σεμνότητος αὐτοῖς κατέστησαν ἐν ἀσφαλείᾳ ἔχειν. Καὶ νῦν τὸ Ῥωμαίων γένος κηλῖδα ταύτην διηνεκῆ φέρει, ἣν οἱ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Ῥωμαϊκῆς οἰκουμένης ἐλαυνόμενοι Χριστιανοὶ καὶ βαρβάροις προσφεύγοντες προσετρίψαντο. »

B

CAPUT LIII.

Quomodo Barbari Christianos excèperunt.

« Sed quid ista commemoro? Gloriantur ob hæc nunc Barbari, qui homines ex nostris regionibus profugos tunc temporis exceperunt, et captivos humaniter habuerunt : quippe cum illis non modo salutem, verum etiam religionis suæ cultum integrum apud se retinere permiserint. Itaque perpetuam hanc infamiæ notam Romani nunc gestant, quam Christiani ex orbe Romano per id tempus fugati, et ad Barbaros confugientes, ipsis inusserunt. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΔ'.

Ποία μετῆλθε δίκη τοὺς διὰ τὴν μαντείαν διώκτας.

« Ἀλλὰ τί τῶν θρήνων ἐκείνων καὶ τοῦ κοινοῦ τῆς οἰκουμένης πένθους, ἐπὶ πλέον μεμνῆσθαί με δεῖ; Οἴχονται λοιπὸν καὶ ἐκεῖνοι οἱ τοῦ μύσους αὐθένται, πρὸς διηνεκῆ κόλασιν τοῖς Ἀχέροντος βαράθροις ἐκδοθέντες, σὺν αἰσχρῷ τέλει. Πολέμοις γὰρ ἐμφυλίοις καταμιγέντες, οὔτ' ὄνομα, οὔτε γένος αὐτῶν καταλελοίπασιν. Ὃ δὴ οὐκ ἂν αὐτοῖς συμβεβήκει, εἰ μὴ ἡ ἀσεβὴς ἐκείνη τῶν τοῦ Πυθίου χρηστηρίων μαντεία κίβδηλον δύναμιν ἐσχήκει. »

C

CAPUT LIV.

Quomodo divina ultione puniti sint, qui ex oraculo persecutionem commoverant.

« Sed quid opus est lamenta illa et communem totius orbis luctum pluribus verbis commemorare? Illi tanti sceleris auctores, posthæc turpi exitu periere, in Acherontis barathrum ad perpetuos cruciatus detrusi. Nam civilibus inter se collisi bellis, nec nominis, nec generis sui memoriam reliquerunt. Quod profecto nunquam ipsis contigisset, nisi impia illa Apollinis Pythii vaticinatio, falsam quamdam et adulterinam vim haberet. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ'.

Δοξολογία Κωνσταντίνου εἰς Θεὸν, καὶ ὁμολογία περὶ τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ, καὶ εὐχὴ περὶ Ἐκκλησιῶν καὶ λαῶν.

« Σὲ νῦν, τὸν μέγιστον Θεὸν, παρακαλῶ, εἶης πρᾶός τε καὶ εὐμενὴς τοῖς σοῖς ἀνατολικοῖς· εἶης πᾶσι τοῖς σοῖς ἐπαρχεώταις, ὑπὸ χρονίου συμφορᾶς συντριβεῖσι, δι' ἐμοῦ τοῦ σοῦ θεράποντος ὀρέγων ἵασιν. Καὶ ταῦτά γε αἰτῶ οὐκ ἀπεικότως, ὦ Δέσποτα τῶν ὅλων ἄγιε Θεέ· ταῖς σαῖς γὰρ ὑφηγήσεσιν ἐνεστησάμην σωτηριώδη πράγματα καὶ διήνυσα· τὴν σὴν σφραγῖδα πανταχοῦ προβαλλόμενος, καλλινίκου ἡγησάμην στρατοῦ· κἂν πού τις τῶν δημοσίων καλῇ χρεία, τοῖς αὐτοῖς τῆς σῆς ἀρετῆς ἑπόμενος συνθήμασιν, ἐπὶ τοὺς πολεμίους πρόειμι. Διὰ ταῦτά τοι ἀνέθηκά σοι τὴν ἐμαυτοῦ ψυχὴν, ἔρωτι καὶ φόβῳ καθαρῶς ἀνακραθεῖσαν· τὸ μὲν γὰρ ὄνομά σου γνησίως ἀγαπῶ, τὴν δὲ δύναμιν εὐλαβοῦμαι, ἣν πολλοῖς τεκμηρίοις ἔδειξας, καὶ τὴν ἐμὴν πίστιν βεβαιοτέραν εἰργάσω. Ἐπείγομαι γοῦν καὶ τοὺς ὤμους αὐτὸς ὑποσχὼν τοὺς ἐμοὺς, τὸν ἀγιώτατόν σοι οἶκον (65) ἀνανεώσασθαι,

D

CAPUT LV.

Constantinus Deo gloriam tribuit, signum crucis confitetur, et precatur pro Ecclesiis.

« Nunc te, Deus Opt. Max., oro atque obsecro, sis clemens ac propitius erga tuos orientales : sis erga cunctos provinciales diuturnis calamitatibus attritos : iisque per me famulum tuum salutem conferre velis. Atque hæc non sine causa abs te postulo, omnium Domine **469** et sancte Deus. Tuo enim ductu atque auspicio res salutares suscepi atque perfeci. Tuum signum ubique præfereus, victorem exercitum duxi. Et quotiescunque publica exigit necessitas, tuæ virtutis insignia sequens, adversus hostes progredior. Has ob causas tibi animum meum dicavi, amore simul ac timore probe temperatum. Nam nomen quidem tuum sincere diligo : potentiam autem quam multis documentis declarasti, et qua fidem meam confirmasti, religiose formido. Festino itaque meos ipse humeros operi supponens, ut sanctissimam domum tuam, quam nefarii illi

(63) *Παροινίας πάρεργον ἐγίνετο.* Sic supra in libro primo de Severo Cæsare dixit Eusebius πάρεργον ἐγένετο θανάτου, ubi vide quæ de hac locutione adnotavimus. Nam interpretes nihil hic viderunt.

(64) *Καὶ ἡλικίᾳ πάσῃ.* Codex Fuketii scriptum exhibet οὐχ ἡλικίᾳ πάσῃ. Paulo post in eodem codice et in schedis Regiis scribitur ἥ γε ἡμέρα αὐτὴ τῷ πένθει τοῦ θ. ἐνεκαλύπτετο.

(65) *Τὸν ἁγιώτατόν σοι οἶκον.* Ecclesiam catho-

Digitized by Google

atque impii scelerata eversione vastarunt, denuo instaurem. »

CAPUT LVI.

Quomodo omnes quidem Christianos esse optavit, neminem autem coegit.

« Equidem populum tuum pacate ac sine ulla seditione degere, pro communi totius orbis et cunctorum mortalium utilitate desidero. Qui autem gentilitatis errore implicati sunt, ipsi quoque eamdem cum fidelibus pacis et quietis oblectationem læti percipiant. Hæc enim communionis ac societatis mutuæ reparatio, ad homines in rectam viam reducendos plurimum valet. Nemo alteri molestiam facessat. Quod cuique libitum fuerit, id agat. Illud tamen apud eos qui recte sentiunt fixum ratumque esse oportet, solos illos sancte casteque esse victuros, quos tu ipse ad hoc vocavisti, ut sacrosanctis tuis legibus acquiescant. Qui vero seipsos subtrahunt, habeant sibi mendaciorum delubra, quando ita volunt. Nos splendidissimam domum veritatis tuæ quam nascentibus nobis donasti, retinemus. Id ipsum illis quoque optamus, ut scilicet ex communi capiant voluptatem. »

CAPUT LVII.

Gloriam tribuit Deo qui per Filium suum errantes illuminavit.

« Neque enim nova ac recens est nostra religio : sed ex quo hujus mundi fabricam apte dispositam stetisse credimus, tu hanc religionem cum debita tui numinis observantia instituisti. Porro humanum genus variis seductum erroribus **470** impegit. Sed tu ne hoc malum amplius ingravesceret, per Filium tuum splendidissimam attollens facem, cunctos de numinis tui cultu admonuisti. »

CAPUT LVIII.

Iterum Deo gloriam tribuit ex ministerio totius mundi.

« Hujus rei fidem faciunt opera tua. Tua nos potestas innocentes efficit ac fideles. Sol et luna ratis ac definitis cursibus feruntur; nec sine ordine circa mundi totius axem sidera volvuntur. Certa lege recurrunt temporum vices. Tuo verbo stat terræ firma soliditas, et venti præstituto tempore moventur, et aquarum impetus irrequieto fluxu prolabitur. Mare immotis continetur terminis. Et quidquid per terras perque oceanum diffunditur, hoc ad maximos et mirabiles usus fabricatum est. Quod quidem nisi ex voluntatis tuæ arbitrio ita gereretur, procul

A ὃν οἱ μυσαροὶ ἐκεῖνοι καὶ ἀσεβέστατοι τῷ ἀτοπήματι τῆς καθαιρέσεως ἐλυμήναντο. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΖ'.

Ὅτι προσεύχεται μὲν Χριστιανοὺς εἶναι πάντας, οὐκ ἀναγκάζει δέ.

« Εἰρηνεύειν σου τὸν λαὸν καὶ ἀστασίαστον μένειν ἐπιθυμῶ, ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ τῆς οἰκουμένης καὶ τοῦ πάντων ἀνθρώπων χρησίμου. Ὁμοίαν τοῖς πιστεύουσιν οἱ πλανώμενοι χαίροντες λαμβανέτωσαν εἰρήνης τε καὶ ἡσυχίας ἀπόλαυσιν. Αὕτη γὰρ ἡ τῆς κοινωνίας ἐπανόρθωσις, καὶ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ἀγαγεῖν ὁδὸν ἰσχύει (66). Μηδεὶς τὸν ἕτερον παρενοχλείτω· ἕκαστος ὅπερ ἡ ψυχὴ βούλεται, τοῦτο καὶ πραττέτω (67). Τοὺς δ' εὖ φρονοῦντας πεπεῖσθαι χρή, ὡς οὗτοι μόνοι ἁγίως καὶ καθαρῶς βιώσονται, οὓς αὐτὸς καλεῖς B ἐπαναπαύεσθαι τοῖς σοῖς ἁγίοις νόμοις. Οἱ δ' ἑαυτοὺς ἀφέλκοντες, ἐχόντων βουλόμενοι τὰ τῆς ψευδολογίας τεμένη· ἡμεῖς ἔχομεν τὸν φαιδρότατον τῆς σῆς ἀληθείας οἶκον, ὅνπερ κατὰ φύσιν δέδωκας. Τοῦτο κἀκείνοις εὐχόμεθα, ἵνα δηλαδὴ διὰ τῆς κοινῆς ὁμονοίας καὶ αὐτοὶ τὴν θυμηδίαν ἀναφέρωνται. » omnium consensu atque concordia, maximam ca-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΖ'.

Δοξολογία εἰς Θεὸν δι' Υἱοῦ φωτίσαντος τοὺς πλανωμένους.

« Οὐδὲ γάρ ἐστι καινὸν (68) οὐδέ τι νεώτερον τὸ καθ' ἡμᾶς· ἀλλ' ἐξ οὗπερ τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν παγίως γεγενῆσθαι πεπιστεύκαμεν, μετὰ τοῦ πρέποντός σου C σεβάσματος τοῦτο παρεκελεύσω· ἐσφάλη δὲ τὸ ἀνθρώπινον γένος, πλάναις παντοίαις παρηγμένον· ἀλλὰ σύ γε διὰ τοῦ σοῦ Υἱοῦ, ἵνα μὴ τὸ κακὸν ἐπὶ πλέον ἐπιβρίσῃ, καθαρὸν φῶς ἀνασχών, ὑπέμνησας περὶ σεαυτοῦ τοὺς πάντας. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΗ'.

Δοξολογία πάλιν ἐκ τῆς τοῦ κόσμου λειτουργίας.

« Αἱ σαὶ πράξεις ταῦτα πιστοῦνται· τὸ σὸν κράτος ἀθώους ἡμᾶς καὶ πιστοὺς ἐργάζεται· ἥλιος καὶ σελήνη ἔννομον ἔχουσι τὴν πορείαν, οὐδὲ τὰ ἄστρα ἄτακτον ἔχει τὴν τοῦ κοσμικοῦ κύκλου περιφοράν· αἱ τῶν καιρῶν ἀμοιβαὶ νομίμως ἀνακυκλοῦνται· ἡ τῆς γῆς ἑδραία στάσις τῷ σῷ λόγῳ συνέστηκε· καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τὸν ἐπιταχθέντα καιρὸν (69) ποιεῖται τὴν κίνησιν, ἥ τε τῶν ὑδάτων φορὰ θέουσα πρόεισιν ἀπλέτου ῥεύματος μέτρῳ· ἡ θάλασσα ὅροις ἐμπεριέχεται πεπηγόσι· καὶ ὅ τι ἂν τῇ γῇ καὶ τῷ ὠκεανῷ συμπαρεκτείνεται, τοῦτο πᾶν θαυμασταῖς

licam intelligit, quam cap. 56 domum veritatis appellat. In sacris libris « Columna et firmamentum veritatis » dicitur. Paulo post scribe ex codice Fuketii, Savilii et ex schedis Regiis ὃν οἱ μυσαροὶ ἐκεῖνοι, etc.

(66) *Πρὸς τὴν εὐθεῖαν ἀγαγεῖν ὁδὸν ἰσχύει.* In libro Fuketii legitur ἰσχύς. Sed vera lectio est quam in veteribus schedis bibliothecæ Regiæ inveni, ἰσχύσει. Quod profecto longe est elegantius.

(67) *Ἕκαστος ὅπερ ἡ ψυχὴ βούλεται, τοῦτο καὶ πραττέτω.* Id est, *quam quisque vult religionem colat.* Quibus verbis Constantinus, integram colendi, prout quisque vellet, Numinis libertatem subditis suis dereliquit. Quippe religiosissimus princeps omnes quidem mortales ad Christi fidem transire maxime concupivit : neminem tamen ad id unquam coegit. Ac gentiles quidem pristino errore liberatos voluit ; templorum tamen cæremonias et sacrificia non prohibuit, utipse testatur, infra c. 59.

(68) *Οὐδὲ γάρ ἐστι καινόν.* De origine et antiquitate religionis Christianæ idem scribit Eusebius in principio *Historiæ Ecclesiasticæ*, et in libris *De evangelica demonstratione.*

(69) Vulg. *κατὰ τὸν ἐπεισαχθέντα καιρόν.* Lego κατὰ τὸν ἐπιταχθέντα, ut legisse videtur Christophorsonus. Atque ita scriptum exhibent codd. Fuketii et Savilii.

Digitized by Google

τισι καὶ χρησίμοις τεχνάζεται λυσιτελείαις. Ὅπερ εἰ μὴ κατὰ κρίσιν τῆς σῆς βουλήσεως ἐπράττετο, ἀναμφιβόλως ἂν ἡ τοσαύτη διαφορὰ, καὶ ἡ πολλὴ τῆς ἐξουσίας διάκρισις (70) παντὶ τῷ βίῳ καὶ τοῖς πράγμασιν ἐλυμήνατο. Οἱ γὰρ πρὸς ἑαυτοὺς μαχεσθέντες (71), χαλεπώτερον ἂν τῷ ἀνθρωπίνῳ ἐμαχέσαντο γένει· ὅπερ καὶ μὴ ὁρώμενοι πράττουσι. »

A dubio tanta diversitas, et multiplex divisio potestatis, universo orbi ac rebus humanis perniciem attulisset. Nam qui adversus sese invicem bellum gesserunt, utique gravius adversus humanum genus depugnarent. Quod profecto faciunt, tametsi oculis non cernuntur. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ'.

Δοξολογία εἰς Θεὸν, ἀεὶ διδάσκοντα τὰ καλά.

« Χάρις σοι πλείστη, Δέσποτα τῶν ἁπάντων, μέγιστε θεέ· ὅσον γὰρ διαφόροις σπουδάσμασιν ἡ ἀνθρωπότης γνωρίζεται, τοσοῦτον μᾶλλον τοῖς ὀρθότερον φρονοῦσι καὶ γνησίας ἐπιμελομένοις ἀρετῆς (72), τὰ τοῦ θείου λόγου μαθήματα συνίσταται. Πλὴν ὅστις αὐτὸν θεραπεύεσθαι κωλύει, ἄλλῳ τοῦτο μὴ λογιζέσθω (73)· ἡ γὰρ ἰατρικὴ τῶν ἰαμάτων προκαθέζεται, ἅπασιν εἰς τοὔμφανὲς προκειμένη. Μόνον μή τις καταβλαπτέτω τοῦθ' ὅπερ ἄχραντον εἶναι τὰ πράγματα παρεγγυᾷ. Χρησώμεθα τοίνυν ἅπαντες ἄνθρωποι τῇ τοῦ δοθέντος ἀγαθοῦ συγκληρίᾳ, τουτέστι τῷ τῆς εἰρήνης καλῷ, χωρίζοντες δηλαδὴ τὴν συνείδησιν ἀπὸ παντὸς ἐναντίου. »

CAPUT LIX.

Deum laudat, qui semper bona atque honesta docet.

« Gratias tibi plurimas agimus, omnium Domine ac summe Deus. Nam quanto magis ex discrepantibus studiis humana natura cognoscitur, tanto magis apud recte sentientes et veræ virtutis studiosos, divinæ religionis disciplina stabilitur. Cæterum quisquis curari se non sinit, ne id alii imputet. Quippe medicina quæ præest curationi, palam omnibus proposita est. Illud tantum cavendum est, ne quis eam religionem violet, quam puram et immaculatam esse res ipsæ testantur. Proinde universi fruamur hujus boni nobis indulti consortio, hoc est pacis amœnitate; et animi nostri conscientiam ab omnibus quæ illi contraria sunt abducamus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ξ'.

Παραίνεσις ἐπὶ τέλει τοῦ διατάγματος, μηδένα μηδενὶ ἐνοχλεῖν.

« Πλὴν ἕκαστος ὅπερ πείσας ἑαυτὸν ἀναδέδεικται (74), τούτῳ τὸν ἕτερον μὴ καταβλαπτέτω· ὅπερ θάτερος εἰδέ τε καὶ ἐνόησε, τούτῳ τὸν πλησίον, εἰ μὲν γενέσθαι δυνατὸν, ὠφελείτω· εἰ δ' ἀδύνατον, παραπεμπέσθω. Ἄλλο γάρ ἐστι, τὸν ὑπὲρ ἀθανασίας ἄθλον ἑκουσίως ἐπαναιρεῖσθαι, ἄλλο τὸ μετὰ τιμωρίας ἐπαναγκάζειν. Ταῦτ' εἶπον, ταῦτα διεξῆλθον μακρότερον, ἢ ὁ τῆς ἐμῆς ἐπιεικείας ἀπήτει σκοπὸς, ἐπειδὴ τὴν τῆς ἀληθείας ἀποκρύψασθαι πίστιν (75) οὐκ ἐβουλόμην· μάλισθ' ὅτι τινὲς, ὡς ἀκούω, φασὶ τῶν ναῶν περιῃρῆσθαι τὰ ἔθη καὶ τοῦ σκότους τὴν ἐξουσίαν (76)· ὅπερ συνεβούλευσα ἂν πᾶσιν ἀνθρώποις, εἰ μὴ τῆς μοχθηρᾶς πλάνης ἡ βίαιος ἐπανάστασις (77), ἐπὶ βλάβῃ τῆς κοινῆς ἀναστάσεως (78) ἀμέτρως ταῖς ἐνίων ψυχαῖς ἐμπεπήγει. »

471 CAPUT LX.

Adhortatio sub finem edicti, ut nemo alteri molestiam facessat.

« Cæterum nemo ex eo quod ipse animo imbibit, alteri noxam pariat. Sed quicunque aliquid intellexerit ac noverit, eo, si quidem fieri potest, proximum juvet; sin id fieri non potest, omittat. Aliud est enim, certamen pro immortalitate sponte suscipere: aliud, suppliciorum vi adigere. Hæc dixi, et uberius ac prolixius quam mansuetudinis nostræ propositum postulabat, ideo disserui, quod fidei veritatem celare ac dissimulare nolebam. Præsertim cum nonnulli, ut audio, asserant, ritus ac cæremonias templorum et potestatem tenebrarum penitus esse sublata. Quod profecto suasissem omnibus hominibus, nisi pravi erroris violenta præsumptio in cladem atque in damnum reparationis generis humani, quorumdam mentibus nimis insideret. »

(70) *Πολλὴ τῆς ἐξουσίας διάκρισις*, id est, multiplex divinitas, puta solis, lunæ, astrorum et elementorum, de quibus supra dixit. Hæc enim singula, nisi unius Dei nutu ac potestate regerentur, utique dii essent. Ἐξουσία igitur est potestas nullius dominationi subjecta, quam vulgo *independentiam* vocamus, quæ solius Dei propria est.

(71) *Οἱ γὰρ πρὸς ἑαυτοὺς μαχεσθέντες.* Deos gentilium intelligit, ut supra dixi, solem scilicet, lunam et reliqua mundi elementa quæ pro diis colunt antiquitas. Mox scribe ex codice Fuketiano τὸ ἀνθρώπινον ἐμάχοντο γένος, ut legitur etiam in Regiis schedis.

(72) *Γνησίας ἐπιμελομένοις ἀρετῆς.* In codd. Fuketiano et Savilii legitur γνησίως.

(73) *Ἄλλῳ τοῦτο μὴ λογιζέσθω*, id est, *quisquis curari se non sinit*, nec morbo idololatriæ liberari, *sibi imputet*, cum medicina in promptu sit. Male Christophorsonus hunc locum interpretatur hoc modo, *alteri qui sanari vult, non vitio vertat.* Nam de Portesio nihil dico, qui fere ubique a vero sensu deerrat. Musculus certe hæc non infeliciter vertit.

(74) *Ὅπερ πείσας ἑαυτὸν ἀναδέδεικται.* In codice Regio superscriptum est eadem manu ἀναδέδεκται. Utrumque certe ferri potest — At nobis longe præstantior videtur correctio Reg. cod. ἀναδέδεκται. Edit.

(75) *Τῆς ἀληθείας... πίστιν*, id est veram fidem. Idem enim est, ac si diceret, τὴν ἀλήθειαν τῆς πίστεως. Sic iterum loquitur in cap. 69, infra.

(76) *Τοῦ σκότους τὴν ἐξουσίαν.* Verba sunt desumpta ex Epistola Pauli. Porro ut hic Hellenismum vocat potestatem tenebrarum, sic infra, cap. 65, Christianismum vocat lucis potestatem et efficaciam.

(77) *Ἐπανάστασις.* Hæc vox proprie significat conspirationem ac rebellionem: quod quidem de idolorum cultu optime dicitur. Est enim idolorum cultus, defectio a vero Deo.

(78) *Τῆς κοινῆς ἀναστάσεως.* Scribendum videtur ἀνορθώσεως. Nam vulgata vox ex superiore linea repetita esse videtur. Porro in fine hujus edicti apposita erat sine dubio hæc subscriptio, de qua superius multa dixi, Προτεθήτω ἐν τοῖς ἡμετέροις ἀνατολικοῖς μέρεσι. Hæc enim subscriptio proprie convenit huic edicto, utpote quod missum est ad provinciales Orientis.

Digitized by Google

CAPUT LXI.

Quomodo ab urbe Alexandria quæstiones commotæ sint propter Arium.

Hæc imperator velut quidam Dei præco maxima præditus voce, cunctis provincialibus per suas litteras inclamavit, dum subditos a dæmonum errore revocare, et ad verum Dei cultum amplectendum incitare conatur. Quas ob res cum singulari gaudio gestiret, nuntius ad eum perlatus est de quodam non mediocri tumultu qui Ecclesias occupaverat. Quo audito perculsus, remedium excogitare cœpit. Porro tumultus origo hæc fuit : Florebat populus Dei, et cum alacritate quadam ac tripudio honestis actibus incumbebat. Nullus erat fortis metus, qui perturbationem afferret : quippe cum Dei optimi maximi beneficio, amœna et profundissima pax Ecclesiam undique communiret. Sed enim invidia nostris bonis insidias struens subsederat. Quæ primum quidem intro irrepens, postea in medio sanctorum cœtu tripudiavit. Tandem vero episcopos inter se commisit, tumultum et altercationem inter eos excitans, divinorum dogmatum obtentu. Exinde tanquam ex levi quadam scintilla, gravissimum exarsit incendium. Quod quidem ab Ecclesia Alexandrina velut **472** a capite exorsum, universam posthæc Ægyptum, et Libyam, et ulteriorem Thebaidem peragravit. Sed et reliquas urbes ac provincias depastum est : adeo ut non solum ipsos Ecclesiarum antistites verbis inter se digladiantes, verum etiam plebem ipsam discissam cernere liceret, aliis horum, aliis illorum partes amplectentibus. Porro rerum quæ gerebantur spectaculum eo usque processit indignitatis, ut in mediis infidelium turpissimo risu ac ludibrio traduceretur.

CAPUT LXII.

De Ario et Meletianis.

Et hi quidem in ipsa urbe Alexandria de sublimissimis rebus pertinaciter dimicabant. Alii vero per totam Ægyptum et superiorem Thebaidem, ob controversiam quamdam quæ prius commota fuerat, interim dissidebant; adeo ut ubique discerptæ essent Ecclesiæ. Cum autem Ecclesiæ corpus hujusmodi morbo laboraret, universa Libya simul etiam ægrotavit, et reliquæ exterarum provinciarum partes eodem morbo correptæ sunt. Nam qui Alexandriæ erant, legatos ad singularum provinciarum episcopos dirigebant; isti vero in alterutram partem discissi, seditioni quoque adjungebantur.

CAPUT LXIII.

Quomodo legatum cum litteris misit ad pacem componendam.

His auditis imperator gravissimo dolore perculsus, eamque rem instar domesticæ calamitatis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΑ'.

Ὅπως ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων δ.ὰ τὰ κατὰ Ἄρειον ἐκινοῦντο ζητήσεις.

Τοιαῦτα βασιλεὺς, ὡσανεὶ Θεοῦ μεγαλοφωνότατος κήρυξ, τοῖς ἐπαρχεώταις ἅπασι δι' οἰκείου προσεφώνει γράμματος, δαιμονικῆς μὲν ἀπείργων τοὺς ἀρχομένους πλάνης, τὴν δ' ἀληθῆ μετιέναι θεοσέβειαν ἐγκελευόμενος. Φαιδρυνομένῳ δ' αὐτῷ ἐπὶ τούτοις, φήμη τις διαγγέλλεται ἀμφὶ ταραχῆς οὐ μικρᾶς τὰς Ἐκκλησίας διαλαβούσης· ἐφ' ᾗ τὴν ἀκοὴν πληγείς, ἴασιν περιενόει. Τὸ δ' ἦν ἄρα τοιόνδε. Ἐσεμνύνετο μὲν ὁ τοῦ Θεοῦ λεὼς, ταῖς τῶν καλῶν καλλωπιζόμενος πράξεσιν· οὐδ' ἦν τις ἔξωθεν φόβος ταράττων, ὡς καὶ λαμπρᾶς καὶ βαθυτάτης εἰρήνης ἀπανταχόθεν τὴν Ἐκκλησίαν Θεοῦ χάριτι περιφραττούσης· φθόνος δ' ἄρα καὶ τοῖς ἡμετέροις ἐφῆδρευε καλοῖς, εἴσω μὲν εἰσδυόμενος, μέσος δ' ἐν αὐτοῖς χορεύων τοῖς τῶν ἁγίων ὁμίλοις. Συμβάλλει δῆτα τοὺς ἐπισκόπους, στάσιν ἐμβαλὼν ἐρεσχελίας (79), θείων προφάσει δογμάτων· κἄπειθ' ὡς ἀπὸ μικροῦ σπινθῆρος μέγα πῦρ ἐξεκάετο, ἄκρας μὲν ὥσπερ ἀπὸ κορυφῆς ἀρξάμενον τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησιας, διαδραμὸν δὲ τὴν σύμπασαν Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύην, τήν τ' ἐπέκεινα Θηβαΐδα· ἤδη δὲ καὶ τὰς λοιπὰς ἐπενέμετο ἐπαρχίας τε καὶ πόλεις, ὥστ' οὐ μόνους ἦν ἰδεῖν τοὺς τῶν Ἐκκλησιῶν προέδρους λόγοις διαπληκτιζομένους, ἀλλὰ καὶ τὰ πλήθη κατατεμνόμενα, τῶν μὲν ὡς τούσδε, τῶν δὲ θατέροις ἐπικλινομένων. Εἰς τοσοῦτον δὲ διήλαυνεν (80) ἀτοπίας ἡ τῶν γινομένων θέα, ὥστ' ἤδη ἐν αὐτοῖς μέσοις τῶν ἀπίστων θεάτροις, τὰ σεμνὰ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας τὴν αἰσχίστην ὑπομένειν χλευήν.

theatris, divinæ prædicationis venerabilis doctrina

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΒ'.

Περὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ Μελιτιανῶν.

Οἱ μὲν οὖν κατ' αὐτὴν τὴν Ἀλεξάνδρειαν, νεανικῶς περὶ τῶν ἀνωτάτω διεπληκτίζοντο, οἱ δ' ἀμφὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον (81) καὶ τὴν ἄνω Θηβαΐδα, προϋποκειμένης παλαιοτέρας ὑποθέσεως χάριν διεστασίαζον, ὡς πανταχοῦ διῃρῆσθαι τὰς Ἐκκλησίας. Τούτοις δ' ὥσπερ σώματος κεκακωμένου, σύμπασα Λιβύη συνέκαμνε· συνενόσει δὲ καὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῶν ἐκτὸς ἐπαρχιῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας διεπρεσβεύοντο πρὸς τοὺς κατ' ἐπαρχίαν ἐπισκόπους, οἱ δ' εἰς θάτερον τεμνόμενοι μέρος, τῆς ὁμοίας ἐκοινώνουν στάσεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΓ'.

Ὅπως περὶ εἰρήνης πέμψας Κωνσταντῖνος ἔγραψε.

Ταῦτα δὲ πυθόμενος ὁ βασιλεὺς καὶ τὴν ψυχὴν ὑπεραλγήσας, συμφοράν τε οἰκείαν τὸ πρᾶγμα θέμε-

(79) *Στάσιν ἐμβαλὼν ἐρεσχελίας.* Scribendum videtur καὶ ἐρεσχελίας. Porro φθόνος hoc loco est invidus dæmon. Sic enim loqui solet Eusebius multis in locis.

(80) *Τοσοῦτον δὲ διήλαυνεν.* In codice Regio legitur δὴ ἤλαυνεν, quod magis probo. Totus igitur locus sic scribendus est : εἰς τοσοῦτον δὴ ἤλαυνεν ἀτοπίας, etc. Certe in Fuketiano codice legitur εἰς τοσοῦτον.

(81) *Οἱ δ' ἀμφὶ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον.* Melitianos intelligit, de quorum schismate videndus est Epiphanius et Baronius.

Digitized by Google

νος, παραχρῆμα τῶν ἀμφ' αὐτὸν θεοσεβῶν, ὃν εὖ ἠπίστατο σώφρονι πίστεως ἀρετῇ δεδοκιμασμένον ἄνδρα (82), λαμπρυνόμενον ταῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ὁμολογίαις κατὰ τοὺς ἔμπροσθεν χρόνους, βραβεῦσαι εἰρήνην τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν διεστῶσιν ἐκπέμπει· γράμμα τ' ἀναγκαιότατον δι' αὐτοῦ τοῖς τῆς ἀρεσχελίας αἰτίοις ἐπιτίθησιν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ γνώρισμα περιέχον ἀμφὶ τὸν λαὸν τοῦ Θεοῦ κηδεμονίας, τῇ περὶ αὐτοῦ φέρεσθαι διηγήσει καλὸν, ἔχον τοῦτον τὸν τρόπον.

A habendam ratus confestim ex Dei cultoribus quos circa se habebat, quemdam, quem ob modestiam fidei spectatum, et ob religionis confessionem superiori tempore præ cæteris nobilitatum esse cognoverat, Alexandriam dirigit, ut inter eos qui illic dissidebant pacem componeret, eidemque litteras dat ad contentionis auctores, utiles in primis ac necessarias. Quæ cum illustre specimen exhibeant curæ ac sollicitudinis illius quam pro Ecclesiis Dei gerebat, non absurdum fuerit, huic de illo institutæ narrationi ipsas inserere. Sunt autem ejusmodi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΔ'.

Κωνσταντίνου ἐπιστολὴ πρὸς Ἀλέξανδρον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ Ἄρειον τὸν πρεσβύτερον.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος Σεβαστὸς, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀρείῳ.

« Διπλῆν μοι γεγενῆσθαι πρόφασιν τούτων ὧν ἔργῳ τὴν χρείαν ὑπέστην, αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, τὸν τῶν ἐμῶν ἐγχειρημάτων βοηθὸν καὶ σωτῆρα τῶν ὅλων Θεὸν ποιοῦμαι μάρτυρα. »

CAPUT LXIV.

Constantini epistola ad Alexandrum episcopum, et Arium presbyterum.

473

« Victor Constantinus Maximus Augustus, Alexan- B dro et Ario.

« Duabus me causis impulsum fuisse ad earum rerum quas gessi ministerium obeundum, ipse conatuum meorum adjutor et servator omnium, mihi testis est Deus. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΕ'.

Ὅτι περὶ τῆς εἰρήνης ἐμερίμνα συνήθως.

« Πρῶτον μὲν γὰρ τὴν ἁπάντων τῶν ἐθνῶν περὶ τὸ θεῖον πρόθεσιν (83), ὡς μίαν ἕξεως σύστασιν ἑνῶσαι· δεύτερον δὲ, τὸ τῆς κοινῆς οἰκουμένης σῶμα καθάπερ χαλεπῷ τινι (84) νοσήματι πάσχον κακῶς, διορθώσασθαι προὐθυμήθην. Ἃ δὴ προσκοπῶν, ἕτερον μὲν ἀπορρήτῳ διανοίας ὀφθαλμῷ συνελογιζόμην, ἕτερον δὲ τῇ τῆς στρατιωτικῆς χειρὸς ἐξουσίᾳ κατορθοῦν ἐπειρώμην, εἰδὼς ὡς εἰ κοινὴν ἅπασι τοῖς τοῦ Θεοῦ θεράπουσιν ἐπ' εὐχαῖς ταῖς ἐμαῖς ὁμόνοιαν καταστήσαιμι, καὶ ἡ τῶν δημοσίων πραγμάτων χρεία σύνδρομον ταῖς ἁπάντων εὐσεβέσι γνώμαις τὴν μεταβολὴν καρπώσεται. »

CAPUT LXV.

Quod pro pace continue satagebat.

« Nam primum quidem omnium gentium inolitam de Deo opinionem in unam quasi habitudinem ac formam compingere propositum fuit : deinde vero corpus orbis terrarum quasi gravi quodam morbo tyrannidis oppressum, in pristinam valetudinem restituere. Quæ cum mihi instar scopi proposuissem, alterum quidem arcano cogitationis oculo inquirebam ; alterum vero bellica vi atque potentia C perficere conabar. Quippe intelligebam, si communem inter omnes Dei cultores concordiam, sicut mihi in votis erat, stabilire potuissem, fore ut reipublicæ administratio, mutationem piis omnium sensibus congruentem nanciscereturs »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΣ'.

Ὅτι καὶ τὰς ἐν Ἀφρικῇ ζητήσεις διωρθώσατο.

« Μανίας γοῦν δήπουθεν οὐκ ἀνεκτῆς ἅπασαν τὴν Ἀφρικὴν ἐπιλαβούσης, διὰ τοὺς (85) ἀβούλῳ κουφότητι τὴν τῶν δήμων θρησκείαν εἰς διαφόρους αἱρέσεις σχίσαι τετολμηκότας, ταύτην ἐγὼ τὴν νόσον καταστεῖλαι βουληθεὶς, οὐδεμίαν ἑτέραν ἀρκοῦσαν τῷ πράγματι θεραπείαν εὗρισκον, ἢ εἰ τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἐχθρὸν ἐξελὼν (86), ὃς ταῖς ἱεραῖς ὑμῶν συνόδοις τὴν ἀθέμιτον ἑαυτοῦ γνώμην ἀντέστησεν,

CAPUT LXVI.

Quomodo quæstiones in Africa excitatas compressit.

« Itaque cum intolerabilis quædam insania totam Africam corripuisset, ob quosdam qui temeraria levitate religionem populorum in varias sectas discindere ausi fuerant ; hunc ego morbum sedare cupiens, nullum aliud remedium ad ejus curationem idoneum reperiebam, quam ut, communi hoste generis humani e medio sublato, qui sacrosanctis synodis vestris impiam suam sententiam ac jussio-

(82) *Δεδοκιμασμένον ἄνδρα.* Osium Cordubensem intelligit, ut scribit Gelasius Cyzicenus in libro II et post illum Photius in *Bibliotheca*, capite 127, et Nicephorus, et ante hos omnes Socrates atque Sozomenus.

(83) *Τὴν... περὶ τὸ θεῖον πρόθεσιν.* Mallem scribere διάθεσιν, aut πρόληψιν. Contra in principio hujus epistolæ pro διπλῆν μοι πρόφασιν, malim legere πρόθεσιν. Mox scribo πρὸς μίαν ἕξεως σύστασιν ἑνῶσαι ex codd. Fuketiano et Savilii. Mallem tamen scribere πρὸς μιᾶς.

(84) *Καθάπερ χαλεπῷ τινι.* Desunt hic nonnulla, quæ in libro Moræi ita supplentur : χαλεπῷ τινι νοσήματι πάσχον κακῶς διορθώσασθαι, etc., prout etiam legitur in editione Genevensi. Ego libentius hunc locum ita suppleverim : χαλεπῷ τινι νοσήματι τῆς τυραννίδος πιεζόμενον ἐλευθερῶσαι προὐθυμήθην.

D Verum cum in optimis codicibus Fuketiano et Savilii locus ita suppleatur, ut supra posui, eam scripturam sequi præstat. Porro in Fuketii libro deest vox κοινῆς.

(85) Vulg. *Μανίας γὰρ δήπουθεν... καὶ διὰ τούς.* Scribendum omnino est μανίας γοῦν. Paulo post ubi legitur καὶ διὰ τούς, expungenda est particula καί. Donatistas autem intelligit, qui post Romanam et Arelatensem synodum, post judicium ipsius Constantini, adhuc in Africa tumultuabantur.

(86) *Τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἐχθρὸν ἐξελών.* Licinium procul dubio intelligit, ut declarant quæ sequuntur verba : ὃς ταῖς ἱεραῖς ὑμῶν συνόδοις, etc. Nam Licinius synodos christianorum antistitum prohibuerat, ut testatur Eusebius in libro I, cap. 51. At Christophorsonus communem humani generis hostem hoc in loco diabolum esse existimavit

Digitized by Google

nem opposuerat, quosdam vestrum ad sarciendam inter dissidentes concordiam, ministros atque adjutores mitterem. »

CAPUT LXVII.

Quod religio ab Orientis partibus cæperit.

« Nam quoniam veri luminis vis, et lex sacrosanctæ religionis, Dei beneficio ex sinu (ut ita dicam) Orientis 474 edita, universum simul terrarum orbem sacris radiis illustraverat; non sine causa vos cunctarum gentium salutis auctores ac duces fore confidens, et mentis affectu et oculorum acie exquirere laborabam. Statim igitur post magnam illam victoriam, et post certissimum de hostibus triumphum, ante omnia illud rursus scrutari constitueram, quod præcipuum et maximi momenti esse judicabam. »

CAPUT LXVIII.

Quomodo seditionem moleste ferens, pacem suasit.

« Verum, o eximia Dei providentia! quis et qualis nuntius aures meas, seu potius animum ipsum acerbissime sauciavit, cum mihi significatum est multo graviora inter vos orta esse dissidia, quam sunt illa quæ in Africa remanserunt: adeo ut partes vestræ, a quibus medelam aliis suppeditari posse sperabam, majore jam curatione indigeant. Ac mihi quidem de harum rerum initio atque origine accuratius cogitanti, levis admodum causa esse visa est, nec tanta animorum contentione digna. Itaque ad hujus epistolæ scribendæ necessitatem

ἑνίους ὑμῶν πρὸς τὴν τῶν πρὸς ἀλλήλους διχονοούντων ὁμόνοιαν βοηθοὺς ἀποστεῖλαιμι (87). »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΖ'.

Ὅτι ἐκ τῆς ἀνατολικῆς τὰ τῆς εὐσεβείας ἤρξατο.

« Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τοῦ φωτὸς δύναμις, καὶ ὁ τῆς ἱερᾶς θρησκείας νόμος, ὑπὸ τῆς τοῦ κρείττονος εὐεργεσίας, οἷον ἔκ τινων τῆς Ἀνατολῆς κόλπων ἐκδοθείς, ἅπασαν ὁμοῦ τὴν οἰκουμένην ἱερῷ λαμπτῆρι κατήστραψεν, εἰκότως ὑμᾶς ὥσπερ τινὰς ἀρχηγοὺς (88) τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας ὑπάρξειν πιστεύων, ὁμοῦ καὶ ψυχῆς νεύματι καὶ ὀφθαλμῶν ἐνεργείᾳ ζητεῖν ἐπειρώμην. Ἅμα γοῦν τῇ μεγάλῃ νίκῃ (89) καὶ τῇ τῶν ἐχθρῶν ἀληθεῖ θριαμβείᾳ, τουτέστι πρῶτον εἰλόμην (90) ἐρευνᾶν, ὃ δὴ πρῶτόν μοι καὶ τιμιώτατον ἁπάντων ὑπάρχειν ἡγούμην. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΗ'.

Ὅτι λυπηθεὶς διὰ τὴν στάσιν, τὰ περὶ εἰρήνης συμβουλεύει.

« Ἀλλ', ὦ καλλίστη καὶ θεία πρόνοια! οἷόν μου τῆς ἀκοῆς, μᾶλλον δὲ τῆς καρδίας αὐτῆς (91) τραῦμα καίριον ἥψατο, πολλῷ χαλεπωτέραν τῶν ἐκεῖ καταλειφθέντων (92) τὴν ἐν ὑμῖν γινομένην διχοστασίαν σημαῖνον· ὡς πλείονος ἤδη τὰ καθ' ὑμᾶς μέρη θεραπείας δέεσθαι, παρ' ὧν τοῖς ἄλλοις τὴν ἴασιν ὑπάρξειν ἤλπισα. Διαλογιζομένῳ δή μοι τὴν ἀρχὴν καὶ τὴν ὑπόθεσιν τούτων, ἄγαν εὐτελὴς καὶ οὐδαμῶς ἀξία τῆς τοσαύτης φιλονεικίας ἡ πρόφασις ἐφωράθη. Διόπερ ἐπὶ τὴν τῆς ἐπιστολῆς ταύτης ἀνάγκην ἐπειχθείς, καὶ πρὸς τὴν ὁμόψυχον ὑμῶν ἀγχίνοιαν (93) γράφων,

gravi errore. Est igitur hic hujus loci sensus: Cogitabam, inquit Constantinus, devicto Licinio, quosdam ex vobis orientalibus episcopis mittere in Africam, ad pacem illic inter Donatistas et Catholicos componendam. Cum enim et Italiæ et Galliarum episcopi id efficere non potuerint, vestra demum opera id perfectum iri sperabam. Sed, ut video, vos ipsi pacificatoribus egetis.

(87) Vulg., Ἀποστεῖλαί με. Scribo ἀποστεῖλαιμι cum Grutero et Moræi libro, quibus consentiunt codd. Fuketii et Savilii et Regiæ schedæ.

(88) Vulg., Ἡμᾶς ὥσπερ τινὰς ἀρχηγούς. Procul dubio scribendum est ὑμᾶς, ut in Moræi libro ad marginem emendatur. Nec aliter legitur in codd. Fuk. et Savilii. Porro Constantinus Ægyptios diserte inter Orientis populos enumerat, quod non vidit Christophorsonus. Ægyptus certe tunc temporis inter Orientis provincias censebatur, jam inde a Maximini temporibus, qui, Cæsar in Oriente constitutus, Ægyptum sub se habuerat. Hinc est quod Amm. Marcellinus in libro XIV, ubi provincias Orientis recenset, Ægyptum ac Mesopotamiam ex earum numero fuisse testatur. Locus est in pag. 19 editionis nostræ. Sed comes Orientis Ægyptum ac Mesopotamiam sub dispositione sua habebat Constantini et Constantii temporibus, ut docet vetus hæc inscriptio: M. MAECIO MEMMIO FURIO BALBURIO CÆCILIANO. PLACIDO. C. V. COMITI ORIENTIS ÆGYPTI ET MESOPOTAMIÆ. CONSULI ORDINARIO, etc. Quin etiam sub posterioribus imperatoribus, licet Ægyptiaca diœcesis ab Orientali sejuncta esset, semper tamen sub præfecto prætorii per Orientem fuit, ut ex imperii Notitia constat. Paulo post scribendum videtur ζητεῖν ἠπειγόμην.

(89) Ἅμα γοῦν τῇ μεγάλῃ νίκῃ. Hoc est quod dixit superiori capite, τὸν κοινὸν τῆς οἰκουμένης ἐχθρὸν ἐξελών. Intelligit autem Constantinus prælium Adrianopolitanum et Chalcedonense, quorum illud contigit quinto Nonas Julias, hoc vero XIV Kalendas Octobres anno Christi 324. Sub finem autem hujus anni data esse videtur hæc epistola.

(90) Τουτέστι πρῶτον εἰλόμην. Legendum puto τοῦτ' ἔτι. Fortasse etiam προειλόμην, id est, discidium illud Donatistarum rursus inquirere ac dijudicare decreveram. In optimo Fuketii codice legitur τί ποτ' ἐστὶ πρῶτον, etc. atque ita in libro Turnebi et Moræi ad marginem emendatur. Omnino videntur hic deesse nonnulla. Sensus tamen is prorsus est, quem dixi. Porro collata simul omnium codicum lectione, locus ita sanandus videtur: τί ποτ' ἐστὶ τοῦτο πρ.

(91) Vulg., Τῇ καρδίᾳ αὐτῆς. Quis non videt scribendum esse τῆς καρδίας? Nec damnanda est Christophorsoni conjectura, qui τραῦμα καίριον legit. Sic enim plane scriptum exhibent optimi libri Fuketii, Savilii et Reg. schedæ.

(92) Τῶν ἐκεῖ καταλειφθέντων. Nihil hic vidit Christophorsonus, qui non animadvertit vocem hanc ἐκεῖ referendam esse ad schisma Donatistarum, de quo supra locutus est Constantinus. Ait igitur imperator hoc schisma maxima jam ex parte sedatum esse, ac leves duntaxat ejus reliquias in Africa remansisse.

(93) Πρὸς τὴν ὁμόψυχον ὑμῶν ἀγχίνοιαν. Vocem ὁμόψυχον consulto omisit Christophorsonus, cum Alexandrum et Arium concordes dici non posse existimaret, quippe qui de tantis rebus inter se dissentirent. Verum Constantinus eos nihilominus unanimes vocat, cum de utroque bene sentiret, eosque verbis potius quam reipsa et animo dissidere crederet. Vox autem ἀγχίνοια parum convenire videtur antistitibus. Utuntur quidem hac voce imperatores in litteris suis ad rectores provinciarum. Sed cum sacerdotes alloquuntur, sau-

Digitized by Google

τήν τε θείαν πρόνοιαν καλέσας ἀρωγὸν τῷ πράγματι, μέσον τῆς πρὸς ἀλλήλους ὑμῶν ἀμφισβητήσεως, οἷον εἰρήνης πρύτανιν ἐμαυτὸν προσάγω εἰκότως. Ὅπερ γὰρ δὴ συναιρομένου τοῦ κρείττονος, καὶ εἰ μείζων ἦν τις ἀφορμὴ διχονοίας, οὐ χαλεπῶς ἂν ἠδυνήθην, ὁσίαις τῶν ἀκουόντων γνώμαις ἐγχειρίζων τὸν λόγον, εἰς τὸ χρησιμώτερον ἕκαστον μεταστῆσαι (94), τοῦτο μικρᾶς καὶ λίαν εὐτελοῦς ἀφορμῆς ὑπαρχούσης, ἢ πρὸς τὸ ὅλον ἐμποδὼν ἵσταται, πῶς οὐκ εὐχερεστέραν καὶ πολλῷ ῥᾳδιωτέραν μοι τοῦ πράγματος τὴν ἐπανόρθωσιν μνηστεύσει; »

A redactus, et ad concordem utriusque vestrum solertiam scribens, invocato ad hoc opus auxilio divinæ Providentiæ, arbitrum me dissensionis vestræ, et quasi pacis moderatorem merito interpono. Nam qui, etiamsi gravior subesset causa discordiæ, tamen Deo juvante, piis audientium mentibus rationem insinuans, haud difficile possem singulos ad salubriora consilia revocare; idem, cum levis admodum et exigua nunc causa sit, quæ totius corporis consensioni obstat, cur non multo faciliorem et expeditiorem hujus rei correctionem mihi ipse spondeam? »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΘ'.

Πόθεν ἡ Ἀλεξάνδρου καὶ Ἀρείου ζήτησις ἤρξατο, καὶ ὅτι μὴ ἐχρῆν συζητεῖν ταῦτα.

« Μανθάνω τοίνυν ἐκεῖθεν ὑπῆρξαι τοῦ παρόντος ζητήματος τὴν καταβολήν. Ὅτε γὰρ σὺ, ὦ Ἀλέξανδρε, παρὰ τῶν πρεσβυτέρων ἐζήτεις, τί δήποτε αὐτῶν ἕκαστος (95) ὑπέρ τινος τόπου τῶν ἐν τῷ νόμῳ γεγραμμένων, μᾶλλον δ' ὑπὲρ ματαίου τινὸς ζητήσεως μέρους ἐπυνθάνου, σύ τε, ὦ Ἄρειε, τοῦθ' ὅπερ ἢ μήτε τὴν ἀρχὴν ἐνθυμηθῆναι, ἢ ἐνθυμηθέντα σιωπῇ παραδοῦναι προσῆκον ἦν, ἀπροόπτως ἐντέθεικας (96), ὅθεν τῆς ἐν ὑμῖν διχονοίας (97) ἐγερθείσης, ἡ μὲν σύνοδος ἠρνήθη (98), ὁ δὲ ἁγιώτατος λαὸς εἰς ἀμφοτέρους σχισθεὶς, ἐκ τῆς τοῦ κοινοῦ σώματος ἁρμονίας ἐχωρίσθη. Οὐκοῦν ἑκάτερος ὑμῶν ἐξίσου τὴν συγγνώμην παράσχων (99), ὅπερ ἂν ὑμῖν ὁ συνθεράπων ὑμῶν δικαίως παραινεῖ, δεξάσθω. Τί δὲ τοῦτό ἐστιν; οὔτε ἐρωτᾶν ὑπὲρ τῶν τοιούτων ἐξ ἀρχῆς προσῆκον ἦν, οὔτε ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. Τὰς γὰρ τοιαύτας ζητήσεις, ὁπόσας μὴ νόμου τινὸς ἀνάγκη προστάττει, ἀλλ' ἀνωφελοῦς ἀργίας ἐρεσχελία προτίθησιν, εἰ καὶ φυσικῆς τινος γυμνασίας (1) ἕνεκα γίγνοιτο, ὅμως ὀφείλομεν εἴσω τῆς διανοίας ἐγκλείειν, καὶ μὴ προχείρως εἰς δημοσίας συνόδους ἐκφέρειν, μηδὲ ταῖς τῶν δήμων ἀκοαῖς ἀπρονοήτως πιστεύειν. Πόσος γάρ ἐστιν ἕκαστος, ὡς πραγμάτων οὕτω μεγάλων καὶ λίαν δυσχερῶν δύναμιν, ἢ πρὸς τὸ ἀκριβὲς συνιδεῖν, ἢ κατ' ἀξίαν ἑρμηνεῦσαι; Εἰ δὲ καὶ τοῦτό τις εὐχερῶς ποιεῖν νομισθείη, πόσον δήπου μέρος τοῦ δήμου πείσει; ἢ τίς ταῖς τῶν τοιούτων (2) ζητημάτων ἀκριβείαις ἔξω

CAPUT LXIX.

Unde nata sit controversia inter Arium et Alexandrum, et quod talia non erant disquirenda.

« Porro præsentis controversiæ initium hinc exstitisse comperio. Cum enim tu, Alexander, a presbyteris tuis requireres, quid quisque eorum de quodam legis loco sentiret, seu potius de quadam parte inanis quæstionis eos interrogares: cumque tu, Ari, id quod vel nunquam **475** cogitare, vel sane cogitatum silentio premere debueras, imprudenter protulisses, excitata inter vos discordia, communio quidem denegata est; sanctissimus autem populus in duas partes discissus, a totius corporis unitate discessit. Quocirca uterque vestrum veniam vicissim alteri tribuens, id amplectatur, quod conservus vester vobis justissime suadet. Quidnam vero illud est? Nec interrogare de hujusmodi rebus principio decebat, nec interrogatum respondere. Tales enim quæstiones, quas nullius legis necessitas præscribit, sed inutilis otii altercatio proponit, licet ingenii exercendi causa instituantur, tamen intra mentis nostræ penetralia continere debemus, nec eas facile in publicos efferre conventus, nec auribus vulgi inconsulte committere. Quotusquisque enim est, qui tantarum rerum tamque difficilium vim atque naturam aut accurate comprehendere, aut pro dignitate explicare sufficiat? Quod si quis id facile consequi posse existimetur, quotæ tandem parti vulgi id persuasurus est? Aut quis in ejusmodi quæstionum subtili et accurata disputatione, citra

B

C

citatem, gravitatem vel prudentiam frequentius dicunt. Glossæ veteres ἀγχίνοια, *solertia*, *experientia*.

(94) *Εἰς τὸ χρησιμώτερον ἕκαστον μεταστῆσαι.* Vox ἕκαστον in neutro genere posita videtur. Refertur enim ad articulum ὅπερ, cui mox respondet τοῦτο. Recte igitur in codice Regio et Fuk. post verbum μεταστῆσαι apponitur virgula. Neque enim sensus absolutus est. At Christophorsonus contra morem suum, ex una periodo duas fecit.

(95) *Τί δήποτε αὐτῶν ἕκαστος.* Addendum omnino est φρονεῖ ex Gelasio Cyziceno in lib. II, cap. 4. Nicephorus autem in lib. VIII, cap. 13, habet νοεῖ. Mox ubi legitur πυνθάνοιο, codd. Fuk. et Savil. scriptum habent ἐπυνθάνου rectius.

(96) *Ἀπροόπτως ἐντέθεικας.* Rectius in Gelasii libro legitur ἀντέθηκας, id est, *opposuisti*, *objecisti*. Atque ita legerat Epiphanius scholasticus, ut patet ex cap. 19 *Historiæ tripartitæ*.

(97) *Ὅθεν τῆς ἐν ὑμῖν διχονοίας.* Nicephorus primam vocem utpote superfluam expunxit, quam tamen habent omnes libri, et Epiphanius scholasticus in versione sua retinuit.

(98) *Ἡ μὲν σύνοδος ἠρνήθη.* Langus vertit, *conventus quidem solemnis quibusdam denegatus*. Christophorsonus vero sic interpretatur: *conventus qui in ecclesia fieri solet, impeditus*. Σύνοδον igitur pro synaxi hic acceperunt, quo sensu ea vox non infrequenter usurpatur. Sic rursus in hoc capite, εἰς δημοσίας συνόδους ἐκφέρειν, et in cap. 68. Sed et Epiphanius scholasticus vertit, *mysteria contemnuntur*.

(99) *Τὴν συγγνώμην παράσχων.* Socrates ac Gelasius Cyzicenus et Nicephorus habent γνώμην, *aures et animum mihi accommodans*. Sed vulgata lectio rectior est. Sic enim Constantinus loquitur infra in hoc capite. Epiphanius vertit, *voluntatem præbens*.

(1) *Εἰ καὶ φυσικῆς τινος γυμνασίας.* Scribendum videtur φιλοσοφικῆς vel σοφιστικῆς γυμ. ἕνεκα γίγνοιντο.

(2) Vulg. *ἢ τίς ὁ ταῖς τῶν τοιούτων.* In codd.

Digitized by Google

periculum gravissimi lapsus possit consistere? Quocirca in hujusmodi quæstionibus loquacitas comprimenda est; ne forte aut nobis id quod propositum est explicare ob naturæ nostræ infirmitatem non sufficientibus, aut auditoribus, ob ingenii tarditatem ea quæ dicuntur minime assequentibus, ex alterutro horum aut in blasphemiæ, aut in schismatis necessitatem populus incurrat. »

CAPUT LXX.

Exhortatio ad concordiam.

« Proinde et incauta interrogatio, et inconsulta responsio, in utroque vestrum veniam sibi mutuo concedant. Neque enim de præcipuo et summo legis nostræ mandato inter vos est orta contentio: neque novum aliquod a vobis de Dei cultu introductum est dogma. Sed unam eamdemque sententiam tenetis, adeo ut ad communionis societatem coire facile possitis. »

476 CAPUT LXXI.

Quod ob leves quasdam voculas pertinaciter certandum non fuit.

« Vobis enim pertinaciter contendentibus de rebus parvis atque levissimis, tantam populi multitudinem vestro consilio regi non decet, in tanta præsertim animorum dissensione: nec solum id indecorum, sed prorsus nefas esse existimatur. Atque ut prudentiam vestram minore exemplo commonefaciam, scitis ipsos etiam philosophos unius sectæ professione inter se omnes fœderari; eosdem tamen in aliqua assertionum parte interdum discrepare. Verum licet in ipsa scientiæ perfectione dissentiant, nihilominus ob sectæ communionem rursus in unum conspirant. Quod si ita est, quomodo non multo justius fuerit, vos qui maximi Dei ministri constituti estis, in ejusdem religionis professione unanimes permanere? Sed accuratius, si placet, et attentius expendamus id quod jam dixi, æquumne sit ut ob levium et inanium verborum inter vos contentiones, fratres fratribus velut in acie oppositi stent; utque venerabilis conventus, per vos qui de rebus

τῆς ἐπικινδύνου παρολισθήσεως ἀντισταίη; Οὐκοῦν ἐφεκτέον ἐστὶν ἐν τοῖς τοιούτοις τὴν πολυλογίαν, ἵνα μήπως ἢ τῇ ἡμῶν ἀσθενείᾳ τῆς φύσεως τὸ προταθὲν ἑρμηνεῦσαι μὴ δυνηθέντων, ἢ τῇ τῶν ἀκροατῶν βραδυτέρᾳ συνέσει πρὸς ἀκριβῆ τοῦ ῥηθέντος κατάληψιν ἐλθεῖν μὴ χωρησάντων, ἐξ ὁποτέρου τούτων (3) ἡ βλασφημίας, ἢ σχίσματος εἰς ἀνάγκην ὁ δῆμος περισταίη. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ο'.

Παραινέσεις περὶ ὁμονοίας.

« Διόπερ καὶ ἐρώτησις ἀπροφύλακτος, καὶ ἀπόκρισις ἀπρονόητος ἴσην ἀλλήλαις ἀντιδότωσαν ἐφ' ἑκατέρῳ συγγνώμην. Οὐδὲ γὰρ περὶ τοῦ κορυφαίου τῶν ἐν τῷ νόμῳ παραγγελμάτων ὑμῖν ἡ τῆς φιλονεικίας ἐξήφθη πρόφασις, οὐδὲ καινή τις ὑμῖν ὑπὲρ τῆς τοῦ Θεοῦ θρησκείας αἵρεσις ἀντεισήχθη· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔχετε λογισμὸν, ὡς πρὸς τὸ τῆς κοινωνίας σύνθημα (4) δύνασθαι συνελθεῖν. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΑ'.

Μὴ διὰ μικρὰς λέξεις φιλονεικεῖν περὶ τοῦ αὐτοῦ.

« Ὑμῶν γὰρ ἐν ἀλλήλοις ὑπὲρ μικρῶν καὶ λίαν ἐλαχίστων φιλονεικούντων, τοσοῦτον τὸν τοῦ Θεοῦ λαὸν ταῖς ὑμετέραις ἰθύνεσθαι φρεσὶν οὐ προσήκει, διὰ τὸ διχονοεῖν· ἀλλ' οὔτε πρέπον, οὔτε ὅλως θεμιτὸν εἶναι πιστεύεται. Ἵνα δὲ μικρῷ παραδείγματι τὴν ὑμετέραν σύνεσιν ὑπομνήσαιμι, λέξω (5). Ἴστε δήπου καὶ τοὺς φιλοσόφους αὐτοὺς, ὡς ἑνὶ μὲν ἅπαντες δόγματι συντίθενται (6), πολλάκις δὲ ἐπειδάν ἔν τινι τῶν ἀποφάσεων μέρει διαφωνῶσιν, εἰ καὶ τῇ τῆς ἐπιστήμης ἀρετῇ χωρίζονται, τῇ μέντοι τοῦ δόγματος ἑνώσει πάλιν εἰς ἀλλήλους συμπνέουσιν. Εἰ δὴ τοῦτο ἔστι, πῶς οὐ πολλῷ δικαιότερον, ὑμᾶς (7) τοὺς τοῦ μεγάλου Θεοῦ θεράποντας καθεστῶτας, ἐν τοιαύτῃ προαιρέσει θρησκείας ὁμοψύχους ἀλλήλοις εἶναι; Ἐπισκεψώμεθα δὴ λογισμῷ μείζονι, καὶ πλείονι συνέσει τὸ ῥηθέν· εἴπερ ὀρθῶς ἔχει δι' ὀλίγας καὶ ματαίας ῥημάτων ἐν ὑμῖν φιλονεικίας, ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς ἀντικεῖσθαι, καὶ τὸ τῆς συνόδου τίμιον ἀσεβεῖ διχονοίᾳ χωρίζεσθαι δι' ὑμῶν, οἳ πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ μικρῶν

Regio, Fuk. et Savil. legitur ἢ τίς ταῖς, etc. Apud Nicephorum autem legitur ἢ τίς δς ταῖς rectius quam in vulgatis editionibus. Mox emendavi ex codd. Fuk. et Sav., ἢ τῇ τῶν ἀκροατῶν βραδυτέρᾳ συνέσει.

(3) *Ἐξ ὁποτέρου τούτων.* In codd. Regio et Fuk. legitur ποτέρου sine præpositione: quæ lectio ferri potest, si vocem ποτέρου referas ad ea quæ sequuntur, ἢ βλασφημίας, ἢ σχίσματος. Duorum, inquit, alterum, aut blasphemiæ, aut schismatis nascetur occasio. At Socrates ac Gelasius et Nicephorus hoc loco scriptum habent αὖθις ἐξ ἑκατέρου. Est certe hic locus ob pravam syntaxim difficilis et obscurus. Itaque in codice Regio ad latus hujus lineæ apponitur nota φ et ρ, hoc modo φρ, id est φρόντισον.

(4) *Πρὸς τὸ τῆς κοινωνίας σύνθημα. Communionis tesseram* vertunt Langus et Musculus, Christophorsonus *communionis consensum*. Ego *signum* mallem interpretari. Nam ut in gentilium mysteriis quædam signa ac symbola tradebantur initiatis, quibus se internoscerent symmistæ: sic Christiani signum communionis habebant, eucharistiam vel baptismum. Epiphanius certe scholasticus *communionis signum* vertit.

(5) *Ὑπομνήσαιμι, λέξω.* Postrema vox deest apud Gelasium Cyzicenum, nec videtur admodum necessaria. Eam certe in versione sua omisit Epiphanius.

(6) *Ὡς ἑνὶ μὲν ἅπαντες δόγματι συντίθενται.* Quid hic esset δόγμα, non intellexerunt interpretes, quorum alii *dogma* seu *placitum* interpretati sunt; alii disciplinæ professionem. Atqui non unum est dogma apud philosophos, ut satis constat. Itaque *sectam* vertere malui. Omnes enim philosophi aliquam habent sectam cui addicti sunt, alii stoicam, alii peripateticam. Jam in qualibet secta interdum exsistunt controversiæ de quibusdam quæstionibus inter ejusdem sectæ philosophos. Iidem tamen ob sectæ societatem facile inter se conveniunt. Hic est sensus, ut opinor, verborum Constantini.

(7) Vulg. *ἡμᾶς*. Lege ὑμᾶς ex Gelasio, Nicephoro et Epiphanio, et paulo post ἐν ὑμῖν ex iisdem; quibus consentiunt codd. Fuk. et Savil. et schedæ Regiæ. — Mox rescripsimus etiam δι' ὑμῶν et φιλονεικεῖτε pro δι' ἡμῶν et φιλονεικοῦμεν. EDIT.

Digitized by Google

οὕτω καὶ μηδαμῶς ἀναγκαίων φιλονεικεῖτε. Δημώδη ταῦτά ἐστι, καὶ παιδικαῖς ἀνοίαις ἁρμόττοντα μᾶλλον, ἢ τῇ τῶν ἱερέων καὶ φρονίμων ἀνδρῶν συνέσει προσήκοντα. Ἀποστῶμεν ἑκόντες τῶν διαβολικῶν πειρασμῶν. Ὁ μέγας ἡμῶν Θεὸς, ὁ κοινὸς ἁπάντων Σωτὴρ, κοινὸν ἅπασι τὸ φῶς ἐξέτεινεν (8)· ὑφ' οὗ τῇ προνοίᾳ ταύτην ἐμοὶ τῷ θεραπευτῇ τοῦ Κρείττονος τὴν σπουδὴν (9) εἰς τέλος ἐνεγκεῖν συγχωρήσατε, ὅπως αὐτοὺς τοὺς ἐκείνου δήμους ἐμῇ προσφωνήσει καὶ ὑπηρεσίᾳ καὶ νουθεσίας ἐνστάσει, πρὸς τὴν τῆς συνόδου κοινωνίαν ἐπανάγοιμι. Ἐπειδὴ γὰρ, ὡς ἔφην, μία τις ἐστιν ὑμῖν πίστις, καὶ μία τῆς καθ' ἡμᾶς αἱρέσεως σύνεσις, τό τε τοῦ νόμου παράγγελμα (10) τοῖς δι' ἑαυτοῦ μέρεσιν εἰς μίαν ψυχῆς πρόθεσιν τὸ ὅλον συγκλείει, τοῦτο ὅπερ ὀλίγην ἐν ὑμῖν ἀλλήλοις φιλονεικίαν ἤγειρεν, ἐπειδὴ μὴ πρὸς τὴν τοῦ παντὸς δύναμιν ἀνήκει, χωρισμόν τινα καὶ στάσιν ἐν ὑμῖν μηδαμῶς ποιείτω. Καὶ λέγω ταῦτα, οὐχ ὡς ἀναγκάζων ὑμᾶς ἐξάπαντος τῇ λίαν εὐήθει καὶ οἷα δήποτέ ἐστιν ἐκείνη ἡ ζήτησις, συντίθεσθαι. Δύναται γὰρ καὶ τὸ τῆς συνόδου τίμιον ὑμῖν ἀκεραίως σώζεσθαι, καὶ μία καὶ ἡ αὐτὴ κατὰ πάντων κοινωνία τηρεῖσθαι, κἂν ταμάλιστά τις ἐν μέρει πρὸς ἀλλήλους ὑμῖν ὑπὲρ ἐλαχίστου διαφωνίᾳ γένηται· ἐπειδὴ μηδὲ πάντες ἐν ἅπασι ταυτὸ βουλόμεθα, μηδὲ μία τις ἐν ὑμῖν φύσις ἢ γνώμη πολιτεύεται. Περὶ μὲν οὖν τῆς θείας προνοίας μία τις ἐν ὑμῖν ἔστω πίστις, μία σύνεσις, μία συνθήκη τοῦ Κρείττονος· ἃ δ' ὑπὲρ τῶν ἐλαχίστων τούτων ζητήσεων ἐν ἀλλήλοις ἀκριβολογεῖσθε, κἂν μὴ πρὸς μίαν γνώμην συμφέρησθε, μένειν εἴσω λογισμοῦ προσήκει, τῷ τῆς διανοίας ἀπορρήτῳ τηρούμενα. Τὸ μέντοι τῆς κοινῆς φιλίας ἐξαίρετον, καὶ ἡ τῆς ἀληθείας πίστις, ἥ τε περὶ τὸν Θεὸν καὶ τὴν τοῦ νόμου θρησκείαν τιμὴ, μενέτω παρ' ὑμῖν ἀσάλευτος· ἐπανέλθετε δὴ πρὸς τὴν ἀλλήλων φιλίαν τε καὶ χάριν, ἀπόδοτε τῷ λαῷ ξύμπαντι τὰς οἰκείας περιπλοκάς, ὑμεῖς τε αὐτοὶ καθάπερ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς ἐκκαθήραντες (11), αὖθις ἀλλήλους ἐπίγνωτε. Ἡδίων γὰρ πολλάκις φιλία γίνεται μετὰ τὴν τῆς ἔχθρας ἀπόθεσιν (12), αὖθις εἰς καταλλαγὴν ἐπανελθοῦσα. »

A adeo exiguis et minime necessariis rixamini, impia dissensione dissideat. Plebeia sunt hæc, et quæ puerili magis insciliæ quam sacerdotum et prudentium virorum sapientiæ congruant. Abscedamus nostra sponte a diaboli tentationibus. Maximus Deus noster et omnium Servator, commune cunctis protulit lumen: sub cujus auspicio ac providentia, mihi ejus famulo et cultori concedite, quæso, ut hoc opus ad exitum perducam, quo plebs illius mea allocutione atque opera, et admonitionum instantia ad conventus unitatem revocetur. Nam cum vobis, ut dixi, una eademque sit fides, una de religione nostra sententia; cumque legis præceptum utraque sui parte omnes in unam animorum consensionem constringat; istud quod levem inter vos contentionem excitavit, quandoquidem ad totius religionis summam non pertinet, non est cur ullum inter vos discidium ac seditionem faciat. Atque hæc non eo dico, ut vos de inepta, et qualiscunque demum vocanda est quæstione, idem omnino sentire cogam. Potest enim gravitas conventus integre apud vos conservari, et una eademque inter omnes **477** communio retineri, quamvis invicem de re aliqua minimi momenti dissentiatis. Siquidem nec idem omnes volumus in omnibus, nec una omnium indoles est atque sententia. Itaque de divina quidem Providentia una inter vos sit fides, unus intellectus, una de Deo consensio. Quæ vero de levissimis istis quæstionibus inter vos subtiliter disputatis, licet non in eamdem coeatis sententiam, interiore mentis cogitatione continere et arcano pectoris recondere debetis. Maneat firma in vobis communis amicitiæ prærogativa, et veritatis fides, et Dei legisque observantia. Recurrite ad mutuam dilectionem et charitatem; reddite universo populo suos amplexus. Vosmet ipsi, expurgatis ut ita dicam animis vestris, vos vicissim agnoscite. Sæpe enim post depositas inimicitias reconciliata iterum gratia, jucundior exsistit amicitia. »

B

C

D

(8) *Τὸ φῶς ἐξέτεινεν.* Rectius dixisset ἀνέτειλεν. Paulo ante lego ex codd. Fuk. et Savil., ὁ κοινὸς ἁπάντων Σωτήρ.

(9) Vulg. *Ταύτην ἐμοῦ τὴν σπουδήν*, id est, *hoc meum studium atque institutum, concordiam in Ecclesia stabiliendi, omnesque homines ad unius Dei cultum traducendi.* De quo studio dixit Constantinus initio hujus epistolæ, et alibi passim gloriatur.

(10) *Τό τε τοῦ νόμου παράγγελμα.* Lex enim nihil aliud nobis præcipit quam charitatem, ut scilicet Deum quidem toto cordis affectu diligamus, proximum vero sicut nosmetipsos. In his duobus tota lex consistit, ut ait Dominus in Evangelio. Hæc non intellexit Christophorsonus, qui sic vertit, *Unumque leges ac disciplinæ institutum (quod quidem cum suis partibus universum Ecclesiæ corpus, consentiente animorum concordia et proposito devincit).* Rectius Portesius: *Præceptumque legis in id omnibus partibus incumbit, ut in unam animam universum concludat.* Forte etiam scribendum est τοῖς ὅλοις αὐτοῦ μέρεσιν. Duæ sunt enim partes hujus mandati, quarum altera ad Deum, altera ad proximum pertinet.

(11) *Ψυχὰς ἐκκαθήραντες*, id est, *detersa caligine simultatum, qua mentis vestræ acies erat obducta atque obscurata.* Sequitur enim ἀλλήλους ἐπίγνωτε, id est, *vos vicissim agnoscite, amplectimini, salutate.* Quibus verbis alludere videtur Constantinus ad morem Christianorum sui temporis, apud quos in sacris conventibus, dum populus ad perceptionem mysteriorum accederet, diaconus sæpius inclamabat: Ἐπιγιγνώσκετε ἀλλήλους, ne quis scilicet profanus aut Judæus ad sacram mensam irreperet, ut docet Chrysostomus in oratione prima *Contra Judæos*, pag. 440, tomi primi. Eodem verbo usus est Marcion cum Polycarpum aliquando vidisset, Ἐπιγίνωσκε ἡμᾶς, ut ex Irenæo refert Eusebius in lib. IV *Historiæ*. Latini quoque verbum *recognoscere* usurpant eo sensu. Sic in passione Fructuosi episcopi: « Cum se excalciasset, accessit ad eum commilito frater noster nomine Felix, apprehenditque dextram ejus, recognoscens eum, et deprecans ut sui memor esset. »

(12) Vulg. *τῆς ἔχθρας ὑπόθεσιν.* Scribendum est ἀπόθεσιν, ut legitur apud Gelasium et Nicephorum. Atque ita plane scriptum exhibent Fuk. codd. et Savil. et schedæ Regiæ.

Digitized by Google

CAPUT LXXII.

Quomodo dolore affectus præ pietate lacrymas effudit : et iter quod facturus erat in Orientem, ob hanc causam repressit.

« Reddite igitur mihi tranquillos dies et noctes curarum expertes ; ut mihi quoque puræ lucis voluptas, et quietæ vitæ lætitia in posterum conservetur. Quod nisi consecutus fuero, ingemiscam necesse est totusque lacrymis perfundar, nec reliquum vitæ tempus placide exigam. Nam quandiu populus Dei (conservos meos dico) iniqua et perniciosa contentione discissus est, qui fieri potest ut ego deinceps animo consistam. Porro ut doloris hac de re mei magnitudinem intelligatis : nuper cum Nicomediam venissem, protinus in Orientem iter facere decreveram. Cumque profectionem urgerem, et majore jam ex parte vobiscum essem, hujus rei nuntius consilium nostrum retro avertit ; ne cogerer ea coram aspicere, quæ ne auditu quidem tenus tolerare me posse existimabam. Deinceps ergo viam mihi in Orientem aperite consensu vestro, quam mihi mutuis inter vos contentionibus obstruxistis. Date hoc mihi, ut vos aliosque omnes populos lætos atque **478** hilares quamprimum videre, et pro communi omnium concordia ac libertate debitas Deo gratias cum unanimi laudum concentu referre possim. »

CAPUT LXXIII.

Quod post has etiam imperatoris litteras perseveravit contentio.

Et ad hunc quidem modum imperator Deo charus, missa epistola pacem Ecclesiæ Dei reformare studuit. Quin etiam vir bonus et Dei cultor eximius, ut supra dixi, non solum in litteris perferendis, sed etiam in implenda ejus a quo missus fuerat voluntate, egregiam operam navavit. Verum majus erat negotium quam ut litterarum ministerio sedari posset, adeo ut contendentium rixa magis in dies aucta sit, et cunctas Orientis provincias vis mali pervaserit. Hæc livor invidiæ, et malignus dæmon Ecclesiæ felicitatem semper ægre ferens,[8] in nostram perniciem machinatus est.

Finis libri secundi.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΒ'.

Ὅτι δι' εὐλάβειαν ὑπεραλγῶν δακρύειν ἠναγκάζετο, καὶ μέλλων εἰς τὴν Ἀνατολὴν διαβαίνειν, ἐπέσχε διὰ ταῦτα.

« Ἀπόδοτε οὖν μοι γαληνὰς μὲν ἡμέρας, νύκτας δ' ἀμερίμνους, ἵνα κἀμοί τις ἡδονὴ καθαροῦ φωτὸς, καὶ βίου λοιπὸν ἡσύχου εὐφροσύνη σώζηται· εἰ δὲ μὴ, στένειν ἀνάγκη, καὶ δακρύοις δι' ὅλου συγχεῖσθαι, καὶ μηδὲ τὸν τοῦ ζῆν αἰῶνα πράως ὑφίστασθαι. Τῶν γάρτοι τοῦ Θεοῦ λαῶν, τῶν συνθεραπόντων λέγω τῶν ἐμῶν, οὕτως ἀδίκῳ καὶ βλαβερᾷ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίᾳ κεχωρισμένων. ἐμὲ πῶς ἐγχωρεῖ τῷ λογισμῷ συνεστάναι λοιπόν ; Ἵνα δὲ τῆς ἐπὶ τούτῳ λύπης τὴν ὑπερβολὴν αἴσθησθε, πρώην ἐπιστὰς τῇ Νικομηδέων πόλει, παραχρῆμα πρὸς τὴν ἑῴαν ἠπειγόμην τῇ B γνώμῃ. Σπεύδοντι δή μοι πρὸς ὑμᾶς, καὶ τῷ πλείονι μέρει (13) σὺν ὑμῖν ὄντι, ἡ τοῦδε τοῦ πράγματος ἀγγελία (14) πρὸς τὸ ἔμπαλιν τὸν λογισμὸν ἀνεχαίτισεν, ἵνα μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν ἀναγκασθείην, ἃ μηδὲ ταῖς ἀκοαῖς προσέσθαι δυνατὸν ἡγούμην. Ἀνοίξατε δή μοι λοιπὸν ἐν τῇ καθ' ὑμᾶς ὁμονοίᾳ, τῆς ἑῴας τὴν ὁδὸν, ἣν ταῖς πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαις ἀπεκλείσατε· καὶ συγχωρήσατε θᾶττον ὑμᾶς τε ὁμοῦ, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας δήμους ἰδεῖν χαίροντας, καὶ τὴν ὑπὲρ τῆς κοινῆς ἁπάντων ὁμονοίας τε καὶ ἐλευθερίας ὀφειλομένην χάριν, ἐπ' εὐφήμοις λόγων συνθήμασιν ὁμολογῆσαι τῷ Κρείττονι. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΟΓ'.

Ἐπίμονος, καὶ μετὰ τὸ γράμμα τοῦτο, ταραχὴ τῶν ζητήσεων.

C Ὁ μὲν δὴ θεοφιλὴς ὧδε τὰ πρὸς εἰρήνην τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, διὰ τῆς καταπεμφθείσης προὐνόει γραφῆς· διηκονεῖτο δὲ οὐ τῇ γραφῇ μόνον συμπράττων, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ καταπέμψαντος νεύματι καλὸς κἀγαθὸς, καὶ ἦν τὰ πάντα θεοσεβὴς ἀνὴρ (15), ὡς εἴρηται. Τὸ δὲ ἦν ἄρα κρεῖττον ἢ κατὰ τὴν τοῦ γράμματος διακονίαν, ὡς αὐξηθῆναι μὲν ἐπὶ μεῖζον τὴν τῶν διαμαχομένων ἔριν, χωρῆσαι δ' εἰς ἁπάσας τὰς ἀνατολικὰς ἐπαρχίας τοῦ κακοῦ τὴν ὁρμήν. Ταῦτα μὲν οὖν φθόνος τις καὶ πονηρὸς δαίμων, τοῖς τῆς Ἐκκλησίας βασκαίνων ἀγαθοῖς κατειργάζετο.

Τέλος τοῦ δευτέρου λόγου.

ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α'. *Σύγκρισις εὐσεβείας Κωνσταντίνου, καὶ τῆς D τῶν διωκτῶν παραπομπῆς.*
β'. *Ἔτι περὶ τῆς εὐσεβείας Κωνσταντίνου ἐμπαρρησιαζομένου τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ.*
γ'. *Περὶ εἰκόνος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ὑπερέκειτο μὲν ὁ σταυρὸς, πέπληκτο δὲ κάτω ὁ δράκων.*
δ'. *Ἔτι περὶ τῶν διὰ Ἄρειον ἐν Αἰγύπτῳ ζητημάτων.*

(13) *Καὶ τῷ πλείονι μέρει*, id est animo et cogitatione. Animus enim major ac melior pars cujusque est. At Christophorsonus majorem itineris partem intellexit, quod nullo modo ferri potest.

(14) Vulg. *τοῦδε τοῦ πράγματος ἀγγελία*. Scribendum est πράγματος ex Socrate et Gelasio Cyziceno et Nicephoro. Paulo post lego προσίεσθαι, ut habet idem Nicephorus, et Savilii codex.

(15) *Θεοσεβὴς ἀνήρ*. In codice Regio deest vox ἀνήρ, quæ nec valde necessaria est. Suspicor tamen totum locum uno ductu ita legendum esse : διηκονεῖτο δὲ οὐ τῇ γραφῇ μόνον συμπράττων, ἀλλὰ καὶ τῷ τοῦ καταπέμψαντος νεύματι καλὸς κἀγαθὸς, καὶ τὰ πάντα θεοσεβὴς ἀνήρ.

Digitized by Google

ε'. *Περὶ τῆς διὰ τὸ Πάσχα διχονοίας.*
ς'. *Ὅπως σύνοδον ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι προσέταξεν.*
ζ'. *Περὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, εἰς ἣν ἐκ πάντων ἐθνῶν παρῆσαν ἐπίσκοποι.*
η'. *Ὅτι, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἐκ διαφόρων συνῆλθον ἐθνῶν.*
θ'. *Περὶ ἀρετῆς καὶ ἡλικίας τῶν διακοσίων πεντήκοντα ἐπισκόπων.*
ι'. *Σύνοδος ἐν παλατίῳ· οἷς ὁ Κωνσταντῖνος εἰσῆλθων, συνεκαθέσθη.*
ια'. *Ἡσυχία συνόδου μετὰ τὸ εἰπεῖν τι Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον.*
ιβ'. *Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον περὶ εἰρήνης.*
ιγ'. *Ὅπως τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῶν ἐπισκόπων εἰς ὁμόνοιαν συνῆψεν.*
ιδ'. *Περὶ πίστεως καὶ τοῦ Πάσχα, τῆς συνόδου σύμφωνος ἔκθεσις.*
ιε'. *Ὅπως τοῖς ἐπισκόποις συνειστιάθη Κωνσταντῖνος, τῆς εἰκοσαετηρίδος οὔσης.*
ις'. *Χαρίσματα ἐπισκόποις, καὶ γράμματα πρὸς τοὺς πάντας.*
ιζ'. *Κωνσταντίνου πρὸς τὰς Ἐκκλησίας περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.*
ιη'. *Τοῦ αὐτοῦ περὶ συμφωνίας τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς, καὶ κατὰ Ἰουδαίων.*
ιθ'. *Παραίνεσις ἐξακολουθεῖν μᾶλλον τῷ πλείστῳ τῆς οἰκουμένης μέρει.*
κ'. *Παραίνεσις τοῖς ὑπὸ τῆς συνόδου γραφεῖσι πείσθῆναι.*
κα'. *Συμβουλία πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ὑποστρέφοντας, περὶ ὁμονοίας.*
κβ'. *Ὅπως οὓς μὲν προέπεμψεν, οἷς δὲ ἔγραψε· καὶ χρημάτων διαδόσεις.*
κγ'. *Ὅπως περὶ εἰρήνης Αἰγυπτίοις ἔγραψέ τε καὶ παρήγεσεν.*
κδ'. *Ὅπως ἐπισκόποις καὶ λαοῖς εὐλαβῶς πολλάκις ἔγραψεν.*
κε'. *Ὅπως ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῷ ἁγίῳ τόπῳ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως ναὸν προσευκτήριον οἰκοδομεῖσθαι προσέταξεν.*
κς'. *Ὅτι τὸ θεῖον μνῆμα χώμασι καὶ εἰδώλοις ἀπέκρυψαν οἱ ἄθεοι.*
κζ'. *Ὅπως Κωνσταντῖνος τοῦ εἰδωλείου τὰς ὕλας καὶ τὰ χώματα μακρὰν που ῥιφῆναι προσέταξεν.*
κη'. *Φανέρωσις τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων μνήματος.*
κθ'. *Ὅπως περὶ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ πρὸς ἄρχοντας καὶ πρὸς Μακάριον τὸν ἐπίσκοπον ἔγραψεν.*
λ'. *Κωνσταντίνου πρὸς Μακάριον περὶ τῆς τοῦ μαρτυρίου τοῦ Σωτῆρος οἰκοδομῆς.*
λα'. *Περὶ τοῦ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ πασῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομηθῆναι καλλίονα, τοίχοις καὶ κίοσι καὶ μαρμάροις.*
λβ'. *Ὅτι καὶ περὶ τοῦ κάλλους τῆς κόγχης καὶ ἐρατῶν καὶ ὑλῶν ἐδήλωσε τοῖς ἄρχουσιν.*
λγ'. *Ὅπως ἡ προφητευθεῖσα καινὴ Ἱερουσαλὴμ, Ἐκκλησία τοῦ Σωτῆρος ᾠκοδόμητο.*
λδ'. *Ἔκφρασις οἰκοδομῆς τοῦ παραγίου μνήματος.*
λε'. *Ἔκφρασις αἰθρίου καὶ στοῶν.*
λς'. *Ἔκφρασις τοῦ ναοῦ τῆς ἐκκλησίας τείχων καὶ δωματουργίας, κάλλους τε καὶ χρυσώσεως.*
λζ'. *Ἔκφρασις διπλῶν στοῶν ἑκατέρωθεν, καὶ πυλῶν ἀνατολικῶν τριῶν.*
λη'. *Ἔκφρασις ἡμισφαιρίου, καὶ κιόνων δώδεκα, καὶ κρατήρων.*
λθ'. *Ἔκφρασις μεσαυλίου καὶ ἐξεδρῶν καὶ προπύλων.*
μ'. *Περὶ πλήθους ἀναθημάτων.*
μα'. *Περὶ οἰκοδομῆς ἐκκλησιῶν ἐν Βηθλεέμ, καὶ τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν.*
μβ'. *Ὅτι Ἑλένη ἡ βασιλὶς, ἡ Κωνσταντίνου μήτηρ, εἰς εὐχὴν παραγενομένη, ταύτας ᾠκοδόμησεν.*
μγ'. *Ἔτι περὶ ἐκκλησίας ἐν Βηθλεέμ.*
μδ'. *Περὶ μεγαλοψυχίας καὶ εὐποιίας τῆς Ἑλένης.*
με'. *Ὅπως εὐλαβῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνήγετο ἡ Ἑλένη.*
μς'. *Ὅπως ὀγδοηκοντοῦτις οὖσα καὶ διαθεμένη, ἐτελεύτα.*
μζ'. *Ὅπως τὴν μητέρα Κωνσταντῖνος κατέθετο, καὶ πρὸ τούτου καὶ ζῶσαν ἐτίμησεν.*
μη'. *Ὅπως ἐν Κωνσταντίνου πόλει μαρτύρια μὲν ᾠκοδόμησε, πᾶσαν δὲ εἰδωλολατρείαν περιεῖλεν.*
μθ'. *Σταυροῦ σημεῖον ἐν παλατίῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν κρήναις.*
ν'. *Ὅτι καὶ ἐν Νικομηδείᾳ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσιν ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίας.*
να'. *Ὅτι καὶ ἐν τῇ Μαυρῇ προσέταξεν ἐκκλησίας γενέσθαι.*
νβ'. *Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον περὶ τῆς Μαυρῆς.*
νγ'. *Ὅτι ὁ Σωτὴρ ὤφθη αὐτόθι τῷ Ἀβραάμ.*
νδ'. *Εἰδωλείων καὶ ξοάνων παντοχοῦ κατάλυσις.*
νε'. *Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ οἰκοδομηθείσης ἐκκλησίας.*
νς'. *Τοῦ ἐν Ἀφάκοις τῆς Φοινίκης εἰδωλείου καὶ τῆς ἀκολασίας περιαίρεσις.*
νζ'. *Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Αἰγαῖς κατάλυσις.*
νη. *Πῶς οἱ Ἕλληνες καταγνόντες τῶν εἰδώλων, ἐπέστρεφον εἰς θεογνωσίαν.*
νθ'. *Ὅπως ἐν Ἡλίου πόλει τὴν Ἀφροδίτην καθεῖλων, ᾠκοδόμησε πρῶτος.*
ξ'. *Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δι' Εὐστάθιον ταραχῆς.*
ξα'. *Κωνσταντίνου πρὸς Ἀντιοχέας, μὴ ἀποσπᾶν Εὐσέβιον Καισαρείας, ἀλλ' ἕτερον ζητῆσαι.*
λβ'. *Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον, ἐπαινοῦντος τὴν παραίτησιν Ἀντιοχείας.*
ξγ'. *Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον, μὴ ἀποσπᾶσθαι Καισαρείας Εὐσέβιον.*
ζδ'. *Ὅπως τὰς αἱρέσεις ἐκτεμεῖν ἐσπούδασεν.*
ξε'. *Κωνσταντίνου διάταγμα πρὸς τοὺς αἱρετικούς.*
ξς'. *Περὶ ἀφαιρέσεως τόπων συνάξεων τῶν αἱρετικῶν.*
ξζ'. *Ὅπως βιβλίων ἀθεμίτων παρ' αὐτοῖς εὑρεθέντων, πολλοὶ τῶν αἱρετικῶν εἰς τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ὑπέστρεψαν.*

479-480 CAPITULA LIBRI TERTII.

I. *Comparatio pietatis Constantini cum iniquitate persecutorum.*
II. *Rursus de pietate Constantini signum crucis libere profitentis.*
III. *De imagine Constantini, cui crux quidem superposita erat, infra autem draco.*
IV. *Rursus de controversiis in Ægypto excitatis ab Ario.*
V. *De dissensione ob festum Paschæ.*
VI. *Quomodo synodum Nicææ fieri jussit.*
VII. *De universali concilio, ad quod ex omnibus provinciis convenerunt episcopi.*
VIII. *Quod, sicut in Actis apostolorum dicitur, ex variis gentibus convenerunt.*
IX. *De virtute et ætate ducentorum quinquaginta episcoporum.*
X. *Synodus habita in palatio, quo ingressus Constantinus, cum episcopis resedit.*
XI. *Silentium concilii, postquam Eusebius episcopus pauca quædam dixisset.*

Digitized by Google

XII. *Constantini ad synodum oratio de pace.*
XIII. *Quomodo episcopos inter se certantes ad concordiam revocarit.*
XIV. *Concors Synodi sententia de fide et de Pascha.*
XV. *Quomodo Constantinus vicennalibus suis episcopos convivio exceperit.*
XVI. *Munera episcopis donata, et litteræ ad omnes scriptæ.*
XVII. *Epistola Constantini ad Ecclesias de synodo Nicæno.*
XVIII. *De consensu in celebratione festi paschalis, et contra Judæos.*
XIX. *Hortatio ut maximam partem orbis terrarum sequi velint.*
XX. *Hortatio ut omnes decretis synodi assentiantur.*
XXI. *Episcopis discessuris consilium dat ut concordiam servent.*
XXII. *Quomodo alios quidem hortatus sit, ad alios autem scripserit ; et de pecuniarum divisione.*
XXIII. *Quomodo ad Ægyptios scripserit, eosque ad pacem hortatus sit.*
XXIV. *Quomodo episcopis et plebibus religiosas litteras sæpius scripsit.*
XXV. *Quomodo Hierosolymis in sancto Dominicæ resurrectionis loco templum exstrui præcepit.*
XXVI. *Quomodo impii sepulcrum Domini ruderibus et simulacris superpositis obtexerant.*
XXVII. *Quomodo Constantinus delubri materiam ac rudera longissime projici mandavit.*
XXVIII. *Manifestatio sanctissimi sepulcri.*
XXIX. *Quomodo de construenda ecclesia ad præsides et ad Macarium episcopum litteras dedit.*
XXX. *Constantini ad Macarium epistola de ædificatione Martyrii Servatoris nostri.*
XXXI. *Quod hanc ædem mœnium, columnarum, et marmorum venustate cæteras ecclesias superare voluerit.*
XXXII. *Ut de pulchritudine conchæ et de artificibus ac de materia Macarius ad præsides scribat.*
XXXIII. *Quomodo Ecclesia Servatoris exstructa fuerit, quam prophetæ novam Hierusalem appellaverant.*
XXXIV. *Descriptio ædificii sancti sepulcri.*
XXXV. *Descriptio atrii et porticuum.*
XXXVI. *Descriptio parietum tectique, et ornatus atque inaurationis ipsius basilicæ.*
XXXVII. *Descriptio geminarum utrinque porticuum, et trium portarum orientalium.*
XXXVIII. *Descriptio hemisphærii, et duodecim columnarum cum crateribus.*
A XXXIX. *Descriptio atrii, exhedrarum et vestibulorum.*
XL. *De numero donariorum.*
XLI. *De ædificatione ecclesiæ apud Bethlehem, et in monte Olivarum.*
481 XLII. *Quomodo Helena Augusta Constantini mater Bethlehem orandi causa profecta, has ecclesias ædificavit.*
XLIII. *Rursus de ecclesia Bethlehemitica.*
XLIV. *De magnitudine animi et beneficentia Helenæ.*
XLV. *Quomodo Helena in ecclesiis religiose versata sit.*
XLVI. *Quomodo octogenaria, testamento facto, e vita decessit.*
XLVII. *Quomodo Constantinus matrem deposuit, et qualiter illam coluit dum viveret.*
XLVIII. *Quomodo Constantinopoli martyria construxit, omnemque idolorum cultum abolevit.*
XLIX. *Signum crucis in palatio, et imago Danielis in fontibus.*
B L. *De ecclesiis quas Nicomediæ et alibi exstruxit.*
LI. *Quod in Mambre ecclesiam ædificavit.*
LII. *Constantini epistola ad Eusebium de Mambre.*
LIII. *Quod Servator noster ibidem visus est Abrahæ.*
LIV. *Fana et simulacra ubique diruta.*
LV. *De basilica exstructa apud Antiochiam.*
LVI. *Eversio fani apud Aphaca in Phœnice, et impudicitiæ abolitio.*
LVII. *Destructio templi Æsculapii Ægis.*
LVIII. *Quomodo gentiles, damnatis simulacris, Deum agnoverunt.*
LIX. *Quomodo apud Heliopolim destructo Veneris fano, primus ecclesiam construxit.*
LX. *De tumultu Antiochiæ propter Eustathium excitato.*
LXI. *Constantini epistola ad Antiochenos, ne Eusebium Cæsarea abstraherent, sed ut alium quærerent.*
C LXII. *Imperatoris ad nos epistola post repudiatum Antiochiæ episcopatum.*
LXIII. *Constantini epistola ad synodum, ne Eusebius Cæsarea abstrahatur.*
LXIV. *Quomodo hæreses exscindere studuerit.*
LXV. *Constantini constitutio adversus hæreticos.*
LXVI. *De tollendis conventiculis hæreticorum.*
LXVII. *Quomodo nefariis libris apud hæreticos repertis, plurimi eorum ad catholicam redierint Ecclesiam.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ Γ'.

EUSEBII PAMPHILI

DE VITA BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI

LIBER TERTIUS.

482 CAPUT I.

Comparatio pietatis Constantini cum iniquitate persecutorum.

Hoc modo dæmon bonorum omnium inimicus, qui Ecclesiæ felicitati semper invidere solet, pacis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Σύγκρισις εὐσεβείας Κωνσταντίνου, καὶ τῆς τῶν διωκτῶν παρανομίας.

Ὁ μὲν δὴ μισόκαλος δαίμων ὧδέ πη τοῖς τῆς Ἐκκλησίας βασκαίνων καλοῖς, χειμῶνας αὐτῇ καὶ τα

Digitized by Google

ραχὰς ἐμφυλίους, εἰρήνης ἐν καιρῷ καὶ μὴν θυμηδίας εἰργάζετο· καὶ μὴν βασιλεὺς (16) Θεῷ φίλος, τῶν αὐτῷ πρεπόντων οὐ κατωλιγώρει, πάντα δὲ πράττων τἀναντία (17) τοῖς μικρὸν ἔμπροσθεν ὑπὸ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος τετολμημένοις, παντὸς ἦν ἐχθροῦ καὶ πολεμίου κρείττων. Αὐτίκα δ' οὖν οἱ (17*) θεοὺς τοὺς μὴ ὄντας παντοίαις ἀνάγκαις ἐδιάζοντο σέβειν, τοῦ ὄντος ἀφεστῶτες, ὁ δ' ὅτι μή εἰσιν, ἔργοις καὶ λόγοις ἀπελέγχων, τὸν μόνον ὄντα παρεκάλει γνωρίζειν. Εἶθ' οἱ μὲν βλασφήμοις τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ διεχλεύαζον φωναῖς, ὁ δὲ, ἐφ' ᾧ μάλιστα οἱ ἄθεοι τὰς βλασφημίας ἐπέτεινον, ἐγράφετο φυλακτήριον (18), τῷ τοῦ πάθους σεμνυνόμενος τροπαίῳ· οἱ μὲν ἤλαυνον, ἀοίκους καὶ ἀνεστίους καθιστῶντες τοὺς θεραπευτὰς τοῦ Χριστοῦ, ὁ δὲ ἀνεκαλεῖτο τοὺς πάντας, καὶ ταῖς οἰκείαις ἀπεδίδου ἑστίαις. Οἱ μὲν ἀτιμίαις περιέβαλλον, ὁ δὲ ἐντίμους καὶ ζηλωτοὺς καθίστη τοῖς ἅπασιν· οἱ μὲν ἐδήμευον ἀδίκως, τῶν θεοσεβῶν ἁφαρπάζοντες τοὺς βίους, ὁ δὲ ἀπεδίδου, πλείστοις ἐπιδαψιλευόμενος χαρίσμασιν. Οἱ μὲν διατάγμασιν ἐγγράφοις τὰς κατὰ τῶν προέδρων ἐδημοσίευον συκοφαντίας (19), ὁ δὲ ἔμπαλιν, ἐπαίρων καὶ ἀνυψῶν τῇ παρ' αὐτῷ τιμῇ τοὺς ἄνδρας, προγράμμασι καὶ νόμοις διαφανεστέρους ἐποίει. Οἱ μὲν ἐκ βάθρων τοὺς εὐκτηρίους οἴκους καθῄρουν, ἄνωθεν ἐξ ὕψους καταστρωννύντες εἰς ἔδαφος, ὁ δὲ τὰς οὔσας ὑψοῦσθαι καὶ καινοτέρας ἀνίστασθαι μεγαλοπρεπῶς ἐξ αὐτῶν τῶν βασιλικῶν θησαυρῶν ἐνομοθέτει. Οἱ μὲν τὰ θεόπνευστα λόγια ἀφανῆ ποεῖσθαι πυρὶ φλεγέντα προσέταττον, ὁ δὲ καὶ ταῦτα πληθύνειν (20) ἐκ βασιλικῶν θησαυρῶν μεγαλοπρεπεῖ παρασκευῇ πολυπλασιαζόμενα ἐνομοθέτει. Οἱ μὲν συνόδους ἐπισκόπων μηδαμῇ μηδαμῶς τολμᾶν προσέταττον ποιεῖσθαι, ὁ δὲ τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν παρ' ἑαυτῷ συνεκρότει, βασιλείων τ' εἴσω παρεῖναι, καὶ μέχρι τῶν ἐνδοτάτω χωρεῖν, ἑστίας τε καὶ τραπέζης βασιλικῆς κοινωνοὺς γενέσθαι ἠξίου. Οἱ μὲν ἐτίμων ἀναθήμασι τοὺς δαίμονας, ὁ δὲ ἀπεγύμνου τὴν πλάνην, τὴν ἄχρηστον τῶν ἀναθημάτων ὕλην τοῖς χρῆσθαι δυνατοῖς διηνεκῶς νέμων. Οἱ μὲν τοὺς νεὼς φιλοτίμως κοσμεῖν ἐκέλευον, ὁ δὲ ἐκ βάθρων καθῄρει τούτων αὐτῶν τὰ μάλιστα παρὰ τοῖς δεισιδαίμοσι πολλοῦ ἄξια. Οἱ μὲν τοὺς τοῦ Θεοῦ δούλους αἰσχίσταις ὑπέβαλλον τιμωρίαις, ὁ δὲ αὐτοὺς μὲν τοὺς ταῦτα δεδρακότας μετῄει, σωφρονίζων τῇ πρεπούσῃ

ac lætitiæ tempore tumultus et intestina bella in ea excitabat. Interim vero Deo charus imperator, quæ sui officii erant minime neglexit, prorsus contraria iis quæ tyrannica crudelitas paulo ante præsumpserat, agere studens. Eaque ratione cunctis hostibus atque inimicis superior fuit. Nam primum quidem illi a veri Dei cultu alieni, cunctos mortales ad falsorum numinum cultum variis modis per vim adigebant. Hic vero deos illos neutiquam esse, tum verbis, tum reipsa convincens, universos ad ejus qui solus est Deus agnitionem hortatus est. Ad hæc illi Christum Dei impiis vocibus deridebant: hic vero illud ipsum quod impii homines maledictis præcipue incessebant, salutis præsidium esse scripsit. Dominicæ passionis tropæo sese efferens. Illi cultores Christi persequebantur, eosque domo ac penatibus exturbabant: hic cunctos ab exsilio revocavit, et domiciliis suis restituit. Illi eos notabant infamia, hic honoribus auxit, et felices ac beatos omnium judicio effecit. Illi Dei cultorum bona injuste publicabant ac diripiebant: hic non solum ipsis bona sua restituit; sed plurimis insuper beneficiis affectos locupletavit. Illi scriptis constitutionibus calumnias adversus Ecclesiarum præsides divulgabant: hic contra eosdem viros extollens et honore afficiens, edictis ac legibus propositis, illustriores quam antea reddidit. Et illi quidem oratoria funditus evertebant, et ab ipsis culminibus usque ad solum disjecta sternebant: hic **483** vero oratoria quæ adhuc superessent altius erigi, et nova magnifico cultu prolatis ex imperiali ærario sumptibus exstrui præcepit. Illi oracula divinitus inspirata flammis aboleri jusserunt: hic sacrorum voluminum exemplaria sumptibus imperialis ærarii propagari, et magnifico apparatu decorari mandavit. Jubebant illi ne episcopi synodos congregare uspiam auderent: hic episcopos ex omnibus provinciis ad se accersivit; nec modo intra palatium et in intimum usque cubiculum admisit, sed etiam mensæ tectique participes esse voluit. Illi dæmones donariis honorabant: hic eorum fraudes aperuit, et materiam ipsam donariorum nullis usibus dicatam, iis qui uti poterant perpetuo est dilargitus. Illi deorum templa magnifice ornari jubebant: hic ea quæ superstitiosis hominibus præcipuo

(16) *Καὶ μὴν βασιλεύς*. In Savilii libro legitur ὁ δὲ βασιλεύς. In veteribus autem schedis utraque lectio habetur hoc modo, ὁ δὲ δὴ καὶ μὴν βασιλεύς, etc.

(17) Vulg. *πάντα πράττων τἀναντία*. In Moræi lib. ad marginem emendatur πάντα δὲ πράττων, ut in Fuk. et Savilii codd. Paulo ante pro τῶν αὐτῷ προσηκόντων, uterque codex et schedæ Regiæ præferunt τῶν αὐτῷ πρεπόντων.

(17*) Excidisse videtur μέν, sine quo locus claudicaret. EDIT.

(18) *Ἐγράφετο φυλακτήριον*. Positum videtur pro ἐπεγράφετο, id est, *tutelam sibi ascivit*. Quod si id verbum in vulgata significatione sumi placet, id quoque ferri potest. Constantinus enim in basi statuæ quam Romæ post partam de Maxentio victoriam erexit, scribi jussit, hujus signi virtute urbem Romam a se liberatam fuisse.

(19) Vulg. *ταῖς κατὰ τῶν πρ. ἐδημοσίευον συκοφαντίαις*. Ratio syntaxis postulat ut legamus, τὰς κατὰ τῶν προέδρων ἐδημοσίευον συκοφαντίας. Paulo post scribendum τῇ παρ' αὐτοῦ τιμῇ, ut habent codd. Fuk. et Savilii.

(20) *Ὁ δὲ καὶ ταῦτα πληθύνειν*. In libro Moræi adjecta sunt ad marginem hæc verba, quæ nos in Fuk. etiam et Savil. codd. reperimus, μεγαλοπρεπεῖ παρασκευῇ πολυπλασιαζόμενα· quam scripturam in interpretatione sua secutus est Christophorsonus. Certe Constantinus libros sacros qui ecclesiasticis usibus inserviebant, gemmis ac lapillis ornavit, ut docet Cedrenus in *Chronico*, ubi de Metrodoro philosopho.

Digitized by Google

honore colebantur, funditus subvertit. Illi Dei servos ignominiosis pœnis afficiebant : hic eos quidem qui ista admiserant persecutus, debito affecit supplicio; sanctorum autem Dei martyrum memorias colere nunquam destitit. Illi divino cultui dicatos homines e palatio ejiciebant : hic ejusmodi hominibus præcipue confisus est, quippe quos præ cæteris omnibus benevolos fidosque sibi esse intelligeret. Illi pecuniæ cogendæ supra modum avidi, Tantalico cuidam affectui animum suum mancipaverant : hic regali magnificentia thesauros omnes recludens, liberali et generosa largitione eos distribuit. Denique illi quidem innumerabiles cædes perpetrabant, ut interfectorum bona diriperent ac publicarent : quandiu vero imperavit Constantinus, cunctis judicibus gladius otiosus semper atque incruentus pependit : cum in omnibus provinciis populi simul ac decuriones patria quadam potestate potius quam vi ac necessitate regerentur. Quæ si quis attentius consideraverit, merito dicturus est, novum quoddam sæculum tandem apparuisse sibi videri, insolito lumine post diuturnas tenebras humano generi repente affulgente, totumque hoc Dei opus esse fatebitur, qui adversus illam impiorum multitudinem, hunc religiosum imperatorem velut æmulum opposuerit.

A τοῦ Θεοῦ κολάσει (21), τῶν δ' ἁγίων μαρτύρων τοῦ Θεοῦ τὰς μνήμας τιμῶν οὐ διελίμπανεν. Οἱ μὲν τῶν βασιλικῶν ἥλαυνον οἴκων τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας, ὁ δὲ αὐτοῖς μάλιστα τούτοις διετέλει θαῤῥῶν, εὔνους αὐτῷ (22) καὶ πιστοὺς ἁπάντων μᾶλλον τούτους εἶναι γινώσκων. Οἱ μὲν χρημάτων ἧττους ὑπῆρχον, Ταντάλειῳ τὴν ψυχὴν πάθει δεδουλωμένοι, ὁ δὲ βασιλικῇ μεγαλοπρεπείᾳ πάντας ἀναπετάσας θησαυροὺς, πλουσίᾳ καὶ μεγαλοψύχῳ δωρεᾷ τὰς μεταδόσεις ἐποιεῖτο. Οἱ μὲν μυρίους κατειργάζοντο φόνους, ἐφ' ἁρπαγῇ καὶ δημεύσει τῆς τῶν ἀναιρουμένων οὐσίας, Κωνσταντίνου δ' ἐπὶ πάσῃ τῇ βασιλείᾳ, πᾶν ξίφος εἰς ἄχρηστον τοῖς δικασταῖς ἀπῃώρητο, τῶν κατ' ἔθνος δήμων τε καὶ πολιτευτῶν (23) ἀνδρῶν πατρονομουμένων (24) μᾶλλον, ἢ ἐπ' ἀνάγκαις ἀρχομένων. Εἰς B ἃ δὴ ἀποβλέψας εἴπεν ἄν τις εἰκότως, νεαρόν τινα καὶ νεοπαγῆ βίον (25) ἄρτι τότε φανῆναι δοκεῖν, ξένου φωτὸς ἀθρόου ἐκ σκότους τῷ θνητῷ καταλάμψαντος γένει, Θεοῦ τε τὸ πᾶν ἔργον εἶναι ὁμολογεῖν, τῆς τῶν ἀθέων πληθύος ἀντίπαλον τὸν θεοφιλῆ βασιλέα προβεβλημένου.

484 CAPUT II.

Rursus de pietate Constantini, signum crucis libere profitentis.

Nam cum illi quidem tales exstitissent, quales nulli unquam visi fuerant, eaque adversus Ecclesiam admittere ausi fuissent, quæ nemo unquam ab ultima usque hominum memoria facta esse audierat, merito Deus insuetum quoddam miraculum, Constantinum scilicet, in medium producens, ea per illum gessit, quæ nec auditu unquam accepta, nec oculis visa fuerant. Quod enim miraculum magis novum et insuetum fuit, quam imperatoris nostri virtus, quem Dei sapientia humano generi donavit? Quippe ille cum omni fiducia ac libertate Christum Dei cunctis perpetuo prædicavit, nec salutari vocabulo censeri erubuit. Verum ob eam rem sese magnopere efferens, omnibus se noscendum exhibuit : dum nunc quidem salutari signo vultum consignat, nunc triumphali gloriatur tropæo.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ἔτι περὶ τῆς εὐσεβείας Κωνσταντίνου, ἐμπαῤῥησιαζομένου τῷ τοῦ σταυροῦ σημείῳ.

Ἐπειδὴ γὰρ οἱ μὲν, οἷοι μηδένες ἄλλοι πώποτ', ὤφθησαν, καὶ οἷα μηδ' ἐξ αἰῶνος ἀκοῇ παρείληπται, κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τετολμήκασιν, εἰκότως ὁ Θεὸς αὐτὸς, ξένον τι χρῆμα προστησάμενος, τὰ μήτ' ἀκοῇ γνωσθέντα, μήτ' ὄψει παραδοθέντα, δι' αὐτοῦ κατειργάζετο. Καὶ τί νεώτερον (26) ἦν τὸ θαῦμα τῆς βασιλέως ἀρετῆς, ἐκ Θεοῦ σοφίας τῷ θνητῷ γένει δεδωρημένον; Τοιγάρτοι τὸν Χριστὸν τοῦ Θεοῦ σὺν παῤῥησίᾳ τῇ πάσῃ πρεσβεύων εἰς πάντας διετέλει, μὴ ἐγκαλυπτόμενος τὴν σωτήριον ἐπηγορίαν· σεμνολογούμενος δ' ἐπὶ τῷ πράγματι, φανερὸν ἑαυτὸν καθίστη, νῦν μὲν τὸ πρόσωπον τῷ σωτηρίῳ κατασφραγιζόμενος σημείῳ, νῦν δ' ἐναβρυνόμενος τῷ νικητικῷ τροπαίῳ.

(21) *Τῇ πρεπούσῃ τοῦ Θεοῦ κολάσει.* Mallem scribere ἐκ Θεοῦ κολάσει, ut loqui solet Eusebius.

(22) Vulg. *τοὺς εὔνους αὐτῷ*. Delendus est articulus τούς.

(23) *Δήμων τε καὶ πολιτευτῶν.* Hujus verbi significationem non intellexit Christophorsonus, qui πολιτευτὰς *cives* vertit. Atqui πολιτευταὶ sunt decuriones, ut jampridem notavi ad librum XXII Amm. Marcellini pag. 225, ex Artemidoro et Athanasio. Quibus addendus est locus Gregorii Nazianzeni in epistola 49 ad Olympium, πάντας πολίτας τε καὶ πολιτευτὰς καὶ ἀξιωματικούς, id est, *universos cives et decuriones et honoratos*.

(24) *Πατρονομουμένων*, id est, *paterno imperio regi*. Ait igitur Constantini imperium ob clementiam et mansuetudinem, prorsus simile fuisse patris in filios imperio : ita ut populi omnes ac decuriones, non vi ac metu ut subditi, in officio continerentur, sed sponte obsequerentur ut filii. In codice Fuk. pro ἐπ' ἀνάγκαις legitur ὑπ' ἀνάγκης.

(25) *Νεοπαγῆ βίον.* Feliciter mihi vertisse videor *novum sæculum*. Sic in nummis Philippi *sæculum novum* dicitur. Veteres Etrusci aiebant unumquodque sæculum a diis definitum esse certo annorum modo : qui postquam finitus sit, tum a diis portenta e terra seu cœlitus mitti, quibus significetur sæculum novum inchoari. Et homines nasci qui novis moribus atque institutis utantur, et qui vel plus vel minus chari sint diis immortalibus. Hæc signa Etrusci diligenter notata habebant in rituales libris, ut scripsit Plutarchus in *Sulla*. et Censorinus in c. 17 *De die natali*. Verba Plutarchi sunt : Εἶναι μὲν γὰρ αὐτῶν ὁκτὼ τὰ σύμπαντα γένη, διαφέροντα τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι δι' ἀλλήλων· ἑκάστῳ δὲ ἀφωρίσθαι χρόνῳ ἀριθμὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, συμπεραινόμενον ἐνιαυτοῦ μεγάλου περιόδῳ, etc., ubi ἐνιαυτὸς μέγας sæculum est.

(26) Vulg. *Καί τι νεώτερον*. Scribendum est per interrogationem καὶ τί νεώτερον;

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ εἰκόνος αὐτοῦ, ἐν ᾗ ὑπερέκειτο μὲν ὁ σταυρὸς, πέπληκτο δὲ κάτω ὁ δράκων.

Θ μὲν δὴ καὶ ἐν γραφῆς ὑψηλοτάτῳ πίνακι πρὸ τῶν βασιλικῶν προθύρων ἀνακειμένῳ, τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ὁρᾶσθαι προὐτίθει, τὸ μὲν σωτήριον ὑπερκείμενον τῆς αὐτοῦ κεφαλῆς τῇ γραφῇ παραδοὺς, τὸν δὲ ἐχθρὸν καὶ πολέμιον θῆρα, τὸν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ διὰ τῆς τῶν ἀθέων πολιορκήσαντα τυραννίδος, κατὰ βυθοῦ φερόμενον ποιήσας ἐν δράκοντος μορφῇ. Δράκοντα γὰρ αὐτὸν καὶ σκολιὸν ὄφιν ἐν προφητῶν θεοῦ βίβλοις ἀνηγόρευε τὰ λόγια. Διὸ καὶ βασιλεὺς ὑπὸ τοῖς αὐτοῦ καὶ τῶν αὐτοῦ ποσὶ, βέλει πεπαρμένον κατὰ μέσου τοῦ κύτους, βυθοῖς τε θαλάσσης ἀπερριμμένον, διὰ τῆς κηροχύτου γραφῆς ἐδείκνυ τοῖς πᾶσι τὸν δράκοντα, ὧδέ πη τὸν ἀφανῆ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους πολέμιον αἰνιττόμενος, ὃν καὶ δυνάμει τοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀνακειμένου σωτηρίου τροπαίου, κατὰ βυθῶν ἀπωλείας κεχωρηκέναι ἐδήλου. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἄνθει χρωμάτων ἠνίττετο διὰ τῆς εἰκόνος· ἐμὲ δὲ θαῦμα τῆς τοῦ βασιλέως κατεῖχε μεγαλονοίας, ὡς ἐμπνεύσει θείᾳ ταῦτα διετύπου, ἃ δὴ φωναὶ προφητῶν ὧδέ που περὶ τοῦδε τοῦ θηρὸς ἐδόων, ἐπάξειν τὸν Θεὸν, λέγουσαι, τὴν μάχαιραν τὴν μεγάλην καὶ φοβερὰν, ἐπὶ τὸν δράκοντα τὸν ὄφιν τὸν φεύγοντα, καὶ ἀνελεῖν τὸν δράκοντα τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Εἰκόνας δὴ τούτων διετύπου βασιλεὺς, ἀληθῶς ἐντιθεὶς μιμήματα τῇ σκιαγραφίᾳ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἔτι περὶ τῶν διὰ Ἄρειον ἐν Αἰγύπτῳ ζητημάτων.

Ταῦτα μὲν οὖν αὐτῷ καταθυμίως συνετελεῖτο· τὰ δέ γε τῆς τοῦ φθόνου βασκανίας, δεινῶς τὰς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ συνταράττοντα, καὶ τὸ Θηβαίων τε καὶ Αἰγυπτίων σχισματικὸν κακὸν (27), οὐ σμικρῶς αὐτὸν ἐκίνει, προσρηγνυμένων καθ' ἑκάστην πόλιν ἐπισκόπων ἐπισκόποις, δήμων τε δήμοις ἐπανισταμένων, καὶ μονονουχὶ Συμπληγάδων (28) κατακοπτόντων ἀλλήλους, ὥστ' ἤδη φρενῶν ἐκστάσει τοὺς ἀπεγνωσμένους ἀνοσίοις ἐγχειρεῖν, καὶ ταῖς βασιλέως τολμᾷν ἐνυβρίζειν εἰκόσιν· οὐ μὴν ὥστ' εἰς ὀργὴν ἐγείρειν τὸν βασιλέα μᾶλλον, ἢ πρὸς πόνον ψυχῆς, ὑπεραλγοῦντα τῆς τῶν φρενοβλαβῶν ἀπονοίας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῆς διὰ τὸ Πάσχα διχονοίας

Προϋπῆρχε δ' ἄρα καὶ ἄλλη τις τούτων προτέρα νόσος ἀργαλεωτάτη ἐκ μακροῦ διενοχλοῦσα (29), ἡ τῆς σωτηρίου ἑορτῆς διαφωνία· τῶν μὲν ἔπεσθαι δεῖν τῇ Ἰουδαίων συνηθείᾳ φασκόντων, τῶν δὲ, προσήκειν τὴν ἀκριβῆ τοῦ καιροῦ παραφυλάττειν ὥραν, μηδὲ

CAPUT III.

De imagine Constantini, cui crux quidem superposita erat, infra autem draco.

Quin etiam in sublimi quadam tabula ante vestibulum palatii posita, cunctis spectandum proposuit, salutare quidem signum capiti suo superpositum : infra vero hostem illum et inimicum generis humani, qui impiorum tyrannorum opera Ecclesiam Dei oppugnaverat, sub draconis forma in præceps ruentem. Quippe divina oracula in prophetarum libris, draconem illum et sinuosum serpentem appellarunt. Idcirco imperator draconem telis per medium ventrem confixum, et in profundos maris gurgites projectum, sub suis suorumque liberorum pedibus cera igne resoluta depingi proponique omnibus voluit, hoc videlicet modo designans occultum humani generis hostem, quem salutaris illius tropæi quod capiti ipsius superpositum erat, vi ac potentia in exitii barathrum detrusum esse significabat. Atque hoc quidem imago variis coloribus depicta, tacite indicabat. Mihi vero eximiam imperatoris intelligentiam mirari subit, qui divino quodam afflatu impulsus, ea pingendo expressit, quæ prophetarum vocibus de **485** bestia illa multo ante prædicta fuerant : Deum scilicet machæram ingentem et terribilem adacturum esse in draconem serpentemque fugientem, et occisurum esse draconem qui est in mari. Horum igitur figuram expressit imperator, rem ipsam pictura prorsus imitatus.

CAPUT IV.

Rursus de controversiis in Ægypto excitatis ab Ario.

Et hæc quidem ille libenti animo perficiebat. Verum livor invidiæ qui ecclesias Dei in urbe Alexandria etiamtum conturbabat, et Thebæorum atque Ægyptiorum pestilens schisma, non mediocriter animum ipsius angebant : quippe cum per singulas urbes episcopi adversus episcopos conflictarentur ; et populi adversus populos insurgerent, ac mutuis se vulneribus instar Symplegadum collisi concidererent, adeo ut furore tandem ac desperatione acti, impia quædam admittere, ipsasque imperatoris imagines violare ausi sint. Verum hæc non tam ad iracundiam principem excitare, quam mœstitia animum ejus afficere potuerunt ; quippe qui perditorum hominum amentiam magnopere deploraret.

CAPUT V.

De dissensione ob festum Paschæ.

Alius quoque his antiquior suberat morbus longe gravissimus, qui Ecclesias jampridem infestabat ; dissensio scilicet de salutari festo. Quippe alii consuetudinem Judæorum sequi oportere asserebant : alii tempus ipsum accurate observandum esse aie-

(27) *Καὶ τὸ Θηβαίων τε καὶ Αἰγυπτίων σχισματικὸν κακόν.* Schisma Meletianorum intelligit. Ægyptus enim tunc temporis duplici morbo laborabat, Ariana scilicet hæresi et Meletii schismate.

(28) Vulg., *Συμπληγάσι.* Codex Fuk. habet Συμπληγάδων, quomodo etiam Turnebus ad oram sui codicis emendarat.

(29) *Ἐκ μακροῦ διενοχλοῦσα.* Rectius meo quidem judicio legeretur ἐκ μακροῦ δὴ ἐνοχλοῦσα.

Digitized by Google

hant, nec errantibus assentiendum, qui ab evangelica gratia hac etiam in parte alieni essent. Itaque cum omnes ubique populi jamdudum inter se dissiderent, et sacri religionis nostræ ritus conturbarentur (quippe in uno eodemque festo temporis diversitas maximum discidium inter feriantes excitabat, cum hi jejuniis et ærumnis seipsos attererent, illi otio ac lætitiæ indulgerent), mortalium quidem nemo erat, qui huic malo remedium posset adhibere, cum utrinque inter dissentientes velut æquata lance controversia penderet. Soli omnipotenti Deo perfacile erat istis malis mederi; unus porro in terris exstabat Constantinus, **486** qui ad hæc bona perficienda idoneus Dei minister esse videretur. Qui posteaquam hæc quæ modo dixi auditione accepit, et litteris quas ad Alexandrinos miserat nihil se profecisse cognovit, mentis suæ solertiam ipse excitans, novum sibi bellum adversus invisibilem hostem Ecclesiæ statum perturbantem, conficiendum esse dixit.

A πλανωμένοις ἕπεσθαι τοῖς τῆς εὐαγγελικῆς ἀλλοτρίοις χάριτος. Κἂν τούτῳ τοιγαροῦν (30) μακροῖς ἤδη χρόνοις τῶν ἁπανταχοῦ λαῶν διενηνεγμένων, θεσμῶν τε θείων συγχεομένων, ὡς ἐπὶ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς ἑορτῆς τὴν τοῦ καιροῦ παρατροπὴν μεγίστην διάστασιν ἐμποιεῖν τοῖς τὴν ἑορτὴν ἄγουσι, τῶν μὲν ἀσιτίαις καὶ κακοπαθείαις ἐνασκουμένων, τῶν δ' ἀνέσει τὴν σχολὴν ἀνατιθέντων, οὐδεὶς οἷός τε ἦν ἀνθρώπων θεραπείαν εὑρασθαι τοῦ κακοῦ, ἰσοστασίου τῆς ἔριδος (31) τοῖς διεστῶσιν ὑπαρχούσης· μόνῳ δ' ἄρα τῷ παντοδυνάμῳ Θεῷ καὶ ταῦτ' ἰᾶσθαι ῥᾴδιον ἦν, ἀγαθῶν δ' ὑπηρέτης αὐτῷ μόνος τῶν ἐπὶ γῆς κατεφαίνετο Κωνσταντῖνος· ὃς ἐπειδὴ τὴν τῶν λεχθέντων διέγνω ἀκοήν, τό τε καταπεμφθὲν αὐτῷ γράμμα τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἄπρακτον ἐώρα, τότε αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἀνακινήσας, ἄλλον τουτονὶ καταγωνιεῖσθαι δεῖν ἔφη τὸν κατὰ τοῦ ταράττοντος τὴν Ἐκκλησίαν ἀφανοῦς ἐχθροῦ πόλεμον.

B

CAPUT VI.

Quomodo synodum Nicææ fieri jussit.

Mox velut divinam quamdam phalangem adversus eum instruens, generalem synodum convocavit; honorificis litteris episcopos undique invitans, ut quantocius adessent. Nec vero simplex ac nuda erat jussio: sed præterea multum ad hoc opus contulit imperatoris benignitas, qui aliis quidem cursus publici copiam præbuit, aliis vero jumentorum usum abunde subministravit. Quin etiam sedes huic synodo convenientissima assignata est, urbs quæ a victoria nomen habet Nicæa, in Bithynia sita. Perlato igitur in omnes provincias imperatoris præcepto, statim cuncti velut ex transenna emissi, summa cum alacritate advolarunt. Alliciebat scilicet eos spes bonorum, et præsentis pacis opportunitas; novi denique miraculi, tanti nimirum imperatoris, spectaculum. Posteaquam in unum convenere, Dei opus esse id quod gerebatur apparuit. Nam qui non modo animis, verum etiam corporibus et regionibus ac locis et provinciis longissime inter se dissiti erant, tunc in unum congregati cernebantur: et velut maximam quamdam sacerdotum coronam ex pulcherrimis floribus contextam, una cunctos civitas capiebat.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Ὅπως σύνοδον ἐν Νικαίᾳ γενέσθαι προσέταξεν.

Εἶθ' ὥσπερ ἐπιστρατεύων αὐτῷ, Θεοῦ φάλαγγα σύνοδον οἰκουμενικὴν συνεκρότει, σπεύδειν ἁπανταχόθεν τοὺς ἐπισκόπους γράμμασι τιμητικοῖς προκαλούμενος. Οὐκ ἦν θ' ἁπλοῦν τὸ ἐπίταγμα, συνήργει δὲ καὶ αὐτῇ πράξει τὸ βασιλέως νεῦμα, οἷς μὲν ἐξουσίαν δημοσίου παρέχον δρόμου (32), οἷς δὲ νωτοφόρων ὑπηρεσίας ἀφθόνους· ὥριστο δὲ καὶ πόλις ἐμπρέπουσα τῇ συνόδῳ, νίκης ἐπώνυμος, κατὰ τὸ Βιθυνῶν ἔθνος, ἡ Νίκαια. Ὡς οὖν ἐφοίτα πανταχοῦ τὸ παράγγελμα, οἷά τινος ἀπὸ νύσσης οἱ πάντες ἔθεον σὺν προθυμίᾳ πάσῃ· εἶλκε γὰρ αὐτοὺς ἀγαθῶν ἐλπὶς, ἥ τε τῆς εἰρήνης μετουσία, τοῦ τε ξένου θαύματος, τῆς τοῦ τοσούτου βασιλέως ὄψεως, ἡ θέα. Ἐπειδὴ οὖν συνῆλθον οἱ πάντες, ἔργον ἦδη Θεοῦ τὸ πραττόμενον ἐθεωρεῖτο. Οἱ γὰρ μὴ μόνον ψυχαῖς, ἀλλὰ καὶ σώμασι καὶ χώραις, καὶ τόποις καὶ ἔθνεσι πορρώτατω διεστῶτες ἀλλήλων, ὁμοῦ συνῄγοντο· καὶ μία τοὺς πάντας ὑπεδέχετο πόλις, οἷόν τινα μέγιστον ἱερέων στέφανον, ἐξ ὡραίων ἀνθέων καταπεποικιλμένον

CAPUT VII.

De universali concilio, ad quod ex omnibus provinciis convenerunt episcopi.

Etenim ex omnibus Ecclesiis quæ universam Europam, Africam atque Asiam impleverant, ii qui

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ οἰκουμενικῆς συνόδου, εἰς ἣν ἐκ πάντων ἐθνῶν παρῆσαν ἐπίσκοποι.

Τῶν γοῦν Ἐκκλησιῶν ἁπασῶν, αἳ τὴν Εὐρώπην ἅπασαν, Λιβύην τε καὶ τὴν Ἀσίαν ἐπλήρουν, ὁμοῦ

(30) *Κἂν τούτῳ τοιγαροῦν.* Hic locus prava interpunctione corruptus est. Scribo igitur: τοῖς τῆς εὐαγγελικῆς ἀλλοτρίοις χάριτος κἂν τούτῳ, etc. Ait Eusebius Judæos tum in aliis rebus ab Evangelii gratia alienos esse, tum in hac potissimum quod Pascha ex Mosaica consuetudine adhuc celebrent, non juxta Evangelii veritatem. Confirmat autem emendationem nostram Constantinus in epistola ad Ecclesias, cujus verba referuntur infra in c. 17: Ἐκεῖθεν οὖν τοίνυν κἂν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐχ' ὁρῶσιν.

(31) *Ἰσοστασίου τῆς ἔριδος.* Græci ἰσοστάσιον μάχην dicunt, quoties ita pugnatum est, ut neutra pars victoriam retulerit. Eodem sensu ἰσοστάσιον ἔριδα hoc loco dixit Eusebius, id est, *paribus utrinque momentis libratam controversiam.* Non recte igitur Christophorsonus ita vertit: *Præsertim cum controversia dissidentium animos ex æquo exagitaret.*

(32) *Δημοσίου... δρόμου.* Mirum est quod Eusebius hoc loco τὰ νωτοφόρα distinguit a publico cursu. Sed responderi potest, Eusebium, nomine publici cursus intellexisse vehicula. Atque ita accepit Nicephorus in lib. VIII, cap. 14. Aliis igitur episcopis vehicula præberi jussit Constantinus, aliis equos publicos quibus veherentur ad concilium profecturi.

Digitized by Google

συνῆκτο τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν τὰ ἀκροθίνια, εἰς τ' οἶκος εὐκτήριος (33), ὥσπερ ἐκ Θεοῦ πλατυνόμενος, ἔνδον ἐχώρει κατὰ τὸ αὐτὸ Σύρους ἅμα καὶ Κίλικας, Φοίνικάς τε καὶ Ἀραβίους, καὶ Παλαιστινοὺς, καὶ ἐπὶ τούτοις Αἰγυπτίους, Θηβαίους, Λίβυας, τούς τ' ἐκ μέσης τῶν ποταμῶν ὁρμωμένους· ἤδη δὲ καὶ Πέρσης ἐπίσκοπος τῇ συνόδῳ παρῆν, οὐδὲ Σκύθης (34) ἀπελιμπάνετο τῆς χορείας, Πόντος τε καὶ Γαλατία καὶ Παμφυλία, Καππαδοκία τε καὶ Ἀσία καὶ Φρυγία τοὺς παρ' αὐταῖς παρεῖχον ἐκκρίτους· ἀλλὰ καὶ Θρᾷκες καὶ Μακεδόνες, Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, τούτων θ' οἱ ἔτι πορρώτατω οἰκοῦντες, ἀπήντων· αὐτῶν τε Σπάνων ὁ πάνυ βοώμενος, εἷς ἦν τοῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων· τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως (35) ὁ μὲν προεστὼς ὑστέρει διὰ γῆρας, πρεσβύτεροι δ' αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐπλήρουν. Τοιοῦτον μόνος ἐξ αἰῶνος (36) εἷς βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Χριστῷ στέφανον δεσμῷ συνάψας εἰρήνης, τῷ αὐτοῦ Σωτῆρι τῆς κατ' ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νίκης θεοπρεπὲς ἀνετίθει χαριστήριον, εἰκόνα χορείας ἀποστολικῆς ταύτην καθ' ἡμᾶς συστησάμενος

inter Dei ministros principem locum obtinebant, simul convenere, unaque ædes sacra velut Dei nutu dilatata, Syros simul et Cilicas, Phœnices et Arabes et Palæstinos, Ægyptios præterea, Thebæos ac Libyas, aliosque ex Mesopotamia advenientes, ambitu suo complexa est. Quidam etiam ex Perside episcopus synodo interfuit : **487** nec vel Scytha abfuit ab hoc choro. Pontus item, Galatia, Pamphylia et Cappadocia, Asia quoque et Phrygia lectissimum quemque ex suis præbuere. Thraces quinetiam, Macedones, Achivi et Epirotæ, et qui longissimo intervallo ultra hos positi sunt, nihilominus adfuere. Ab ipsa quoque Hispania vir ille multo omnium sermone celebratus, una cum reliquis aliis consedit. Aberat quidem regiæ urbis antistes ob senilem ætatem : sed præsto erant presbyteri qui vices ejus implerent. Hujusmodi coronam pacis vinculo consertam et connexam, solus ab omni ævo imperator Constantinus velut divinum grati animi monumentum pro victoriis quas de hostibus et inimicis retulerat, Christo Servatori suo dedicavit : hoc amplissimo cœtu, tanquam imagine quadam apostolici chori, nostris temporibus convocato.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅτι, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἐκ διαφόρων συνῆλθον ἐθνῶν.

Ἐπεὶ καὶ κατ' ἐκείνους συνῆχθαι λόγος ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἄνδρας εὐλαβεῖς· ἐν οἷς ἐτύγχανον Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται, καὶ οἱ κατοικοῦντες τὴν Μεσοποταμίαν, Ἰουδαίαν τε καὶ Καππαδοκίαν, Πόντον καὶ τὴν Ἀσίαν, Φρυγίαν τε καὶ Παμφυλίαν, Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην, οἵ τ' ἐπιδημοῦντες Ῥωμαῖοι, Ἰουδαῖοί τε καὶ προσήλυτοι, Κρῆτες καὶ Ἄραβες· πλὴν ὅσον ἐκείνοις ὑστέρει, τὸ μὴ ἐκ Θεοῦ λειτουργῶν συνεστάναι τοὺς πάντας· ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης χορείας, ἐπισκόπων μὲν πληθὺς ἦν, πεντήκοντα καὶ διακοσίων (37) ἀριθμὸν ὑπεραικοντίζουσα, ἑπομένων

CAPUT VIII.

Quod sicut in Actis apostolorum dicitur, ex variis gentibus convenerunt.

Siquidem et apostolorum temporibus viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est, in unum convenisse dicuntur. Inter quos erant Parthi, Medi, Elamitæ, et qui habitant Mesopotamiam, Judæam, et Cappadociam, Pontum, Asiam, et Phrygiam ac Pamphyliam, Ægyptum et partes Libyæ quæ est juxta Cyrenem : advenæ quoque Romani, Judæi et proselyti, Cretenses et Arabes. Verum apud istos quidem hoc minus fuit, quod non omnes erant Dei ministri qui convenerant. In præsenti autem choro episcopi quidem supra ducentos et quinquaginta adfuerunt ; præsbyterorum vero qui

(33) Vulg. *εἴτ' οἶκος εὐκτήριος*. Lego εἷς τε οἶκος ex Gelasio Cyziceno et Nicephoro et Socrate in libro I.

(34) *Οὐδὲ Σκύθης*. Scythas pro Gothis posuit. Sic enim eos Græci vocare solent, ut Libanius, Themistius, Eunapius, et ipse Eusebius in libro I *De vita Constantini*, cap. 4.

(35) *Τῆς δέ γε βασιλευούσης πόλεως*. Gelasius Cyzicenus episcopum urbis Constantinopolitanæ his verbis designari credidit. Quem secutus est etiam Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, libro V, cap. 6, his verbis : « Eusebius autem Pamphili lib. III *De vita Constantini* imp. Constantinopolitanum quidem pontificem a synodo abfuisse scribit propter senium, at nomen ejus supprimit : cujus loco presbyteri quidam comparuerint. At vero ex synodi Actis constat Metrophanem Constantinopoleos id temporis episcopum fuisse, » etc. Ita etiam Epiphanius scholasticus in libro II *Historiæ Tripartitæ*. Verum hæc explicatio ferri non potest. Nondum enim dedicata fuerat Constantinopolis, nec regiæ urbis vocabulo decorata, cum synodus congregata est in urbe Nicæa. Itaque hæc Eusebii verba de episcopo urbis Romæ necessario intelligenda sunt. Quod confirmat Sozomenus in libro I, cap. 16, apud quem Julii nomen pro Silvestro perperam irrepsit; et Theodoretus lib. I, cap. 7.

(36) Vulg. *μόνος ἐξ αἰῶνος*. Sic etiam legitur apud Socratem. Malim tamen legere μόνος, ut habent Gelasius ac Nicephorus. Atque ita in Socrate legit Epiphanius scholasticus. Quod autem sequitur εἷς, neminem turbare debet. Sic enim Eusebius, infra cap. 26, simul ponit μόνος εἷς.

(37) *Πεντήκοντα καὶ διακοσίων*. Apud Socratem in lib. I, ubi hic Eusebii locus refertur, legitur τριακοσίων. De numero episcoporum qui Nicænæ synodo interfuerunt, non convenit inter antiquos. Eusebius quidem hoc loco ducentos et quinquaginta fuisse scribit. Eustathius vero Antiochenus episcopus in homilia de verbis illis quæ in Proverbiis Salomonis leguntur, *Dominus creavit me*, ducentos circiter ac septuaginta illos fuisse dicit ; neque enim se accurate eorum numerum subduxisse. Verum constantior fama est et recentiorum omnium consensu firmata, trecentos et octodecim episcopos in illa synodo consedisse. Sic ex antiquis Athanasius in epistola ad Africanos episcopos non procul ab initio, Hilarius in libro *Contra Constantium*, Hieronymus in Chronico, et Rufinus. Athanasius in Epistola de synodi Nicænæ decretis, ait episcopos qui Nicææ convenerunt, fuisse plus minus trecentos.

Digitized by Google

eos comitati sunt, diaconorum, acolythorum aliorumque complurium numerus iniri vix potest.

CAPUT IX.

De virtute et ætate ducentorum quinquaginta episcoporum.

Porro ex his Dei ministris, alii sermone sapientiæ, alii gravitate vitæ et laborum tolerantia eminebant : alii modestia et comitate morum erant ornati. Ac nonnulli quidem eorum ob provectam ætatem maximo in honore erant : nonnulli et corporis et animi juvenili vigore enitebant. Quidam nuper admodum **488** ministerii sui stadium erant ingressi. Quibus omnibus quotidie annonas copiose præberi imperator mandaverat.

CAPUT X.

Synodus habita in palatio, quo ingressus Constantinus cum episcopis resedit.

Cæterum die concilio constituta, qua controversias dirimi oporteret, cum singuli præsto essent ex quibus synodus constabat, in ipsa media æde palatii, quæ reliquas omnes amplitudine superare videbatur, plurimis sedilibus ad utrumque ædis latus ordine dispositis, omnes qui accersiti fuerant introgressi, suo quisque loco consedere. Postquam universa synodus cum decenti modestia resedit, omnes primum conticuere, imperatoris processum exspectantes. Mox unus ex proximis imperatoris, deinde alter ac tertius ingreditur. Præ-

A δὲ τούτοις πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, ἀκολούθων τε πλείστων ὅσων ἑτέρων (38), οὐδ' ἦν ἀριθμὸς εἰς κατάληψιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'

Περὶ ἀρετῆς καὶ ἡλικίας τῶν διακοσίων πεντήκοντα ἐπισκόπων.

Τῶν δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν (39) οἱ μὲν διέπρεπον σοφίας λόγῳ, οἱ δὲ βίου στερρότητι καὶ καρτερίας ὑπομονῇ, οἱ δὲ τῷ μέσῳ τρόπῳ κατεκοσμοῦντο (40). Ἦσαν δὲ τούτων οἱ μὲν χρόνου μήκει τετιμημένοι, οἱ δὲ νεότητι καὶ ψυχῆς ἀκμῇ διαλάμποντες, οἱ δ' ἄρτι παρελθόντες ἐπὶ τὸν τῆς λειτουργίας δρόμον· οἷς δὴ πᾶσι βασιλεὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὰ σιτηρέσια δαψιλῶς χορηγεῖσθαι διετέτακτο.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Σύνοδος ἐν παλατίῳ, οἷς ὁ Κωνσταντῖνος εἰσελθὼν συνεκαθέσθη.

Ἐπεὶ δ' ἡμέρας ὁρισθείσης τῇ συνόδῳ, καθ' ἣν χρὴν λύσιν ἐπιθεῖναι τοῖς ἀμφισβητουμένοις, παρῆν ἕκαστος ταύτην ἄγων (41) ἐν αὐτῷ δὴ τῷ μεσαιτάτῳ οἴκῳ τῶν βασιλείων (42), ὃς δὴ καὶ ὑπερφέρειν ἐδόκει μεγέθει τοὺς πάντας· βάθρων τ' ἐν τάξει πλειόνων ἐφ' ἑκατέραις τοῦ οἴκου πλευραῖς διατεθέντων, εἴσω παρῆσαν οἱ κεκλημένοι, καὶ τὴν προσήκουσαν ἕδραν οἱ πάντες ἀπελάμβανον. Ἀλλ' ὅτε δὴ σὺν κόσμῳ τῷ πρέποντι ἡ πᾶσα καθῆστο σύνοδος, σιγὴ μὲν τοὺς πάντας εἶχε, προσδοκίᾳ τῆς βασιλέως προόδου· εἰσῄει δέ τις πρῶτος, κἄπειτα δεύτερος· καὶ τρίτος τῶν ἀμφὶ

(38) Vulg., *ἀκολούθων δὲ πλείστων ὅσων δ' ἑτέρων*. Scribendum est ἀκολούθων τε πλείστων ὅσων ἑτέρων ex Socrate in libro I, cap. 5, et Gelasio ac Nicephoro. In Fuk. codd. et Savilii legitur ἀκολούθων τε πλείστων, et post vocem πλείστων apponitur media distinctio in omnibus scriptis exemplaribus.

(39) *Τῶν δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν*. Ab iis verbis caput exorsus sum, secutus auctoritatem codd. Regii, et Fuk., quibus consentiunt schedæ veteres.

(40) *Οἱ δὲ τῷ μέσῳ τρόπῳ κατεκοσμοῦντο*. Multiplex hujus loci sensus esse potest. Nam μέσος τρόπος sumi potest pro modestia et comitate morum, ut μέσῳ positum sit pro μετρίῳ. Vel μέσος τρόπος dicitur eorum, qui principem quidem locum inter episcopos doctrina et sanctitate vitæ præstantes minime obtinebant, non longo tamen intervallo aberant a primis. Sic medios principes ac duces vocarunt antiqui, qui nec optimi essent nec pessimi, sed medio quodam loco inter utrosque subsisterent. Denique μέσος τρόπος dici potest de iis, qui utramque laudem, doctrinæ scilicet ac sanctitatis, complexi erant. Ita hunc Eusebii locum interpretatur Sozomenus in lib. I, cap. 16, his verbis : Οἱ μὲν νοεῖν καὶ λέγειν ἱκανοὶ, εἰδήσει τε τῶν ἱερῶν Βίβλων, καὶ τῆς ἄλλης παιδεύσεως ἐπίσημοι· οἱ δὲ ἀρετῇ βίου διαπρέποντες· οἱ δὲ κατ' ἀμφότερον εὐδοκιμοῦντες. Vides quos Eusebius vocavit τῷ μέσῳ τρόπῳ κατακοσμουμένους, a Sozomeno dici κατ' ἀμφότερον εὐδοκιμοῦντας. Epiphanius scholasticus in lib. II *Historiæ Tripartitæ*, cap. 1, hunc Eusebii locum ita vertit : *Ministrorum vero Dei, alii sapientiæ sermone fulgebant, alii continentia vitæ et patientia coruscabant : alii vero medio modo horum virtutibus ornabantur.*

(41) Vulg., *παρῆν ἑκάτερος ταύτην ἄγων*. Scribendum est ἕκαστος, ut legisse videtur Christophorsonus. Cui tamen non assentior in eo quod ταύτην referendum putavit ad σύνοδον. Ego vero non dubito quin supplendum sit τὴν λύσιν, quod vocabulum proxime antecedit. Rectius enim, ut opinor, Græce dicitur ἄγειν vel ἐπάγειν τὴν λύσιν, quam ἄγειν τὴν σύνοδον. In Fuk. et Sav. diserte scribitur ἕκαστος.

(42) *Ἐν αὐτῷ δὴ τῷ μεσαιτάτῳ οἴκῳ τῶν βασιλείων*. Quisquis fuit ille qui Græcos capitum titulos composuit, hæc verba de palatio accepit, eumque secutus est Christophorsonus. Sed et Sozomenus in lib. I, cap. 18, et Theodoretus in lib. I, cap. 7, Nicænam synodum in palatio habitam fuisse scribunt, ubi Constantinus imperator sedes ac subsellia episcopis jusserat præparari. Theodoreti verba exscripsit etiam Nicephorus in lib. VIII. Sed pace tot ac tantorum virorum dictum sit, nequaquam verisimile est Nicænam synodum in palatio habitam fuisse. Decepit homines, ut videtur, ambigua vox qua hic utitur Eusebius, τῷ μεσαιτάτῳ οἴκῳ τῶν βασιλείων. Hæc enim vox tam de palatio imperatoris, quam de ecclesia promiscue usurpatur. Certe Eusebius in libro X *Historiæ Ecclesiasticæ* βασίλειον οἶκον de ecclesia dicit. Multum certe de auctoritate illius concilii detraheretur, si in palatio imperatoris illud habitum esse crederemus. Adde quod ipse Eusebius huic sententiæ apertissime refragatur. Nam supra in cap. 7, diserte scribit unam ecclesiam seu basilicam cunctos diversarum gentium episcopos ambitu suo esse complexam : Εἷς τε οἶκος εὐκτήριος, ὥσπερ ἐκ Θεοῦ πλατυνόμενος, ἔνδον ἐχώρει κατὰ τὸ αὐτὸ Σύρους ἅμα καὶ Κίλικας, etc., id est : *Una ædes sacra, omnipotentis Dei nutu quodammodo dilatata, ambitu suo complexa est Syros simul et Cilices*, etc. Quid his verbis potest esse manifestius? Annon ex his verbis certissime conficitur, Nicænam synodum in ecclesia habitam fuisse? Affirmat enim Eusebius

Digitized by Google

βασιλέα. Ἠγοῦντο δὲ καὶ ἄλλοι, οὐ τῶν συνηθῶν ὁπλιτῶν τε καὶ δορυφόρων, μόνων δὲ τῶν πιστῶν φίλων. Πάντων δ' ἐξαναστάντων ἐπὶ συνθήματι ὃ τὴν βασιλέως εἴσοδον ἐδήλου (43), αὐτὸς δὴ λοιπὸν διέβαινε μέσος (44), οἷα Θεοῦ τις οὐράνιος ἄγγελος, λαμπρὰν μὲν ὥσπερ φωτὸς μαρμαρυγαῖς ἐξαστράπτων περιβολήν, ἀλουργῖδος πυρωποῖς καταλαμπόμενος ἀκτῖσι, χρυσοῦ τε καὶ λίθων πολυτελῶν διαυγέσι φέγγεσι κοσμούμενος· ταῦτα μὲν οὖν ἀμφὶ τὸ σῶμα· τὴν δὲ ψυχὴν, Θεοῦ φόβῳ καὶ εὐλαβείᾳ δῆλος ἦν κεκαλλωπισμένος· ὑπέφαινον δὲ καὶ ταῦτ' ὀφθαλμοὶ κάτω νεύοντες, ἐρύθημα προσώπου, περιπάτου κίνησις, τό τ' ἄλλο εἶδος, τὸ μέγεθός τε ὑπερβάλλον μὲν τοὺς ἀμφ' αὐτὸν ἅπαντας· τῷ τε κάλλει τῆς ὥρας, καὶ τῷ μεγαλοπρεπεῖ τῆς τοῦ σώματος εὐπρεπείας, ἀλκῇ τε ῥώμης ἀμάχου· ἃ δὴ τρόπων ἐπιεικείᾳ, πραότητί τε βασιλικῆς ἡμερότητος ἐγκεκραμένα, τὸ τῆς διανοίας ὑπερφυὲς, παντὸς κρεῖττον ἀπέφαινον λόγου. Ἐπεὶ δὲ παρελθὼν ἐπὶ τὴν πρώτην τῶν ταγμάτων ἀρχὴν μέσος πρῶτος ἔστη (45), σμικροῦ τινος αὐτῷ καθίσματος ὕλης χρυσοῦ πεποιημένου προτεθέντος, οὐ πρότερον ἧ τοὺς ἐπισκόπους ἐπινεῦσαι, ἐκάθιζε. Ταυτὸ δ' ἔπραττον πάντες μετὰ βασιλέα.

A cedebant quoque alii, non ut moris est ex militum ac protectorum numero, sed ex amicis ii soli qui fidem Christi profitebantur. Cumque signo dato quo imperatoris introitus nuntiabatur, omnes assurrexissent, tandem ipse medius incedens advenit, velut quidam cœlestis Dei angelus: purpureæ quidem vestis fulgore oculos omnium præstinguens, et flammeis quibusdam radiis collucens; adhæc auri et lapillorum eximio splendore exornatus. Et hujusmodi quidem corporis cultus erat. Quod vero ad animum spectat, satis apparebat eum timore Dei ac religione decoratum esse. Atque id indicabant oculi demissi, rubor in vultu, et motus corporis atque incessus. Sed et reliqua corporis species, proceritas scilicet qua cunctos B qui circa ipsum erant longe superabat. Nec statura solum, sed etiam formæ decore et totius corporis venusta quadam majestate; invicto denique virium robore cæteros anteibat. Quæ quidem omnia admirabili modestia et imperatoria lenitate temperata, eximiam et omni laude majorem mentis illius præstantiam declarabant. Postquam imperator ad caput subselliorum venit, primum medius stetit. Positaque ante eum humili sella ex auro fabrefacta, non prius assedit, quam episcopi ei innuissent. Idem omnes post imperatorem fecere.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ἡσυχία συνόδου, μετὰ τὸ εἰπεῖν τι Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον.

Τῶν δ' ἐπισκόπων ὁ τοῦ δεξιοῦ τάγματος πρωτεύων (46) διαναστὰς, μεμετρημένον ἀπεδίδου λόγον,

489 CAPUT XI.

Silentium concilii, postquam Eusebius episcopus pauca quædam dixisset.

Tum ex episcopis is qui in dextra parte primum C locum obtinebat, consurgens, modica oratione im-

omnes pariter episcopos, unius ecclesiæ ambitu comprehensos fuisse. Sed et verba quæ in hoc capite subjungit Eusebius, id meo quidem judicio satis innuunt. Scribit enim, ἐν αὐτῷ δὴ τῷ μεσαιτάτῳ οἴκῳ τῶν βασιλείων, ὃς δὴ καὶ ὑπερφέρειν ἐδόκει μεγέθει τοὺς πάντας, id est, *in ipsa media regalis palatii æde, quæ reliquas omnes amplitudine superabat.* Ait Eusebius ædem illam omnium quæ ubique essent, maximam et amplissimam fuisse. Atqui hoc de palatio urbis Nicææ dici non potest. Nam ut concedamus in illa urbe fuisse palatium, illud certe omnium ubique palatiorum maximum esse non potuit. Romæ enim et Mediolani longe majora erant palatia. Nec dubito quin Nicomediense palatium longe majus et opulentius fuerit Nicæno, cum Nicomedia sedes esset ac domicilium imperatorum jam inde a temporibus Diocletiani. Respondebit fortasse quispiam, Eusebium non dicere mediam illam ædem seu palatii seu basilicæ Nicænæ omnes ubique terrarum ædes amplitudine superasse, sed tantum reliquas ædes illius seu palatii seu basilicæ. Sic enim loquitur Eusebius in lib. IV, cap. 66, ubi funus Constantini describit, κἄπειτ' ἐν αὐτῷ τοῦ παντὸς προφέροντι τῶν βασιλείων οἴκων· et paulo post, ἔνδον γάρ τοι ἐν αὐτῷ παλατίῳ κατὰ τὸ μεσαίτατον τῶν βασιλείων. Equidem hunc esse sensum Eusebii verborum libens concesserim. Sed tamen ex eo non efficitur, palatium Nicænum ab Eusebio intelligi. Nam et in ecclesiis perinde ac in palatiis media ædes omnium erat maxima et capacissima, ut ex Eusebio constat in descriptione ecclesiæ Tyri. Cunctis igitur accurate perpensis ita censeo: episcopos primum quidem in ecclesia convenisse, ibique de Arii dogmate et de regula fidei plurimis diebus tractavisse, tandem vero die ad finiendum negotium constituto, convenisse in palatium, ut coram imperatore sententiam dicerent, et contentioni finem imponerent. Atque ita tollitur omnis difficultas. Certe Eusebius omnino confirmat id quod dixi. Ait enim episcopos die constituto quo controversiis finem imponi oportebat, omnes in palatium venisse. Statimque progresso ad synodum imperatore, cuncta coram illo fuisse dicit constituta. Ex quibus manifeste apparet Eusebium hic loqui de ultimo concilii die, seu de postrema sessione, cum res in pluribus antea episcoporum consessibus discussa fuisset ac ventilata. Neque enim tot tantæque res quæ in illa synodo gestæ sunt, unius diei spatio examinari ac definiri potuerunt. Idem quoque antea factum fuerat in synodo Antiochena adversus Paulum Samosatenum, ut docet Eusebius in lib. VII *Historiæ ecclesiasticæ*.

(43) *Ἐπὶ συνθήματι ὃ τὴν βασιλέως εἴσοδον* D *ἐδήλου.* De hoc signo quo imperatoris adventus nuntiabatur, Corippus loquitur his verbis :

. . . . . *prænuntius ante*
signa dedit cursor posita de more lucerna.

(44) *Διέβαινε μέσος.* Christophorsonus vertit, *per medium consessum intrat.* Melius vertisset, per medium spatium quod erat inter duos considentium ordines incessit. Id significat vox διαβαίνειν, id est, διὰ τῶν δυεῖν βαίνειν. Sic infra in cap. 14, μέσοι δὲ τούτων διέβαινον, etc.

(45) *Μέσος πρῶτος ἔστη.* Christophorsonus legisse videtur πρῶτον. Sic enim vertit, *primum in medio conventu erectus constitit.*

(46) *Ὁ τοῦ δεξιοῦ τάγματος πρωτεύων.* Sozomenus in cap. 18, lib. I, hunc qui in dextra parte primum locum obtinebat, et qui nomine totius concilii ad imperatorem verba fecit, Eusebium Pamphilum fuisse testatur. Atque ita perscriptum

Digitized by Google

peratorem allocutus est, propter illum gratias et laudes perhibens omnipotenti Deo. Postquam ille etiam assedit, mox cuncti defixis in imperatorem oculis silentium fecere. Ille lætis oculis et placido vultu universos intuitus, ac deinde mentem suam in se colligens, leni et moderata voce hujusmodi verba fecit :

A προσφωνῶν τῷ βασιλεῖ, τῷ τε παντοκράτορι Θεῷ χαριστήριον ἐπ' αὐτῷ ποιούμενος ὕμνον· ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς καθῆστο, σιγὴ μὲν ἐγίγνετο, πάντων ἀτενὲς εἰς βασιλέα βλεπόντων· ὁ δὲ φαιδροῖς ὄμμασι τοῖς πᾶσι γαληνὸν ἐμβλέψας, κἄπειτα συναγαγὼν αὐτὸ, πρὸς ἑαυτὸν τὴν διάνοιαν, ἡσύχῳ καὶ πραείᾳ φωνῇ τοῖον ἀπέδωκε λόγον·

CAPUT XII.

Constantini ad synodum oratio de pace.

« Hæc erat summa votorum meorum, charissimi, ut cœtus vestri conspectu mihi quandoque frui contingeret. Cujus voti compos nunc factus, Deo omnium Regi gratias ago, qui præter innumera alia beneficia, hoc omnium bonorum maximum mihi spectare concessit, ut scilicet vos in unum omnes congregatos, et conspirantibus animis unum idemque sentientes viderem. Nullus igitur posthac malevolus hostis felicem rerum nostrarum statum perturbet, nec post deletam funditus ac sublatam Dei Servatoris auxilio, tyrannidem eorum qui Deo bellum indixerant, rursus malignus dæmon alia via ac ratione divinam legem maledictis et calumniis exponat. Quippe intestina seditio Ecclesiæ Dei, mihi quidem omni bello et concertatione gravior ac periculosior videtur : nec externæ res tantum animo meo dolorem afferunt, quantum hæc negotia. Et eo quidem tempore quo Dei nutu atque auxilio adjutus victoriam de hostibus retuleram, nihil amplius mihi superesse existimabam, quam ut tum divino Numini gratias agerem, tum una cum iis quos Deus mea opera in libertatem vindicaverat, communi gaudio exsultarem. Sed ubi de dissensione vestra nuntius ad me insperato perlatus est, equidem eam rem minime negligendam putavi. Quippe optans ut huic malo mea quoque opera re-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον περὶ εἰρήνης.

« Εὐχῆς μὲν ἐμοὶ τέλος ἦν, ὦ φίλοι, τῆς ὑμετέρας ἀπολαῦσαι χορείας, τούτου δὲ τυχὼν, εἰδέναι τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων τὴν χάριν ὁμολογῶ, ὅτι μοι πρὸς τοῖς ἄλλοις ἅπασι, καὶ τοῦτο κρεῖττον ἀγαθοῦ παντὸς ἰδεῖν ἐδωρήσατο· φημὶ δὴ τὸ, συνηγμένους ὁμοῦ πάντας ἀπολαβεῖν, μίαν τε κοινὴν ἁπάντων ὁμόφρονα γνώμην θεάσασθαι. Μηδ' οὖν βάσκανός τις ἐχθρὸς τοῖς ἡμετέροις καλοῖς λυμαινέσθω, μηδὲ τῆς τυράννων θεομαχίας ἐκποδὼν ἀρθείσης Θεοῦ Σωτῆρος δυνάμει, ἑτέρως (47) ὁ φιλοπόνηρος δαίμων τὸν θεῖον νόμον βλασφημίαις περιβαλλέτω· ὡς ἔμοιγε παντὸς πολέμου καὶ μάχης δεινὴ καὶ χαλεπωτέρα, ἡ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ ἐμφύλιος νενόμισται στάσις, καὶ μᾶλλον ταῦτα τῶν ἔξωθεν λυπηρὰ καταφαίνεται. Ὅτε γοῦν τὰς κατὰ τῶν πολεμίων νίκας νεύματι καὶ συνεργείᾳ τοῦ κρείττονος ἡράμην, οὐδέν τε λείπειν (48) ἐνόμιζον, ἢ Θεῷ μὲν νομίζειν τὴν χάριν, συγχαίρειν δὲ καὶ τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ δι' ἡμῶν ἠλευθερωμένοις· ἐπειδὴ τὴν ὑμετέραν διάστασιν παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐπυθόμην, οὐκ ἐν δευτέρῳ τὴν ἀκοὴν ἐθέμην, τυχεῖν δὲ καὶ τοῦτο θεραπείας δι' ἐμῆς εὐξάμενος ὑπηρεσίας, τοὺς πάντας ἀμελητὶ συμμετεστειλάμην· καὶ χαίρω μὲν ὁρῶν τὴν ὑμετέραν ὁμήγυριν, τότε δὲ μάλιστα κρίνω κατ' εὐχὰς ἐμαυτὸν πράξειν, ἐπειδὰν ταῖς ψυχαῖς ἀνακραθέντας ἴδοιμι τοὺς πάντας, μίαν τε κοινὴν (49) βραβεύουσαν τοῖς πᾶσιν εἰρηνικὴν συμφωνίαν, ἣν καὶ

B

C

D

est in titulo hujus capitis. Theodoritus vero in l. I *Historiæ*, cap. 7, non ab Eusebio, sed ab Eustathio Antiochiæ civitatis episcopo orationem hanc habitam esse dicit. Theodoriti sententiam secutus est Baronius ; quem quidem semper hostili atque infenso animo adversus Eusebium nostrum fuisse, ex ejus scriptis quivis facile deprehendet. Verum auctor *Historiæ tripartitæ* in libro II, cap. 5, ubi Theodoriti verba describit, ait post Eustathium Antiochenum, Eusebium quoque Cæsariensem de laudibus imperatoris orationem habuisse. Quod tamen in Græcis Theodoriti exemplaribus hodie non habetur ; prorsus ut necesse sit, aut Epiphanium scholasticum integriores Theodoriti codices nactum fuisse, aut de suo id addidisse, ut interdum solet. Tale est illud quod supra notavimus de regiæ urbis episcopo, quem Nicænæ synodo non interfuisse Socrates ex Eusebio prodidit, ubi Epiphanius scholasticus Alexandri nomen addidit gravi errore, cum Metrophanem potius dicere debuisset. Sed ut ad propositum revertamur, sunt qui nec Eustathio, nec Eusebio, sed Alexandro Alexandrinorum episcopo id honoris delatum esse scribant, ut concilii nomine imperatorem alloqueretur. Nicetas in *Thesauro orthodoxæ fidei*, lib. v, cap. 7, id affirmat his verbis : « Eusebius De vita Constantini libro III se primum verba in synodo fecisse testatur. Si tamen Theodorito credimus, Eustathius primus, etc., ut autem Theodorus Mopsuestenus scribit, Alexandro Alexandrino pontifici id honoris ultro delatum est. » Ego vero in tanta scriptorum diversitate libentius ei sententiæ accesserim, quæ Eusebio primas dicendi partes a synodo delatas esse affirmat. Primum quia omnium sine controversia doctissimus ac disertissimus erat Eusebius. Deinde ipse id aperte testatur in principio hujus operis his verbis : Ἄρτι δὲ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ καλλίνικον μέσον ἀπολαβόντες Θεοῦ λειτουργῶν συνόδου, εἰκοσαετηρικοῖς ὕμνοις ἐγεραίρομεν, id est, *Nuper etiam nos ipsi victorem principem in medio Dei ministrorum conventu residentem, vicennalibus hymnis prosecuti sumus.*

(47) *Ἑτέρως*. Portesius, Christophorsonus et Gallicus interpres hanc vocem omisere, cum tamen tota vis sententiæ in ea voce posita sit. Ad hanc enim vocem refertur quæ proxime sequitur periodus : « Cavete, inquit, ne post deletam tyrannidem eorum qui Deo bellum intulerunt, rursus dæmon alia via religionem nostram maledictis et calumniis objiciat. » Alia igitur via, id est, per intestinas dissensiones. Vide quæ mox sequuntur.

(48) *Οὐδέν τε λείπειν*. Scribendum videtur, οὐδὲν ἔμοιγε λείπειν ἐνόμιζον, et paulo post lego cum Turnebo et Grutero, ἐπεὶ δὲ τὴν ὑμετέραν, etc.

(49) *Μίαν τε κοινήν*. Rectius meo judicio scriberetur κοινῇ adverbialiter.

Digitized by Google

ἑτέροις ὑμᾶς πρέπον ἂν εἴη πρεσβεύειν (50) τοὺς τῷ Θεῷ καθιερωμένους. Μὴ δὴ οὖν μέλλετε, ὦ φίλοι, μὴ δή, λειτουργοὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ κοινοῦ πάντων ἡμῶν Δεσπότου τε καὶ Σωτῆρος ἀγαθοὶ θεράποντες· τὰ τῆς ἐν ὑμῖν διαστάσεως αἴτια ἐντεῦθεν ἤδη φέρειν (51) ἀρξάμενοι, πάντα σύνδεσμον ἀμφιλογίας νόμοις εἰρήνης ἐπιλύσασθε (52). Οὕτω γὰρ καὶ τῷ ἐπὶ πάντων Θεῷ τὰ ἀρεστὰ διαπεπραγμένοι εἴητε ἄν, καὶ τῷ ὑμετέρῳ συνθεράποντι ὑπερβάλλουσαν δώσετε χάριν. »

A medium adhiberetur, absque ulla cunctatione omnes vos accersivi. Et maximam quidem animo capio voluptatem, cum vos congregatos intueor. Sed me ex voto rem gessisse tunc demum existimabo, cum vestrum omnium animos inter se conjunctos ac permistos **490** videro, unamque velut omnium arbitram pacem atque concordiam, quam quidem vos, utpote Deo consecrati, aliis suadere ac prædicare debetis. Date igitur operam, o charissimi Dei ministri, et communis omnium nostrum Domini ac Servatoris fideles famuli, ut, sublatis quamprimum mutuæ inter vos dissensionis causis, omnes controversiarum nodos pacis legibus sine ulla mora dissolvatis. Hac enim ratione et summo omnium Deo rem gratissimam facturi, et mihi conservo vestro ingens beneficium collaturi estis. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὅπως τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῶν ἐπισκόπων εἰς ὁμόνοιαν συνῆψεν.

Ὁ μὲν δὴ ταῦτ' εἰπὼν Ῥωμαΐᾳ γλώττῃ, ὑφερμηνεύοντος ἑτέρου, παρεδίδου τὸν λόγον τοῖς τῆς συνόδου προέδροις. Ἐντεῦθεν δ' οἱ μὲν ἀρξάμενοι κατηντιῶντο τοὺς πέλας, οἱ δ' ἀπελογοῦντό τε καὶ ἀντεμέμφοντο. Πλείστων δὴ ταῦθ' ὑφ' ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων, πολλῆς τ' ἀμφιλογίας τὰ πρῶτα συνισταμένης, ἀνεξικάκως ἐπηκροᾶτο βασιλεὺς τῶν πάντων, σχολῇ τ' εὐτόνῳ (53) τὰς προτάσεις ὑπεδέχετο, ἐν μέρει τ' ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκατέρου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα συνήγαγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους· πράως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, Ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ ὅτι μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν καὶ ἡδύς, τοὺς μὲν γοῦν πείθων (54), τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δ' εὖ λέγοντας ἐπαινῶν, πάντας τ' εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων, εἰσόθ' ὁμογνώμονας (55) καὶ ὁμοδόξους αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς ἀμφισβητουμένοις ἅπασι κατεστήσατο.

CAPUT XIII.

Quomodo episcopos inter se certantes ad concordiam revocarit.

Hæc ille cum Latino sermone dixisset, quæ alius quispiam Græce interpretatus est, deinceps concilii præsidibus sermonem concessit. Tum vero alii proximos insimulare cœperunt, alii accusantibus respondere, et vicissim queri. Multis igitur hunc in modum ex utraque parte propositis, magnaque controversia in ipso principio excitata, imperator cuncta patientissime auscultans, intento animo propositas quæstiones excepit; et quæ ab utraque parte dicebantur, vicissim astruens atque adjuvans, pertinacius certantes paulatim conciliavit. Cumque omnes placide alloqueretur, et Græca uteretur lingua, quippe qui ne hujus quidem linguæ ignarus esset, suavissimus ac jucundissimus fuit, dum alios vi rationum adductos in suam sententiam trahit, alios orat et flectit, eosque qui recte dixissent, laudibus afficit, et universos ad concordiam incitat. Donec tandem eos concordes in omnibus de quibus antea certabatur, et consentientes effecit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Περὶ πίστεως καὶ τοῦ Πάσχα, τῆς συνόδου σύμφωνος ἔκθεσις.

Ὡς ὁμόφωνον μὲν κρατῆσαι τὴν πίστιν, τῆς σωτηρίου δ' ἑορτῆς τὸν αὐτὸν παρὰ τοῖς πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρόν· ἐκυροῦτο δ' ἤδη καὶ ἐν γραφῇ δι' ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα (56). Ὧν δὴ

CAPUT XIV.

Concors synodi sententia de fide et de Pascha.

Adeo ut non modo unius fidei consonantia apud omnes obtineret, verum etiam unum idemque tempus in salutaris festi celebratione ab omnibus firmaretur. Porro ea quæ in commune placuerant,

(59) *Πρέπον ἂν εἴη πρεσβεύειν.* Male Christophorsonus vertit, *a Deo impetrare*, cum potius vertere debuisset *prædicare*. Sic enim Eusebius hanc vocem usurpare solet, ut patet ex innumeris *Historiæ ecclesiasticæ* locis, exempli gratia in lib. IV, cap. 15. Male in Fuk. et Sav. codd. legitur εἴη βραβεύειν.

(51) *Ἐντεῦθεν ἤδη φέρειν.* Longe aliter codex Fuk., in quo totus hic locus ita scribitur, τὰ τῆς ἐν ὑμῖν διαστάσεως αἴτια τοῦ λοιποῦ φέρειν ἀνάσχοισθε, πάντα δὲ σύνδεσμον, etc. Atque ita Savilius et Christophorsonus in suis codicibus repererunt.

(52) *Ἐπιλύσασθε.* Lego cum Christophorsono ἐπιλύσασθαι· vulgata tamen lectio stare potest, modo post vocem θεράποντες, quæ paulo ante præcessit, ponatur punctum semiplenum, ut ad oram sui libri notavit Savilius. Certe in codice Regio post vocem θεράποντες posita est media distinctio.

(53) Vulg., *σχολῇ τε εὐτόνως.* Apud Socratem in l. I, cap. 5; et apud Nicephorum legitur εὐτόνῳ. Gelasius autem Cyzicenus cap. 28, habet εὐτονωτάτῃ· cum Socrate consentiunt codex Fuketianus et schedæ Regiæ.

(54) *Τοὺς μὲν γοῦν πείθων.* Apud Socratem et Gelasium ac Nicephorum legitur τοὺς μὲν συμπείθων. Sed codex Regius præfert τοὺς μὲν πείθων.

(55) *Εἰσόθ' ὁμογνώμονας.* In Gelasio legitur ἕως ὅτε, quod idem est.

(56) *Τὰ κοινῇ δεδογμένα.* Id est, fidei formula et canones cum epistola synodica. Hæc enim omnia singulorum episcoporum subscriptionibus firmata sunt. Qui præter hæc tria putant etiam Acta Nicænæ synodi scriptis esse mandata, ii vehementer falluntur. Quippe Eusebius diserte testatur, nihil scriptis traditum fuisse, præter ea quæ ex communi consilio decreta fuerant: eaque omnium subscriptionibus roborata fuisse dicit. Baronius quidem ad annum Christi 325, cap. 62, Acta a synodo Nicæna

Digitized by Google

scriptis mandata, et singulorum subscriptione roborata sunt. Quibus ita gestis, imperator alteram hanc victoriam de hoste Ecclesiæ se retulisse testatus, triumphalem festivitatem in honorem Dei celebravit.

491 CAPUT XV.

Quomodo Constantinus vicennalibus suis episcopos convivio exceperit.

Eodem tempore vicesimus imperii ejus annus complebatur. Cujus rei causa cum in omnibus provinciis publicæ festivitates agerentur, imperator Dei ministros ad convivium vocavit; et cum iisdem jam inter se conciliatis epulatus, hoc velut conveniens sacrificium per illos obtulit Deo. Neque ullus episcoporum ab hoc imperiali convivio abfuit. Res porro ipsa omnem dicendi copiam longe superabat. Protectores enim et milites in orbem dispositi, strictis gladiis palatii vestibulum custodiebant. Homines autem Dei per medium illorum absque ullo metu transibant, et ad intima usque palatii penetralia ingrediebantur. Ex his deinde alii una

A πραχθέντων, δευτέραν ταύτην νίκην ἄρασθαι εἰπὼν βασιλεὺς κατὰ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἐχθροῦ, ἐπινίκιο ἑορτὴν τῷ Θεῷ συνετέλει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅπως τοῖς ἐπισκόποις συνειστιάθη Κωνσταντῖνος εἰκοσαετηρίδος οὔσης.

Κατὰ τὸ αὐτὸ δὲ αὐτῷ καὶ τῆς βασιλείας εἰκοσαετὴς ἐπληροῦτο χρόνος (57)· ἐφ' ᾧ πάνδημοι μὲν ἦγοντο πανηγύρεις τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, τοῖς δέ γε τοῦ Θεοῦ λειτουργοῖς, εὐωχίας αὐτὸς ἐξῆρχε βασιλεύς, συμποσιάζων εἰρηνεύσασι, καὶ οἱονεὶ θυσίαν ταύτην ἀποδιδοὺς ἐμπρέπουσαν τῷ Θεῷ δι' αὐτῶν· οὐδ' ἀπελείπετό τις ἐπισκόπων βασιλικῆς ἑστιάσεως. Κρεῖττον δ' ἦν παντὸς λόγου τὸ γινόμενον. Δορυφόροι μὲν γὰρ καὶ ὁπλῖται (58) γυμναῖς ταῖς τῶν ξιφῶν ἀκμαῖς ἐν κύκλῳ τὰ πρόθυρα τῶν βασιλείων ἐφρούρουν, μέσοι δὲ τούτων ἀδεεῖς οἱ τοῦ Θεοῦ διέβαινον ἄνθρωποι, ἐνδοτάτω τ' ἀνακτόρων ἐχώρουν. Εἶθ' οἱ μὲν αὐτῷ συνανεκλίνοντο (59), οἱ δ' ἀμφὶ τὰς ἐξ ἑκατέ-

B

C

D

scripta fuisse dixit, idque ab Athanasio in libro *De synodis* diserte scribi affirmavit. Sed Baronium decepit Latina interpretatio, quæ sic habet tomo I, pag. 873: « Quod si ad hanc rem usus synodi desideratur, supersunt Acta Patrum, nam neque hac in parte negligentes fuere qui Nicææ convenerunt, sed ita accurate scripserunt, » etc. In Græcis vero nulla Actorum fit mentio. Sic enim legitur: ἔστι τὰ τῶν Πατέρων, id est, *supersunt Patrum scripta*, fides scilicet et canones et synodicæ. Est et alius Athanasii locus in epistola de decretis Nicænæ synodi, pag. 250, ex quo manifeste colligitur nulla fuisse Acta. Sic enim loquitur: « Quandoquidem, inquit, tua dilectio ea nosse desiderat quæ in synodo gesta sunt, minime cunctatus sum: sed statim tibi significavi quæcunque ibi acta sunt, » etc. Quod si Acta a notariis excerpta fuissent, satis habuisset Athanasius Acta illa ad amicum suum transmittere.

(57) *Εἰκοσαετὴς ἐπληροῦτο χρόνος.* Hæc benigne interpretanda sunt. Neque enim vicesimus annus imperii Constantini adhuc erat absolutus, imo vixdum inchoatus. Quippe vicesimus annus principatus Constantini cœpit a die VIII Kal. Aug., Paulino et Juliano coss., qui est annus trecentesimus vicesimus quintus Natalis Dominici. Concilium autem Nicænum celebratum est vicesima die mensis Maii iisdem coss., ut scribit Socrates in cap. 9 lib. primi, seu potius die XIII Kalendas Julii, mensis Desii, qui a Romanis Junius dicitur, die 19, ut legitur in Actis concilii Chalcedonensis, et in *Chronico Alexandrino*, et in collectione Cresconiana. Quod quidem verius puto. Nam si concilium Nicænum vicesimo die mensis Maii congregatum esse ponamus, nimis angustum relinquetur spatium ad eas res gerendas quas Constantinus post debellatum Licinium gessit. Ultimo prælio ad Chalcedonem victus est Licinius anno Christi 324, die 15 Kalendas Octobres, ut scribitur in *Fastis* Idatii et in *Chronico Alexandrino*. Sequenti die Licinius, qui Nicomediam se receperat, Constantino victori se dedidit. Post hæc Constantinus Nicomediam ingressus est; qua in urbe dum moraretur, atque in Orientis partes progredi festinaret, nuntium accepit de Alexandrinæ Ecclesiæ totiusque Ægypti discidio ob Arii dogma et Meletianorum turbas, ut ipsemet scribit in epistola ad Alexandrum et Arium. Ac primo quidem Osium cum litteris suis Alexandriam misit, qui eos tumultus auctoritate sua componeret. Verum Osius cum aliquandiu moratus esset Alexandriæ, re infecta ad Constantinum reversus est. Quæ quidem omnia breviori quam trium mensium spatio perfici minime potuerunt. Porro Constantinus cum malum quotidie ingravescere cerneret, generale episcoporum concilium convocare decrevit, ut eo modo Ecclesiæ pacem restitueret. In eam rem veredarios seu agentes in rebus per omnes provincias direxit, qui episcopos Nicæam Bithyniæ convocarent. Ponamus igitur veredarios mense Martio imperatoris litteras ad singulos episcopos pertulisse. Vix credibile est episcopos ab ultimis usque tam Orientis quam Occidentis regionibus ante Julium mensem in Bithyniam venire potuisse; præsertim cum terrestri itinere, non autem navigatione eo delati sint, ut tradit Eusebius in cap. 6. Græci Dominicam septimam post Pascha, eam scilicet quæ Pentecosten proxime antecedit, vulgo vocant κυριακὴν τῶν ἁγίων Πατέρων, seu τῶν ἁγίων τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ θεοφόρων τῶν ἐν Νικαίᾳ, ut discimus ex *Typico* monasterii Sancti Sabæ.

(58) *Δορυφόροι καὶ ὁπλῖται.* Sic paulo supra utrosque junxit, cum de Constantini in synodum ingressu diceret. Δορυφόροι sunt hastati, seu protectores qui hastas gestabant. Certe Themistius in oratione ad Jovianum imperatorem, αἰχμοφόρον illum in Persidem profectum esse scribit, id est, protectorem domesticum, ut ex Amm. Marcellino cognoscimus. Ὁπλῖται vero sunt scutati, milites scilicet qui erant sub magistro militum præsentali.

(59) Vulg., *οἱ μὲν αὐτῶν συνανεκλίνοντο.* Scribendum est αὐτῳ, ut videtur legisse Christophorsonus. Confirmat hanc emendationem Theodoritus, l. I, cap. 11, his verbis quæ hunc Eusebii locum mirifice illustrant: Πολλὰς δὲ στιβάδας εὐτρεπισθῆναι κελεύσας, κατὰ ταυτὸν εἱστίασεν ἅπαντας, τοὺς μὲν ἀξιωτέρους ὁμοτραπέζους λαβών, τοὺς δὲ ἄλλους διελὼν εἰς τὰς ἄλλας. Non poterat melius scholion apponi verbis Eusebianis. Quas Eusebius κλινάδας dixerat (sic enim legendum est ex codd. Regio et Fuketiano) Theodoretus vocat στιβάδας, id est, stibadia seu accubita. Interpres Nicephori *toros* vertit, male. Nec rectius interpres Theodoreti *sedes*. Suidas: *Στιβάς*· χαμαικοίτιον, ἀκκουβιτόν, etc. Scholiastes Juvenalis, ad satyram 5, « Apud veteres, inquit, accubitorum usus non erat, sed in lectulis discumbentes manducabant. » In codice Fuk. diserte scribitur οἱ μὲν αὐτῶ.

Digitized by Google

ρων (60) προσανεπαύοντο κλινάδας. Χριστοῦ βασιλείας A cum imperatore accubuerunt : alii in stibadiis utrinque dispositis discubuere. Prorsus imago quædam regni Christi adumbrari, resque ipsa somnio quam veritati propior videbatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Χαρίσματα ἐπισκόποις, καὶ γράμματα πρὸς τοὺς πάντας.

Ἐπεὶ δὲ λαμπρῶς τὰ τῆς εὐωχίας προύχώρει, ἔτι καὶ τοῦτο βασιλεὺς δεξιούμενος τοὺς πάντας προσετίθει, μεγαλοψύχως ἕκαστον κατὰ τὴν πρέπουσαν ἀξίαν τοῖς παρ' αὐτοῦ τιμῶν ξενίοις. Τῆς δὲ συνόδου ταύτης, καὶ τοῖς μὴ παροῦσι τὴν μνήμην δι' οἰκείου παρεδίδου γράμματος, ὃ δὴ καὶ αὐτὸ, ὥσπερ ἐν στήλῃ, τῇδε τῇ περὶ αὐτοῦ συνάψω διηγήσει, τοῦτον ἔχον τὸν τρόπον.

CAPUT XVI.

Munera episcopis donata, et litteræ ad omnes scriptæ.

Celebratis splendidissimo apparatu conviviis, imperator cunctos liberaliter excipiens, id etiam pro sua magnificentia adjecit, ut unumquemque pro meritis ac dignitate muneribus honoraret. Eos quoque qui huic synodo minime interfuissent, de rebus in ea gestis certiores fecit per litteras : quas in hoc opere, tanquam in tabula quadam incisas proponam. Sunt autem hujusmodi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Κωνσταντίνου πρὸς τὰς Ἐκκλησίας περὶ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

« Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς ταῖς Ἐκκλησίαις.

« Πεῖραν λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον πρό γε πάντων ἔκρινα εἶναί μοι προσήκειν σκοπὸν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πλήθεσι πίστις μία καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ τὸν παγκρατῆ Θεὸν εὐσέβεια τηρῆται. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτ' οὐχ οἷόν τ' ἦν ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν τάξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταὐτὸ πάντων ὁμοῦ, ἢ τῶν γοῦν πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἑκάστου τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο, τούτου ἕνεκεν πλείστων ὅσων συναθροισθέντων, αὐτὸς δὲ καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐτύγχανον συμ- C παρὼν (οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἄν, ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι), ἄχρι τοσούτου ἅπαντα τῆς προσηκούσης τετύχηκεν ἐξετάσεως, ἄχρις οὗ ἡ τῷ πάντων ἐφόρῳ Θεῷ ἀρέσκουσα γνώμη, πρὸς τὴν τῆς ἑνότητος συμφωνίαν (61) εἰς φῶς προήχθη, ὡς μηδὲν ἔτι πρὸς διχόνοιαν ἢ πίστεως ἀμφισβήτησιν ὑπολείπεσθαι.

CAPUT XVII.

Epistola Constantini ad Ecclesias de synodo Nicæna.

« Constantinus Augustus Ecclesiis.

« Cum ex prospero reipublicæ statu compertum haberem, quanta fuisset erga nos omnipotentis Dei benignitas, in hoc præcipue mihi elaborandum esse existimavi, ut a sanctissimis Ecclesiæ catholicæ populis una fides, sincera charitas, et consona erga omnipotentem Deum religio servaretur. Sed quoniam fieri non poterat ut ea res firme ac stabiliter constitueretur, nisi omnibus episcopis, **492** vel certe plurimis eorum in unum congregatis, singula quæ ad sacratissimam religionem pertinent disceptata prius fuissent : hanc ob causam, coactis quam fieri potuit plurimis sacerdotibus, me quoque tanquam uno ex vobis præsente (neque enim negaverim id quo maxime exsulto, conservum me vestrum esse) cuncta competenti examine eo usque discussa sunt, donec inspectori omnium Deo accepta sententia, ad unitatis concentum proferretur in lucem, itaque nullus dissensioni, nullus controversiæ de fide locus amplius relinqueretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Τοῦ αὐτοῦ περὶ συμφωνίας τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς, καὶ κατὰ Ἰουδαίων.

« Ἔνθα καὶ περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἁγιωτάτης ἡμέρας γενομένης ζητήσεως, ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ (62) καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας πάντας τοὺς ἁπανταχοῦ ἐπιτελεῖν. Τί γὰρ ἡμῖν κάλλιον, τί δὲ σεμνότερον ὑπάρξαι δυνήσεται, τοῦ τὴν ἑορτὴν ταύτην παρ' ἧς τὰς τῆς D ἀθανασίας εἰλήφαμεν ἐλπίδας, μιᾷ τάξει καὶ φανερῷ λόγῳ παρὰ πᾶσιν ἀδιαπτώτως φυλάττεσθαι; Καὶ

CAPUT XVIII.

De consensu in celebratione festi paschalis, et contra Judæos.

« Ubi cum de sanctissimo etiam Paschæ die quæsitum fuisset, communi omnium sententia decretum est, eam festivitatem uno eodemque die ab omnibus ubique celebrari oportere. Quid enim pulchrius, quid honestius nobis esse possit, quam ut hæc festivitas, a qua spem immortalitatis accepimus, uno eodemque ordine et certa ratione ab om-

(60) Vulg. *ἀμφὶ τὰς ἑκατέρων*. Scribendum puto ἐξ ἑκατέρων. Qua emendatione nihil certius. Ait Eusebius ex utraque parte aulæ regiæ disposita fuisse stibadia, in quibus episcopi discumberent : ipsum vero imperatoris stibadium in medio fuisse, in quo ipse una cum honoratioribus episcopis accumbebat. Eodem plane modo in synodo Nicæna, subsellia quidem erant utrinque disposita in quibus episcopi residebant : imperator autem ipse medius inter duos considentium ordines in sella aurea residebat. Simile fuit Constantinopoli tribunal novemdecim accubitorum, ad hujus Constantiniani convivii, ut equidem arbitror, similitudinem institutum.

(61) Vulg. *παρὰ τὴν τῆς ἑνότητος συμφωνίαν*. Rectius apud Theodoritum et Nicephorum legitur πρὸς τήν, etc.

(62) *Ἔδοξε κοινῇ γνώμῃ*. Hæc verba Constantini respexisse videtur Athanasius, cum in libro De synodis Arimini et Seleuciæ pag. 873, notat aliter locutos esse Patres synodi Nicænæ in expositione fidei, aliter in definiendo Paschæ die. Nam in hoc quidem negotio usi sunt verbo ἔδοξε, id est *placuit*. In expositione autem fidei nequaquam dixere *placuit*, sed *ita credit sancta et universalis Ecclesia*. Certe verbum ἔδοξε quod refert Athanasius, non reperitur in epistola synodica, sed in hac tantum epistola Constantini : quam pro synodica habitam fuisse non immerito quis possit suspicari.

Digitized by Google

nibus inoffense observetur? Ac primum quidem visa est omnibus res esse prorsus indigna, ut in sanctissimæ hujus solemnitatis celebratione consuetudinem Judæorum sequeremur; qui, cum manus suas nefario scelere contaminarint, merito impuri homines excitate mentis laborant. Quippe, rejecta illorum consuetudine, possumus rectiori ordine, quem a primo passionis die ad hæc usque tempora servavimus, ad futura etiam sæcula hujus observantiæ ritum propagare. Nihil ergo nobis commune sit cum inimicissima Judæorum turba. Aliam enim viam a Servatore accepimus. Propositus est sacratissimæ religioni nostræ cursus legitimus et honestus. Hunc unanimi consensu retinentes, ab illa turpissima societate et conscientia nos abstrahamus, fratres charissimi. Est enim profecto absurdissimum quod illi magnifice jactant, nos absque ipsorum magisterio hæc commode observare non posse. Quidnam vero illi recte sentire possint, qui post necem Domini, post illud parricidium mente capti, non ratione, sed præcipiti impetu feruntur quocunque innatus furor ipsos impulerit. Hinc est quod ne **493** in hac quidem parte veritatem ipsam perspiciunt : adeo ut a convenienti emendatione longissime aberrantes, uno eodemque anno duo paschata celebrent. Quid ergo est cur istos sequamur, quos constat gravissimo erroris morbo laborare? Nam uno eodemque anno geminum pascha facere, nunquam profecto sustinebimus. Verum etiamsi quæ dixi minime suppeterent, vestræ tamen solertiæ est, id curare omnibus modis atque optare, ne sanctitas animarum vestrarum, in ullius rei similitudine cum nequissimorum hominum moribus sociari et commisceri videatur. Illud præterea considerandum est, nefas esse ut in tanti momenti ne-

πρῶτον μὲν ἀνάξιον ἔδοξεν εἶναι, τὴν ἀγιωτάτην ἐκείνην ἑορτὴν τῇ τῶν Ἰουδαίων ἑπομένους συνηθείᾳ πληροῦν· οἳ τὰς ἑαυτῶν χεῖρας ἀθεμίτῳ πλημμελήματι χράναντες, εἰκότως τὰς ψυχὰς οἱ μιαροὶ τυφλώττουσιν. Ἔξεστι γὰρ τοῦ ἐκείνων ἔθους (65) ἀποβληθέντος, ἀληθεστέρᾳ τάξει, ἣν ἐκ πρώτης τοῦ πάθους ἡμέρας ἄχρι τοῦ παρόντος ἐφυλάξαμεν, καὶ ἐπὶ τοὺς μέλλοντας αἰῶνας τὴν τῆς ἐπιτηρήσεως ταύτης συμπλήρωσιν ἐκτείνεσθαι. Μηδὲν τοίνυν ἔστω ἡμῖν κοινὸν μετὰ τοῦ ἐχθίστου τῶν Ἰουδαίων ὄχλου. Εἰλήφαμεν γὰρ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ὁδὸν ἑτέραν· πρόκειται δρόμος τῇ ἱερωτάτῃ ἡμῶν θρησκείᾳ καὶ νόμιμος καὶ πρέπων (64). Τούτου συμφώνως ἀντιλαμβανόμενοι, τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης ἑαυτοὺς συνειδήσεως (65) ἀποσπάσωμεν, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι. Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἀτοπώτατον, ἐκείνους αὐχεῖν, ὡς ἄρα παρεκτὸς τῆς αὐτῶν διδασκαλίας ταῦτα φυλάττειν οὐκ εἴημεν ἱκανοί. Τί δὲ φρονεῖν ὀρθὸν ἐκεῖνοι δυνήσονται, οἳ μετὰ τὴν κυριοκτονίαν τε καὶ πατροκτονίαν ἐκείνην ἐκστάντες τῶν φρενῶν, ἄγονται οὐ λογισμῷ τινι, ἀλλ' ὁρμῇ ἀκατασχέτῳ, ὅποι δ' ἂν αὐτοὺς ἡ ἔμφυτος αὐτῶν ἀγάγῃ μανία. Ἐκεῖθεν οὖν τοίνυν κἀν τούτῳ τῷ μέρει τὴν ἀλήθειαν οὐχ ὁρῶσιν, ὡς δὴ κατὰ τὸ πλεῖστον αὐτοὺς πλανωμένους τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως (66), τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν (67). Τίνος χάριν (68) τούτοις ἑπόμεθα, οὓς δεινὴν πλάνην νοσεῖν ὁμολογῆται; Δεύτερον γὰρ τῷ ἑνὶ ἐνιαυτῷ οὐκ ἂν ποτε ποιεῖν ἀνεξόμεθα. Ἀλλ' εἰ καὶ ταῦτα μὴ προῦκειτο, ἀλλά δὴ τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν ἐχρῆν καὶ διὰ σπουδῆς καὶ δι' εὐχῆς ἔχειν πάντοτε, ἐν μηδεμιᾷ τὸ καθαρὸν τῆς ὑμετέρας ψυχῆς κοινωνεῖν δοκεῖν ἀνθρώπων ἔθεσι παγκάκων. Πρὸς τούτοις κἀκεῖνο πάρεστι συνορᾶν, ὡς ἐν τηλικούτῳ πράγματι καὶ τοιαύτῃ θρησκείας ἑορτῇ διαφωνίαν ἄρχειν, ἐστὶν ἀθέμιτον. Μίαν γὰρ

(65) Vulg., *τοῦ ἐκείνου ἔθνους*. Lego ἔθους cum Christophorsono et Grutero. Idem mendum notavimus in *Historia ecclesiastica*. Certe in schedis Regiis et in libro Savilii ἔθους perscriptum est.

64) *Καὶ νόμιμος καὶ πρέπων*. Apud Gelasium et Nicephorum legitur καὶ νόμος πρέπων. Socrates tamen ac Theodoritus vulgatam lectionem tuentur.

(65) *Αἰσχρᾶς ἐκείνης συνειδήσεως*. Nam qui cum Judæis Pascha Dominicum celebrant, conscii videntur esse sceleris quod Judæi adversus Dominum admiserunt. At Christophorsonus συνείδησιν vertit *opinionem*, cui non accedo.

(66) *Τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως*. Socrates, Theodoritus, Gelasius ac Nicephorus habent ἀντὶ τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως, quod non probo. Recte enim dicitur πλανωμένους τῆς ἐπανορθώσεως.

(67) *Τῷ αὐτῷ ἔτει δεύτερον τὸ Πάσχα ἐπιτελεῖν*. Cum neomenia paschalis Judæorum a die quinto mensis Martii inciperet, et tertio Aprilis claudereturr, hinc fiebat aliquando ut eorum Pascha ante æquinoctium inciperet. Ita duplex Pascha eodem anno celebrabant, si annum intelligas solarem ac Julianum, a verno scilicet æquinoctio hujus anni ad sequentis anni vernum æquinoctium. Idem ait Ambrosius in epistola ad episcopos Æmiliæ, ubi scribit Judæos interdum mense duodecimo Pascha celebrasse, id est, juxta Latinos vel Orientales. Neque enim Judæi mense illo qui apud ipsos erat duodecimus, Pascha unquam celebrabant, sed decima quarta die primi mensis. Porro hæc iteratio quam Judæis objicit Constantinus, nequaquam magni momenti mihi quidem videtur. Idem enim retorquere poterant Judæi adversus Christianos; eos scilicet uno eodemque anno bis Pascha celebrasse, si annum vertentem intelligamus. Ponamus enim hoc anno Pascha celebrari decimo Kalendas Maias : sequente anno citius celebretur necesse est. Atque ita duplex Pascha intra unius anni vertentis curriculum apud Christianos occurrit. Quod tamen non eveniet, si annum numeraveris ab æquinoctiali cardine ad alterius anni vernum æquinoctium. Vide Epiphanium in hæresi 70, quæ est Audianorum pag. 824, et animadversiones D. Petavii. Cui junge cap. 3 Ægidii Bucherii *De Paschali Judæorum cyclo*.

(68) *Τίνος χάριν*. Apud Theodoritum et Nicephorum legitur τίνος οὖν χάριν. Sic etiam Socrates et Gelasius. Ex quibus corrigenda sunt, quæ sequuntur hoc modo : τὴν ὑμετέραν ἀγχίνοιαν. Et paulo post ἐν μηδεμιᾷ ὁμοιότητι. Quanquam apud illos quos dixi scriptores legitur ἐν μηδενὶς ὁμοιότητι. In Fuketiano scriptum est ἐν μηδεμιᾷ προφάσει. Porro ad hæc verba alludere videtur auctor *Constitutionum apost.* libro v, cap. 16. Quod profecto fatebitur quisquis eum locum cum his Constantini verbis contulerit.

Digitized by Google

ἑορτὴν τὴν τῆς ἡμετέρας ἐλευθερίας ἡμέραν, τουτέστι τὴν τοῦ ἁγιωτάτου πάθους, ὁ ἡμέτερος παρέδωκε Σωτὴρ, καὶ μίαν εἶναι τὴν καθολικὴν αὐτοῦ Ἐκκλησίαν βεβούληται, ἧς εἰ καὶ ταμάλιστα εἰς πολλοὺς καὶ διαφόρους τόπους τὰ μέρη διῄρηται, ἀλλ' ὅμως ἑνὶ πνεύματι, τουτέστι τῷ θείῳ βουλήματι, θάλπεται. Λογισάσθω δ' ἡ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἀγχίνοια, ὅπως ἐστὶ δεινόν τε καὶ ἀπρεπὲς, κατὰ τὰς αὐτὰς ἡμέρας ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις σχολάζειν (69), ἑτέρους δὲ συμπόσια συντελεῖν, καὶ μετὰ τὰς τοῦ Πάσχα ἡμέρας, ἄλλους μὲν ἐν ἑορταῖς καὶ ἀνέσεσιν ἐξετάζεσθαι, ἄλλους δὲ ταῖς ὡρισμέναις ἐκδεδόσθαι νηστείαις. Διὰ τοῦτο γοῦν τῆς προσηκούσης ἐπανορθώσεως τυχεῖν, καὶ πρὸς μίαν διατύπωσιν ἄγεσθαι τοῦτο ἡ θεία πρόνοια βούλεται, ὡς ἔγωγ' ἅπαντας ἡγοῦμαι συνορᾷν.

A gotio et in hujusmodi religionis solemnitate, dissensio reperiatur. Unum enim libertatis nostræ festum diem, hoc est diem sacratissimæ passionis, Servator noster nobis reliquit, unamque esse voluit catholicam Ecclesiam. Cujus membra, licet variis locis dispersa sint, uno tamen spiritu, Dei scilicet voluntate, foventur. Consideret, quæso, vestræ sanctitatis solertia, quam grave sit et indecorum, iisdem diebus alios quidem jejuniis intentos esse, alios vero convivia celebrare : et post dies Paschæ, alios quidem in festivitatibus et animorum remissione versari, alios vero definitis vacare jejuniis. Hoc itaque convenienti emendatione corrigi, et ad unam eamdemque formam redigi, divina vult Providentia, quemadmodum omnes meo quidem judicio B intelligitis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Παραίνεσις ἐξακολουθεῖν μᾶλλον τῷ πλείστῳ τῆς οἰκουμένης μέρει.

Ὅθεν ἐπειδὴ τοῦθ' οὕτως ἐπανορθοῦσθαι προσῆκεν, ὡς μηδὲν μετὰ τοῦ τῶν πατροκτόνων τε καὶ κυριοκτόνων ἐκείνων ἔθους εἶναι κοινὸν, ἔστι δὲ τάξις εὐπρεπὴς, ἣν πᾶσαι αἱ τῶν δυτικῶν τε καὶ μεσημβρινῶν καὶ ἀρκτῴων τῆς οἰκουμένης μερῶν παραφυλάττουσιν Ἐκκλησίαι, καί τινες τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τόπων, τούτου ἕνεκεν (70) ἐπὶ τοῦ παρόντος καλῶς ἔχειν ἅπαντες ἡγήσαντο· καὶ αὐτὸς δὲ τῇ ὑμετέρᾳ ἀγχινοίᾳ ἀρέσειν ὑπεσχόμην, ἵν' ὅπερ δ' ἂν κατὰ τὴν τῶν Ῥωμαίων πόλιν τε καὶ Ἀφρικὴν, Ἰταλίαν τε ἅπασαν, Αἴγυπτον, Σπανίαν, Γαλλίας, Βρεττανίας, Λιβύας (71), ὅλην Ἑλλάδα, Ἀσιανήν τε διοίκησιν καὶ Ποντικὴν, καὶ Κιλικίαν, μιᾷ καὶ συμφώνῳ φυλάττεται γνώμῃ, ἀσμένως τοῦτο καὶ ἡ ὑμετέρα προσδέξηται σύνεσις, λογιζομένη ὡς οὐ μόνον πλείων ἐστὶν ὁ τῶν κατὰ τοὺς προειρημένους τόπους Ἐκκλησιῶν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ ὡς τοῦτο μάλιστα κοινῇ πάντας ὁσιώτατόν ἐστι βούλεσθαι, ὅπερ καὶ ὁ ἀκριβὴς λόγος (72) ἀπαιτεῖν δοκεῖ, καὶ οὐδεμίαν μετὰ τῆς Ἰουδαίων ἐπιορκίας (73) ἔχειν κοινωνίαν. Ἵνα δὲ τὸ κεφαλαιωδέστερον συντόμως εἴπω, κοινῇ πάντων ἥρεσε κρίσει, τὴν ἁγιωτάτην τοῦ Πάσχα ἑορτὴν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ συντελεῖσθαι. Οὐδὲ γὰρ πρέπει ἐν τοσαύτῃ ἁγιότητι εἶναί τινα διαφορὰν, καὶ κάλλιον, ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ ταύτῃ (74), ἐν ᾗ οὐδεμία ἐστὶν ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος ἐπιμιξία.

CAPUT XIX.

Hortatio ut maximam partem orbis terrarum sequi velint.

« Proinde cum hoc ita emendari oporteret, ut nihil nobis commune esset cum illorum Domini interfectorum et parricidarum consuetudine; cumque hic ordo decentissimus sit, quem omnes tam occidentalium quam meridianarum et septentrionalium orbis partium Ecclesiæ, ac nonnullæ quoque orientalium servant : idcirco id æquum rectumque esse omnes judicaverunt, quod et vobis placiturum esse spopondi, ut scilicet quod in urbe Roma perque omnem Italiam, Africam, Ægyptum; per Hispaniam, Gallias, Britannias, Libyas; per universam Achaiam; per Asianam 494 et Ponticam diœcesim, per Ciliciam denique concordi sententia observatur, id vestra quoque prudentia libentibus animis amplectatur. Illud nimirum attendens, non modo majorem esse numerum Ecclesiarum in locis supra memoratis, verum etiam æquissimum esse, ut omnes in commune id velint, quod stricta ratio exigere videtur, nec ullam cum Judæorum perjurio societatem habere. Atque ut summatim ac breviter dicam, placuit communi omnium judicio, ut sanctissimæ Paschæ festivitas uno eodemque die celebraretur. Neque enim decet in tanta sanctitate aliquam esse dissonantiam, præstatque eam sequi sententiam, in qua nulla est alieni erroris scelerisque societas atque communio.

(69) Vulg. *ἑτέρους μὲν ταῖς νηστείαις σχολάζειν.* Intelligit caput jejunii, quod alio tempore a Quartadecimanis, alio a reliquis Christianis inchoabatur. Certe de capite jejunii hæc accipienda esse, docent quæ sequuntur de diebus post Pascha. Alioqui superflua esset repetitio. Si quis tamen de fine jejunii Quadragesimalis hæc intelligere malit, non repugnabo. Vide Chrysostomum in homilia adversus eos qui primo Pascha jejunabant, pag. 714.

(70) Vulg. *οὗ ἕνεκεν.* Apud Socratem, Theodoritum, Gelasium ac Nicephorum legitur : ὧν ἕνεκεν. Melius tamen esset τούτων ἕνεκεν, vel τούτου, ut supra. In manuscripto codice Fuketii scribitur τούτου ἕνεκεν, neque aliter in Turnebi libro.

(71) *Λιβύας.* Transposita hic esse vocabula nemo non videt. Rectius itaque apud Gelasium Cyzicenum legitur Βρεττανίας, Αἴγυπτόν τε καὶ Λιβύας· Socrates vero habet Λιβύην, quod magis probo.

(72) *Ἀκριβὴς λόγος.* Apud Theodoritum et Gelasium Cyzicenum legitur λογισμός, quod mihi certe non displicet; ut λογισμὸς idem sit ac ψηφισμός, id est, diligens supputatio; unde et computus Paschalis est appellatus. Aliter sumitur ἀκριβὴς λόγος in epistola synodica concilii Nicæni, ubi agitur de causa Meletii. Nam ἀκριβὴς λόγος illic sumitur pro stricto jure, et opponitur æquitati seu dispensationi.

(73) *Τῆς Ἰουδαίων ἐπιορκίας.* Perfidi ac perjuri vocantur Judæi, qui cum nullum præter Deum regem ac dominum agnoscerent, eumdem postea negaverunt; nec alium se regem habere quam Cæsarem testati sunt.

(74) *Τῇ γνώμῃ ταύτῃ.* Post hæc verba deerat in editione Rob. Stephani integra linea; quam ex Socrate, Theodorito, Gelasio ac Nicephoro supplere,

Digitized by Google

CAPUT XX.

Hortatio ut omnes decretis synodi assentiantur.

« Quæ cum ita sint, cœlestem gratiam et plane divinum mandatum libenter suscipite. Quidquid enim in sanctis episcoporum conciliis geritur, id omne ad divinam referendum est voluntatem. Quamobrem ubi ea quæ gesta sunt dilectis fratribus nostris intimaveritis, supradictam rationem et sanctissimi diei observantiam suscipere et constituere debetis ; ut cum in dilectionis vestræ conspectum jampridem a me desideratum venero, uno eodemque vobiscum die sanctam festivitatem peragere possim ; utque de omnibus una vobiscum gaudeam, cernens diaboli crudelitatem divina potentia nobis operam navantibus esse sublatam ; florente ubique terrarum vestra fide, et pace atque concordia. Deus vos servet, fratres charissimi. » Hanc epistolam imperator eodem exemplo scriptam, in omnes provincias direxit, ut suæ erga Deum pietatis sinceritatem tanquam in speculo quodam aspiciendam legentibus præberet.

CAPUT XXI.

Episcopis discessuris consilium dat ut concordiam servent.

Porro cum synodus jam dissolvenda esset, imperator sermonem cum episcopis habuit quo ipsis valo-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Παραίνεσις τοῖς ὑπὸ τῆς συνόδου γραφεῖσι πείσθῆναι.

« Τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ἀσμένως δέχεσθε τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν καὶ θείαν ὡς ἀληθῶς ἐντολήν· πᾶν γὰρ, εἴ τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις (75) πράττεται, τοῦτο πρὸς τὴν θείαν βούλησιν ἔχει τὴν ἀναφοράν. Διὸ πᾶσι τοῖς ἀγαπητοῖς ἡμῶν ἀδελφοῖς ἐμφανίσαντες τὰ πεπραγμένα, ἤδη καὶ τὸν προειρημένον λόγον καὶ τὴν παρατήρησιν τῆς ἁγιωτάτης ἡμέρας ὑποδέχεσθαί τε καὶ διατάττειν ὀφείλετε (76), ἵν' ἐπειδὰν πρὸς τὴν πάλαι μοι ποθουμένην τῆς ὑμετέρας διαθέσεως (77) ὄψιν ἀφίκωμαι, ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ τὴν ἁγίαν μεθ' ὑμῶν ἑορτὴν ἐπιτελέσαι δυνηθῶ, καὶ πάντων ἕνεκεν μεθ' ὑμῶν εὐδοκήσω, συνορῶν τὴν διαβολικὴν ὠμότητα ὑπὸ τῆς θείας δυνάμεως διὰ τῶν ἡμετέρων πράξεων (78) ἀνῃρημένην, ἀκμαζούσης πανταχοῦ τῆς ἡμετέρας πίστεως καὶ εἰρήνης καὶ ὁμονοίας. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. » Ταύτης βασιλεὺς ἐπιστολῆς ἰσοδυναμοῦσαν γραφὴν (79) ἐφ' ἑκάστης ἐπαρχίας διεπέμπετο, ἐνοπτρίζεσθαι τῆς αὐτοῦ διανοίας τὸ καθαρώτατον καὶ τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ὁσίας, παρέχων τοῖς ἐντυγχάνουσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Συμβουλία πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ὑποστρέφοντας, περὶ ὁμονοίας.

Ἐπειδὴ δὲ λοιπὸν ἡ σύνοδος ἀναλύειν ἤμελλε, συνταικτικὴν μὲν τοῖς ἐπισκόποις παρεῖχεν ὁμιλίαν (80), ὁμοῦ

facillimum fuit hoc modo : ἐν ᾗ οὐδεμία ἐστὶ ἀλλοτρίας πλάνης καὶ ἁμαρτήματος ἐπιμιξία, id est, *eam sequi sententiam, in qua nulla est alieni erroris scelerisque societas.* Hoc est quod supra dixit Constantinus in cap. 18, τῆς αἰσχρᾶς ἐκείνης συνειδήσεως ἀποσπάσωμεν. Ubi vide quæ annotavi. Nam Christophorsonus hæc nullatenus intellexit.

(75) Vulg. *πᾶν γὰρ ὅ τι δ' ἂν ἐν τοῖς ἁγίοις τῶν ἐπισκόπων συνεδρίοις.* Notanda est hæc Constantini sententia de auctoritate judiciorum synodalium. Cui similis est locus alter in epistola ejusdem Constantini ad episcopos post concilium Arelatense : « Dico enim, ut se veritas habet. Sacerdotum judicium ita debet haberi, ac si ipse Dominus residens judicet. Nihil enim licet his aliud sentire, vel aliud judicare, nisi quod Christi magisterio sunt edocti.

(76) *Διατάττειν ὀφείλετε.* Ex hoc loco aperte colligitur, epistolam hanc Constantini scriptam esse ad episcopos qui synodo non interfuerant. Inscripta quidem est epistola ad Ecclesias. Verum Ecclesiarum nomine antistites intelligendi sunt. In sacerdotibus enim Ecclesia constat ; ut ait Honorius in appendice codicis Theodosiani.

(77) *Τῆς ὑμετέρας διαθέσεως.* Hæc peculiaris est locutio Christianorum, qui cum aliquem ex fratribus aut voce aut per litteras alloquerentur, vestram charitatem seu dilectionem dicere solebant. Nihil frequentius occurrit in epistolis sanctorum Patrum, ut nihil necesse sit exempla congerere. Sic certe Athanasius in epistola de decretis synodi Nicænæ, cujus locum paulo ante attulimus. At Christophorsonus διάθεσιν *dispensationem* vertit, nec hujus loci sensum perspexit.

(78) Vulg., *διὰ τῶν ὑμετέρων πράξεων.* Non dubito quin scribendum sit ἡμετέρων, ut legitur apud Socratem, Theodoritum, Gelasium ac Nicephorum. Certe Constantinus in epistolis suis semper gloriari solet, quod divina majestas ipsius ministerio tyrannos qui Ecclesiam persequebantur, sustulerit orbemque universum superstitioso dæmonum cultu liberaverit.

(79) *Ταύτης τῆς ἐπιστολῆς ἰσοδυναμοῦσαν γραφήν.* Hunc locum non intellexit Christophorsonus, ut ex versione ejus apparet ; sic enim vertit, *Edictum, quod idem pondus habebat et auctoritatem cum hac epistola, imperator in singulas misit provincias.* Atqui Eusebius nullam edicti mentionem facit, sed tantum epistolæ ad episcopos missæ. Sed Christophorsonus γραφὴν putavit esse edictum, gravi errore ; cum ἰσοδυναμοῦσα γραφὴ τῆς ἐπιστολῆς, nihil aliud sit quam exemplum epistolæ, quod etiam ἴσον seu ἰσότυπον Græci vocant, nos vulgari idiomate *copiam* appellamus. Ait igitur Eusebius, Constantinum misisse exemplum hujus epistolæ in omnes provincias, seu, quod idem est, misisse hanc epistolam eodem exemplo scriptam ad omnes provincias. Porro monendus est lector, hujus capitis titulum alieno loco positum esse, cum ad epilogum præcedentis epistolæ pertineat, ut nemo non videt. Ponendus est igitur hic titulus supra ante has voces τούτων οὖν οὕτως ἐχόντων, ut habet codex Fuketii.

(80) *Συνταικτικὴν παρεῖχεν ὁμιλίαν.* Hanc vocem non intellexerunt interpretes. Nam Portesius quidem vertit, *ex composito verba fecit ad episcopos.* Christophorsonus vero sic interpretatus est, *sermonem apud episcopos de rebus ordine dispensandis instituit.* Atqui συνταικτικὴν παρεῖχεν ὁμιλίαν nihil aliud est quam *valedixit.* Menander, seu potius Alexander rhetor in capite Περὶ λαλιᾶς, pag. 624, scribit συνταικτικὴν λαλιὰν a sophistis dictam esse orationem, qua scholastici completo studiorum suorum curriculo Athenis discedentes, et in patriam suam reversuri, dolorem suum in abeundo testantur : vel cum quis domo discedens, Athenas profectionem instituit. Idem in cap. Περὶ συνταικτι-

Digitized by Google

μὲν ἅπαντας ὑπὸ μίαν συγκαλέσας ἡμέραν, παροῦσι δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους ὑποθέμενος εἰρήνην περισπούδαστον ποιεῖσθαι, τὰς δὲ φιλονείκους ἔριδας ἐκτρέπεσθαι, μηδὲ βασκαίνειν, εἴ τις εὐδοκιμῶν ἐν ἐπισκόποις φαίνοιτο σοφίας ἐν λόγῳ, κοινὸν δ' ἡγεῖσθαι τάγαθὸν τῆς ἑνὸς ἀρετῆς, μηδὲ μὴν τῶν μετριωτέρων κατεπαίρεσθαι τοὺς κρείττους· Θεοῦ γὰρ εἶναι τὸ κριτήριον τῶν ἀληθεῖ λόγῳ κρειττόνων καὶ τοῖς ἀσθενεστέροις δὲ δεῖν ὑποκατακλίνεσθαι λόγῳ συγγνώμης, τῷ τὸ τέλειον ἁπανταχοῦ σπάνιον τυγχάνειν. Διὸ καὶ ἀλλήλοις δεῖ τὰ σμικρὰ πταίουσι συγγνώμην νέμειν, χαρίζεσθαί τε καὶ συγχωρεῖν ὅσα ἀνθρώπινα, περὶ πολλοῦ τιμωμένων (81) τὴν σύμφωνον ἁρμονίαν, ὡς ἂν μὴ πρὸς ἀλλήλους στασιαζόντων, χλεύης αἰτία παρέχηται τοῖς τὸν θεῖον βλασφημεῖν νόμον παρεσκευασμένοις· ὧν μάλιστα τὰ πάντα (82) δεῖν σωθῆναι δυναμένων (82*), εἰ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοῖς ζηλωτὰ φαίνοιντο, μὴ ἀμφιγνοεῖν (83) ὡς οὐ τοῖς πᾶσιν ἡ ἐκ λόγων ὠφέλεια συντελεῖ. Οἱ μὲν γὰρ ὡς πρὸς τροφὴν χαίρουσιν ἐπικουρούμενοι (84), οἱ δὲ τοὺς προστασίας ἐπειλημμένους ὑποτρέχειν εἰώθασιν· ἄλλοι τοὺς δε-

A diceret. **495** Quippe omnes certo die in unum convocavit. Cumque adessent, eos admonuit ut pacis inter se servandæ studiosi essent, et pervicaces contentiones fugerent; nec inviderent si quis inter ipsos episcopus sapientiæ et facundiæ laude floreret: sed uniuscujusque virtutem commune omnium bonum esse existimarent: neve ii qui præstantiores sunt, supra inferiores sese efferrent: Dei enim esse de vera cujusque virtute ac præstantia judicare. Decere potius, ut præstantiores infirmioribus sese accommodent cum indulgentia quadam ac lenitate: præsertim cum absolutum omnibus numeris quidpiam reperire prorsus difficillimum sit. Itaque ipsos levis aliorum delicti mutuo veniam indulgere; et quidquid humanitus peccatum sit, condonare oportere, magnam semper rationem habentes mutuæ concordiæ: ne forte dum ipsi inter se seditiones agitant, iis qui divinam legem maledictis incessere parati sunt, ridendi præbeatur occasio. Quorum tamen maximam rationem ab ipsis habendam esse;

B

κοῦ λόγου, methodum tradit hujusmodi orationum: Ὁ συνταττόμενος, δῆλός ἐστιν ἀνιώμενος ἐπὶ τῷ χωρισμῷ, id est, *Qui valedicit, præ se fert dolorem ob discessum*. Sed et in toto capite passim usurpat συντάττεσθαι pro valedicere. Idque orationis genus ab Homero primum inventum esse dicit, apud quem Ulysses Phæacibus valedicit. At Natalis Comes, qui Menandrum rhetorem in Latinum sermonem transtulit, συντακτικὸν λόγον vertit *adjunctivam orationem*, et verba illa quæ citavi, ὁ συνταττόμενος, interpretatur *adjungens*, etc. Quo nihil fingi potest ineptius. Atqui συντάττεσθαι Græcis est valedicere. Hesychius: Συντάξασθαι, ἀσπάσασθαι. Sic Eusebius usurpat in fine hujus capitis, et in libro I ubi de morte Constantii Chlori loquitur. Hujusmodi oratio exstat Gregorii Nazianzeni, habita in consessu centum et quinquaginta episcoporum, quæ συντακτήριος λόγος inscribitur, quod idem est ac συντακτικός. In hac siquidem oratione Gregorius valedicit Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Recte igitur Suidas scribit: Συντακτήριος, συντακτικός. Sed quod idem Suidas addit Origenem dictum esse συνταχτήριον, longe fallitur, συντάκτης enim dictus est Origenes teste Epiphanio, non συντακτήριος.

(81) *Περὶ πολλοῦ τιμωμένων*. Melius scriberetur τιμωμένους.

(82) *Ὧν μάλιστα τὰ πάντα δεῖν*. Deesse videntur nonnulla. Sane hi libri pluribus in locis mutili sunt, ut jam aliquoties notavimus. Hic autem locus non incommode ita suppleri potest: ὧν μάλιστα προνοεῖν ἡμᾶς, καὶ ποιεῖν τὰ πάντα δεῖν. Hæc enim de paganis dicuntur, de quibus proxime locutus fuerat Constantinus, cum dixit: τοῖς τὸν θεῖον βλασφημεῖν νόμον παρεσκευασμένοις. Ait ergo Constantinus ad episcopos, cavendum inprimis esse, ne ex ipsorum dissensionibus ad contemnendam ac deridendam Christianorum religionem provocentur pagani. Eorum enim maximam curam ac sollicitudinem gerere nos oportere, omniaque agere, quibus ad veram fidem ac salutem possint revocari. Eos vero servari facile posse, et ad agnitionem veritatis pervenire, si res nostræ illis beatæ et admirandæ videantur. Proinde unumquemque illorum variis modis atque artibus alliciendum esse ad partes nostras. Utitur deinde exemplo medicorum, qui ut ægris salutem restituant, omnia excogitant quæ illis utilia fore credunt. Hæc certe non intellexerunt interpretes, in quorum versione lector alia omnia deprehendet. Eodem referendus est locus Eusebii in capite 56 hujus libri, ubi ait Constantinum imperatorem magnam vim auri ecclesiis donasse ad pauperum alimoniam, cum omnes homines ad suscipiendam salutaris fidei doctrinam hac etiam ratione invitare vellet; exemplo Apostoli, qui in Epistola ad Philippenses hæc ait: *Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur*. Porro in ms. codd. Fuk. et Savil., et in Turnebi libro totus hic locus ita scribitur: Οὓς καὶ μάλιστα δεῖ σωθῆναι· οὐκ ἀδύνατον γὰρ εἰ τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ζηλωτὰ φαίνοιντο· quæ sine dubio vera lectio est. Id tantum emendari velim, ut pro οὐκ ἀδύνατον γάρ scribatur οὐκ ἀδύνατον δέ, et postea pro μὴ ἀγνοεῖν legatur μὴ ἀγνοεῖν γάρ.

C

(82*) *Σωθῆναι δυναμένων*. Hoc loco σωθῆναι idem est, quod salutaris fidei doctrinam percipere, quomodo sumitur apud Paulum, ubi dicit Deum velle omnes homines salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire (*I Tim.* II, 4). Est hoc verbum in eo sensu proprium Christianæ religionis. Quo tamen usi sunt etiam posterioris ævi philosophi, ut legere memini in Commentariis Procli *in Timæum*.

(83) *Μὴ ἀμφιγνοεῖν*. Scribendum potius μή τε ἀμφιγνοεῖν, subaudiendo δεῖν quod paulo ante præcessit. Sed codex Fuketii veram nobis lectionem aperuit in quo legitur μὴ ἀγνοεῖν δ' ὑμᾶς εἶμαι ὡς, etc. Atque ita etiam Turnebus ad oram libri sui emendarat ex ms. codice. — Aliis placet, voce δεῖν ante σωθῆναι deleta, μὴ δεῖν ἀμφιγνοεῖν legere. EDIT.

D

(84) Vulg. *ἐπικαιρούμενοι*. Verbum insolens et novum: pro quo scribendum videtur ἐπικουρούμενοι. Sensus autem is omnino est quem in versione mea posui. Ait enim Constantinus variis causis et occasionibus paganos ad religionem nostram solere converti. Alios spe alimentorum duci; ob eleemosynas scilicet Christianorum. Alios spe patrocinii; ob episcoporum scilicet auctoritatem, qui apud imperatorem et summates plurimum poterant, προστασία est patrocinium seu suffragium, ut ad Ammianum Marcellinum notavi, qua voce crebro utitur Joannes Chrysostomus. In optimo codice Fuketiano deest vox ἐπικαιρούμενοι, totusque locus ita legitur: οἱ μὲν γὰρ ὡς πρὸς τροφὴν χαίρουσιν· οἱ δὲ τοὺς προστασίας ἐπειλημμένους ὑποτρέχειν εἰώθασιν.

Digitized by Google

quippe cum facile servari possint, si ea quæ apud nos geruntur, illis eximia et admiranda videantur. Neque vero ipsis obscurum esse, sermonum copiam haudquaquam omnibus hominibus utilitatem afferre. Alii enim tanquam ad vitam sustentandam commoda sibi suppeditari gaudent : alii ad patrocinium solent confugere. Quidam eos a quibus benigne excipiuntur diligunt ; nonnulli munusculis honorati, ad amicitiam ineundam impelluntur. Pauci admodum sunt veri sermonum amatores : nec facile invenitur, qui veritatis studiosus sit. Quam ob causam omnibus sese accommodare oportet, et instar medici cujusdam ea quæ ad uniuscujusque salutem utilia sunt subministrare, ut salutaris doctrina omni ex parte ab omnibus honoretur. Et hæc quidem primo loco imperator eis præcepit. Ad extremum vero adjecit, ut pro se quoque preces ad Deum sedulo facerent. Cum in hunc modum eis valedixisset, cunctis post hæc in patriam redeundi potestatem fecit. Illi igitur summa cum hilaritate domum reversi sunt ; ac deinceps una apud omnes valuit opinio, sub ipsius imperatoris præsentia communi omnium consensu firmata ; cum ii qui jam dudum a se mutuo divulsi erant, in unum veluti corpus coaluissent.

A ξιώσεσι φιλοφρονουμένους ἀσπάζονται, καὶ ξενίοις τιμώμενοι· ἀγαπῶσιν ἕτεροι· βραχεῖς δ' οἱ λόγων ἀληθῶν ἀληθεῖς (85) ἐρασταί, καὶ σπάνιος αὖ ὁ τῆς ἀληθείας φίλος. Διὸ πρὸς πάντας ἁρμόττεσθαι δεῖ, ἰατροῦ δίκην ἑκάστῳ τὰ λυσιτελῆ πρὸς σωτηρίαν πορίζομένους· ὥστ' ἐξ ἅπαντος τὴν σωτήριον παρὰ τοῖς πᾶσι δοξάζεσθαι διδασκαλίαν. Τοιαῦτα μὲν ἐν πρώτοις παρῆνει· τέλος δ' ἐπετίθει, τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίας ἐσπουδασμένως ποιεῖσθαι. Οὕτω δὴ συνταξάμενος, ἐπὶ τὰ σφῶν οἰκεῖα τοὺς πάντας ἐπανιέναι ἠφίει· οἱ δ' ἐπανῆεσαν σὺν εὐφροσύνῃ, ἐκράτει τε λοιπὸν παρὰ τοῖς πᾶσι μία γνώμη, παρ' αὐτῷ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, συναπτομένων ὥσπερ ἐφ' ἑνὶ σώματι, τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων.

496 CAPUT XXII.

Quomodo alios quidem hortatus sit, ad alios autem scripserit, et de pecuniarum divisione.

Tanto igitur successu imperator exhilaratus, iis qui synodo minime interfuissent, gratissimum fructum per litteras præbuit. Sed et universis populis, tam iis qui per agros quam qui in urbibus habitabant, magnam pecuniæ vim distribui jussit ; publicam festivitatem ob vicesimum imperii sui annum hac ratione concelebrans.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Ὅπως οὓς μὲν προέπεμψεν, οἷς δὲ ἔγραψε, καὶ χρημάτων διαδόσεις.

Χαίρων δῆτα βασιλεὺς ἐπὶ τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ παρατυχοῦσι τῇ συνόδῳ καρπὸν εὐθαλῆ δεδώρητο δι' ἐπιστολῶν· λαοῖς θ' ἅπασι, τοῖς τε κατ' ἀγροὺς καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις, χρημάτων ἀφθόνους διαδόσεις ποιεῖσθαι παρεκελεύετο, ὧδέ πη γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς βασιλείας.

CAPUT XXIII.

Quomodo ad Ægyptios scripserit, eosque ad pacem hortatus sit.

Verum cunctis inter se pacem colentibus, apud solos Ægyptios implacabilis contentionis furor ardebat : adeo ut molestiam quidem exhiberent imperatori, non ideo tamen eum ad iracundiam excitarent. Illos enim ut patres, aut potius ut prophetas Dei, omni honore imperator afficiens, iterum ad se vocavit ; iterum arbiter eorumdem fuit ; iterum eos muneribus ac donis honoravit. Sententiam quoque quam arbiter dixerat, per epistolam significavit, confirmans et sanciens ea quæ a synodo decreta fuerant, eosque adhortans ut concordiæ studerent, nec Ecclesiæ corpus distrahere ac discerpere vellent, sed futurum Dei judicium animo reputarent. Et hæc quidem imperator speciali epistola eis suggessit.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Ὅπως περὶ εἰρήνης Αἰγυπτίοις ἔγραψέ τε καὶ παρήνεσεν.

Ἀλλὰ γὰρ ἁπάντων εἰρηνευομένων, μόνοις Αἰγυπτίοις ἄμικτος ἦν ἡ πρὸς ἀλλήλους φιλονεικία, ὡς καὶ αὖθις ἐνοχλεῖν βασιλέα, οὐ μὴν καὶ πρὸς ὀργὴν ἐγείρειν. Οἷα γοῦν πατέρας, ἢ καὶ μᾶλλον προφήτας Θεοῦ, πάσῃ περιέπων τιμῇ, καὶ δεύτερον ἐκάλει, καὶ πάλιν ἐμεσίτευε τοῖς αὐτοῖς ἀνεξικάκως, καὶ δώροις ἐτίμα πάλιν, ἐδήλου τε τὴν δίαιταν δι' ἐπιστολῆς. Καὶ τὰ τῆς συνόδου δόγματα κυρῶν ἐπεσφραγίζετο, παρεκάλει τε συμφωνίας ἔχεσθαι, μηδὲ διασπᾶν καὶ κατατέμνειν τὴν Ἐκκλησίαν, τῆς δὲ τοῦ Θεοῦ κρίσεως ἐνώπιον τὴν μνήμην λαμβάνειν. Καὶ ταῦτα δὲ βασιλεὺς δι' οἰκείας ἐπέστελλε γραφῆς.

CAPUT XXIV.

Quomodo episcopis et plebibus religiosas litteras sæpius scripsit.

Sed et alia plurima ejusmodi scripsit, ac pene innumerabiles exaravit epistolas ; nunc episcopis præscribens ea quæ ad Ecclesiarum Dei utilitatem spectabant, nunc ipsas plebes per litteras compel-

D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Ὅπως ἐπισκόποις καὶ λαοῖς εὐλαβῶς πολλάκις ἔγραψεν.

Καὶ ἄλλα δὲ τούτοις ἔγραφεν ἀδελφὰ μυρία, πλείστας θ' ὅσας ἐπιστολὰς διετύπου, ἐν μέρει μὲν ἐπισκόποις ὑπὲρ τῶν Ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ τὰ πρόσφορα διατατόμενος· ἤδη δὲ καὶ αὐτοῖς προσεφώνει τοῖς

(85) *Λόγων ἀληθῶν ἀληθεῖς*. Codd. Fuketii et Savilii scriptum habent λόγων ἀληθῶν ἐρασταί. Quomodo etiam in libro Turnebi ad marginem emendatur. Sed vulgata lectio magis placet ob ea quæ proxime sequuntur, ut videtur ταυτολογία. Paulo post codex Fuketii et schedæ Regiæ habent : ὑφ' ἑνὶ σώματι non ἐφ' ἑνὶ, ut legitur in vulgatis editionibus. In eodem codice scriptum inveni : διόπερ παντας ἁρμόττεσθαι δεῖ, non ut vulgo editum est, διὸ πρὸς πάντας.

Digitized by Google

πλήθεσιν, ἀδελφοὺς ἀποκαλῶν καὶ συνθεράποντας ἑαυτοῦ τοὺς τῆς Ἐκκλησίας λαοὺς ὁ τρισμακάριος. Σχολὴ δ' ἂν γένοιτο ταῦτα ἐπὶ οἰκείας ὑποθέσεως συναγαγεῖν (86), ὡς ἂν μὴ τὸ σῶμα τῆς παρούσης ἡμῖν διακόπτοιτο ἱστορίας.

A lans, fratresque et conservos suos nominans Ecclesiæ populos, vir beatissimus. Verum hæc separato volumine colligere, alias fortasse otium fuerit, ne hujus Historiæ nostræ series interrumpatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Ὅπως ἐν Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῷ ἁγίῳ τόπῳ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως, ναὸν προσευκτήριον οἰκοδομεῖσθαι προσέταξε.

Τούτων δ' ὧδ' ἐχόντων, μνήμης ἄλλο τι μέγιστον (87) ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους ὁ θεοφιλὴς εἰργάζετο· τί δ' ἦν τοῦτο; Τὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μακαριστότατον τόπον, ἐδόκει δεῖν αὐτῷ περιφανῆ καὶ σεπτὸν ἀποφῆναι τοῖς πᾶσιν. Αὐτίκα γοῦν οἶκον εὐκτήριον συττήσασθαι διεκελεύετο, οὐκ ἀθεεὶ τοῦτ' ἐν διανοίᾳ βαλών, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἀνακινηθεὶς τῷ πνεύματι.

497 CAPUT XXV.

Quomodo Hierosolymis in sancto Dominicæ resurrectionis loco templum exstrui præcepit.

His ita gestis, imperator Deo charus aliud quiddam inprimis memorabile aggressus est in Palæstina. Quidnam vero illud est? Beatissimum illum Dominicæ resurrectionis locum qui est Hierosolymis, illustrem ac venerabilem cunctis mortalibus efficere, officii sui esse existimavit. Confestim igitur oratorium ibidem exstrui mandavit: non absque Dei nutu eo inductus, sed ipso Servatore ejus animum incitante.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΣ'.

Ὅτι τὸ θεῖον μνῆμα χώμασι καὶ εἰδώλοις ἀπέκρυψαν οἱ ἄθεοι.

Ἄνδρες μὲν γάρ ποτε δυσσεβεῖς, μᾶλλον δὲ πᾶν τὸ δαιμόνων διὰ τούτων γένος, σπουδὴν ἔθεντο σκότῳ καὶ λήθῃ παραδοῦναι τὸ θεσπέσιον ἐκεῖνο τῆς ἀθανασίας μνῆμα, παρ' ᾧ φῶς ἐξαστράπτων ὁ καταβὰς οὐρανόθεν ἄγγελος, ἀπεκύλισε τὸν λίθον τῶν τὰς διανοίας λελιθωμένων, καὶ τὸν ζῶντα μετὰ τῶν νεκρῶν εὖ ὑπάρχειν ὑπειληφότων· τὰς γυναῖκας εὐαγγελιζόμενος, τόν τε τῆς ἀπιστίας λίθον τῆς αὐτῶν διανοίας (88) ἐπὶ δόξῃ τῆς τοῦ ζητουμένου ζωῆς ἀφαιρούμενος. Τοῦτο μὲν οὖν τὸ σωτήριον ἄντρον ἄθεοί τινες καὶ δυσσεβεῖς ἀφανὲς ἐξ ἀνθρώπων ποιήσασθαι διανεύηντο, ἄφρονι λογισμῷ τὴν ἀλήθειαν ταύτῃ πη κρύψαι λογισάμενοι. Καὶ δὴ πολὺν εἰσενεγκάμενοι μόχθον, γῆν ἔξωθέν ποθεν εἰσφορήσαντες (89), τὸν πάντα καλύπτουσι τόπον, κἄπειτ' εἰς ὕψος αἰωρήσαντες, λίθῳ τε καταστρώσαντες, κάτω που τὸ θεῖον ἄντρον ὑπὸ πολλῷ τῷ χώματι κατακρύπτουσιν· εἶθ' ὡς οὐδενὸς αὐτοῖς λειπομένου, τῆς γῆς ὕπερθεν, δεινὸν ὡς ἀληθῶς ταφεῶνα ψυχῶν ἐπισκευάζουσιν, νεκρῶν εἰδώλων σκότιον Ἀφροδίτης ἀκολάστῳ δαίμονι μυχὸν οἰκοδομησάμενοι· κἄπειτα μυσαρὰς ἐνταυθοῖ θυσίας ἐπὶ βεβήλων καὶ ἐναγῶν βωμῶν ἐπισπένδοντες (90)· ταύτῃ γὰρ μόνως καὶ οὐκ ἄλλως, τὸ σπουδασθὲν εἰς

Quippe impii quondam homines, seu potius universum dæmonum genus, impiorum hominum opera, venerandum illud immortalitatis monumentum tenebris atque oblivione penitus involvere studuerant. Illud, inquam, monumentum, ad quod angelus olim e cœlo delapsus admirabili luce radians, saxum revolverat ex animis eorum qui vere saxei erant, et qui viventem Christum inter mortuos adhuc jacere arbitrabantur: felicem nuntium afferens mulieribus, et incredulitatis lapidem a mentibus earum removens, ut opinionem de vita ejus qui ab illis quærebatur, adstrueret. Hanc igitur salutarem speluncam, impii quidam ac profani homines funditus abolere in animum induxerant; stulte admodum opinati, se hoc modo veritatem esse occulturos. Itaque non sine summo labore, plurima humo aliunde advecta aggestaque totum locum opplevere. Quem cum mediocri altitudine extulissent et lapide constravissent, sub hac tanta congerie sacram speluncam obtexerunt. Dehinc perinde ac si nihil amplius ipsis superesset, supra illud solum, infaustum prorsus animarum sepulcrum exstruxerunt; obscuram mortuorum simulacrorum cavernam in

(86) *Ταῦτα ἐπὶ οἰκείας ὑποθέσεως συναγαγεῖν.* Certe Eusebius quod hic pollicetur, postea implevit, omnesque epistolas et sanctiones imp. Constantini, quæ ad catholicam fidem spectabant, speciali libro complexus est. Id me docuit codex Medicæus, in quo ad calcem *Historiæ ecclesiasticæ* perscripta est epistola Constantini ad Palæstinos, quam in superiore libro retulit Eusebius, et post supradictam epistolam leguntur hæc verba: Ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ μοι κείσθω. Φέρε δὲ λοιπόν· τοὺς νόμους καὶ τὰς ὑπὲρ τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας τοῦ θεοφιλοῦς ἡμῶν καὶ πρωτοτάτου βασιλέως ἐπιστολὰς, ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς ὁμοῦ πάσας συναγάγωμεν.

(87) *Μνήμης ἄλλο τι μέγιστον.* Prima vox delenda videtur utpote superflua, nisi forte subaudiatur μνήμης ἕνεκα. Posset etiam dici εἰς μνήμην. Turnebus ad oram sui libri emendavit ἄξιον pro μέγιστον.

(88) *Τῆς αὐτῶν διανοίας.* Vocem αὐτῶν ad mulieres, quæ prima luce ad sepulcrum Domini venerant, referendam putavi. Christophorsonus tamen eam retulit ad saxeos illos et incredulos, de quibus paulo ante locutus est Eusebius; quod non probo.

(89) *Γῆν ἔξωθέν ποθεν εἰσφορήσαντες.* Malim legere γῆν ἐξ ὅθεν ποθέν, id est, humo undecunque aggesta.

(90) *Θυσίας ἐπὶ βωμῶν ἐπισπένδοντες.* Pessime hunc locum vertit Christophorsonus hoc modo: *Tum detestabiles ibi victimas super impuras aras immolare.* Atqui vox σπένδοντες satis indicat, non de victimis hic Eusebium loqui, sed de libationibus, vino scilicet, lacte et similibus, quæ gentiles diis suis offerebant. Adde quod victimas super aris immolari, prorsus absurdum est. Hostiæ enim juxta aras mactabantur, non super aris. Notus est Ovidii versus, *Fast.* lib. I, 357 et seq.

Rode, caper, vitem. Tamen hinc [huic] cum stabis ad aras, etc.

Digitized by Google

honorem lascivi dæmonis quem Venerem vocant, ædificantes, ubi exsecranda sacrificia super profanis et impuris altaribus offerebant. Id enim quod instituerant, ita demum se perfecturos esse opinabantur, si impuris hujusmodi sordibus **498** salutarem speluncam obruissent. Miseri enim illud intelligere non poterant, fieri omnino non posse, ut qui de morte victoriam retulisset, hoc ipsorum facinus occultum relinqueret : quemadmodum nec fieri potest, ut sol supra terras radians, et consuetum in cœlo cursum peragens, totius generis humani notitiam subterfugiat. Quippe Servatoris nostri potentia longe præstantiori luce resplendens, nec ut sol corpora, sed animos hominum illustrans, totum jam terrarum orbem radiis implebat. Sed nihilominus ea quæ impii ac profani homines adversus veritatem machinati fuerant, longo temporis spatio permanserunt. Nec ullus ex præsidibus, aut ex ducibus, aut ex ipsis etiam imperatoribus, qui ad tantum scelus evertendum idoneus foret, inventus est præter unum Deo omnium regi acceptissimum principem. Qui divino animatus spiritu, cum supra memoratum locum, omnibus purgamentis ac sordibus ab adversariis fraudulenter obstructum, et oblivioni penitus traditum esse indigne ferret, nec improbitati eorum qui id moliti fuerant cedendum esse arbitraretur ; Dei adjutoris sui numine invocato, purgari præcepit : ratus eam maxime soli partem, quam adversarii contaminassent, sua opera ac ministerio divina frui magnificentia oportere. Simul atque hoc ab imperatore præceptum est, continuo opera illa ad fraudem comparata, e sublimi ad solum dejecta sunt; et ædificia ad decipiendos homines constructa, cum ipsis statuis ac dæmonibus diruta sunt ac dissipata.

A ἔργον ἄξειν ἐνόμιζον, εἰ διὰ τούτων τῶν ἐναγῶν μυσαγμάτων τὸ σωτήριον ἄντρον κατακρύψειαν· οὐ γὰρ οἷοί τ' ἦσαν συνιέναι οἱ δείλαιοι, ὡς οὐκ εἴχε φύσιν τὸν κατὰ τοῦ θανάτου βραβεῖα ἀναδησάμενον, κρύφιον καταλιπεῖν τὸ κατόρθωμα, οὐδὲ τὴν σύμπασαν τῶν ἀνθρώπων [φύσιν] λαθεῖν (91) λάμπων ὑπὲρ γῆς γενόμενος ὁ ἥλιος, καὶ τὸν οἰκεῖον ἐν οὐρανῷ διϊππεύων δρόμον· τούτου γὰρ κρειττόνως ψυχὰς ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐ σώματα ἡ σωτήριος καταυγάσασα δύναμις, τῶν οἰκείων τοῦ φωτὸς μαρμαρυγῶν τὸν σύμπαντα κατεπλήρου κόσμον. Πλὴν ἀλλὰ τῶν ἀθέων καὶ δυσσεβῶν ἀνδρῶν τὰ κατὰ τῆς ἀληθείας μηχανήματα μακροῖς παρετείνετο χρόνοις, οὐδείς τε τῶν πώποτε, οὐχ ἡγουμένων, οὐ στρατηγῶν, οὐκ αὐτῶν βασιλέων, ἐπὶ καθαιρέσει τῶν τετολμημένων εὕρηται ἐπιτήδειος,
B ἢ μόνος εἷς ὁ τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ φίλος. Καὶ πνεύματι γοῦν κάτοχος θείῳ, χῶρον αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν δεδηλωμένον, πάσαις οὐ καθαραῖς ὕλαις ἐχθρῶν ἐπιβουλαῖς κατακεκρύφθαι, λήθῃ τε καὶ ἀγνοίᾳ παραδεδομένον οὐ παριδὼν, οὐδὲ τῇ τῶν αἰτίων παραχωρήσας κακίᾳ, Θεὸν τὸν αὐτοῦ συνεργὸν ἐπικαλεσάμενος, καθαίρεσθαι προστάττει, αὐτὴν δὴ μάλιστα τὴν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένην ἀπολαῦσαι δεῖν οἰόμενος τῆς τοῦ παναγάθου δι' αὐτοῦ μεγαλουργίας. Ἅμα δὲ προστάγματι τὰ τῆς ἀπάτης μηχανήματα εἰς ἔδαφος ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ κατερρίπτετο, ἑλύετό τε καὶ καθῃρεῖτο, αὐτοῖς ξοάνοις καὶ δαίμοσι, καὶ τὰ τῆς πλάνης οἰκοδομήματα.

CAPUT XXVII.

Quomodo Constantinus templi materiam ac rudera longissime projici mandavit.

Neque tamen hic conquievit imperatoris alacritas. Sed præterea tolli ruta cæsa, et quam longissime extra fines regionis projici mandavit. Quod itidem præceptum protinus exsecutioni mandatum est. Hucusque vero progressus imperator, nequaquam sibi satisfecit. Sed divino quodam æstu incitatus, jussit ut loco altissime effosso, solum ipsum utpote dæmonum piaculis contaminatum, simul cum egesta humo quam longissime exportaretur.

499 CAPUT XXVIII.

Manifestatio sanctissimi sepulcri.

Nec mora, istud quoque ut jussum erat impletum est. Postquam aliud solum, locus scilicet qui in imo erat, apparuit ; tunc vero ipsum augustum sanctissimumque Dominicæ resurrectionis monumentum præter omnium spem refulsit, et spelunca illa quæ sancta sanctorum vere dici potest, resurrectionis Servatoris nostri quamdam expressit si-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΖ'.

C *Ὅπως Κωνσταντῖνος τοῦ εἰδωλείου τὰς ὕλας καὶ τὰ χώματα μακρὰν που ῥιφθῆναι προσέταξεν.*

Οὐ μὴν ἐν τούτοις τὰ τῆς σπουδῆς ἵστατο. Πάλιν δὲ βασιλεὺς αἴρεσθαι καὶ πορρωτάτω τῆς χώρας ἀπορρίπτεῖσθαι, τῶν καθαιρουμένων τὴν ἐν λίθοις καὶ ξύλοις ὕλην προστάττει· ἔργον δὲ καὶ τῷδε παρηκολούθει τῷ λόγῳ. Ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ μόνον προελθεῖν ἀπήρκει. Πάλιν δ' ἐπιθειάσας βασιλεὺς, τοὔδαφος αὐτὸ, πολὺ τοῦ χώρου βάθος ἀνορύξαντας, αὐτῷ χοῒ πόρρω που ἐξωτάτω, λύθροις ἅτε δαιμονικῆς ἐρρυπωμένον, ἐκφορεῖσθαι παρακελεύεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΗ'.

D *Φανέρωσις τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων μνήματος.*

Παραχρῆμα δ' ἐπετελεῖτο καὶ τοῦτο. Ὡς δ' ἕτερον ἀνθ' ἑτέρου στοιχεῖον ὁ κατὰ βάθους τῆς γῆς ἀνεφάνη χῶρος, αὐτὸ δὴ λοιπὸν τὸ σεμνὸν καὶ πανάγιον τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μαρτύριον παρ' ἐλπίδα πᾶσιν ἀνεφαίνετο, καὶ τό τε ἅγιον τῶν ἁγίων ἄντρον τὴν ὁμοίαν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀναβιώσεως ἀπελάμβανεν εἰκόνα. Διὸ μετὰ τὴν ἐν σκότῳ κατάδυσιν, αὖθις ἐπὶ τὸ

(91) Vulg. *οὐδὲ τὴν σύμπ. ἀνθρ. λαθεῖν*. Supplevimus φύσιν post σύμπασαν. Totum locum sic rescribere jubet Valesius : ὡς οὐδὲ τ. σ. ἀνθ. φύσιν δυνηθῇ λαθεῖν, etc. Sed forte scriptura nostra ferri potest, modo supponatur Eusebium, neglecta ratione grammatica τῷ *εἶχε φύσιν* consentanea, generalem hujus locutionis sensum, quo τῷ *ἐδύνατο* aquivalet, respexisse, eoque sensu τὸ *εἶχε φύσιν* (= ἐδύνατο) ante λαθεῖν subintellexisse, subjecti partes τῷ *ὁ ἥλιος* tribuendo. Judicent peritiores. Edit.

Digitized by Google

φῶς προῆει, καὶ τοῖς ἐπὶ θέαν ἀφικνουμένοις ἐναργῆ παρεῖχεν ὁρᾶν τῶν αὐτόθι πεπραγμένων θαυμάτων τὴν ἱστορίαν, ἔργοις ἁπάσης γεγωνοτέροις φωνῆς (92) τὴν τοῦ Σωτῆρος ἀνάστασιν μαρτυρούμενον.

A militudinem, cum post situm ac tenebras quibus obtecta fuerat, rursus in lucem prodiit, et miraculorum quæ ibi quondam gesta fuerant, historiam iis qui ad spectandum confluxerant manifestissime videndam exhibuit, rebus ipsis quæ omni voce clarius sonant, Servatoris nostri resurrectionem testata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΘ'.

Ὅπως περὶ τῆς οἰκοδομῆς, καὶ πρὸς ἄρχοντας καὶ πρὸς Μακάριον ἔγραψε τὸν ἐπίσκοπον.

Τούτων δ' ὧδε πραχθέντων, αὐτίκα βασιλεὺς νόμων εὐσεβῶν διατάξεσι, χορηγίαις τε ἀφθόνοις, οἶκον εὐκτήριον θεοπρεπῆ ἀμφὶ τὸ σωτήριον ἄντρον ἐγκελεύεται πλουσίᾳ καὶ βασιλικῇ δείμασθαι πολυτελείᾳ, ὡς ἂν ἐκ μακροῦ τοῦτο προτεθειμένος, καὶ τὸ μέλλον ἔσεσθαι κρεῖττονι προθυμίᾳ τεθεαμένος. Τοῖς μὲν δὴ τῶν ἐθνῶν ἐπὶ τῆς ἑῴας ἄρχουσιν, ἀφθόνοις καὶ δαψιλέσι χορηγίαις, ὑπερφυές τε καὶ μέγα καὶ πλούσιον ἀποδεικνύναι τὸ ἔργον, τῷ δὲ τῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπῳ τῷ τηνικαῦτα τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις προεστῶτι, τοιάνδε κατέπεμπε γραφὴν, δι' ἧς τὸν σωτήριον λόγον τῆς πίστεως ἐναργέσι φωναῖς παρίστη, τοῦτον γράφων τὸν τρόπον.

B His ad hunc modum gestis, confestim imperator emissis constitutionibus et liberali sumptu suppeditato, circa salutarem speluncam Deo dignum templum regali magnificentia exstrui jubet. Quippe jam pridem hoc apud se constituerat, idque quod erat futurum, divina quadam alacritate prævideverat. Ac rectoribus quidem provinciarum per Orientem præcepit, ut, impensis copiose subministratis, ingens amplumque et magnificum opus illud efficerent. Ad episcopum vero qui tunc temporis Hierosolymorum regebat Ecclesiam, ejusmodi litteras dedit, quibus salutaris fidei doctrinam apertissimis verbis adstruebat, ita scribens :

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Λ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Μακάριον περὶ τῆς τοῦ μαρτυρίου τοῦ Σωτῆρος οἰκοδομῆς.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, Μακαρίῳ.

« Τοσαύτη τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐστιν ἡ χάρις, ὡς μηδεμίαν λόγων θεραπείαν (93) τοῦ παρόντος θαύματος ἀξίαν εἶναι δοκεῖν. Τὸ γὰρ τὸ γνώρισμα τοῦ ἁγιωτάτου ἐκείνου πάθους ὑπὸ τῇ γῇ πάλαι κρυπτόμενον, τοσαύταις ἐτῶν περιόδοις λαθεῖν, ἄχρις οὗ διὰ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ ἀναιρέσεως (94) ἐλευθερωθεῖσι τοῖς ἑαυτοῦ θεράπουσιν ἀναλάμπειν ἔμελλε, πᾶσαν ἔκπληξιν ἀληθῶς ὑπερβαίνει. Εἰ γὰρ πάντες οἱ διὰ πάσης τῆς οἰκουμένης εἶναι δοκοῦντες σοφοὶ, εἰς ἓν καὶ τὸ αὐτὸ συνελθόντες, ἄξιόν τι τοῦ πράγματος ἐθελήσουσιν εἰπεῖν, οὐδ' ἂν πρὸς τὸ βραχύτατον ἀμιλληθῆναι δυνήσαιντο· ἐπὶ τοσοῦτον πᾶσαν (95) ἀνθρωπίνου λογισμοῦ χωρητικὴν φύσιν, ἡ τοῦ θαύματος τούτου ὑπερβαίνει, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων τὰ οὐράνια συνεστηκέναι δυνατώτερα. Διὰ τοῦτο γοῦν οὗτος ἀεὶ καὶ πρῶτος καὶ μόνος μοι ἀκοπὸς, ἵν' ὥσπερ ἑαυτὴν ὁσημέραι καινοτέροις θαύμασιν ἡ τῆς ἀληθείας πίστις ἐπιδείκνυσιν, οὕτω καὶ αἱ ψυχαὶ

C

D

CAPUT XXIX.

Quomodo de construenda ecclesia, ad præsides et ad Macarium episcopum litteras dedit.

His ad hunc modum gestis, confestim imperator emissis constitutionibus et liberali sumptu suppeditato, circa salutarem speluncam Deo dignum templum regali magnificentia exstrui jubet. Quippe jam pridem hoc apud se constituerat, idque quod erat futurum, divina quadam alacritate prævideverat. Ac rectoribus quidem provinciarum per Orientem præcepit, ut, impensis copiose subministratis, ingens amplumque et magnificum opus illud efficerent. Ad episcopum vero qui tunc temporis Hierosolymorum regebat Ecclesiam, ejusmodi litteras dedit, quibus salutaris fidei doctrinam apertissimis verbis adstruebat, ita scribens :

CAPUT XXX.

Constantini ad Macarium epistola de ædificatione martyrii Servatoris nostri.

« Victor Constantinus, Maximus, Augustus, Macario.

« Tanta est Servatoris nostri gratia, ut nulla sermonis copia ad præsentis miraculi narrationem sufficere videatur. Nam sacratissimæ illius passionis monumentum, sub terra jampridem occultatum tot annorum spatio delituisse, **500** quoad communi omnium hoste sublato, famulis ejus in libertatem vindicatis affulgeret, omnem revera admirationem superat. Nam tametsi omnes quotquot ubique terrarum sapientes habentur, in unum coacti, aliquid pro hujus rei dignitate dicere instituerint, ne ad minimam quidem ejus partem aspirare posse mihi videntur. Quippe hujus miraculi fides, omnem humanæ rationis capacem naturam tantum excedit, quantum humanis divina præcellunt. Quocirca hic unus mihi ac præcipuus semper est scopus, ut quemadmodum veritatis fides novis quotidie miraculis inclarescit, sic etiam mentes omnium nostrum ad sanctissimæ legis observantiam cum omni mo-

(92) Vulg., *ἔργοις ἁπάσης γεγωνοτέραν φωνῆς*. Scribendum est procul dubio γεγωνοτέροις, quod non vidit Christophorsonus. Est autem hic hujus loci sensus : illam Dominici sepulcri post tot sæcula restitutionem, reipsa confirmasse resurrectionem Domini nostri. In codice Fuk. legitur γεγωνοτέρας, quomodo etiam Turnebus ad oram libri sui ex scripto codice emendarat. In schedis Regiis scriptum est γεγωνοτέρας. Savilius ad oram libri s i notarat, forte γεγωνότερον.

(93) *Μηδὲ μίαν λόγων θεραπείαν*. Apud Socratem, Theodoritum ac Nicephorum legitur λόγων χορηγίαν, quod rectius puto.

(94) *Διὰ τῆς τοῦ κοινοῦ πάντων ἐχθροῦ ἀναιρέσεως*. Hostem publicum Constantinus hic appellat Licinium, post cujus exitium ait sacrum Domini sepulcrum, quod ante latuerat, in lucem et conspectum hominum prodiisse. Occisus est Licinius anno Christi 326, ut scribitur in *Fastis Idatii*. Eodemque anno cum Helena Hierosolymam advenisset, sepulcrum Domini repertum est. Posset etiam publici hostis nomine dæmon hic intelligi, nisi quæ sequuntur verba repugnarent. Neque enim diabolus tunc demum victus atque oppressus est, cum sepulcrum Domini egestis ruderibus detectum est. Adde quod ἀναίρεσις, id est cædes, melius de Licinio dicitur quam de diabolo.

(95) *Ἐπὶ τοσοῦτον πᾶσαν*. Scribendum puto ἐπεὶ τοσούτῳ πᾶσαν, etc. In libro Fuk. scribitur ἐπὶ τοσοῦτο γάρ, etc.

Digitized by Google

destia et concordi alacritate incitentur. Quod quoniam omnibus perspectissimum esse confido, illud tibi in primis persuasum velim, nihil mihi antiquius esse, quam ut sacrum illum locum quem Dei jussu turpissima adjectione simulacri velut gravi quodam pondere exoneravi, [et] qui ab initio quidem Dei judicio sanctus fuit, postea vero multo sanctior effectus est, ex quo Dominicæ passionis fidem in lucem protulit; eum, inquam, locum fabricarum pulchritudine exornemus.

CAPUT XXXI.

Quod hanc ædem, mœnium, columnarum, et marmorum venustate, cæteras ecclesias superare voluerit.

« Decet itaque prudentiam tuam singula ad opus necessaria ita disponere et curare, ut non modo basilica ipsa omnium quæ ubique sunt pulcherrima, sed et reliqua membra ejusmodi sint, ut omnes quantumvis eximiæ singularum urbium fabricæ ab hac una facile superentur. Ac de parietum quidem substructione et elegantia, Draciliano amico nostro, agenti vices præfectorum prætorio, et præsidi provinciæ, scias a me curam esse commissam. Jussit siquidem pietas nostra, ut artifices et operarii, et quæcunque ad hoc opus necessaria esse ex prudentia tua cognoverint, protinus instante illorum sollicitudine dirigantur. De columnis vero et marmoribus, quæcunque et pretiosiora et utiliora esse ipso aspectu judicaveris, cura ut ad nos perscribas : ut cum ex litteris tuis cognoverimus quot et qualibus opus sit, ea undique **501** possint comportari. Æquum est enim ut qui præ totius orbis locis maxime admirabilis est locus, pro dignitate sua exornetur.

CAPUT XXXII.

Ut de pulchritudine conchæ, et de artificibus ac de materia Macarius ad præsides scribat.

« Porro cameram basilicæ, utrum laqueatam, an alio quopiam operis genere faciendam censeas, certior a te fieri velim. Nam si laqueata fiet, auro

(96) *Ὅπερ δ' οὖν.* Hic locus ex Socrate et Theodorito emendandus est.

(97) *Δρακιλιανῷ τῷ διέποντι τὰ τῶν ἐπαρχιῶν μέρη.* Et hic locus ex Socrate, Theodorito ac Nicephoro emendandus est in hunc modum : τὰ τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων μέρη, id est, *Draciliano agenti vices clarissimorum præfectorum prætorio.* Exstant certe duæ Constantini leges in codice Theodosiano, altera in titulo De usuris, altera De hæreticis, ad hunc Dracilianum scriptæ. Prior hanc habet inscriptionem : *Imp. Constantinus Aug. ad Dracilianum agentem vices præfectorum præt.* Proposita autem est Cæsareæ in Palæstina xv Kal. Maias Paulino et Juliano coss. Secunda vero proposita dicitur Kalendis Septemb. Generasto, Constantino Aug. VII, et Constantio Cæsare coss., id est anno Christi 326. Quo etiam anno Constantinus hanc epistolam scripsit ad Macarium episcopum Hierosolymorum. Porro notandum est præfectos prætorio hic dici clarissimos. Nondum enim illustrissimatus dignitatem acceperant. Sed et in aliis Constantini legibus præfecti prætorio clarissimi dicuntur, ut in his libris

πάντων ἡμῶν περὶ τὸν ἅγιον νόμον σωφροσύνῃ πάσῃ καὶ ὁμογνώμονι προθυμίᾳ σπουδαιότεραι γίγνωνται. Ὅπερ δ' οὖν (96) πᾶσιν εἶναι νομίζω φανερὸν, ἐκεῖνο μάλιστα πεπεῖσθαι βούλομαι, ὡς ἄρα πάντων μοι μᾶλλον μέλει, ὅπως τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον τόπον, ὃν Θεοῦ προστάγματι, αἰσχίστης εἰδώλου προσθήκης ὥσπερ τινὸς ἐπικειμένου βάρους, ἐκούφισα, ἅγιον μὲν ἐξ ἀρχῆς Θεοῦ κρίσει γεγενημένον, ἁγιώτερον δ' ἀποφανθέντα, ἀφ' οὗ τοῦ σωτηρίου πάθους πίστιν εἰς φῶς προήγαγεν, οἰκοδομημάτων κάλλει κοσμήσωμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΑ'.

Περὶ τοῦ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ πασῶν ἐκκλησιῶν οἰκοδομηθῆναι καλλίονα τοίχοις καὶ κίοσι καὶ μαρμάροις.

« Προσήκει τοίνυν τὴν σὴν ἀγχίνοιαν οὕτω διατάξαι τε καὶ ἑκάστου τῶν ἀναγκαίων ποιήσασθαι πρόνοιαν, ὡς οὐ μόνον βασιλικὴν τῶν ἁπανταχοῦ βελτίονα, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα γίγνεσθαι, ὡς πάντα τὰ ἐφ' ἑκάστης καλλιστεύοντα πόλεως ὑπὸ τοῦ κτίσματος τούτου νικᾶσθαι. Καὶ περὶ μὲν τῆς τῶν τοίχων ἐγέρσεώς τε καὶ καλλιεργίας, Δρακιλιανῷ τῷ ἡμετέρῳ φίλῳ, τῷ διέποντι τὰ τῶν ἐπαρχιῶν μέρη (97), καὶ τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, παρ' ἡμῶν τὴν ῥᾳστώνην ἐγχειρίσθαι γίνωσκε. Κεκέλευται γὰρ ὑπὸ τῆς ἐμῆς εὐσεβείας, καὶ τεχνίτας καὶ ἐργάτας, καὶ πάνθ' ἅπερ εἰς οἰκοδομὴν ἀναγκαῖα τυγχάνειν παρὰ τῆς σῆς καταμάθοιεν ἀγχινοίας, παραχρῆμα διὰ τῆς ἐκείνων προνοίας ἀποσταλῆναι. Περὶ δὲ τῶν κιόνων εἴτουν μαρμάρων, ἃ δ' ἂν νομίσειας εἶναι τιμιώτερά τε καὶ χρησιμώτερα, αὐτῆς συνόψεως γενομένης (98), πρὸς ἡμᾶς γράψαι σπούδασον, ἵν' ὅσων ἂν καὶ οἵων χρείαν εἶναι διὰ τοῦ σοῦ γράμματος ἐπιγνῶμεν, ταῦτα πανταχόθεν μετενεχθῆναι δυνηθῇ· τὸν γὰρ τοῦ κόσμου θαυμασιώτερον τόπον κατ' ἀξίαν φαιδρύνεσθαι δίκαιον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΒ'.

Ὅτι καὶ περὶ τοῦ κάλλους τῆς κόγχης, καὶ ἐργατῶν καὶ ὑλῶν ἐδήλωσε τοῖς ἄρχουσι.

« Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν (99), ἢ δι' ἑτέρας τινὸς ἐργασίας γενέσθαι σοι δοκεῖ, παρὰ σοῦ γνῶναι βούλομαι. Εἰ γὰρ λακωναρία

occurrit. Cæterum, ut præfecti prætorio tantum clarissimi erant Constantini ætate, ita vicarii præfecturæ prætorianæ ejusdem Constantini temporibus erant tantum perfectissimi, ut docet epistola ad Probianum proconsulem Africæ. Apud Athanasium in *Apologetico* ad Constantium, pag. 791: Ἀντωνίνῳ βιάρχῳ, κεντηναρίῳ τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων τοῦ ἱεροῦ πραιτωρίου.

(98) *Συνόψεως γενομένης.* Hoc loco σύνοψις formam significat ac delineationem futuri operis. Quo sensu sumitur etiam in epistola Himerii rationalis Alexandriæ ad præfectum Mareotæ, quam refert Athanasius in *Apologia*, pag. 803. Postquam enim dixit Augustum et Cæsares permisisse Ischyræ ut ecclesiam in pago suo ædificaret, mandat præposito pagi illius, ut formam futuri operis quamprimum delineet, et ad officium suum mittat : Φρόντισον τοίνυν ἐν τάχει τὴν σύνοψιν ποιησάμενος, εἰς τὴν τάξιν ἀνενεγκεῖν.

(99) *Τὴν δὲ τῆς βασιλικῆς καμάραν, πότερον λακωναρίαν.* Basilicarum cameræ duobus fere modis disponebantur. Aut enim lacunaribus ornaban-

Digitized by Google

εἶναι μέλλοι, δυνήσεται καὶ χρυσῷ καλλωπισθῆναι. Τὸ λειπόμενον (1) ἵνα ἡ σὴ ὁσιότης τοῖς προειρημένοις δικασταῖς ᾖ τάχος γνωρισθῆναι ποιήσῃ, ὅσων τ' ἐργατῶν καὶ τεχνιτῶν καὶ ἀναλωμάτων χρεία, καὶ πρὸς ἐμὲ εὐθέως ἀνενεγκεῖν σπουδάσῃ, οὐ μόνον περὶ τῶν μαρμάρων τε καὶ κιόνων, ἀλλὰ καὶ περὶ τῶν λακωναριῶν, εἴγε τοῦτο κάλλιον ἐπικρίνειεν. Ὁ Θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ. »

A quoque poterit exornari. Restat igitur ut sanctitas tua supra memoratis judicibus quamprimum significet, quot operariis et artificibus et sumptibus opus erit : utque ad me celeriter referat, non modo de marmoribus et columnis, sed etiam de lacunaribus, si hoc opus venustius esse censueris. Divinitas te servet, frater charissime. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΑΓ'.

Ὅπως ἡ προφητευθεῖσα καινὴ Ἱερουσαλὴμ, ἐκκλησία τοῦ Σωτῆρος ᾠκοδόμητο.

Ταῦτα μὲν ἔγραφε βασιλεύς. Ἅμα δὲ λόγῳ, δι' ἔργων ἐχώρει τὰ πράγματα· καὶ δὴ κατ' αὐτὸ τὸ σωτήριον μαρτύριον (2) ἡ νέα κατεσκευάζετο Ἱερουσαλὴμ (3), ἀντιπρόσωπος τῇ πάλαι βοωμένῃ, ἡ μετὰ τὴν κυριοκτόνον μιαιφονίαν ἐρημίας ἐπ' ἔσχατα περιτραπεῖσα, δίκην ἔτισε δυσσεβῶν οἰκητόρων. Ταύτῃ δ' οὖν ἄντικρυς βασιλεὺς τὴν κατὰ τοῦ θανάτου σωτήριον νίκην, πλουσίαις καὶ δαψιλέσιν ἀνύψου φιλοτιμίαις, τάχα που ταύτην οὖσαν τὴν διὰ προφητικῶν θεσπισμάτων κεκηρυγμένην καινὴν καὶ νέαν Ἱερουσαλὴμ, ἧς πέρι μακροὶ λόγοι, μυρία δι' ἐνθέου Πνεύματος θεσπίζοντες ἀνυμνοῦσι. Καὶ δὴ τοῦ παντὸς ὥσπερ τινὰ κεφαλὴν, πρῶτον ἁπάντων τὸ ἱερὸν ἄν-

CAPUT XXXIII.

Quomodo ecclesia Servatoris exstructa fuerit, quam prophetæ novam Jerusalem appellaverant.

Et hæc quidem ab imperatore scripta sunt. Cæterum effectus verba ipsa statim subsecutus est, et in ipso Servatoris nostri martyrio nova fabricata est Jerusalem, ex adverso veteris illius celeberB rimæ, quæ post nefariam Domini cædem ultimam vastitatem experta, pro incolarum impietate pœnas persolverat. Contra hanc igitur imperator tropæum victoriæ, quam Servator noster de morte retulerat, ambitioso cultu erexit. Atque hæc forsitan fuerit recens illa ac nova Jerusalem, prophetarum vaticiniis prædicata, de qua in sacris voluminibus tot præconia ab ipso divino Spiritu pronuntiata leguntur. Primum igitur sacram illam speluncam, ut-

tur, aut opere musivo depingebantur. De lacunaribus testis est Constantini locus. De opere musivo Procopius in libro I *De fabricis Justiniani*, ubi sanctæ Sophiæ templum describit. Jam lacunaria duobus modis exornari solebant. Aut enim deaurabantur, aut pingebantur, quod primus instituit Pausias, C de quo Plinius in libro XXXV, cap. 11, ita scribit : « Idem et lacunaria primus pingere instituit : nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit. » Isidorus in libro XIX Originum. « Laquearia, inquit, sunt quæ cameram subtegunt et ornant : quæ et lacunaria dicuntur : quod lacus quosdam quadratos vel rotundos ligno vel gypso vel coloribus habeant pictos, cum signis intermicantibus. » Quem Isidori locum immerito reprehendit Salmasius in notis ad Flavium Vopiscum, pag. 393, ubi negat lacunaria cameris unquam supposita fuisse. Atqui Plinius idem diserte affirmat, et Constantinus in hac epistola. Vetus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti* in quæst. 106. « Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, si camera ejus habeat auro distincta laquearia, » etc.

(1) Vulg., *καλλωπισθῆναι τὸ λειπόμενον*. Hoc loco secutus sum distinctionem Theodoriti ac Nicephori, qui post verbum καλλωπισθῆναι punctum apD ponunt. Idemque ante nos fecere omnes interpretes præter Musculum. Quod si quis malit distinctionem apponere post λειπόμενον, tum scribendum erit πλὴν ἡ σὴ ὁσιότης, etc., ut legitur in cod. Fuketii et Savilii.

(2) *Κατ' αὐτὸ τὸ σωτήριον μαρτύριον*. Iisdem verbis utitur Eusebius in panegyrico de tricennalibus Constantini, pag. 630. Nec male Christophorsonus *salutare Christi monumentum* utrobique vertit. Certe Eusebius supra in cap. 28, sepulcrum Domini vocat τῆς σωτηρίου ἀναστάσεως μαρτύριον. Sed et Cyrillus Hierosolymitanus, in catechesi 14, locum Dominicæ passionis ac resurrectionis, martyrium nominari scribit.

(3) *Νέα κατεσκευάζετο Ἱερουσαλήμ*. Hæc Eusebii verba describsit Socrates in cap. 13, lib. I. Ἡ δὲ τοῦ βασιλέως μήτηρ, οἶκον μὲν εὐκτήριον ἐν τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ πολυτελῆ κατεσκεύασεν, Ἱερουσαλὴμ νέαν ἐπωνόμασεν, ἀντιπρόσωπον τῇ παλαιᾷ ἐκείνῃ καὶ καταλελειμμένῃ ποιήσασα. *Imperatoris vero mater in ipso quidem Servatoris monumento Ecclesiam magnificentissimam exstruxit, novam condens Jerusalem e regione veteris illius ac desertæ.* Quæ Socratis verba attentius observanda sunt. Primo Helenæ tribuit, quod Eusebius a Constantino factum esse dixit. In quo secutus est Socrates auctoritatem Rufini, qui in libro X *Historiæ ecclesiasticæ* hanc basilicam Hierosolymis ab Helena constructam esse prodit. Etsi autem parum refert, utrum Helena imp. Constantini sumptibus, an Constantinus ipse cura ac studio matris Helenæ id templum condidisse dicatur ; præstat tamen Eusebii sententiam sequi, quippe qui et rebus ipsis interfuit, et epistolam Constantini de templi illius ædificatione affert. Notandum etiam est quod Eusebius dixerat : Κατ' αὐτὸ τὸ σωτήριον μαρτύριον, id a Socrate ita reddi : ἐν τῷ τοῦ μνήματος τόπῳ. Quod vero dixerat Eusebius, νέαν κατεσκευάζετο Ἱερουσαλήμ, id Socrates expressit in hunc modum, οἶκον εὐκτήριον κατεσκεύασε, Ἱερουσαλὴμ νέαν ἐπωνόμασεν ἀντιπρόσωπον, etc., ubi vocem, ἐπωνόμασεν expungendam esse nemo non videt. Neque enim templum illud Nova Jerusalem dicebatur, ut credidit interpres, et ante eum Nicephorus ; sed Martyrium seu Basilica Constantiniana et Anastasis. Hoc igitur tantum dicit Eusebius et Socrates, Constantinum sive Helenam exstructa illa ingentis operis basilica novam Jerusalem condidisse ex adverso veteris illius quæ olim destructa fuerat a Romanis. Quod quidem verissimum est. Ab eo enim tempore urbs Ælia vero ac prisco nomine paulatim abolito, Jerusalem vocari cœpta est a Christianis ; cum tamen revera non esset Jerusalem, utpote in alio solo condita, et ab imperatore Romano qui tunc Judæis erat infensissimus eo consilio ædificata, ut gentiles eam incolerent, Judæi vero ejus aditu penitus arcerentur. Cæterum non dubito quin Eusebius alludat ad locum illum qui legitur in Apocalypsi, cap. XXI : « Vidi sanctam civitatem, Jerusalem novam descendentem de cœlo a Deo paratam sicut sponsam. »

Digitized by Google

pote totius operis caput, exornavit: divinum scilicet monumentum, juxta quod olim cœlesti luce radians angelus, regenerationem quæ per Servatorem ostendebatur, omnibus nuntiaverat.

CAPUT XXXIV.

Descriptio fabricæ sancti sepulcri.

Hoc, inquam, monumentum, tanquam totius operis caput, imperatoris magnificentia eximiis columnis et **502** maximo cultu primum omnium decoravit, et cujusquemodi ornamentis illustravit.

CAPUT XXXV.

Descriptio atrii et porticuum.

Transgressus inde est ad vastissimum locum libero patentem cœlo. Cujus solum splendido lapide constravit, longissimis undique porticibus ad tria latera additis.

CAPUT XXXVI.

Descriptio parietum tectique, et ornatus atque inaurationis ipsius basilicæ.

Quippe lateri illi quod e regione speluncæ positum, solis ortum spectabat, conjuncta erat basilica: opus plane admirabile, in immensam altitudinem elatum, et longitudine ac latitudine maxima expansum. Cujus interiora quidem versicoloribus marmoris crustis obtecta sunt; exterior vero parietum superficies, politis lapidibus probe inter se vinctis decorata, eximiam quamdam pulchritudinem, nihilo inferiorem marmoris specie, præferebat. Ad culmen vero et cameras quod attinet, exteriora quidem tecta plumbo tanquam firmissimo quodam munimento ad hibernos imbres arcendos obvallavit. Interius autem tectum sculptis lacunaribus consertum, et instar vasti cujusdam maris compactis inter se tabulis per totam basilicam dilatatum, totumque auro purissimo coopertum, universam basilicam velut quibusdam radiis splendere faciebat.

CAPUT XXXVII.

Descriptio geminarum utrinque porticuum, et trium portarum orientalium.

Porro ad utrumque latus, geminæ porticus tam

(4) *Λίθος λαμπρός.* Marmor intelligere videtur, vel certe lapidem politum instar marmoris. Sic in capite sequenti ξεστῷ λίθῳ λαμπρυνομένη pro eodem dicit Eusebius. At Christophorsonus λαμπρὸν λίθον lapidem eximium interpretatus est; Portesius *excellentem*, male, ut opinor.

(5) *Ἐκ τριπλεύρου.* Basilicarum atria quatuor fere porticibus constabant, in quadranguli formam dispositis. In medio locus erat apertus et patens, cujusmodi hodie in claustris monachorum videmus. Docet hoc Eusebius in descriptione basilicæ Tyri libro decimo *Historiæ ecclesiasticæ*. Verum in basilica Hierosolymitana alia fuit dispositio. Tres enim duntaxat illic fuerunt porticus ad tria latera. In quarto autem latere, quod erat e regione sepulcri ad solem orientem obversum, vice porticus erat ipsa basilica, ut docet Eusebius in capite sequenti. Quod quidem idcirco factum videtur, ut ipsa basilica ampliori lumine collustraretur, nulla extrinsecus porticu luminibus officiente.

(6) *Ὕλης μαρμάρου... πλακώσεις.* Antiqui sectis marmoris crustis varii coloris parietes ornabant, ut notavi ad lib. XXVIII Amm. Marcellini, pag. 565.

τρον ἐκόσμει, μνῆμα ἐκεῖνο θεσπέσιον, παρ' ᾧ φῶς ἐξαστράπτων ποτὲ ἄγγελος, τὴν διὰ τοῦ Σωτῆρος ἐνδεικνυμένην παλιγγενεσίαν τοῖς πᾶσιν εὐηγγελίζετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΔ'.

Ἔκφρασις οἰκοδομῆς τοῦ παραγίου μνήματος.

Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον, ὡσανεὶ τοῦ παντὸς κεφαλὴν, ἐξαιρέτοις κίοσι, κόσμῳ τε πλείστῳ κατεποίκιλλεν ἡ βασιλέως φιλοτιμία, παντοίοις καλλωπίσμασι καταφαιδρύνουσα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΕ'.

Ἔκφρασις αἰθρίου καὶ στοῶν.

Διέβαινε δ' ἐξῆς ἐπὶ παμμεγέθη χῶρον, εἰς καθαρὸν αἴθριον ἀναπεπταμένον· ὃν δὴ λίθος λαμπρὸς (4) κατεστρωμένος ἐπ' ἐδάφους ἐκόσμει, μακροῖς περιδρόμοις στοῶν ἐκ τριπλεύρου (5) περιεχόμενον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛϚ'.

Ἔκφρασις τοῦ ναοῦ τῆς ἐκκλησίας τοίχων καὶ δωματουργίας, κάλλους τε καὶ χρυσώσεως.

Τῷ γὰρ καταντικρὺ πλευρῷ τοῦ ἄντρου, ὃ δὴ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον ἐώρα, ὁ βασίλειος συνῆπτο νεὼς, ἔργον ἐξαίσιον, εἰς ὕψος ἄπειρον ἠρμένον, μήκους τε καὶ πλάτους ἐπὶ πλεῖστον εὐρυνόμενον· οὗ τὰ μὲν εἴσω τῆς οἰκοδομίας, ὕλης μαρμάρου ποικίλης διεκάλυπτον πλακώσεις (6), ἡ δ' ἐκτὸς τῶν τοίχων ὄψις, ξεστῷ λίθῳ ταῖς πρὸς ἕκαστον ἁρμογαῖς συνημμένῳ λαμπρυνομένη, ὑπερφυές τι χρῆμα κάλλους τῆς ἐκ μαρμάρου προσόψεως οὐδὲν ἀποδέον, παρεῖχεν. Ἄνω δὲ πρὸς αὐτοῖς ὄροφοις, τὰ μὲν ἐκτὸς δώματα μολύβδου περιέφραττεν ὕλη, ὄμβρων ἀσφαλὲς ἔρυμα χειμερίων· τὰ δὲ τῆς εἴσω στέγης γλυφαῖς φατνωμάτων (7) ἀπηρτισμένα, καὶ ὥσπερ τι μέγα πέλαγος καθ' ὅλου τοῦ βασιλείου οἴκου συνεχέσι ταῖς πρὸς ἀλλήλας συμπλοκαῖς ἀνευρυνόμενα, χρυσῷ τε διαυγεῖ δι' ὅλου κεκαλυμμένα, φωτὸς οἷα μαρμαρυγαῖς τὸν πάντα νεὼν ἐξαστράπτειν ἐποίει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Ἔκφρασις διπλῶν στοῶν ἑκατέρωθεν, καὶ πυλῶν ἀνατολικῶν τριῶν.

Ἀμφὶ δ' ἑκάτερα τὰ πλευρὰ, διττῶν στοῶν, ἀνα-

Hujusmodi marmoris crustas πλάκας vocabant. Gregorius Nazianzenus in orat. 32, σὺ δέ μοι περιέχου καὶ πλακῶν, καὶ τῆς κεκομψευμένης ψηφίδος, καὶ τῶν μακρῶν δρόμων καὶ περιδρόμων. Idem in carmine anacreontico ad animam suam:

Θέλεις δόμους ἁμέτρους
Χρυσορόφους, γραφῆς τε
Καὶ ψηφίδος σοφισμοὺς,
Πλακός τε λάμψιν αἰσχρᾶς
Ἀντίχρον, πολυχροοῦν.

(7) *Γλυφαῖς φατνωμάτων.* Quid sint φατνώματα, docet Hesychius et auctor *Etymologici*, qui φατνώματα interpretantur σανιδώματα, στέγη διάγλυφα, id est tabellas, tecta laqueata. Eadem voce utitur Eusebius infra, cap. 49. Ex his igitur appareret, cameram basilicæ lacunari intrinsecus tectam atque ornatam fuisse, ut in animo habuerat Constantinus, quemadmodum testatur in epistola ad Macarium. Extrinsecus enim plumbo operta erat ad arcendos imbres. Proinde cameram ipsam lapideam fuisse oportet, quæ plumbum superpositum sustineret.

Digitized by Google

γείων τε καὶ καταγείων (8) δίδυμοι (9) παραστάδες (10), τῷ μήκει τοῦ νεὼ συνεξετείνοντο, χρυσῷ καὶ αὗται τοὺς ὀρόφους πεποικιλμέναι· ὧν αἱ μὲν ἐπὶ προσώπου (11) τοῦ οἴκου, κίοσι παμμεγέθεσιν ἐπηρείδοντο, αἱ δ' εἴσω τῶν ἔμπροσθεν (12) ὑπὸ πεσσοῖς (13) ἀνηγείροντο, πολὺν τὸν ἔξωθεν περιβεβλημένοις κόσμον. Πύλαι δὲ τρεῖς πρὸς αὐτὴν ἀνίσχοντα ἥλιον εὖ διακείμεναι, τὰ πλήθη τῶν εἴσω φερομένων ὑπεδέχοντο.

A subterraneæ quam supra terram eminentes, totius basilicæ longitudinem æquabant; quarum concamerationes auro perinde variatæ sunt. Ex his, quæ in fronte basilicæ erant ingentibus columnis fulciebantur: quæ vero interiores, pessis magno cultu extrinsecus ornatis sustinebantur. Portæ tres ad orientem solem apte dispositæ, introeuntium turbam exceperunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Ἔκφρασις ἡμισφαιρίου καὶ κιόνων δώδεκα καὶ κρατήρων.

Τούτων δ' ἀντικρὺ, τὸ κεφάλαιον τοῦ παντὸς ἡμισφαιρίου (14) ἦν, ἐπ' ἄκρου τοῦ βασιλείου ἐκτεταμένον (15)· ὃ δὴ δυωκαίδεκα κίονες ἐστεφάνουν, τοῖς

503 CAPUT XXXVIII.

Descriptio hemisphærii, et duodecim columnarum cum crateribus.

E regione harum portarum erat hemisphærium, quod totius operis caput est, usque ad culmen ipsius basilicæ protentum. Cingebatur id duodecim

B

(8) *Διττῶν στοῶν ἀναγείων τε καὶ καταγείων.* De atrii porticibus supra dixit Eusebius. Nunc de porticibus basilicæ loquitur. Ac primo quidem ait ad utrumque latus basilicæ binas fuisse porticus. Deinde ait porticus illas partim fuisse ἀναγείους, partim καταγείους. Quod sic interpretor, ut porticus illæ duo tecta habuerint, et aliæ quidem solo ipsius basilicæ æquales fuerint, aliæ vero iisdem superimpositæ, cujusmodi in ecclesiis nostris videmus. Hujusmodi porticus antiqui διορόφους vocabant, seu διστέγους. Gregorius Naz. in oratione 19, pag. 313, ubi templum a patre suo ædificatum describit κιόνων δὲ καὶ στοῶν κάλλεσι δι' ὀρόφων εἰς ὕψος αἰρόμενον, id est, *et columnarum ac porticuum duo tecta habentium pulchritudine in altum assurgit.* Scribendum enim est in illo Gregorii loco una voce διορόφων, quod Billius non vidit. Possumus etiam interpretari καταγείους subterraneas porticus. Nam in templis ejusmodi porticus subterraneæ construi solebant, quas δρόμους ὑπογείους vocat Aristides in oratione de Cyziceno templo, ubi etiam templum illud triplex fuisse dicit, partim subterraneum, partim sub divo, medium vero quotidianis usibus accommodatum.

C

(9) *Δίδυμοι παραστάδες.* Quatuor erant porticus in basilica Hierosolymitana, binæ scilicet ad utrumque latus basilicæ. Id sibi volunt hæc verba διττῶν στοῶν δίδυμοι παραστάδες. Quin et sequentia idipsum manifeste evincunt. Ex his enim porticibus alias ait Eusebius fuisse in fronte basilicæ, id est exteriores, quasdam vero interiores. Eodem modo in templo Apostolorum quod erat in urbe Roma, quatuor erant porticus, ut testatur Prudentius in passione apostolorum his versibus:

Subdidit et Parias fulvis laquearibus columnas
Illic distinguit quas quaternus ordo.

Idem Prudentius in passione Hippolyti, de templo Sancti Hippolyti ita scribit:

D

Ordo columnarum geminus laquearia tecti
Sustinet, auratis suppositus trabibus.
Adduntur graciles tecto breviore recessus
Qui laterum seriem jugiter exsinuent.

Eamdem formam cernere est in majoribus apud nos basilicis, ubi quatuor columnarum ordines binas utrinque porticus constituunt. Porro hujusmodi porticus gemellares dici videntur in *Itinerario Hierosolymitano*: « Interius vero civitatis sunt piscinæ gemellares quinque porticus habentes. » In quo tamen loco ambiguum est, utrum piscinæ ipsæ, an porticus gemellares dicantur. Præstatque gemellares piscinas intelligere. Erant enim gemini lacus, ut scribit Hieronymus, in libro *De locis hebraicis*, ubi de Bethesda.

(10) *Παραστάδες.* Male Christophorsonus *xystos* vertit. Nam στοῶν παραστάδες per synecdochen dicuntur pro porticibus. Hesychius παραστάδας exponit columnas quæ ad parietem obversæ sunt. Sed Christophorsonus voces illas διττῶν στοῶν retulit ad πλευρά hoc modo, ἀμφὶ δ' ἑκάτερα τὰ πλευρὰ διττῶν στοῶν, etc., cum tamen post vocem πλευρά ponenda sit virgula, ut in codice Regio legitur et Fuketiano, et verba illa διττῶν στοῶν referri debeant ad vocem παραστάδες. Latera enim basilicæ hic intelliguntur, quod confirmatur ex libro x *Historiæ ecclesiasticæ*, ubi basilica Tyri describitur his verbis: Ταῖς παρ' ἑκάτερα τοῦ παντὸς νεὼ στοαῖς.

(11) *Αἱ μὲν ἐπὶ προσώπου*, id est exteriores. Sic in lib. x de fontibus qui erant ante fores basilicæ Tyri ait εἰς πρόσωπον τοῦ νεώ.

(12) Vulg. *αἱ δ' εἴσω τῶν ἔσωθεν.* Ad oram codicis Moræani emendatur τῶν ἔμπροσθεν, quomodo etiam legebatur in Gruteri libro. Posset etiam emendari τῶν ἔξωθεν. Sed cum scripti codices Fuketianus et Sav. τῶν ἔμπροσθεν habeant, ea lectio præferenda est.

(13) *Ὑπὸ πεσσοῖς.* Pessime Christophorsonus *postes* vertit; melius Portesius *pilas* interpretatur. Quid sint πεσσοί, docet Procopius in libro I *De fabricis Justiniani*, ubi templum Sanctæ Sophiæ describit: colles scilicet seu aggeres lapidei, quos scopulis quibusdam comparat qui absidem sustinebant. Posteriores Græci πιντούς vocarunt, ut notavit Meursius in Glossario. Erant igitur pilæ lapideæ, a figura, ut opinor, ita dictæ, eo quod quadrangulæ essent instar pessorum et pessulorum. Ideo autem porticus interiores quæ proxime ad latus erant basilicæ pessis fulciebantur, quod tectum basilicæ utrinque sustinerent: quod quidem tectum reliqua omnia altitudine superabat.

(14) *Ἡμισφαίριον.* Scribo ἡμισφαίριον, sic vocat altare basilicæ, eo quod in formam hemisphærii fabricatum esset. Hinc est quod ipsum vocat τοῦ παντὸς κεφάλαιον, id est summam totius operis. Nam basilicæ ideo construebantur, ut super altari in cruentum sacrificium offerretur Deo. Paulo supra Eusebius sepulcrum Domini κεφαλὴν τοῦ παντὸς vocavit: nunc vero altare basilicæ appellat τοῦ παντὸς κεφάλαιον, quæ duo longe inter se differunt. Nam sepulcrum Domini ideo vocatur caput totius operis, quod initium ac velut vestibulum fuerit totius fabricæ, et quod ejus gratia Constantinus totum opus exstruxerit. Altare vero basilicæ summa totius operis dicitur, propterea quod totum opus eo spectabat, eratque id complementum universæ structuræ, sine quo imperfecta erat basilica. Porro hemisphærium improprie dixit Eusebius pro hemicyclo, vel potius hemicylindro, cujusmodi etiam altare fuisse Sanctæ Sophiæ docet Procopius libro I *De ædificiis*. In libro Turnebi ad marginem emendatur ἡμισφαίριον, sed recentiore manu.

(15) *Ἐπ' ἄκρου τοῦ βασιλείου ἐκτεταμένον.*

Digitized by Google

columnis, pro numero sanctorum Servatoris nostri apostolorum. Quarum capita maximis crateribus argenteis erant ornata : quos imperator tanquam pulcherrimum donarium Deo suo dicaverat.

CAPUT XXXIX.

Descriptio atrii, exedrarum et vestibulorum.

Hinc ad eos aditus qui ante templum sunt progredientibus, aream interposuit. Erant autem in eo loco primum atrium, deinde porticus ad utrumque latus, ac postremo portæ atrii. Post has totius operis vestibula in ipsa media platea in qua forum est rerum venalium, ambitioso cultu exornata, iter forinsecus agentibus, aspectum earum rerum quæ intus cernebantur non sine quodam stupore exhibebant.

CAPUT XL.

De numero donariorum.

Hoc igitur templum tanquam salutiferæ resurrectionis testimonium imperator exstruxit, et magnifico planeque regio apparatu decoravit. Nec dici potest quot quantisque ornamentis ac donariis, partim ex auro et argento, partim ex gemmis, illud diversimode venustavit. Quorum apparatum summo artificio elaboratum, et magnitudine et numero et varietate insignem, hic sigillatim exponere haud vacat.

τοῦ Σωτῆρος ἀποστόλοις ἰσάριθμοι, κρατῆρσι μεγίστοις ἐξ ἀργύρου πεποιημένοις τὰς κορυφὰς κοσμούμενοι· οὓς δὴ βασιλεὺς αὐτὸς ἀνάθημα κάλλιστον ἐποιεῖτο τῷ αὐτοῦ Θεῷ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Ἔκφρασις μεσαυλίου (16) *καὶ ἐξεδρῶν καὶ προπύλων.*

Ἔνθεν δὲ προϊόντων (17) ἐπὶ τὰς πρὸ τοῦ νεὼ κειμένας εἰσόδους, αἴθριον διελάμβανεν. Ἦσαν δὲ ἐνταυθοῖ παρ' ἑκάτερα (18), καὶ αὐλὴ πρώτη (19), στοαί τ' ἐπὶ ταύτῃ, καὶ ἐπὶ πᾶσιν αἱ αὔλειοι πύλαι· μεθ' ἃς ἐπ' αὐτῆς μέσης πλατείας ἀγορᾶς (20), τὰ τοῦ παντὸς προπύλαια φιλοκάλως ἠσκημένα, τοῖς τὴν ἐκτὸς πορείαν ποιουμένοις καταπληκτικὴν παρεῖχον τὴν τῶν ἔνδον ὁρωμένην θέαν (21).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Περὶ πλήθους ἀναθημάτων.

Τόνδε μὲν οὖν τὸν νεὼν, σωτηρίου ἀναστάσεως ἐναργὲς ἀνίστη μαρτύριον βασιλεὺς, πλουσίᾳ καὶ βασιλικῇ κατασκευῇ τὸν σύμπαντα καταφαιδρύνας· ἐκόσμει δ' αὐτὸν ἀδιηγήτοις κάλλεσι πλείστων ὅσων ἀναθημάτων, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθων πολυτελῶν ἐν διαλλαττούσαις ὕλαις· ὧν τὴν κατὰ μέρος ἐπισκευὴν φιλοτέχνως εἰργασμένην, μεγέθει τε καὶ πλήθει καὶ ποικιλίαις, οὐ σχολὴ νῦν ἐπεξιέναι τῷ λόγῳ.

Idem est ac si dixisset ἐπ' ἄκρον. Hemisphærium ab imo usque ad summum basilicæ protendebatur. Et in imo quidem erant duodecim columnæ, semicirculari forma dispositæ. Confirmat hanc explicationem Procopius in libro *De ædificiis*, ubi basilicam Sanctæ Sophiæ describit; quem jucundum fuerit conferre cum hac Eusebii narratione. Potest etiam ἐπ' ἄκρου exponi in summo basilicæ, ut sensus sit altare non in medio basilicæ situm fuisse, sed in summo.

(16) *Ἔκφρασις μεσαυλίου.* Gravi errore Christophorsonus μεσαύλιον *portas atrienses* vertit, quasi μεσαύλιον et ἡ μέσαυλος idem esset. Atqui μεσαύλιον est *area*. Nam quod in titulo capitis μεσαύλιον dicitur, id in contextu capitis αἴθριον vocat Eusebius. Eadem voce utitur in descriptione basilicæ urbis Tyri, quam habes in libro x *Historiæ*, μέσον αἴθριον ἠφίει. Christophorsonus *aream* vertit non male. Portesius et Musculus *subdivale spatium* interpretantur, quod magis Latinum puto. Aream enim Latini vocabant locum purum in quo fruges terebant, non autem quas hodie curtes vocamus; usus tamen vulgaris obtinuit, ut areæ dicantur curtes. Græci quoque μέσαυλον et μέταυλον vocant curtem in qua aluntur gallinæ et boves stabulantur, ut docet Apollonius in libro III *Argonauticon*, pag. 134, ejusque scholiastes Græcus, et Harpocration in voce μέταυλος. Areæ ecclesiarum dicuntur in lege 4 cod. Theod. de his qui ad ecclesias confugiunt : *Ut inter templum quod parietum descripsimus cinctu, et januas primas ecclesiæ, quidquid fuerit interjacens, sive in cellulis, sive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur.* Græca constitutio ibidem relata sic habet : Ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεγκείμενον εἴτε ἐν οἰκίαις ἢ κήποις, ἢ αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ ἐν στοαῖς τυγχάνει, etc. Vides αὐλὰς verti *areas*. Refertur hæc lex Theodosii in lib. VII *Capitularium Caroli Magni*, titulo 125, ubi tamen pro areis atrium ponitur.

(17) *Ἔνθεν δὲ προϊόντων.* Malim scribere προϊών, ut legisse videtur Musculus.

(18) *Παρ' ἑκάτερα.* Transposita videntur hæc verba, quæ sic malim legere : ἦσαν δὲ ἐνταυθοῖ καὶ αὐλὴ πρώτη, στοαί τ' ἐπὶ ταύτῃ παρ' ἑκάτερα. Egredientibus enim ex basilica, prima occurrebat aula, deinde porticus ad dextram et lævam atrii, ac deinceps vestibulum.

(19) *Καὶ αὐλὴ πρώτη.* Recte Christophorsonus et Musculus *atrium* vertit. Certe vetus interpres Evangelii, ubicunque vox αὐλὴ occurrebat, *atrium* reddit. Sed et in glossis veteribus αὐλὴ atrium exponitur. Victorinus Petabionensis episcopus in Apocalypsim Joannis, *Aula*, inquit, *atrium dicitur, vacua inter parietes area.* Isidorus tamen aulam ab atrio distinguit in libro V *Originum*. Sed Victorino potius assentior. In *Itinerario Antonini martyris* mentio fit atrii basilicæ Constantinianæ. Porro notandum est in titulo capitis exedras dici pro aula.

(20) *Ἐπ' αὐτῆς μέσης πλατείας ἀγορᾶς.* Ante majores basilicas, ut plurimum erant plateæ, in quibus forum rerum venalium agebatur die festo martyris illius cui dicata erat basilica. Quod quidem idcirco veteres observabant, ut pulchrior esset conspectus vestibulorum, nihilque esset quod luminibus ipsorum officeret. Sic Romæ ante basilicam apostolorum erat platea, ut testatur Prudentius. Alexandriæ quoque ecclesia erat ad magnam plateam, ut docet Athanasius in epist. ad solitarios : Ἐκαυσαν τοῦ πυλῶνος ἐν τῇ πλατείᾳ τῇ μεγάλῃ. Porro vox ἀγορᾶς videtur esse scholium additum ad explicationem vocis πλατείας. Nisi malis scribere ἀγυιᾶς.

(21) *Τῶν ἔνδον ὁρωμένην θέαν.* Scribendum est ὁρωμένων, ut in libro Turnebi ad marginem emendatur.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Περὶ οἰκοδομῆς ἐκκλησιῶν ἐν Βηθλεὲμ, καὶ τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν.

Ἀπολαβὼν δ' ἐνταυθοῖ χώρας ἑτέρας δυσὶν ἄντροις μυστικοῖς τετιμημένας (22), πλουσίαις καὶ ταύτας φιλοτιμίαις ἐκόσμει, τῷ μὲν τῆς πρώτης τοῦ Σωτῆρος θεοφανείας ἄντρῳ, ἔνθα δὴ καὶ τὰ τῆς ἐνσάρκου γενέσεως ὑπέστη, τὰς καταλλήλους νέμων τιμὰς, τῷ δὲ τῆς εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τὴν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας μνήμην σεμνύνων. Καὶ ταῦτα δὲ φιλοκάλως ἐτίμα, τῆς αὐτοῦ μητρὸς, ἣ τοσοῦτον ἀγαθὸν τῷ τῶν ἀνθρώπων διηκονεῖτο βίῳ, διαιωνίζων τὴν μνήμην.

CAPUT XLI.

De ædificatione ecclesiæ apud Bethlehem et in monte Olivarum.

A Alia quoque ejusdem regionis loca duabus sacris speluncis nobilitata, ambitioso cultu exornare aggressus est. Et speluncam quidem illam in qua Servator noster divinam præsentiam suam primum exhibuit, et in carne nasci sustinuit, imperator convenienti honore affecit. In altera vero spelunca, ascensionis Dominicæ quæ in montis vertice olim contigerat, memoriam honoravit. Atque hæc loca magnifico cultu exornans, simul nomen matris **504** suæ, cujus opera ac ministerio tantum bonum humano generi procurabatur, ad æternam posterorum memoriam consecravit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Ὅτι Ἑλένη ἡ βασιλὶς ἡ Κωνσταντίνου μήτηρ, εἰς εὐχὴν παραγενομένη, ταύτας ᾠκοδόμησεν.

Ἐπειδὴ γὰρ αὐτὴ τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ τὸ τῆς εὐσεβοῦς διαθέσεως ἀποδοῦναι χρέος ἔργον ἐποιήσατο, ὑφ' υἱῷ (22') τε βασιλεῖ τοσούτῳ, παισί τε αὐτοῦ καίσαρσι θεοφιλεστάτοις ἑαυτῆς ἐκγόνοις, τὰ χαριστήρια δεῖν ᾤετο δι' εὐχῶν ἀποπληρῶσαι, ἦκε δὴ (23) σπεύδουσα νεανικῶς ἡ πρέσβυς, ὑπερβαλλούσῃ φρονήσει (24) τὴν ἀξιάγαστον ἀνιστορήσουσα γῆν, ἔθνη τε τὰ ἑῷα καὶ δήμους ὁμοῦ καὶ λαοὺς βασιλικῷ προμηθείᾳ ἐποψομένη. Ὡς δὲ τοῖς βήμασι τοῖς σωτηρίοις τὴν πρέπουσαν ἀπεδίδου προσκύνησιν, ἀκολούθως προφητικῷ λόγῳ, φάντι, « Προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον οὗ ἔστησαν οἱ πόδες αὐτοῦ, » τῆς οἰκείας εὐσεβείας καρπὸν καὶ τοῖς μετέπειτα παραχρῆμα κατελίμπανεν.

CAPUT XLII.

B *Quomodo Helena augusta Constantini mater, Bethlehem orandi causa profecta, has ecclesias ædificavit.*

Nam cum illa debitum piæ affectionis munus Deo omnium Regi persolvere decrevisset, et pro filio suo, tanto scilicet imperatore, ac pro filiis ejus cæsaribus Deo charissimis, nepotibus suis, gratias cum supplicationibus agendas sibi esse statuisset; quamvis affecta jam ætate, tamen juvenili animo properavit mulier singulari prudentia, ut terram veneratione dignam perlustraret, et Orientis provincias, urbesque ac populos cum regali quadam sollicitudine ac providentia inviseret. Postquam vero Servatoris nostri, vestigia debito cultu venerata est prout olim propheticus sermo prædixerat : « Adoremus, inquit, in loco ubi steterunt pedes ejus, » C continuo pietatis suæ fructum posteris etiam dereliquit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Ἔτι περὶ ἐκκλησίας ἐν Βηθλεέμ.

Αὐτίκα δ' οὖν τῷ προσκυνηθέντι Θεῷ δύο νεὼς ἀφιέρου, τὸν μὲν πρὸς τῷ τῆς γεννήσεως ἄντρῳ, τὸν δ' ἐπὶ τοῦ τῆς ἀναλήψεως ὄρους. Καὶ γὰρ καὶ γέννησιν ὑπὸ γῆν (25) ὁ μεθ' ἡμῶν Θεὸς δι' ἡμᾶς ἠνέσχετο, καὶ τόπος αὐτοῦ τῆς ἐνσάρκου γεννήσεως, ὀνομαστὶ παρ' Ἑβραίοις ἡ Βηθλεὲμ ἐκηρύττετο. Διὸ

CAPUT XLIII.

Rursus de ecclesia Bethlehemitica.

Etenim Deo quem adoraverat, duo statim templa dedicavit : alterum ad speluncam in qua natus est Dominus; alterum in eo monte, ex quo in cœlum ascenderat. Nam et Emmanuel, quod est Nobiscum Deus, sub terra pro nobis nasci sustinuit, et locus nativitatis ipsius, Bethlehem ab Hebræis est appella-

(22) Vulg. *ἄντροις μυστικοῖς τετιμημένας.* Scribendum est τετιμημένας, ut legitur in panegyrico de tricennalibus Constantini, pagina 630, ubi eadem verba repetuntur.

(22') *Ὑφ' υἱῷ.* Forte ἐφ' υἱῷ. Paulo post, βασιλικῷ προμηθείᾳ, nimis Attice, nisi tamen typ. errori tribuatur. EDIT.

(23) Vulg. *ἦκε δέ.* Malim legere ἦκε δή, quomodo in Fuketiano codice et in Regiis schedis scriptum inveni.

(24) *Ὑπερβαλλούσῃ φρονήσει.* Helenam Constantini matrem mulierem fuisse singulari prudentia, præter Eusebii testimonium, multa quæ nobis persuadent. Cum enim Constantinum imp. usque ad extremum vitæ diem sibi obsequentem habuerit, vel hoc unum singularis prudentiæ argumentum est. Fuit etiam hoc summæ prudentiæ indicium, quod filii sui opibus et augustæ dignitatis fastigio non ad luxum et delicias abusa est, sed urbes ac provincias et privatos homines liberalitate sua sublevavit. Cumque nepotes suos Constantini liberos summo amore diligeret, id ante omnia providit, ne quis ex Constantii libris Constantini fratribus, imperium eis subriperet. Quocirca illos velut exsules, quoad vixit, semper detinuit, nunc Tolosæ in Gallia, ut scribit Ausonius, nunc Corinthi, quemadmodum scribit Julianus in epistola ad Corinthios. Cujus quidem epistolæ fragmentum exstat apud Libanium in oratione pro Aristophane Corinthio, pag. 217, ubi Libanius Helenam πανοῦργον μητρυιὰν appellat, ejusque consilio et novercalibus odiis Constantium Juliani patrem hac et illac traductum fuisse testatur.

(25) *Γέννησιν ὑπὸ γῆν.* Vim Græcæ vocis non recte expressit Christophorsonus, qui vertit, « in terris nasci. » Plus enim dicit Eusebius : « Dominum scilicet nostra causa nasci voluisse in subterraneo specu. » Hieronymus in *Epitaphio Paulæ :* « Bethlehem et in specum Salvatoris introiens. » Et paulo post : « Orare in spelunca, in qua virgo puerpera Dominum infantem fudit, » etc. Ex quo obiter apparet, ubicunque Eusebius ἄντρον dixit, specum aut speluncam verti debuisse. Sic enim Latini vocant, non autem antrum, ut vertit Christophorsonus.

Digitized by Google

tus. Ideoque Dei amantissima augusta, deiparæ Virginis partum eximiis monumentis ornavit, sacram illam speluncam omni cultus genere illustrans. Nec multo post imperator eamdem Domini nativitatem regalibus donariis honoravit; variis ex auro et argento monumentis, velisque acu pictis, matris suæ cumulans magnificentiam. Præterea imperatoris quidem mater in memoriam ascensionis Christi omnium Servatoris, in monte Olivarum sublimia exstruxit ædificia, in ipso montis vertice sacram erigens ædem cum templo. Hic porro Servatorem omnium Christum, arcanis mysteriis **505** discipulos suos in ipsa spelunca initiasse, verax testatur historia. Imperator vero hoc etiam in loco, variis ornamentis ac donariis summum omnium Regem veneratus est. Atque hæc duo augusta ac pulcherrima monumenta, immortali memoria digna in duabus sacris speluncis, Helena augusta, religiosi imperatoris mater religiosissima, piæ devotionis argumenta Deo Servatori suo dedicavit, cum filius imperialis potentiæ subsidium ei conferret. Nec multo post grandæva mulier dignum laboribus suis præmium retulit. Nam cum totum vitæ suæ tempus

A δὴ βασιλὶς ἡ θεοσεβεστάτη, τῆς θεοτόκου τὴν κύησιν μνήμασι θαυμαστοῖς κατεκόσμει, παντοίως τὸ τῇδε ἱερὸν ἄντρον φαιδρύνουσα· βασιλεὺς δὲ μικρὸν ὕστερον βασιλικοῖς ἀναθήμασι καὶ ταύτην ἐτίμα, τοῖς ἐξ ἀργύρου καὶ χρυσοῦ κειμηλίοις, παραπετάσμασί τε ποικίλοις (26) τὰς τῆς μητρὸς ἐπαύξων φιλοκαλίας. Πάλιν δ' ἡ μὲν βασιλέως μήτηρ τῆς εἰς οὐρανοὺς πορείας τοῦ τῶν ὅλων Σωτῆρος, ἐπὶ τοῦ τῶν ἐλαιῶν ὄρους τὴν μνήμην ἐπηρμέναις οἰκοδομίαις ἀνύψου, ἄνω πρὸς ταῖς ἀκρωρείαις παρὰ τὴν τοῦ παντὸς ὄρους κορυφήν, ἱερὸν οἶκον ἐκκλησίας ἀνεγείρουσα, νεών τε (27)· κἀνταῦθα λόγος ἀληθὴς (28) κατέχει, ἐν αὐτῷ ἄντρῳ (29) τοὺς αὐτοῦ θιασώτας μυεῖν τὰς ἀπορρήτους τελετὰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα. Βασιλεὺς δὲ κἀνταῦθα παντοίοις ἀναθήμασί τε καὶ
B κόσμοις τὸν μέγαν ἐγέραιρε Βασιλέα. Καὶ δὴ δύο ταῦτα μνήμης ἐπάξια αἰωνίου, σεμνά καὶ περικαλλῆ καθιερώματα, ἐπὶ δύο μυστικῶν ἄντρων Ἑλένη αὐγούστα θεῷ τῷ αὐτῆς Σωτῆρι, θεοφιλοῦς βασιλέως θεοφιλὴς μήτηρ, εὐσεβοῦς τεκμήρια διαθέσεως ἵδρυτο, δεξιὰν αὐτῇ βασιλικῆς ἐξουσίας τοῦ παιδὸς παρασχομένου. Καρπὸν δ' ἐπάξιον ἡ πρέσβυς οὐκ εἰς μακρὰν ἀπελάμβανεν, ἀγαθοῖς μὲν ἅπασι τὸν

(26) *Παραπετάσμασί τε ποικίλοις.* Non probo interpretationem Christophorsoni qui *aulæa* interpretatur. Nam aulæa scenæ potius conveniunt quam ecclesiæ. *Vela* igitur interpretari malui. Vela enim in ecclesiis erant. Nam et in portis fuerunt vela, de quibus Epiphanius in epistola ad Joannem Hierosolymitanum quam Latine vertit Hieronymus : et circa altare, cujusmodi apud nos etiamnum visuntur. Porro vela quæ ad portas appendebantur, Græci ἀμφίθυρα dicebant, quæ vox legitur in epistola Chosrois apud Theophylactum in libro v, cap. 14. Occurrit etiam apud Chrysostomum in homilia 87 *in Matthæum.* In vetere charta donationis quæ facta est Ecclesiæ Cornutianæ quam edidit Josephus Suaresius Vasionensis episcopus fit mentio horum velorum his verbis : *Et pro aræ ora, vela tramoserica, alba auroclava duo,* etc. *Item ante regias basilicæ, vela linea plumata majora fissa numero tria : item vela linea pura tria. Ante consistorium velum lineum purum unum. In pronao velum lineum purum unum, et intra basilicam pro porticia vela linea rosulata sex : et ante secretarium vel curricula* (forte scribendum cubicula) *vela linea rosulata pensilia habentia arcus duo.*

(27) *Νεών τε.* Deesse hic videntur nonnulla, aut certe transposita esse vocabula. Itaque locum sic restitui mallem ἱερὸν οἶκον ἐκκλησίας νεών τε ἅγιον ἀνεγείρουσα. Hæc autem verba sic intellexit Christophorsonus, quasi dicat Eusebius Helenam duas ecclesias construxisse in monte Olivarum, alteram in vertice, alteram in specu; quod tamen verum non puto. Unam enim basilicam a Constantino ibi ædificatam esse tradit auctor *Itinerarii Hierosolymitani.* Et Eusebius in panegyrico, ubi de martyrio loquens quod Constantinus Hierosolymis ædificavit, eodem modo loquitur : Οἶκον εὐκτήριον παμμεγέθη νεών τε ἅγιον τῷ σωτηρίῳ σημείῳ πλουσίως καὶ δαψιλέσι κατεκόσμει φιλοτιμίαις, ubi vides οἶκον εὐκτήριον et ναὸν conjungi, et de una eademque ecclesia dici. Et οἶκον quidem εὐκτήριον appellat basilicam, eo quod populus orandi causa eo conveniret; ναὸν vero totam ædem sacram quæ uno ambitu contenta continet in se atrium, porticus, secretarium, baptisterium, et ipsam basilicam. Quod quidem apertissime docet Eusebius, infra in cap. 50 hujus libri, ubi de Dominico aureo loquitur, quod

Constantinus Antiochiæ ædificavit. Atque ita explicandus est Eusebii locus in fine panegyrici de tricennalibus Constantini, et in libro x *Hist. ecclesiasticæ*, et in cap. 45 hujus libri, ubi ναὸν et εὐκτήριον οἶκον simul jungit. Paulo aliter in lege 5, codice Theod., de his qui ad ecclesias confugiunt. Ibi enim ναὸς εὐκτήριος dicitur basilica seu oratorium in quo est altare. Ecclesia vero dicitur totum ædificium cujus ambitu atrium, porticus, cellæ, lavacra, ipsum denique oratorium continentur.

(28) *Κἀνταῦθα λόγος ἀληθής.* Auctor *Itinerarii Hierosolymitani* : « Inde, inquit, ascendis in montem Oliveti, ubi Dominus discipulos docuit ante passionem. » Beda in libro *De locis sanctis*, cap. 7 : « Tertia quoque ejusdem montis ad australem Bethaniæ partem ecclesia est, ubi Dominus ante passionem discipulis de die judicii locutus est. » Intelligit locum Matthæi, cap. XXIV. Hanc igitur prædicationem Eusebius hoc loco appellat ἀπορρήτους τελετάς, id est, « arcana mysteria, » eo quod de rebus arcanis, puta de consummatione mundi, et de adventu Christi extremoque judicio, tunc Dominus locutus sit. Nam et apostoli tunc accesserunt ad Dominum secreto, ut ait Matthæus, quippe qui mysteria et futurorum revelationem nosse cupiebant, quemadmodum scribit Hieronymus *in Matthæum.* Quod vero ait Eusebius, Dominum hæc mysteria tradidisse apostolis
D in spelunca, id quidem in Evangelio diserte non scribitur. Imo contrarium potius elici posse videtur ex Evangelio. In eo enim refertur, urbem Hierosolymorum in conspectu fuisse discipulis, cum Dominus hæc prædicaret. Non igitur in spelunca erant, sed in patente et aperto loco. Responderi tamen potest, speluncam illam varia habuisse foramina, cujusmodi plures speluncæ fuerunt in Palæstina, ut docent Itineraria. Certe cum Matthæus affirmet discipulos secreto ad Dominum accessisse, probabile est eum sermonem in spelunca a Domino illic residente habitum fuisse.

(29) Vulg. *τοὺς ἐν αὐτῷ ἄντρῳ.* Prima vox delenda est utpote superflua. Alludere autem videtur Eusebius ad morem gentilium, qui Mithriaca sacra in spelæo peragebant, ut docet Porphyrius in libro *De abstinentia*, Hieronymus aliique. Conjecturam nostram confirmat codex Fuketii, in quo vox illa τούς abest.

Digitized by Google

πάντα τῆς ζωῆς χρόνον ἐπ' αὐτῷ γήραος οὐδῷ διαπεραναμένη, λόγοις δὲ καὶ ἔργοις τῶν σωτηρίων παραγγελμάτων εὐθαλεῖς παρασχομένη καρπούς, κἄπειθ' οὕτω βίον εὐσταλῆ καὶ ἄλυπον, σώματος ὁμοῦ καὶ ψυχῆς ἐν ἐρρωμένῳ φρονήματι διανύσασα· ἐφ' οἷς καὶ τέλος εὐσεβείας ἐπάξιον, ἀγαθῶν τε παρὰ Θεοῦ ἀμοιβὴν κἀπὶ τοῦ παρόντος εὕρατο βίου.

A usque ad prima senectutis limina in summa felicitate traduxisset, et divinorum mandatorum uberes fructus tum verbis tum operibus protulisset, ac propterea vitam doloris expertem cum summa mentis et corporis sanitate peregisset, tandem exitum pietatis suæ convenientem, et mercedem bonorum operum in hac etiam vita a Deo consecuta est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

CAPUT XLIV.

Περὶ μεγαλοψυχίας καὶ εὐποιίας τῆς Ἑλένης.

De magnitudine animi et beneficentia Helenæ.

Τὴν γάρτοι σύμπασαν ἑῴαν μεγαλοπρεπείᾳ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐμπεριελθοῦσα, μυρία μὲν ἀθρόως τοῖς κατὰ πόλιν ἐδωρεῖτο δήμοις, ἰδίᾳ τε τῶν προσιόντων ἑκάστῳ· μυρία δὲ τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασι δεξιᾷ μεγαλοπρεπεῖ διένεμε, πλεῖστά θ' ὅσα πένησι γυμνοῖς καὶ ἀπεριστάτοις ἐδίδου, τοῖς μὲν χρημάτων δόσεις πᾳουμένη, τοῖς δὲ τὰ πρὸς τὴν τοῦ B σώματος σκέπην δαψιλῶς ἐπαρκοῦσα· ἑτέρους ἀπήλαττε δεσμῶν, μετάλλων τε κακοπαθείᾳ ταλαιπωρουμένους· ἠλευθέρου τε πλεονεκτουμένους· καὶ πάλιν ἄλλους ἐξορίας ἀνεκαλεῖτο.

Quippe dum totum Orientem cum regali magnificentia peragrat, tum civitatibus, tum privatis qui ipsam adibant, innumera beneficia acervatim contulit: innumera quoque militaribus numeris liberali manu distribuit. Pauperibus autem ac nudis et omni ope ac solatio destitutis quamplurima donavit, illis pecuniam, his vestem, ad tegendam corporis nuditatem prolixe suppeditans. Alios item vinculis, aut metallorum ærumnis afflictos exsolvit; quosdam violentia potentiorum oppressos liberavit, nonnullos etiam ab exsilio revocavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

CAPUT XLV.

Ὅπως εὐλαβῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνήγετο ἡ Ἑλένη.

Quomodo Helena in ecclesiis religiose versata sit.

Τοιούτοις δῆτα λαμπρυνομένη, οὐδὲ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίας κατωλιγώρει, φοιτῶσαν μὲν αὐτὴν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ διὰ παντὸς ὁρᾶσθαι παρέχουσα, λαμπροῖς δὲ κατακοσμοῦσα κειμηλίοις τοὺς εὐκτηρίους οἴκους, μηδὲ τοὺς ἐν ταῖς βραχυτάταις πόλεσι παρορῶσα ναούς. Ἦν οὖν ὁρᾶν τὴν θαυμασίαν, ἐν σεμνῇ καὶ εὐσταλεῖ περιβολῇ τῷ πλήθει συναγελαζομένην, τήν τε πρὸς τὸ Θεῖον εὐλάβειαν διὰ πάσης C θεοφιλοῦς πράξεως ἐπιδεικνυμένην.

Hujusmodi operibus cum magnam sibi gloriam comparasset, pietatem erga Deum minime neglexit: nam et assidue, cunctis videntibus, in ecclesiam ventitabat, et sacras ædes eximiis ornamentis decorabat, ne minimarum quidem urbium sacella despiciens. Itaque videre erat mulierem prorsus admirabilem, modesto ac decenti habitu una cum reliqua multitudine versantem, suamque **506** erga Deum religionem omni piorum operum genere declarantem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜϚ'.

CAPUT XLVI.

Ὅπως ὀγδοηκοντοῦτις οὖσα καὶ διαθεμένη, ἐτελεύτα.

Quomodo octogenaria, testamento facto, e vita decessit.

Ἐπεὶ δὲ λοιπὸν τὰ τῆς αὐτάρκους διανύσασα ζωῆς, ἐπὶ τὴν κρείττονα λῆξιν ἐκαλεῖτο, σχεδόν που τῆς ἡλικίας ἀμφὶ τοὺς ὀγδοήκοντα ἐνιαυτοὺς διάρκέσασα, πρὸς αὐτῷ γενομένη τῷ τέλει, συνεταττετο καὶ διεσίθετο ἐπὶ μονογενεῖ υἱῷ βασιλεῖ μονάρχῳ κοσμοκράτορι, παισί τε τούτου καίσαρσιν ἑαυτῆς ἐκγόνοις, τὴν ὑστάτην βουλὴν διοριζομένη, διανέμουσά τε τῶν ἐκγόνων ἑκάστῳ τὰ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως, ὅση τις αὐτῇ καθ' ὅλης ὑπῆρξε τῆς οἰκουμένης. Καὶ δὲ (29') τοῦτον διαθεμένη τὸν τρόπον, λοιπὸν τὴν τοῦ βίου κατέλυε τελευτὴν, παρόντος αὐτῇ καὶ παρεστῶτος υἱοῦ D τοσούτου, θεραπεύοντός τε καὶ τῶν χειρῶν ἐφαπτομένου· ὡς μὴ τεθνάναι εἰκότως τὴν τρισμακαρίαν τοῖς εὖ φρονοῦσι δοκεῖν, μεταβολὴν δὲ καὶ μετάθεσιν ἀληθεῖ λόγῳ τῆς γεώδους ζωῆς ἐπὶ τὴν οὐράνιον ὑπομεῖναι. Ἀνεστοιχειοῦτο γοῦν αὐτῇ ψυχῇ (30) ἐπὶ τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀγγελικὴν οὐσίαν, πρὸς τὸν αὐτῆς ἀναλαμβανομένη Σωτῆρα.

Jam vero cum satis longo vitæ spatio decurso ad feliciorem sortem vocaretur, annum ætatis agens circiter octogesimum, in ipso mortis confinio posita, testamento facto, ultimam voluntatem declaravit, hæredem relinquens unicum filium, solum imperatorem ac dominum orbis terrarum, cum filiis nobilissimis cæsaribus nepotibus suis. Quorum singulis, bona quæ per universum orbem possidebat, divisit. In hunc modum testamento facto, diem ultimum clausit, præsente et adstante ipsi tali tantoque filio, et omni obsequiorum genere matrem fovente, manusque ejus amplectente, adeo ut nequaquam mori mulier beatissima, sed potius caducam hanc vitam cum immortali vita commutare recte sentientibus videretur. Anima igitur illius, in incorruptibilem et angelicam substantiam reformata, ad Deum Servatorem suum assumpta est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

CAPUT XLVII.

Ὅπως τὴν μητέρα Κωνστάντιος κατέθετο, καὶ πρὸ τούτου καὶ ζῶσαν ἐτίμησεν.

Quomodo Constantinus matrem deposuit: et qualiter illam coluit dum viveret.

Καὶ τὸ σκῆνος δὲ τῆς μακαρίας, οὐ τῆς τυχούσης

Cadaver autem ipsius honore haudquaquam vul-

(29') Δέ. Lege δή. Edit.

(30) Ἀνεστοιχειοῦτο γοῦν αὐτῇ ψυχῇ. Hæc Origenis doctrinam sapere videntur, cui supra no-

dum addictus fuit Eusebius noster. Neque enim animæ beatorum in angelicam substantiam refor-

Digitized by Google

gari affectum fuit. Nam cum ingenti satellitum numero in regiam urbem pervectum, ibidem in regali monumento depositum est. Hoc modo imperatoris mater vivendi finem fecit; mulier sempiterna memoria dignissima, tum ob religiosos actus quibus enituit, tum ob præstantissimum illum et admirabilem fœtum qui ex illa ortus est. Quem quidem ob cæteras res, maxime vero ob pietatem in matrem, beatum convenit prædicare. Quippe illam, cum antea Dei cultrix non esset, tam piam ac religiosam præstitit, ut a communi omnium Servatore instituta fuisse videretur. Regalibus autem honoribus ita eamdem ornavit, ut in omnibus provinciis, tum a paganis tum a militibus augusta et imperatrix nuncuparetur, et aurei nummi ejus imagine signarentur. **507** Quinetiam thesaurorum regalium potestatem ei Constantinus concesserat, quibus pro arbitrio et ex animi sui sententia, prout libitum esset uteretur. Nam et in hac parte matrem suam conspicuam et beatam omnium judicio reddidit. Quocirca ex iis quæ ad memoriam illius illustrandam pertinent, non immerito hæc etiam assumpsimus, quæ imperator pro singulari sua pietate in honorem matris suæ gessit, dum divinis obtemperat legibus, quæ filiis debita in parentes officia injungunt. Hujusmodi pulcherrima opera in Palæstina imperator, uti diximus, exstruxit. Sed et in reliquis provinciis novas a fundamentis ædificans ecclesias, multo augustiores quam quæ antea erant, effecit.

CAPUT XLVIII.

Quomodo Constantinopoli martyria construxit omnemque idolorum cultum abolevit.

Cum vero civitatem nominis sui ad summam gloriam extollere instituisset, plurimis eam oratoriis exornavit, amplissimisque martyriis et splendidissimis ædibus partim in suburbiis, partim in ipsa civitate constructis. Atque hoc modo simul martyrum honoravit memoriam, simul civitatem suam ipsi martyrum Deo consecravit. Totus denique sapientia Dei exæstuans, urbem illam quam appellatione nominis sui insignire decreverat, omni idolorum cultu usque adeo vacuam esse voluit, ut nusquam in illa falsorum numinum simulacra in tem-

A ἠξιοῦτο σπουδῆς· πλείστῃ γοῦν δορυφορίᾳ ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν (31) ἀνεκομίζετο, ἐνταυθοῖ δὲ ἠρίοις βασιλικοῖς ἀπετίθετο. Τοῦ μὲν οὖν βασιλέως ἐτελειοῦτο ἡ μήτηρ, ἀξία γενομένη μνήμης ἀλήστου, τῶν τε αὐτῆς εἵνεκα θεοφιλῶν πράξεων, τοῦ τ' ἐξ αὐτῆς φύντος ὑπερφυοῦς καὶ παραδόξου φυτοῦ· ὃν πρὸς τοῖς ἅπασι, καὶ τῆς εἰς τὴν γειναμένην ὁσίας μακαρίζειν ἄξιον, οὕτω μὲν αὐτὴν θεοσεβῆ καταστήσαντα, οὐκ οὖσαν πρότερον, ὡς αὐτῷ δοκεῖν (32) ἐκ πρώτης τῷ κοινῷ Σωτῆρι μεμαθητεῦσθαι· οὕτω δὲ ἀξιώματι βασιλικῷ τετιμηκότα, ὡς ἐν ἅπασιν ἔθνεσι, παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν αὐγούσταν βασιλίδα ἀναγορεύεσθαι, χρυσοῖς τε νομίσμασι καὶ τὴν αὐτῆς ἐκτυποῦσθαι εἰκόνα· ἤδη δὲ καὶ θησαυρῶν βασιλικῶν παρεῖχε τὴν ἐξουσίαν, χρῆσθαι

B κατὰ προαίρεσιν καὶ διοικεῖν κατὰ γνώμην, ὅπως ἂν ἐθέλοι καὶ ὡς ἂν εὖ ἔχειν αὐτῇ νομίζοιτο ἕκαστα, τοῦ παιδὸς αὐτὴν κἀν τούτοις διαπρεπῆ καὶ ἀξιοζήλωτον πεποιημένου. Διὸ τῶν εἰς αὐτοῦ μνήμην ἀναφερομένων, καὶ ταῦτ' εἰκότως ἡμῖν ἀνείληπται, ἃ δι' εὐσεβείας ὑπερβολὴν μητέρα τιμῶν, θεσμοὺς ἀπεπλήρου θείους, ἀμφὶ γονέων τιμῆς τὰ πρέποντα διατατομένους. Τὰς μὲν οὖν λεχθείσας φιλοκαλίας βασιλεὺς πρὸς τῷ Παλαιστινῶν ἔθνει τόνδε συνίστη τὸν τρόπον· καὶ κατὰ πάσας δὲ τὰς ἐπαρχίας νεοπαγεῖς ἐκκλησίας ἐπισκευάζων, μακρῷ τῶν προτέρων τιμιωτέρας ἀπέφαινε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

C *Ὅπως ἐν Κωνσταντίνου πόλει μαρτύρια μὲν ᾠκοδόμησε, πᾶσαν δὲ εἰδωλολατρίαν περιεῖλε.*

Τὴν δέ γ' ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν ἐξόχῳ τιμῇ γεραίρων, εὐκτηρίοις πλείοσιν ἐφαίδρυνε, μαρτυρίοις τε μεγίστοις καὶ περιφανεστάτοις οἴκοις, τοῖς μὲν πρὸ τοῦ ἄστεος, τοῖς δ' ἐν αὐτῷ τυγχάνουσι· δι' ὧν ὁμοῦ καὶ τὰς τῶν μαρτύρων μνήμας ἐτίμα, καὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν τῷ τῶν μαρτύρων καθιέρου Θεῷ. Ὅλος δ' ἐμπνέων (33) Θεοῦ σοφίας, ἣν τῆς ἐπηγορίας τῆς αὐτοῦ πόλιν ἐπώνυμον ἀποφῆναι ἔκρινε, καθαρεύειν εἰδωλολατρίας ἁπάσης ἐδικαίου, ὡς μηδαμοῦ φαίνεσθαι ἐν αὐτῇ τῶν νομιζομένων θεῶν ἀγάλματα ἐν ἱεροῖς θρησκευόμενα, ἀλλ' οὐδὲ βωμοὺς λύθροις αἱ-

mantur. Certe Origenes in resurrectione corpora in animas, et animas in angelos mutatum iri credidit, ut alicubi dicit Hieronymus.

(31) *Ἐπὶ τὴν βασιλεύουσαν πόλιν.* Romam intelligit. Eo enim delatum est cadaver Helenæ Augustæ, et post biennium Constantinopolim deportatum, ut tradit Nicephorus in libro VIII, cap. 30. At Socrates in lib. I, cap. 17, verba Eusebii transcribens, τὴν βασιλεύουσαν πόλιν novam Romam interpretatur. Quem Socratis errorem merito reprehendit Baronius, cum Eusebius regiæ urbis nomine Romam semper designare soleat. Adde quod nondum dedicata erat Constantinopolis, ac proinde urbs regia vocari non poterat, cum tunc temporis esset tantum vetus Byzantium. Socratem tamen secutus est Cedrenus, qui etiam hoc addit, Helenam duodecim annis ante Constantinum e vivis abiisse : Καὶ ἀπετέθη ἐν λάρνακι πορφυρᾷ αὐτός τε καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἑλένη, πρὸ δώδεκα ἐτῶν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἀποθανοῦσα. Hac ratione Helenam mortuam

esse oporteret anno Christi 325 aut certe 326. D Quo tamen anno Hierosolymam profecta esse dicitur ab Eusebio et Rufino. Adde quod post Crispi cæsaris et Faustæ augustæ necem Helena aliquandiu supervixit, ut testatur Zosimus in libro II. Porro Crispus occisus est Constantino augusto VII et Constantio cæsare coss., anno Christi 326, ut legitur in *Fastis* Idatii. Mors igitur Helenæ anno Domini 327 recte assignari potest, quemadmodum sentit Sigonius in libro III *De imperio occidentali*.

(32) Vulg. *ὡς αὐτὸ δοκεῖν.* Scribendum est αὐτῷ. Refertur enim ad τῷ κοινῷ Σωτῆρι. Atque ita in libro Morælæi ad marginem emendatum inveni. Nec aliter scribitur in cod. Fuketii et Savilii, et in Regiis schedis.

(33) Vulg. *ὅλως δ' ἐμπνέων.* Malim scribere ὅλος, quod longe elegantius est. Sic certe in codice Fuk. et in Regiis schedis scriptum habetur.

Digitized by Google

μάτων μιαινομένους, οὐ θυσίας ὁλοκαυτουμένας πυρὶ, οὐ δαιμονικὰς ἑορτὰς, οὐδ' ἕτερόν τι τῶν συνήθων τοῖς δεισιδαίμοσιν.

A plis colerentur; ac ne aræ quidem victimarum cruore contaminatæ, nec hostiæ igne consumptæ cernerentur, nec dæmonum festivitates, nec quidquam eorum quæ apud superstitiosos vulgata sunt, ibidem ageretur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

Σταυροῦ σημεῖον ἐν παλατίῳ, καὶ Δανιὴλ ἐν κρήναις.

Εἶδες δ' ἂν ἐπὶ μέσων ἀγορῶν κειμέναις κρήναις, τὰ τοῦ καλοῦ Ποιμένος σύμβολα, τοῖς ἀπὸ τῶν θείων λογίων ὁρμωμένοις γνώριμα, τόν τε Δανιὴλ σὺν αὐτοῖς λέουσιν ἐν χαλκῷ πεπλασμένα (34), χρυσοῦ τε πετάλοις ἐκλάμποντα. Τοσοῦτος δὲ θεῖος ἔρως τὴν βασιλέως κατειλήφει ψυχὴν, ὡς τοῖς ἀνακτόροις τῶν βασιλείων κατὰ τὸν πάντων ἐξοχώτατον οἶκον, τῆς πρὸς τῷ ὀρόφῳ κεχρυσωμένης φατνώσεως κατὰ τὸ μεσαίτατον, μεγίστου πίνακος ἀνηπλωμένου, μέσον ἐμπεπῆχθαι τὸ τοῦ σωτηρίου πάθους σύμβολον, ἐκ ποικίλων συγκείμενον καὶ πολυτελῶν λίθων, ἐν χρυσῷ πολλῷ κατειργασμένων. Φυλακτήριον ἐδόκει τοῦτο αὐτῆς βασιλείας τῷ θεοφιλεῖ πεποιῆσθαι.

CAPUT XLIX.

Signum crucis in palatio, et imago Danielis in fontibus.

Vidisses igitur in fontibus qui sunt in medio foro, boni Pastoris imagines, divinorum oraculorum peritis notissimas; Danielis item effigiem una cum leonibus ære expressam, et auri bracteis refulgentem. Tantus porro divini Numinis amor imperatoris animum occupaverat, ut in totius palatii eminentissimo cubiculo, in maxima tabula, quæ in **508** medio lacunaris inaurati expansa est, signum Dominicæ passionis ex auro pretiosisque lapidibus elaboratum infixerit. Atque hoc tanquam præsidium ac tutelam imperii, piissimus princeps statuisse mihi videtur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Ὅτι καὶ ἐν Νικομηδείᾳ καὶ ἐν ἄλλαις πόλεσιν ᾠκοδόμησεν ἐκκλησίας.

Τούτοις μὲν οὖν τὴν αὐτοῦ πόλιν ἐκαλλώπιζε· τὴν δὲ Βιθυνῶν ἄρχουσαν (35) ὁμοίως ἀναθήματι μεγίστης καὶ ὑπερφυοῦς ἐκκλησίας ἐτίμα, ἐξ οἰκείων θησαυρῶν κάνταῦθα τῷ αὐτοῦ Σωτῆρι τὰ κατ' ἐχθρῶν καὶ θεομάχων ἀνυψῶν νικητήρια. Καὶ τῶν λοιπῶν δ' ἐθνῶν τὰς μάλιστα κρατιστευούσας πόλεις, ταῖς τῶν εὐκτηρίων φιλοκαλίαις ἐκπρέπειν ἐποιεῖτο, ὥσπερ οὖν καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως (36), ἣ τὴν ἐπώνυμον εἴληφεν Ἀντιόχου προσηγορίαν· ἐφ' ἧς ὡς ἐπὶ κεφαλῆς τῶν τῇδε ἐθνῶν, μονογενές τι χρῆμα ἐκκλησίας, μεγέθους ἕνεκα καὶ κάλλους, ἀφιέρου, μακροῖς μὲν ἔξωθεν περιβόλοις τὸν πάντα νεὼν περιλαβών, εἴσω δὲ τὸν εὐκτήριον οἶκον (37) εἰς ἀμήχανον ἐπάρας ὕψος, ἐν ὀκταέδρου (38) μὲν συνεστῶτα σχήματι, οἴκοις δὲ πλείοσιν, ἐξέδραις τε ἐν κύκλῳ (39) ὑπερῴων τε καὶ κα-

CAPUT L.

De ecclesiis quas Nicomediæ et alibi exstruxit.

His igitur ornamentis civitatem nominis sui decoravit. Urbem vero primariam Bithyniæ, pulcherrimæ et magnificentissimæ ecclesiæ monumenta exornavit, erectis proprio sumptu in honorem Servatoris sui, eo etiam in loco tropæis victoriæ quam de hostibus et de adversariis Dei retulerat. In reliquis etiam provinciis, præcipuas ac nobilissimas quasque urbes oratoriorum magnificentia illustravit, exempli gratia urbem totius Orientis metropolim, quæ ab Antiocho nomen traxit. In qua tanquam in vertice omnium ejus regionis provinciarum, singulare quoddam opus, seu amplitudinem, seu decorem spectes, Deo consecravit. Quippe universum templum longissimo extrinsecus ambitu circumscripsit. Interius vero basilicam ipsam ad summam erexit altitudinem, figura quidem octaedri

(34) *Ἐν χαλκῷ πεπλασμένα.* In codice Fuk. scribitur πεπλασμένον, et refertur ad verba τόν τε Δανιήλ. Vulgata tamen lectio magis placet, quippe quæ tum in Regio codice tum in veteribus schedis habetur; πεπλασμένα enim refertur ad vocem σύμβολα. Ita scribendum erit τοῦ τε Δανιήλ, etc.

(35) *Τὴν δὲ Βιθυνῶν ἄρχουσαν.* Nicomediam intelligit, quæ caput erat Bithyniæ. Qua in urbe Constantinus obsessum Licinium ad deditionem compulerat. In memoriam igitur ejus victoriæ Constantinus Nicomediæ basilicam ædificavit. Vide Sozomenum in libro II, cap. 2.

(36) *Ὥσπερ οὖν καὶ τὴν ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως.* Scribendum est μητρόπολιν, nisi malis ita legere: ὥσπερ οὖν καὶ ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως, quod certe non displicet. In codice Regio scribitur ὥσπερ οὖν καὶ τόν, etc.

(37) *Εἴσω δὲ τὸν εὐκτήριον οἶκον.* In Panegyrico, pag. 630, unde hæc transcripta sunt, Eusebius dixit ἀνάκτορον. Ego basilicam interpretatus sum, non ut Christophorsonus *sanctuarium*.

(38) *Ἐν ὀκταέδρου.* Hujusmodi fuit ecclesia illa quam Nonnus Gregorii Nazianzeni pater ædificavit in oppido Nazianzo, ut testatur ipse Gregorius in oratione funebri de laudibus patris sui, pag. 313. Dicebantur autem hæc templa octachora. Vetus inscriptio in *Thesauro Gruteri*, pag. 1166.

Octachorum sanctos templum surrexit in usus,
Octagonus fons est munere dignus eo.

Octachorum igitur templum est, quod octo habet latera, ab imo ad summum usque culmen surgentia. Ab eadem causa dicuntur altaria trichora in epistola Paulini, id est, trino sinuata recessu, ut ipse Paulinus loquitur in Natale sanct. Felicis. Cedrenus ad annum XXVI Constantini octagonum Dominicum vocat, quod a Constantino Antiochiæ exstructum est.

(39) Vulg. *ἐξέδροις τε ἐν κύκλῳ.* In Eusebii Panegyrico pag. 630 rectius legitur ἐξέδραις. Ita enim Eusebius vocat in descriptione ecclesiæ Tyri, quam habet in libro X *Historiæ ecclesiasticæ*. Quid sit exedra docet Valafridus Strabo in lib. *De rebus ecclesiast.*, cap. 6: « Exedra est absida quædam, separata modicum quidem a templo vel palatio: dicta inde quod extra hæreat. Græce autem κύκλον vocatur. » Fallitur quidem Strabo, qui eam vocem Græcam esse non intellexit: in ejus tamen vocis origine minime falsus est. Prorsus enim ἐξέδρα

Digitized by Google

constructam, plurimis vero circumquaque cubiculis et exedris, et tam subterraneis locis quam solariis undique circumdatam. Quam quidem basilicam auro plurimo et ære, aliisque pretiosis speciebus copiosissime exornavit.

CAPUT LI.

Quod in loco dicto Mambre ecclesiam ædificavit.

Et hæc quidem sunt præstantissima monumenta, quæ imperator Deo consecravit. Cum autem didicisset illum ipsum Servatorem, qui nuper in terris versatus fuisset, jampridem viris quibusdam Dei amantissimis præsentiam Divinitatis suæ in Palæstina exhibuisse juxta Quercum quæ dicitur Mambre, illic etiam basilicam ædificari præcepit. Proinde ad rectores quidem provinciarum missa est imperatoris auctoritas, datis ad singulos litteris quibus jubebatur, ut injunctum sibi opus ad exitum perducere maturarent. Nobis vero qui hanc historiam scribimus, plenam sapientiæ direxit **509** prædicationem. Cujus exemplum hoc loco mihi inserendum videtur, quo principis Dei amantissimi cura ac diligentia certius possit agnosci. Exprobrans igitur nobis ea quæ in memorato loco geri acceperat, hæc ad verbum scripsit.

CAPUT LII.

Constantini epistola ad Eusebium de Mambre.

« Victor Constantinus Maximus Augustus, Macario et cæteris episcopis Palæstinæ.

« Sanctissimæ socrus meæ vel hoc unum maximum erga vos beneficium est, quod sceleratorum quo-

ταγείων χωρημάτων (40) ἀπανταχόθεν περιεστοιχισμένον· ἦν καὶ χρυσοῦ πλείονος (41) ἀφθονίᾳ, χαλκοῦ τε καὶ τοῖς τῆς λοιπῆς πολυτελοῦς ὕλης ἐστεφάνου κάλλεσι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Ὅτι καὶ ἐν τῇ Μαμβρῇ προσέταξεν ἐκκλησίαν γενέσθαι.

Τάδε μὲν οὖν τὰ ἐξοχώτατα βασιλέως ἐτύγχανεν ἀφιερώματα. Πυθόμενός γέ τοι ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Σωτῆρα, τόν τε ἔναγχος ἐπιφανέντα τῷ βίῳ, καὶ πρόπαλαι θεοφανείας πεποιῆσθαι φιλοθέοις ἀνδράσι τῆς Παλαιστίνης ἀμφὶ τὴν καλουμένην δρῦν Μαμβρῆ, κάνταῦθα οἶκον εὐκτήριον ἀνεγεῖραι τῷ ὀφθέντι θεῷ διακελεύεται. Τοῖς μὲν οὖν τῶν ἐθνῶν ἄρχουσιν, αὐθεντία βασιλικὴ διὰ τῶν πρὸς ἕκαστον ἐπισταλθέντων γραμμάτων ἐπεφοίτα, εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὸ προσταχθὲν διακελευομένη· ἡμῖν δὲ τοῖς τήνδε γράφουσι τὴν ἱστορίαν, λογικωτέραν κατέπεμπε διδασκαλίαν (42), ἧς ἔμοιγε δοκεῖ τὸ ἴσον γράμμα τῷ παρόντι συνάψαι λόγῳ, εἰς ἀκριβῆ διάγνωσιν τῆς τοῦ θεοφιλοῦς ἐπιμελείας. Καταμεμψάμενος γοῦν ἡμῖν ἐφ' οἷς ἐπύθετο πραττομένοις αὐτόθι, τάδε κατὰ λέξιν ἔγραψε.

ΚΑΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον περὶ τῆς Μαμβρῆ.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος Σεβαστὸς, Μακαρίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις Παλαιστίνης.

« Ἓν καὶ τοῦτο μέγιστον τῆς ὁσιωτάτης μου κηδεστρίας (43) γέγονεν εἰς ἡμᾶς εὐεργέτημα (44), τὸ λαν-

dicitur ἀπὸ τῆς ἔξω ἕδρας. Quippe ita dicebantur ædes exteriores, in circuitu basilicæ construi solitæ, in quibus sedere ac requiescere licebat, ut docet Eusebius. De his Augustinus in libro *De gestis cum Emerito Donatista* : « Cæsareæ in ecclesia majori, cum Deuterius metropolitanus episcopus Cæsariensis, una cum Alipio, Augustino, Possidio, Rustico et cæteris episcopis in *exedram* processissent, » etc. In concilio Namnetensi, canone 6, mentio fit exedræ: « Prohibendum etiam, secundum majorum instituta, ut in ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio aut porticu, aut in *exedris* ecclesiæ. » Ita legitur in codice ms. bibliothecæ Puteanæ. Hieronymus in caput XL Ezechielis : « Pro thalamis triginta quos vertere Septuaginta, sive gazophylaciis atque cellariis, ut interpretatus est Aquila, Symmachus posuit ἐξέδρας. » Et paulo post : « Statim intuitus est triginta thalamos, vel gazophylacia, sive, ut Symmachus interpretatus est, *exedras*, quæ habitationi levitarum atque sacerdotum fuerant præparatæ. » Porro codd. Fuk. et Sav. recte hic scriptum habent ἐξέδραις τε.

(40) *Ὑπερῴων τε καὶ καταγείων χωρημάτων.* Sic supra c. 37 in descriptione martyrii Hierosolymitani διττῶν στοῶν ἀναγείων τε καὶ καταγείων, ubi vide quæ notavi. Κατάγεια οἰκήματα dicuntur ad quæ nullis gradibus ascenditur : quibus opponuntur ἀνάγεια seu ὑπερῷα, id est solaria. Quanquam καταγείων nomine possis cryptas intelligere.

(41) *Ὅτι καὶ χρυσοῦ πλείονος.* Hanc ob causam ecclesia illa dicta est Dominicum aureum. Hieronymus in *Chronico*, anno XXII Constantini : « Antiochiæ Dominicum quod vocant aureum ædificari cœptum. » Dedicatum est autem imperante Constantio, anno V post mortem Constantini.

(42) *Λογικωτέραν... διδασκαλίαν.* Sic etiam supra vocavit Eusebius epistolas Constantini, eo quod Constantinus in illis epistolis concionari quodammodo videretur. Talis est oratio Constantini ad Sanctorum cœtum, et fere omnes ejus epistolæ, quæ partim ab Eusebio, partim ab aliis referuntur. In his enim omnibus Constantinus, tametsi adhuc vix catechumenus, doctorem agit. Fuit certe Constantinus, quod negari non potest, vir Deo plenus et a Deo missus ad Christianæ fidei propagationem, cui uni post apostolos plurimum debemus. Idem tamen in negotiis ecclesiasticis aliquanto plus sibi vindicavit, quam laico principi conveniret ; episcopis cuncta illi permittentibus, multumque sibi gratulantibus quod Christianum imperatorem viderent.

(43) *Τῆς ὁσιωτάτης μου κηδεστρίας.* In hujus loci interpretatione lapsi sunt omnes interpretes, Portesius, Musculus et Christophorsonus, qui *curam* et *sollicitudinem* verterunt, quasi legeretur κηδεμονίας. Atqui Constantinus de socru sua loquitur, Eutropia videlicet Syra, ex qua genita erat Fausta uxor Constantini : κηδέστρια enim Græce *socrum* significat, ut docent glossæ veteres in quibus ita legitur κηδεστής, *socer*, κηδέστρια, *socrus*. Certe quæ sequuntur verba, explicationem nostram aperte confirmant. Sequitur enim διὰ τῶν πρὸς ἡμᾶς γνωρίσαι γραμμάτων. Litteras intelligit quas Eutropia socrus ad ipsum miserat. Quare repudianda est emendatio Christophorsoni, qui πρὸς ὑμᾶς corrigit. Sed et quæ proxime sequuntur verba, idipsum satis significant : ἡ προειρημένη διὰ τὴν πρὸς τὸ θεῖον εὐλάβειαν, etc. Quis enim dixerit de cura et sollicitudine ἡ προειρημένη *supradicta cura et sollicitudo*. Frigidum prorsus id esset atque ineptum. At in versione nostra omnia plana sunt et

Digitized by Google

Θάνουσαν (44) μέχρι νῦν παρ' ὑμῖν ἐναγῶν ἀνθρώπων ἀπόνοιαν, διὰ τῶν πρὸς ἡμᾶς γνωρίσαι γραμμάτων, ὡς τῆς πρεπούσης ἐπανορθώσεως καὶ θεραπείας, εἰ καὶ βραδέως, ἀλλ' ὅμως ἀναγκαίως, δι' ἡμῶν τὸ παροφθὲν ἁμάρτημα τυχεῖν. Καὶ γάρ ἐστιν ὡς ἀληθῶς δυσσέβημα παμμέγεθες, τοὺς ἁγίους τόπους ὑπὸ τῶν ἀνοσίων χραίνεσθαι μιασμάτων. Τί οὖν ἐστιν, ἀδελφοὶ προσφιλέστατοι, ὃ τὴν ὑμετέραν παρελθὸν ἀγχίνοιαν, ἡ προειρημένη διὰ τὴν πρὸς τὸ Θεῖον εὐλάβειαν οὐχ οἵα τε γέγονεν ἀποσιωπῆσαι; »

A rumdam nefariam audaciam, quæ apud vos hactenus occulta fuerat, suis ad nos datis litteris indicavit: ut quod diu neglectum est crimen, etiamsi sero, attamen necessario competenti cura et animadversione a nobis emendetur. Est enim revera impietas gravissima, ut loca sancta detestandis piaculis inquinentur. Quidnam vero illud est, fratres charissimi, quod cum vestram subterfugerit solertiam, nostra, ut diximus, socrus ob divini cultus reverentiam tacere non potuit? »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Ὅτι ὁ Σωτὴρ ὤφθη αὐτόθι τῷ Ἀβραάμ.

« Τὸ χωρίον ὅπερ παρὰ δρῦν τὴν Μαμβρῆ (45) προσαγορεύεται, ἐν ᾧ τὸν Ἀβραὰμ τὴν ἑστίαν ἐσχηκέναι μανθάνομεν, παντοίως ὑπό τινων δεισιδαιμόνων μιαίνεσθαί φασιν (46)· εἰδωλά τε γὰρ παντοίας ἐξωλείας ἄξια (47) παρ' αὐτὴν ἱδρύσθαι, καὶ βωμὸν ἐδή-

CAPUT LIII.

Quod Servator noster ibidem visus est Abrahæ.

« Locus ille qui ad quercum Mambre vocitatur, in quo Abrahamum habitasse comperimus, fertur a superstitiosis quibusdam hominibus omni modo B contaminari. Nam et simulacra omni digna exitio juxta illam arborem erecta esse, et aram proxime

aperta. Nam ἡ προειρημένη est supradicta socrus, quæ pro sua pietate ac religione tantum scelus dissimulare non potuit, sed Constantino genero per litteras indicavit, ut huic malo tandem mederetur. Erat igitur Eutropia Christiana, ut ex hoc loco discimus. Sed et filia ejus Fausta Christianam fidem professa est, et una cum Constantino viro suo in templo Apostolorum sepulta. Porro non omittendum est, quod ad oram codicis Regii adnotatum inveni. Illic enim e regione vocis κηδεστρίας, scholii vice ascribitur γενέτειρα· quasi Constantinus matrem suam Helenam intelligat, quod non probo. Certe Sozomenus socrum imperatoris Constantini fuisse dicit, quæ cum ad quercum Mambre venisset, et gentilium piacula illic deprehendisset, rem ad Constantinum retulit. Eum vide in lib. II, cap. 3.

(44) *Εἰς ἡμᾶς εὐεργέτημα, τὸ λαθάνουσαν.* Malim scribere εἰς ὑμᾶς, quanquam vulgata lectio ferri potest. Sed et initium hujus epistolæ trajectis leviter vocabulis ita legi mallem, ἐν τοῦτο καὶ μέγιστον, etc.

(45) *Τὸ χωρίον... παρὰ δρῦν τὴν Μαμβρῆ.* Hic locus etiam dicebatur Terebinthus, distans triginta circiter millibus passuum ab urbe Hierosolyma, ut docet auctor *Itinerarii Hierosolymitani*, qui vixit temporibus Constantini Magni: « Inde Terebintho millia 9 ubi Abraham habitavit et puteum fodit sub arbore terebintho, et cum angelis locutus est et cibum sumpsit. Ibi basilica facta est jussu Constantini miræ pulchritudinis. Inde terebintho Chebron, millia 9, ubi est memoria per quadrum ex lapidibus miræ pulchritudinis, in qua positi sunt Abraham, Isaac, Jacob, » etc. Sozomenus quoque in lib. II, cap. 3, locum illum Terebinthum vocari scribit. Sic autem dictus est hic locus ab arbore terebintho, quæ illic omnium vetustissima et jam inde ab ipso D mundi exordio esse dicebatur, teste Josepho in libro V *De bello Judaico*. Quanquam alii baculum esse dicebant unius ex angelis qui Abrahæ apparuerunt, ex quo in terram delixo terebinthus enata est. Ita Georgius Syncellus in *Chronico*. Mirum vero est, cum quercus ibidem fuerit sub qua Abraham tabernaculum posuerat, ut legitur in cap. XVIII Geneseos, cur locus ipse a terebintho potius quam a quercu nomen acceperit.

(46) *Μιαίνεσθαί φασιν.* Rectius in codd. Regio, Fuk., et in schedis Regiis scribitur μιαίνεσθαί φησιν. Subauditur enim ἡ κηδέστρια.

(47) *Εἰδωλά τε γὰρ παντοίας ἐξωλείας ἄξια.* Simulacra angelorum intelligo qui Abrahæ illic apparuerant. Hæc enim simulacra colebant gentiles. Sed et terebinthum ipsam iidem gentiles venerabantur, ut docet Eusebius in libro V *Demonstrationis*, cap. 9. Quem quidem locum perperam accepit Scaliger in animadversionibus Eusebianis, pag. 192. Putavit enim terebinthum illam summo honore a Christianis cultam fuisse, ejusque rei auctorem citat Eusebium. Verum Eusebius eo loco de gentilibus loquitur, non de Christianis. Postquam enim dixit: Ὅθεν εἰσέτι καὶ νῦν παρὰ τοῖς πλησιοχώροις, ὡς ἂν θεῖος ὁ τόπος θρησκεύεται, καὶ θεωρεῖταί γε εἰς δεῦρο διαμένουσα ἡ τερέβινθος, subdit: Οἵ τε τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑπερέχων τῇ τιμῇ· εἴη δ' ἂν ὁ δεδηλωμένος ἡμῖν Κύριος αὐτὸς, ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, ὃν καὶ οἱ ἀγνῶτες σέβουσι. *Visitur illic terebinthus, quæ etiamnum manet, et qui ab Abrahamo hospitio excepti sunt angeli illic in tabula picti sunt, et medius inter hos cæteris* C *longe præstantior et honoratior, ipse scilicet Dominus et Servator noster, ut supra dixi; quem quidem illi nescientes venerantur.* Vides Eusebium hic aperte loqui de gentilibus, qui Christum ignorabant. Neque enim de Christianis hoc dici potest. Confirmat autem sententiam nostram Sozomenus in lib. II, c. 3, ubi de mercatu illo ad terebinthum prolixe disserit. Scribit enim, æstivo tempore quotannis eo convenisse ex Palæstina, Phœnice et Arabia Judæos simul et Christianos ac gentiles, partim commercii, partim religionis causa; et singulos suo ritu festivitatem celebrasse. Nam gentiles, inquit, angelos adorabant, hostias et libamina iis offerentes. Erant igitur illic angelorum simulacra, quibus pagani victimas immolabant. Hieronymus *De locis Hebraicis* ubi de Arboch ita scribit: « Quercus Abraham quæ et Mambre, usque ad Constantini regis tempora ibidem monstrabatur, et mausoleum ejus impræsentiarum cernitur. Cumque a nobis jam ibidem ecclesia ædificata sit, a cunctis in circuitu gentilus terebinthus superstitiose colitur, eo quod sub ea angelos Abraham quondam hospitio susceperit. » Multa hic de suo addidit Hieronymus. Eusebius enim ipse in libro *De locis Hebraicis* hæc tantum habet: Ἀρβώ. Αὕτη ἐστὶ Χεβρὼμ κώμη νῦν μεγίστη, μητρόπολις οὖσα τὸ παλαιὸν τῶν ἀλλοφύλων, καὶ γιγάντων οἰκητήριον, καὶ βασίλειον μετὰ ταῦτα Δαβίδ. Κεκλήρωτο δὲ φυλῇ Ἰούδα, καὶ πόλις ἦν ἡ ἱερατική, μία τῶν φυγαδευτηρίων, Αἰλίας ἐκ νότου διεστῶσα σημείοις β' πρὸς εἴκοσι. Ἡ δρῦς Ἀβραὰμ καὶ τὸ μνῆμα αὐτόθι θεωρεῖται, καὶ θρησκεύεται ἐπιφανῶς πρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡ τερέβινθος, καὶ οἱ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἄγγελοι· πρότερον δὲ Ἀρβὼ καλουμένη, ὕστερον ἐκλήθη Χεβρών, ἀπὸ Χεβρὼν ἑνὸς τῶν υἱῶν Καλέβ, ὡς ἐν παραλειπομέναις. Illustris locus, qui sententiam Scaligeri prorsus evertit, nostram vero explicationem egregie confirmat. Ait enim Eusebius terebinthum ipsam et angelos ab inimicis nostris

Digitized by Google

exstructam, et impura sacrificia assidue illic peragi, ad nos relatum est. Quod quoniam et alienum a temporibus nostris, et ipsius loci sanctimonia indignum videtur, sciat Gravitas Vestra mandatum a nobis esse per litteras Acacio viro perfectissimo, comiti et amico nostro, ut sine ulla dilatione et simulacra omnia quæ memorato in loco reperta fuerint, igni tradantur, et ara funditus evertatur; utque omnes qui post jussionem nostram impium aliquid admittere in eo loco ausi fuerint, debito supplicio afficiantur. Quem quidem locum puro basilicæ ædificio exornari præcepimus, ut idoneus sanctis viris consessus efficiatur. Quod **510** si quid adversus præceptum nostrum geri contigerit, absque mora ad clementiam nostram litteris vestris illud referri oportebit: ut quicunque deprehensus fuerit, tanquam violatæ legis reus extremo supplicio afficiatur. Neque enim ignoratis, universorum Dominum ac Deum illic primum Abrahæ visum cumque eo collocutum esse. Illic sacrosanctæ legis observantia primum cœpit. Illic primum Servator ipse una cum duobus angelis præsentiæ suæ copiam Abrahæ fecit. Illic Deus primum hominibus apparuit. Illic Abrahæ de futura ipsius progenie prædixit, atque illico pollicitationem implevit. Illic multo ante nuntiavit, plurimarum gentium patrem atque auctorem ipsum futurum. Quæ cum ita sint, æquum esse videtur ut locus ille nostra cura ac diligentia, tum ab omni piaculo purus conservetur, tum in pristinam sanctitatem restituatur: ut in posterum præter cultum omnipotenti Deo ac Servatori nostro omnium Domino congruentem, nihil in eo loco peragatur. Quod quidem cum debita sollicitudine a vobis convenit observari, si quidem voluntatem

A

B

C

λωσε (48) πλησίον ἑστάναι, καὶ θυσίας ἀκαθάρτους συνεχῶς ἐπιτελεῖσθαι. Ὅθεν ἐπειδὴ καὶ τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τῷ κράτει ἡμετέρῳ ἀλλότριον (49), καὶ τῆς τοῦ τόπου ἁγιότητος ἀνάξιον καταφαίνεται, γινώσκειν Ὑμῶν τὴν Σεμνότητα βούλομαι, δεδηλῶσθαι παρ' ἡμῶν πρὸς Ἀκάκιον τὸν διασημότατον κόμητα καὶ φίλον ἡμῶν (50), γράμματι, ἵν' ἄνευ τινὸς ὑπερθέσεως, καὶ τὰ εἴδωλα, ὅσα δ' ἂν ἐπὶ τοῦ προειρημένου εὑρίσκοιτο τόπου, πυρὶ παραδοθῇ, καὶ ὁ βωμὸς ἐκ βάθρων ἀνατραπῇ· καὶ πάντα τὸν τολμῶντα, μετὰ τὴν ἡμετέραν κέλευσιν, ἀσεβές τι ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ πράττειν, τιμωρίας ἄξιον (51) κρίνομεν· ὃν καθαρῷ βασιλικῆς οἰκοδομήματι κοσμεῖσθαι διετάξαμεν, ὅπως ἁγίων ἀνθρώπων ἄξιον συνέδριον ἀποδειχθῇ. Εἰ δέ τι παρὰ τὸ προσταχθὲν γενέσθαι συμβαίη, χωρὶς τινος μελλήσεως τῇ ἡμετέρᾳ ἡμερότητι δι' ὑμετέρων δηλαδὴ γραμμάτων γνωρισθῆναι πρέπει, ἵνα τὸν ἁλισκόμενον, ὡς παρανομήσαντά, τὴν ἀνωτάτω κόλασιν ὑποστῆναι προστάξωμεν. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖτε, ἐκεῖ πρῶτον τὸν τῶν ὅλων δεσπότην Θεὸν καὶ ὤφθαι τῷ Ἀβραὰμ, καὶ διειλέχθαι. Ἐκεῖ μὲν οὖν πρῶτον ἡ τοῦ ἁγίου νόμου θρησκεία τὴν καταρχὴν εἴληφεν· ἐκεῖ πρῶτον ὁ Σωτὴρ αὐτὸς μετὰ τῶν δύο ἀγγέλων, τὴν ἑαυτοῦ ἐπιφάνειαν τῷ Ἀβραὰμ ἐπεδαψιλεύσατο· ἐκεῖ τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς ἤρξατο φαίνεσθαι· ἐκεῖ τῷ Ἀβραὰμ περὶ τοῦ μέλλοντος αὐτῷ σπέρματος προηγόρευσε, καὶ παραχρῆμά γε τὴν ἐπαγγελίαν ἐπλήρωσεν· ἐκεῖ πλείστων ὅσων ἐθνῶν ἔσεσθαι αὐτὸν πατέρα, προεκήρυξεν. Ὧν οὕτως ἐχόντων, ἄξιόν ἐστιν, ὥς γέ μοι καταφαίνεται, διὰ τῆς ὑμετέρας φροντίδος, καὶ καθαρὸν ἀπὸ παντὸς μιάσματος τὸν τόπον τοῦτον φυλάττεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἀρχαίαν ἁγιότητα ἀνακαλέσασθαι, ὡς μηδὲν ἕτερον ἐπ' αὐτοῦ πράττεσθαι, ἢ τὴν πρέπουσαν τῷ

illic superstitiose coli; inimicos vocans gentiles ac Judæos. Citat hunc Eusebii locum etiam Damascenus lib. III *De imag.*

(48) *Καὶ βωμὸν ἐδήλωσε.* Supple ἡ κηδέστρια. *Retulit*, inquit, *Constantinus ad nos socrus nostra aram illic esse, in qua impura sacrificia offerantur.* De hac ara loquitur Eustathius in *Hexameron*, quam ait adhuc et stetisse suo tempore, ut et ipsam terebinthum. Ex quo apparet, hoc Eustathii opus scriptum esse antequam Constantinus aram illam subverti jussisset. Sozomeni quidem ætate, nec ara nec arbor terebinthus stabat. Mansit tamen superstitio gentilium eo in loco, ut testatur Hieronymus. Adeo difficile est superstitionibus fibras penitus evellere. Non omittenda sunt quæ de hoc loco scribit Antoninus martyr in *Itinerario*: « De Bethlehem, inquit, usque ad radicem Mambre sunt millia viginti quatuor: in quo loco requiescunt Abraham, Isaac et Jacob et Sara, simul et Joseph ossa. Est ibi basilica ædificata per quadrum, et atrium in medio discoopertum: et per medium cancellum ex uno latere intrant Christiani, ex alio vero Judæi, incensa deferentes multa. Nam depositio Jacob et David in terra illa, die primo post Natalem Domini devotissime celebratur, ita ut ex omni terra Judæorum conveniat multitudo, incensa deferens et luminaria. Et dant munera et serviunt ibidem. » Adde Hieronymum in *Epitaphio Paulæ*.

(49) *Τῶν καιρῶν τῶν ἡμετέρων τῷ κράτει ἡμετέρῳ ἀλλότριον.* Quatuor priora verba expunxit Christophorsonus, absuntque a codd. Regio, Fuk. et Sav. Verum si mei arbitrii res esset, mallem equidem sequentia verba expungere τῷ κράτει ἡμετέρῳ, quæ ad priorum interpretationem scholii vice addita fuisse mihi videntur; καιρούς tempus imperii eleganter Græci dicunt. Porro imperatores id præcipuo studio ambibant, ut temporum suorum felicitas et clementia celebraretur. Nihil frequentius occurrit apud Latinos historicos, et in legibus imperatorum. Apud Philostratum in libro II *De vitis sophistarum*, ubi de Heliodoro loquitur, hæc vox corrupta est. Cum enim Heliodorus orationem exorsus esset coram imperatore, ait Philostratus imperatorem subito assurrexisse et acclamasse: « O virum, cui similem nondum vidi! O decus et ornamentum meorum temporum, τῶν ἐμαυτοῦ καιρῶν εὕρημα! » Sic enim legendum est. Eadem voce utitur Constantinus in epistola ad hæreticos, quæ legitur in fine hujus libri. Proinde vulgatam lectionem retinendam censeo. Verba autem illa τῷ κράτει τῷ ἡμετέρῳ transposita sunt, et locanda post vocem ἐπειδή.

(50) *Καὶ φίλον ἡμῶν.* In codice Fuk. et schedis Regiis legitur φίλον ἡμέτερον.

(51) *Τιμωρίας ἄξιον.* Lego τιμωρίας ἄξιον ᾖ, id est, *capitale sit*. Quare hic nihil opus est emendatione Christophorsoni. Aliter tamen scripti codices Fuk., Sav. ac Turnebi, quos hic sequi præstat. Paulo post scribe ex codice Fuk. ὃν δὴ καθαρῷ βασιλικῆς, etc.

Digitized by Google

παντοκράτορι καὶ Σωτῆρι ἡμῶν καὶ τῶν ὅλων δεσπότῃ Θεῷ τελεῖσθαι θρησκείαν· ὅπερ μετὰ τῆς δεούσης προσῆκον ὑμᾶς φυλάττειν (52) φροντίδος, εἴ γέ μοι τὰ καταθύμια τῆς θεοσεβείας ἐξαιρέτως ἠρτημένα, ὥσπερ οὖν πέπεισμαι, ἡ Ὑμετέρα Σεμνότης πληροῦσθαι βούλεται. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. »

A meam, quæ ex Dei cultu præcipue dependet, adimplere, uti confido, Gravitas Vestra desiderat. Divinitas vos servet, fratres charissimi. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΔ'.

Εἰδωλείων καὶ ξοάνων παντοχοῦ κατάλυσις.

Πάντα μὲν δὴ ταῦτα συντελῶν εἰς δόξαν τῆς σωτηρίου δυνάμεως βασιλεὺς διεπραγματεύετο. Καὶ τὸν μὲν αὐτοῦ Σωτῆρα Θεὸν ὧδέ πη διετέλει γεραίρων, τὴν δέ γε τῶν ἐθνῶν δεισιδαίμονα πλάνην παντοίοις ἐξήλεγχε τρόποις. Ἔνθεν εἰκότως ἐγυμνοῦτο μὲν αὐτοῖς τῶν κατὰ πόλιν νεῶν τὰ προπύλαια, θυρῶν ἔρημα γινόμενα βασιλέως προστάγματι· ἑτέρων δ' ἡ ἐπὶ τοῖς ὀρόφοις στέγη, τῶν καλυπτήρων ἀφαιρουμένων, ἐφθείρετο· ἄλλων τὰ σεμνὰ χαλκουργήματα, ἐφ' οἷς ἡ τῶν παλαιῶν ἀπάτη μακροῖς ἐσεμνολογεῖτο χρόνοις, ἔκθηλα τοῖς πᾶσιν ἐν ἀγοραῖς (53) πάσαις τῆς βασιλέως πόλεως προὐτίθετο· ὡς εἰς ἀσχήμονα θέαν προκεῖσθαι τοῖς ὁρῶσιν, ὧδε μὲν τὸν Πύθιον, ἐτέρωθι δὲ τὸν Σμίνθιον, ἐν αὐτῷ δὲ ἱπποδρομίῳ, τοὺς ἐν Δελφοῖς τρίποδας, τὰς δ' Ἑλικωνίδας Μούσας ἐν παλατίῳ (54). Ἐπληροῦτο δὲ διόλου πᾶσα ἡ βασιλέως ἐπώνυμος πόλις τῶν κατὰ πᾶν ἔθνος ἐντέχνοις χαλκοῦ φιλοκαλίαις ἀφιερωμένων· οἷς θεῶν ὀνόματι πλείστας ὅσας ἑκατόμβας, ὁλοκαύτους τε θυσίας εἰς μάταιον ἀποδόντες μακροῖς αἰῶσιν οἱ τὴν πλάνην νενοσηκότες, ὀψέ ποτε φρονεῖν ἔγνωσαν, τούτοις αὐτοῖς, ἀθύρμασιν ἐπὶ γέλωτι καὶ παιδιᾷ τῶν ὁρώντων βασιλέως κεχρημένου. Τὰ δέ γε χρύσεα τῶν ἀγαλμάτων ἄλλῃ πη μετήρχετο (55). Ἐπειδὴ γὰρ συνεῖδε μάτην δειμαίνοντα νηπίων δίκην ἀφρόνων τὰ πλήθη τῆς πλάνης τὰ μορμολύκεια, ὕλῃ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεπλασμένα, καὶ ταῦτα ἐκποδὼν ᾤετο δεῖν ἄρασθαι, ὥσπερ τινὰ λίθων ἐγκόμματα τοῖς ἐν σκότῳ βαδίζουσι πρὸ τῶν ποδῶν ἐρριμμένα, λείαν τε καὶ ὁμαλὴν τοῦ λοιποῦ τὴν βασιλικὴν τοῖς πᾶσιν ἀναπετάσαι πορείαν (56)· ταῦτα δ' οὖν διανοηθείς, οὐχ ὁπλιτῶν αὐτῷ καὶ πλήθους στρατοπεδείας ἠγήσατο δεῖν πρὸς τὸν τούτων ἔλεγχον, εἷς δὲ μόνος αὐτῷ καὶ δεύτερος τῶν αὐτοῦ γνωρίμων, πρὸς ὑπηρεσίαν ἀπήρκουν, οὓς ἑνὶ νεύματι κατὰ πᾶν ἔθνος

B corrumpebatur, tegulis amotis. Nonnullorum veneranda ex ære simulacra, quæ error majorum multis jam annis magnifice jactabat, per fora urbis ab imperatore cognominatæ, omnium oculis subjecta sunt, adeo ut ad ludibrium et contumeliam spectantium paterent expositi, hic Pythius Apollo, illic Sminthius : et in ipso quidem circo tripodes Delphici ; Musæ autem Heliconides in palatio. Denique civitas illa **511** imperatori cognominis, tota passim repleta est signis æneis, quæ eleganti opere elaborata, per singulas provincias olim dedicata fuerant. Quibus cum homines morbo erroris oppressi, longo temporis spatio centenas victimas et holocausta incassum perinde ac diis immolavissent, sero tandem

C sapere didicerunt, postquam imperator iisdem ad risum et oblectamentum spectantium uti cœpit. Simulacra vero ex auro fabrefacta, alio quodam ultus est modo. Nam quoniam imperitam hominum multitudinem, infantium instar, hujusmodi erroris larvas ex auro argentoque fabrefactas frustra contremiscere cognoverat, eas e medio tollendas esse censuit ; quippe quæ velut fragmenta quædam lapidum essent, ante pedes hominum in mediis tenebris ambulantium projecta, planumque deinceps et æquabile iter viæ regiæ cunctis esse aperiendum : quæ cum apud se reputasset, non militari manu, nec exercitu ad hæc reprimenda sibi opus esse

CAPUT LIV.

Fana et simulacra ubique diruta.

Hæc omnia imperator ad gloriam salutiferæ Christi virtutis omni studio peragebat. Ac Deum quidem Servatorem suum hac ratione colere non cessabat. Gentilium vero superstitiosum errorem, omnibus modis studebat convincere. Itaque quorumdam in urbibus fanorum vestibula nudabantur, valvis jussu imperatoris orbata ; aliorum tectum

(52) Vulg. *προσῆκεν ὑμᾶς φυλάττειν*. Lego προσῆκον, vel προσήκει, ut legisse videtur Christophorsonus. In schedis Regiis scriptum reperi προσῆκον, ut conjeceram.

(53) *Ἐν ἀγοραῖς*. Sozomenus in lib. II, cap. 4, ubi totum hunc Eusebii locum plane descripsit, habet κατὰ τὰς ἀγυιὰς, καὶ τὸν ἱππόδρομον καὶ τὰ βασίλεια.

(54) *Τὰς δ' Ἑλικωνίδας μούσας ἐν παλατίῳ*. Themistius in oratione 5 ad Theodosium testis est, Musarum statuas fuisse in curia Constantinop. Idem in oratione ad senatum *Περὶ προεδρίας*, ait eas statuas hinc et inde collocatas fuisse duplici numero, ita ut non jam novem essent, sed octodecim.

(55) *Ἄλλῃ πῃ μετήρχετο*. Ærea quidem deorum simulacra Constantinus Byzantium devehi jussit, ut urbem illam hujusmodi spoliis exornaret. Quæcunque vero ex auro argentoque fabrefacta erant, ea conflari et nummos ex iis fieri jussit, uti scribit Sozomenus in lib. II, cap. 4, qui hunc Eusebii locum optime interpretatur. De hac templorum et simulacrorum eversione Eusebius noster in sermone 2 de

D resurrectione ita scribit : « Putas gentiles audebunt dicere, quia mortuus est et non resurrexit. Non quæro quid dicant, sed quid patiantur. Si enim stant eorum templa, non resurrexit. Si non conflata sunt eorum simulacra post crucem, non resurrexit qui arguit ea quæ non vivunt. » Et aliquando post : « Non invenies solem clariorem, ad satisfactionem resurrectionis Domini, gentilium quotidie deficiente cultura. Protenduntur autem Ecclesiæ bona, et quotidie crescunt. »

(56) *Ἀναπετάσαι πορείαν*. Post has voces, quæ sequuntur usque ad hæc verba οἷον δὴ καὶ βασιλεὺς ὁ θαυμάσιος, desunt in codice Regio et in editione Rob. Stephani. Adjecta sunt autem a Grutero, Portesio et Christophorsono aliisque, ex panegyrico Eusebii et ex scriptis codicibus. Certe nos in codice Fuketiano ea reperimus, et Savilius in suo exemplari eadem exstare monuerat.

Digitized by Google

existimavit, sed unus aut alter ex familiaribus, ad hoc munus ei suffecerunt; quos ille solo propemodum nutu in omnes provincias direxit. At illi, et imperatoris pietate, et sua ipsorum erga Deum religione, confisi, per confertissimam turbam et per numerosam plebem iter facientes, passim per urbes et agros vetustum errorem aboleverunt. Ac primum quidem sacerdotes ipsos, non sine risu ac dedecore ex obscuris quibusdam recessibus deos suos proferre jubebant. Dehinc eosdem deos exteriore nudantes cultu, interiorem deformitatem quæ sub picta latebat effigie, omnium conspectui subjiciebant. Postremo abrasa utiliore materia et in ignem conjecta atque conflata, ipsi quidem id quod commodum ac necessarium esse videbatur, sepositum reservabant. Quidquid vero superfluum ac prorsus B inutile erat, ad perpetuam opprobrii memoriam superstitiosis reliquerunt. Aliud etiam præstitit princeps omni admiratione dignus. Eodem enim tempore quo mortuorum simulacra ex pretiosa materia confecta, eo quem diximus modo spoliabantur, cætera quæ ex ære fabrefacta erant, convehenda curavit. Itaque dii illi delirantibus Græcorum fabulis celebrati, circumjectis restibus vincti trahebantur.

διεπέμπετο· οἱ δὲ τῇ βασιλέως ἐπιθαρροῦντες εὐσεβείᾳ, σφῶν τε αὐτῶν τῇ περὶ τὸ Θεῖον εὐλαβείᾳ, μυριάνδρων δήμων τε καὶ λαῶν μέσοι παριόντες, ἀνὰ πάσας πόλεις τε καὶ χώρας πολυχρονίου πλάνης ἐποιοῦντο φθορὰν (57), αὐτούς τε τοὺς ἱερωμένους, σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ σὺν αἰσχύνῃ, παράγειν εἰς φῶς ἐκ σκοτίων μυχῶν τοὺς αὐτῶν θεοὺς ἐγκελευόμενοι, κἄπειτ' ἀπογυμνοῦντες τοῦ φάσματος, καὶ τὴν εἴσω τῆς κεχρωσμένης μορφῆς ἀμορφίαν τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐνδεικνύμενοι. Εἶτ' ἀποξέοντες τὸ δοκοῦν χρήσιμον τῆς ὕλης, χωνείᾳ τε καὶ πυρὶ δοκιμάζοντες, τὸ μὲν λυσιτελὲς ὅσον αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἐνομίζετο, ἐν ἀσφαλεῖ τιθέμενοι συνεῖχον, τὸ δὲ ἄλλως περιττὸν καὶ ἄχρηστον, εἰς μνήμην αἰσχύνης παρεχώρουν τοῖς δεισιδαίμοσιν. Οἷον δὴ καὶ τόδ' εἴργαστο βασιλεὺς (58) ὁ θαυμάσιος· ὡς γὰρ τῶν νεκρῶν εἰδώλων τὰ τῆς πολυτελοῦς ὕλης τὸν ἀποδοθέντα τρόπον ἐσκυλεύετο, τὰ λοιπὰ μετῄει (59) ἀνδρείκελα χαλκοῦ πεποιημένα. Δέσμιοι δῆτα καὶ οἵδε μύθων θεοὶ γεγηρακότων, τριχῶν ὑφάσμασιν ἠγοντο περιβληθέντες.

512 CAPUT LV.

Eversio fani apud Aphaca in Phœnice, et impudicitiæ abolitio.

Posthæc imperator velut lucidissimam facem ex specula quadam attollens, undique regalibus oculis circumspiciebat, sicubi forte aliquæ adhuc erroris reliquiæ abditæ superessent. Ac veluti aquila pennis in cœlum usque subvecta, cum acutissimo visu prædita sit, ea quæ in terris longissime distant, ex sublimi facile despicit: sic ille, dum in pulcherrimæ urbis suæ palatio versatur, perniciosam quamdam animarum decipulam in Phœnice latere, tanquam e specula prospexit. Lucum scilicet ac templum, quod non in media urbe, nec in foro aut plateis positum erat, cujusmodi multa visuntur in civitatibus ornamenti causa ambitiose ædificata, sed devium procul a triviis et publico calle, fœdissimo dæmoni quem Venerem appellant, in parte verticis Libani montis apud Aphaca consecratum. Erat illic schola quædam nequitiæ, omnibus impuris hominibus, et qui corpus suum omni licentia corruperant, aperta. Quippe effeminati quidam, et feminæ potius D

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ'.

Τοῦ ἐν Ἀφάκοις τῆς Φοινίκης εἰδωλείου, καὶ τῆς ἀκολασίας περιαίρεσις.

Ἐπὶ τούτοις βασιλεὺς ὥσπερ τινὰ πολυφεγγῆ πυρσὸν ἐξάψας, μή πη τυγχάνῃ κρύφιόν τι πλάνης λείψανον, ὄμματι βασιλικῷ περιεσκόπει· οἷα δέ τις οὐρανοπέτης ἀετῶν ὀξυωπέστατος, ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ τὰ πορρωτάτω διεστῶτα κατὰ τῆς γῆς ὁρᾷ, ὧδε καὶ οὗτος τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως (60) τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἑστίαν, δεινόν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινίκων λανθάνον ἔθνους, ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν. Ἄλσος δὲ τοῦτ' ἦν καὶ τέμενος, οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν οὐδ' ἐν ἀγοραῖς καὶ πλατείαις, ὁποῖα τὰ πολλὰ κόσμου χάριν ταῖς πόλεσι φιλοτιμεῖται· τὸ δ' ἦν ἔξω πάτου, τριόδων τε καὶ λεωφόρων ἐκτὸς, αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης, ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον (61). Σχολή τις ἦν αὕτη κακοεργίας πᾶσιν ἀκολάστοις, πολλῇ τε ῥᾳστώνῃ διεφθορόσι τὸ σῶμα. Γύνιδες γοῦν τινες ἄνδρες οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ τὴν δαίμονα ἐλεοῦντο· γυναικῶν τ' αὖ παράνομα ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί θ' ὁμιλίαι, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπίῤ

(57) *Ἐποιοῦντο φθοράν.* In panegyrico unde hæc translata sunt, legitur φωράν, rectius meo quidem judicio.

(58) Vulg. *οἷον δὴ καὶ βασιλεύς.* In panegyrico Eusebii hic locus auctior legitur hoc modo: οἷον δὲ καὶ τόδ' ἔρεξε βασιλεὺς ὁ θαυμάσιος. In libro autem Moræi scriptum inveni: οἷον δὴ καὶ τότε διειργάσατο βασιλεύς, etc. In codice Fuk. legitur: οἷον δὴ καὶ τόδ' εἴργαστο. Ita etiam in libro Savilii, sed sine apocope.

(59) *Τὰ λοιπὰ μετῄει.* Joannes Portesius vertit *ad alia perrexit.* Christophorsonus vero interpretatus est *reliquas aggressus est statuas*, eodem sensu videlicet quo supra dixit Eusebius ἄλλῃ πῃ μετήρχετο.

(60) *Τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως.* Sic etiam Themistius appellat urbem Constantinopolim in oratione 16, sub finem, ob venustatem scilicet ac magnificentiam operum publicorum quæ Constantinus ibi ambitiose construxerat. Cunctas enim urbes, oppida, loca, fana, spoliaverat Constantinus, ut illam sui nominis urbem exornaret. Itaque merito dixit Hieronymus in *Chronico*, Constantinopolim dedicatam fuisse omnium pene urbium nuditate.

(61) *Ἐν Ἀφάκοις ἱδρυμένον.* De hoc templo Veneris Aphacitidis videndus est Zosimus in lib. I, et auctor *Etymologici* in voce Ἄφακα, et Suidas in voce Χριστόδωρος, et Joannes Seldenus in syntagmate 2, de diis Syris. Porro codex Fuk. hic scriptum habet: τῶν Λιβάνου τοῦ ἐν Ἀφάκοις. In schedis autem Regiis legitur: ἐν ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λ. τῆς ἐν Ἀφάκοις.

Digitized by Google

ῥητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀπροστάτῃ χώρῳ (62) κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἐπεχειροῦντο. Ἔφορός τε οὐδεὶς ἦν τῶν πραττομένων, τῷ μηδένα σεμνῶν ἀνδρῶν αὐτόθι τολμᾷν παριέναι. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ βασιλέα τὸν μέγαν οἷά τ' ἦν τὰ τῇδε δρώμενα λανθάνειν· αὐτοπτήσας δὲ καὶ ταῦτα βασιλικῇ προμηθείᾳ, οὐκ ἄξιον εἶναι ἡλίου αὐγῶν τὸν τοιόνδε νεὼν ἔκρινεν, αὐτοῖς δ' ἀφιερώμασιν ἐκ βάθρων τὸ πᾶν ἀφανισθῆναι κελεύει. Ἐλύετο δὲ αὐτίκα βασιλικῷ νεύματι, τὰ τῆς ἀκολάστου πλάνης μηχανήματα, χείρ τε στρατιωτικὴ τῇ τοῦ τόπου καθάρσει διηκονεῖτο, σωφροσύνην δ' ἐμάνθανον ἀπειλῇ βασιλέως, οἱ μέχρι τοῦδ' ἀκόλαστοι, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν δοκήσει σοφῶν Ἑλλήνων οἱ δεισιδαίμονες, οἳ καὶ αὐτοὶ τῆς σφῶν ματαιότητος ἔργῳ τὴν πεῖραν ἐμάνθανον.

A dicendi quam viri, abdicata sexus sui gravitate, muliebria patientes, dæmonem placabant. Ad hæc illegitimi mulierum concubitus et adulteria, fœdaque ac nefaria flagitia in eo templo tanquam in loco ab omni lege ac rectore vacuo, peragebantur. Nec quisquam erat qui ea quæ illic gerebantur observaret, propterea quod nemo vir gravis ac modestus eo accedere audebat. At non etiam imperatorem maximum latere potuerunt quæ ibi perpetrabantur scelera. Sed cum ea ipsemet imperatoriæ providentiæ oculo inspexisset, hujusmodi templum indignum censuit quod solis radiis illustraretur. Proinde illud una cum simulacris ac donariis totum funditus everti jussit. Confestim igitur protervi erroris machinamenta imperatoris præcepto dissipata sunt, militibus ad purgandum locum operam suam præstantibus. Et qui lasciviæ antea dediti fuerant, imperatoris minis conterriti, modeste se gerere didicerunt. Pari modo superstitiosi gentiles illi, qui sibi multum sapere videntur, modestius agere sunt edocti. Qui quidem etiam ipsi suam stultitiam ac vanitatem reipsa didicerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Ἀσκληπιοῦ τοῦ ἐν Αἰγαῖς κατάλυσις.

Ἐπειδὴ γὰρ πολὺς ἦν ὁ τῶν δοκήσει σοφῶν περὶ τὸν τῶν Κιλίκων δαίμονα πλάνος, μυρίων ἐπτοημένων ἐπ' αὐτῷ ὡς ἂν ἐπὶ σωτῆρι καὶ ἰατρῷ, ποτὲ μὲν ἐπιφαινομένῳ τοῖς ἐγκαθεύδουσι (63), ποτὲ δὲ τῶν τὰ σώματα καμνόντων ἰωμένῳ τὰς νόσους· ψυχῶν δ' ἦν ὁλετὴρ ἀντικρυς οὗτος, τοῦ μὲν ἀληθοῦς ἀφέλκων Σωτῆρος, ἐπὶ δὲ τὴν ἄθεον πλάνην κατασπῶν τοὺς πρὸς ἀπάτην εὐχερεῖς· εἰκότα δὴ βασιλεὺς πράττων (64), θεὸν ζηλωτὴν ἀληθῶς Σωτῆρα προβεβλημένος, καὶ τοῦτον εἰς ἔδαφος τὸν νεὼν ἐκέλευσε καταβληθῆναι. Ἑνὶ δὲ νεύματι κατὰ γῆς ἠπλοῦτο, δεξιᾷ καταῤῥιπτούμενος στρατιωτικῇ τὸ τῶν γενναίων φιλοσόφων βοώμενον θαῦμα (65), καὶ ὁ τῇδε (66) ἐνδομυχῶν, οὐ δαίμων, οὐδέ γε θεὸς, πλάνος δέ τις ψυχῶν, μακροῖς καὶ μυρίοις ἐξαπατήσας χρόνοις. Εἶθ' ὁ κακῶν ἑτέρους ἀπαλλάξειν καὶ συμφορᾶς προϊσχόμενος, οὐδὲν αὐτὸς ἑαυτῷ πρὸς ἄμυναν εὕρατο φάρμακον μᾶλλον (67), ἢ ὅτε κεραυνῷ βληθῆναι μυθεύεται.

B

513 CAPUT LVI.

Destructio templi Æsculapii Ægis.

Nam cum maximus ac vulgatissimus superstitionis error circa illum Ciliciæ dæmonem vanissimos homines occupasset, ac prope infiniti eum tanquam servatorem ac medicum admirarentur, quippe qui nunc in templo dormientibus appareret, nunc morbos ægrotantium curaret (erat tamen ille revera seductor animarum, utpote qui homines decipi faciles, a vero Servatore abductos ad falsum impietatis errorem pertraheret), imperator pro more atque instituto suo, quippe qui zelatorem ac vere Servatorem Deum sibi colendum proposuerat, hoc etiam templum solo æquari præcepit. Nec mora, ad unum imperatoris nutum humi jacuit manu militari C subversum templum, quod nobiles philosophi tantopere suspexerant : et una cum templo ille ipse qui intus latitabat, non dæmon aut deus, sed deceptor quidam animarum, qui longissimi temporis spatio homines in fraudem induxerat. Sic igitur ille qui

(62) Vulg. *ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀποστάτῃ χώρῳ*. Scribendum procul dubio ἀπροστάτῃ, ut legitur in panegyrico pagina 628, ubi totus hic locus legitur. Codex tamen Fuk. etiam in panegyrico scribit ἀποστάτῃ. Paulo ante scribendum est κλεψίγαμοί τε φθοραί, ut legitur in panegyrico.

(63) *Τοῖς ἐγκαθεύδουσι*. Hujus verbi vim non intellexit Christophorsonus, nec Portesius. Neque enim *decumbere* ac *dormire* simpliciter ea vox significat, sed *dormire in templo*. Erat hic mos gentilium, ut pernoctantes in templo somnia et remedia a diis suis exspectarent. Cujus rei infinita occurrunt exempla apud antiquos scriptores, sed præcipue D apud Aristidem in orationibus sacris. Latini dicebant *incubare*. Plautus in *Curculione* : « Ideo fit, quia hic leno ægrotus incubat in Æsculapii fano. » Solinus in cap. 7 : « Epidauro decus est Æsculapii sacellum, cui incubantes, » etc. Hieronymus in cap. 65 Isaiæ, ad illa verba, *habitant in sepulcris*, « In delubris, inquit, idolorum dormiens : ubi stratis pellibus hostiarum incubare soliti erant, ut somniis futura cognoscerent. Quod in fano Æsculapii usque hodie error ethnicorum celebrat, multorumque aliorum : quæ non sunt aliud nisi tumuli mortuorum. »

(64) Vulg. *εἰκότα δὴ πράττων*. Pessime Christophorsonus hæc ad Æsculapium retulit, cum de Constantino imperatore dicantur, ut in versione mea expressi. Certe in Fuk. et Turnebi codd. legitur εἰκότα δὴ βασιλεὺς πράττων.

(65) *Γενναίων φιλοσόφων... θαῦμα*. Apollonium Tyanensem intelligit, de quo scribit Philostratus in lib. I eum in templo Æsculapii Ægis, tanquam ipsius dei hospitem, diu versatum esse.

(66) *Καὶ ὁ τῇδε*. Longe aliter optimus codex Fuketii. Nam post vocem θαῦμα punctum apponit. Deinde ita scriptum habet : Ὅτι δὲ ἐνδομυχῶν οὐ δαίμων οὐδέ γε θεός· πλάνος δέ τις ψυχῶν, μακροῖς καὶ μυρίοις ἐξαπατήσας χρόνοις, δῆλον ἐκ τῶν πραγμάτων. Quatuor postrema verba quæ in vulgatis desunt editionibus, Turnebus quoque ad oram sui libri adjecerat ex manuscripto codice. Mox ubi vulgatæ editiones habent, εἶθ' ὁ κακῶν ἑτέρους ἀπαλλάξειν, etc., codex Fuketii ita scribit : Ὁ γὰρ κακῶν ἑτέρους ἀπ. καὶ συμφορᾶς προϊσχόμενος, οὐδὲν αὐτὸν ἑαυτῷ πρὸς ἄμυναν εὕρατο, etc. Quæ quidem lectio aptior mihi videtur et melior. In Regiis etiam schedis εὕρατο scriptum inveni.

(67) *Φάρμακον μᾶλλον*. Postrema vox deest in codice Regio, et fortasse subaudiri potest. Cæteri

Digitized by Google

malis et calamitatibus alios liberaturum se esse spondebat, nullum ipse remedium reperit quo sese tueretur, non magis quam cum fulmine percussum eum fuisse fabulæ fingunt. At non item fabulosa fuerunt imperatoris nostri facinora, Deo inprimis accepta; sed per manifestissimam ipsius Servatoris vim atque virtutem, hoc templum una cum cæteris radicitus eversum est, adeo ut pristinæ insaniæ ne vestigium quidem ullum ibidem remanserit.

A Ἀλλ' οὐκ ἐν μύθοις ἦν τὰ τοῦ ἡμεδαποῦ βασιλέως Θεῷ κεχαρισμένα κατορθώματα· δι' ἐναργοῦς δέ γ' ἀρετῆς τοῦ αὐτοῦ Σωτῆρος, αὐτόῤῥιζος καὶ ὁ τῇδε νεὼς ἀνετρέπετο, ὡς μηδ' ἴχνος αὐτόθι τῆς ἔμπροσθεν περιλελεῖφθαι μανίας.

CAPUT LVII.

Quomodo gentiles, damnatis simulacris, Deum agnoverunt.

Itaque quotquot antea superstitioso dæmonum cultui addicti fuerant, cum errorem suum confutatum oculis suis viderent, et omnium ubique templorum ac simulacrorum vastitatem intuerentur, alii ad salutarem Christi doctrinam se conferebant: alii, licet idem facere nollent, majorum tamen cæremonias, utpote vanas atque inanes condemnabant, et quos antea pro diis habuissent, deridebant. Quidni vero ita sentirent, cum sub externa simulacrorum specie tantam intus latentem spurcitiem cernerent? Nam aut cadaverum ossa, aut aridæ calvariæ suberant, impostorum **514** fraude subreptæ: aut sordidi panni turpi immunditia referti, aut denique feni ac stipulæ acervus. Quæ cum in penetralibus simulacrorum anima carentium congesta aspicerent, et suam et parentum suorum summam dementiam incusabant: maxime cum animadverterent, in suis illis adytis, atque in ipsis simulacris nullum esse intus habitantem, non dæmonem oracula fundentem, non deum prædicentem futura, quemadmodum sibi antea persuaserant: imo ne obscurum quidem ac tenebrosum spectrum. Atque idcirco quodvis vel obscurissimum antrum et abditissimi quique recessus, iis qui ab imperatore missi erant facile patuerunt: adyta quin etiam et inaccessa prius loca, ipsaque templorum penetralia, militum vestigiis terebantur. Ex quo deprehensa et cunctorum oculis exposita est cæcitas mentis, quæ gentiles omnes jampridem involutos tenebat.

B Πάντες δ' οἱ πρὶν δεισιδαίμονες, τὸν ἔλεγχον τῆς αὐτῶν πλάνης αὐταῖς ὄψεσιν ὁρῶντες, τῶν θ' ἁπανταχοῦ νεῶν τε καὶ ἱδρυμάτων ἔργῳ θεώμενοι τὴν ἐρημίαν, οἱ μὲν τῷ σωτηρίῳ προσέφευγον λόγῳ, οἱ δ', εἰ καὶ τοῦτο μὴ ἔπραττον, τῆς γοῦν πατρῴας κατεγίνωσκον ματαιότητος, ἐγέλων τε καὶ κατεγέλων τῶν πάλαι νομιζομένων αὐτοῖς θεῶν· καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον οὕτω φρονεῖν, τῆς ἔξωθεν τῶν ξοάνων φαντασίας πλείστην ὅσην μιαρίαν εἴσω κεκρυμμένην ὁρῶντες; Ἢ γὰρ νεκρῶν σωμάτων ὑπῆν ὀστέα, ξηρά τε κρανία, γοήτων περιεργίαις ἐσκευωρημένα (68), ἢ ῥυπῶντα ῥάκη βδελυρίας αἰσχρᾶς ἔμπλεα, ἢ χόρτου καὶ καλάμης φορυτός· ἃ δὴ τῶν ἀψύχων ἐντὸς σεσωρευμένα θεωμένοις, αὐτοῖς τε καὶ τοῖς αὐτῶν πατράσι, πολλὴν λογισμοῦ ἀφροσύνην κατεμέμφοντο, ὅτε μάλιστ' ἐνενόουν, ὡς οὐδεὶς ἄρα ἦν ἐν τοῖς ἀδύτοις αὐτῶν μυχοῖς, οὐδ' ἐν αὐτοῖς ἀγάλμασιν ἔνοικος, οὐ δαίμων, οὐ χρησμῳδὸς (69), οὐ θεὸς, οὐ μάντις, οἷα δὴ τὸ πρὶν ὑπελάμβανον, ἀλλ' οὐδ' ἀμυδρόν τι ἢ σκιῶδες φάντασμα. Διὸ δὴ προχείρως τοῖς ἐκ βασιλέως καταπεμφθεῖσι πᾶν σκοτεινὸν ἄντρον καὶ πᾶς ἀπόῤῥητος μυχὸς βατὸς ἦν, ἄβατά τε καὶ ἄδυτα, ἱερῶν τε τὰ ἐνδοτάτω, στρατιωτικοῖς κατεπατεῖτο βήμασιν· ὥστ' ἐναργῆ τοῖς πᾶσιν ἐκ τῶνδε (69*) κατάφωρον γεγονέναι τὴν ἐξ αἰῶνος μακροῦ τῶν Ἑλλήνων ἁπάντων κατακρατήσασαν διανοίας πήρωσιν.

C

CAPUT LVIII.

Quomodo apud Heliopolim, destructo Veneris fano, primus ecclesiam construxit.

Atque hæc inter præclara imperatoris facinora merito recenseantur; sicut et illa quæ singillatim in variis provinciis constituit. Cujusmodi illud est quod in urbe Phœnices Heliopoli ab eo gestum vidimus. Qua in urbe gentiles quidem qui obscœnam libidinem deæ Veneris vocabulo afficiunt; uxoribus ac filiabus suis stupri impune admittendi licentiam concesserant. Nunc vero nova lex ab

D Καὶ ταῦτα δ' ἄν τις (70) τοῖς βασιλέως εἰκότως ἀναθείη κατορθώμασιν, ὥσπερ οὖν καὶ τὰ μερικῶς καθ' ἕκαστον ἔθνος αὐτῷ διαταχθέντα· οἷον ἐπὶ τῆς Φοινίκων Ἡλιουπόλεως, ἐφ' ἧς οἱ μὲν τὴν ἀκόλαστον ἡδονὴν τιμῶντες προσρήματι, γαμεταῖς καὶ θυγατράσιν ἀναίδην ἐκπορνεύειν συνεχώρουν. Νυνὶ δὲ νόμος ἐφοίτα νέος τε καὶ σώφρων παρὰ βασιλέως, μηδὲν τῶν πάλαι συνήθων τολμᾶν διαγορεύων· καὶ

tamen codices eam agnoscunt. In fine capitis pro ἀνστρέπετο, codex Fuketii habet ἀνετέτραπτο.

(68) *Γοήτων περιεργίαις ἐσκευωρημένα.* Rectius in codice Regio, Fuk. et Savil. scribitur ἐσκαιωρημένα. Quam vocem ita vertit Christophorsonus, *calvæ præstigiatorum dolis callide obtectæ*. Quod non probo: malimque vertere, *subreptæ*, aut certe *adornatæ et ad maleficia comparatæ*. Ossa enim et calvariæ sunt magorum instrumenta, quibus illi ad maleficia sua utebantur.

(69) *Οὐ δαίμων, οὐ χρησμῳδός.* In panegyrico de tricennalibus Constantini aliter collocantur hæc verba: Οὐ δαίμων, οὐ θεὸς, οὐ χρησμῳδὸς, οὐ μάντις, quod equidem magis probo.

(69*) Desideratur καί· aut legendum ἐναργῶς pro ἐναργῆ. Edit.

(70) *Καὶ ταῦτα δ' ἄν τις*, etc. Hæc omnia usque ad voces illas οἱ μὲν τὴν ἀκόλαστον, desunt in codice Regio et in editione Rob. Stephani. Adjecta sunt autem a viris doctis, ex manuscripti codicis fide. Certe Turnebus et Savilius in suis codicibus ea repererunt: et nos in Fuk. codice eadem ad marginem ascripta vidimus. Nisi quod codex Fuk. una voce auctior est, cum in eo legatur τοῖς βασιλέως εἰκότως ἀναθείη, etc.

Digitized by Google

τούτοις δὲ πάλιν ἐγγράφους παρέθετο διδασκαλίας, ὡς ἂν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ πρὸς τοῦ Θεοῦ προηγουμένως ἀποσταλεὶς (71), ἐφ' ᾧ πάντας ἀνθρώπους νόμοις σωφροσύνης παιδεύειν. Διὸ οὐκ ἀπηξίου, καὶ τούτοις δι' οἰκείου προσομιλεῖν γράμματος, προῦτρεπέ τε σπεύδειν ἐπὶ τὴν τοῦ κρείττονος γνῶσιν· κἀνταῦθα δὲ τὰ ἔργα ἐπῆγε τοῖς λόγοις ἀδελφά, οἶκον εὐκτήριον ἐκκλησίας τε μέγιστον (72) καὶ παρὰ τοῖσδε καταβαλλόμενος· ὡς τὸ μὴ ἐκ τοῦ παντός που αἰῶνος (73) ἀκοῇ γνωσθὲν, νῦν τοῦτο πρῶτον ἔργου τυχεῖν, καὶ τὴν τῶν δεισιδαιμόνων πόλιν, ἐκκλησίας Θεοῦ, πρεσβυτέρων τε καὶ διακόνων ἠξιῶσθαι, τῷ τ' ἐπὶ πάντων Θεῷ ἱερωμένον ἐπίσκοπον τῶν τῇδε προκαθέζεσθαι. Προνοῶν δὲ κἀνταῦθα βασιλεὺς, ὅπως ἂν πλείους προσίοιεν τῷ λόγῳ, τὰ πρὸς ἐπικουρίαν τῶν πενήτων ἔκπλεα παρεῖχε, καὶ ταύτῃ προτρέπων ἐπὶ τὴν σωτήριον σπεύδειν διδασκαλίαν, μονονουχὶ τῷ φάντι παραπλησίως εἰπὼν ἂν καὶ αὐτός· « Εἴτε προφάσει, εἴτ' ἀληθείᾳ Χριστὸς καταγγελλέσθω. »

imperatore directa est, plena modestiæ; qua cavetur ne quidquam eorum quæ prius in more posita erant, in posterum præsumatur. Atque his rursus scriptas misit institutiones, utpote hanc præcipue ob causam a Deo destinatus, ut universos mortales temperantiæ præceptis imbueret. Quocirca ne ad hos quidem concionari per litteras dedignatus est, exhortans ut ad cognitionem Dei celeriter accederent. Statimque facta dictis consentanea ibidem adjecit, constructa eo etiam in loco Christiani cultus ingenti basilica. Adeo ut quod ab ultima usque hominum memoria nullibi fuerat auditum, tunc primum opere ipso completum sit, et civitas hominum superstitioso dæmonum cultui addictorum, Ecclesiam Dei et presbyteros ac diaconos habere meruerit, et episcopus summo omnium Deo consecratus, ejus loci hominibus **515** præfuerit. Ad hæc imperator provida mente prospiciens ut quamplurimi ad fidem Christi accederent, plurima ibidem ratione ad salutarem doctrinam homines alliciens ad sublevandos pauperes largitus est; hac etiam atque invitans, ac tantum non verba ipsa proferens Pauli dicentis: « Sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ δι' Εὐστάθιον ταραχῆς.

Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τούτοις, ἁπάντων ἐν θυμηδίαις τὴν ζωὴν διαγόντων, τῆς τ' Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ πανταχοῦ κατὰ πάντα τρόπον καὶ παρὰ πᾶσιν ἔθνεσιν ὑψουμένης, αὖθις ὁ τοῖς καλοῖς ἐφεδρεύων φθόνος, ἐπηλείφετο (73') τῇ τῶν τοσούτων ἀγαθῶν εὐπραγίᾳ, τάχα ποτὲ καὶ αὐτὸν ἀλλοῖον ἔσεσθαι βασιλέα περὶ ἡμᾶς ὑποπτεύσας, ἀποκναίσαντα ταῖς ἡμετέραις ταραχαῖς τε καὶ ἀκοσμίαις. Μέγιστον δ' οὖν ἐξάψας πυρσὸν, τὴν Ἀντιοχέων Ἐκκλησίαν τραγικαῖς διελάμβανε συμφοραῖς, ὡς μικροῦ τὴν πᾶσαν ἐκ βάθρων ἀνατραπῆναι πόλιν· εἰς δύο μὲν γὰρ τμήματα διῄρητο (74) ὁ τῆς Ἐκκλησίας λαὸς, τὸ δὲ κοινὸν τῆς πόλεως αὐτοῖς ἄρχουσι καὶ στρατιωτικοῖς (75) πολεμίων τρόπον ἐπὶ τοσοῦτον ἀνακεκίνητο, ὡς καὶ ξιφῶν μέλλειν ἅπτεσθαι, εἰ μὴ Θεοῦ τις ἐπισκοπὴ, ὅ τε παρὰ βασιλέως φόβος, τὰς τοῦ πλήθους ἀνέστειλεν

CAPUT LIX.

De tumultu Antiochiæ propter Eustathium excitato.

Verum enimvero cum ob hæc omnes in summa hilaritate vitam agerent, et Ecclesia Dei apud cunctas ubique gentes omnibus modis extolleretur, rursus dæmonis livor, qui bonis semper insidias struit, adversus tantam rerum nostrarum felicitatem cœpit insurgere, ratus imperatorem tumultibus nostris et insolentia exasperatum, alienato tandem erga nos animo fortassis futurum. Maximo igitur incendio conflato, Antiochenorum Ecclesiam tragicis quibusdam calamitatibus implevit, adeo ut parum abfuerit quin tota funditus civitas subverteretur, quippe cum populus quidem Ecclesiæ duas in partes divisus esset, reliqua autem civitas simul cum magistratibus ac militibus, hostili modo inter se dissideret, ventumque esset ad gladios, nisi divina Providentia, et imperatoris metus, plebis im-

(71) *Προηγουμένως ἀποσταλεὶς.* Ultima vox deest in manuscripto Regio, et in editione Stephani. Quare videndum est ne potius legendum sit προηγμένως. Verum cum scripti codices Turnebi, Savilii ac Fuketii scripturam editionis Genevensis tueantur, eam merito retinendam censeo.

(72) *Οἶκον εὐκτήριον ἐκκλησίας τε μέγιστον.* Non dubito quin scribendum sit οἶκον εὐκτήριον ἐκκλησίας, νεών τε μέγιστον. Sic enim Eusebius loqui solet, ut supra notavi. Et per οἶκον quidem εὐκτήριον, basilicam intelligit; per νεὼν vero, totum ecclesiæ ambitum et conseptum, id est vestibulum, atrium, porticus, exedras, baptisteria, et reliqua quæ basilicis addi solebant. In codice Fuk. legitur, οἶκον εὐκτήριον ἐκκλησίας μέγιστον.

(73) *Τὸ μὴ ἐκ τοῦ παντός που αἰῶνος.* Non immerito quis mirari potest cur Eusebius hoc ab omni ævo inauditum esse dicat, quod urbs superstitioso dæmonum cultui dedita ecclesiam et episcopum acceperit. Id enim aliis quoque urbibus eo tempore contigerat. Sed fortasse Eusebius hoc novum et inauditum fuisse intelligit, quod ecclesia Dei in ea urbe constructa esset, in qua nulli adhuc erant Christiani, sed omnes pariter simulacra venerabantur. Itaque ecclesia hæc Heliopoli constructa est a Constantino in spem potius quam ob necessitatem, ut scilicet cives omnes ad Christianæ religionis professionem invitaret. Paulo post in codice Fuk. legitur ἔργου τυχεῖν, rectius quam ut in vulgatis editionibus ἔργον.

(73') *Ἐπηλείφετο.* Alii ἐπηγείρετο, ut et interpres legisse videtur. Edit.

(74) Vulg. *διαιρεῖσθαι.* Lego διαιρεθέντων τῶν τῆς Ἐκκλησίας λαῶν, quod confirmat Socrates in libro 1, cap. 24. Verum totus locus ex mss. codicibus Fuk., Savilii ac Turnebi ita restituendus est: Εἰς δύο μὲν γὰρ τμήματα διῄρητο ὁ τῆς Ἐκκλησίας λαός· τὸ δὲ κοινὸν τῆς πόλεως αὐτοῖς ἄρχουσιν καὶ στρατιώταις, πολεμίων τρόπον ἐπὶ τοσοῦτον ἀνακεκίνητο.

(75) *Αὐτοῖς ἄρχουσι καὶ στρατιωτικοῖς.* Male Christophorsonus *milites præsidiarios* vertit. Milites enim præsidiarii in castris erant, non in civitatibus. Intelligo igitur militares qui militia perfuncti fuerant: item officiales comitis Orientis, et consularis Syriæ.

Digitized by Google

petum repressissent. Atque hic rursus principis clementia, instar Servatoris ei animorum medici, ægris hominibus medicinam orationis adhibuit. Quippe unum ex iis quos circa se spectatos habebat, comitis honore decoratum, hominem fidelissimum, eo misit, plebem quasi legatione blanda compellans. Aliisque super alias scriptis litteris, hortatus est eos ut paci studerent, docens qua ratione divinæ religioni congruentia gererent. Ac tandem iis persuasit, excusavitque eos in suis litteris, asserens se coram audiisse ipsum qui totius seditionis auctor fuisset. Atque has ejus epistolas non vulgari doctrina et utilitate refertas, hoc loco apposuissem, nisi reis ignominiæ notam inurerent. Quocirca has quidem impræsentia omittam, quippe qui malorum memoriam haudquaquam renovare decreverim : eas vero solas hic inseram, quas ille de aliorum pace et concordia **516** gaudens et gratulans conscripsit. Quibus quidem litteris hortatur eos, ut alterius loci antistitem, cujus interventu pacem inter se fecissent, nequaquam sibi vindicare velint : sed potius juxta Ecclesiæ ritum, eum episcopum eligant, quem ipse communis omnium Servator designaverit. Scribit autem tum ad populum, tum ad episcopos, hæc quæ sequuntur :

ὁρμάς. Πάλιν θ' ἡ βασιλέως ἀνεξικακία, δίκην Σωτῆρος καὶ ψυχῶν ἰατροῦ, τὰς διὰ λόγων θεραπείας προσῆγε τοῖς νενοσηκόσι· διεπρεσβεύετο δῆτα τοῖς λαοῖς ἡμερωτέρως, τῶν παρ' αὐτῷ δοκίμων, καὶ τῇ τῶν κομήτων ἀξίᾳ τετιμημένων ἀνδρῶν τὸν πιστότατον ἐκπέμψας· φρονεῖν τε τὰ πρὸς εἰρήνην ἐπαλλήλοις παρῄνει γράμμασιν, ἐδίδασκέ τε πράττειν θεοσεβείᾳ πρεπόντως· ἔπειθέ τε καὶ ἀπελογεῖτο δι' ὧν πρὸς αὐτοὺς ἔγραφεν, ὡς τοῦ τῆς στάσεως αἰτίου διακηκοὼς (76) αὐτὸς εἴη. Καὶ ταύτας δ' αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, οὐ τῆς τυχούσης παιδεύσεώς τε καὶ ὠφελείας πλήρεις, παρεθέμην ἂν ἐπὶ τοῦ παρόντος, εἰ μὴ διαβολὴν ἐπῆγον τοῖς κατηγορουμένοις· διὸ ταύτας μὲν ἀναθήσομαι, κρίνας μὴ ἀνανεοῦσθαι κακῶν μνήμην, μόνας δὲ συνάψω τῷ λόγῳ, ἃς ἐπὶ συναφείᾳ καὶ εἰρήνῃ τῶν ἄλλων εὐθυμούμενος (77) συνέγραψε· δι' ὧν παρῄνει ἀλλοτρίου μὲν ἄρχοντος ἐφ' ᾧ τὴν εἰρήνην πεποίηντο, μηδαμῶς ἐθέλειν μεταποιεῖσθαι, θεσμῷ δ' ἐκκλησίας τοῦτον αἱρεῖσθαι ποιμένα, ὃν αὐτὸς ἀναδείξειεν ὁ κοινὸς τῶν ὅλων Σωτήρ. Γράφει δὲ αὐτῷ τε τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἐπισκόποις διαφόρως τὰ ὑποτεταγμένα·

CAPUT LX.

Constantini epistola ad Antiochenos, ne Eusebium Cæsarea abstraherent, sed ut alium quærerent.

« Victor Constantinus Maximus, Augustus, populo Antiochensi.

« Quam grata est et quam jucunda cunctis hujus sæculi prudentibus ac sapientibus viris vestra concordia. Ego certe vos, fratres, sempiterna be-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ξ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Ἀντιοχέας, μὴ ἀποσπᾶν Εὐσέβιον Καισαρείας, ἀλλ' ἕτερον ζητῆσαι.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος, Σεβαστὸς, τῷ λαῷ Ἀντιοχέων.

« Ὡς κεχαρισμένη γε τῇ τοῦ κόσμου συνέσει τε καὶ σοφίᾳ ἡ παρ' ὑμῶν ὁμόνοια· καὶ ἔγωγ' ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ἀθάνατον φιλίαν φιλεῖν ἔγνωκα, προκληθεὶς

(76) *Τοῦ τῆς στάσεως αἰτίου διακηκοώς.* Eustathium intelligit Antiochensem episcopum, ut ex titulo capitis apparet. Quem cum Eusebiani fraude et calumnia e sede sua dejecissent, ingens tumultus Antiochiæ exortus est. Id contigit anno Christi 329, ut ex Philostorgii lib. II manifeste colligitur; aut 330, ut astruere videtur Theodoritus in libro II, cap. 31. Hic enim Meletium ad sedem Antiochenam translatum esse scribit triginta annis post abdicationem Eustathii. Meletium porro Antiochiam translatum esse constat anno Christi 360. Quamobrem assentiri non possum illustrissimo cardinali Baronio, qui, Eusebio nostro semper infensus, dum ejus narrationem sequi recusat, omnia permiscuit. Ait enim hunc tumultum Antiochiæ contigisse anno Domini 324, id est, proximo ante synodum Nicænam anno : tunc cum Eustathius episcopus Antiochenus creatus est; cum Socrates, Sozomenus ac Theodoritus hunc tumultum in depositione ipsius Eustathii contigisse testentur. Sed Baronius certissimis, ut quidem ipse putat, rationibus, Eustathium non sub Constantino imp., sed sub Constantio, ex Antiochena sede dejectum esse contendit. Videamus igitur quibus id argumentis astruere nitatur. Primum affert Athanasii locum ex epistola ad solitarios sub initium : « Fuit, inquit, quidam Eustathius episcopus Antiochiæ, vir confessione clarus, » etc.,— « quem homines Arianæ opinionis ita apud Constantium ficta calumnia accusarunt, quasi in matrem principis contumeliosus fuisset. » Verum ego pro Constantio Constantinum in hoc Athanasii loco scribendum esse affirmo. Quam emendationem confirmant ea quæ de imperatoris matre mox subjiciuntur. Helenam enim intelligit, quæ in Orientem circa hoc tempus advenerat. Nam de Fausta omnino hæc intelligi non possunt, ante viginti fere annos, si Baronium sequimur, occisa. Hieronymi vero locus ex libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, parum facit pro Baronio, cum in antiquis editionibus, adeoque in Lugdunensi quæ penes me est, diserte scriptum sit, *sub Constantino principe missus est in exsilium*. Quamobrem Eusebium hic sequi malim quam Baronium. Neque enim video, cur tanti motus in creatione Eustathii esse potuerint, de quibus in epistola imperatoris Constantini fit mentio, ut ad eos sedandos mittendos fuerit comes, totque epistolas ab imperatore scribi oportuerit. Adde quod Constantinus in epistola ait se coram audivisse eum qui totius seditionis auctor exstiterat, Eustathium scilicet, quem ad comitatum venire jussum, in Thraciam relegavit. Atque hoc primum facinus Arianorum recenset Athanasius in epistola superius memorata, quod notandum est. Id enim gestum est ante synodum Tyri, adversus Athanasium coactam, id est ante annum Domini 334. Recte igitur Athanasius historiam belli quod Ariani Ecclesiæ Catholicæ intulerunt, a depositione Eustathii exorditur, tanquam a primo Arianorum facinore : quod cum ipsis ex sententia successisset, cætera prona sibi deinceps ac facilia esse existimarunt. Cæterum Baronii sententia, tum ex iis quæ supra dixi refellitur, tum ex eo quod Flaccillus, qui post Paulinum et Eulalium Eustathio successit, inter episcopos qui Tyrensi synodo interfuerunt, memoratur ab Athanasio in apologia ad imp. Constantium, ut recte observavit Jacobus Gothofredus in dissertationibus ad lib. II Philostorgii.

(77) Vulg. *τῶν ἄλλων ἐρθυμούμενος*. Scribendum est εὐθυμούμενος, ut legisse videtur Christophorsonus.

Digitized by Google

τῷ τε νόμῳ καὶ τῷ βίῳ, καὶ ταῖς σπουδαῖ, ταῖς ὑμετέραις. Τοῦτ' οὖν ἐστιν ὡς ἀληθῶς, ὀρθῶς τὰ καλὰ καρποῦσθαι, τὸ ὀρθῇ τε καὶ ὑγιεῖ κεχρῆσθαι διανοίᾳ. Τί γὰρ ἂν οὕτως ὑμῖν ἁρμόσειεν; Οὐκ οὖν θαυμάσαιμ' ἂν (78), εἰ τὴν ἀλήθειαν σωτηρίας μᾶλλον ὑμῖν, ἢ μίσους αἰτίαν φήσαιμι. Ἐν οὖν τοῖς ἀδελφοῖς, οὓς μία τε καὶ ἡ αὐτὴ δι' ὀρθῆς καὶ δικαίας ὁδοῦ πορεία τῷ Θεῷ κατεπαγγέλλεται, εἰς ἁγνήν τε καὶ ὁσίαν ἑστίαν ἐγγράφειν, τί ἂν τιμιώτερον γένοιτο (79) (τοῦ δι' εὐτυχίας) τοῖς πάντων καλοῖς ὁμογνωμονεῖν; μάλιστα ὅπου τὴν πρόθεσιν ὑμῶν (80) ἡ ἐκ τοῦ νόμου παίδευσις εἰς κάλλιω διόρθωσιν φέρει, καὶ τὴν ἡμετέραν οὖν κρίσιν βεβαιοῦσθαι τοῖς ἀγαθοῖς ἐπιθυμοῦμεν δόγμασι. Θαυμαστὸν τοῦτο ἴσως ὑμῖν καταφαίνεται, τί δή ποτε τὸ προοίμιόν μοι τοῦ λόγου βούλεται. Οὐ δὴ παραιτήσομαι, οὐδ' ἀρνήσομαι τὴν αἰτίαν εἰπεῖν. Ὁμολογῶ γὰρ ἀνεγκωκέναι τὰ ὑπομνήματα, ἐν οἷς λαμπραῖς τ' εὐφημίαις καὶ μαρτυρίαις ταῖς εἰς Εὐσέβιον τῶν Καισαρέων ἐπίσκοπον ὄντα, ὃν καὶ αὐτὸς παιδεύσεώς τε καὶ ἐπιεικείας ἕνεκεν καλῶς τε ἐκ πολλοῦ γινώσκω, ἐώρων ὑμᾶς ἐγκειμένους καὶ αὐτὸν σφετερίζομένους (81). Τί οὖν ἡγεῖσθέ με πρὸς ἀκριβῆ τοῦ κρείττονος ἐπιζήτησιν ἐπιγινόμενον (82) διεντεθυμῆσθαι; τίνα δὲ ἐκ τῆς ὑμετέρας σπουδῆς ἀνειληφέναι φροντίδα; Ὦ πίστις ἁγία, ἡ διὰ τοῦ λόγου καὶ τῆς γνώμης τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, εἰκόνα ὥσπερ ἡμῖν τοῦ βίου δίδως, ὡς δυσχερῶς ἂν καὶ αὐτὴ τοῖς ἁμαρτήμασιν ἀντιβαίης, εἰ μὴ τὴν πρὸς κέρδος ὑπηρεσίαν ἀρνήσαιο· καὶ ἐμοί γε δοκεῖ αὐτῆς τῆς νίκης περιγενέσθαι (83), ὁ τῆς εἰρήνης μᾶλλον ἀντιποιούμενος. Ὡς ὅπου γέ τοι τι τὸ πρέπον ἔξεστιν, οὐδεὶς ἂν ὁ μὴ τερπόμενος εὑρεθείη. Ἀξιῶ τοίνυν, ἀδελφοί, τοῦ χάριν οὕτω διαγινώσκομεν, ὥσθ' ἑτέροις ὕδριν δι' ὧν αἱρούμεθα, πριστρίψασθαι; Τοῦ χάριν ταῦτ' ἐπισπώμεθα, ἃ τὴν πίστιν τῆς ὑπολήψεως ἡμῶν καθαιρήσει; Ἐγὼ μὲν

A nevolentia complecti constitui; tum religionis instituto, tum vivendi ratione, tum studio ac favore vestro provocatus. Hic profecto verus bonorum fructus est, sana mente et prudenti consilio cuncta agere. Quid enim magis vos deceat? Ne miremini igitur si fidem veritatis vobis salutis potius quam odii causam fuisse dixero. Certe inter fratres, quos una eademque animorum affectio, et incessus in recta justitiæ via, in purum sanctumque domicilium Deo duce spondet adscribere, quid spectabilius esse possit, quam omnium bonis concordiæ animo acquiescere? Præsertim cum divinæ legis institutio propositum vestrum ad majorem incitet perfectionem, et nos vestrum judicium optimis decretis confirmari cupiamus. Ac fortasse mirum vobis videbitur, quid-
B nam sibi velit hoc nostri sermonis exordium. Equidem causam ejus rei exponere nec gravabor nec recusabo. Fateor enim perlegisse me acta, in quibus ex honorificis testimoniis ac præconiis vestris in Eusebium Cæsariensem episcopum, quem ego quoque et doctrinæ et modestiæ causa jamdudum probe novi, vos in eum propensos esse comperi, eumque vobis vindicare velle. Quid tunc existimatis mihi ad recti verique indagationem contendenti, in mentem venisse? Quantam curam ac sollicitudinem ob vestrum illud studium suscepisse me creditis? O fides sancta, quæ per verba ac præcepta Servatoris nostri, veluti expressam quamdam vitæ imaginem nobis exhibes, quam moleste etiam ipsa **517**
C peccantibus resisteres, nisi ad quæstum et gratiam servire prorsus refugeres. Mihi quidem videtur is victoriam ipsam vicisse, qui pacem magis requirit. Quippe ubi id quod honestum est, licet, neminem reperias qui non eo maxime delectetur. Quæso igitur, fratres carissimi, cur id consilium capimus, ex quo injuria in alios redundet? Cur ea consectamur

(78) *Οὐκ οὖν θαυμάσαιμ' ἄν.* Corruptus est hic locus, cujus sensum assecutus sum, prout potui. Ac primo quidem scribendum puto θαυμάσετε. Deinde scribe: οἷς μία τε καὶ αὐτὴ δι' ὀρθῆς τε καὶ δικαίας ὁδοῦ πορεία τῷ Θεῷ κατεπαγγέλλεται, ut scribitur in optimo codice Fuketiano, cui ex parte subscribunt codices Savilii ac Turnebi.

(79) *Τί ἂν τιμιώτερον γένοιτο.* Post hæc verba Scaliger aliique has voces inseruerunt, τοῦ δι' εὐτυχίας, quas etiam in Moræi libro ascriptas inveni. Verum hanc illorum conjecturam probare non possum. Quid enim sibi vult δι' εὐτυχίας? Mallem omnino legere, ἢ τοῖς πάντων καλοῖς χαίροντας ὁμογνωμονεῖν. Ait enim Constantinus, non decere Christianos aliorum bonis invidere, et vicinarum civitatum episcopos, eo quod scientia ac virtute antecellant, a suis Ecclesiis abstrahere. Id enim Antiochenses facere voluerant, qui, deposito Eustathio, Eusebium Cæsariensem episcopum sibi antistitem dari postulaverant. In Fuk. codice verbo γένοιτο punctum in summo apponitur. Deinde legitur τοῦτο δι' εὐτυχίας τοῖς, etc. Nec aliter in libro Turnebi. Savilius vero ad oram libri sui ita emendarat: Τοῦ δι' εὐτυχίας τῆς πάντων καλῶς ὁμ. Quam lectionem sive ex conjectura, sive ex ms. codice profectam, equidem probare non possum. Malim certe ita legere: Τί ἂν τιμιώτερον γένοιτο τοῦ διευτυχοῦντας τοῖς πάντων καλοῖς ὁμογνωμονεῖν, uti sensus sit quem supra posui.

(80) *Τὴν πρόθεσιν ὑμῶν.* Non recte hunc locum cepit Christophorsonus. Intelligit enim Constantinus impetum illum animorum, quo Antiocheni Eusebium sibi episcopum adsciscere proposuerant. Sicut postea per κρίσιν intelligit judicium quo eumdem elegerant. Lego igitur καὶ τὴν ἡμετέραν οὖν κρίσιν βεβαιοῦσθαι τοῖς ἀγαθοῖς, etc., ut scribitur in Fuk. ac Turnebi libro.

(81) *Ἐγκειμένους... σφετερίζομένους.* In veteribus schedis bibliothecæ Regiæ scribitur ἐγκείμενος, quod valde placet. Sed scripti codices Fuk., Savil. ac Turnebi aliam lectionem præferunt, ἐγκειμένους καὶ σφετερίζομένους.

(82) *Ἐπιζήτησιν ἐπιγινόμενον.* Non dubito quin scribendum sit, ἐπειγόμενον ἐντεθυμῆσθαι. In codice Fuk. scriptum inveni: ἐπιγενόμενον διεντεθυμῆσθαι. Posset etiam scribi ἐπεγειρόμενον.

(83) *Αὐτῆς τῆς νίκης περιγενέσθαι.* Elegantissima sententia, quam Christophorsonus non intellexit. Mihi quidem, inquit Constantinus, ipsam victoriam vicisse videtur is qui paci maxime studet. Itaque post vocem ἀντιποιούμενος punctum ponendum est, ut habent codd. Regius, Fuk., et veteres schedæ.

Digitized by Google

et arcessimus, quæ fidem opinionis nostræ eversura sunt? Equidem virum illum quem vos et honore et benevolentia dignum judicatis, plurimum laudo. Non tamen adeo despici oportet id quod apud singulos ratum firmumque manere debuerat, ut singuli contenti non sint sententiis suis, nec domesticis bonis omnes perfruantur, utque in disquirendis iis qui ex æquo digni sint episcopatu, non dicam unus aut alter, sed plurimi Eusebio pares non proferantur. Etenim cum asperitas et violentia nullam ecclesiasticis honoribus molestiam facessat, omnes similes inter se sunt, et æquali in pretio habendi. Neque enim rationi consentaneum fuerit, ut hujusmodi inquisitio ad aliorum fiat injuriam : quippe cum omnium mentes, sive humiliores sint, sive illustriores, divina decreta ex æquo suscipiant atque custodiant : adeo ut alii, quod quidem ad communem legem pertinet, nullatenus aliis inferiores sint. Quod si veritatem aperte proferre volumus, jure quis dixerit hoc non esse hominem retinere, sed abstrahere, et violentiæ potius id quod agitur opus esse, quam justitiæ. Et sive hoc modo, sive aliter sentit multitudo, ego quidem liquido et audacter affirmo, eam rem criminationibus causam præbere, et ingentis tumultus tempestatem excitare. Nam et agni dentium suorum vim ac robur ostentant, quoties pastoris cura ac sollicitudine in deterius labente, pristina gubernatione se destitutos vident. Quod si hæc ita se habent et nos opinione non fallimur, hoc primum omnium considerate, fratres, (multa enim et maxima bona statim ab initio vobis nascentur) num sincera inter vos charitas atque dilectio, aliquod sui detrimentum passura sit. Deinde vero illud perpendite, virum illum qui boni consilii causa ad vos venerat, debitum sibi honoris fructum ex divino judicio percipere ; quippe qui non vulgari affectus sit beneficio, cum de ejus vir-

A οὖν ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα, ὃς καὶ ὑμῖν τιμῆς τε καὶ διαθέσεως ἄξιος δοκιμάζεται· οὐ μὴν οὕτω γ' ἐξησθενηκέναι τὸ παρ' ἑκάστοις κύριόν τε καὶ βέβαιον ὀφεῖλον μένειν χρὴ, ὡς μὴ ταῖς ἰδίαις γνώμαις ἕκαστους ἀρκεῖσθαι (84), καὶ τῶν οἰκείων πάντας ἀπολαύειν, ἕν τε ἐφαμίλλῳ διασκέψει, εἰς τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς σύγκρισιν οὐχ ἕνα μόνον, ἀλλὰ καὶ πλείους ἐκφῆναι. Διὸ δὴ οὐδὲν οὔτ' ἐκπλήξεως οὔτε ταραχύτητος ἐνοχλούσης ταῖς περὶ τὴν Ἐκκλησίαν τιμαῖς, ὁμοίας τε καὶ διὰ πάντων ἐπίσης ἀγαπητὰς εἶναι συμβαίνει. Οὐδὲ γὰρ εὔλογον, εἰς ἑτέρων πλεονέκτημα (85) ποιεῖσθαι τὴν περὶ τούτου ἐπίσκεψιν, τῆς πάντων διανοίας ἐπίσης, ἄν τ' ἐλάττους, ἄν τε μείζους (86) εἶναι δοκοῦεν, τὰ θεῖα δόγματα ὑποδεχομένης τε καὶ φυλαττούσης, ὡς κατὰ μηδὲν τοὺς ἑτέρους εἰς τὸν κοινὸν

B νόμον ἐλαττοῦσθαι. Εἰ δὴ τάληθὲς (87) γνώριμον διαῤῥήδην ἀποφαινόμεθα, ὡς οὐ κάθεξιν, ἀλλὰ ἀφαίρεσιν μᾶλλον ἂν εἴποι τις ἕσεσθαι τἀνδρὸς, καὶ βίας ἔργον, οὐ δικαιοσύνης γενήσεσθαι τὸ γινόμενον· ἄν θ' οὕτως, ἄν θ' ἑτέρως τὰ πλήθη φρονῇ, ὡς ἔγωγε διαῤῥήδην καὶ εὐτόλμως ἀποφαίνομαι, ἐγκλήσεως ὑπόθεσιν εἶναι τοῦτο, προκαλουμένην οὐ τῆς τυχούσης στάσεως ταραχήν· ἐπισημαίνουσι γοῦν τὴν τῶν ὀδόντων φύσιν τε καὶ δύναμιν, καὶ ἀρνειοὶ, ὅταν τοῦ ποιμένος τῆς συνηθείας τε καὶ θεραπείας ὑπολισθούσης ἐπὶ τὰ χείρω, τῆς πρὶν διαγωγῆς ἀποστερηθῶσιν.

C Εἰ δὴ ταῦθ' οὕτως ἔχει, καὶ οὐ σφαλλόμεθα, τοῦτο πρῶτον θεάσασθε, ἀδελφοί· πολλὰ γὰρ ὑμῖν καὶ μεγάλα ἐκ πρώτης ἀπαντήσεται· πρῶτον ἁπάντων, ἡ πρὸς ἀλλήλους γνησιότης τε καὶ διάθεσις, εἰ μηδὲν αὐτῆς ἐλαττωθὲν αἰσθήσεται· εἶθ' ὅτι καὶ δι' ὀρθὴν συμβουλὴν ἀφικόμενος (88), τὸ κατ' ἀξίαν ἐκ τῆς θείας κρίσεως καρποῦται, οὐ τὴν τυχοῦσαν χάριν εἰληφὼς, τῷ περὶ αὐτοῦ τοσαύτην ὑμᾶς ἐπιεικείας ψῆφον ἐνέγκασθαι· ἐπὶ τούτοις, ὃ τῆς ὑμετέρας συνηθείας (89) ἐστὶν ἀγαθὴ γνώμη, σπουδὴν τὴν πρέπουσαν εἰσενέγκασθε εἰς ἐπιζήτησιν ἀνδρὸς οὗ χρὴ

(84) Vulg. *ταῖς ἰδίαις γνώμαις ἕκαστος ἀρκεῖσθαι*, id est, *suis quisque limitibus contentus sit*. Est enim γνώμη *limes* agrorum, unde *gnomatici* scriptores dicti, qui de limitibus agrorum scripserunt. Eadem ratione ὅρος apud Græcos promiscue sumitur, tam pro sententia quam pro *limite*. Ut enim limes agros, ita sententia lites et controversias terminat. Porro scribendum videtur ἑκάστους ἀρκεῖσθαι· sequitur enim καὶ τῶν οἰκείων πάντας ἀπολαύειν. Quanquam Fuk. ac Turnebi codd. habent πάντων ἀπολαύειν.

(85) Vulg. *εἰς ἕτερον πλεονέκτημα*. Scribendum est εἰς ἑτέρων πλεονέκτημα. Non decet, inquit Constantinus, ut hujusmodi deliberatio de eligendo in Eustathii locum episcopo, aliis injuriam afferat ; nec alias Ecclesias spoliare debetis. Paulo post assentior Scaligero et Christophorsono, qui τῆς πάντων διανοίας emendarunt. Atque ita in Fuk. et Savilii codd. et in veteribus schedis scriptum invenl.

(86) *Ἄν τ' ἐλάττους, ἄν τε μείζους*. Id est, sive minoris urbis, cujusmodi est Cæsarea, incolæ sint ; sive majoris civitatis, cujusmodi est Antiochia. Omnes, inquit, tam μικροπολῖται quam magnarum urbium cives, æquales sunt apud Deum. Quare minora oppida non sunt spolianda suis episcopis. Idem paulo ante dixerat Constantinus ; honores ecclesiasticos similes esse omnes et æquali in pretio habendos.

(87) Vulg. *εἰς δὴ τἀληθές*. Hæc ad præcedentem periodum referri possunt. Atque ita post verbum ἀποφαινόμεθα punctum notandum erit, et locus sic vertendus : Adeo ut alii, quod quidem ad communem D fidem pertinet, nullatenus inferiores sint, siquidem verum aperte volumus dicere. Quamobrem hoc non est hominem retinere, sed abripere, etc. Atque ita locus hic distinguitur in veteribus schedis.

(88) *Δι' ὀρθὴν συμβουλὴν ἀφικόμενος*. Ex his colligitur, Eusebium nostrum Antiochiam venisse una cum reliquis episcopis, qui Eustathium Antiochenum episcopum in synodo condemnarunt ; et Antiochenos post depositionem Eustathii eum penes se detinere voluisse. Hoc est quod supra dixit Constantinus, οὐ κάθεξιν, ἀλλ' ἀφαίρεσιν μᾶλλον. Idem tradit Theodoritus in lib. I, cap. 21.

(89) *Ὁ τῆς ὑμετέρας συνηθείας*. Scribendum puto, ὅτι τῆς ὑμετέρας συνηθείας ἐστὶν ἀγαθὴ γνώμη, σπουδὴν τὴν πρ. εἰσενέγκασθαι. Subauditur enim ἀπὸ κοινοῦ verbum θεάσασθε. Quod si quis vulgatam lectionem tueri velit, equidem non magnopere repugnabo.

Digitized by Google

ζετε, ἀποκλείσαντες πᾶσαν στασιώδη καὶ ἄτακτον βοήν· ἀεὶ γὰρ ἄδικος ἡ τοιαύτη, κἀκ τῆς τῶν διαφορῶν συγκρούσεως (90) σπινθῆρές τε καὶ φλόγες ἐξανίστανται. Οὕτως οὖν τῷ Θεῷ τε ἀρέσαιμι καὶ ὑμῖν, κατ' εὐχάς τε τὰς ὑμετέρας διαζήσαιμι, ὡς ὑμᾶς ἀγαπῶ, καὶ τὸν ὅρμον τῆς ὑμετέρας πραότητος, ἐξ οὗ τὸν ῥῦπον ἐκεῖνον ἀπωσάμενοι (91), ἀντεισενέγκατε ἦθει ἀγαθῷ τὴν ὁμόνοιαν, βέβαιον τὸ σημεῖον ἐνθέμενοι, δρόμον τε οὐράνιον εἰς φῶς δραμόντες (92), πηδαλίοις θ', ὡς ἂν εἴποι τις, σιδηροῖς. Διόπερ καὶ τὸν ἄφθαρτον φόρτον ἄγετε (93)· πᾶν γὰρ τὴν ναῦν λῦμαινόμενον, ὥσπερ ἐξ ἀντλίας ἀνάλωται. Διὸ δὴ νῦν προνοήσασθε τὴν ἀπόλαυσιν τούτων ἁπάντων (94) οὕτως ἔχειν, ὡς ἂν μὴ δεύτερον ἀβούλῳ καὶ ἀλυσιτελεῖ σπουδῇ ἢ καθόλου τι πήξασθαι, ἢ ἀρχὴν ἐπιχειρῆσαι μὴ συμφέρον δοκοίημεν. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. »

tute tam honorificum suffragium tulistis. **518** Postremo vestræ consuetudinis esse curam ac diligentiam prudenti consilio congruentem adhibere, ut talem virum cujusmodi opus habetis, perquiratis, omni seditioso et immodesto clamore procul amoto. Semper enim hujusmodi clamores injusti sunt, et ex variorum hominum inter se collisione scintillæ atque incendia excitari solent. Ita Deo et vobis placeam, ita secundum vota vestra vitam degam, ut vos diligo et tranquillum vestræ mansuetudinis portum amo. Ex quo ejectis illi sordibus, cum probis moribus concordiam inducite, firmumque navi signum imponite, cœlestem navigationis cursum gubernaculis, ut ita dicam, ferreis ad lucem ipsam dirigentes. Quocirca incorruptibiles merces in navem imponite. Quidquid enim navem corrumpere poterat, tanquam e sentina exhaustum est. Proinde operam date, ut his omnibus bonis ita potiamini, ne quid in posterum inconsulto atque inutili studio aut statuisse omnino, aut ab initio aggressi esse videamini. Divinitas vos servet, fratres charissimi. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΑ'.

Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον, ἐπαινοῦντος τὴν παραίτησιν Ἀντιοχείας.

Βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς ἡμᾶς (95) ἐπὶ τῇ παραιτήσει τῆς Ἀντιοχέων ἐπισκοπῆς.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος Μέγιστος Σεβαστὸς, Εὐσεβίῳ.

« Ἀνέγνων πλησιέστατα τὴν ἐπιστολήν, καὶ τὸν κανόνα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης εἰς ἀκρίβειαν

CAPUT LXI.

Constantini ad Eusebium litteræ, quibus eum laudat, quod Antiochiam recusaverit.

Imperatoris epistola ad nos post repudiatum Antiochiæ episcopatum.

« Victor Constantinus Maximus Augustus, Eusebio.

« Epistolam tuam sæpius legi, et ecclesiasticæ disciplinæ regulam accuratissime observatam a te

90) Vulg. *κἀκ τῆς τῶν διαφορῶν συγκρίσεως.* Melius, ni fallor, legeretur τῆς τῶν διαφορῶν συγκρούσεως, id est, *ex multorum hominum collisione scintillæ et flammæ excitari solent.* Conjecturam nostram codex Fuk. nobis tandem confirmavit, in quo diserte scribitur τῆς τῶν διαφορῶν συγκρούσεως.

(91) *Ἐξ οὗ τὸν ῥῦπον ἐκεῖνον ἀπωσάμενοι.* Christophorsonus hunc locum ita vertit : *Ex quo portu sordibus seditionis præteritæ ejectis, pacato mentis statu, concordiam in eorum locum inducite.* Verum in ea versione, multa sunt quæ probare non possum. Primo enim quod per ῥῦπον ἐκεῖνον sordes seditionis intelligit, non placet. Mihi quidem videtur Constantinus innuere causam illam, propter quam depositus fuerat Eustathius; stuprum videlicet cujusdam mulierculæ, de quo Theodoritus in lib. I *Historiæ.* Idem etiam significat Constantinus paulo post, ubi dicit : Πᾶν γὰρ τὴν ναῦν λυμαινόμενον, ὥσπερ ἐξ ἀντλίας ἀνάλωται, id est, *Quidquid navim corrumpebat, tandem ex sentina exhaustum est.* Ubi tamen Christophorsonus *sordes seditionis* iterum interpretatur. Verum quomodo sordes de seditione dici possint, equidem non video. De stupro vero quod Eustathio objiciebatur, quin optime dicantur nemo dubitare potest. Est autem hic metaphora a portibus, qui purgari solent, quoties luto et cujusquemodi ruderibus oppleti sunt. Jam vero verba illa ἐξ οὗ, posset aliquis interpretari adverbialiter : atque ita legendum esset ἀντεισενέγκατε, quod certe non displicet. Ita, inquit Constantinus, Deo placeam ut vos amo, et vestræ lenitatis portum diligo, postquam, ejectis illis sordibus, concordiam cum probis moribus induxistis. Certe hic sensus valde mihi arridet præ vulgata lectione. Jam enim concordes erant Antiochenses, et pacata erat seditio, tunc cum hæc scriberet Constantinus, ut patet ex initio hujus epistolæ.

(92) *Δρόμον τε οὐράνιον εἰς φῶς δραμόντες.* Scribendum puto δρόμον οὔριον. Est enim metaphora a navigatione. Sic οὔριος δρόμος apud Sophoclem pro felici cursu navigationis ; et οὐριοδρομοῦσα ναῦς a Græcis dicitur, quæ secundo fertur vento.

(93) Vulg. *τὸν ἄφθαρτον φθαρτὸν ἡγεῖσθε.* Tota hæc epistola passim corrupta est ; sed præcipue hæc clausura mendis scatet. Quid enim sibi volunt hæc verba? Ego non dubito quin legendum sit ἄφθαρτον φόρτον ἄγετε. Utitur enim hic Constantinus perpetua metaphora a navigatione, et Christianos comparat negotiatoribus qui mercaturæ causa navigant. Pergite, inquit, felici cursu ad lumen æternum, vexillo crucis in navibus vestris erecto, et incorruptas merces in navem imponite. Jam enim quidquid navem corrumpere poterat, exhaustum est. Ita levi ac prope nulla mutatione facta, elegans et apertus jam sensus exsistit.

(94) Vulg. *τοῦ τῶν ἁπάντων.* Scribend. videtur una voce τούτων, quo modo etiam Savilius in suo codice emendarat. In Fuk. codice legitur ἀπόλαυσιν τῶν ἁπάντων. Finis autem hujus epistolæ sic restituendus videtur, ἢ καθόλου τι πράξασθαι, ἢ τὴν ἀρχὴν ἐπιχειρῆσαι μὴ συμφέρον δοκοίητε. Quam lectionem in versione mea secutus sum. Vocat autem Constantinus ἄβουλον σπουδήν, studium quod Antiochenses erga Eusebium declaraverant, cum eum sibi episcopum ambirent. Potest etiam intelligi studium Antiochensium erga Eustathium, cujus abdicationem ægre ferentes, seditionem concitaverant. In manuscriptis codicibus Fuk., Sav. et Turnebi hic locus ita scribitur : ἐπιχειρῆσαι ὃ μὴ συμφέροι [συμφέρον?] εἶναι ἡμεῖς δοκοίημεν. Sed planior est scriptura quam in veteribus schedis reperimus, ἐπιχειρῆσαι μὴ συμφέρον δοκοίημεν.

(95) *Βασιλέως ἐπιστολὴ πρὸς ἡμᾶς.* Hic titulus ab ipso Eusebio perscriptus est, ut apparet. Ait enim ipse de se πρὸς ἡμᾶς. Quare non opus erat alio titulo. Porro ex hoc loco aperte colligitur hos

Digitized by Google

cognovi. Enimvero in ea sententia perstare, quæ et Deo accepta et apostolicæ traditioni congrua esse videatur, summæ pietatis est. Tu quidem beatum te in hoc ipso existimare debes, qui, totius propemodum orbis testimonio, dignus universæ Ecclesiæ episcopatu judicatus sis. Nam cum omnes te apud se episcopum esse ambiant, hanc tuam felicitatem sine controversia adaugent. Verum rectissime fecit prudentia tua, quæ et mandata Dei et apostolicam atque ecclesiasticam regulam custodire statuit, episcopatum Antiochensis Ecclesiæ repudians, et in eo potius permanere desiderans, quem Dei mandatu ab initio suscepisset. Porro hac de re ad populum litteras dedi, **519** et ad collegas tuos, qui quidem etiam ipsi de iisdem rebus ad me scripserant. Quas ubi sanctitas tua perlegerit, facile cognoscet, me, quoniam refragari ipsis justitia videbatur, divini Numinis impulsu ad eos scripsisse. Eorum consilio etiam prudentiam tuam interesse oportebit, ut hoc ipsum in Antiochenorum Ecclesia constituatur. Dignitas te servet, frater charissime. »

A φυλαχθέντα κατενόησα· ἐμμένειν γοῦν τούτοις ἅπερ ἀρεστά τε τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ἀποστολικῇ παραδόσει σύμφωνα φαίνεται, εὐαγές. Μακάριον δὴ σαυτὸν καὶ ἐν αὐτῷ τούτῳ νόμιζε, ὡς τῇ τοῦ κόσμου παντὸς, ὡς ἔπος εἰπεῖν, μαρτυρίᾳ, ἄξιος ἐκρίθης πάσης Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος εἶναι (96)· εἰ γὰρ ποθοῦσιν ἅπαντες εἶναί σε παρ' αὐτοῖς, ταύτην σοι τὴν εὐδαιμονίαν ἀναμφισβητήτως συναύξουσιν. Ἀλλ' ἡ σὴ σύνεσις, ἧγουν τάς τε ἐντολὰς (97) τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν ἀποστολικὸν κανόνα καὶ τῆς Ἐκκλησίας φυλάττειν ἔγνωκεν, ὑπέρευγε πεποίηκε, παραιτουμένη τὴν ἐπισκοπίαν τῆς κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἐκκλησίας, ἐν ταύτῃ δὲ διαμεῖναι σπουδάζουσα, εἰς ἣν ἐκ πρώτης Θεοῦ βουλήσει τὴν ἐπισκοπίαν ὑπεδέξατο. Περὶ δὴ τούτου πρὸς τὸν λαὸν ἐπιστολὴν ἐποιησάμην, πρός τε τοὺς ἄλλους συλ-
B λειτουργοὺς, οἳ καὶ αὐτοὶ περὶ τούτων ἐτύγχανόν μοι γεγραφηκότες· ἅπερ ἡ σὴ καθαρότης ἀναγνοῦσα, ῥᾳδίως ἐπιγνώσεται, ὅτι τῆς δικαιοσύνης ἀντιθεγγομένης αὐτοῖς, προτροπῇ τοῦ Θείου πρὸς αὐτοὺς ἔγραψα· ὧν τῷ συμβουλίῳ, καὶ τὴν σὴν σύνεσιν παρεῖναι δεήσει, ὡς ἂν τοῦτο ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων Ἐκκλησίας τυπωθείη. Ὁ Θεός σε διαφυλάξοι, ἀδελφὲ ἀγαπητέ. »

CAPUT LXII.

Constantini epistola ad synodum, ne Eusebius Cæsarea abstrahatur.

« Victor Constantinus Maximus Augustus, Theodoto, Theodoro, Narcisso, Aetio, Alpheo et reliquis episcopis qui sunt Antiochiæ.

« Legi litteras a vestra sanctitate scriptas, et Eusebii collegæ vestri prudens propositum magnopere laudavi. Cumque cuncta quæ gesta sunt, partim ex vestris, partim ex perfectissimorum virorum, Acacii et Strategii comitum, litteris cognovissem, remque ut decebat accurate expendissem, scripsi ad populum Antiochenum, quid Deo acceptum et Ecclesiæ congruum esset. Ejus epistolæ exemplum his litteris subjici præcepi, ut et vos cognoscere possitis, quidnam ego juris ratione provocatus scri-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΒ'.

Κωνσταντίνου πρὸς τὴν σύνοδον, μὴ ἀποσπᾶσθαι Καισαρείας Εὐσέβιον.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος Μέγιστος Σεβαστὸς, Θεοδότῳ (98), Θεοδώρῳ, Ναρκίσσῳ, Ἀετίῳ, Ἀλφειῷ καὶ
C τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις τοῖς οὖσιν ἐν Ἀντιοχείᾳ.

« Ἀνέγνων τὰ γραφέντα παρὰ τῆς ὑμετέρας συνέσεως, Εὐσεβίου τε τοῦ ἅμα ὑμῖν ἱερωμένου τὴν ἔμφρονα πρόθεσιν ἀπεδεξάμην, ἐπιγνούς τε τὰ πεπραγμένα σύμπαντα, τοῦτο μὲν τοῖς ὑμετέροις γράμμασι, τοῦτο δὲ τοῖς Ἀκακίου καὶ Στρατηγίου (99) τῶν διασημοτάτων κομήτων, διάσκεψίν τε τὴν δέουσαν ποιησάμενος, πρὸς τὸν λαὸν τῶν Ἀντιοχέων ἔγραψα, ὅπερ ἀρεστόν τε τῷ Θεῷ ἦν καὶ ἁρμόζον τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἀντίγραφόν τε τῆς ἐπιστολῆς ὑποταχθῆναι τοῖς γράμμασι τούτοις ἐνετειλάμην, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ

libros ab Eusebio Cæsariensi scriptos fuisse. Quod cum innumeris argumentis ac testimoniis probari possit, miror tamen Jacobum Gothofredum id negare ausum fuisse. In codice Fuk. qui titulos singulis capitibus præfixos habet, desunt hæc verba. In Regiis autem schedis ad latus ascripta sunt.

(96) *Πάσης Ἐκκλησίας ἐπίσκοπος εἶναι.* Baronius ad annum Domini 324, numero 145, hæc verba sic exponit : « Ecclesiæ, inquit, Antiochenæ curam vocat Constantinus episcopatum totius Ecclesiæ, quod Antiochia metropolis esset totius Orientis. » Verum, quod pace summi viri dictum sit, alius videtur esse sensus horum verborum. Nam cum omnes civitates Eusebium episcopum habere vellent, ut paulo post testatur Constantinus, omnium consensu dignus erat Eusebius totius orbis episcopatu.

(97) *Ἧγουν τάς τε ἐντολάς.* In codd. Fuketii et Savilii scriptum est εἴπερ τάς τε ἐντολάς. Malim tamen scribere ἥπερ τάς τε, etc. Paulo ante ubi legitur σύμφωνα φαίνεται, codd. Fuketii et Savilii addunt εὐαγές.

(98) *Θεοδότῳ.* Hic Theodotus episcopus erat Laodiceæ in Syria; Narcissus vero episcopus Neroniadis in Cilicia; Aetius episcopus Lyddæ in Palæstina : omnes Arianarum partium fautores. Qui cum Antiochiam venissent una cum Eusebio Nicomediensi et Eusebio Cæsariensi, Eustathium deposuerunt, ut scribit Theodoritus in libro 1 *Historiæ*, cap. 21. Aetius tamen ad orthodoxorum partes postmodum se recepit, teste Philostorgio in lib. III, cap. 12, et Athanasio. Jam Alpheus, Apameæ in Syria episcopus, Theodorus denique Sydonis in Phœnice antistes nominantur inter episcopos qui Nicænæ synodo subscripserunt. De Theodoro loquitur etiam Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ*.

(99) *Ἀκακίου καὶ Στρατηγίου.* De Acacio comite Orientis, ni fallor, Constantinus supra in epistola ad Macarium Hierosolymarum episcopum. Strategius vero is est, qui alio nomine Musonianus dictus, de quo multa notavi ad lib. 16 Amm. Marcellini. Missus fuerat Antiochiam ab imperatore Constantino ad sedandum tumultum ut dixit Eusebius supra

Digitized by Google

γινώσκοιτε δ τί ποτε τῷ τοῦ δικαίου λόγῳ προσκληθεὶς (1) πρὸς τὸν λαὸν γράψαι προειλόμην· ἐπειδὴ τοῦτο τοῖς γράμμασιν ὑμῶν περιείχετο, ὥστε κατά γε τὴν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας προαιρέσεως σύνεσίν (2) τε καὶ βούλησιν, Εὐσέβιον τὸν ἱερώτατον ἐπίσκοπον τῆς Καισαρέων Ἐκκλησίας, ἐπὶ τῆς Ἀντιοχέων προκαθέζεσθαι, καὶ τὴν ὑπὲρ ταύτης ἀναδέξασθαι φροντίδα. Τά γε μὴν τοῦ Εὐσεβίου γράμματα (3) τὸν θεσμὸν Ἐκκλησίας μάλιστα φυλάττοντα ἐφαίνετο, ἐχρῆν δ' ὑμῶν τῇ συνέσει καὶ τὴν ἐμὴν γνώμην ἐμφανῆ γενέσθαι. Ἀφῖκται γὰρ εἰς ἐμὲ, Εὐφρόνιόν (4) τε τὸν πρεσβύτερον, πολίτην ὄντα τῆς κατὰ Καππαδοκίαν Καισαρείας, καὶ Γεώργιον τὸν Ἀρεθουσίων (5) πρεσβύτερον ὡσαύτως, ὃν ἐπὶ τῆς τάξεως ταύτης Ἀλέξανδρος (6) ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατεστήσατο, εἶναι τὴν πίστιν δοκιμωτάτους. Καλῶς οὖν εἶχε δηλῶσαι τῇ συνέσει ὑμῶν, τούς τε προχειρισαμένους (7), καὶ ἑτέρους οὓς ἂν ἀξίους ἡγήσησθε πρὸς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ἀξίωμα, ὁρίσαι ταῦτα, ἃ τῇ τῶν ἀποστόλων παραδόσει σύμφωνα ἂν εἴη· τῶν γὰρ τοιούτων εὐτρεπισθέντων, δυνήσεται ἡμῶν ἡ σύνεσις κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας κανόνα καὶ τὴν ἀποστολικὴν παράδοσιν, οὕτω ῥυθμίσαι τὴν χειροτονίαν, ὡς ἂν ὁ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐπιστήμης ὑφηγῆται λόγος. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. »

A pserim ad populum Antiochenum, quandoquidem hoc litteris vestris continebatur, ut juxta populi et prudentiæ vestræ suffragium ac voluntatem, Eusebius sanctissimus Cæsariensium episcopus Antiochenæ Ecclesiæ præsideret, ejusque curam susciperet. Ac litteræ quidem Eusebii, ecclesiasticæ legi maxime consentire videbantur. Convenit tamen ut nostra quoque sententia vestræ prudentiæ innotescat. Etenim relatum est ad nos, Euphronium presbyterum civem Cæsareæ quæ est in Cappadocia, et Georgium Arethusiorum civem, itidem presbyterum, quem Alexander ad hunc ordinem in urbe Alexandrina promovit, viros esse in doctrina fidei probatissimos. Placuit itaque significare prudentiæ vestræ, ut hos viros, et alios quos ad episcopatum idoneos judicaveritis, in medium proferentes, ea decernatis quæ apostolorum traditioni consentiunt. His enim præstructis, **520** vestra prudentia juxta Ecclesiæ regulam et, apostolicam traditionem ita hanc electionem dirigere poterit, quemadmodum ecclesiasticæ disciplinæ ratio postulat. Divinitas vos servet, fratres charissimi. »

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΓ'.

Ὅπως τὰς αἱρέσεις ἐκτεμεῖν ἐσπούδασεν.

Τοιαῦτα τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν ἄρχουσι διατάττομε-

CAPUT LXIII.

Quomodo hæreses excindere studuerit.

Hæc imperator præsulibus Ecclesiarum præcl-

C

(1) *Τῷ τοῦ δικαίου λόγῳ προσκληθεὶς.* Malim scribere προκληθείς.

(2) *Προαιρέσεως σύνεσιν.* Libentius legerim συνέσεως προαίρεσιν. Porro ex his verbis quæ a Christophorsono male accepta sunt, apparet episcopos qui Antiochiæ convenerant, a Constantino per litteras petiisse, ut juxta populi Antiocheni et ipsorum voluntatem Eusebius ad Antiochenam sedem transferretur. Itaque verba illa ὥστε κατά τε τὴν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν τῆς ὑμετέρας συνέσεως προαίρεσιν, etc., desumpta sunt ex epistola episcoporum Antiochiæ congregatorum ad imperatorem Constantinum missa.

(3) Vulg., *Τήν γε μὴν τὰ τοῦ βίου γράμματα.* Non displicet conjectura doctorum virorum, qui emendarunt τά γε μὴν τοῦ Εὐσεβίου γράμματα τὸν θεσμόν, etc. Posset etiam locus sic emendari : ἀπήρκει γε ὑμῖν τὰ τοῦ Εὐσεβίου, etc. Verum prior lectio confirmatur auctoritate codd. Fuketii et Savilii. Tantum delendus est articulus postpositivus ᾶ, qui in Fuketii codice non habetur.

D

(4) *Ἀφῖκται γὰρ εἰς ἐμὲ, Εὐφρόνιον.* In codice Fuketii et Savilii ita legitur hic locus : Ἀφῖχθαι γὰρ εἰς ἐμὲ συνέδη, Εὐφρόνιον, etc. Quam lectionem secutus est Christophorsonus; sed vulgata lectio longe præstat, ἀφῖκται γὰρ εἰς ἐμέ, id est, *pervenit ad me*, ut vertit Musculus, seu *nuntiatum est mihi.*

(5) *Γεώργιον τὸν Ἀρεθουσίων.* Supple πολίτην, quam vocem ἀπὸ κοινοῦ repetendam esse, minime advertit Christophorsonus. Cæterum πολίτης non tantum significat eum qui ex aliqua urbe oriundus est, sed potius qui in aliqua urbe domicilium habet, et inter cives relatus est, sive in ea natus sit, sive alibi.

(6) *Ὃν ἐπὶ τῆς τάξεως ταύτης Ἀλέξανδρος.* Idem scribit Athanasius in libro *De synodis Arimini et Seleuciæ ;* Georgium hunc scilicet qui postea Laodiceæ episcopus fuit, primum ab Alexandro Alexandrinorum episcopo presbyterum esse factum : postea vero ob impietatem depositum esse ab eodem Alexandro. Sed et in *Apologetico adversus Constantium*, pag 278, eumdem ab Alexandro depositum esse scribit, idque ipsum diserte confirmant Patres Sardicensis concilii in epistola synodica. Idem Athanasius in eodem *De Synodis* libro, pag. 886, Georgium hunc Antiochiæ commoratum esse testatur. Porro hunc locum ex schedis Regiis ita distinxi, ὃν ἐπὶ τῆς τάξεως ταύτης Ἀλέξανδρος ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατεστήσατο, εἶναι τὴν πίστιν δοκιμωτάτους, et sic Musculus.

(7) *Τοὺς προχειρισαμένους.* Mutilus esse mihi videtur hic locus, quem ita supplendum esse existimo : Καλῶς οὖν εἶχε δηλῶσαι τῇ συνέσει ὑμῶν τούτους, ὑμᾶς δὲ προχειρισαμένους τούτους τε καὶ ἑτέρους, etc. Quam lectionem in versione mea sum secutus. Τούτους Euphronium et Georgium supradictos intelligit. Ex quibus Euphronius quidem postea fuit episcopus Antiochiæ, et quidem proximo loco post Eustathium, ut scribunt Socrates, Sozomenus et Theodorus Mopsuestenus apud Nicetam in *Thesauro orthodoxæ fidei.* Georgius vero is est, ut dixi, qui postea episcopus fuit Laodiceæ. In codice Fuk. scribitur τούς τε προχειρισομένους. Porro autem notandum est, Arianos homines pro orthodoxis hic laudari a Constantino : seu quia errorem suum adhuc tegebant, seu quia Ariani aures ejus atque animum occupaverant. Nihil hic vidit Christophorsonus. Προχειρίσασθαι in electionibus, est proponere ac proferre in medium nomen alicujus, ut inquiratur an dignus sit eo munere de quo agitur. Quod ἐκφῆναι vocat Constantinus in epistola ad populum Antiochenum. Προχειρισμόν sequebatur examinatio, deinde electio, ac postremo ordinatio seu consecratio. Certe προχειρισμὸς aperte distinguitur a χειροθεσίᾳ in epist. Patrum concil. Niceni ad episcopos Ægypti. Sic enim statuunt de Meletio: μηδεμίαν ἐξουσίαν ἔχειν, μήτε προχειρίζεσθαι, μήτε χειροθετεῖν. Et paulo post de episcopis a Meletio ordinatis præcipiunt : τούτοις μὲν μηδεμίαν ἐξουσίαν εἶναι τοὺς ἀρεσκομένους αὐτοῖς προχειρίζεσθαι,

Digitized by Google

piens, hortabatur eos, ut ad laudem divinæ religionis propagandam cuncta agerent. Postquam vero sublatis e medio dissensionibus, Ecclesiam Dei ad concordiam, et unanimem doctrinæ concentum revocavit; inde transgressus, aliud impiorum genus, utpote pestilens humani generis venenum, abolendum esse censuit. Erant hi perniciosi quidam homines, qui sub falsa modestiæ et gravitatis specie urbes vastabant. Quos pseudo-prophetas et rapaces lupos alicubi Servator appellat his verbis : *Cavete a falsis prophetis, qui venient ad vos in vestimentis ovium ; intus autem sunt lupi rapaces. Ex fructibus eorum cognoscetis eos.* Igitur misso ad provinciarum præsides præcepto, hujusmodi hominum genus abegit ac fugavit. Præter ipsam autem legem, imperator salutarem quoque institutionem ad eos nominatim direxit, exhortans homines ut quantocius pœnitentiam agerent : Ecclesiam enim Dei ipsis portum salutis fore. Audi ergo quomodo in suis ad eos litteris concionatur.

CAPUT LXIV.

Constantini constitutio adversus hæreticos.

« Victor Constantinus Maximus Augustus, hæreticis.

« Agnoscite nunc hujus legis beneficio, o Novatiani, Valentiniani, Marcionistæ, Pauliani, et quibus Cataphrygum nomen est inditum, omnes denique qui hæreses privatis cœtibus instruitis atque impletis, quot mendaciis opinionis vestræ vanitas implicetur, et quam perniciosis venenis imbuta sit vestra doctrina : adeo ut sanis morbus gravissimus, viventibus perpetua mors per vos importetur. O veritatis inimici, hostes vitæ, exitii consiliarii : cuncta apud vos sunt veritati contraria ; turpissimis flagitiis congrua : ineptiis et figmentis **521** referta : quibus vos mendacia quidem astruitis; innocentes autem opprimitis, et credentibus lucem negatis. Ac sub obtentu quidem divinitatis assidue peccantes, cuncta polluitis : puras vero et illibatas hominum conscientias lethalibus plagis vulneratis, atque ipsum propemodum diem mortalium oculis intercipitis. Et quid attinet singula percensere, cum nec brevitas temporis, nec magnitudo occupationum nostrarum patiantur nos de criminibus vestris pro merito ipserum verba facere? Quippe tam gravia sunt et immensa scelera vestra ; adeo fœda et omni atrocitate exuberantia, ut ne dies quidem integer ad eorum explicationem sufficiat. Et alioqui ab hujusmodi rebus aures amovere et oculos avertere decet, ne pura ac sincera fidei nostræ alacritas particulari earum expositione violetur. Quid est igitur quod hujusmodi mala diutius toleremus? maxime cum diuturna patientia faciat, ut hi quo-

ἢ ὑποβάλλειν ὄνομα. De catholicis vero sacerdotibus qui se puros a Meletii schismate servassent, ita sanciunt : Ἐξουσίαν ἔχειν καὶ προχειρίζεσθαι, καὶ ὀνόματα ἐπιλέγεσθαι τῶν ἀξίων τοῦ κλήρου.

(8) *Χρῆμα.* In Fuk., Sav. et Turnebi codicibus scriptum inveni χαίροντα, prout Scaliger, Christophorsonus aliique in suis libris repererunt.

(9) *Μακρὰ παρεπιθύμησις.* Forte παρενθύμησις, id est, *negligentia* et *dissimulatio*. In codd. Fuk., Savil. ac Turnebi ὑπέρθεσις legitur. Paulo post scribo ex codice Fuk., διὰ δημοσίας ἐπιστρεφείας.

νος βασιλεὺς, πάντα πράττειν ἐπ' εὐφημίᾳ τοῦ θείου λόγου παρῄνει. Ἐπεὶ δὲ τὰς διαστάσεις ἐκποδὼν ποιησάμενος, ὑπὸ σύμφωνον ἁρμονίαν τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ κατεστήσατο, ἔνθεν μεταβὰς, ἄλλο τι γένος ἀθέων ἀνδρῶν ὠήθη δεῖν, ὥσπερ δηλητήριον τοῦ τῶν ἀνθρώπων ἀφανὲς καταστῆσαι βίου· φθόροι δέ τινες ὑπῆρχον οὗτοι, προσχήματι σεμνῷ λυμαινόμενοι τὰς πόλεις· ψευδοπροφήτας αὐτοὺς ἢ λύκους ἁρπαγας σωτήριος ἀπεκάλει ὧδέ που θεσπίζουσα φωνή· *Προσέχετε ἀπὸ τῶν ψευδοπροφητῶν, οἵτινες ἐλεύσονται πρὸς ὑμᾶς ἐν ἐνδύμασι προβάτων, ἔσωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες· ἀπὸ τῶν καρπῶν αὐτῶν ἐπιγνώσεσθε αὐτούς.* Καταπεμφθὲν δὴ τοῖς κατ' ἔθνος ἡγεμόσι πρόσταγμα, πᾶν τὸ τῶν τοιούτων φῦλον ἤλαυνε· πρὸς δὲ τῷ νόμῳ, καὶ ζωοποιὸν διδασκαλίαν εἰς αὐτῶν πρόσωπον διετίθετο, σπεύδειν ἐπὶ μετάνοιαν παρορμῶν τοὺς ἄνδρας· σωτηρίας γὰρ ὅρμον αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν Ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ. Ἐπάκουσον δ' ὅπως καὶ τούτοις διὰ τοῦ πρὸς αὐτοὺς ὑμῖλει γράμματος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΔ'.

Κωνσταντίνου διάταγμα πρὸς τοὺς αἱρετικούς.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος Μέγιστος Σεβαστὸς, αἱρετικοῖς.

« Ἐπίγνωτε νῦν διὰ τῆς νομοθεσίας ταύτης, ὦ Ναυατιανοὶ, Οὐαλεντῖνοι, Μαρκιωνισταὶ, Παυλιανοὶ, οἵ τε κατὰ Φρύγας ἐπικεκλημένοι, καὶ πάντες ἁπλῶς οἱ τὰς αἱρέσεις διὰ τῶν οἰκείων πληροῦντες συσταμάτων, ὅσοι ψεύδεσιν ἡ παρ' ὑμῖν ματαιότης ἐμπέπλεκται, καὶ ὅπως ἰοβόλοις τισὶ φαρμάκοις ἡ ὑμετέρα συνέχεται διδασκαλία· ὡς τοὺς μὲν ὑγιαίνοντας εἰς ἀσθένειαν, τοὺς δὲ ζῶντας εἰς διηνεκῆ θάνατον ἀπάγεσθαι δι' ὑμῶν. Ὦ τῆς μὲν ἀληθείας ἐχθροὶ, τῆς δὲ ζωῆς πολέμιοι, καὶ ἀπολείας σύμβουλοι! πάντα παρ' ὑμῖν τῆς ἀληθείας ἐστὶν ἐναντία, αἰσχροῖς πονηρεύμασι συνῳδοντα, ἀτοπίαις καὶ δράμασι χρῆμα (8), δι' ὧν ὑμεῖς τὰ μὲν ψευδῆ κατασκευάζετε, τοὺς δ' ἀναμαρτήτους θλίβετε, τὸ φῶς τοῖς πιστεύουσιν ἀρνεῖσθε. Ἐπὶ προσχήματι γοῦν θειότητος ἀεὶ πλημμελοῦντες, πάντα μιαίνετε, τὰς ἀθώους καὶ καθαρὰς συνειδήσεις θανατηφόροις πληγαῖς τραυματίζετε, αὐτὴν δὲ, σχεδὸν εἰπεῖν, τὴν ἡμέραν τῶν ἀνθρωπείων ὀφθαλμῶν καθαρπάζετε. Καὶ τί δεῖ καθέκαστον λέγειν; Ὅπου γε περὶ τῶν ὑμετέρων κακῶν εἰπεῖν τι κατ' ἀξίαν, οὔτε βραχέος ἐστὶ χρόνου, οὔτε τῶν ἡμετέρων ἀσχολιῶν· οὕτω γάρ ἐστι μακρὰ καὶ ἄμετρα τὰ παρ' ὑμῖν ἀτοπήματα, οὕτως εἰδεχθῆ, καὶ πάσης ἀπηνείας πλήρη, ὡς μηδ' ὁλόκληρον ἡμέραν πρὸς ἔκφρασιν τούτων ἀρκεῖν· ἄλλως τε καὶ ἐκκλίνειν τῶν τοιούτων προσήκει τὰς ἀκοὰς, τούς τ' ὀφθαλμοὺς ἀποστρέφειν, ὑπὲρ τοῦ μὴ χραίνεσθαι τῇ καθέκαστον διηγήσει τὴν τῆς ἡμετέρας πίστεως εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν προθυμίαν. Τί οὖν, ἀνεξόμεθα περαιτέρω τῶν τοιούτων κακῶν; Ἀλλ' ἡ μακρὰ παρεπιθύμησις (9), ὥσπερ

Digitized by Google

λοιμικῷ νοσήματι καὶ τοὺς ὑγιαίνοντας χραίνεσθαι ποιεῖ. Τίνος οὖν ἕνεκεν τὴν ταχίστην τὰς ῥίζας, ὡς εἰπεῖν, τῆς τοσαύτης κακίας οὐ διὰ δημοσίας ἐπιστρεφείας ἐκκόπτομεν;

A que qui sani sunt ac valentes, hoc velut pestilenti morbo inficiantur. Quidni ergo hujusmodi improbitatis radices publica animadversione confestim exscindimus? »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΕ'.

Περὶ ἀφαιρέσεως τόπων, συνάξεων τῶν αἱρετικῶν.

« Τοιγάρτοι ἐπειδὴ τὸν ὄλεθρον τοῦτον τῆς ὑμετέρας ἐξωλείας ἐπὶ πλεῖον φέρειν οὐκ ἔστιν οἷόν τε, διὰ τοῦ νόμου τούτου προαγορεύομεν, μή τις ὑμῶν συνάγειν τοῦ λοιποῦ τολμήσῃ. Διὸ καὶ πάντας ὑμῶν τοὺς οἴκους ἐν οἷς τὰ συνέδρια ταῦτα πληροῦτε, ἀφαιρεθῆναι προσετάξαμεν, μέχρι τοσούτου τῆς φροντίδος ταύτης προχωρούσης, ὡς μὴ ἐν τῷ δημοσίῳ μόνον, ἀλλὰ μηδ' ἐν οἰκίᾳ ἰδιωτικῇ, ἢ τόποις τισὶν ἰδιάζουσι τὰ τῆς δεισιδαίμονος ὑμῶν ἀνοίας συστήματα συντρέχειν. Πλὴν ὅσον πέρ ἐστι κάλλιον, ὅσοι τῆς ἀληθινῆς καὶ καθαρᾶς ἐπιμελεῖσθε θρησκείας, εἰς τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ἔλθετε, καὶ τῇ ταύτης ἁγιότητι κοινωνεῖτε, δι' ἧς καὶ τῆς ἀληθείας ἐφικέσθαι δυνήσεσθε· κεχωρίσθω δὲ παντελῶς τῆς τῶν ἡμετέρων καιρῶν εὐκληρίας, ἡ τῆς διεστραμμένης διανοίας ὑμῶν ἀπάτη, λέγω δὲ, ἡ τῶν αἱρετικῶν καὶ σχισματικῶν ἐναγής τε καὶ ἐξώλης διχόνοια. Πρέπει γὰρ τῇ ἡμετέρᾳ μακαριότητι ἧς ἀπολαύομεν σὺν Θεῷ, τὸ τοὺς ἐπ' ἐλπίσιν ἀγαθαῖς βιοῦντας, ἀπὸ πάσης ἀτάκτου πλάνης εἰς τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν, ἀπὸ τοῦ σκότους ἐπὶ τὸ φῶς, ἀπὸ ματαιότητος εἰς τὴν ἀλήθειαν, ἀπὸ θανάτου πρὸς σωτηρίαν ἄγεσθαι. Ὑπὲρ δὲ τοῦ τῆς θεραπείας ταύτης καὶ ἀναγκαίαν γενέσθαι τὴν ἰσχὺν, προσετάξαμεν, καθὼς προείρηται, ἐπὶ πάντα τὰ τῆς δεισιδαιμονίας (10) ὑμῶν συνέδρια, πάντων φημὶ τῶν αἱρετικῶν τοὺς εὐκτηρίους, εἴγε εὐκτηρίους ὀνομάζειν οἴκους προσήκει, ἀφαιρεθέντας (11) ἀναντιῤῥήτως, τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ χωρίς τινος ὑπερθέσεως παραδοθῆναι, τοὺς δὲ λοιποὺς τόπους τοῖς δημοσίοις προσκριθῆναι, καὶ μηδὲ μίαν ὑμῖν εἰς τὸ ἑξῆς τοῦ συναγαγεῖν (12) εὐμάρειαν περιλειφθῆναι, ὅπως ἐκ τῆς ἐνεστώσης ἡμέρας, ἐν μηδενὶ τόπῳ μήτε δημοσίῳ μήτ' ἰδιωτικῷ, τὰ ἀθέμιτα ὑμῶν συστήματα ἀθροισθῆναι τολμήσῃ. Προτεθήτω (13). »

B Itaque, quod longe honestius atque præstantius, quicumque vestrum veræ ac sinceræ religionis studiosi sunt, ad Catholicam Ecclesiam accedant, ejusque sanctitati communicent, cujus ope ad veritatem poterunt pervenire. Absit omnino a felicitate temporum nostrorum perversæ mentis vestræ fraudulenta deceptio, hæreticorum scilicet ac schismaticorum scelerata ac perdita amentia. Dignum est enim prosperitate **522** temporum, qua divino beneficio fruimur, ut qui cum bona spe ac fiducia vitam agunt, ab omni inordinato errore ad rectum tramitem, tenebris ad lucem, a morte denique ad vitam traducantur. Atque ut hujus remedii vis ac virtus necessaria sit, cuncta uti C jam diximus superstitionis vestræ conciliabula, id est, omnium hæreticorum oratoria, si tamen oratoria dici debent, sine ulla contradictione ipsis adempta, catholicæ Ecclesiæ incunctanter tradi præcepimus: reliqua autem loca publico adjudicari; nec ullam deinceps eo conveniendi licentiam vobis relinqui. Adeo ut a præsenti die, nullo prorsus in loco tam publico quam privato, illegitimi vestri cœtus audeant convenire. Proponatur. »

CAPUT LXV.

De tollendis conventiculis hæreticorum.

« Quocirca quando hæc vestræ improbitatis pernicies amplius ferri non potest, præsenti lege interdicimus, ne quis vestrum inposterum conventus agere præsumat. Atque idcirco universa loci in quibus ejusmodi cœtus peragitis, auferri præcepimus; eo usque procurrente majestatis nostræ sollicitudine, ut non modo in publico, sed ne in privatis quidem ædibus ac locis ullis privati juris, superstitiosæ vestræ dementiæ factio congregetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΣ'.

Ὅπως βιβλίων ἀθεμίτων παρ' αὐτοῖς εὑρεθέντων, πολλοὶ τῶν αἱρετικῶν εἰς τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν ὑπέστρεψαν.

Οὕτω μὲν τὰ τῶν ἑτεροδόξων ἐγκρύμματα βασι- D

CAPUT LXVI.

Quomodo nefariis libris apud hæreticos repertis, plurimi eorum ad catholicam redierint Ecclesiam.

Hoc igitur modo hæreticorum cubilia imperiali

(10) Vulg. *ὑπὸ πάντα τὰ τῆς δεισιδαιμονίας.* Prima vox delenda est utpote superflua. In Fuk., Savil. et Turnebi codicibus legitur ἐπὶ πάντα, forte ἐπίπαν τά, etc.

(11) *Ἀφαιρεθέντας.* Male Christophorsonus vertit *diruta.* Neque enim Constantinus basilicas hæreticorum dirui jubet, sed ipsis adimi et Ecclesiæ catholicæ tradi. Similes sunt imperatorum constitutiones in codice Theodosiano, titulo *de hæreticis.* Porro ab hac Constantini lege excepti prius fuerant Novatiani, ut patet ex lege 2, eodem titulo. Verum hac ultima Constantini sanctione, una cum cæteris hæreticis et schismaticis comprehensi sunt.

(12) *Τοῦ συναγαγεῖν.* Rectius in codice Fuk. scribitur τοῦ συνάγειν. Nam συνάγειν proprium est hujus rei vocabulum. Latini uno verbo dicunt *colligere*, ut plurimis exemplis probari potest. Unde et *collecta* ab iisdem dicta, quæ Græce σύναξις. Optatus in libro II, ubi de episcopis Donatistarum in urbe Roma loquitur: « Sed quia quibusdam Afris urbica placuerat commoratio, et hinc a vobis profecti videbantur, ipsi petierunt, ut aliquis hinc qui illos colligeret mitteretur. » Et paulo post: « Non enim gęx aut populus appellandi fuerant pauci, qui inter quadraginta, et quod excurrit, basilicas, locum ubi colligerent non habebant. »

(13) Vulg. *τολμήσει, προτεθήτω.* Ultimam vocem non intellexit Christophorsonus, quæ legibus et constitutionibus principum addi solebat, idque interdum manu ipsorum. Sic in novella Theodosii de reddito jure armorum legitur: « Et manu divina: *Proponatur amantissimo nostri populo, Rom.*; » et ad

Digitized by Google

præcepto dissipata sunt, et feræ ipsæ, id est, impietatis illorum auctores in fugam acti. Eorum vero qui ab istis decepti fuerant, alii quidem imperatoris minis perterriti, spurio quodam et adulterino sensu in Ecclesiam irrepserunt, pro tempore callide dissimulantes. Nam quoniam libros eorum perquiri lex jubebat, quicumque vetitis artibus operam dabant, deprehendebantur. Quam ob causam simulatione utebantur, cuncta agentes ut salutem sibi compararent. Alii vero sincere atque ex animo ad spem meliorum transfugerunt. Porro Ecclesiarum antistites in utrosque sollicita inquisitione facta, eos quidem qui ovium pellibus obtecti simulanter accedere tentarent, procul abigebant. Eos vero qui sincere id agerent, aliquanto tempore exploratos, post idoneam probationem in numerum eorum qui ad sacros conventus admittebantur, retulerunt. Et hoc quidem modo cum abominandis hæreticis agebatur. Ceterum ii qui nullam in dogmatibus suis impietatem præferrent, sed quorumdam schismaticorum culpa a communi societate sejuncti essent, sine mora in Ecclesiam sunt admissi. Hi ergo gregatim tanquam **523** ex peregrina regione redeuntes, patriam suam postliminio recuperarunt, matremque Ecclesiam agnoverunt. A qua cum diutissime aberrassent, tandem læti atque hilares post longum temporis spatium ad eam remeabant. Totius ergo corporis membra communi inter se vinculo jungebantur, et una compages coalescebat. Solaque catholica Dei Ecclesia, apte sibi cohærens refulgebat; nullo aut hæreticorum aut schismaticorum collegio usquam gentium relicto. Atque hujus præclari facinoris, solus omnium qui unquam exstiterunt imperator noster Deo acceptissimus auctor fuit.

A λιχῷ προστάγματι διελύοντο, ἡλαύνοντό τε οἱ θῆρες, οἵ τε τῆς τούτων δυσσεβείας, ἔξαρχοι. Τῶν δ' ὑπὸ τούτων ἠπατημένων, οἱ μὲν νόθῳ φρονήματι, βασιλικῆς ἀπειλῆς φόβῳ, τὴν Ἐκκλησίαν ὑπεδύοντο, τὸν καιρὸν κατειρωνευόμενοι (14)· ἐπεὶ δὲ καὶ διερευνᾶσθαι τῶν ἀνδρῶν τὰς βίβλους διηγόρευεν ὁ νόμος (15), ἡλίσκοντο τότε ἀπειρημένας οἱ κακοτεχνίας μετιόντες· οὗ δὴ χάριν, πάντ' ἔπραττον, εἰρωνείᾳ τὴν σωτηρίαν ποριζόμενοι. Οἱ δὲ, καὶ σὺν ἀληθεῖ τάχα που λογισμῷ ηὐτομόλουν ἐπὶ τὴν τοῦ κρείττονος ἐλπίδα. Τούτων δὲ τὴν διάκρισιν οἱ τῶν Ἐκκλησιῶν πρόεδροι σὺν ἀκριβείᾳ ποιούμενοι, τοὺς μὲν ἐπιπλάστως προσιέναι πειρωμένους, μακράν που τοῖς προβάτων κωδίοις ἐγκρυπτομένους ἀπέπεμπον, τοὺς δὲ ψυχῇ καθαρᾷ τοῦτο πράττοντας, δοκιμάζοντες χρόνῳ, μετὰ B τὴν αὐτάρκη διάπειραν τῷ πλήθει εἰσαγομένων (16) κατέλεγον. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῶν δυσφήμων ἑτεροδόξων ἐπράττετο· τοὺς δέ γε μηδὲν δυσσεβῆς ἐν δογμάτων διδασκαλίᾳ φέροντας, ἄλλως δὲ τῆς κοινῆς ὁμηγύρεως ἀνδρῶν σχισματικῶν αἰτίᾳ διεστῶτας, ἀμελλήτως (17) εἰσεδέχοντο. Οἱ δὲ ἀγεληδὸν ὥσπερ ἐξ ἀποικίας (18) ἐπανιόντες, τὴν αὐτῶν ἀπελάμβανον πατρίδα, καὶ τὴν μητέρα τὴν Ἐκκλησίαν ἐπεγίνωσκον, ἧς ἀποπλανηθέντες, χρόνιοι σὺν εὐφροσύνῃ καὶ χαρᾷ τὴν εἰς αὐτὴν ἐπάνοδον ἐποιοῦντο· ἡνοῦτό τε τὰ τοῦ κοινοῦ σώματος μέλη, καὶ ἁρμονίᾳ συνήπτετο μιᾷ, μόνη τε ἡ καθολικὴ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία εἰς ἑαυτὴν συνεστραμμένη διέλαμπε, μηδαμοῦ γῆς αἱρετικοῦ συστήματος μηδὲ σχισματικοῦ λειπομένου, καὶ τούτου δὲ μόνου (19) τοῦ μεγάλου κατορθώματος, C μόνος τῶν πώποτε τὴν αἰτίαν ὁ τῷ Θεῷ μεμελημένος βασιλεὺς ἐγράφετο.

latus : « Data 8 Kalend. Julias Romæ, Valentiniano et Anatolio coss. » Vide quæ notavi supra ad lib. II, cap. 42 hujus operis. Recte igitur in codice Regio post vocem τολμήσει punctum apponitur. In Fuk. exemplari deest verbum προτεθήτω.

(14) *Κατειρωνευόμενοι.* In codice Regio scholion ad marginem adjectum est hujusmodi : καθυποχρινόμενοι.

(15) *Διερευνᾶσθαι τὰς βίβλους διηγόρευεν ὁ νόμος.* Ergo præter supradictam epistolam Constantini ad hæreticos, alia lex fuit, quæ libros hæreticorum conquiri et cremari jubebat; aut epistola illa non integra ab Eusebio prolata est. Porro scribendum est : ἐπεὶ καὶ διερευνᾶσθαι, et mox ἡλίσκοντό τ' ἀπειρημένας, etc., rejecta codicis Fuk. scriptura, quæ nescio quo casu in editionem nostram irrepsit.

(16) *Τῷ πλήθει εἰσαγομένων.* Malim scribere τῶν συναγομένων. Nam συνάγειν proprie dicitur episcopus qui conventum habet, συναγόμενοι vero sunt laici qui ad Ecclesiam conveniunt. Unde et σύναξις conventus est ecclesiasticus. Dionysius Alexandrinus in epistola 5 ad Xystum papam : Τῶν γὰρ συναγομένων ἀδελφῶν πιστὸς νομιζόμενος ἀρχαῖος, etc. Male igitur Scaliger, Christophorsonus et Gruterus emendant συνεισαγομένους. Chistophorsonus quidem *adscitilios* vertit, quod nullo modo ferri potest. In codd. Fuketii et Savilii scribitur etiam συνεισαγομένους.

(17) Vulg. *ἀμελήτως.* Omnino scribendum est ἀμελλήτως. Nam schismaticos quidem sine mora receptos esse ait in Ecclesiam, hæreticos vero post diuturnam pœnitentiam. Quippe Ecclesia semper benignius et clementius schismaticos excipere solet quam hæreticos. Cujus rei illustre exemplum habemus in synodo Nicæna; quæ cum Arianos anathemate perculisset, Meletianos leviter castigatos in communionem recepit. Quæ sit autem differentia inter hæreticos et schismaticos, docet Basilius in prima Epistola canonica ad Amphilochium; ubi hæc tria distinguit, αἵρεσιν, σχίσμα, παρασυναγωγήν· schismaticos tamen pejores esse hæreticis contendit Chrysostomus *in Epist. Pauli ad Ephesios*, homilia 11.

(18) *Ἐξ ἀποικίας.* Improprie ἀποικίαν dixit pro peregrina regione. Quod cum Christophorsonus minime animadvertisset, coloniam vertit gravi errore.

(19) *Καὶ τούτου δὲ μόνου.* Delenda est vox μόνου, quæ sensum turbat; nisi μόνον pro singulari et eximio sumas. Porro Christophorsonus aliter hunc locum interpretatus est. Sic enim vertit, *cujus præclari facinoris causam imperator Deo acceptam retulit.* Neque aliter Musculus. Ego vero has voces τὴν αἰτίαν ἐγράφετο, vel potius ἐπεγράφετο, de Constantino ipso interpretatus sum, id est, *hujus facinoris imperator auctor fuit.* Sed et Joannes Portesius, qui primus hos libros interpretatus est, eodem modo vertit hunc locum. Sic enim habet: *Id vero unicum ab orbe condito factum, homini Dei tutela præclaro, tum acceptum etiam relatum est.*

Digitized by Google

ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΤΑ ΚΕΦΑΛΑΙΑ.

α'. Ὅπως δωρεαῖς καὶ προκοπαῖς ἀξιωμάτων ἐτίμα τοὺς πλείστους.

β'. Συγχώρησις τοῦ τετάρτου μέρους τῶν κήνσων.

γ'. Ἐξισώσεις τῶν βεβαρημένων κήνσων.

δ'. Ὅτι τοῖς ἐν χρηματικαῖς δίκαις ἡττηθεῖσιν, αὐτὸς ἐξ οἰκείων ἐχαρίζετο.

ε'. Σκυθῶν ὑποταγή, διὰ τοῦ σημείου τοῦ σταυροῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν νικηθέντων.

ς'. Σαυροματῶν ὑποταγή, προφάσει τῆς τῶν δούλων ἐπαναστάσεως.

ζ. Βαρβάρων διαφόρων πρεσβεῖαι, καὶ δωρεαὶ παρ' αὐτοῦ.

η'. Ὅτι καὶ πρεσβευσαμένῳ τῶν Περσῶν βασιλεῖ, περὶ τῶν ἐκεῖ Χριστιανῶν ἔγραψεν.

θ'. Κωνσταντίνου Αὐγούστου πρὸς Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν, ὁμολογοῦντα εἰς Θεὸν καὶ Χριστὸν εὐσεβέστατα.

ι'. Ὅτι κατὰ εἰδώλων, καὶ περὶ Θεοῦ δοξολογίας.

ια'. Ὅτι κατὰ τυράννων καὶ διωκτῶν, καὶ περὶ Οὐαλεριανοῦ αἰχμαλωτισθέντος.

ιβ'. Ὅτι τῶν μὲν διωκτῶν εἶδε τὰς πτώσεις· εὐθυμεῖ δὲ νῦν διὰ τὴν τῶν Χριστιανῶν εἰρήνην.

ιγ'. Παρακλήσεις ὥστε τοὺς παρ' αὐτῷ Χριστιανοὺς ἀγαπᾶν.

ιδ'. Ὅπως Χριστιανοῖς μὲν ἦν εἰρήνη, σπουδὴ τῶν Κωνσταντίνου προσευχῶν.

ιε'. Ὅτι καὶ ἐν νομίσμασι καὶ ἐν εἰκόσιν ὡς εὐχέμενον ἑαυτὸν ἐχάραττεν.

ις'. Ὅτι καὶ ἐν εἰδωλείοις εἰκόνας αὐτοῦ θεῖναι, νόμῳ διεκώλυσεν.

ιζ. Ἐν παλατίῳ προσευχαί, καὶ θεῖων Γραφῶν ἀναγνώσεις.

ιη'. Τῆς Κυριακῆς τὴν ἡμέραν καὶ παρασκευῆς, νομοθεσία τιμῶν.

ιθ'. Ὅπως καὶ τοὺς ἐθνικοὺς στρατιώτας ἐν κυριακαῖς εὔχεσθαι προσέταξεν.

κ'. Εὐχῆς ῥήματα στρατιώταις ὑπὸ Κωνσταντίνου δοθείσης.

κα'. Ἐν τοῖς τῶν στρατιωτῶν ὅπλοις σημεῖα τοῦ σταυροῦ τοῦ Σωτῆρος.

κβ'. Σπουδὴ προσευχῆς, καὶ τιμὴ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.

κγ'. Ὅπως εἰδωλολατρίαν μὲν ἐκώλυσε, μάρτυρας δὲ καὶ ἑορτὰς ἐτίμα.

κδ'. Ὅτι τῶν ἔξω πραγμάτων ὥσπερ ἐπίσκοπον ἑαυτὸν εἶπεν εἶναι.

κε'. Ὅτι περὶ κωλύσεως θυσιῶν καὶ τελετῶν, καὶ μονομαχιῶν, καὶ τῶν τὸ πρὶν ἀκολάστων τοῦ Νείλου.

κς'. Νόμου τοῦ κατὰ ὀτέκνων ὄντος διόρθωσις, ἔτι δὲ καὶ τοῦ περὶ διαθηκῶν ὁμοίως διόρθωσις.

κζ'. Ὅτι Χριστιανὸν μὲν Ἰουδαίοις μὴ δουλεύειν, τῶν δὲ συνόδων βεβαίους τοὺς ὅρους εἶναι ἐνομοθέτει, καὶ τὰ λοιπά.

κη'. Ἐκκλησίαις δωρεαί, παρθένοις τε καὶ πένησι διαδόσεις.

524 κθ'. Λογογραφίαι καὶ ἐπιδείξεις ὑπὸ Κωνσταντίνου.

λ'. Ὅτι τῶν πλεονεκτῶν ἐπὶ μνημείου μέτρον ὑπέδειξε πρὸς δυσώπησιν.

λα'. Ὅτι διὰ τὴν πλείονα φιλανθρωπίαν ἐχλευάζετο.

λβ'. Περὶ συγγράμματος Κωνσταντίνου, ὃ πρὸς τὸν τῶν ἁγίων σύλλογον ἔγραψεν.

λγ'. Ὅπως τῶν Εὐσεβίου περὶ τοῦ μνήματος τοῦ Σωτῆρος ἐπιδείξεων ἐστὼς ἤκουσεν.

λδ'. Ὅτι περὶ τοῦ Πάσχα καὶ θείων βιβλίων πρὸς Εὐσέβιον ἔγραψεν.

λε'. Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον, τὸν τοῦ Πάσχα λόγον ἐπαινοῦντος.

λς'. Κωνσταντίνου πρὸς Εὐσέβιον, περὶ κατασκευῆς βιβλίων θείων.

λζ'. Ὅπως αἱ βίβλοι κατεσκευάσθησαν.

λη'. Ὅπως τὸ Γαζαίων ἐμπόριον διὰ τὸν Χριστιανισμὸν ἐπολίσθη καὶ Κωνστάντεια προσηγορεύθη.

λθ'. Ὅτι ἐπὶ τῆς Φοινίκης ἐπολίσθη μέν τις· ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν εἰδώλων μὲν ἦν καθαίρεσις, Ἐκκλησιῶν δὲ κατασκευαί.

μ'. Ὅτι ἐν τρισὶ δεκαετηρίσι τρεῖς υἱοὺς βασιλέας ἀναγορεύσας, τὰ ἐγκαίνια τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις μαρτυρίου προὔθετο.

μα'. Ὅτι διὰ τὰ κατ' Αἴγυπτον ζητήματα, σύνοδον εἰς Τύρον ἐν τῷ μεταξὺ γενέσθαι προσέταξεν.

μβ'. Κωνσταντίνου πρὸς τὴν ἐν Τύρῳ σύνοδον.

μγ'. Ὅτι τῶν ἐγκαινίων τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις εἰς τὴν ἑορτὴν, ἐκ πασῶν ἐπαρχιῶν ἦσαν ἐπίσκοποι.

μδ'. Περὶ τῆς διὰ Μαριανοῦ τοῦ νοταρίου δεξιώσεως αὐτῶν, καὶ τῶν εἰς πτωχοὺς διαδόσεως, καὶ ἀναθημάτων τῆς Ἐκκλησίας.

με'. Τῶν ἐπισκόπων ἐν συνάξεσι προσομιλίαι ποικίλαι, καὶ Εὐσεβίου τοῦ ταῦτα συγγράψαντος.

μς'. Ὅτι καὶ τὴν ἔκφρασιν τοῦ μαρτυρίου τοῦ Σωτῆρος, καὶ τριακονταετηρικὸν εἶπεν ὕστερον ἐπ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου.

μζ'. Ὅτι ἡ μὲν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος τῇ εἰκοσαετηρίδι· τὰ ἐγκαίνια δὲ τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις τῇ τριακονταετηρίδι Κωνσταντίνου γέγονεν.

μη'. Ὅπως τινὸς ἄγαν ἐπαινοῦντος οὐκ ἠνέσχετο Κωνσταντῖνος.

μθ'. Γάμοι Κωνσταντίου υἱοῦ αὐτοῦ Καίσαρος.

ν'. Ἰνδῶν πρεσβεῖα καὶ δῶρα.

να'. Ὅπως τοῖς τρισὶν υἱοῖς Κωνσταντῖνος διελὼν τὴν ἀρχὴν, τὰ βασιλικὰ μετ' εὐσεβείας διηγεῖτο.

νβ'. Ὅπως ἀνδρωθέντας αὐτοὺς εἰς εὐσέβειαν ἤγαγεν.

νγ'. Ὅτι ἀμφὶ τὰ τριακονταδύο ἔτη βασιλεύσας, καὶ ὑπὲρ τὰ ἑξήκοντα ζήσας ἔτη, σῶον εἶχε τὸ δημα.

νδ'. Περὶ τῶν τῇ ἄγαν αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ συγκεχρημένων εἰς ἀπληστίας καὶ ὑποκρίσεις.

νε'. Ὅπως μέχρι τελευτῆς ἐλογογράφει Κωνσταντῖνος.

νς'. Ὅπως ἐπὶ Πέρσας στρατεύων, συμπαρέλαβεν ἐπισκόπους, καὶ σκηνὴν εἰς σχῆμα τῆς Ἐκκλησίας.

νζ'. Ὅπως Περσῶν πρεσβείας δεξάμενος, ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις.

νη'. Περὶ οἰκοδομῆς τοῦ ἐπικαλουμένου τῶν ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει μαρτυρίου.

νθ'. Ἔκφρασις ἔτι τοῦ αὐτοῦ μαρτυρίου.

ξ'. Ὅτι ἐν τούτῳ καὶ μνημεῖον εἰς ταφὴν ἑαυτῷ προσφκοδόμησεν.

ξα'. Ἀνωμαλία σώματος ἐν Ἑλεοπόλει, καὶ προσευχαὶ περὶ βαπτίσματος.

ξβ'. Κωνσταντίνου πρὸς ἐπισκόπους, περὶ μεταδόσεως τοῦ λουτροῦ παράκλησις.

ξγ'. Τὸ λουτρὸν λαβών, ὅπως ἀνύμνει τὸν Θεόν.

525 ξδ'. Κωνσταντίνου τελευτὴ ἐν τῇ τῆς Πεντηκοστῆς ἑορτῇ, μεσημβρίας.

ξε'. Στρατιωτῶν καὶ ταξιαρχῶν ἀνδρεῖοι.

Digitized by Google

ξς'. *Μετακομιδὴ τοῦ σκήνους ἀπὸ Νικομηδείας ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν παλατίῳ.*
ξζ'. *Ὅπως καὶ μετὰ θάνατον ὑπὸ κομήτων καὶ λοιπῶν, καθὼς καὶ ἐν τῷ ζῆν ἐτιμᾶτο.*
ξη'. *Ὅπως Αὐγούστους εἶναι λοιπὸν τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ, τὸ στρατόπεδον ἔκρινεν.*
ξθ'. *Ῥώμης ἐπὶ Κωνσταντίνῳ πένθος· καὶ διὰ τῶν εἰκόνων τιμὴ μετὰ θάνατον.*
ο'. *Κατάθεσις τοῦ σκηνώματος ὑπὸ Κωνσταντίου παιδὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει.*
οα'. *Σύναξις ἐν τῷ καλουμένῳ μαρτυρίῳ τῶν ἀποστόλων, ἐπὶ τῇ Κωνσταντίνου τελευτῇ.*
οβ'. *Περὶ Φοίνικος ὄρνεου.*
ογ'. *Ὅπως ἐν νομίσμασιν ὡς εἰς οὐρανὸν ἀνιόντα Κωνσταντῖνον ἐνεχάραξαν.*
οδ'. *Ὅτι ὁ τιμηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ θεὸς, δικαίως αὐτὸν ἀντετίμησεν.*
οε'. *Ὅτι τῶν προγενομένων Ῥωμαίων βασιλέων εὐσεβέστερος Κωνσταντῖνος.*

CAPITULA LIBRI QUARTI.

I. *Qualiter donis ac promotionibus plurimos exhonestavit.*
II. *Remissio quartæ partis censuum.*
III. *Peræquatio et relevatio censuum.*
IV. *Quomodo in pecuniariis causis, iis qui causa* B *eciderant ipse de suo largiebatur.*
V. *Scytharum per signum crucis devictorum subactio.*
VI. *Sarmatarum subactio, cum servi adversus dominos rebellassent.*
VII. *Variorum barbarorum legationes, et munera eis ab imperatore donata.*
VIII. *Quod Persarum regi qui legatos ad ipsum miserat, scripsit in gratiam Christianorum illic agentium.*
IX. *Epistola Constantini ad Saporem, Persarum regem, summa cum pietate Deum et Christum confitentis.*
X. *Contra simulacra, et de glorificatione Dei.*
XI. *Contra tyrannos et persecutores, et de captivitate Valeriani.*
XII. *Quod persecutorum ruinam viderit, quodque jam ob Christinianorum pacem lætatur.*
XIII. *Exhortatio ut Christianos in Perside agentes* C *complectatur.*
XIV. *Quomodo assiduis Constantini precibus pax data est Christianis.*
XV. *Quod in nummis et imaginibus precantis habitu effingi se jussit.*
XVI. *Quod imagines suas in templis idolorum poni lege lata prohibuit.*
XVII. *Precationes in palatio, et recitatio sacrarum Scripturarum.*
XVIII. *Ut diem Dominicum et sextam feriam honorari præceperit.*
XIX. *Quomodo etiam gentiles milites diebus dominicis orare docuerit.*
XX. *Forma precationis a Constantino militibus tradita.*
XXI. *In armis militum signum dominicæ crucis exprimi jubet.*
XXII. *Studium precandi, et cultus festi paschalis.*
XXIII. *Quomodo idolorum cultum prohibuit, mar-*
D *tyrum autem festa honoravit.*
XXIV. *Quod rerum externarum quasi episcopum se esse dixit.*
XXV. *De prohibitione sacrificiorum et initiationum, et de abolitis gladiatoribus et impuris sacerdotibus Nili.*
XXVI. *Correctio legis adversus orbos, et legis de testamentis.*
XXVII. *Quod legem tulit ne Judæi Christianum mancipium haberent, utque conciliorum decreta rata essent, et cætera.*
XXVIII. *Dona in Ecclesias collata, et pecuniæ virginibus ac pauperibus erogatæ.*
XXIX. *Lucubrationes et declamationes Constantini.*
XXX. *Quod cuidam avaro sepulcri modum delineavit, ut ei pudorem inculeret.*
XXXI. *Quod ob nimiam clementiam irrisus est.*
XXXII. *De Constantini oratione quam ad sanctorum cœtum scripsit.*
XXXIII. *Quomodo Eusebii de Servatoris sepulcro panegyricas orationes stans audierit.*
XXXIV. *Quod de Pascha et de sacris codicibus ad Eusebium scripsit.*
XXXV. *Epistola Constantini ad Eusebium, in qua orationem de Pascha laudat.*
XXXVI. **526** *Constantini ad Eusebium epistola de conficiendis sacris codicibus.*
XXXVII. *Quomodo confecti fuerint codices.*
XXXVIII. *Quomodo emporium Gazæorum, ob Christianismum urbs facta et Constantia cognominata est.*
XXXIX. *Quod in Phœnice urbs facta est Constantina, et in aliis urbibus idola diruta et Ecclesiæ exstructæ.*
XL. *Quod cum trinis decennalibus tres filios Cæsares creavisset, dedicationem martyrii Hierosolymis celebravit.*
XLI. *Quod inter hæc synodum Tyri haberi constituit ob quasdam in Ægypto controversias.*
XLII. *Epistola Constantini ad synodum Tyri congregatam.*
XLIII. *Quomodo ad dedicationem Ecclesiæ Hierosolymorum episcopi ex omnibus provinciis convenere.*
XLIV. *Quomodo per Marianum notarium excepti sint, et pecuniæ pauperibus erogatæ; et de donariis Ecclesiæ.*
XLV. *Episcoporum in conventibus sermones, et ipsius qui hæc scripsit Eusebii.*
XLVI. *Quod descriptionem martyrii, et orationem de tricennalibus, coram ipso imperatore postea recitavit.*
XLVII. *Quod Nicæna quidem synodus vicennalibus Constantini; dedicatio vero basilicæ Hierosolymorum contigit tricennalibus.*
XLVIII. *Quomodo immodicas cujusdam laudes ægre tulerit.*
XLIX. *Nuptiæ Constantii Cæsaris, ejus filii.*
L. *Legatio et munera ab Indis missa.*
LI. *Quomodo Constantinus diviso in tres filios imperio, eos regnandi arte et pietatis officiis instituit.*
LII. *Quomodo eos virilem ætatem ingressos pietatem docuerit.*
LIII. *Quod cum duobus ac triginta annis regnaverit, et plus quam LX annis vixerit, integra semper fuit valetudine.*
LIV. *De iis qui eximia ejus humanitate ad avaritiam et pietatis simulationem abusi sunt.*
LV. *Qualiter usque ad ultimum vitæ diem orationes scripsit.*
LVI. *Quomodo ad bellum Persicum proficiscens episcopos sibi adjunxit, et tentorium in speciem Ecclesiæ paravit.*
LVII. *Quomodo susceptis Persarum legatis, festo Paschæ die cum aliis pernoctavit.*
LVIII. *De constructione martyrii apostolorum Constantinopoli.*
LIX. *Descriptio ejusdem martyrii.*
LX. *Quod etiam in eo templo sepulcrum sibi ædificavit.*
LXI. *Imperatoris ægritudo et orationes Helenopoli, item de ejus baptismo.*

Digitized by Google

LXII. *Quibus verbis Constantinus postulavit ab episcopis, ut baptismum sibi conferrent.*
LXIII. *Quomodo post baptismum Deum laudavit.*
LXIV. *Constantini mors die festo Pentecostes circa meridiem.*
LXV. *Militum et tribunorum planctus.*
LXVI. *Quomodo funus Nicomedia Constantinopolim deductum est in palatium.*
LXVII. *Quomodo etiam post mortem a comitibus et reliquis perinde ac vivus honoratus est.*
LXVIII. *Quomodo exercitus judicio, filii ejus Augusti sunt nuncupati.*
LXIX. *Romæ luctus ob mortem Constantini, et imagines ei decretæ.*
LXX. *Quomodo funus Constantinopoli depositum sit a Constantio.*
LXXI. *Missa in apostolorum martyrio celebrata in exsequiis Constantini.*
LXXII. *De Phœnice ave.*
LXXIII. *Quomodo in nummis Constantinum velut in cœlum ascendentem expresserint.*
LXXIV. *Quod cum Deum coluisset, merito etiam a Deo honoratus est.*
LXXV. *Quod superiores omnes imperatores pietate superavit.*

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΙΣ ΤΟΝ ΒΙΟΝ ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ Δ'.

EUSEBII PAMPHILI

DE VITA BEATISSIMI IMPERATORIS CONSTANTINI

LIBER QUARTUS.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ὑπως δωρεαῖς καὶ προκοπαῖς ἀξιωμάτων ἔτιμα τοὺς πλείστους.

Τοσαῦτα πράττων βασιλεὺς ἐπ' οἰκοδομῇ καὶ εὐδοξίᾳ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, πάντα τε πρὸς εὔφημον ἀκοὴν τῆς τοῦ Σωτῆρος διδασκαλίας ἐκτελῶν, οὐδὲ τῶν ἐκτὸς κατωλιγώρει πραγμάτων· κἀν τούτοις δ' ἐπαλλήλους καὶ συνεχεῖς ὁμοῦ πᾶσι τοῖς κατ' ἔθνος οἰκοῦσι, παντοίας διετέλει παρέχων εὐεργεσίας, ὧδε μὲν κοινὴν πρὸς ἅπαντας ἐνδεικνύμενος πατρικὴν κηδεμονίαν, ὧδε δὲ τῶν αὐτῷ γνωριζομένων ἕκαστον διαφόροις τιμῶν ἀξιώμασι, πάντα τε τοῖς πᾶσι μεγαλοψύχῳ διανοίᾳ δωρούμενος· οὐδ' ἦν σκοποῦ διαμαρτεῖν, παρὰ βασιλέως χάριν αἰτοῦντα, οὐδέ τις ἐλπίσας ἀγαθοῦ τυχεῖν, τοῦ προσδοκηθέντος ἠστόχησεν. Ἀλλ' οἱ μὲν χρημάτων, οἱ δὲ κτημάτων περιουσίας ἐτύγχανον, ἄλλοι ὑπαρχικῶν ἀξιωμάτων (20),

B

527 CAPUT I.

Qualiter donis ac promotionibus plurimos honestavit.

Tot tantasque res ad amplificationem et gloriam Ecclesiæ Dei imperator cum ageret, cunctaque eo consilio administraret ut Servatoris nostri doctrina summis omnium laudibus exciperetur, civilia interim negotia haudquaquam neglexit. Verum hac quoque in parte omnium provinciarum incolas variis et continuis beneficiis afficere nunquam destitit: nunc quidem publice erga omnes paternam quamdam exhibens sollicitudinem: nunc privatim singulos ex familiaribus suis, variis ornans dignitatibus, et prolixa animi magnitudine omnia omnibus largiens. Nec eveniebat unquam, ut a scopo aberraret qui ab imperatore beneficium petebat: C nec ullus qui bonum aliquod ab eo speravisset, spe

(20) Vulg. *ὑπατικῶν ἀξιωμάτων*. Scribend. procul dubio ἐπαρχικῶν ἀξιωμάτων ex libris Christophorsoni ac Sav. vel certe ὑπαρχικῶν, ut legitur in Fuk. ac Turneb. Ἔπαρχοι vel ὕπαρχοι sunt præfecti prætorio. Et Ἔπαρχοι quidem dicuntur, eo quod cæteris rectoribus ac judicibus antecellant; ὕπαρχοι vero appellantur ex eo quod sub principis ditione constituti cæteris præsint. Itaque parum refert, ἐπάρχους dixeris an ὑπάρχους. Vulgata autem lectio ὑπατικῶν hic nullo modo ferri potest. Cum enim infra de consulari et senatoria dignitate dicat, superfluum esset de consulatu mentionem hic facere. Nec dici potest consulares infra intelligi qui provincias regebant. Nam primo emendandum esset τῶν ὑπατικῶν, quæ vox paulo ante legitur. Deinde ἡγεμόνων nomine consulares etiam comprehenduntur, adeo ut necesse non sit consulares seorsum recensere. Denique cum omnes hic enumerentur dignitates, non est verisimile præfectos prætorio omissos fuisse, quorum numerum auxit Constantinus, ut testatur Zosimus. Erant autem præfecti prætorio tunc quidem temporis clarissimi tantum, ut docet epistola Constantini quam retulit Eusebius supra; ubi vide quæ notavi. Sed et sub Constantio principe, clarissimi duntaxat vocabantur præfecti prætorio, ut docet Protestatio plebis Alexandrinæ, quam refert Athanasius ad calcem epistolæ suæ ad solitarios, ἀνενεγκεῖν πάντα ἐπὶ τὴν εὐσέβειαν τοῦ

Digitized by Google

su frustratus discessit. Quippe alii pecunias, alii prædia impetrabant. Alii consulari, alii senatoria dignitate ornabantur. Nonnulli consulares, plures præsides designabantur. Comites vero, alii primi ordinis fiebant, alii secundi, alii tertii. Porro perfectissimatu, et aliis plurimis ejusmodi dignitatum titulis, innumerabiles alii donabantur. Namque imperator quo plures honore afficeret, varias dignitates excogitaverat.

A οἱ δὲ συγκλήτου τιμῆς, οἱ δὲ τῶν ὑπάτων, πλείους δ' ἡγεμόνες ἐχρημάτιζον. Κομήτων δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος (21) ἠξιοῦντο, οἱ δὲ δευτέρου, οἱ δὲ τρίτου διασημοτάτων δ' ὡσαύτως καὶ ἑτέρων πλείστων ἀξιωμάτων μυρίοι ἄλλοι μετεῖχον· εἰς γὰρ τὸ πλείονας τιμᾶν, διαφόρους ἐπενόει βασιλεὺς ἀξίας.

CAPUT II.

Remissio quartæ partis censuum.

Quantopere vero studuerit, ut universo hominum generi hilarem ac tranquillam vitam præstaret, vel ex hoc uno exemplo perspici potest, quòd ad vitam hominum inprimis utile, et generaliter ad omnes propagatum, etiamnum **528** communi omnium sermone celebratur. Ex annuis tributis quæ terræ nomine conferebantur, quartam detrahens partem, agrorum possessoribus donavit : adeo ut si hujus annuæ detractionis rationem inieris, quarto quoque anno fructuum domini a præstatione tributaria immunes essent. Quod quidem lege sanctum, et in futurum tempus confirmatum, non præsentibus modo, verum etiam liberis posterisque eorum, perpetuam nullaque oblivione delendam imperatoris beneficentiam præstitit.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Συγχωρήσεις τοῦ τετάρτου μέρους τῶν κήνσων.

Πῶς δὲ καὶ τὸ κοινὸν τῶν ἀνθρώπων εὐθυμεῖσθαι παρεσκεύαζε, σκοπήσειεν ἄν τις ἐξ ἑνὸς βιωφελοῦς καὶ διὰ πάντων ἐλθόντος, εἰσέτι νῦν γνωριζομένου παραδείγματος. Τῶν κατ' ἔτος εἰσφορῶν τῶν ὑπὲρ τῆς χώρας συντελουμένων, τὴν τετάρτην ἀφελὼν μοῖραν, τοῖς τῶν ἀγρῶν δεσπόταις ἐδωρεῖτο ταύτην, ὡς τῷ λογιζομένῳ τὴν κατ' ἔτος ἀφαίρεσιν, διὰ τεττάρων συμβαίνειν ἐνιαυτῶν ἀνεισφόρους γίγνεσθαι τοὺς τῶν καρπῶν οἰκήτορας (22). Ὃ δὴ νόμῳ κυρωθὲν, κρατῆσάν τε καὶ εἰς τὸν μετέπειτα χρόνον, οὐ τοῖς παροῦσι μόνον, ἀλλὰ καὶ παισὶν αὐτῶν, διαδόχοις τε τοῖς τούτων, ἅληστον καὶ διαιωνίζουσαν παρεῖχε τὴν βασιλέως χάριν.

CAPUT III.

Peræquatio ac relevatio censuum.

Jam vero cum nonnulli terræ descriptiones et jugationes a superioribus principibus factas reprehenderent, agrosque suos nimium oppressos esse quererentur, hic etiam princeps justitiæ legibus obtemperans, peræquatores mittebat, qui a supplicantibus damnum depellerent.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἐξισώσεις τῶν βεβαρημένων κήνσων.

Ἐπεὶ δ' ἕτεροι τὰς τῶν πρότερον κρατούντων τῆς γῆς καταμετρήσεις κατεμέμφοντο, βεβαρῆσθαι αὐτῶν τὴν χώραν καταιτιώμενοι, πάλιν κάνταῦθα θεσμῷ δικαιοσύνης ἄνδρας ἐξισωτὰς (23) κατέπεμπε, τοὺς τὸ ἀζήμιον τοῖς δεηθεῖσι παρέξοντας.

CAPUT IV.

Quomodo in pecuniariis causis, iis qui causa cecederant, ipse de suo largiebatur.

Quinetiam quoties inter duos litigantes sententiam pronuntiaverat ; ne forte is qui causa cecide-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅτι τοῖς ἐν χρηματικαῖς δίκαις ἡττηθεῖσιν, αὐτὸς ἐξ οἰκείων ἐχαρίζετο.

Ἄλλοις δικάσας βασιλεὺς, ὡς ἂν μὴ τὸ ληφθὲν παρ' αὐτῷ μέρος ἧττον ἀπαλλάττοιτο χαίρων τοῦ

Αὐγούστου, καὶ τὴν ἐξουσίαν τῶν λαμπροτάτων ἐπάρχων.

(21) *Κομήτων δ' οἱ μὲν πρώτου τάγματος.* De comitibus ordinis primi, itemque ordinis secundi ac tertii passim mentio fit in vetustis inscriptionibus, et in codice. Horum alii erant intra palatium ; alii in consistorio, qui postea comites consistoriani dicti sunt : alii erant comites domestici. Vetus inscriptio in *Thesauro* Gruteri, pag. 406 :

FL. EUGENIO V. C. EXPRÆFECTO PRÆT.
CONSULI ORDINARIO DESIGNATO
MAGISTRO OFFICIORUM OMNIUM.
COMITI DOMESTICO ORDINIS PRIMI, etc.

De iisdem comitibus domesticis exstat alia vetus inscriptio in ædibus Barberinis, quæ hic meretur adscribi.

M. NUMMIO. ALBINO. V. C.
QUÆSTORI CANDIDATO, PRÆTORI. URB.
COMITI. DOMESTICO. ORDINIS. PRIMI.
ET CONSVLI. ORDINARIO. ITERVM.
NVMMIVS. SECVNDVS. EIVS

Hic Nummius Albinus consul iterum ac præfectus urbi fuit temporibus Gallieni, ut constat ex *Fastis*, et ex vetere libro *De præfectis urbi*. Unde colligitur, hanc comitivam dignitatem ordinis primi ac secundi, non a Constantino primum institutam fuisse, ut censuit Cujacius in notis ad codicem Justiniani ; sed diu ante Constantini tempora usurpatam.

(22) *Τοὺς τῶν καρπῶν οἰκήτορας.* Hæc locutio ferri non potest. Mihi videntur transposita hic esse vocabula, et hic quidem legendum esse : τοὺς τῶν ἀγρῶν οἰκήτορας· supra vero scribendum, τοῖς τῶν καρπῶν δεσπόταις. Turnebus ad oram libri sui pro οἰκήτορας emendat κτήτορας. Vel certe scribendum esse ait τῶν χωρῶν οἰκήτορας.

(23) *Ἐξισωτάς.* Hos Latini vocant *peræquatores*, de quibus mentio fit in lib. XIV codicis Theodosiani, titulo De censitoribus, peræquatoribus et inspectoribus. Fere autem ex senatu ad id munus eligebantur a principe, qui in provinciis quæ se tributorum mole oppressas esse querebantur, censum peræquarent. Vetus inscriptio apud Gruterum pag. 361 :

L. ARADIO VAL. PROCVLO V. C.
PRÆTORI TVTELARI
LEGATO PRO PRÆTORE PROV. NVMIDIÆ
PERÆQVATORI SENSVS PROV. GALLECIÆ.

Exstat etiam oratio nona Gregorii Naz. ad Julianum peræquatorem, εἰς ἐξισωτὴν Ἰουλιανόν.

Digitized by Google

νενικηκότος, ἐδωρεῖτο (24) ἐξ οἰκείων τοῖς νενικημένοις, ἄρτι μὲν κτήματα, ἄρτι δὲ χρήματα, τοῦ κρατήσαντος δίκην ἐξίσου χαίρειν τὸν ἡττηθέντα παρασκευάζων, ὡς ἂν τῆς αὐτοῦ θέας ἀξιωθέντα· μὴ γὰρ ἐξεῖναι ἄλλως τοσούτῳ βασιλεῖ παραστάντα, κατηφῆ τινα καὶ λυπηρὸν ἀπαλλάττεσθαι. Οὕτω δ' οὖν ἄμφω φαιδροῖς καὶ μειδιῶσι προσώποις ἀνέλυον τῆς δίκης, θαῦμα δ' ἐκράτει τοὺς πάντας τῆς βασιλέως μεγαλονοίας.

A rat, tristior eo secundum quem lis dicta erat abscederet, ex propriis bonis donabat victis, interdum prædia, nonnunquam pecunias: hac ratione efficiens, ut victus non minus quam is qui causam obtinuerat, lætus domum rediret, utpote qui in conspectum principis venire meruisset. Neque enim fas esse existimabat, ut qui coram tanto principe stetisset, mœstus unquam ac tristis recederet. Proinde uterque litigantium læto ac reni-

denti vultu ex judicio redibat : et imperatoris animi magnitudo cunctis admirationi erat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Σκυθῶν ὑποταγὴ διὰ τοῦ σημείου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν νικηθέντων.

Τί δή με χρὴ λόγου (25) πάρεργον ποιεῖσθαι, ὡς τὰ βάρβαρα φῦλα τῇ Ῥωμαίων καθυπέταττεν ἀρχῇ, ὡς τὰ Σκυθῶν καὶ Σαυροματῶν (26) γένη μὴ πρότερον δουλεύειν μεμαθηκότα, πρῶτος αὐτὸς ὑπὸ ζυγὸν ἦγαγε, δεσπότας ἡγεῖσθαι Ῥωμαίους, καὶ μὴ θέλοντας ἐπαναγκάσας. Σκύθαις μὲν γὰρ καὶ δασμοὺς οἱ πρόσθεν ἐτέλουν ἄρχοντες (27), Ῥωμαῖοί τε βαρβάροις ἐδούλευον, εἰσφοραῖς ἐτησίοις. Οὐκ ἦν δ' ἂν (28) οὗτος βασιλεῖ φορητὸς ὁ λόγος, οὐδὲ τῷ νικητῇ καλὸν ἐνομίζετο, τὰ ἴσα τοῖς ἔμπροσθεν προσφέρειν· τῷ δ' αὐτοῦ ἐπιθαρρῶν Σωτῆρι, τὸ νικητικὸν τρόπαιον καὶ τούτοις ἐπανατείνας, ἐν ὀλίγῳ καιρῷ πάντας παρεστήσατο, ἄρτι μὲν τοὺς ἀφηνιῶντας στρατιωτικῇ σωφρονίσας χειρὶ, ἄρτι δὲ λογικαῖς πρεσβείαις τοὺς λοιποὺς ἡμερώσας, ἐξ ἀνόμου τε καὶ θηριώδους βίου ἐπὶ τὸ λογικὸν καὶ νόμιμον μεθαρμοσάμενος. Οὕτω δ' οὖν Σκύθαι Ῥωμαίοις ἔγνωσάν ποτε δουλεύειν.

CAPUT V.

Scytharum per signum crucis devictorum subactio.

Quid hic necesse est quasi obiter commemorare, quomodo ille barbaras gentes sub imperii Rom. ditionem redegit : qualiter indomitas antehac, nec ulli unquam parere suetas Scytharum Sarmatarumque nationes, primus sub jugum misit, ac per vim eo adegit, ut vel inviti dominos agnoscerent Romanos. **529** Scythis quidem superiores etiam imperatores tributa pendebant, et barbaris Romani reipsa serviebant, annuam solventes pecuniam. Verum imperator hanc indignitatem ferre non potuit; nec victori principi decorum esse existimavit eadem pendere quæ priores principes pependissent. Itaque, Servatoris sui auxilio fretus, triumphali signo ac tropæo in eos etiam illato, brevi cunctos subegit, ac resistentes quidem et contumaces armis domuit : reliquos prudentibus legationibus mitigans, a ferina legumque experte vita ad humanam civilemque traduxit. Hoc modo Scythæ Romanis tandem parere didicerunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Σαυρομάτων ὑποταγὴ, προφάσει τῆς τῶν δούλων ἐπαναστάσεως.

Σαυρομάτας δ' αὐτὸς ὁ Θεὸς ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου ποσὶν ἔβλαυνεν, ὧδέ πη τοὺς ἄνδρας βαρβαρικῷ φρονήματι γαυρουμένους χειρωσάμενος. Σκυθῶν γὰρ αὐτοῖς ἐπαναστάντων, τοὺς οἰκέτας ὅπλιζον οἱ δεσπόται, πρὸς ἄμυναν τῶν πολεμίων· ἐπεὶ δ' ἐκράτουν οἱ δοῦλοι, κατὰ τῶν δεσποτῶν ἤραντο τὰς ἀσπίδας.

CAPUT VI.

Sarmatæ subacti, cum servi adversus dominos rebellassent.

At Sarmatas Deus ipse Constantini pedibus substravit, et homines barbarico fastu intumescentes hoc subegit modo. Nam cum Scythæ bellum eis intulissent, Sarmatæ servos suos ut hostibus resisterent, armaverant. Servi parta de hostibus victoria, arma in dominos vertere cœperunt, cunctos-

(24) Vulg. *ἐδωρεῖτο νενικηκότος*. Transposita hic esse vocabula nemo non videt, quod frequenter admissum est in his libris. Scribe igitur meo periculo, ὡς ἂν μὴ τὸ ληφθὲν παρ' αὐτῷ μέρος ἧττον ἀπαλλάττοιτο χαίρων τοῦ νενικηκότος, ἐδωρεῖτο, etc. In codice Fuk. desunt hæc verba, τοῦ νενικηκότος. Turnebus vero ac Savilius ea collocant post vocem ἀπαλλάττοιτο. Idem Savilius ad oram libri sui notavit forte scribendum esse χαίρον, sublata distinctione post vocem ἀπαλλάττοιτο. Quod cum legissem, magnopere gavisus sum conjecturam meam doctissimi viri judicio confirmari. Sed quod ibidem addit Savilius Christophorsonum ita legisse videri, in hoc certe ei non assentior. Christophorsonus enim legit χαίρων et vertit *libenter*. Cæterum Turnebus hic emendat τὸ λειφθέν, quod placet.

(25) Vulg. *τί δεῖ μέχρι λόγου*. Non dubito quin scribendum sit, τί δή με χρὴ λόγου πάρεργον ποιεῖσθαι. Qua emendatione nihil certius. Certe in schedis Regiis legitur τί δὲ μέχρι. Savilius ad oram libri sui emendat τί δεῖ με τὰ πάρεργα λόγου ποιεῖσθαι. In codd. Fuk. ac Turnebi hic locus ita legitur : Τί δὲ δεῖ μέχρι λόγου τὰ πάρεργα ποιεῖσθαι.

(26) *Τὰ Σκυθῶν καὶ Σαυροματῶν*. Pro Scythis Gothos dicit Socrates in lib. I, cap. 18; et Sozomenus in lib. I, cap. 8. Certe Græci scriptores Σκυθὰς vocare solent, quos Latini Gothos. Ita Libanius, Themistius, Eunapius, aliique complures. Porro Gothi victi sunt ab exercitu Romano in terris Sarmatarum die XII Kalendas Maii, Pacatiano et Hilariano coss., ut scribitur in *Fastis* Idatii, id est, anno Christi 332.

(27) *Δασμοὺς οἱ πρόσθεν ἐτέλουν ἄρχοντες*. Idem tradit Socrates in loco supra citato. Sane Jordanes in libro *De rebus Geticis*, agens de Philippo imp., ait Romanos Gothis tributum quotannis solvisse. Sed et Petrus Patricius in excerptis legationum idem testatur de Tullo Menophilo, ubi de Carpis scribit.

(28) *Οὐκ ἦν δ' ἄν*. Lego Οὐκ ἦν δ' ἄρ' οὗτος, etc., ex codd. Fuk., Turnebi et schedis Regiis.

Digitized by Google

que patriis sedibus expulerunt. Hi vero nullum alium salutis portum quam Constantinum reperere. Qui servare homines assuetus, universos intra fines imperii Romani recepit. Et eos quidem qui idonei essent, militaribus copiis adscripsit : reliquis ad necessaria vitæ subsidia agros colendos assignavit, adeo ut feliciter sibi cessisse calamitatem suam ipsi faterentur; quippe qui barbaricam feritatem Romana libertate mutassent. Hac ratione Deus plurimas barbarorum gentes ejus adjunxit imperio.

CAPUT VII.

Variorum barbarorum legationes, et munera eis ab imperatore donata.

Quippe ex omnibus locis legati continue ad eum accedebant, quæcumque apud ipsos pretiosissima habentur, dona ei offerentes; adeo ut nos ipsi pro foribus palatii, varias formas atque habitus barbarorum ordine stantium aliquando conspexerimus : quorum et vestitus et ornatus dispar erat : coma item et barba longe dissimilis : torvus aspectus et barbarus, ac terrorem incutiens; corporum enormis proceritas : et aliorum **530** quidem rubicundi vultus; aliorum vero nive ipsa candidiores, nonnullis media quædam coloris inerat temperatura. Quippe Blemmyes et Indi atque Æthiopes, qui, ut ait Homerus, bifariam divisi in extimo terrarum degunt, inter illos quos dixi barbaros conspiciebantur. Horum singuli, quemadmodum in tabulis vulgo pingi videmus seorsum quisque ea ad imperatorem afferebant, quæ apud ipsos in pretio sunt. Alii coronas aureas; alii diademata gemmis conserta : alii pueros flava cæsarie conspicuos; quidam barbaricas vestes auro et floribus intextas : hi equos, illi clypeos et hastas longas, et sagittas, et arcus. Atque his donis significabant, obsequium ac societatem armorum offerre se imperatori, si vellet. Ille vero a singulis oblata accipiens ac seponens, tot tantaque eis vicissim donabat, ut momento temporis ditissimos redderet eos qui dona attulissent. Sed et ex eorum numero nobilissimos quosque Romanis dignitatibus ornabat; adeo ut plerique illorum, obliti reditus in patriam, hic apud nos manere maluerint.

πάντας τ' ἠλαυνον τῆς οἰκείας (29). Οἱ δὲ λιμένα σωτηρίας οὐκ ἄλλον ἢ μόνον Κωνσταντῖνον εὕραντο· ὁ δ' οἷα σώζειν εἰδὼς, τούτους πάντας ὑπὸ τῇ Ῥωμαίων εἰσεδέχετο χώρᾳ, ἐν οἰκείοις τε κατέλεγε στρατοῖς τοὺς ἐπιτηδείους, τοῖς δ' ἄλλοις τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ἀναγκαίων εἵνεκα, χώρας εἰς γεωργίαν διένεμεν· ὡς ἐπὶ καλῷ τὴν συμφορὰν αὐτοῖς ὁμολογεῖν γεγενῆσθαι, Ῥωμαϊκῆς ἐλευθερίας ἀντὶ βαρβάρου θηριωδίας ἀπολαύουσιν. Οὕτω δὴ Θεὸς αὐτῷ παντοῖα φῦλα βαρβάρων ὑπέταττεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Βαρβάρων διαφόρων πρεσβεῖαι, καὶ δῶρεαὶ παρ' αὐτοῦ.

Συνεχεῖς γοῦν ἀπανταχόθεν οἱ διαπρεσβευόμενοι, δῶρα τὰ παρ' αὐτοῖς πολυτελῆ διεκόμιζον, ὡς καὶ αὐτούς ποτε παρατυχόντας πρὸ τῆς αὐλείου (30) τῶν βασιλείων πυλῶν, στοιχηδὸν ἐν τάξει περίβλεπτα σχήματα βαρβάρων ἑστῶτα θεάσασθαι· οἷς ἕξαλλος μὲν ἡ στολὴ, διαλλάττων δ' ὁ τῶν σχημάτων τρόπος, κόμη τε καὶ κεφαλῆς καὶ γενείου πάμπολυ διεστῶσα, βλοσσυρά θ' ἡ προσώπων βάρβαρος καὶ καταπληκτική τις ὄψις, σωμάτων θ' ἡλικίας ὑπερβάλλοντα μεγέθη· καὶ οἷς μὲν ἐρυθραίνετο τὰ πρόσωπα, οἷς δὲ λευκότερα χιόνος ἦν, οἷς δὲ [μέσης] κράσεως· ἐπεὶ καὶ Βλεμμύων γένη, Ἰνδῶν τε καὶ Αἰθιόπων, οἳ διχθὰ δεδαίαται ἔσχατοι ἀνδρῶν, τῇ τῶν εἰρημένων ἐθεωρεῖτο ἱστορίᾳ. Ἐν μέρει δὲ τούτων ἕκαστοι, ὥσπερ ἐν πίνακος γραφῇ (31), τὰ παρ' αὐτοῖς τίμια βασιλεῖ προσεκόμιζον· οἱ μὲν στεφάνους χρυσοῦς, οἱ δ' ἐκ λίθων διαδήματα τιμίων, ἄλλοι ξανθοκόμους, οἱ δὲ χρυσῷ καὶ ἄνθεσι καθυφασμένας (32) βαρβαρικὰς στολάς, οἱ δ' ἵππους, οἱ δ' ἀσπίδας, καὶ δόρατα μακρὰ, καὶ βέλη, καὶ τόξα, τὴν διὰ τούτων ὑπηρεσίαν τε καὶ συμμαχίαν βουλομένῳ βασιλεῖ παρέχειν ἐνδεικνύμενοι. Ἃ δὴ παρὰ τῶν κομιζόντων ὑποδεχόμενος καὶ ἐντάττων, ἀντεδίδου τοσαῦτα βασιλεὺς, ὡς ὑφ' ἕνα καιρὸν πλουσιωτάτους ἀποφῆναι τοὺς κομιζομένους, ἐτίμα δὲ καὶ Ῥωμαϊκοῖς ἀξιώμασι (33) τοὺς ἐν αὐτοῖς διαφανεστέρους, ὥστ' ἤδη πλείους τὴν ἐνταῦθα στέργειν διατριβὴν, ἐπανόδου τῆς εἰς τὰ οἰκεῖα λήθην πεποιημένους.

(29) Vulg. *πάνταςτ' ἠλαυνον τῆς οἰκίας*. Scrib. ex codice Fuk. τῆς οἰκείας. Porro hæc Sarmatarum adversus dominos conspiratio contigit anno Christi 334. In *Fastis* quos *Idatianos* nuncupavit Jacobus Sirmondus, ita scriptum habetur : « Optato et Paulino. His coss. Sarmatæ servi universa gens dominos suos in Romaniam expulerunt. » Consentit etiam Hieronymus in *Chronico*, qui servos illos Sarmatas *litiganles* appellat. Nec aliter Amm. Marcellinus. Vide excerpta de Gestis Constantini.

(30) Vulg. *πρὸ τῆς αὐλίου*. Scribendum est αὐλείου, ut scribitur in codice Fuk. et schedis Regiis. Sic Græci vocabant januam domus quæ intrantibus prima occurrit : eamque limitem esse ducebant, quem transgredi indecorum matronis habebatur. Philo in libro *De specialibus legibus*, Θηλείαις δὲ οἰκουρία καὶ ἔνδον μονὴ, παρθένοις μὲν εἴσω κλισιάδων, τὴν μεσαύλιον ὅρον πεποιημέναις, τελείαις δὲ ἤδη γυναιξὶ τὴν αὔλιον. Alludit procul dubio Philo ad versus Menandri, quos refert Stobæus, cap. 163 :

Τοὺς τῆς γαμετῆς ὅρους ὑπερβαίνεις, γύναι,
Διὰ τὴν αὐλίαν· πέρας γὰρ αὔλειος θύρα.
Ἐλευθέρα γυναικὶ νενόμιστ' οἰκίας,
Τὸ δὲ ἐπιδιώκειν, εἰς τε τὴν ὁδὸν τρέχειν
Ἔτι λοιδορουμένην, κυνός ἐστ' ἔργον, Ῥοδῆ.

Eosdem Menandri versus tacite designat Harpocratio in voce *Αὔλειος*.

(31) *Ὥσπερ ἐν πίνακος γραφῇ*. Supervacua videntur hæc verba, nisi forte Eusebius ita rem ipsam clarius exprimere voluit, in gratiam eorum qui id præsentes non viderant. Solebant enim imperatorum imagines ita pingi, ut legati barbarorum eis munera offerrent, aut provinciæ aurum tribuerent, ut videre est in Notitia imperii Romani.

(32) *Ἄνθεσι καθυφασμέναις*. Barbaricum genus texturæ intelligit, cujusmodi est illud apud Virgilium in libro primo *Æneidos*, vers. 650 :

Et circumtextum croceo velamen acantho.

(33) *Ἔτίμα δὲ καὶ Ῥωμαϊκοῖς ἀξιώμασι*. Idem scribit Amm. Marcellinus in lib. XXI, pag. 190 et 195.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅτι καὶ πρεσβευσαμένῳ τῶν Περσῶν βασιλεῖ, περὶ τῶν ἐκεῖ Χριστιανῶν ἔγραψεν.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ Περσῶν βασιλεὺς Κωνσταντίνῳ γνωρίζεσθαι διὰ πρεσβείας (34) ἠξίου, δῶρά τε καὶ οὗτος σπονδῶν φιλικῶν διεπέμπετο σύμβολα, ἔπραττε δὲ τὰς συνθήκας κἀπὶ τούτῳ βασιλεὺς, ὑπερβολῇ φιλοτίμῳ τὸν τῆς τιμῆς προαρξάμενον νικῶν ταῖς ἀντιδόσεσι. Πυθόμενος γέ τοι παρὰ τῷ Περσῶν γένει πληθύειν τὰς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας, λαούς τε μυριάνδρους ταῖς Χριστοῦ ποίμναις ἐναγελάζεσθαι, χαίρων ἐπὶ τῇ τούτων ἀκοῇ, οἷά τις κοινὸς τῶν ἁπανταχοῦ κηδεμὼν, πάλιν κἀνταῦθα τὴν ὑπὲρ τῶν ἁπάντων εἰσῆγε πρόνοιαν.

CAPUT VIII.

Quod Persarum regi qui legatos ad ipsum miserat, scripsit in gratiam Christianorum illic agentium.

Jam vero cum rex etiam Persarum per legatos notitiam ambiret Constantini, donaque ad eum misisset, pacis et amicitiæ signa; id agens scilicet ut cum illo fœdus iniret; hic etiam imperator excellenti quadam animi utens magnitudine, eum qui prior honore ipsum affecerat, munerum magnificentia longe superavit. Cumque apud Persas crebras esse Ecclesias Dei accepisset, et numerosam populorum multitudinem intra Christi ovilia congregari; hoc nuntio magnopere delectatus, utpote communis quidam omnium ubique agentium hominum tutor et curator, ad illa etiam loca providentiam suam pro cunctorum commodis laborantem extendit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Κωνσταντίνου Αὐγούστου πρὸς Σαπώρην τὸν βασιλέα Περσῶν, ὁμολογοῦντα εἰς Θεὸν καὶ Χριστὸν εὐσεβέστατα.

Ἀντίγραφον πρὸς τὸν βασιλέα Περσῶν.

« Τὴν θείαν πίστιν φυλάσσων, τοῦ τῆς ἀληθείας φωτὸς μεταλαγχάνω, τῷ τῆς ἀληθείας φωτὶ ὁδηγούμενος, τὴν θείαν πίστιν ἐπιγινώσκω· τοιγάρτοι τούτοις ὡς τὰ πράγματα βεβαιοῖ, τὴν ἁγιωτάτην θρησκείαν γνωρίζω, διδάσκαλον τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ ἁγίου Θεοῦ ταύτην τὴν λατρείαν ἔχειν ὁμολογῶ· τούτου τοῦ Θεοῦ τὴν δύναμιν ἔχων σύμμαχον, ἐκ τῶν περάτων τοῦ Ὠκεανοῦ ἀρξάμενος, πᾶσαν ἐφεξῆς τὴν οἰκουμένην βεβαίοις σωτηρίοις ἐλπίσι (35) διήγειρα, ὡς ἅπαντα ὅσα ὑπὸ τοσούτοις τυράννοις δεδουλωμένα, ταῖς καθημεριναῖς συμφοραῖς ἐνδόντα, ἐξίτηλα ἐγεγόνει (36) [ταῦτα τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δι' ἐμοῦ βελτίωσιν δέξασθαι]. Τοῦτον τὸν Θεὸν ἀθανάτῳ μνήμῃ τιμᾶν ὁμολογῶ, τοῦτον ἀκραιφνεῖ καὶ καθαρᾷ διανοίᾳ ἐν τοῖς ἀνωτάτω τυγχάνειν ὑπεραυγάζομαι.

CAPUT IX.

Epistola Constantini ad Saporem Persarum regem, summa cum pietate Deum et Christum confitentis.

Exemplum epistolæ ad regem Persarum.

« Ego quidem divinam custodiens fidem, lucis veritatis particeps fio; et veritatis fidem præviam sequens, ad **531** divinæ fidei notitiam pervenio. Hac ratione sanctissimam, ut res ipsæ confirmant, religionem agnosco; cujus cultum mihi magistrum esse profiteor ad sanctissimi Numinis notitiam hauriendam. Hujus ergo Dei auxilio fultus, ab ultimis usque Oceani progressus finibus, universum orbem terrarum ad firmam spem salutis erexi. Adeo ut provinciæ omnes, quæ tot tyrannorum dominatione oppressæ, et continuis attritæ calamitatibus propemodum defecerant, reipublicæ vindicem tandem nactæ, velut quibusdam medicinæ fomentis restitutæ sint. Hunc ego Deum prædico : cujus vexillum Deo dicatus exercitus meus, humeris gestat, et quo æquitatis ratio postulat ferri; et ob hæc ipsa illico celeberrimas victorias refert pro mercede. Hunc Deum sempiterna memoria coli a me profiteor : hunc in altissima sede positum pura et candida mente contemplor.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Ὅτι κατὰ εἰδώλων, καὶ περὶ Θεοῦ δοξολογίας.

« Τοῦτον ἐπικαλοῦμαι γόνυ κλίνας, φεύγων μὲν πᾶν αἷμα βδελυκτὸν, καὶ ὁσμὰς ἀηδεῖς καὶ ἀποτροπαίους, πᾶσαν δὲ γεώδη λαμπηδόνα (37) ἐκκλίνων· οἷς ἅπα-

CAPUT X.

Contra simulacra, et de glorificatione Dei.

« Hunc flexis genibus invoco; omnem abominandum cruorem aversans, et odores insuaves ac detestandos; omnem denique terrenum fulgorem procul fu-

« Qui nuper, ut primum augendæ barbaricæ vilitatis auctorem immoderate notaverat Constantinum. »

(34) *Διὰ πρεσβείας.* De hac legatione Saporis ad Constantinum, solus, quod sciam, loquitur Libanius in oratione quæ *Βασιλικός* inscribitur pag. 119, ubi scribit Saporem Persarum regem, cum bellum Romanis inferre constituisset, ferroque ad eam rem opus haberet, fraudulento usum consilio legatos ad Constantinum misisse, qui illum tanquam dominum adorarent, ferrique maximam copiam ab eo peterent; specie quidem, ut barbaros quosdam sibi vicinos armis ulcisceretur; sed revera, ut eo ferro adversus Romanos uteretur.

(35) *Βεβαίοις σωτηρίοις ἐλπίσι.* Scribendum sine dubio σωτηρίας, quanquam apud Theodoritum in libro I, cap. 25, ea vox deest. Epiphanius tamen scholasticus eam vocem agnoscit, ut docet ejus versio in lib. III *Historiæ tripartitæ*

(36) *Ἐξίτηλα ἐγεγόνει.* Hunc locum mutilum esse nemo non videt : quem in Moræi libro eodem plane modo quo in editione Genevensi suppletum inveni : Ταῦτα τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον δι' ἐμοῦ βελτίωσιν δέξασθαι. Verum quisquis hunc locum ita emendavit, malus profecto conjector fuit atque imperitus. Quis enim unquam ita locutus est, τὴν ἐπὶ τὸ κρεῖττον βελτίωσιν. Quanto facilius erat ac tutius hanc lacunam supplere ex Theodorito, apud quem hæc epistola Constantini ad Saporem integrior legitur et emendatior. Codex tamen Fuk. et Sav. eodem modo supplent hanc lacunam quo Genevensis editio. Nec movere nos debet, quod hæc locutio barbara est. Nam epistola hæc Constantini, primum Latine ab ipso scripta fuerat : deinde in Græcum sermonem conversa est ab imperito interprete. Idem contigit reliquis Constantini epistolis et orationibus.

(37) *Γεώδη λαμπηδόνα.* Christophorsonus sacri-

Digitized by Google

giens: quibus omnibus quasi sordibus pollutus scelestus ac nefandus superstitionis error multos gentilium, totasque adeo nationes ad ima tartara detrusit. Etenim quæ summus omnium Deus pro sua erga homines benignitate atque providentia ad communem usum protulit in lucem, ea ad cujusque libidinem rapi haudquaquam sustinet. Sed puram duntaxat mentem et animum immaculatum ab hominibus postulat, hisque virtutis et pietatis actus quasi libra quadam expendit. Quippe modestiæ et mansuetudinis operibus delectatur; mites diligens; turbarum auctores odio habens. Et fidem quidem amat, infidelitatem vero supplicio afficit. Ommem cum arrogantia conjunctam dominationem destruens, superborum contumeliam punit. Et homines quidem insolentia elatos ab ipsis, ut ita dicam, fundamentis subruit: humiles vero et injuriarum patientes, meritis præmiis afficit. Hinc est quod imperium justum magni faciens, auxilio suo illud corroborat, et prudentiam regalem tranquillitate pacis perpetua fovet.

A σιν ἡ ἀθέμιτος καὶ ἄῤῥητος πλανη χραινομένη, πολλοὺς τῶν ἐθνῶν καὶ ὅλα γένη κατέῤῥιψε (38), τοῖς κατωτάτω μέρεσι παραδοῦσα. Ἃ γὰρ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, προνοίᾳ τῶν ἀνθρώπων, διὰ φιλανθρωπίαν οἰκείαν χρείας ἕνεκα εἰς τοὔμφανὲς παρήγαγε, ταῦτα πρὸς τὴν ἑκάστου ἐπιθυμίαν ἕλκεσθαι οὐδαμῶς ἀνέχεται, καθαρὰν δὲ μόνην διάνοιαν καὶ ψυχὴν ἀκηλίδωτον παρὰ ἀνθρώπων ἀπαιτεῖ, τὰς τῆς ἀρετῆς καὶ εὐσεβείας πράξεις ἐν τούτῳ σταθμώμενος. Ἐπιεικείας γὰρ καὶ ἡμερότητος ἔργοις ἀρέσκεται, πράους φιλῶν, μισῶν τοὺς ταραχώδεις, ἀγαπῶν πίστιν, ἀπιστίαν κολάζων· πᾶσαν μετ' ἀλαζονείας δυναστείαν καταῤῥηγνὺς, ὕβριν ὑπερηφάνων τιμωρεῖται. Τοὺς ὑπὸ τύφου ἐπαιρομένους ἐκ βάθρων ἀναιρεῖ, ταπεινόφροσι καὶ ἀνεξικάκοις τὰ πρὸς ἀξίαν νέμων. Οὕτω καὶ βασιλείαν δικαίαν περὶ πολλοῦ ποιούμενος, ταῖς παρ' ἑαυτοῦ ἐπικουρίαις κρατύνει, σύνεσίν τε βασιλικὴν τῷ γαληνιαίῳ τῆς εἰρήνης διαφυλάττει.

B

532 CAPUT XI.

Contra tyrannos et persecutores, et de captivitate Valeriani.

« Nec mihi ipse videor errare, mi frater, qui hunc unum Deum profitear omnium auctorem ac parentem. Quem multi ex iis qui apud nos imperium tenuerunt, insano errore acti, pernegare quidem conati sunt. Sed eos omnes hujusmodi exitus quasi vindex oppressit, ut universum nunc hominum genus, illorum principum calamitates exempli vice proponat iis qui illos imitari studuerint. Horum unus mihi videtur fuisse, ille quem divina vindicta

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Ὅτι κατὰ τυράννων καὶ διωκτῶν, καὶ περὶ Οὐαλεριανοῦ αἰχμαλωτισθέντος.

« Οὔ μοι δοκῶ πλανᾶσθαι, ἀδελφέ μου, τοῦτον ἕνα Θεὸν ὁμολογῶν πάντων ἀρχηγὸν καὶ πατέρα· ὃν πολλοὶ τῶν τῇδε βασιλευσάντων μανιώδεσι πλάναις ὑπαχθέντες, ἐπεχείρησαν ἀρνήσασθαι· ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἅπαντας τοιοῦτον τιμωρὸν τέλος κατανάλωσεν, ὡς πᾶν τὸ μετ' ἐκείνους ἀνθρώπων γένος, τὰς ἐκείνων συμφορὰς ἀντ' ἄλλου παραδείγματος τοῖς παρὰ τούτους (39) τὰ ὅμοια ζηλοῦσι τίθεσθαι. Τούτων ἐκείνων ἕνα ἡγοῦμαι γεγονέναι, ὃν ὥσπερ τις σκηπτὸς,

C

D

ficiorum flammam interpretatur. Camerarius *incantationum igniculos*, rectius. Ignes enim nescio qui in mysteriis paganorum, et lux quædam post tenebras emicabat. Quod arte magica et nescio quibus præstigiis faciebant dæmonum sacerdotes, ut auctoritatem ac reverentiam sacris suis conciliarent. Apuleius lib. XI: « Accessi, inquit, confinium mortis: et calcato Proserpinæ limine per omnia vectus elementa remeavi. Nocte media vidi solem candido coruscantem lumine, » etc. De hoc ritu locus est elegans Themistii apud *Stobæum*, cap. 274, qui hic meretur ascribi: Τὸ δὲ παθεῖν πάθος οἷον οἱ τελεταῖς μεγάλαις κατοργιαζόμενοι· διὸ καὶ ῥῆμα τῷ ῥήματι καὶ ἔργον τῷ ἔργῳ τοῦ τελευτᾶν καὶ τελεῖσθαι προσέοικε· πλάναι τὰ πρῶτα καὶ περιδρομαὶ, καὶ κοπώδεις, καὶ διὰ σκότους τινὸς ὑποπτοι πυρεῖαι καὶ ἀτέλεστοι· εἶτα πρὸ τοῦ τέλους αὐτοῦ τὰ δεινὰ πάντα· φρίκη καὶ τρόμος, καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος· ἐκ δὲ τούτου φῶς τι θαυμάσιον ἀπήντησεν, ἢ τόποι καθαροὶ καὶ λειμῶνες ἐδέξαντο, φωνὰς καὶ χορείας, καὶ σεμνότητας ἀκουσμάτων ἱερῶν καὶ φαντασμάτων ἁγίων ἔχοντες· ἐν αἷς ὁ παντελὴς ἤδη καὶ μεμυημένος ἐλεύθερος γεγονὼς, καὶ ἄφετος περιὼν, ἐστεφανωμένος ὀργιάζει, etc. Locus hic Themistii desumptus est ex libro *De immortalitate animæ*, in quo Themistius animam esse immortalem astruebat, tum pluribus aliis argumentis, tum eo quod mortem Græci τελευτὴν vocant, quasi τελετὴν, id est *mysterium*. Atque ut hæc duo nomina inter se simillima sunt, ita res ipsæ illis nominibus designatæ miram habent similitudinem. Nam in mysteriis quidem primum vagi errores et circuitus molesti, et pavidi ingressus per loca tenebrosa, et longissima itinera cum lassitudine. Inde antequam ad finem veniatur, cuncta terribilia, tremor, horror et cum stupore admiratio. Ad extremum vero admiranda quædam lux occurrit, et amœna quædam loca ac pura, in quibus sacræ voces audiuntur, et divina simulacra visuntur, etc. Ad eumdem ritum pertinent hæc Origenis verba in lib. IV *Contra Celsum*: Ἐξομοιοῖ ἡμᾶς τοῖς ἐν ταῖς βαχικαῖς τελεταῖς τὰ φάσματα καὶ τὰ δείματα προεισάγουσιν.

(38) *Ὅλα γένη κατέῤῥιψε.* In codice Fuk. scriptum inveni κατήρειψε, quod magis placet. In eodem exemplari legitur πολλὰ τῶν ἐθνῶν.

(39) *Τοῖς παρὰ τούτους.* Longe aliter hic locus legitur apud Theodoritum, hoc scilicet modo: Ἐπαρὰ τοὺς τοῖς τὰ ὅμοια ζηλοῦσι τίθεσθαι. Optime, meo quidem judicio. Nec aliter scripserat Constantinus. Omnes, inquit, retro principes qui Christi fidem persecuti sunt, adeo funestus exitus oppressit, ut universum nunc hominum genus, principum illorum calamitates pro omni supplicio imprecari soleat iis qui illos imitari studuerint. Quid hoc sensu planius et elegantius? παράδειγμα igitur hoc loco pœnam significat; quo sensu ea vox frequenter a Græcis usurpatur, ut notavit Agellius. Porro ἐπαρὰ τοὺς τίθεσθαι τὰς συμφορὰς, eleganter dicitur pro eo quod Latini dicunt *imprecari*. Sic εὐχὴν θέσθαι dicunt Græci, ut supra notavi. Epiphanius scholasticus hunc locum ita vertit: *Sed illos omnes finis comprehendit exitiosus, ita ut omne genus hominum post eos exsurgens, clades illorum pro maledictionis exemplo proponere videatur.*

Digitized by Google

ἡ θεία μῆνις τῶν τῇδε ἀπελάσασα, τοῖς ὑμετέροις μέρεσι παραδέδωκε, τῆς ἐπ' αὐτῷ αἰσχύνης (40) πολυθρύλλητον τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα. »

A instar fulminis ingruens, fugatum ex nostris regionibus vestras in terras transportavit : qui quidem suo dedecore atque ignominia tropæum illud tantopere a vobis jactatum constituit. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ὅτι τῶν μὲν διωκτῶν εἶδε τὰς πτώσεις, εὐθυμεῖ δὲ νῦν διὰ την τῶν Χριστιανῶν εἰρήνην.

« Ἀλλὰ γὰρ εἰς καλὸν ἐκεῖνο προκεχώρηκε, τὸ ἐν τῷ καθ' ἡμᾶς αἰῶνι τὴν τῶν τοιούτων τιμωρίαν περιφανῆ δειχθῆναι· ἐπεῖδον γὰρ καὶ αὐτὸς τῶν ἐναγχος ἀθεμίτοις προστάγμασι τὸν τῷ Θεῷ ἀνακείμενον λαὸν ἐκταραξάντων. Διὸ δὴ καὶ πολλὴ χάρις τῷ Θεῷ, ὅτι τελείᾳ προνοίᾳ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον τὸ θεραπεῦον τὸν θεῖον νόμον, ἀποδοθείσης αὐτοῖς τῆς εἰρήνης, ἀγάλλεται καὶ γαυριᾷ. Ἐντεῦθεν καὶ ἡμῖν αὐτοῖς πέπεισμαι, ὡς ὅτι κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα ἔχειν ἅπαντα, ὁπότε διὰ τῆς ἐκείνων καθαρᾶς τε καὶ δοκίμου θρησκείας, ἐκ τῆς περὶ τὸ θεῖον συμφωνίας πάντας εἰς ἑαυτὸν ἀγείρειν ἀξιοῖ. »

B

CAPUT XII.

Quod persecutorum ruinam viderit, quodque jam ob Christianorum pacem lætatur.

« Enimvero commode factum videtur, quod nostra quoque ætate hujusmodi homines manifestissime pœnas dederunt. Nam et ego spectator fui exitus illorum, qui nuper iniquissimis jussionibus populum Deo consecratum exagitaverant. Proinde maximas Deo gratias ago, cujus singulari providentia cuncti mortales qui divinam legem observant, reddita sibi pace exsultant ac gestiunt. Ex quo plane mihi persuadeo, rectissime omnia ac tutissime se habere, cum per puram ac sinceram illorum religionem perque concordem de divino Numine sententiam omnes homines ad seipsum aggregare Deus dignetur. »

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Παρακλήσεις ὥστε τοὺς παρ' αὐτῷ Χριστιανοὺς ἀγαπᾶν.

« Τούτου τοῦ καταλόγου (41) τῶν ἀνθρώπων, λέγω δὴ τῶν Χριστιανῶν, ὧν ὑπὲρ τούτων ὁ πᾶς μοι λόγος, πῶς οἴει με ἥδεσθαι ἀκούοντα, ὅτι καὶ τῆς Περσίδος τὰ κράτιστα ἐπιπλεῖστον, ὥσπερ ἔστι μοι βουλομένῳ, κεκόσμηται. Σοί τ' οὖν ὡς ὅτι κάλλιστα, ἐκείνοις θ' ὡσαύτως ὑπάρχοι τὰ κάλλιστα, ὅ τι σοὶ κἀκείνοις (42). Οὕτω γὰρ ἕξεις τὸν τῶν ὅλων Δεσπότην πατέρα Θεὸν (43), ἵλεω καὶ εὐμενῆ. Τούτους τοιγαροῦν ἐπειδὴ τοσοῦτος εἶ, σοὶ παρατίθεμαι, τοὺς αὐτοὺς τούτους, ὅτι καὶ εὐσεβείᾳ ἐπίσημος εἶ, ἐγχειρίζω, τούτους ἀγάπα ἁρμοδίως τῆς σεαυτοῦ φιλανθρωπίας· αὐτῷ τε γὰρ καὶ ἡμῖν ἀπερίγραπτον δώσεις διὰ τῆς πίστεως τὴν χάριν. »

C

CAPUT XIII.

Exhortatio ut Christianos in Perside agentes benevole complectatur.

« Quanta porro voluptate me affici censes, cum audio id quod mihi maxime in votis est, horum hominum multitudine, Christianorum scilicet (de his enim in præsentia loquor), nobilissima quæque Persidis loca longe lateque esse decorata. Opto igitur ut et tuæ res quam florentissimæ, et illorum perinde sint florentissimæ : hoc est ut tuæ, sic illorum. Hoc enim modo summum omnium Dominum ac parentem Deum, propitium ac placatum habiturus es. Hos itaque, quandoquidem talis tantusque es, tibi commendo. Hos, quandoquidem pietate excellis, tibi in manum trado. Hos pro tua humanitate complectere. Sic enim et tibi ipsi et nobis, hac tua fide immensum beneficium præstabis. »

533

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὅπως Χριστιανοῖς μὲν ἦν εἰρήνη, σπουδὴ τῶν Κωνσταντίνου προσευχῶν.

Οὕτω δὴ λοιπὸν τῶν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἐθνῶν ὥσπερ ὑφ' ἑνὶ κυβερνήτῃ διευθυνομένων, καὶ

CAPUT XIV.

Quomodo assiduis Constantini precibus pax data est Christianis.

In hunc modum cum omnes ubique gentes, instar navis cujusdam, unius gubernatoris regerentur in-

(40) Vulg. *τῆς ὑπ' αὐτῶν αἰσχύνης.* In *Historia* Theodoriti rectius legitur, τῆς ἐπ' αὐτῷ αἰσχ. π. τὸ παρ' ὑμῖν τρόπαιον ἀποφήναντα. Valerianum intelligit, qui a Persis captus, ignobili apud eos servitute consenuit, et privato dedecore triumphum Persarum nobilitavit, id est victoriam Persarum de Romanis celeberrimam fecit sua ipsius ignominia. Hic est sensus ejus loci, quem nec Epiphanius, nec reliqui interpretes assecuti sunt. In codice Fuk. et Turnebi legitur ἀποφήνασα, non male.

(41) *Τούτου τοῦ καταλόγου.* Rectius apud Theodoritum legitur τούτῳ τῷ καταλόγῳ. Hæc enim referuntur ad verbum κεκόσμηται. Mox scribe ὑπὲρ γὰρ τούτων ex Theodorito et Nicephoro.

(42) Vulg. *ὅ τι σοὶ κἀκείνῳ.* Apud Theodoritum et Nicephorum legitur ὅς ἐστι σοὶ κἀκείνοις. In editione Jacobi Sirmondi legitur ὅ τι ἐστί, etc. Quæ verba Epiphanius Scholasticus sic Latine vertit : *Tu ergo optime gubernaveris, si fueris sicut illi, et habueris commune quod illi.* Joachimus autem Camerarius qui Theodoriti *Historiam* Latine interpretatus est, ita vertit : *Optime igitur tecum, similiterque cum illis optime agitur, quia communiter cum utrisque.* Et sic fere Joannes Langus. Mihi tamen hic sensus non satisfacit. Olim quidem scribendum putabam, ὅτι σὺ κἀκείνοις, κἀκεῖνοί σοι. Quam lectionem in versione mea secutus eram. Sed nunc, re attentius examinata, Theodoriti ac Nicephori lectionem retinendam censeo, et totum locum sic interpretor : *Opto igitur, ut et tuæ res quam florentissimæ, et illorum perinde sint florentissimæ*, hoc est, utriusque vestrum ex æquo. Ita sensus est apertissimus, et sequentia egregie convenient, tantum ὑπάρχοι in optativo scribendum erit. Musculus certe legit ὑπάρχοι. Sic enim vertit : *Cedat igitur id tibi optime et illis similiter : et tibi, inquam, et illis.* In codice Fuk. legitur ὅτι σοί, sine illa voce κἀκείνῳ.

(43) *Πατέρα Θεόν.* In Theodorito ac Nicephoro legitur πρᾶον, ἵλεώ τε καὶ εὐμενῆ. Nec aliter legit Epiphanius scholasticus, ut ex versione ejus apparet.

Digitized by Google

dustria, et imperium ac religionem famuli Dei libentissime amplecterentur, nec ullus amplius Romanum imperium perturbaret, cuncti posthac tranquillam et quietam vitam agebant. Imperator vero cum piorum hominum preces ad salutem reipublicæ plurimum conferre existimaret, eas quoque necessario conciliandas sibi putavit. Itaque et ipse supplex Dei opem imploravit, et præsidibus Ecclesiarum præcepit, ut pro se preces ad Deum funderent.

A

CAPUT XV.

Quod in nummis et imaginibus, precantis habitu effingi se jussit.

Quanta porro divinæ fidei vis ac virtus in ejus animo insederit, vel ex hoc uno conjici facile potest, quod in aureis nummis exprimi se jussit vultu in cœlum sublato, et manibus expansis instar precantis. Et hujus quidem formæ nummi per universum orbem Romanum cucurrerunt. In ipsa vero regia juxta quasdam januas, in imaginibus ad ipsum vestibuli fastigium positis depictus est stans, defixis quidem in cœlum oculis, manibus autem expansis precantis in modum.

B

C

CAPUT XVI.

Quod imagines suas in templis idolorum poni, lege lata prohibuit.

Sic igitur ille se Deo supplicantem etiam in tabulis pictis exhibuit. Quinetiam lege lata vetuit imagines suas in idolorum templis dedicari, ne forte errore vetitæ superstitionis, vel inani specie tenus inquinaretur.

534 CAPUT XVII.

Precationes in palatio, et recitatio sacrarum Scripturarum.

Verum his longe augustiora perspiciet quicunque attendere voluerit, qualiter ille in palatio

τὴν ὑπὸ τῷ θεράποντι τοῦ Θεοῦ πολιτείαν (44) ἀσπαζομένων, μηδενὸς μηκέτι παρενοχλοῦντος τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν, ἐν εὐσταθεῖ καὶ ἀταράχῳ βίῳ τὴν ζωὴν διῆγον οἱ πάντες. Βασιλεὺς δὲ κρίνας αὐτῷ τὰ μεγάλα συντείνειν πρὸς τὴν τῶν ὅλων φυλακὴν τὰς τῶν θεοσεβῶν εὐχὰς, ταύτας ἀναγκαίως ἐπορίζετο, αὐτὸς θ' ἱκέτης γιγνόμενος τοῦ Θεοῦ, τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προέδροις (45) τὰς ὑπὲρ αὐτοῦ λιτὰς ποιεῖσθαι ἐνεκελεύετο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅτι καὶ ἐν νομίσμασι καὶ ἐν εἰκόσιν, ὡς εὐχόμενον ἑαυτὸν ἐχάραττεν.

Ὅση δ' αὐτοῦ τῇ ψυχῇ πίστεως ἐνθέου (46) ὑπεστήρικτο δύναμις, μάθοι ἄν τις καὶ ἐκ τοῦδε λογιζόμενος, ὡς ἐν τοῖς χρυσοῖς νομίσμασι τὴν αὐτοῦ αὐτὸς εἰκόνα ὧδε γράφεσθαι διετύπου, ὡς ἄνω βλέπειν δοκεῖν ἀνατεταμένος πρὸς Θεὸν, τρόπον εὐχομένου. Τούτου μὲν οὖν τὰ ἐκτυπώματα καθ' ὅλης τῆς Ῥωμαίων διέτρεχεν οἰκουμένης· ἐν αὐτοῖς δὲ βασιλείοις κατά τινας πύλας (47) ἐν ταῖς εἰς τὸ μετέωρον τῶν προπύλων ἀνακειμέναις εἰκόσιν, ἑστὼς ὄρθιος ἐγράφετο, ἄνω μὲν εἰς οὐρανὸν ἐμβλέπων, τὼ χεῖρε δ' ἐκτεταμένος (48) εὐχομένου σχήματι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΣ'.

Ὅτι καὶ ἐν εἰδωλείοις εἰκόνας αὐτοῦ θεῖναι, νόμῳ διεκώλυσεν.

Ὧδε μὲν οὖν αὐτὸς ἑαυτὸν κἀν ταῖς γραφαῖς εὐχόμενον ἀνιστόρει· νόμῳ δ' ἀπεῖργεν (49) εἰκόνας αὐτοῦ εἰδώλων ἐν ναοῖς ἀνατίθεσθαι, ὡς μηδὲ μέχρι σκιαγραφίας τῇ πλάνῃ τῶν ἀπειρημένων μολύνοιτο [ἡ γραφή] (50).

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἐν παλατίῳ προσευχαὶ, καὶ θείων Γραφῶν ἀναγνώσεις.

Σκέψαιτο δ' ἄν τις τὰ τούτων σεμνότερα, διαγνοὺς ὡς ἐν αὐτοῖς τοῖς βασιλείοις Ἐκκλησίας Θεοῦ τρό-

(44) *Τὴν... πολιτείαν.* Christianam religionem intelligo, quam omnes propemodum gentes tunc temporis amplexæ sunt, abjecto patriæ superstitionis errore.

(45) Vulg. *τοῖς τῶν Ἐκκλησιῶν προέδροις..... ἐγκελευόμενος.* Scribe τοῖς τε τῶν Ἐκκλησιῶν π. Nisi malis ascribere ἐνεκελεύετο, ut legitur in codd. Fuk., Sav. et Turnebi.

(46) *Πίστεως ἐνθέου.* Anastasius Bibliothecarius in versione septimæ synodi, ubicunque vox ἔνθεος occurrit in Græco, *deificum* interpretatur. Sic deificos libros Latini vocabant codices sacræ Scripturæ, ut legitur in *Gestis purgationis Cæciliani.*

(47) *Κατά τινας πύλας.* In codd. Fuk. ac Turnebi et in schedis Regiis legitur κατά τινας πόλεις, longe rectius, ut equidem censeo. Ait enim Eusebius, non in omnibus, sed in quarumdam urbium palatiis Constantinum ita depictum fuisse.

(48) *Τὼ χεῖρε δ' ἐκτεταμένος.* Quisquis fuit interpres hujus libri, parum attente hunc locum vertit, hoc modo, *et precantis forma manus sursum tollens*, cum vertere debuisset, *manibus expansis, ut precantes solent.* Christiani enim inter precandum manus expandere solebant, ut crucis similitudinem hoc modo adumbrarent. Allevabant quidem manus Christiani, dum preces funderent. Sed hoc non erat proprium Christianorum, quippe cum gentiles idem facerent, ut testatur Virgilius, *Æneid.*, lib. I, vers. 97, dum ait:

Et geminas [*duplices*] *tollens ad sidera palmas.*

Illud vero peculiare fuit Christianis, manus in crucis formam expandere. Tertullianus in lib. *De oratione*, cap. 11: « Nos vero non attollimus tantum, sed etiam expandimus, et Dominica passione modulamur. » Idem in *Apologetico*, cap. 30.

(49) *Νόμῳ δ' ἀπεῖργεν.* At Socrates in lib. I, cap. 18, contrarium scribit his verbis: Καὶ παύει μὲν τὰ μονομάχια, εἰκόνας δὲ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἐναπέθετο. Verum non immerito quis suspicetur corruptum esse hunc Socratis locum. Recenset enim illic Socrates cuncta, quæ ad exstinguendam gentilium superstitionem a Constantino excogitata sunt. Inter quæ ait Constantinum, imagines suas ac statuas in deorum templis posuisse. Atqui eo facto non exstinguebatur superstitio gentilium, sed augebatur aut mutabatur. Imperatorem enim Dei loco adoraturi erant gentiles. Quamobrem Socratis locus emendandus est ex Eusebio in hunc modum: Εἰκόνας δὲ τὰς ἰδίας ἐν τοῖς ναοῖς ἀπεῖργεν ἀνατίθεσθαι.

(50) *Μολύνοιτο ἡ γραφή.* Delenda puto hæc verba ἡ γραφή, quippe quæ sensum turbant. His enim expunctis sensus est planissimus.

Digitized by Google

πον (51) διέθετο, σπουδῇ ἐξάρχων αὐτὸς τῶν ἔνδον ἐκκλησιαζομένων· μετὰ χεῖράς γέ τοι λαμβάνων τὰς βίβλους, τῇ τῶν θεοπνεύστων λογίων θεωρίᾳ προσανεῖχε τὸν νοῦν· εἶτ' εὐχὰς ἐνθέσμους σὺν τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν (52) ἀπεδίδου.

A quamdam velut Ecclesiam Dei constituit. Ac diligentia quidem et alacritate præibat cunctis qui in Ecclesiam illam erant ascripti : et sacros Codices in manus sumens oracula a Deo edita attento animo meditabatur. Posthac solemnes preces cum universo aulicorum cœtu recitabat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Τῆς Κυριακῆς τὴν ἡμέραν καὶ παρασκευῆς νομοθεσία τιμᾷ.

Καὶ ἡμέραν δ' εὐχῶν ἡγεῖσθαι κατάλληλον, τὴν κυρίαν ἀληθῶς καὶ πρώτην ὄντως Κυριακήν τε καὶ σωτήριον, διετύπου· διάκονοι δ' αὐτῷ καὶ ὑπηρέται θεῷ καθιερωμένοι, βίου τε σεμνότητι καὶ ἀρετῇ πάσῃ κόσμιοι ἄνδρες, φύλακες τοῦ παντὸς οἴκου (53) καθίστανται· δορυφόροι τε πιστοὶ σωματοφύλακες, τρόποις εὐνοίας [καὶ] πίστει καθωπλισμένοι, βασιλέα διδάσκαλον εὐσεβῶν ἐδιδάσκοντο (54) τρόπων, τιμῶντες οὐχ ἧττον καὶ αὐτοὶ τὴν σωτήριον καὶ Κυριακὴν ἡμέραν, εὐχάς τε ἐν αὐταῖς συντελοῦντες τὰς βασιλεῖ φίλας. Ταυτὸν δὲ πράττειν καὶ πάντας ἐνῆγεν ἀνθρώπους ὁ μακάριος, ὥσπερ εὐχὴν ταύτην πεποιημένος, ῥᾳδίως σύμπαντας ἀνθρώπους θεοσεβεῖς ἀπεργάσασθαι. Διὸ τοῖς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν πολιτευομένοις ἅπασι, σχολὴν ἄγειν ταῖς ἐπωνύμοις τοῦ Σωτῆρος ἡμέραις ἐνουθέτει, ὁμοίως δὲ καὶ τὰς τοῦ σαββάτου τιμᾶν (55)· μνήμης ἕνεκά μοι δοκεῖν τῶν ἐν ταύταις τῷ κοινῷ Σωτῆρι πεπραχθαι μνημονευομένων. Τὴν δέ γε σωτήριον ἡμέραν, ἣν καὶ φωτὸς εἶναι καὶ ἡλίου ἐπώνυμον συμβαίνει, τὰ στρατιωτικὰ πάντα διὰ σπουδῆς τιμᾶν διδάσκων, τοῖς μὲν τῆς ἐνθέου μετέχουσι πίστεως, ἀκωλύτως τῇ Ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ καρτερεῖν μετεδίδου σχολῆς, ἐφ' ᾧ τὰς εὐχὰς, μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γιγνομένου, συντελεῖν.

CAPUT XVIII.

Diem Dominicum et sextam feriam honorari præcipit.

Diem vero precationibus congruum haberi constituit, eum qui primus est et caput cæterorum, et qui revera Dominicus est ac salutaris. Præterea diaconos et Deo consecratos ministros, qui vitæ gravitate et reliquis virtutibus ornati essent, totius domus custodes ordinavit. Denique protectores et B stipatores fidi, benevolentiæ et fidei armis instructi, imperatorem ipsum pietatis magistrum habebant; et salutarem ac Dominicum diem perinde honorabant; eoque die precationes imperatori gratas ad Deum fundebant. Reliquos etiam mortales, ad idem faciendum incitavit princeps beatissimus; utpote qui id maxime in votis haberet, ut universos homines paulatim Dei cultores efficeret. Atque ob hanc causam cunctis sub imperio Romano degentibus præcepit, ut Dominico die feriarentur; utque diem qui est pridie sabbati similiter honorarent : in memoriam, ut videtur, earum rerum, quæ a communi omnium Servatore illis diebus gestæ esse perhibentur. Porro cum exercitum omnem ad salutaris diei, qui lucis ac solis appellatur nomine, religiosum cultum institueret; iis quidem C qui fidem divinitus inspiratam amplexi erant, exercendi se ex more instituto que Ecclesiæ Dei tempus atque otium indulsit, quo absque ullo impedimento orationibus vacarent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅπως καὶ τοὺς ἐθνικοὺς στρατιώτας, ἐν Κυριακαῖς εὔχεσθαι προσέταξε.

Τοῖς καὶ μήπω τοῦ θείου λόγου μετασχοῦσιν, ἐν

535 CAPUT XIX.

Quomodo etiam gentiles milites diebus Dominicis orare docuerit.

Reliquis vero qui divinæ fidei doctrinam nondum

(51) *Ἐκκλησίας Θεοῦ τρόπον.* Sozomenus in lib. I, c. 7, de Constantino imp. ita scribit : Καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις εὐκτήριον οἶκον κατεσκεύασε. Apparet Sozomenum id ex Eusebio nostro, uti solet, hausisse. Sed Eusebius non dicit Constantinum in palatio ecclesiam ædificasse. Hoc tantum dicit, illum ecclesiæ quamdam speciem in palatio instituisse. Vide panegyricum Eusebii in tricennalibus Constantini, pag. 628, ubi sententiam nostram aperte confirmat.

(52) *Τοῖς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦσιν.* Vox ambigua est βασίλειος οἶκος, quæ et ecclesiam et palatium significat. Ac videtur Eusebius de industria in hujus vocis ambiguitate lusisse, eo quod Constantini palatium simile esset ecclesiæ. Et quos hic vocat τοὺς τὸν βασίλειον οἶκον πληροῦντας, supra vocavit τοὺς ἔνδον ἐκκλησιαζομένους.

(53) *Φύλακες τοῦ παντὸς οἴκου.* Interpres Sozomeni sententiam secutus ecclesiam intellexit, cui non assentior. Nam Eusebius ipse in Panegyrico, pag. 628, ubi hæc ad verbum leguntur, nihil de ecclesia dicit. Sensus igitur hujus loci est, Constantinum ministris ac famulis Dei et sacerdotibus curam et custodiam totius palatii sui commisisse : ita ut sacerdotes essent quasi quidam majores domus, aut quos Romani curas palatii vocabant.

(54) *Διδάσκαλον εὐσεβῶν ἐδιδάσκοντο.* Scribendum puto ἐπεγράφοντο. Nam excusa lectio ferri non potest. Atque ita in Panegyrico, pag. 628.

(55) *Καὶ τὰς τοῦ σαββάτου τιμᾶν.* Scribendum est procul dubio τὴν πρὸ τοῦ σαββάτου. Atque ita apparet legisse eum qui titulos horum capitum composuit. Sed et Sozomenus in libro primo, capite 7, idipsum confirmat, dum scribit : Τὴν δὲ Κυριακὴν καλουμένην ἡμέραν, ἣν Ἑβραῖοι πρώτην τῆς ἑβδομάδος ὀνομάζουσιν, Ἕλληνες δὲ ἡλίῳ ἀνατιθέασι, καὶ τὴν πρὸ τῆς ἑβδόμης, ἐνομοθέτησε δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων σχολὴν ἄγειν πάντας, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ λιταῖς τὸ θεῖον θεραπεύειν, id est : *Die autem Dominico quem Hebræi primum sabbati, gentiles vero diem Solis appellant; item sexta feria, cunctos a judiciis aliisque operibus feriari præcepit, et precibus ac supplicationibus Deum venerari.* In his Sozomeni verbis nonnihil difficultatis occurrit, quod quidem spectat ad diem Veneris. Vix enim mihi persuaderi possum, Constantinum præcepisse, ut eo die a judiciis abstinerent. Certe Eusebius id non dicit de Veneris die, sed tantum de die Dominico. Exstat Constantini lex in codice Theodosiano, titulo, *De feriis*, in qua dies tantum Dominicus excipitur. Itaque id de suo admensus est Sozomenus. Qui cum sua ætate id observari videret Constantinopoli (fuit enim advocatus in ea urbe, una cum Aquilino quo-

Digitized by Google

susceperant, altera lege præcepit, ut Dominicis diebus in campum purum procederent, et precationem quam antea didicissent, simul omnes signo dato ad Deum funderent. Neque enim hastis et armatura, nec corporis viribus confidere eos oportere : sed summum omnium Deum, auctorem bonorum omnium ipsiusque adeo victoriæ agnoscendum esse; eique solemnes preces persolvi debere, manibus quidem in cœlum sublatis, mentis autem oculis altius ad ipsum usque cœli regem erectis; hunc victoriæ auctorem, hunc Servatorem custodemque et adjutorem invocare in precationibus eos debere. Ipse porro precationis formam cunctis militibus tradidit, jubens ut Latino sermone omnes pronuntiarent ad hunc modum.

A

CAPUT XX.

Forma precationis a Constantino militibus tradita.

« Te solum agnoscimus Deum; te regem profitemur; te adjutorem invocamus. Tui muneris est quod victorias retulimus, quod hostes superavimus. Tibi ob præterita jam bona gratias agimus, et futura a te speramus. Tibi omnes supplicamus, utque imperatorem nostrum Constantinum, una cum piissimis ejus liberis incolumem et victorem diutissime nobis serves, rogamus. » Hæc die Solis a militaribus numeris fieri, et hæc verba inter precandum ab iis proferri præcepit.

B

CAPUT XXI.

In armis militum signum Dominicæ crucis exprimi jubet.

Quinetiam in ipsis armis, salutaris tropæi signum jussit effingi. Utque ante instructum armis exercitum non aurea signa et simulacra, ut antea moris erat, sed solum crucis tropæum præferretur mandavit.

C

536 CAPUT XXII.

Studium precandi et cultus festi Paschalis.

Ipse vero utpote sacrorum mysteriorum particeps,

δευτέρῳ νόμῳ διεκελεύετο, τὰς Κυριακὰς ἡμέρας (56) ἐν προαστείοις ἐπὶ καθαροῦ προϊέναι πεδίου (57), κἀνταῦθα μεμελετημένην εὐχὴν ἐξ ἑνὸς συνθήματος ὁμοῦ τοὺς πάντας ἀναπέμπειν Θεῷ· μήτε γὰρ δόρασι χρῆσθαι (58), μήτε παντευχίαις, μηδ' ἀλκῇ σωμάτων τὰς ἑαυτῶν ἐξάπτειν ἐλπίδας, τὸν δ' ἐπὶ πάντων εἰδέναι Θεὸν, παντὸς ἀγαθοῦ δοτῆρα καὶ αὐτῆς νίκης· ᾧ καὶ τὰς ἐνθέσμους προσήκειν ἀποδιδόναι εὐχὰς, ἄνω μὲν αἴροντας εἰς οὐρανὸν μετεώρους τὰς χεῖρας, ἀνωτάτω δ' ἐπὶ τὸν οὐράνιον βασιλέα τοὺς τῆς διανοίας παραπέμποντας ὀφθαλμοὺς, κἀκεῖνον ταῖς εὐχαῖς νίκης δοτῆρα καὶ σωτῆρα, φύλακά τε καὶ βοηθὸν ἐπιβοωμένους. Καὶ τῆς εὐχῆς δὲ τοῖς στρατιωτικοῖς ἅπασι διδάσκαλος ἦν αὐτὸς, Ῥωμαΐᾳ γλώττῃ τοὺς πάντας ὧδε λέγειν ἐγκελευσάμενος.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

Εὐχῆς ῥήματα, στρατιώταις ὑπὸ Κωνσταντίνου δοθείσης.

« Σὲ μόνον οἴδαμεν Θεόν· σὲ βασιλέα γνωρίζομεν· σὲ βοηθὸν ἀνακαλούμεθα· παρὰ σοῦ τὰς νίκας ἠράμεθα· διὰ σοῦ κρείττους τῶν ἐχθρῶν κατέστημεν· σοὶ τὴν τῶν ὑπαρξάντων ἀγαθῶν χάριν γνωρίζομεν· σὲ καὶ τῶν μελλόντων ἐλπίζομεν· σοῦ πάντες ἱκέται γινόμεθα· τὸν ἡμέτερον βασιλέα Κωνσταντῖνον, παῖδάς τε αὐτοῦ θεοφιλεῖς, ἐπὶ μήκιστον ἡμῖν βίου, σῶον καὶ νικητὴν φυλάττεσθαι ποτνιώμεθα. » Τοιαῦτα κατὰ τὴν τοῦ φωτὸς ἡμέραν ἐνομοθέτει πράττειν τὰ στρατιωτικὰ τάγματα, καὶ τοιαύτας ἐδίδασκεν ἐν ταῖς πρὸς Θεὸν εὐχαῖς ἀφιέναι φωνάς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Ἐν τοῖς στρατιωτικῶν ὅπλοις σημεῖα τοῦ σταυροῦ τοῦ Σωτῆρος.

Ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτῶν τῶν ὅπλων (59), τὸ τοῦ σωτηρίου τροπαίου σύμβολον κατασημαίνεσθαι ἐποίει· τοῦ τε ἐνόπλου στρατοῦ (60) προπομπεύειν, χρυσῶν μὲν ἀγαλμάτων (61) ὁποῖα πρότερον αὐτοῖς ἔθος ἦν, τὸ μηδὲν, μόνον δὲ τὸ σωτήριον τρόπαιον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Σπουδὴ προσευχῆς (62), καὶ τιμὴ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς.

Αὐτὸς δ' οἷά τις μέτοχος ἱερῶν ὀργίων, ἐν ἀπορρήτῳ

D

dam, ut ipse scribit in lib. II) Constantinum, ejus rei auctorem fuisse credidit.

(56) *Τὰς Κυριακὰς ἡμέρας*. Scribendum est, ταῖς Κυριακαῖς ἡμέραις, vel certe κατὰ τὰς Κυριακὰς ἡμέρας.

(57) *Ἐπὶ καθαροῦ... πεδίου*. Campum purum dicit, in quo nullæ aræ, nulla essent sepulcra.

(58) *Μήτε γὰρ δόρασι χρῆσθαι*. In Panegyrico Eusebii ubi hæc iisdem verbis leguntur, rectius scribitur χρῆναι, quod interpres non animadvertit.

A «In ea urbe quæ a nobis nomen sortita est, divina Servatoris nostri adjuvante providentia, maxima hominum multitudo ad sanctissimam Ecclesiam sese adjunxit. Itaque cum cuncta illic maximum incrementum capiant, consentaneum imprimis videtur, ut plures quoque in ea construantur ecclesiæ. Accipe igitur libenti animo id quod facere decrevi. Visum est enim id significare prudentiæ **544** tuæ, ut quinquaginta codices divinarum Scripturarum, quarum apparatum et usum maxime necessarium Ecclesiæ esse intelligis, in membranis probe apparatis, ab artificibus antiquariis venuste scribendi peritissimis describi facias; qui et legi facile, et ad omnem usum circumferri possint. Litteræ porro a nostra clementia missæ sunt ad rationalem diœcesis, ut cuncta ad eorum codicum confectionem necessaria præberi curet. Tuæ erit diligentiæ, ut scripti codices quantocius apparentur. Cæterum duorum publicorum vehiculorum usum auctoritate hujus epistolæ accipies. Sic enim quæ eleganter descripta sunt, ad conspectum nostrum commodissime perferentur: uno scilicet ex Ecclesiæ tuæ diaconis id ministerium obeunte. Qui quidem ubi ad nos pervenerit, humanitatis nostræ experimentum capiet. Divinitas te servet, frater carissime. »

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΖ'.

Ὅπως αἱ βίβλοι κατεσκευάσθησαν.

Ταῦτα μὲν οὖν βασιλεὺς διεκελεύετο· αὐτίκα δ' ἔργον ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ, ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσι τρισσὰ καὶ τετρασσὰ (91) διαπεμψάντων ἡμῶν· ὃ δὴ καὶ αὐτὸ βασιλέως ἑτέρα ἀντιφώνησις παραστήσει, δι' ἧς πυθόμενος ὡς ἡ παρ' ἡμῖν Κωνσταντεία πόλις, ἀνδρῶν ἐκτόπως δεισιδαιμόνων οὖσα πρότερον, ὁρμητήριον θεοσεβείας (92), τῆς ἔμπροσθεν μεταβεβληκυῖα εἰδωλικῆς πλάνης, ἐγένετο, χαίρειν ἐδήλου καὶ τὴν πρᾶξιν ἀποδέχεσθαι.

CAPUT XXXVII.

Quomodo confecti fuerint codices.

C Et hæc quidem imperator præcepit. Cæterum ejus dicta continuo opus ipsum excepit, cum nos in voluminibus magnifice exornatis terniones, et quaterniones ad eum misissemus. Quod ipsum altera imperatoris responsio testabitur; in qua, cum forte ei nuntiatum fuisset urbem apud nos Constantiam, quæ antea simulacrorum cultui addicta fuerat, impetu quodam sacrosanctæ religionis impulsam, pristinum superstitionis errorem abjecisse, gaudere se et factum magnopere probare significavit.

et persuasione tam ipsius Constantini, quam reliquorum hominum, qui Eusebii opusculum *De Pascha* in Latinam linguam jussu Constantini conversum magnopere laudabant. Hæc, inquit, tanta omnium opinio satis ostendit non indignum tibi obtigisse interpretem. Porro voces illæ τῶν συγγραμμάτων duplici modo construi possunt, aut cum adjectivo ἀνάξιον, aut cum vocabulo πεποίθησις.

(90) *Διοικήσεως καθολικόν.* Hoc loco διοίκησις diœcesim Orientis significat. Sic autem veteres Romani vocabant certum numerum provinciarum, quæ simul collectæ parebant vicario præfecturæ prætorianæ. Nam præfectus quidem prætorio sub dispositione sua plures habebat diœceses; vicarii autem singulas. Porro hæc vox eo sensu usurpari cœpta est circa tempora Constantini, ut discimus tum ex ejusdem Constantini epistolis supra relatis, tum ex legibus aliquot codicis Theodosiani.

(91) *Τρισσὰ καὶ τετρασσά.* Recte interpres *terniones et quaterniones* vertit. Codices enim membranacei fere per quaterniones digerebantur, hoc est, quatuor folia simul compacta, ut terniones tria sunt folia simul compacta. Et quaterniones quidem sedecim habebant paginas, terniones vero duodenas. Porro in ultima quaternionis pagina notabatur numerus quaternionis, puta 1, 2, 3, et sic deinceps, quemadmodum observavi in vetustissimis codicibus, tum Græcis tum Latinis. In antiquissimo codice Gregorii Turonensis, qui ante nongentos annos scriptus est, in ultima pagina quaternionis hanc notam reperi q. 1, id est, *quaternio primus*. Cæterum monendus est lector, in his Eusebii verbis esse enallagen. Dixit enim τετρασσὰ ἐν τεύχεσι, cum potius dicendum fuisset τεύχη ἐν τετρασσοῖς.

D

(92) Vulg., *ὁρμῇ θεοσεβείας.* In codice Fuk. hic locus ita legitur: Ὁρμητήριον θεοσεβείας, τῆς ἔμπροσθεν μεταβεβληκυῖα εἰδωλικῆς πλάνης ἐγένετο. Atque ita in Savilii codice scriptum esse suspicor, ex eo quod Savilius tres voces, *ὁρμῇ*, scilicet, μεταβέβληκεν et πλάνης, lineolis subnotavit.

Digitized by Google

CAPUT XXXVIII.

Quomodo Emporium Gazæorum, ob christianismum urbs facta est et Constantia cognominata.

Jam tum siquidem in Palæstina urbs Constantia salutarem religionem amplexa, tum a Deo tum ab imperatore summi honoris prærogativa decorabatur. Nam et civitatis nomen accepit, cum antea vicus esset, et pristinum nomen cum præstantiore vocabulo, religiosissimæ videlicet sororis principis, commutavit.

545 CAPUT XXXIX.

Quod in Phœnice urbs facta est Constantina, et in aliis urbibus idola diruta et ecclesiæ exstructæ.

Idem quoque pluribus in locis factitatum : verbi gratia in urbe quadam Phœnices, quæ imperatoris nomine appellatur : cujus incolæ conjectis in ignem innumerabilibus simulacris, salutarem religionem amplexi sunt. Sed et in reliquis provinciis, innumeri confertim ad salutarem Dei cognitionem sese transferentes, per urbes et agros varia simulacra ex omnis generis materia fabrefacta, quæ prius pro sacris habuerant, aboleverunt ; templa eorum ac delubra in immensam altitudinem sublata, nullo jubente destruxerunt, ecclesias vero a fundamentis ædificantes, pristinam suam sententiam aut potius errorem mutaverunt. Verum Deo amabilis imperatoris res gestas singillatim commemorare, non tam nostrum est, quam illorum qui assidue cum eo versari meruerunt. Nos vero quando ea quæ ad nostram notitiam pervenerunt, in hoc opere breviter exposuerimus, ad extremum ejus vitæ tempus transgrediemur.

CAPUT XL.

Quod cum trinis decennalibus tres filios Cæsares creavisset, dedicationem martyrii Hierosolymis celebravit.

Annus jam imperii illius tricesimus peragebatur. Tres autem ejus filii variis temporibus consortes imperii fuerant renuntiati. Primus qui patri erat cognominis, decimo circiter paterni imperii anno, hunc honorem sortitus. Secundus avi sui nomen referens circa parentis sui vicennalia Cæsar est declaratus. Tertius Constans, qui præsentiam et stabilitatem suo nomine designat, tricesimo circiter paterni principatus anno ad hoc fastigium est evectus. Ita cum ad quamdam Trinitatis similitudinem tres filios Deo amabiles sustulisset, eosdemque singulis decennis ad consortium imperii cooptasset, tempus

(93) *Καθ' ἕκαστα γράψειν.* In codice Regio et Fuk. scriptum est καθέκαστα una voce, quod magis probo. Sequitur enim τῶν τοῦ θεοφιλοῦς πράξεων. Melius tamen scriberetur τὰ καθέκαστα.

(94) *Παραδόντες τῇ γραφῇ.* Interpres hunc locum ita vertit : *Nos vero quoniam breviter quæ nobis nota fuerunt, litterarum monumentis mandavimus.* Ego vero ita interpretor : *Postquam ea quæ nobis nota sunt breviter exposuerimus, ad extremum ejus vitæ tempus sermonem transferemus.* Quæ interpretatio sine dubio rectior est, et verbis ac sensui Eusebii magis congruit. Nam si Eusebius ita intellexisset, ut sensit interpres, dixisset ἤδη παραδόντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΗ'.

Ὅπως τὸ Γαζαίων Ἐμπόριον, διὰ τὸν Χριστιανισμὸν ἐπολίσθη, καὶ Κωνστάντεια προσηγορεύθη.

Ἤδη μὲν οὖν ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους ἡ Κωνστάντεια τὴν σωτήριον ἐπιγραψαμένη θεοσέβειαν, καὶ παρ' αὐτῷ Θεῷ, καὶ παρὰ βασιλεῖ τιμῆς κρείττονος ἠξιοῦτο, πόλις μὲν ἀποφανεῖσα, ὃ μὴ πρότερον ἦν, ἀμείψασα δὲ τὴν προσηγορίαν ἐπωνύμῳ κρείττονι θεοσεβοῦς ἀδελφῆς βασιλέως.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΛΘ'.

Ὅτι ἐπὶ τῆς Φοινίκης ἐπολίσθη μέν τις, ἐν δὲ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν εἰδώλων μὲν ἦν καθαίρεσις, ἐκκλησιῶν δὲ κατασκευαί.

Ταυτὸν δὲ καὶ ἕτεραι πλείους διεπράττοντο χῶραι, ὡς ἡ ἐπὶ τοῦ Φοινίκων ἔθνους, αὐτοῦ βασιλέως ἐπώνυμος· ἧς οἱ πολῖται δυσεξαρίθμητα ξοάνων ἱδρύματα πυρὶ παραδόντες, τὸν σωτήριον ἀντικατηλλάξαντο νόμον. Καὶ ἐφ' ἑτέρων δ' ἐπαρχιῶν, αὐτόμολοι τῷ σωτηρίῳ προσιόντες γνώσει, ἀθρόοι κατὰ χώρας καὶ κατὰ πόλεις, τὰ μὲν πρότερα αὐτοῖς ἱερὰ νενομισμένα, ἐν ὕλῃ παντοίων ξοάνων ὄντα, ὡσανεὶ τὸ μηδὲν ὄντα, ἐφάνιζον, ναούς τ' αὐτῶν καὶ τεμένη εἰς ὕψος ἠρμένα, μηδενὸς ἐπικελεύοντος καθῄρουν, ἐκκλησίας δ' ἐκ θεμελίων ἀνιστῶντες, τῆς προτέρας ἀντικατηλλάσσοντο γνώμης, ἤτοι πλάνης. Ἀλλὰ γὰρ καθ' ἕκαστα γράφειν (93) τῶν τοῦ θεοφιλοῦς πράξεων, οὐχ ἡμέτερον ἂν εἴη μᾶλλον, ἢ τῶν τὸν πάντα χρόνον συνεῖναι αὐτῷ κατηξιωμένων· ἡμεῖς δ' ἐν ὀλίγῳ τὰ ἡμῖν διεγνωσμένα τῇδε παραδόντες τῇ γραφῇ (94), ἐπὶ τὸν ὕστατον αὐτοῦ τῆς ζωῆς διαθησόμεθα χρόνον.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Μ'.

Ὅτι ἐν τρισὶ δεκαετηρίσι τρεῖς υἱοὺς βασιλέας ἀναγορεύσας, τὰ ἐγκαίνια τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις μαρτυρίου προὔθετο.

Ἐπληροῦντο μὲν αὐτῷ τριάκοντα ἐνιαυτῶν περίοδοι τῆς βασιλείας (95)· (παῖδες δὲ τρεῖς) διαφόροις ἀνεδείκνυντο χρόνοις· ὁ μὲν ὁμώνυμος τῷ πατρὶ Κωνσταντῖνος, πρῶτος μετασχὼν τῆς τιμῆς ἀμφὶ τὴν τοῦ πατρὸς δεκαετηρίδα· ὁ δὲ δεύτερος τῇ τοῦ πάππου κοσμούμενος ὁμωνυμίᾳ Κωνστάντιος, ἀμφὶ τὴν εἰκοσαετηρικὴν πανήγυριν ἀνηγορευμένος· ὁ δὲ τρίτος Κώνστας, τὸν ἐνεστῶτα καὶ συνεστῶτα τῷ τῆς ἐπωνυμίας προσρήματι σημαίνων, ἀμφὶ τὴν τριτὴν δεκάδα προηγμένος. Οὕτω δὴ τριάδος λόγῳ τριττὴν γονὴν παίδων θεοφιλῆ κτησάμενος, ταύτην δ' ἐφ' ἑκάστῃ περιόδῳ δεκαέτους χρόνου (96) εἰσποιήσει τῆς βασι-

δόντες.

(95) *Περίοδοι τῆς βασιλείας.* Post hæc verba, omissa erat linea in codice Regio, et in editione Stephani, quam quidem ita suppleto : ἐν οἷς παῖδες αὐτῷ τρεῖς κοινωνοὶ τῆς βασιλείας διαφόροις, etc. Ejusdem vocabuli βασιλείας repetitio fecit ut integra linea ab antiquario nimis properante omitteretur. In codice Fuk. legitur διαφόροις δ' ἀνεδείκνυντο χρόνοις optime. Ita unius voculæ adjectione hic locus expletur. Savilius vero tribus vocibus additis locum supplevit, perinde ac Scaliger ac Christophorsonus, παῖδες δὲ τρεῖς διαφόροις, etc.

(96) *Ἐφ' ἑκάστῃ περιόδῳ δεκαέτους χρόνου*

Digitized by Google

λείας τιμήσας, τῷ παμβασιλεῖ τῶν ὅλων εὐχαριστήριον καιρὸν (97) εὔκαιρον εἶναι τὸν τῆς αὐτοῦ τριακονταετηρίδος ἡγεῖτο· καὶ δὴ τοῦ ἐν Ἱεροσολύμοις αὐτῷ σὺν πάσῃ φιλοκάλῳ σπουδῇ κατειργασμένου μαρτυρίου προσήκειν τὴν ἀφιέρωσιν ποιήσασθαι, εὖ ἔχειν ἐδοκίμαζε.

A deinceps tricennalium suorum opportunissimum esse existimavit, quo summo omnium regi gratias ageret. Et ipse quidem optimum factu esse judicabat, si ejus martyrii quod singulari studio ac magnificentia Hierosolymis construxerat, dedicationem celebraret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΑ'.

Ὅτι διὰ τὰ κατ' Αἴγυπτον ζητήματα, σύνοδον εἰς Τύρον ἐν τῷ μεταξὺ γενέσθαι προσέταξεν.

546 CAPUT XLI.

Quod inter hæc synodum Tyri haberi constituit ob quasdam in Ægypto controversias.

Μισόκαλος δὲ κἀν τούτῳ φθόνος, οἱονεὶ (98) σκότιον νέφος τηλαυγεστάταις ἡλίου μαρμαρυγαῖς, ὑπαντήσας, τὸ φαιδρὸν τῆς πανηγύρεως θορυβεῖν ἐπείρα, τὰς κατ' Αἴγυπτον Ἐκκλησίας αὖθις ταῖς αὐτοῦ ταράττων ἐρεσχελίαις. Ἀλλ' ὅ γε τῷ Θεῷ μεμελημένος, σύνοδον αὖθις πλείστων ἐπισκόπων ὥσπερ Θεοῦ στρατόπεδον καθοπλίσας, ἀντιπαρετάττετο τῷ βασκάνῳ δαίμονι, ἐξ ἁπάσης Αἰγύπτου καὶ Λιβύης, Ἀσίας τε καὶ Εὐρώπης σπεύδειν, πρῶτα μὲν ἐπὶ τὴν τῆς διαμάχης λύσιν, ἐντεῦθεν δὲ τὴν ἀφιέρωσιν τοῦ προλεχθέντος νεὼ ποιεῖσθαι διακελευσάμενος· ὁδοῦ δὴ πάρεργον, ἐπὶ τῆς Φοινίκων μητροπόλεως προσέταττε διαλύσασθαι τὰς ἐρεσχελίας· μὴ γὰρ ἐξεῖναι τὰς γνώμας διῃρημένους, ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ παρεῖναι λατρείαν, θείου νόμου διαγορεύοντος, μὴ πρότερον τὰ Θῶρα προσφέρειν τοὺς ἐν διαφορᾷ τυγχάνοντας, ἢ φιλίαν ἀσπασαμένους (99), καὶ τὰ πρὸς ἀλλήλους εἰρηνικῶς διαθέντας. Ταῦτα βασιλεὺς τὰ σωτήρια παραγγέλματα τῇ αὐτοῦ αὐτὸς διανοίᾳ ζωπυρῶν, σὺν ὁμονοίᾳ καὶ συμφωνίᾳ τῇ πάσῃ ἔχεσθαι τῶν προκειμένων, διὰ γραφῆς οὕτως ἐχούσης ἐδήλου.

Verum invidus dæmon bonorum omnium inimicus instar densissimæ cujusdam nubis splendidissimis solis radiis sese opponentis, hujus celebritatis nitorem turbare conatus est, Ecclesiarum Ægypti statum contentionibus suis iterum concutiens. Sed enim Deo charus imperator collectam rursus plurimorum antistitum synodum, velut divinum quemdam exercitum in prælium educens, malevolo dæmoni objecit : episcopis ex universa Ægypto, et Libya, Asia item et Europa convenire jussis : primum quidem ad dirimendam controversiam, exinde vero ad supradicti martyrii dedicationem. Proinde mandavit iis ut obiter in civitate quæ totius Phœnices caput est, controversias dissolverent : neque enim fas esse, ut cum mutua animorum dissensione ad divinum cultum accederent : cum divina lex vetet, ne dissentientes, antequam compositis inter se controversiis pacem atque amicitiam pepigerint, dona sua offerant Deo. Hæc salutaria Servatoris nostri documenta imperator assidua cogitatione volvens, cum omni animorum consensione et concordia propositum opus aggredi monuit, per litteras quæ sic se habent.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΒ'.

Κωνσταντίνου πρὸς τὴν ἐν Τύρῳ σύνοδον.

« Νικητὴς Κωνσταντῖνος, Μέγιστος Σεβαστὸς, τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ κατὰ Τύρον.

« Ἦν μὲν ἴσως ἀκόλουθον καὶ τῇ τῶν καιρῶν εὐκαιρίᾳ μάλιστα πρέπον, ἀστασίαστον εἶναι τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πάσης λοιδορίας (1) τοὺς τοῦ Χριστοῦ νῦν ἀπηλλάχθαι θεράποντας. Ἐπεὶ δ' οὐχ ὑγιοῦς φιλονεικίας οἵστρῳ τινὲς ἐλαυνόμενοι (οὐ γὰρ

CAPUT XLII.

Epistola Constantini ad synodum Tyri congregatam.

« Victor Constantinus, Max. Augustus, sanctæ synodo congregatæ in urbe Tyro.

« Congruum plane et prosperitati temporum nostrorum consentaneum erat, ut Ecclesia catholica expers seditionis esset, et Christi famuli ab omni nunc probro vacui essent ac liberi. Sed quoniam nonnulli improbæ contentionis stimulis agitati, ne

Male interpres vertit *decimo quoque anno*. Neque Constantinus decimo quoque anno imperii sui liberos suos Cæsares creavit. Quippe Crispum quidem et Constantinum Cæsares fecit, Gallicano et Basso coss., Kalendis Martiis, qui erat annus ejus principatus undecimus. Constantius vero Cæsar creatus est consulatu III Crispi et Constantini, die VI Idus Novembris, hoc est, anno imperii Constantini nono ac decimo. Denique Constans Cæsar a patre renuntiatus est, Dalmatio et Zenophilo coss., die VIII Kalendas Januarias, Constantino annum imperii sui octavum ac vicesimum ingresso, ut patet ex *Fastis* Idatii. Quare Eusebii verba melius ita vertentur : *singulis decenniis*. Sed neque hoc modo verum erit quod dixit Eusebius. Neque enim Crispus et Constantinus junior Cæsares facti sunt in prima decaeteride Constantini, sed circa primam decaeteridem. Itaque benigna interpretatione egent hæc verba. Quod cum minime advertisset Baronius, Crispum Cæsarem factum esse scripsit anno Christi 315, qui est prochronismus biennii.

(97) *Εὐχαριστήριον καιρόν*. Non dubito quin scribendum sit εὐχαριστηρίων, quod miror ab aliis animadversum non fuisse. In Fuk. codice scribitur εὐχαριστήριον καιρὸν καὶ εὔκαιρον, quod non probo.

(98) Vulg. *olor εἰς*. Scribendum uno verbo οἱονεί, ut in libro Moræi ad marginem emendatum inveni, et paulo post legendum ὑπαντῆσαν.

(99) Vulg. *ἢ φιλίαν σπασαμένους*. Nescio quis ad marginem editionis Genevensis adnotavit scribendum esse ἀσπασαμένους. Malim tamen legere σπεισαμένους. In codice tamen Fuketii ac Savilii scribitur ἀσπασαμένους.

(1) *Πάσης λοιδορίας*. Hoc loco λοιδορία passivam habet significationem, idemque valet quod in fine hujus epistolæ βλασφημίας. Atque ita vertit Christophorsonus in libro primo *Historiæ Ecclesiasticæ* Theodoriti, cap. 29.

Digitized by Google

dicam vitam professione sua indignam agentes, cuncta turbare conantur; quod malum quavis calamitate gravius mihi videtur : idcirco vos sponte, ut aiunt, currentes adhortor, ut absque ulla dilatione in unum coeuntes, synodum constituatis et ope vestra indigentibus subveniatis, fratribus periclitantibus medicinam adhibeatis, **547** dissidentia inter se membra ad concordiam revocetis; delicta denique, dum tempus adhuc patitur, corrigatis : quo scilicet tot ac tantis provinciis per vos restituatur concordia, quam proh scelus ! paucorum hominum arrogantia evertit. Id porro summo omnium Domino ac Deo acceptum esse, mihique præ omnibus votis optabile; vobis postremo ipsis, si quidem concordiam restitueritis, honorificum in primis et gloriosum inter omnes constare arbitror. Nolite ergo cunctari; sed alacritatem animi vestri magis ac magis intendentes, date operam ut præsentes dissensiones convenienti sententia terminetis, cum omni ut par est sinceritate ac fide, quam Servator ille quem colimus, in omni negotio tantum non inclamans, a nobis præcipue flagitat, in unum convenientes. Cæterum quantum ad religionem nostram pertinet, nihil quod mearum partium sit vobis deerit. Cuncta siquidem quæ litteris vestris significastis, a me impleta sunt. Scripsi ad quos voluistis episcopos, ut venientes communi vobiscum cura ac sollicitudine fungerentur. Misi etiam Dionysium ex consulari, qui et episcopos illos qui vobiscum adesse debent commoneat, et omnium quæ gerentur, maxime vero modestiæ, inspector sit. Si quis vero, quod minime arbitramur, præceptum nostrum etiamnum violare præsumens, adesse renuerit, mittetur quamprimum a nobis aliquis, qui imperiali auctoritate hominem in exsilium pellens, docebit imperatoris sanctionibus pro veritate editis minime esse repugnandum. Quod superest, vestræ sanctitatis erit providere, ut nec odio nec gratia, sed juxta ecclesiasticas et apostolicas regulas, delictis et iis quæ per errorem contigerunt, conveniens remedium exquiratis, quo et Ecclesiam omni probro liberetis, et meas curas levetis, et pacis amœnitate turbatis nunc Ecclesiis restituta, vobis ipsis maximam gloriam comparetis. Divinitas vos servet, fratres carissimi. »

ἂν εἴποιμι βιοῦντες ἑαυτῶν ἀναξίως), τὰ πάντα συγχέειν ἐπιχειροῦσιν, ὅπερ πάσης συμφορᾶς ἐπέκεινα κεχωρηκέναι μοι δοκεῖ, τούτου χάριν θέοντας ὑμᾶς, τὸ τοῦ λόγου, προτρέπομαι χωρίς τινος ὑπερθέσεως εἰς ταυτὸ συνδραμεῖν, πληρῶσαι τὴν σύνοδον, ἐπαμῦναι τοῖς χρῄζουσι βοηθείας, τοὺς ἀδελφοὺς ἰάσασθαι κινδυνεύοντας, εἰς ὁμόνοιαν ἐπαναγαγεῖν τὰ διεστῶτα τῶν μελῶν, διορθώσασθαι τὰ πλημμελούμενα ἕως καιρὸς ἐπιτρέπει· ἵνα ταῖς τοσαύταις ἐπαρχίαις τὴν πρέπουσαν ἀποδώσετε συμφωνίαν, ἣν (φεῦ τῆς ἀτοπίας!), ἐλαχίστων ἀνθρώπων ἀπώλεσεν ὑπερφία. Ὅτι δὲ τοῦτο καὶ τῷ δεσπότῃ τῶν ὅλων Θεῷ ἐστιν ἀρεστὸν, καὶ ἡμῖν πάσης εὐχῆς ὑπέρτερον, καὶ ὑμῖν αὐτοῖς, ἐάν γε τὴν εἰρήνην ἀνακαλέσησθε, οὐ τῆς τυχούσης αἴτιον εὐδοξίας, πάντας ἀνθρώπους συνομολογεῖν ἡγοῦμαι. Μὴ τοίνυν μέλλετε λοιπόν· ἀλλ' ἐπιτείναντες ἐντεῦθεν ἤδη τὰ τῆς προθυμίας, τοῖς προκειμένοις ὅρον (2) ἐπιθεῖναι σπουδάσατε τὸν προσήκοντα, μετὰ πάσης εἰλικρινείας δηλαδὴ καὶ πίστεως συνελθόντες, ἣν ἑκασταχοῦ μονονουχὶ φωνὴν ἀφιεὶς ὁ Σωτὴρ ἐκεῖνος ᾧ λατρεύομεν, ἀπαιτεῖ μάλιστα παρ' ἡμῶν. Οὐδὲν (3) δὲ τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἡκόντων, ὑμῖν ἐνδεήσει. Πάντα μοι πέπρακται, ὅσα γράφοντες ἐδηλώσατε· ἀπέστειλα πρὸς οὓς ἐβουλήθητε τῶν ἐπισκόπων, ἵνα παραγενόμενοι, κοινωνήσωσιν ὑμῖν τῶν φροντισμάτων· ἀπέστειλα (4) Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν (5), ὃς καὶ τοὺς ὀφείλοντας εἰς τὴν σύνοδον ἀφικέσθαι μεθ' ὑμῶν ὑπομνήσει, καὶ τῶν πραττομένων, ἐξαιρέτως δὲ (6) τῆς εὐταξίας κατάσκοπος παρέσται. Ἐὰν γάρ τις, ὡς ἐγὼ οὐκ οἶομαι, τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι πειρώμενος, μὴ βουληθῇ παραγενέσθαι, ἐντεῦθεν παρ' ἡμῶν ἀποσταλήσεται, ὃς ἐκ βασιλικοῦ προστάγματος αὐτὸν ἐκβαλὼν, ὡς οὐ προσῆκεν ὅροις αὐτοκράτορος, ὑπὲρ τῆς ἀληθείας ἐξενεχθεῖσιν, ἀντιτείνειν διδάξει. Λοιπὸν ἔσται τῆς ὑμῶν ὁσιότητος ἔργον, μήτε πρὸς ἀπέχθειαν, μήτε πρὸς χάριν, ἀκολούθως δὲ τῷ ἐκκλησιαστικῷ καὶ ἀποστολικῷ κανόνι, τοῖς πλημμεληθεῖσιν εἴτουν κατὰ σφάλμα συμβεβηκόσι, τὴν ἁρμόττουσαν θεραπείαν ἐπινοῆσαι, ἵνα καὶ πάσης βλασφημίας ἐλευθερώσητε τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὰς ἐμὰς ἐπικουφίσητε φροντίδας, καὶ τὴν τῆς εἰρήνης χάριν τοῖς νῦν στασιαζομένοις ἀποδόντες, μεγίστην εὔκλειαν ὑμῖν αὐτοῖς προξενήσητε. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί. »

(2) Vulg. *τοῖς προκειμένοις ὅροις*. Scribendum est ὅρον ex Theodorito, et delenda vox καιρόν quæ mox sequitur, quæ nec in codice Fuk. legitur.

(3) Vulg. *παρ' ἡμῶν δὲ οὐδέν*. Ita quidem legitur apud Theodoritum, ex cujus libro hic locus suppletus est, qui in manuscriptis codicibus et in editione Stephani mutilus legebatur. Verum in libro Moræi aliam hujus loci interpunctionem reperi, quæ meo quidem judicio rectior est, hoc modo : ἀπαιτεῖ μάλιστα παρ' ἡμῶν. Οὐδὲν δὲ τῶν, etc. Tantum mallem legere παρ' ὑμῶν. Vulgata tamen lectio ferri potest. In codice Fuk. perinde ut in libr. Turnebi ac Moræi scribitur : ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν· οὐδὲν δὲ τῶν εἰς τὴν ἐμὴν εὐλάβειαν ἡκόντων ὑμῖν ἐνδεήσει.

(4) Ἀπέστειλα. Scribendum est ἐπέστειλα, ut legisse videtur interpres. Tamen in Theodorito et in Fuk. libro legitur ἀπέστειλα πρὸς οὕς, etc.

(5) *Διονύσιον τὸν ἀπὸ ὑπατικῶν*. Flavius Dionysius comes vocatur ab Athanasio in *Apologetico ad Constantium*, ubi multa refert de hac synodo apud Tyrum, quæ habita est consulatu Constantii et Albini, mense Augusto ac Septembri. Fuerat hic Dionysius antea consularis Phœnices, Januario et Justo coss., ut patet ex lege 4 codice Theod., *De famosis libellis*.

(6) Ἐξαιρέτως δέ. Ita quidem legitur apud Theodoritum. Sed in codice Fuk. hic locus ita scribitur Καὶ τῶν πραττομένων δὲ καὶ τῆς εὐταξίας ἐξαιρέτως κατάσκοπος παρέσται. Quam lectionem Scaliger, Bongarsius aliique in suis libris repererant. Paulo post scribo τὴν ἡμετέραν κέλευσιν καὶ νῦν διακρούσασθαι ex codd. Fuk. et Theodorito. Neque enim mediocris est emphasis in his verbis καὶ νῦν.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΓ'.

Ὅτι τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἐγκαινίων εἰς τὴν ἑορτὴν ἐκ πασῶν ἐπαρχιῶν παρῆσαν ἐπίσκοποι.

Ἐπεὶ δὲ δι' ἔργων ἐχώρει τὰ προστεταγμένα, κατελάμβανεν ἄλλος βασιλικὸς ἀνὴρ, ἐπισπέρχων τὴν σύνοδον σὺν γράμματι βασιλικῷ (7), σπεύδειν καὶ μηδὲν ἀναβάλλεσθαι, τὴν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα παρορμῶν γε πορείαν. Ἅπαντες οὖν οἱ πάντες ἀπὸ τοῦ Φοινίκων ἔθνους, δημοσίοις δρόμοις ἤλαυνον ἐπὶ τὰ προκείμενα· ἐπληροῦτο δὲ τότε πᾶς ὁ τῇδε τόπος μεγίστης Θεοῦ χορείας, ἐπὶ ταὐτὸν ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις συνηγμένων τῶν ἐξ ἁπάσης ἐπαρχίας διαφανῶν ἐπισκόπων· Μακεδόνες μὲν γὰρ τὸν τῆς παρ' αὐτοῖς μητροπόλεως (8) παρέπεμπον, Παννόνιοί τε καὶ Μυσοὶ, τὰ παρ' αὐτοῖς ἀνθοῦντα κάλλη τῆς τοῦ Θεοῦ νεολαίας· παρῆν δὲ καὶ Περσῶν ἐπισκόπων ἱερὸν χρῆμα, τὰ θεῖα λόγια ἐξηκριβωκὼς ἀνὴρ, Βιθυνοί τε καὶ Θρᾷκες (9) τὸ πλήρωμα τῆς συνόδου κατεκόσμουν. Οὐ μὴν ἀπελιμπάνοντο (οὐδὲ) Κιλίκων οἱ διαφέροντες, καὶ Καππαδοκῶν θ' οἱ πρῶτοι παιδεύσει λόγων μέσοι τοῖς πᾶσι διέπρεπον· Συρία τε πᾶσα καὶ Μεσοποταμία, Φοινίκη τε καὶ Ἀραβία σὺν αὐτῇ Παλαιστίνῃ, Αἴγυπτός τε καὶ Λιβύη, οἵ τε τὴν Θηβαίων οἰκοῦντες χώραν, πάντες ὁμοῦ ἐπλήρουν τὴν μεγάλην τοῦ Θεοῦ χορείαν· οἷς ἀναρίθμητος ἐξ ἁπασῶν τῶν ἐπαρχιῶν ἐπηκολούθει λεώς· παρῆν δὲ τούτοις ἅπασι βασιλική τις ὑπηρεσία (10), ἄνδρες τ' ἐξ αὐτῶν βασιλείων δόκιμοι κατεπέμποντο, φαιδρῦναι τὴν ἑορτὴν ταῖς βασιλέως χορηγίαις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΔ'.

Περὶ τῆς διὰ Μαριανοῦ τοῦ νοταρίου δεξιώσεως αὐτῶν, καὶ τῶν εἰς πτωχοὺς διαδόσεων, καὶ ἀναθημάτων τῆς Ἐκκλησίας.

Καὶ μὴν καὶ ὁ τούτοις ἅπασιν ἐφεστὼς βασιλεῖ δεξιὸς ἀνὴρ (11), πίστει καὶ εὐλαβείᾳ, λόγων τε θείων ἐμπρέπων ἀσκήσει· ὃς δὴ καὶ ταῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ὁμολογίαις κατὰ τὸν τῶν τυράννων καιρὸν λαμπρυνόμενος, εἰκότως τὴν τῶνδε διάταξιν ἐπιστεύετο. Καὶ δὴ τῷ βασιλέως οὗτος νεύματι σὺν εἰλικρινείᾳ πάσῃ διακονούμενος, τὴν μὲν σύνοδον ἐτίμα φιλοφρόνῳ δεξιώσει, ἑστιάσεσί τε λαμπραῖς καὶ συμποτικαῖς εὐωχίαις· πτωχοῖς δ' ἀνείμοσι, πενήτων δ' ἀνδρῶν (12)

548 CAPUT XLIII.

Quomodo ad dedicationem ecclesiæ Hierosolymorum, episcopi ex omnibus provinciis convenere.

Cum hæc præcepta exsecutioni mandarentur, alius ab imperatore nuntius supervenit, qui, oblatis imperialibus litteris, synodum hortatus est, ut, nulla interposita mora, omnes quamprimum Hierosolymam properarent. Cuncti igitur ex Phœnicum provincia digredientes, publico cursu contenderc, eo quo jussum erat, cœpere. Totusque illic locus maximo Dei cœtu tandem refertus fuit, cum ex universis provinciis insignes episcopi Hierosolymis in unum convenissent. Nam et Macedones primæ apud se sedis episcopum miserant; et Pannoni ac Mœsi ex tironibus Dei lectissimum florem ac præcipuum gentis suæ decus direxerant. Aderat etiam episcoporum Persidis ornamentum, vir sanctus et in divinis Scripturis apprime exercitatus. Bithyni quoque et Thraces præsentia sua conventum ornabant. Nec deerant ex Ciciliæ episcopis clarissimi quique. Ex Cappadocia item qui doctrina et eloquentia præstabant, in medio consessu enituerunt. Ad hæc Syria omnis, Mesopotamia, Phœnice, Arabia et Palæstina ipsa; Ægyptus quoque et Libya, et qui Thebaidem incolunt, omnes in unum congregati magnum illum Dei chorum implebant. Quos ex omnibus provinciis innumerabilis hominum multitudo sequebatur. Aderat porro his omnibus regalis cujusdam apparitionis obsequium; et ex imperii palatio missi quidam spectatæ probitatis viri, qui sumptibus ab imperatore subministratis festivitatem illustrarent.

CAPUT XLIV.

Quomodo per Marianum notarium excepti sint, et pecuniæ pauperibus erogatæ: et de donariis Ecclesiæ.

His autem omnibus præerat vir imperatori cumprimis utilis, fide, religione, et sacrarum litterarum peritia conspicuus. Qui cum tyrannicis temporibus pro pietatis defensione multis confessionibus inclaruisset, non immerito harum rerum dispositionem sibi commissam accepit. Hic igitur, omni cum sinceritate imperatoris jussibus obsecutus, episcoporum quidem cœtum singulari comitate et magnificentissimis epulis **549** atque conviviis

(7) *Σὺν γράμματι βασιλικῷ.* In veteribus schedis legitur συγγράμματι. In codice Fuk. lacuna est, et postrema tantum pars vocabuli legitur, ματι. Itaque Savilius σὺν νεύματι supplevit, perinde et Scaliger et cæteri.

(8) *Μακεδόνες μὲν γὰρ τὸν τῆς παρ' αὐτοῖς μητροπόλεως.* Alexandrum intelligit Thessalonicæ civitatis episcopum, qui synodo Tyrensi interfuit, ut testatur Athanasius. Per Pannoniæ autem et Mœsiæ episcopos Eusebius intelligit Ursacium et Valentem, Arianæ factionis signiferos, qui a synodo Tyrensi missi sunt in Ægyptum, ut de criminibus quæ Athanasio objecta fuerant, illic inquirerent, quemadmodum refert Athanasius in *Apologetico*.

(9) *Βιθυνοί τε καὶ Θρᾷκες.* Theogonium Nicææ, et Theodorum Perinthi, quæ aliter Heraclea dicitur, episcopos intelligit, quos eidem synodo interfuisse docent Athanasius et Theodoritus. Præter Theogonium, alii duo ex Bithynia episcopi Tyrensi synodo interfuerunt: Eusebius scilicet Nicomediensis, et Maris Chalcedonius.

(10) *Βασιλική τις ὑπηρεσία.* Athanasius in *Apologetico ad Constantium*, pag. 788, de hac synodo loquens, testatur Constantinum palatinos milites misisse, qui episcoporum jussibus obsequerentur: Καὶ κόμης Διονύσιος ἀποστέλλεται, καὶ στρατιῶται δορυφόροι δίδονται τοῖς περὶ Εὐσέβιον.

(11) *Δεξιὸς ἀνήρ.* Marianus hic erat Tribunus et Notarius, ut dicitur in titulo hujus capitis, et apud Sozomenum. Eamdem dignitatem gessit sub Constantio, ut testatur Athanasius in libro De synodis Arimini et Seleuciæ.

(12) Vulg. *πενήτων τ' ἀνδρῶν.* Scribendum est πενήτων δ' ἀνδρῶν. Idem error est in superiori capite, ubi legitur Αἴγυπτος δὲ καὶ Λιβύη, pro Αἴγυπτός τε, quomodo in Fuk. codice scribitur utrobique.

Digitized by Google

honorifice excepit; egentibus vero ac nudis, et pauperum utriusque sexus infinitæ multitudini, cibi ac reliquarum rerum inopia laboranti, magnam pecuniæ vim et plurimas vestes distribuit. Postremo basilicam omnem regalibus donariis magnifice exornavit. Et hic quidem hujusmodi functus est ministerio.

CAPUT XLV.

Episcoporum in conventibus sermones, et ipsius qui hæc scripsit Eusebii.

At sacerdotes Dei partim precationibus, partim sermonibus festivitatem ornabant. Alii siquidem comitatem religiosi imperatoris erga omnium Servatorem laudibus celebrabant, et martyrii magnificentiam oratione persequebantur. Alii sacris theologiæ dogmatibus ad præsentem celebritatem accommodatis, spiritale quoddam epulum audientibus præbebant. Quidam sacrorum voluminum lectiones interpretabantur; arcanos et mysticos sensus in lucem proferentes. Qui vero ad hæc aspirare non poterant, incruentis sacrificiis et mysticis immolationibus Deum placabant, pro pace communi, pro Ecclesia Dei, pro imperatore tot bonorum auctore, ejusque piissimis liberis, preces Deo supplici offerentes. Ibi nos quoque, quibus majora quam pro meritis nostris bona contigerant, variis sermonibus publice habitis solemnitatem decoravimus: nunc regalis fabricæ decorem ac magnificentiam scriptis enarrantes; nunc propheticorum oraculorum sensus apte et accommodate ad præsentes figuras atque imagines interpretantes. Hoc modo dedicationis solemnitas, ipsis imperatoris tricennalibus summa cum hilaritate celebrata est.

καὶ γυναικῶν μυρίοις πλήθεσι, τροφῆς καὶ τῶν λοιπῶν χρειῶν ἐν ἐνδείᾳ καθεστότοι, πολυτελεῖς διαδόσεις χρημάτων καὶ περιβλημάτων ἐποιεῖτο· ἤδη δὲ καὶ τὸν πάντα νεὼν πλουσίοις βασιλικοῖς ἀναθήμασι κατεποίκιλλεν. Ἀλλ' ὁ μὲν ταύτην ἐπλήρου τὴν ὑπηρεσίαν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΕ'.

Ἐν συνάξεσι τῶν ἐπισκόπων προσομιλίαι ποικίλαι, καὶ Εὐσεβίου τοῦ ταῦτα συγγράψαντος.

Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργοὶ, εὐχαῖς ἅμα καὶ διαλέξεσι τὴν ἑορτὴν κατεκόσμουν, οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως (13) τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα δεξίωσιν (14) ἀνυμνοῦντες, τάς τε περὶ τὸ μαρτύριον μεγαλουργίας διεξιόντες τῷ λόγῳ· οἱ δὲ ταῖς ἀπὸ τῶν θείων δογμάτων πανηγυρικαῖς θεολογίαις, πανδαισίαν λογικῶν τροφῶν ταῖς πάντων παραδιδόντες ἀκοαῖς· ἄλλοι δὲ ἑρμηνείας τῶν θείων ἀναγνωσμάτων ἐποιοῦντο. τὰς ἀπορρήτους ἀποκαλύπτοντες θεωρίας· οἱ δὲ μὴ διὰ τούτων χωρεῖν οἷοί τε, θυσίαις ἀναίμοις καὶ μυστικαῖς ἱερουργίαις τὸ θεῖον ἱλάσκοντο, ὑπὲρ τῆς κοινῆς εἰρήνης, ὑπὲρ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, αὐτοῦ τε βασιλέως ὑπερ, τοῦ τοσούτων αἰτίου, παίδων τ' αὐτοῦ θεοφιλῶν, ἱκετηρίους εὐχὰς τῷ Θεῷ προσαναφέροντες. Ἔνθα δὴ καὶ ἡμεῖς τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀγαθῶν ἠξιωμένοι, ποικίλαις ταῖς εἰς τὸ κοινὸν διαλέξεσι τὴν ἑορτὴν ἐτιμῶμεν, τοτὲ μὲν διὰ γράμματος τῶν τῷ βασιλεῖ πεφιλοκαλημένων τὰς ἐκφράσεις ἑρμηνεύοντες, τοτὲ δὲ καιρίους καὶ τοῖς προκειμένοις συμβόλοις (15) τὰς προφητικὰς ποιούμενοι θεωρίας (16). Οὕτω μὲν ἡ τῆς ἀφιερώσεως ἑορτὴ, ἐν αὐτῇ βασιλέως τριακονταετηρίδι (17) σὺν εὐφροσύναις ἐπετελεῖτο.

(13) *Οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως.* Hæc omnia usque ad illa verba ἄλλοι δέ, etc., deerant in codice Regio et in editione Rob. Stephani: quæ viri docti suppleverunt ex aliquo manuscripto codice, ut opinor. Hæc enim genuina mihi videntur, et ex ipsius Eusebii stylo profecta. Habentur certe in optimo codice Fuk. In Savilii autem codice deerant. Nam Savilius ad hunc locum ita adnotavit: « Christophorsonus hoc loco interserit ex codicibus suis hæc quæ sequuntur, quæ mihi vix satis huic loco congruere videntur: οἱ μὲν τοῦ θεοφιλοῦς,» etc.

(14) *Τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Σωτῆρα δεξίωσιν.* Comitatem ac benignitatem qua imperator Constantinus erga sacerdotes Dei utebatur, non sine causa Eusebius appellat benignitatem erga Christum ipsum. Comitas enim erga ministros, ad honorem redundat ipsius Domini. Itaque Christus in Evangelio: *Quicunque*, inquit, *vos excipit, meipsum excipit* (*Matth.* x, 40): *Quodque uni illorum fecistis, mihi fecistis* (*Matth.* xxv, 40).

(15) *Τοῖς προκειμένοις συμβόλοις.* Symbola appellat basilicam illam Hierosolymitanam et omnia illius basilicæ membra atque ædificia. Vide orationem Eusebii in dedicatione ecclesiæ Tyri, quæ refertur in libro decimo *Historiæ Ecclesiasticæ;* ubi singula membra basilicæ mysticum quidpiam significare asserit. In codice Fuk. legitur καιρίους τοῖς προκειμένοις συμβόλοις, sine conjunctione.

(16) *Τὰς προφητικὰς ποιούμενοι θεωρίας.* Verba hic videntur esse transposita, quod in his libris sæpius factum esse monuimus. Et supra quidem scribendum τὰς ἐκφράσεις ποιοῦντες· hic vero legendum ἑρμηνεύοντες θεωρίας. Sed quæret fortasse aliquis, quænam sint illæ propheticæ visiones quas hic designat Eusebius. Intelligit, ni fallor, locum qui legitur in capite III Sophoniæ: Διὰ τοῦτο ὑπόμεινόν με, λέγει Κύριος, εἰς ἡμέραν ἀναστάσεώς μου εἰς μαρτύριον. Nam et Cyrillus Hierosolymitanus in homilia quarta hunc locum Sophoniæ explicat de martyrio seu basilica, quam Constantinus in loco Dominicæ resurrectionis exstruxit.

(17) *Ἐν αὐτῇ βασιλέως τριακονταετηρίδι.* Recte interpres vertit *tricesimo imperii anno.* Nam encænia basilicæ Hierosolymitanæ celebrata sunt anno Christi 335, Idibus Septembris, Constantio et Albino coss. in tricennalibus Constantini; quo quidem tempore Constantinus annum imperii agebat tricesimum. Τριακονταετηρὶς proprie tricennalia significat, id est festivitatem ludorum qui ob tricesimum imperii annum agebantur. Auctor *Chronici Alexandrini*, Constantio et Albino coss.: Τούτων τῶν ὑπάτων ἦχθη τριακονταετηρὶς ἐν Κωνσταντινουπόλει πάνυ φιλοτίμως πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν αὐγουστῶν, quæ Latine reddita sic leguntur in *Fastis* Idatii: «His coss. tricennalia edidit Constantinus Augustus die VIII Kal. August.» Interdum tamen τριακονταετηρὶς et tricennalia, pro tricesimo anno sumuntur. Sic Hieronymus Dalmatium Cæsarem factum esse scribit tricennalibus Constantini, id est anno imperii ejus tricesimo. Quod autem dixi encænia basilicæ Hierosolymitanæ Idibus Septembris esse celebrata, auctorem hujus rei habeo Nicephorum in lib. VIII, cap. 30. Certe in *Typico* sancti Sabæ, et in Menologio Græcorum, 13 die Septembris ponuntur τὰ ἐγκαίνια τῆς ἁγίας Θεοῦ ἀναστάσεως· ita etiam Sophronius in oratione De exaltatione sanctæ crucis;

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΣ'.

Ὅτι καὶ τὴν ἔκφρασιν τοῦ μαρτυρίου τοῦ Σωτῆρος, καὶ τριακονταετηρικὸν εἶπεν ὕστερον ἐπ' αὐτοῦ Κωνσταντίνου.

Οἷος δ' ὁ τοῦ Σωτῆρος νεὼς, οἷον τὸ σωτήριον ἄντρον, οἷαί τε αἱ βασιλέως φιλοκαλίαι, ἀναθημάτων τε πλήθη (18) ἐν χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ καὶ λίθοις τιμίοις πεποιημένων, κατὰ δύναμιν ἐν οἰκείῳ συγγράμματι παραδόντες, αὐτῷ βασιλεῖ προσεφωνήσαμεν· ὃν δὴ λόγον κατὰ καιρὸν, μετὰ τὴν παροῦσαν τῆς γραφῆς ὑπόθεσιν (19) ἐκθησόμεθα, ὁμοῦ καὶ τὸν τριακονταετηρικὸν αὐτῷ συζευγνύντες, ὃν μικρὸν ὕστερον ἐπὶ τῆς βασιλέως ἐπωνύμου πόλεως τὴν πορείαν στειλάμενοι, εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ βασιλέως δ.ήλθομεν, τοῦτο ξεύτερον ἐν αὐτοῖς βασιλείοις (20) τὸν ἐπὶ πάντων βασιλέα Θεὸν δοξάσαντες· οὗ δὴ κατακρούμενος ὁ τῷ Θεῷ φίλος, γαννυμένῳ ἐῴκει. Τοῦτο δ' οὖν αὐτὸ μετὰ τὴν ἀκρόασιν ἐξέφηνε, συμποσιάζων μὲν παροῦσι τοῖς ἐπισκόποις, παντοίᾳ τ' αὐτοὺς τιμῇ φιλοφρονούμενος.

CAPUT XLVI.

Quod descriptionem martyrii et orationem de tricennalibus, coram ipso imperatore postea recitarit.

Cæterum qualis forma basilicæ Servatoris, qualis sacræ speluncæ species sit, quanta operis venustas et elegantia, quot denique donaria partim ex auro et argento, partim ex gemmis fabrefacta, peculiari opere exsecuti, librum illum imperatori nuncupavimus. Quem **550** quidem librum opportune ad calcem hujus operis edituri sumus, adjuncta etiam oratione illa de tricennalibus, quam paulo post profecti Constantinopolim, coram ipso imperatore recitavimus, secundo tum in palatio summum omnium Deum ac Dominum laudibus prædicantes. Quam cum audiret Deo amabilis imperator, gestire præ gaudio videbatur. Atque id ipse finita oratione confessus est, cum episcopos qui aderant convivio exciperet, omnique eos genere honoris afficeret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΖ'.

Ὅτι ἡ μὲν ἐν Νικαίᾳ σύνοδος τῇ εἰκοσαετηρίδι, τὰ ἐγκαίνια δὲ ἐν Ἱεροσολύμοις τῇ τριακονταετηρίδι Κωνσταντίνου γέγονε.

Ταύτην μεγίστην ὧν ἴσμεν, σύνοδον δευτέραν συνεκρότει βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς Ἱεροσολύμοις, μετὰ τὴν πρώτην ἐκείνην, ἣν ἐπὶ τῆς Βιθυνῶν διαφανῶς (21) πεποίητο πόλεως. Ἀλλ' ἡ μὲν ἐπινίκιος ἦν, ἐν εἰκοσαετηρίδι τῆς βασιλείας, τὴν κατ' ἐχθρῶν καὶ πολεμίων εὐχὴν ἐπὶ τῆς Νικαίας (22) αὐτῆς ἐκτελοῦσα· ἡ δὲ τῆς τρίτης δεκάδος τὴν περίοδον ἐκόσμει, τῷ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρι Θεῷ, ἀμφὶ τὸ μνῆμα τὸ σωτήριον, εἰρήνης ἀνάθημα τὸ μαρτύριον (23) βασιλέως ἀφιεροῦντος.

CAPUT XLVII.

Quod Nicæna quidem synodus vicennalibus Constantini, dedicatio vero basilicæ Hierosolymitanæ contigit tricennalibus.

Hanc secundam synodum, omnium quas quidem novimus maximam, imperator Hierosolymis congregavit, post primam illam quam in urbe Bithyniæ nobilissima collegerat. Sed illa quidem triumphalis erat, in imperii vicennalibus preces ac vota pro victoria de hostibus parta, in urbe victoriæ cognomine persolvens; hæc vero tricennalium festivitatem ornavit, cum imperator Deo omnium bonorum auctori, martyrium, velut quoddam pacis donarium, in ipso Servatoris nostri monumento dedicaret.

agebaturque hæc festivitas quotannis per continuos octo dies. Ex his corrigendum est *Chronicon Alexandrinum*, in quo error est tam in die quam in consule quo hæc gesta sunt.

(18) *Ἀναθημάτων τε πλήθη.* Inter reliqua donaria quæ Constantinus dedit basilicæ Hierosolymitanæ, fuit palla sacerdotalis aureis filis contexta, qua episcopus in sacris missarum solemnibus utebatur, ut refert Theodoritus in lib. II *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 23.

(19) *Μετὰ τὴν παροῦσαν... ὑπόθεσιν*, id est, *ad calcem hujus operis.* Male interpres vertit: *Quod etiam cum videbitur et absoluto opere edemus.* Verum interpretationem nostram confirmat ipse Eusebius in cap. 32 hujus libri.

(20) *Τοῦτο δεύτερον ἐν αὐτοῖς βασιλείοις.* Jam enim antea Eusebius in palatio orationem habuerat, ut ipse testatur supra capite 33, ubi vide quæ adnotavimus.

(21) *Ἐπὶ τῆς Βιθυνῶν διαφανῶς.* Mallem scribere διαφανοῦς, quam scripturam in interpretatione mea sum secutus, nec dubito quin Eusebius ipse ita scripserit. Porro in hoc loco quædam est amphibologia. Possunt enim verba sic construi: ταύτην μεγίστην ὧν ἴσμεν σύνοδον μετὰ τὴν πρώτην ἐκείνην, etc., quem sensum secutus est Christophorsonus.

(22) Vulg. *εὐχὴν τῆς Νικαίας.* Amplector emendationem doctorum virorum, quam in Moræi etiam libro ascriptam inveni: εὐχὴν ἐπὶ τῆς Νικαίας. Libenter tamen aliam quoque vocem addiderim hoc modo: εὐχὴν νικητήριον ἐπὶ τῆς Νικαίας, etc. Porro εὐχὴν *vota* interpretari oportet. Alludit enim Eusebius ad morem Romanorum, qui in hujusmodi solemnitatibus vota pro salute ac felicitate principis concipiebant, ut ex epistola Plinii ad Trajanum liquet. Sed et in nummis veteribus ejusmodi vota ita expressa legimus, VOTIS XX. MULTIS XXX. In aliis autem nummis ita habetur: SIC X. SIC XX, id est, Sic decennalia, sic vicennalia. In codice Fuk. diserte scribitur εὐχὴν ἐπὶ τῆς Νικαίας.

(23) *Τὸ μαρτύριον.* In epistola episcoporum synodi Hierosolymitanæ, qui jussu Constantini ad dedicationem hujus basilicæ convenerunt, quam refert Athanasius in *Apologetico*, p. 801, vocatur σωτήριον μαρτύριον. Sic etiam eam appellat Hieronymus in *Chronico*; Sozomenus in lib. II, cap. 25; Marcus in *Vita Porphyrii Gazensis episcopi*, et Eucherius in libello *De situ urbis Hierosolymitanæ*. Vide epistolam nostram de Anastasi, in qua adversus Jac. Gretserum et Jac. Sirmondum fuse probavimus, unam duntaxat basilicam a Constantino exstructam esse, quæ Martyrium et Anastasis dicta est.

Digitized by Google

CAPUT XLVIII.

Quomodo immodicas cujusdam laudes ægre tulerit.

His omnibus confectis, cum imperatoris virtus cunctorum sermonibus prædicaretur, quidam ex numero sacerdotum, illum coram beatum pronuntiare non est veritus: quippe qui tum in hac vita summum totius orbis Romani imperium consequi meruisset; tum in futuro ævo una cum Filio Dei esset regnaturus. At ille hujusmodi voces ægre admodum passus, hominem admonuit, ne his verbis uti præsumeret; sed potius supplex Deo vota faceret, ut tam in hac quam in futura vita, censeri inter famulos Dei mereretur.

551 CAPUT XLIX.

Nuptiæ Constantii Cæsaris, ejus filii.

Absoluto jam tricesimo imperii anno, secundi filii nuptias celebravit, cum majoris natu nuptias dudum antea celebravisset. Epula igitur et convivia præbebantur, imperatore ipso filium sponsum deducente, et magnifico apparatu seorsum virorum, seorsum mulierum cœtum excipiente. Sed et munera splendidissima civitatibus ac populis divisa.

CAPUT L.

Legatio et munera ab Indis missa.

Eodem tempore Indorum qui ad orientem solem incolunt, legati advenere, dona afferentes: varias videlicet gemmas exquisiti fulgoris ac pretii; feras quoque forma atque indole penitus a nostris discrepantes. Quæ omnia imperatori offerentes, testabantur ad ipsum usque Oceanum imperium ejus extendi, gentisque Indorum principes ac regulos, pictis tabulis et statuis in honorem ejus erectis, imperatorem ac regem se illum agnoscere profiteri. Ac in ipso quidem principatus ejus exordio, primi omnium Britanni ad occidentalem oceanum positi, sese illius ditioni subjecerunt: nunc vero Indi ad orientem solem incolentes, idem fecere.

CAPUT LI.

Quomodo Constantinus, diviso in tres filios imperio, eos et regnandi arte et pietatis officiis instituit.

Cum igitur utrumque terminum orbis terrarum sub potestatem suam redegisset, totius imperii summam velut paternam quamdam hære-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΗ'.

Ὅπως, τινὸς ἄγαν ἐπαινοῦντος, οὐκ ἠνέσχετο Κωνσταντῖνος.

Καὶ δὴ τούτων ἁπάντων (24) συντελουμένων, ἀνὰ στόμα τε παρὰ πᾶσι τῶν τῆς αὐτοῦ κατὰ Θεὸν ἀρέτης βωμένων, τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν τις ἀποτολμήσας, εἰς αὐτοῦ πρόσωπον μακάριον αὐτὸν ἀπέφηνεν, ὅτι δὴ κἂν τῷ παρόντι βίῳ τῆς κατὰ πάντων αὐτοκρατορικῆς βασιλείας ἠξιωμένος εἴη, κἂν τῷ μέλλοντι συμβασιλεύειν μέλλοι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ ἀπεχθῶς τῆς φωνῆς ἐπακούσας, μὴ τοιαῦτα τολμᾶν παρήνει φθέγγεσθαι, μᾶλλον δὲ δι' εὐχῆς αἰτεῖσθαι αὐτῷ, κἂν τῷ παρόντι, κἂν τῷ μέλλοντι, τῆς τοῦ Θεοῦ δουλείας ἄξιον φανῆναι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΜΘ'.

Γάμοι Κωνσταντίου υἱοῦ αὐτοῦ, Καίσαρος.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ ὁ τριακονταέτης αὐτῷ τῆς βασιλείας διεπεραίνετο χρόνος, τῷ δευτέρῳ τῶν παίδων συνετέλει γάμους, παλαιτάτους τε κἀπὶ τοῦ πρεσβυτέρου (25) τὴν ἡλικίαν διαπραξάμενος. Θαλίαι δὴ καὶ ἑστιάσεις ἦγοντο, νυμφοστολοῦντος αὐτοῦ βασιλέως τὸν παῖδα, ἑστιῶντός τε λαμπρῶς καὶ συμποσιάζοντος, ὧδε μὲν ἀνδρῶν θιάσοις, γυναικῶν δ' ἀφωρισμένοις ἀλλαχόθι χοροῖς· διαδόσεις τε πλούσιαι χαρισμάτων, δήμοις ἅμα καὶ πόλεσιν ἐδωροῦντο.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ν'.

Ἰνδῶν πρεσβεία καὶ δῶρα.

Ἐν τούτῳ δὲ καὶ Ἰνδῶν τῶν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον, πρέσβεις ἀπήντων δῶρα κομίζοντες· γένη δ' ἦν παντοῖα ἐξαστραπτόντων πολυτελῶν λίθων, ζῷά τε τῶν παρ' ἡμῖν ἐγνωσμένων ἐναλλάττοντα τὴν φύσιν· ἃ δὴ προσῆγον τῷ βασιλεῖ, τὴν εἰς αὐτὸν Ὠκεανὸν (26) δηλοῦντες αὐτοῦ κράτησιν, καὶ ὡς οἱ τῆς Ἰνδῶν χώρας καθηγεμόνες, εἰκόνων γραφαῖς, ἀνδριάντων τ' αὐτὸν ἀναθήμασι τιμῶντες, αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα γνωρίζειν ὡμολόγουν. Ἀρχομένῳ μὲν τῆς βασιλείας (27) αὐτῷ, οἱ πρὸς ἥλιον δύνοντα ὠκεανῷ Βρεττανοὶ, πρῶτοι καθυπετάττοντο, νῦν δ' Ἰνδῶν οἱ τὴν πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον λαχόντες.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΑ'.

Ὅπως τοῖς τρισὶν υἱοῖς Κωνσταντῖνος διελὼν τὴν ἀρχὴν, τὰ βασιλικὰ μετ' εὐσεβείας διηγεῖτο.

Ὡς οὖν ἑκατέρων τῶν ἄκρων τῆς ὅλης οἰκουμένης ἐκράτει, τὴν σύμπασαν τῆς βασιλείας ἀρχὴν τρισὶ τοῖς αὐτοῦ διῄρει παισὶν, οἷά τινα πατρῴαν οὐσίαν

(24) *Καὶ δὴ τούτων ἁπάντων.* Tota hæc periodus usque ad vocem ἀπέφηνεν, deerat in codice Regio et in editione Rob. Stephani: quam viri docti nescio utrum ex manuscriptis codicibus, an ex conjectura suppleverunt. Tandem vero codex Fuk. nos docuit, hæc bona fide ex manuscriptis codicibus fuisse suppleta.

(25) *Παλαιτάτους τε κἀπὶ τοῦ πρεσβυτέρου.* Scribendum sine dubio πάλαι ταὐτὸ κἀπὶ τοῦ πρ. τὴν ἡλικίαν διαπραξάμενος.

(26) *Εἰς αὐτὸν ὠκεανόν.* Scribendum videtur εἰς αὐτῶν ὠκεανόν. Id est, *usque ad Oceanum Indicum.* Porro hujus legationis Indicæ caput fuisse videtur Metrodorus philosophus; qui ab Indorum rege plurimas gemmas et uniones ad Constantinum detulit, multoque plura allaturum se fuisse finxit, nisi Persarum rex sibi per agrum Persarum transeunti ea abstulisset. Quo mendacio inductus Constantinus, dum rapta avidius persequitur, bellum Persicum commovit, ut scribunt Cedrenus et Ammianus Marcellinus. Sed Cedrenus prorsus alieno loco id refert, anno scilicet Constantini primo ac vicesimo; cum id conferre debuisset in Constantini annum primum ac tricesimum. Hoc enim anno rupta est pax inter Romanos et Persas.

(27) *Ἀρχομένῳ μὲν τῆς βασιλείας.* Codex Fuk. ἀρχομένῳ μὲν γὰρ τῆς βασ. Schedæ autem veteres ἀρχομένῳ μὲν οὖν, quod magis placet.

Digitized by Google

τοῖς αὐτοῦ κληροδοτῶν φιλτάτοις· τὴν μὲν οὖν παππῶαν λῆξιν τῷ μείζονι, τὴν δὲ τῆς ἑῴας ἀρχὴν τῷ δευτέρῳ, τὴν δὲ τούτων μέσην τῷ τρίτῳ διένεμε. Κλῆρον δ' ἀγαθὸν καὶ ψυχῆς σωτήριον τοῖς αὐτοῦ ποριζόμενος, τὰ θεοσεβείας αὐτοῖς ἐνίει σπέρματα, θείοις μὲν προάγων μαθήμασι (28), διδασκάλους δ' ἐφιστὰς, εὐσεβείᾳ δεδοκιμασμένους ἄνδρας, καὶ τῶν ἔξωθεν δὲ λόγων καθηγητὰς ἑτέρους, ἥκοντας εἰς ἄκρον παιδεύσεως· ἄλλοι πολεμικῶν αὐτοῖς ἐξῆρχον μαθημάτων, ἕτεροι τῶν πολιτικῶν ἐπιγνώμονας αὐτοὺς καθίστων, οἱ δὲ νόμων ἐμπείρους εἰργάζοντο. Βασιλικὴ δ' ἑκάστῳ τῶν παίδων κεκλήρωτο παρασκευὴ, ὁπλῖται, δορυφόροι, σωματοφύλακες, στρατευμάτων τε τάγματα παντοῖα· τούτων δὲ καθηγεμόνες, λοχαγοὶ, στρατηγοὶ, ταξίαρχοι, ὧν τῆς ἐν πολέμοις ἐπιστήμης, τῆς τε πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας ὁ πατὴρ προειλήφει τὴν πεῖραν.

A ditatem necessitudinibus suis dispertiens, in tres filios divisit. Et avitam quidem sortem maximo natu; alteri vero Orientis imperium; mediam inter has portionem regni tertio filio tribuit. Jam vero cum optimam liberis suis hæreditatem, et ad animæ salutem imprimis utilem parare vellet, pietatis semina eorum mentibus inspersit, partim divinis documentis ipse eos imbuens, partim magistros eis apponens compertæ religionis viros. Sæcularium quoque disciplinarum peritissimos **552** doctores iisdem præfecit. Alii bellicæ artis scientia, alii civilium rerum præceptis eos informabant; alii denique juris prudentia. Porro singulis tributus erat regalis apparatus : scutarii, hastati, protectores, et legiones ac numeri militares, eorumque rectores : centuriones, tribuni ac duces, ii quos pater in rebus bellicis exercitatissimos, et præcipua erga filios fide ac benevolentia præditos esse cognoverat.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΒ'.

Ὅπως ἀνδρωθέντας αὐτοὺς εἰς εὐσέβειαν ἤγαγεν.

Ἁπαλοῖς μὲν οὖν ἔτι τὴν ἡλικίαν τοῖς Καίσαρσιν, ἀναγκαίως οἱ συμπράττοντες συνῆσάν τε καὶ τὰ κοινὰ διῴκουν, εἰς ἄνδρας δὲ λοιπὸν (29) προϊοῦσιν αὐτοῖς, μόνος ὁ πατὴρ εἰς διδασκαλίαν ἐπήρκει, τοτὲ μὲν παρόντας, ἰδιαζούσαις ὑποθήκαις ζηλωτὰς αὐτοὺς παρορμῶν, καὶ μιμητὰς τῆς αὐτοῦ θεοσεβείας ἀποτελεῖσθαι διδάσκων· τοτὲ δ' ἀποῦσι τὰ βασιλικὰ προσφωνῶν διῆει παραγγέλματα γράφων· ὧν τὸ μέγιστον ἦν καὶ πρώτιστον, τὴν εἰς τὸν πάντων βασιλέα Θεὸν γνῶσίν τε καὶ εὐσέβειαν, πρὸ παντὸς πλούτου καὶ πρὸ αὐτῆς βασιλείας τιμᾶσθαι. Ἤδη δ' αὐτοῖς καὶ τοῦ δι' αὐτῶν πράττειν τὰ λυσιτελῆ τοῖς κοινοῖς ἐξουσίαν ἐδίδου· καὶ τὴν Ἐκκλησίαν δὲ τοῦ Θεοῦ διὰ φροντίδος ἄγειν, ἐν πρώτοις παρῄνει, αὐτοῖς τε διαῤῥήδην Χριστιανοῖς εἶναι παρεκελεύετο. Καὶ ὁ μὲν οὕτω τοὺς υἱεῖς προῆγεν· οἱ δὲ οὐχ ὡς ἐκ παραγγέλματος, αὐτογνώμονι δὲ προθυμίᾳ, τὰς τοῦ πατρὸς παραινέσεις ὑπερέβαλλον, τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ὁσίᾳ τὴν σφῶν διάνοιαν συντείνοντες, τούς τε τῆς Ἐκκλησίας θεσμοὺς ἐν αὐτοῖς βασιλείοις, σὺν τοῖς οἰκείοις ἅπασιν ἀπεπλήρουν. Καὶ τοῦτο δ' ἔργον τῆς τοῦ πατρὸς ὑπῆρχε προμηθείας, τὸ τοὺς συνοίκους ἅπαντας θεοσεβεῖς παραδοῦναι τοῖς παισί· καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων (30) οἳ τὴν τῶν κοινῶν ἐτύγχανον ἀναδεδεγμένοι φροντίδα, τοιοῦτοί τινες ὑπῆρχον· τοῖς γοῦν κατὰ Θεὸν πιστοῖς ἀνδράσιν, ὥσπερ τισὶν ὀχυροῖς περιβόλοις ἠσφαλίζετο. Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα (καλῶς) διέ-

CAPUT LII.

Quomodo eos virilem ætatem ingressos, pietatem docuerit.

Porro dum infirma adhuc ætate Cæsares essent, ministri et consiliarii iis adjuncti rempublicam gubernabant. Verum ubi ad virilem ætatem pervenissent, solius patris magisterium eis suffecit. Qui nunc præsentes privatis admonitionibus ad æmulationem sui provocabat, exemplum pietatis suæ ad imitandum ipsis proponens: nunc absentibus imperatoria præcepta per litteras suggerebat. Quorum primum illud et maximum erat, ut Dei summi omnium regis notitiam cultumque, divitiis omnibus ipsique etiam imperio anteferrent. Tandem vero, ut per seipsos quæ utilia essent reipublicæ agerent, eis permisit : et ante omnia id diserte præcepit, ut Ecclesiæ Dei curam gererent, seque palam Christianos profiterentur. Atque hoc quidem modo filios instituebat. Illi vero, non tam paternis monitis, quam sua sponte incitati, præcepta parentis sui alacritate animi superarunt; quippe qui divinæ religionis observantiam semper præ oculis haberent, et sanctos Ecclesiæ ritus in ipso palatio cum universis domesticis custodirent. Nam et hoc paternæ providentiæ opus fuerat, ut non alios domesticos et contubernales filiis suis, quam Christianos traderet. Primorum quoque numerorum rectores, quibus reipublicæ cura commissa fuerat, Dei cultores erant. Quippe hominibus fidem in Deum

C

D

(28) *Προάγων μαθήμασι.* Eusebius in capite 52, iterum προάγων usurpat eodem sensu, καὶ ὁ μὲν οὕτω τοὺς υἱεῖς προῆγεν, et in cap. 55.

(29) Vulg., *Εἰς ἄνδρας τε λοιπόν.* Nemo est, qui non per se videat scribendum esse εἰς ἄνδρας δέ, etc. Quod equidem non monerem, nisi vererer ne quis id nos fugisse existimaret. Paulo post, vox παρορμῶν videtur esse superflua.

(30) *Καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων.* Sic Eusebius in superiori capite τάγματα pro numeris militaribus usurpat, et alibi passim. Ita etiam Sozomenus in lib. I, c. 8, ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ τὰ Ῥωμαίων τάγματα, ἃ νῦν ἀριθμοὺς καλοῦσιν, ἕκαστον ἰδίαν σκηνὴν κατεσκευάσατο. Porro hic locus mutilus mihi videtur, supplendusque in hunc modum : Καὶ τῶν πρώτων δὲ ταγμάτων ἡγεμόνες, καὶ οἳ τὴν τῶν κοινῶν, etc. Ait enim Eusebius, et primorum numerorum rectores, et eos quibus reipublicæ cura a Constantino commissa fuerat, Christianæ religionis cultores fuisse. Per priores illos, intelligit tribunos et comites scholarum; posteriores vero sunt præfecti prætorio, quæstores sacri palatii, magistri officiorum, et cæteri qui civilia negotia tractabant.

Digitized by Google

professis, tanquam firmissimis quibusdam muris confidebat. Cum beatissimus princeps hæc quoque ita constituisset, Deus bonorum omnium dispensator, utpote cunctis reipublicæ negotiis optime ab imperatore dispositis, opportunum tempus tandem adesse statuens quo ad meliorem sortem transferretur, fatalem ejus vitæ finem imposuit.

553 CAPUT LIII.

Quod cum duobus ac triginta annis regnaverit, et plusquam LX *annis vixerit, integra semper fuit valetudine.*

Ac imperii quidem curriculum duobus et triginta annis explevit, exceptis mensibus ac diebus paucis: vitæ vero spatium duplo fere longius fuit. Qua in ætate, corpus ei ab omni morbo et labe vacuum, expers cujuslibet vitii, et quovis juvenili corpore firmius constitit, et tum decorum aspectu, tum ad quidvis agendum viribus pollens, adeo ut militaribus exercitationibus proluderet, equitaret, ambularet, dimicaret, trophæa de hostibus victis erigeret, et incruentas illas more suo victorias reportaret.

CAPUT LIV.

De iis qui eximia ejus humanitate ad avaritiam et pietatis simulationem abusi sunt.

Animus similiter ad summum humanæ perfectionis culmen pervenerat: quippe qui omnibus præclaris dotibus ornatus esset, præcipue vero humanitate. Quam tamen multi reprehendebant, ob exuberantem malitiam improborum, qui nequitiam suam imperatoris adscribebant: patientiæ. Certe hæc duo vitia illis temporibus maxime invaluisse, nos

κειτο (31) τῷ τρισμακαρίῳ, Θεὸς ὁ παντὸς ἀγαθοῦ πρύτανις, ὡσανεὶ τῶν καθόλου πραγμάτων εὖ διατεθέντων αὐτῷ, καιρὸν εὔκαιρον εἶναι λοιπὸν τῆς τῶν κρειττόνων μεταλήψεως ἐδοκίμαζε, καὶ τὸ τῇ φύσει χρεὼν ἐπῆγε.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΓ'.

Ὅτι ἀμφὶ τὰ ιϚ' ἔτη βασιλεύσας, καὶ ὑπὲρ τὰ ξ' ζήσας, σῶον εἶχε τὸ σῶμα.

Δύο μὲν οὖν πρὸς τοῖς τριάκοντα (32) τῆς βασιλείας ἐνιαυτοῖς, μησί τε καὶ ἡμέραις βραχείαις δέουσιν, ἐπλήρου, τῆς δὲ ζωῆς ἀμφὶ τὸν διπλάσιον χρόνον· ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας, ἀπαθὲς μὲν καὶ ἄλυτον αὐτῷ διήρκει τὸ σῶμα, κηλῖδος καθαρὸν ἁπάσης, παντός τε νέου νεανικώτερον, ὡραῖον μὲν ἰδεῖν, ῥωμαλέον δ' ὅ τι δέοι δυνάμει καταπράξασθαι, ὡς καὶ γυμνάζεσθαι, ἱππάζεσθαι, καὶ ὁδοιπορεῖν, πολέμοις τε παραβάλλειν, τρόπαιά τε κατ' ἐχθρῶν ἐγείρειν, καὶ τὰς συνήθεις ἀναιμακτὶ κατὰ τῶν δι' ἐναντίας αἴρεσθαι νίκας.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΔ'.

Περὶ τῶν τῇ ἄγαν αὐτοῦ φιλανθρωπίᾳ συγκεχρημένων εἰς ἁπληστίας καὶ ὑποκρίσεις.

Καὶ τὰ τῆς ψυχῆς δ' ὡσαύτως εἰς ἄκρον τῆς ἐν ἀνθρώποις τελειώσεως αὐτῷ προῆει, πᾶσι μὲν ἐμπρέποντι τοῖς καλοῖς, ὑπερβαλλόντως δὲ τῇ φιλανθρωπίᾳ· ὃ δὴ καὶ μεμπτὸν ἐνομίζετο τοῖς πολλοῖς, τῆς τῶν μοχθηρῶν ἀνδρῶν φαυλότητος εἵνεκα, οἳ τῆς σφῶν κακίας τὴν βασιλέως ἐπεγράφοντο ἀνεξικακίαν [αἰτίαν] (33). Καὶ γὰρ οὖν ἀληθῶς δύο χαλεπὰ ταῦτα

(31) *Ἐπεὶ δὲ καὶ ταῦτα διέκειτο.* Non probo conjecturam doctorum virorum, qui post vocem ταῦτα, καλῶς addiderunt; quod etiam in libro Moræi ascriptum inveni. Verum si quid addendum esset, equidem mallem addere οὕτως. Nam καλῶς locum hic habere non potest, cum in sequenti membro occurrat εὖ διατεθέντων. Alioqui otiosa esset repetitio, nec plus in secundo membro diceretur quam in primo. In codice tamen Fuk. legitur καλῶς διέκειτο.

(32) *Δύο μὲν οὖν πρὸς τοῖς τριάκοντα.* Hic Eusebii locus multos in errorem induxit, inter quos fuit D. Petavius, qui tum in adnotationibus ad librum Epiphanii *De ponderibus*, tum in libro II *De doctrina temporum*, Eusebii auctoritate fretus, Constantinum tricesimo secundo imperii anno mortem obiisse censuit. Idem etiam scripserunt plerique veterum: Philostorgius in lib. II, Theodorus Lector in collectaneis, Epiphanius, et auctor *Chronici Alexandrini*: ex Latinis autem Aurelius Victor. Verum hæc sententia prorsus absurda mihi videtur. Nam qui ita sentiunt, necesse est etiam ut affirment eumdem Constantinum anno Christi 305 imperium iniisse, Constantino V et Maximiano coss., eodemque anno Constantium Augustum patrem Constantini e vivis abiisse. Atqui Constantius Aug. anno sequente, qui est Christi 306, consul sextum fuit cum Maximiano collega, ut omnes fasti constanter affirmant. Quare Constantini imperium nonnisi ab anno Christi 306 deduci potest. Jam vero cum mortuus sit Feliciano et Titiano coss., hoc est anno Christi 337, die vicesimo secundo mensis Maii, ut inter omnes constat, necessario efficitur Constantinum imperasse annos triginta, menses decem, tribus tantum diebus exceptis. Levatus enim fuerat Cæsar octavo cal. Augusti, ut in *Fastis* scribit Idatius. Recte igitur Eutropius et Rufinus scribunt, Constantinum anno imperii uno ac tricesimo extremum diem obiisse. Recte etiam Eusebius noster in *Chronico* ait Constantinum imperasse annis triginta, mensibus X. Porro unde factum sit, ut Eusebius noster hoc loco, et plerique veterum duos ac triginta imperii annos Constantino tribuerint, causa hæc videtur fuisse. Biennio ante obitum tricennalia Constantinus ediderat, Constantio et Albino coss., ut supra retulit Eusebius. Putarunt igitur annum imperii Constantini 30, iis coss. absolutum fuisse; quod tamen falsum est, ut supra notavi. Deinde ab initio Constantini, usque ad ejus obitum XXXII paria consulum numerantur. Ex quo fieri potuit, ut tricesimo secundo imperii anno illum obiisse crederent. Adde quod nonnulli Chronologi patris Constantii annos, quippe qui brevi admodum imperasset, Constantino ascripserunt. Cæterum monendus est lector, doctissimum Petavium tandem sententiam mutasse, et vulgatam opinionem de annis imperii Constantini deque ejus initio amplexum fuisse, ut patet ex lib. IV partis secundæ *Rationarii temporum*.

(33) *Ἀνεξικακίαν αἰτίαν.* Postrema vox a viris doctis hic addita est ex mss. codicibus, quam etiam in Fuk. libro reperi. Mallem tamen hanc vocem collocare ante verbum ἐπεγράφοντο. Sic Eusebius in fine lib. III *De vita Constantini*. Longe profecto elegantius ita scriberetur: αἰτίαν ἐπ. τὴν βασιλέως ἀνεξικακίαν.

Digitized by Google

κατὰ τοὺς δηλουμένους τούτους χρόνους καὶ αὐτοὶ κατ- A ενοήσαμεν, ἐπιτριβὴν ἁπλήστων (34) καὶ μοχθηρῶν ἀνδρῶν τῶν πάντα λυμαινομένων βίον, εἰρωνείαν τ' ἄμεκτον τῶν τὴν Ἐκκλησίαν ὑποδυομένων, καὶ τὸ Χριστιανῶν ἐπιπλάστως σχηματιζομένων ὄνομα. Τὸ δ' αὐτοῦ φιλάνθρωπον καὶ φιλάγαθον, τό τε τῆς πίστεως εἰλικρινὲς, καὶ τοῦ τρόπου τὸ φιλάληθες, ἐνῆγεν αὐτὸν πιστεύειν τῷ σχήματι τῶν Χριστιανῶν εἶναι νομιζομένων, εὔνοιαν τ' ὀληθῆ περὶ αὐτὸν πεπλασμένῃ ψυχῇ σώζειν προσποιουμένων· οἷς ἑαυτὸν καταπιστεύων, τάχα ἄν ποτε καὶ τοῖς μὴ πρέπουσιν ἐνεπείρετο (35), κηλῖδα ταύτην τοῖς αὐτοῦ καλοῖς ἐπιφέροντος τοῦ φθόνου.

quoque ipsi conspeximus : violentiam scilicet pessimorum hominum et insatiabili cupiditate flagrantium, qui universos fere mortales infestabant, et fraudulentam simulationem eorum qui callide in Ecclesiam irrepebant, et Christianorum nomen falso ac specie tenus præferebant. Verum insita imperatori humanitas ac bonitas, et fidei morumque sinceritas, eo ipsum adduxit, ut crederet fictæ in speciem pietati hominum illorum qui pro Christianis habebantur, et qui sinceram erga ipsum benevolentiam callida mente simulabant. Quibus ille cum semetipsum credidisset, interdum fortasse in ea quæ parum decora essent, impegit, maligni dæmonis invidia hanc velut maculam reliquis ejus laudibus aspergente.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΕ'.

Ὅπως μέχρι τελευτῆς ἐλογογράφει Κωνσταντῖνος.

Ἀλλὰ τοὺς μὲν (36) οὐκ εἰς μακρὰν ἡ θεία μετήρχετο δίκη· αὐτὸς δὲ βασιλεὺς οὕτω τὴν ψυχὴν λογικῇ συνέσει προῆκτο, ὡς καὶ μέχρι τελευτῆς συνήθως μὲν λογογραφεῖν, συνήθως δὲ τὰς προόδους ποιεῖσθαι (37), καὶ τὰς θεοπρεπεῖς τοῖς ἀκροαταῖς διδασκαλίας παρέχειν, νομοθετεῖν δὲ συνήθως, τοτὲ μὲν πολιτικοῖς, τοτὲ δὲ στρατιωτικοῖς, πάντα τε προσφόρως τῷ τῶν ἀνθρώπων ἐπινοεῖν βίῳ. Μνημονεῦσαι δ' ἄξιον, ὡς πρὸς αὐτῇ γεγονὼς τῇ τοῦ βίου τελευτῇ, ἐπιτήδειόν τινα λόγον ἐπὶ τοῦ συνήθους διῆλθεν ἀκροστηρίου· μακρὸν δὲ κατατείνας (38) ἐν τούτῳ περὶ ψυχῆς ἀθανασίας διεξῄει (λόγον), περί τε τῶν εὐσεβῶς διηνυκότων τὴν ζωὴν, τῶν τε τοῖς θεοφιλέσι παρ' C αὐτῷ Θεῷ τεταμιευμένων ἀγαθῶν· μακραῖς δ' ἀποδείξεσι, καὶ τὸ τῶν ἐναντίων τάγμα ὁποίου τέλους τεύξεται, φανερὸν ἐποίει, τῶν ἀθέων τὴν καταστροφὴν παραδιδοὺς τῇ γραφῇ· ὃ δὴ καὶ ἐμβριθῶς μαρτυρόμενος, καθάπτεσθαι τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἐδόκει· ὡς καί τινα τῶν δοκησισόφων (39) ἔρεσθαι ὅπως ἔχειν αὐτῷ φαίνοιτο τὰ λεγόμενα· τὸν δ' ἐπιμαρτυρῆσαι τοῖς λόγοις ἀληθειαν, σφόδρα τε, καίπερ οὐκ ἐθέλοντα, ἐταινεῖν τὰς κατὰ τῶν πολυθέων διδασκαλίας. Τοι-

554 CAPUT LV.

Qualiter ad ultimum usque vitæ diem orationes scripsit.

Verum illos divina justitia non multo post merito supplicio affecit. Imperator vero tanta sermonum scientia animum instruxerat, ut ad ultimum usque diem vitæ, orationes conscriberet more solito, et conciones haberet, et divina documenta auditoribus insinuaret : leges item ferret assidue, nunc de civilibus negotiis, nunc de re militari : cuncta denique ad commodum atque utilitatem humani generis excogitaret. Illud vero haudquaquam silentio prætereundum est, quod cum extremus vitæ dies ipsi jam impenderet, funebrem quamdam orationem in consueto auditorio recitavit. Cumque sermonem longius produxisset, in ea disseruit de animorum immortalitate, deque his qui vitam pie traduxissent ; et de bonis quæ amicis Dei apud ipsum Deum recondita essent. Contra vero, quem finem essent habituri illi qui contrariam vivendi rationem instituissent, multis rationibus evidenter astruxit, interitum et cladem impiorum describens. Quod quidem cum graviter et serio affirmaret, proximos et familiares suos perstringere videbatur : adeo ut quemdam ex illis vana sapientiæ opinione inflatis

(34) Vulg. *ἐπιτριβῆς ἁπλήστων*. Amplector emendationem doctorum virorum, quæ in Fuketii libro etiam legitur, ἐπιτριβήν. Porro notandum est hic judicium Eusebii nostri, qui in principatu Constantini tanquam in pulcherrimo quodam vultu, hunc nævum notavit, quod pessimos ac rapacissimos homines, ad amicitiam suam, et ad publica officia adscivisset, et quod fraude et calliditate quorumdam qui se Christianos esse simulabant, circumventus fuisset. Idem fere reprehendit Aurelius Victor his verbis : « Fiscales molestiæ severius pressæ, cunctaque divino ritui paria viderentur, ni parum dignis ad publica aditum concessisset. Quæ quanquam sæpius accidere, tamen in summo ingenio, atque optimis reipublicæ moribus, quamvis parva vitia elucent magis. » Sed et Amm. Marcellinus in libro XVI idipsum testatur : « Nam proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus. »

(35) *Ἐνεπείρετο*. In codd. Fuk. et Savilii scribitur ἐνεπειρᾶτο.

(36) *Ἀλλὰ τοὺς μέν*. Ablabium inter cæteros intelligi puto, qui post Constantini mortem, cum res novas moliri crederetur, jussu Constantii interemptus est, ut fuse narrat Eunapius in *Vitis sophistarum*.

(37) *Συνήθως δὲ τὰς προόδους ποιεῖσθαι*. Supra in cap. 29 hujus libri παρόδους dixit Eusebius, ubi vide quæ adnotavi. Possis etiam legere προσόδους, D ut ad oram editionis Genevensis ascriptum est. Porro interpres erroris sui tenax, etiam hoc loco vertit, *congressus cum amicis habere*, cum *conciones* vertere debuisset, ut sequentia aperte confirmant. Victoris *Epitome* idem quoque dicit de Constantino : « Commodissimus tamen rebus multis fuit : calumnias sedare legibus severissimis : nutrire artes bonas, præcipue studia litterarum : legere ipse, scribere, meditari; » ubi *meditari* idem valet ac μελετᾶν, id est declamare.

(38) Vulg. *μακρὸν δὲ κατά τινας*. Scribendum est procul dubio κατατείνας, ut jam alii monuerunt.

(39) Vulg. *τινὰ τῶν δοκησόφων*. Malim scribere τῶν δοκησισόφων. Sic gentiles vocare solet Eusebius, ac præcipue philosophos, qui sibi præ cæteris sapere videbantur. In Fuk. codice δοκησισόφων legitur. Sed tertia syllaba lineola subnotatur.

Digitized by Google

interrogaverit quid sentiret de iis quæ dicta essent. At ille verissima esse cuncta testatus est; et quamvis invitus, disputationes adversus multorum numinum cultum magnopere laudavit. Hujusmodi conciones ad familiares suos ante mortem cum habuisset, viam sibi ipse complanare ad meliorem vitam videbatur.

A αὐτα πρὸ τῆς τελευτῆς τοῖς γνωρίμοις ὁμιλήσας, αὐτὸς αὐτῷ τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω πορείαν, λεῖαν καὶ ὁμαλὴν ἐῴκει παρασκευάζειν.

CAPUT LVI.

Quomodo ad bellum Persicum proficiscens, episcopos sibi adjunxit, et tentorium in speciem ecclesiæ paravit.

Illud quoque neutiquam prætereundum est, quod circa hæc tempora, cum de motu Barbarorum ad orientem solem degentium nuntius allatus esset, hanc adhuc de illis victoriam superesse sibi testatus, Persis bellum inferre statuit. Quod cum facere decrevisset, militares copias undique excivit, et cum episcopis quos circa se habebat, de profectione consilium communicavit, provida mente prospiciens, viros ad divinum cultum necessarios secum assidue versari **555** oportere. Illi vero libenti animo secuturos se esse affirmarunt, nec ab illo discessuros; sed continuis apud Deum supplicationibus militaturos una cum illo et pugnaturos. Quo ille nuntio vehementer delectatus, viam illis qua proficiscerentur, descripsit. Deinde tabernaculum in speciem ecclesiæ ambitioso cultu ad hujus belli usum præparavit, in quo preces ad Deum victoriæ auctorem una cum episcopis fundere decreverat.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝϚ'.

Ὅπως ἐπὶ Πέρσας στρατεύων συμπαρέλαβεν ἐπισκόπους, καὶ σκηνὴν εἰς σχῆμα τῆς ἐκκλησίας.

Κἀκεῖνο δὲ μνήμης ἄξιον, ὡς ἀμφὶ δηλούμενον χρόνον, τῶν ἐπ' ἀνατολῆς βαρβάρων κινήσεως ἀκουσθείσης, ἔτι ταύτην αὐτῷ τὴν κατὰ τῶνδε νίκην λείπεσθαι φήσας, ἐπὶ Πέρσας στρατεύειν ὡρμᾶτο· τοῦτό τε κρίνας, ἐκίνει τὰ στρατιωτικὰ τάγματα. Καὶ δὴ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόποις περὶ τῆς πορείας ἐκοίνου, συνεῖναι αὐτῷ δεῖν τινας τῶν ἀναγκαίων ἐν θεοσεβείᾳ προμηθούμενος. Οἱ δὲ, καὶ μάλα προθύμως συνέπεσθαι βουλομένῳ, μηδ' ἀναχωρεῖν ἐθέλειν, συστρατεύειν δ' αὐτῷ καὶ συναγωνίζεσθαι ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκετηρίαις ἔλεγον. Σφόδρα δ' ἐπὶ ταῖς ἀγγελίαις ἡσθεὶς, τὴν πορείαν αὐτοῖς διετύπου (40)· [ἔπειτα καὶ τὴν σκηνὴν (41) τῷ τῆς ἐκκλησίας σχήματι πρὸς τὴν ἐκείνου τοῦ πολέμου παράταξιν σὺν πολλῇ φιλοτιμίᾳ κατειργάζετο, ἐν ᾗ τῷ Θεῷ, τῷ τῆς νίκης δοτῆρι, τὰς ἱκετηρίας ἅμα τοῖς ἐπισκόποις ποιεῖσθαι ἐπενόει.

CAPUT LVII.

Quomodo, susceptis Persarum legatis, festo Paschæ die cum aliis pernoctavit.

Interea Persæ cum imperatorem bellum parare comperissent, et cum illo congredi vehementer reformidarent, missis legatis pacem ab eo postulaverunt. Itaque imperator pacis amantissimus, Persa-

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΖ'.

Ὅπως Περσῶν πρεσβείας δεξάμενος, ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις.

Ἐν τούτῳ Πέρσαι πυθόμενοι περὶ τῆς βασιλέως πρὸς πόλεμον παρασκευῆς, καὶ μάχῃ πρὸς αὐτὸν συμβαλεῖν σφόδρα φοβούμενοι, διὰ πρεσβείας αὐτὸν ἠξιοῦντο (42) εἰρήνην ποιεῖσθαι· διὸ ὁ μὲν εἰρηνικῶ-

(40) *Αὐτοῖς διετύπου.* Quæ posthæc sequuntur in editione Genevensi, usque ad initium capitis 59 deerant tum in codice Regio, tum in editione Rob. Stephani : et a viris doctis addita sunt ex conjectura, ut opinor. Nam quæ sequuntur capita, nimis brevia sunt, nec quidquam amplius continent, quam ipsi capitum tituli; quod quidem ab Eusebii instituto prorsus abhorret. Quare credibile est, viros doctos ex titulis capitulorum, qui libro quarto præfixi leguntur, hæc supplevisse quæ uncis conclusa exhibemus. Porro in editione Genevensi delenda sunt hæc verba : αὐτὸς δέ, quæ leguntur post vocem διετύπου. Etenim lacuna incipit ante has voces αὐτὸς δὲ νεών, etc. Similem errorem supra notavimus. Nostram porro de hoc supplemento conjecturam plane confirmat optimus codex Fuk. qui cum reliqua supplementa quæ a Genevensibus edita sunt, fideliter exhibeat, ut suis locis adnotavimus, hujus loci supplementum non habet. Sed neque in Turnebi libro hoc fragmentum ascriptum est, cum cætera omnia ad marginem ejus libri scripta habeantur.

(41) *Ἔπειτα καὶ τὴν σκηνήν.* Idipsum ita narrat Socrates in lib. I, cap. 18 : Τοσοῦτος δὲ ἦν ὁ τοῦ βασιλέως περὶ τὸν χριστιανισμὸν πόθος, ὡς καὶ Περσικοῦ μέλλοντος κινεῖσθαι πολέμου, κατασκευάσας σκηνὴν ἐκ ποικίλης ὀθόνης, ἐκκλησίας τύπον ἀποτελοῦσαν, ὥσπερ Μωϋσῆς ἐν τῇ ἐρήμῳ ἐπεποιήκει καὶ ταύτην φέρεσθαι, ἵνα ἔχοι κατὰ τοὺς ἐρημοτάτους τόπους εὐκτήριον πυτρεπισμένον. Quæ Socratis verba eo libentius adduxi, quod sciam Socratem in iis quæ ex Eusebio mutuatur, ipsis fere Eusebii verbis uti solere. Itaque hæc Socratis verba Eusebianorum vicem supplere possunt. Nam quæ in hac lacuna leguntur, ægre admodum Eusebii esse crediderim. Porro jam antea Constantinus, in bello Liciniano tabernaculum crucis extra castra fixum habuerat, in quo jejuniis et orationibus vacabat, teste Eusebio in libro II. Sed in belli Persici apparatu id amplius præstitit Constantinus, quod tabernaculum in ecclesiæ formam construxit. Ab hoc Constantini instituto manasse postea scribit Sozomenus, ut singuli numeri in exercitu Romano, tabernaculum suum haberent instar sacelli instructum, et presbyteros ac diaconos peculiares, qui rem divinam ibi peragerent.

(42) *Διὰ πρεσβείας αὐτὸν ἠξιοῦντο.* Idem scribit Rufus Festus in *Breviario* : « Constantinus rerum dominus extremo vitæ suæ tempore expeditionem paravit in Persas. Toto enim orbe pacatis gentibus; et recenti de Gothis victoria gloriosior, multis in Persas descendebat agminibus. Sub cujus adventum Babyloniæ in tantum regna trepidarunt, ut supplex ad eum legatio Persarum occurreret, et facturos se imperata promitterent. Nec tamen pro assiduis eruptionibus quas sub Constantio Cæsare per Orientem tentaverant, veniam meruerunt. » Socrates vero hoc tantum dicit : ἀλλ' οὐ προέβη τότε ὁ πόλεμος· ἔφθη γὰρ δέει τοῦ βασιλέως σβεσθῆναι, id est : *Sed bellum ulterius non processit. Nam præ metu imperatoris studium repressum est.*

Digitized by Google

τατος βασιλεὺς τὴν Περσῶν πρεσβείαν δεξάμενος, φιλικὰς δεξιὰς προθύμως σὺν ἐκείνοις ἐσπείσατο (43). Ἤδη δ' ἡ μεγάλη τοῦ Πάσχα ἑορτὴ παρῆν, ἐν ᾗ ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ τὰς εὐχὰς ἀποδιδοὺς, συνδιενυκτέρευσε τοῖς ἄλλοις.

A rum legatione benigne suscepta, pacem et amicitiam cum eis libenter pepigit. Aderat jam magna paschalis festi solemnitas : in qua imperator vota Deo persolvens, una cum cæteris pernoctavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΗ'.

Περὶ οἰκοδομῆς τοῦ ἐπικαλουμένου τῶν Ἀποστόλων ἐν Κωνσταντινουπόλει μαρτυρίου.

Ἐπὶ τούτοις (44) τὸ μαρτύριον ἐν τῇ ἐπωνύμῳ πόλει ἐπὶ μνήμῃ τῶν ἀποστόλων οἰκοδομεῖν παρεσκευάζετο · αὐτὸς δὲ νεὼν ἅπαντα εἰς ὕψος ἄφατον ἐπάρας, λίθων ποικιλίαις παντοίων ἐξαστράπτοντα ἐποίει, εἰς αὐτὸν ὄροφον ἐξ ἐδάφους πλακώσας · διαλαβὼν δὲ λεπτοῖς φατνώμασι τὴν στέγην, χρυσῷ τὴν πᾶσαν ἐκάλυπτεν· ἄνω χαλκὸς μὲν (45) ἀντὶ κεράμου, φυλακὴν τῷ ἔργῳ πρὸς ὑετῶν ἀσφάλειαν παρεῖχε · καὶ τοῦτον δὲ πολὺς περιέλαμπε χρυσὸς, ὡς μαρμαρυγὰς τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι ταῖς ἡλίου αὐγαῖς ἀνταναklωμέναις ἐκπέμπειν. Δικτυωτὰ δὲ περιξ ἐκύκλου τὸ δωμάτιον (46) ἀνάγλυφα, χαλκῷ καὶ χρυσῷ κατειργασμένα.

CAPUT LVIII.

De constructione martyrii Apostolorum Constantinopoli.

Posthæc in memoriam apostolorum martyrium ædificare cœpit in urbe sibi cognomine. Cumque templum omne in immensam altitudinem extulisset, vario lapidum genere splendidum reddidit, a solo ad cameram usque marmoreis crustis illud operiens. Porro cameram lacunaribus minutissimi operis obducens, totam auro imbracteavit. Et supra quidem æs tegularum loco impositum, universo ædificio munimentum adversus imbres præbebat. Quod itidem auro plurimo superfusum resplendebat, adeo ut procul spectantium oculos fulgore præstringeret, solis radiis æris objectu repercussis. Totum vero solarium reticulatis quibusdam anaglyphis ex ære et auro fabrefactis erat circumdatum.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΝΘ'.

Ἔκφρασις ἔτι τοῦ αὐτοῦ μαρτυρίου.

Καὶ ὁ μὲν νεὼς ὧδε σὺν πολλῇ βασιλέως φιλοτιμίᾳ σπουδῆς ἠξιοῦτο · ἀμφὶ δὲ τοῦτον αἴθριος ἦν αὐλὴ παμμεγέθης, εἰς ἀέρα καθαρὸν ἀναπεπταμένη · ἐν τετραπλεύρῳ δὲ ταύτῃ στοαὶ διέτρεχον, μέσον αὐτῷ νεῷ τὸ αἴθριον ἀπολαμβάνουσαι · οἶκοί τε βασίλειοι ταῖς στοαῖς, λουτρά τε καὶ ἀνακαμπτήρια παρεξετείνετο, ἄλλα τε πλεῖστα καταγώγια τοῖς τοῦ τόπου φρουροῖς ἐπιτηδείως εἰργασμένα.

CAPUT LIX.

Descriptio ejusdem martyrii.

Ac templum quidem ipsum maximo imperatoris studio hunc in modum exornabatur. Circa ipsum templum ingens erat area, libero ac patente desuper cœlo. Cujus ad quatuor latera porticus erant sibi invicem conjunctæ, quæ aream in medio sitam una cum ipso templo circumcingebant. Præterea basilicæ, lavacra, diversoria et alia plurima habitacula ad usum eorum qui locum custodiebant, porticibus applicita, earum longitudinem æquabant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ξ'.

Ὅτι ἐν τούτῳ καὶ μνημεῖον εἰς ταφὴν ἑαυτῷ προσῳκοδόμησε.

Ταῦτα πάντα ἀφιέρου βασιλεὺς, διαιωνίζων εἰς ἅπαντας τῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τὴν μνήμην· ᾠκοδόμει δ' ἄρα καὶ ἄλλο τι τῇ διανοίᾳ σκοπῶν, ὃ δὴ λανθάνον ταπρῶτα, κατάφωρον πρὸς τῷ τέλει τοῖς πᾶσιν ἐγίγνετο. Αὐτὸς γοῦν αὐτῷ εἰς δέοντα καιρὸν τῆς αὐτοῦ τελευτῆς, τὸν ἐνταυθοῖ τόπον ἐταμιεύετο· τῆς τῶν ἀποστόλων προσρήσεως κοινωνὸν (47)

CAPUT LX.

Quod etiam in eo templo sepulcrum sibi ædificavit.

Hæc omnia dedicavit imperator eo consilio, ut apostolorum Servatoris nostri memoriam posteris in perpetuum commendaret. Sed et aliud quidpiam in mente habens, ædem illam construxit : quod initio quidem obscurum, tandem vero omnibus sub finem innotuit. Quippe ipse hunc sibi locum post mortem designaverat, incredibili fidei alacritate

(43) *Φιλικὰς δεξιὰς προθύμως σὺν ἐκείνοις ἐσπείσατο.* Notabis hic barbarismum, non Eusebii, sed ejus qui hoc caput supplevit. Dicendum enim erat πρὸς ἐκείνους ἐσπείσατο. Sed neque hoc verisimile est, Constantinum qui omnes imperii Romani copias adversus Persas commoverat, pacem cum eis fecisse. Contrarium certe affirmat Rufus Festus cujus verba superius retulimus, et Eutropius atque Aurelius Victor. Socrates tamen pacem cum Persis, vel certe inducias factas fuisse innuit.

(44) *Ἐπὶ τούτοις.* Quis non videt hæc ab aliena manu concinnata esse? Neque enim cum sequenti capite ullo modo conveniunt. In hoc capite Constantinus dicitur cœpisse ædificare templum Apostolorum post dies Paschæ anni 337. In sequenti autem capite, quod ab Eusebio scriptum esse constat, templum illud jam absolutum cernitur. Atqui a diebus Paschæ usque ad Pentecosten, qua die mortuus est Constantinus, vix humus egeri potuit ad fundamenta templi jacienda. Proinde necesse est, ut templum illud diu ante cœptum fuerit ædificari. Vide caput 56 hujus libri.

(45) *Ἄνω χαλκὸς μέν.* Scribendum est ἄνω μὲν χαλκός.

(46) *Τὸ δωμάτιον.* Eusebius supra in libro III capite 35 τὰ ἐκτὸς δώματα vocat exteriora tecta basilicæ. Itaque δωμάτιον hic videtur esse tectum totius basilicæ, vel certe altaris. Ejusmodi tecta in orbis speciem ædificata nos Galli hodieque *domata* vocamus. Porro de templi Apostolorum magnificentia Gregorius Naz. in carmine de insomnio Anastasiæ ita scribit :

Σὺν τοῖς καὶ μεγάλαυχον ἔδος Χριστοῖο μαθητῶν
πλευραῖς σταυροτύποις τέτραχα τεμνόμενον,

Id est, *Et magnificum templum Christi discipulorum, quatuor lateribus distinctum in crucis formam.* Hujusmodi forma olim ecclesiæ construebantur, ut notavit Gretserus in libris *De cruce*, Marcus in *Vita sancti Porphyrii.*

(47) *Τῆς τῶν ἀποστόλων προσρήσεως κοινωνόν.* Alludit Eusebius ad cognomentum illud Ισαποστόλου, quo post mortem affectus est Constantinus, ut legitur in Menæis Græcorum. Quod cognomentum nescio cur tantopere ei inviderit Scaliger in lib. V

Digitized by Google

prospiciens, ut corpus suum communem cum apostolis appellationem post obitum sortiretur: quo scilicet precationum quæ in honorem apostolorum ibi celebrandæ erant, etiam mortuus particeps fieret. Cum igitur duodecim illic capsas, quasi sacras quasdam columnas in honorem ac memoriam apostolici collegii erexisset, suam ipsius arcam in medio constituit, quæ senas utrinque apostolorum capsas dispositas habebat. Atque id in eo loco ubi corpus ipsius post mortem decenter deponendum esset, solertissime providit. His ille diu antea sagaci mente dispositis, ædem apostolis consecravit, pro certo sibi persuadens, horum memoriam non parum utilitatis animæ suæ esse allaturam. Nec vero Deus eum voto atque exspectatione sua frustratus est. Nam cum primas paschalis festi exercitationes obiisset, ipsumque Servatoris nostri diem, tum sibi tum aliis omnibus lætum atque hilarem reddidisset, his illum rebus intentum, et in hujusmodi operibus perstantem usque ad exitum vitæ, Deus cujus auxilio cuncta gerebat, opportune tandem eum ad meliorem sortem transferre dignatus est.

A τὸ ἑαυτοῦ σκῆνος μετὰ θάνατον προνοῶν ὑπερβαλλούσῃ πίστεως προθυμίᾳ γεγενῆσθαι, ὡς ἂν καὶ μετὰ τελευτὴν ἀξιῷτο τῶν ἐνταυθοῖ μελλουσῶν ἐπὶ τιμῇ τῶν ἀποστόλων συντελεῖσθαι εὐχῶν. Δώδεκα δ' οὖν αὐτόθι θήκας, ὡσανεὶ στήλας ἱερὰς, ἐπὶ τιμῇ καὶ μνήμῃ τοῦ τῶν ἀποστόλων ἐγείρας χοροῦ, μέσην ἐτίθει τὴν ἑαυτοῦ αὐτὸς λάρνακα (48), ἧς ἑκατέρωθεν τῶν ἀποστόλων ἀνὰ ἓξ διέκειντο. Καὶ τοῦτο γοῦν, ὡς ἔφην, σώφρονι λογισμῷ, ἔνθα αὐτῷ τὸ σκῆνος τελευτήσαντι τὸν βίον εὐπρεπῶς μέλλοι διαναπαύεσθαι, ἐσκόπει. Ἀλλ' ὁ μὲν, ἐκ μακροῦ καὶ πρόπαλαι τῷ λογισμῷ ταῦτα πρυτανευόμενος, ἀφιέρου τοῖς ἀποστόλοις τὸν νεὼν, ὠφέλειαν ψυχῆς ὀνησιφόρον τὴν τῶνδε μνήμην ποιεῖσθαι αὐτῷ πιστεύων· Θεὸς δὲ αὐτὸν καὶ τῶν κατ' εὐχὰς προσδοκηθέντων οὐκ B ἀπῆξίου. Ὡς γὰρ τὰς πρώτας τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς συνεπλήρου ἀσκήσεις, τήν τε σωτήριον διήγαγεν ἡμέραν, λαμπρὰν αὐτῷ τε καὶ τοῖς πᾶσι τὴν ἑορτὴν καταφαιδρύνας, ἐν τούτῳ μέχρι τέλους (49) τὴν ζωὴν διανύοντα καὶ ἐν τούτοις ὄντα, Θεὸς ᾧ ταῦτα συνεξετέλει, κατὰ καιρὸν εὔκαιρον τῆς θείας ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβάσεως αὐτὸν ἠξίου.

557 CAPUT LXI.

Imperatoris ægritudo, et orationes Helenopoli. Item de ejus baptismo.

Principio quidem inæqualis corporis temperies; posthæc morbus eum invasit. Itaque ad aquas calidas civitatis suæ progressus, inde Helenopolim delatus est, urbem matris suæ nomine appellatam: ibique in templo martyrum diu commoratus, supplicationes et preces obtulit Deo. Cumque extremum C vitæ diem sibi jam imminere sentiret, tempus tandem adesse existimavit, quo totius vitæ delicta expiaret, firmissime credens, quæcunque humanitus peccavisset, arcanorum verborum efficacia et salutari lavacro penitus esse delenda. Hæc cum apud se reputasset, genu flexo humi procumbens, veniam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΑ'.

Ἀνωμαλία σώματος ἐν Ἑλενοπόλει, καὶ προσευχαὶ, καὶ περὶ βαπτίσματος.

Γίνεται δ' αὐτῷ πρώτη τις ἀνωμαλία τοῦ σώματος. Εἶτ' οὖν κάκωσις ἐπὶ τὸ αὐτὸ συμβαίνει· κἄπειτα τῆς αὐτοῦ πόλεως ἐπὶ λουτρὰ θερμῶν ὑδάτων πρόεισιν, ἔνθεν τε τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἐπὶ τὴν ἐπώνυμον ἀφικνεῖται πόλιν. Κἀνταῦθα τῷ τῶν μαρτύρων εὐκτη- C ρίῳ ἐνδιατρίψας οἶκῳ, ἱκετηρίους εὐχάς τε καὶ λιτανείας ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ δὲ εἰς ἔννοιαν ἦκε τῆς τοῦ βίου τελευτῆς, καθάρσεως τοῦτον εἶναι καιρὸν τῶν ποτε αὐτῷ πεπλημμελημένων δεῖν ᾤετο (50), ὅσα οἷα θνητῷ διαμαρτεῖν ἐπῆλθε, ταῦτ' ἀπορρύψασθαι τῆς ψυχῆς, λόγων ἀπορρήτων δυνάμει, σωτηρίῳ γε λόγῳ λουτροῦ (51), πιστεύσας. Τοῦτό τοι διανοη-

De emendatione temporum, ut dicat multum detrahi de laude et gloria apostolorum, cum eorum vocabulum Constantino tribuitur. Certe quisquis accurate inspexerit quæ a Constantino ad propagandam Christi fidem gesta sunt, fatebitur omnino id cognomen merito illi delatum fuisse. Quod si Thecla id cognomentum mereri potuit, quam Basilius Seleuciensis aliique ἰσαπόστολον cognominant, quanto potiori jure id Constantino tribuetur, per quem factum est, ut Christiani nunc omnes simus! Porro D Eusebius iisdem rursus verbis utitur in cap. 71, infra. Auctor *Synodici* loquens de synodo Nicæna, Κωνσταντῖνος, ὁ ἐν Χριστιανοῖς βασιλεῦσιν Ἀπόστολος. Atque ita dicitur in officio Græcorum die 21 Maii, ut legitur in *Typico* S. Sabæ.

(48) *Μέσην ἐτίθει τὴν ἑαυτοῦ λάρνακα.* At Chrysostomus, homilia 26 *in Epist.* II *ad Corinthios*, pag. 741, ait Constantinum sepultum fuisse in vestibulo ædis Apostolorum, quasi eorum janitorem; idque exaggerat suo more. Hæc igitur ita conciliare oportet, ut Constantinus quidem cadaver suum in medio Apostolorum humari voluerit: Constantius vero, seu quis alius, id alibi locaverit. Certe Zonaras scribit, Constantium patris sui ossa deposuisse in templo Apostolorum in peculiari porticu, quam ad idipsum exstruxerat.

(49) Vulg. *ἐν τούτῳ τέλος*. In libro Moræi legitur τέλους, et ante illam vocem asteriscus ponitur; lego igitur ἐν τούτῳ μέχρι τέλους τὴν ζωὴν διανύοντα. Porro hic asteriscus fidem facit lacunam hanc ex aliquo codice manuscripto suppletam esse. Nihilominus tamen valde dubito, ne ex conjectura cujuspiam viri docti hæc etiam profecta sint. Neque enim oratio mihi videtur satis Græca, ἐν τούτῳ τὴν ζωὴν διανύοντα καὶ ἐν τούτοις ὄντα, cum hæc inepta sit repetitio. Mallemque omnino scribere διανύσαντα. Sed verba quæ leguntur in fine lacunæ, longe majorem suspicionem movent: κἀνταῦθα τῷ τῶν μαρτύρων μαρτυρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ. Primum enim, inepta locutio est μαρτυρίῳ οἴκῳ, cum semper in neutro genere μαρτύριον dicat Eusebius. Deinde cur μαρτύρων in plurali numero dixit? An pluribus simul martyribus ea basilica consecrata erat? Erat Helenopoli insignis basilica Luciano martyri dicata. In hac igitur Constantinus cum ab Aquis-Calidis rediret, orationis gratia diversatus est. Quare τοῦ μάρτυρος dicendum erat, non vero τῶν μαρτύρων. Hæc cum scripsissem, nactus sum codicem Fuketianum, qui veram hujus loci scripturam retinuit. Sic enim habet, τῷ τῶν μαρτύρων εὐκτηρίῳ ἐνδιατρίψας οἴκῳ. In eodem libro legitur ἐν τούτῳ τέλους sine lacuna: item Θεὸς ᾧ ταῦτα ξυνεξετέλει.

(50) *Δεῖν ᾤετο.* Scribendum videtur διενοεῖτο.

(51) *Λόγῳ λουτροῦ.* Scribendum puto σωτηρίῳ τε λουτρῷ. Quid enim sibi vult λόγος λουτροῦ, præsertim cum antea dixerit λόγων ἀπορρήτων δυνάμει?

Digitized by Google

θεὶς, γόνυ κλίνας ἐπ' ἐδάφους, ἱκέτης ἐγίγνετο τοῦ Θεοῦ, ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ ἐξομολογούμενος, ἔνθα δὴ καὶ πρῶτον (52) τῶν διὰ χειροθεσίας εὐχῶν (53) ἠξιοῦτο· μεταβὰς δ' ἔνθεν, ἐπὶ προάστειον τῆς Νικομηδέων ἀφικνεῖται πόλεως, κἀνταῦθα συγκαλέσας τοὺς ἐπισκόπους, ὧδέ πη αὐτοῖς διελέξατο.

a Deo supplex poposcit, peccata sua confitens in ipso martyrio : quo in loco manuum impositionem cum solemni precatione primum meruit accipere. Hinc ad suburbana Nicomediæ digressus, convocatis episcopis, sic ad eos verba fecit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΒ'.

Κωνσταντίνου πρὸς ἐπισκόπους περὶ μεταδόσεως τοῦ λουτροῦ παράκλησις.

« Οὗτος ἦν αὐτὸς ὁ πάλαι μοι διψῶντι καὶ εὐχομένῳ τῆς ἐν Θεῷ τυχεῖν σωτηρίας, καιρὸς ἐλπιζόμενος· ὥρα καὶ ἡμᾶς ἀπολαῦσαι τῆς ἀθανατοποιοῦ

CAPUT LXII.

Quibus verbis Constantinus postulavit ab episcopis ut baptismum sibi conferrent.

« Hoc erat tempus quod jamdudum sperabam, cum incredibili cupiditate arderem, votisque omnibus desiderarem salutem in Deo consequi. Jam tempus

In veteribus schedis legitur σωτηρίῳ λουτρῷ, quod plane confirmat emendationem nostram.

(52) *Ἔνθα δὴ καὶ πρῶτον.* Hic locus attentam in primis lectoris diligentiam flagitat. Ex eo enim magna illa de Constantini baptismo quæstio dijudicari facile potest. Ait igitur Eusebius Constantinum imperatorem tunc primum manuum impositionem cum solemni precatione in ecclesia suscepisse ; id est uno verbo, tunc primum factum esse catechumenum. Nam catechumeni per manus impositionem fiebant ab episcopo, ut docet canon VI concilii Arelatensis : « De his qui in infirmitate credere volunt, placuit eis debere manum imponi. » Idem sancitum est cap. 39 concilii Eliberitani : « Gentiles si in infirmitate desideraverint sibi manum imponi ; si fuerit eorum ex aliqua parte vita honesta, placuit eis manum imponi, et fieri Christianos. » Qui quidem canon Eliberitanus, ut id obiter moneam, nihil aliud esse videtur quam expositio canonis Arelatensis : quod et in aliis ejus concilii capitulis cernere licet. De eodem ritu locus est illustris apud Sulpicium Severum in *Dialogo* II *De miraculis sancti Martini*, cap. 5 : « Postremo cuncti catervatim ad genua beati viri ruere cœperunt, fideliter postulantes, ut eos faceret Christianos. Nec cunctatus, in medio, ut erat, campo, cunctos imposita universis manu catechumenos fecit. » Idem in libro I : « Nemo fere, inquit, ex immani illa multitudine fuit gentilium, qui non, impositione manus desiderata, in Dominum Jesum relicto impietatis errore crediderit. » Augustinus etiam in lib. II *De peccatorum remissione*, cap. 26 : « Non uniusmodi est sanctificatio. Nam et catechumenos secundum quemdam modum suum per signum crucis et orationem manus impositionis puto sanctificari. » Sed et Petrus Chrysologus idem scribit in sermone 52 : « Hinc est quod veniens ex gentibus, impositione manus et exorcismis ante a dæmone purgatur ; et apertionem aurium percipit, ut fidei capere possit auditum. » Sic etiam in sermone 105 : « Namque ut incurvus peccatis gentilis erigatur ad cœlum, prius a gentili per impositionem manuum nequam spiritus effugatur. » His adjungendus est Symeon Metaphrastes, qui in Actis sanctorum martyrum Indis et Domnæ ita scribit de Cyrillo episcopo : « Ille autem cum moderate divinas ei cecinisset Scripturas, et veneranda Christi cruce eam obsignasset, tunc quidem eam fecit catechumenam. » Denique Marcus in libro *De vita Porphyrii Gazensium episcopi* : « Die sequenti parentes mulieris et cognati euntes ad beatum Porphyrium, prociderunt ad ejus pedes, petentes Christi signaculum. Beatus vero cum eos signasset, et fecisset catechumenos, dimisit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent sanctæ ecclesiæ. Et paulo post cum eos catechesi instituisset, baptizavit. » Ex his patet catechumenos non aliter quam per impositionem manus olim in Ecclesia factos fuisse. Cum igitur Constantinus tunc primum manus impositionem in ecclesia accepisse dicatur, constat eum catechumenum nondum fuisse. Sed dicet aliquis : Quis credat imperatorem Constantinum ad id usque temporis catechumenum non fuisse, cum et Nicæno concilio interfuerit, et tot leges ac rescripta pro Christianis ediderit, tot ecclesias exstruxerit, gentiles ad suscipiendam fidem Christi omnibus modis incitaverit, et hæreticos ac schismaticos basilicis suis spoliaverit ? Certe omnibus Christiani hominis officiis eum perfunctum fuisse testatur Eusebius. Nam et jejuniis atque orationibus eum vacasse scribit, et Dominicos dies ac martyrum festa celebrasse ; pernoctasse etiam in vigiliis Paschæ. Hæc omnia et multo adhuc plura quæ afferri possent, Constantinum gentilem non fuisse convincunt ; sed eumdem catechumenum fuisse non arguunt. Certe in his quatuor Eusebii libris, quibus Constantini pietas et religio celebratur, nusquam legitur Constantinum in ecclesia cum reliquis catechumenis preces fecisse, nec sacramentum catechumenorum percepisse. Cumque de Helena Augusta matre imp. Constantini id diserte affirmet Eusebius, eam in ecclesia cum reliquis mulieribus constitisse ; nunquam tamen de Constantino idem ab illo dictum invenias. Quod si objicias, Constantinum Helenopoli in martyrum templo diversatum fuisse, et preces ad Deum fudisse, primum respondeo hæc in nostris codicibus non legi, ut paulo antea observavi. Deinde ecclesias ingredi licebat etiam gentilibus, excepto missarum tempore : quanto magis id licuit imperatori, qui se christianum profitebatur. Cum igitur Eusebius hic aperte doceat, Constantinum primum Helenopoli manus impositionem a sacerdotibus accepisse, plane efficitur, illum ante hoc tempus catechumenum non fuisse. Scio Athanasium in *Vita sancti Antonii*, ubi de litteris a Constantino ad Antonium scriptis loquitur, et Augustinum in epistola 162 et 166, Constantinum Christiani principis titulo affecisse. Sed responderi potest, eos hac in re vulgatam omnium opinionem ac famam secutos esse : et Constantinum palam Christianum principem appellasse, non quod Christianæ fidei sacramentis adhuc initiatus esset, sed quia Christianæ religionis cultum aperte profitebatur. Alia quoque longe gravior objectio adversus nostram sententiam afferri potest ex cap. 32 lib. I, cujus hic est titulus : Ὅπως κατηχηθεὶς Κωνσταντῖνος, etc. Ex quo colligitur, Constantinum statim post illam crucis in cœlo visionem factum esse catechumenum. Sed respondeo titulos istos non ab Eusebio compositos fuisse, sed ab recentiore aliquo, ut supra demonstratum est. Deinde κατηχηθείς ibi sumitur pro μαθητευθείς. Certe Eusebius in toto illo capite Constantinum catechumenum factum esse non dicit, sed tantum episcopos ab illo evocatos, rationem cœlestis illius visionis ei aperuisse : ipsum vero exinde lectioni sacrorum voluminum operam dedisse.

(53) *Τῶν διὰ χειροθεσίας εὐχῶν.* Sic in lib. I *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 13, εὐχάς τε διὰ χειρὸς λαβών. Ad quem locum vide quæ adnotavi. Augustinus in lib. II *De peccatorum remissione*, cap. 26, vocat orationem manus impositionis.

Digitized by Google

est, ut signum illud quod immortalitatem confert, nos quoque percipiamus; tempus est, ut salutaris signaculi participes fiamus. Equidem olim statueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipse ad exemplum nostrum, lavacrum suscepisse memoratur. Sed Deus, qui optime novit ea quæ nobis utilia sunt, hoc in loco nobis idipsum exhibere dignatur. Proinde omnis removeatur dubitatio. Nam si quidem Deus vitæ mortisque arbiter hic me diutius vitam agere voluerit, idque semel decretum est, ut in posterum una cum populo Dei permiscear, et in ecclesiam adscitus cum reliquis omnibus orationum particeps fiam; eas vivendi leges mihi præscripturum me esse spondeo, quæ sint Deo dignæ. » Hæc cum dixisset, illi solemni ritu divinas cæremonias peregerunt, injunctisque ei quæcunque necessaria erant, sacrorum **558** mysteguntur in aquam. Episcopus noster Willibaldus balneavit se ibi in Jordane. »

A σφραγῖδος, ὥρα τοῦ σωτηρίου σφραγίσματος (54) μετασχεῖν· ἐπὶ ῥείθρων Ἰορδάνου (55) ποταμοῦ τοῦτ' ἐνενόουν ποτὲ (56) ποιῆσαι, ἐφ' ὧν καὶ ὁ Σωτὴρ εἰς ἡμέτερον τύπον, τοῦ λουτροῦ μετασχεῖν μνημονεύεται· Θεὸς δ' ἄρα τὸ συμφέρον εἰδὼς, ἐντεῦθεν ἤδη τούτων ἡμᾶς ἀξιοῖ. Μὴ δὴ οὖν ἀμφιβολία τις γιγνέσθω (57). Εἰ γὰρ καὶ πάλιν ἡμᾶς ἐνταυθοῖ βιοῦν ὁ καὶ ζωῆς καὶ θανάτου Κύριος ἐθέλοι, καὶ οὕτως ἐμὲ συναγελάζεσθαι λοιπὸν τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ, καὶ ταῖς εὐχαῖς ὁμοῦ τοῖς πᾶσιν ἐκκλησιάζοντα κοινωνεῖν ἅπαξ ὥρισται (58), θεσμοὺς ἤδη βίου Θεῷ πρέποντας, ἐμαυτῷ διατετάξομαι. » Ὁ μὲν δὴ τοῦτ' ἔλεγεν· οἱ δὲ, τὰ νόμιμα τελοῦντες, θεσμοὺς ἀπεπλήρουν θείους, καὶ τῶν ἀπορρήτων μετεδίδοσαν, ὅσα χρὴ προδιαστειλάμενοι (59). Καὶ δὴ μόνος τῶν ἐξ αἰῶνος αὐ-
B τοκρατόρων Κωνσταντῖνος, Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος ἐτελειοῦτο (60), θείας τε σφραγῖδος ἀξιού-

(54) *Σωτηρίου σφραγίσματος.* Inepta prorsus hæc repetitio, cum proxime antea dixerit τῆς ἀθανατοποιοῦ σφραγῖδος. Proinde non dubito quin Eusebius scripserit σωτηρίου χαρίσματος. Sic enim baptismum veteres etiam vocabant, ut præter cæteros docet Gregorius Nazianzenus.

(55) *Ἐπὶ ῥείθρων Ἰορδάνου.* Ne quis forte Constantinum temere reprehendat, qui illic baptizari ambierit, ubi Dominus olim a Joanne fuerat baptizatus, sciendum est plerosque Christianorum idem tunc temporis ambiisse. Ita Eusebius noster in libro *De locis Hebraicis:* Βηθααβαρὰ ὅπου ἦν Ἰωάννης βαπτίζων πέραν τοῦ Ἰορδάνου· καὶ δείκνυται ὁ τόπος, ἐν ᾧ καὶ πλείους τῶν ἀδελφῶν εἰς ἔτι νῦν τὸ λουτρὸν φιλοτιμοῦνται λαμβάνειν. Quem locum ita vertit Hieronymus: BETHBAARA *trans Jordanem ubi Joannes in pœnitentiam baptizabat: unde et usque hodie plurimi de fratribus, hoc est, de numero credentium, ibi renasci cupientes, vitali gurgite baptizantur.* Et Hieronymus quidem verba Eusebii interpretatur de catechumenis, qui maximo studio ambibant, ut in Jordane baptizarentur. Verba tamen Eusebii de simplici lavacro possunt intelligi. Certe diu post Eusebii ac Hieronymi ætatem, fideles in eo ipso loco lavare soliti sunt, præcipue festo die Theophaniæ post baptismum parvulorum, ut didici ex *Itinerario* Antonini martyris, cujus hæc sunt verba: « Juxta Jordanem vero ubi baptizatus est Dominus Jesus, est tumulus cancellis circumdatus. Et in loco ubi redundat aqua de alveo suo, posita est crux lignea intus in aqua, et ex utraque parte rupes strata marmore. Et in vigilia Theophaniæ magnus ibi fit conventus populorum. Et quarta aut quinta vice, gallo canente, fiunt vigiliæ. Completis matutinis, primo diluculo surgentes procedunt ministri ad sacra mysteria celebranda sub di-
D vo, et diaconi tenentes sacerdotem. Descendit sacerdos in flumen. Et hora qua cœpit benedicere aquam, mox Jordanes cum magno rugitu post se revertitur; et stat aqua superior in se usque dum baptismus perficitur: inferior autem fugit in mare. » Et paulo post: « Baptismo autem completo descendunt omnes in fluvium pro benedictione, induti sindonibus quas sibi ad sepulturam servant. » Idem quoque traditur in *Hodœporico sancti Willibaldi* quod edidit Canisius: « Ad Jordanem, ubi Dominus fuit baptizatus, ibi nunc est ecclesia in columnis lapideis sursum elevata: et subtus ecclesiam est nunc arida terra, ubi Dominus baptizatus fuit, in ipso loco et ibi nunc baptizant. Ibi stat crux lignea in medio, et parva derivatio aquæ stat illic; et unus funiculus extensus super Jordanem hinc et inde firmatur. Tunc in solemnitate Epiphaniæ infirmi et ægroti venientes habebant se cum funiculo, et sic demer-

(56) *Ἐνενόουν ποτέ.* In codice Fuketiano legitur τοῦτ' ἐνενοοῦν ποτε ποιῆσαι, quemadmodum scriptum reperi in libro Turnebi ac Moræi.

(57) *Μὴ δὴ οὖν ἀμφιβολία τις γιγνέσθω.* Horum verborum sensus satis obscurus est. An Constantinus id voluit dicere? Cessent jam omnes dubitare de me, utrum revera Christianus sim, nemo in posterum suspicetur me verbis duntaxat, non ex intimo cordis affectu, fidem Christi amplexum fuisse. Potest etiam ἀμφιβολία hoc loco sumi pro ἀναβολή, id est, *Omnis mora, omnis amoveatur dilatio.* Qui quidem sensus magis cohæret cum præcedentibus. His enim verbis semetipsum accusat Constantinus, quod scilicet salutare lavacrum nimis
C distulerit, quodque tamdiu quasi anceps ac dubius hæserit, nec gentilium ritus ac cæremonias colens, nec Christianorum sacra suscipiens.

(58) *Ἅπαξ ὥρισται.* Horum verborum duplex sensus afferri potest; aut enim cum ὥρισται subauditur τῷ Θεῷ, quem sensum secutus est interpres hujus libri aut certe subauditur ἐμοί, quem quidem sensum veriorem puto. Certe in codice Regio post vocem ὥρισται, media distinctio ponitur. Deinde vox illa ἅπαξ, satis ostendit Constantinum de seipso loqui. Postremo si hæc de Deo intelligerentur, non dixisset Constantinus τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ, sed τῷ αὐτοῦ.

(59) *Προσδιαστειλάμενοι.* In libris Turnebi ac Moræi ad marginem emendatur προδιαστειλάμενοι, quod magis placet. Porro hoc verbum διαστέλλομαι, eo sensu frequenter accipitur in sacris libris.

(60) *Ἐτελειοῦτο.* Non possum probare versionem interpretum, qui ἐτελειοῦτο transtulerunt *initiatus est*, quasi legeretur ἐτελεῖτο. Ego vero interpretari malui *consummatus est.* Sic Cyprianus in epistola 73 ad Jubaianum, pag. 145: « Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui in ecclesia baptizantur, præpositis ecclesiæ offerantur, et per nostram orationem ac manus impositionem Spiritum sanctum consequantur, et signaculo Dominico consummentur. » Certe Græci Patres baptismum vocare solent τελείωσιν, id est perfectionem et consummationem. Sic Athanasius in oratione 3 contra Arianos? ἢ διὰ τί καὶ ἐν τῇ τελειώσει τοῦ βαπτίσματος συγκατονομάζεται τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός; et paulo post: ἢ διὰ τί τὸ πεποιημένον συναριθμεῖται τῷ ποιήσαντι εἰς τὴν τῶν τούτων τελείωσιν; Item aliquanto post τελειοῦσθαι ponit pro *baptizari:* Ὃν βαπτίζει ὁ Πατὴρ, τοῦτον ὁ Υἱὸς βαπτίζει· καὶ ὃν ὁ Υἱὸς βαπτίζει, οὗτος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τελειοῦται. Et sequente pagina baptismum iterum vocat τελείωσιν, ita scribens: Εἰς γὰρ ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ δίδοται ἡ

Digitized by Google

μενος, ἠγάλλετο τῷ πνεύματι (61), ἀνεκαινοῦτό τε καὶ φωτὸς ἐνεπίμπλατο θείου, χαίρων μὲν τῇ ψυχῇ δι' ὑπερβολὴν πίστεως, τὸ δ' ἐναργὲς καταπεπληγὼς τῆς ἐνθέου δυνάμεως. Ὡς δ' ἐπληροῦτο τὰ δέοντα, λαμπροῖς καὶ βασιλικοῖς ἀμφιάσμασι (62), φωτὸς ἐκλάμπουσι τρόπον, περιεβάλλετο, ἐπὶ λευκοτάτῃ τε στρωμνῇ διανεπαύετο, οὐκ ἔθ' ἁλουργίδος ἐπιψαῦσαι θελήσας.

A riorum participem eum fecere. Solus igitur ex omnibus qui unquam fuerunt imperatoribus Constantinus, in Christi martyriis renatus et consummatus est : et divino donatus signaculo, exsultavit spiritus, renovatusque est, ac divina luce repletus. Et animo quidem maximam capiebat voluptatem ob fidei excellentiam ; evidentissimam autem divinæ potentiæ magnitudinem attonitus mirabatur. Postquam omnia rite impleta sunt, candidis ac regiis vestibus lucis instar radiantibus est amictus, et candidissimo in lecto recubuit, nec purpuram contingere amplius voluit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΞΓ'.

Τὸ λουτρὸν λαβὼν, ὅπως ὑμνεῖ τὸν Θεόν.

Κἄπειτα τὴν φωνὴν ἀνυψώσας, εὐχαριστήριον ἀνέπεμπε τῷ Θεῷ προσευχήν· μεθ' ἣν ἐπῆγε λέγων· « Νῦν ἀληθεῖ λόγῳ μακάριον οἶδ' ἐμαυτὸν, νῦν τῆς ἀθανάτου ζωῆς πεφάνθαι ἄξιον, νῦν τοῦ θείου μετειληφέναι φωτὸς πεπίστευκα (63). » Ἀλλὰ καὶ τάλανας

CAPUT LXIII.

Quomodo post baptismum Deum laudavit.

Posthæc sublata altius voce, precabundus gratias egit Deo, et finita precatione hæc subjecit : « Nunc me revera beatum esse, nunc immortali vita dignum, nunc divinæ compotem lucis factum esse B cognosco. » Miseros quoque et infelices esse aiebat,

τελείωσις, etc. Quibus in locis P. Nannius semper vertit *initiationem*. Sed et Gregorius Naz. in oratione prima *contra Julianum*, baptismum eodem vocabulo appellat : Αἵματι μὲν οὐχ ὁσίῳ τὸ λουτρὸν ἀποῤῥύπτεται, τῇ καθ' ἡμᾶς τελειώσει τὴν τελείωσιν τοῦ μύσους ἀντιτιθείς. Denique Clemens Alexandrinus, in libro I *Pædagogi*, baptismum variis nominibus appellari scribit : interdum enim χάρισμα, interdum φώτισμα dici, modo λουτρόν. Deinde causam subjungit cur vocetur τέλειον· τέλειον, inquit, dicimus id cui nihil deest. Quid porro deest illi qui Deum novit, et qui gratiam Dei possidet, et vita jam fruitur æterna ? Ex quo ita concludit Clemens, omnes qui in Christum crediderunt, et sacro lavacro tincti sunt, jam perfectos esse : Οὕτω τὸ πιστεῦσαι μόνον καὶ ἀναγεννηθῆναι, τελείωσίς ἐστιν ἐν ζωῇ. Apud Latinos quoque perfecti christiani dicebantur, qui baptismum susceperant, tametsi manus impositionem ab episcopo non accepissent. Vetus auctor De hæreticis non rebaptizandis : « Quod hodierna quoque die non potest dubitari esse usitatum, et evenire solitum ut plerique post baptisma sine impositione manus episcopi de sæculo exeant ; et tamen pro perfectis fidelibus habentur. » Et iterum infra pag. 135 editionis Rigaltii, perfectum Christianum ponit pro fideli : imperfectum vero pro catechumeno : « Et ideo integrum ac sincerum et incontaminatum et inviolatum utrumque debet consistere confitenti, nullo delectu habito ipsius confessoris, sive ille justus, sive peccator ; perfectusque christianus, an vero etiam nunc imperfectus, qui summo discrimine suo Dominum confiteri non timuit. »

vitate concluditur. Et ideo hodie neophytorum habitus commutatur : ita tamen ut candor qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur. » Idem testatur Beda in libro *De officiis*. « Septuagesima, » inquit, « tendit ad sabbatum ante octavas Paschæ, quando hi qui in vigilia Paschæ baptizantur, alba vestimenta deponunt. » Quæ verba leguntur etiam in Ordine Romano. In vetere libro Pontificali Senonensis Ecclesiæ ante sexcentos annos descripto, exstat solemnis precatio quam faciebat episcopus super neophytis, tunc cum albas deponerent, quam hic ascribere operæ pretium putavi.

BENEDICTIO IN SABBATO QUANDO ALBAS DEPONUNT.

Deus, qui calcatis inferni legibus captivitatem nostram resoluta catenarum compage dignatus es ad libertatis præmia revocare, ipse vobis præstet ita hanc C *vitam transigere, ut in illam perpetuam ipso duce possitis intrare. Amen. Tantum præbeat vobis ferrorem catholicæ fidei, ut sancti adventus illius sitis exspectatione securi. Amen. Ut quicunque hic meruerunt purgari unda baptismi, ibi præsentari valeant pio Judici candidati. Amen.*

(61) *Ἠγάλλετο τῷ πνεύματι.* Quod plerisque in locis hujus operis accidisse jam monui, in hoc quoque admissum fuisse suspicor, ut verba transposita D fuerint. Sic igitur legendum esse existimo : ἠγάλλετο, ἀνεκαινοῦτό τε τῷ πνεύματι. Alludit enim ad illum versum notissimi psalmi L : *Cor mundum crea in me, Deus, et spiritum rectum innova in visceribus meis.* Porro ex hoc Eusebii loco colligitur Constantinum non in lecto perfusum, ut ægri solebant, sed in ecclesia baptismum percepisse. Ait enim Eusebius, τοῖς Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος. Mox scribo ex codice Fuketii et veteribus schedis φωτὸς ἐνεπίμπλατο.

(62) *Λαμπροῖς... ἀμφιάσμασι.* Notum est moris olim fuisse, ut neophyti candidis vestibus induerentur, quas octavo demum die deponebant. Zeno Veronensis in sermone 5 ad neophytos : « Primus vos qui in se credentem reprobat nullum, non aries sed agnus excepit : qui vestram nuditatem velleris sui niveo candore vestivit. » Augustinus in sermone 157 de tempore : « Paschalis solemnitas hodierna festi-

Porro neophyti octo illos a baptismo dies summa cum religione celebrabant : ita ut per eos dies, qui etiam octavæ dicebantur, nefas haberent nudo pede terram contingere, ut scribit Augustinus in epistola 119 ad Januarium. Sed et per eos dies nudo capite incedere solebant, quod erat signum libertatis. Augustinus sermone 4 in Dominica octavarum Paschæ : « Hodie octavæ dicuntur infantium : revelanda sunt capita eorum, quod est indicium libertatis. Habet enim libertatem ista spiritalis nativitas, » etc. Contra catechumeni tectis capitibus per publicum incedebant, cum typum gererent Adæ a paradiso expulsi, ut ait Junilius in lib. II, cap. 16. Quod quidem de solis competentibus intelligendum puto, qui non solum caput, verum etiam vultum velabant, ut docet Cyrillus Hierosol. in prima catechesi. Hoc autem velamen ipsis auferebatur in baptismo, vel certe octavo post baptismum die. Hoc enim potius innuunt Augustini verba paulo ante a nobis commemorata. Idem quoque confirmat Theodorus Cantuariensis episcopus in libro *Pœnitentiali* : « In monachorum ordinatione abbas debet missam cantare, et tres orationes complere super caput ejus, et septem dies velet caput ejus ; septimo die abstollat velamen. Sicut in baptismo presbyter septimo die velamen infantum tollit : ita et abbas debet monacho, quia secundus baptismus est juxta judicium Patrum ; et omnia peccata dimittuntur sicut in baptismo. »

(63) *Πεφάνθαι ἄξιον... πεπίστευκα.* Ultimam vocem addiderunt typographi Genevenses ex libris Scaligeri et Bongarsii ; quam etiam in Moræi libro

Digitized by Google

qui tantis bonis privarentur. Cumque tribuni ac duces militarium copiarum introgressi, vicem suam dolerent quod orbos ipsos relinqueret, et longiorem ipsi vitam comprecarentur, his etiam respondens, nunc demum veram se vitam adeptum esse dixit, seque unum optime nosse, quantorum bonorum particeps factus fuisset. Proinde properare se, et profectionem ad Deum suum nulla tergiversatione differre. Singula deinde pro arbitrio suo disposuit: ac Romanis quidem regiam urbem incolentibus annua quædam munera legavit, suis autem liberis imperium velut paternam hæreditatem reliquit, cuncta prout ipsi videbatur, constituens.

CAPUT LXIV.

Constantini mors die festo Pentecostes, circa meridiem.

Porro hæc omnia gerebantur in maxima illa solemnitate venerandæ et sacratissimæ Pentecostes, quæ septenario hebdomadum numero decorata, unitate obsignatur. In qua et communis Servatoris ascensum in cœlos, et sancti Spiritus in terras descensum contigisse sacræ Litteræ testantur. In ea igitur solemnitate imperator hæc quæ diximus **559** consecutus, ultima tandem die, quam si quis omnium festivitatum maximam vocet, haudquaquam meo judicio aberraverit, circa meridiem migravit ad Dominum, mortalibus quidem partem sui mortalem relinquens, eam vero animæ partem quæ intelligentia et amore Dei prædita erat, Deo suo conjungens. Hic Constantino exitus vitæ fuit. Sed pergamus ad reliqua.

CAPUT LXV.

Audi ergo, castitatis ac virginitatis compos nauclere; tuque infirmæ ac rudis ætatis nutrix Ecclesia, cui veritas et clementia curæ est: ex cujus perenni fonte salutaris defluit rivus. Vos quoque qui sincere Deum colitis, eamque ob causam illi curæ estis, faventes audite, nec tam ad verba ipsa, quam ad rerum quæ dicuntur veritatem, animum intendite; nec me dicentem, sed devotionis religiosum officium spectate. Quæ enim gratia et utilitas fuerit orationis, nisi dicentis animus antea fuerit exploratus? Magna quidem fortasse præsumo. Verum insitus mihi erga Deum amor, audaciæ causa est; quippe qui vim affert pudori. Proinde vos qui divinorum mysteriorum scientia præ cæteris instructi estis, auxilio mihi adesse velim; ut si quid forte in dicendo peccare contigerit, ipsi mea sectantes vestigia corrigatis, nec consummatam quamdam doctrinam a me exspectetis, sed potius fidei meæ conatum benigne approbetis. Cæterum Patris **569** ac Filii singulare auxilium nobis in præsentia adspiret, ea dicentibus quæ jusserit ac menti nostræ suggesserit. Si quis enim aut rhetoricam aut aliam quamcunque artem professus, sperat se absque ope divini Numinis opus suum cumulate posse perficere, is cum eo quod suscepit opere rudis atque imperfectus deprehenditur. Quibus vero divini Numinis semel adspiravit auxilium, ii neutiquam cessare ac torpere debent. Proinde longioris procœmii veniam a vobis deprecati, caput ac summam instituti nostri aggredi tentabimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅτι καὶ τοῦ Λόγου Πατὴρ ὁ Θεὸς, καὶ τῆς κτίσεως ὁ αὐτὸς δημιουργός· καὶ οὐκ ἂν ἠδύνατο συνεστάναι τὰ ὄντα, εἰ διάφορα ἦν αὐτῶν τὰ αἴτια.

Ἀγαθὸν οὗ πάντα ἐφίεται, ὁ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν (98) Θεὸς ὢν ἀεὶ, γένεσιν οὐκ ἔχει, οὐκοῦν οὐδ' ἀρχήν, τῶν δ' ἐν γενέσει πάντων αὐτὸς ἀρχή. Ὁ δὲ ἐξ ἐκείνου ἔχων τὴν ἀναφορὰν, εἰς ἐκεῖνον ἐνοῦται

CAPUT III.

Quod Deus Pater est Verbi, et omnium rerum opifex: et quod nullo modo res possent consistere, si diversæ essent earum causæ.

Bonum illud quod omnia appetunt, cum suapte natura semper Deus sit, ortum non habet, ac proinde nec principium. Ipse vero omnium quæ gignuntur, principium est. Qui autem ex ipso processit, rursus

(94) *Ναύκληρε*. Sic episcopum vocat Constantinus, translatione non minus eleganti, quam cum pastores dicuntur. Cumque Ecclesia navi comparari soleat, recte navicularii dicuntur episcopi qui eam regunt, et qui apostolorum successores sunt, quos Christus ex piscatoribus gubernatores Ecclesiæ fecit. Porro castitate ac virginitate præditum vocat, quia ejusmodi erant Christianorum sacerdotes, ἀγνοὶ καὶ παρθενίαι.

(95) *Σωτήριον νᾶμα*. Codex Fuk. et schedæ Regiæ cum Turnebi libro scriptum habent πόμα. Mox ubi legitur προσέχοντες τὸν νοῦν, codex Fuk. scribit προσέχεται τοίνυν.

(96) Vulg. *ἅπερ ἂν αὐτῷ φράσει*. Scribendum est αὕτη, supple ἡ ἐπίπνοια τοῦ Πατρός, quemadmodum legit Christophorsonus; certe in codice Fuk. scribitur, φθεγγομένοις ταῦτα, ἅπερ ἂν αὐτὴ φράσοι, καὶ διανοίᾳ προσάψοι.

(97) *Τὸ μῆκος τῆς ἀναβολῆς παραιτησάμενοι*. Et hanc et præcedentem periodum pessime interpretatus est Christophorsonus. Putavit enim ἀναβολὴν hic significare *moram ac dilationem*, cum tamen ἀναβολὴ hoc loco significaret *procœmium*. Excusat enim se Constantinus, quod longiori usus sit procœmio. Ἀναβολὴ proprie est exordium cantici quod chorus præcinere solebat. Aristophanes in *Irene*, pag. 685, de dithyrambicis, Ξυνελέγοντ' ἀναβολὰς πετόμεναι, ubi scholiastes notat: τὰς ἀρχὰς τῶν ᾀσμάτων, et versum Homeri citat. Isocrates in *Panathenaico*: Ἃ μὲν οὖν ἠβουλήθην καὶ περὶ ἐμαυτοῦ, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ὥσπερ χορὸς πρὸ τοῦ ἀγῶνος προαναβάλλεσθαι, ταῦτά ἐστιν. A cantoribus igitur ad oratores postea translatum est id vocabulum; et ἀναβάλλεσθαι dixerunt pro προοιμιάζεσθαι, ut testatur Hesychius. Ulpianus in orationem Demosthenis de Chersoneso: Ἀναβαλόμενος δὲ δι' ἑνὸς λάμβδα, ἀντὶ τοῦ προοιμιασάμενος· καὶ ἀναβολὰς, προοίμια. Sic Aristophanes in *Irene*, pagina 717, προαναβάλῃται et ἀναβαλοῦ eodem sensu dixit. Porro ex hoc loco apparet, procœmium hujus orationis ad hæc usque verba protendi.

(98) Vulg. *οὔπερ τὴν οὐσίαν*. Legend. puto ὁ ὑπὲρ τὴν οὐσίαν Θεός. Nam summum bonum nihil aliud est quam summus Deus. Sic infra, capite nono, Πρῶτον μὲν Θεὸν ὑφηγήσατο τὸν ὑπὲρ τὴν οὐσίαν. In codd. Fuk. et Savilii scribitur ὅπερ male.

Digitized by Google

cum ipso conjungitur atque unitur : quippe cum disjunctio atque conjunctio non locorum spatiis, sed intellectu duntaxat in illo perficiatur. Neque enim ullo paternorum viscerum damno fetus ille constitit, sicut ea quæ ex semine nascuntur : sed divinæ Providentiæ dispositione editus est Servator, qui huic aspectabili mundo, et cunctis quæ in eo fabricatæ sunt rebus atque operibus præsideret. Omnibus igitur quæ mundi complexu continentur, subsistendi ac vivendi hinc suppetit causa. Hinc anima, hinc sensus omnis, et facultates quibus ea quæ a sensibus significata sunt, consummantur. Quidnam igitur hæc concludit oratio? Unum scilicet esse omnium præsidem, cunctaque ejus unius dominio subjacere, tam cœlestia quam terrena, naturalia quoque et organica corpora. Nam si harum rerum, quæ innumerabiles sunt, dominium non penes unum, sed penes multos resideret, sortitio ac divisio elementorum, ut est in veteribus fabulis, invidia ac plus habendi cupiditas, omni virium nisu superare contendens, consonam omnium rerum concordiam perturbaret; singulis videlicet eam quam sortiti essent portionem, diversa ratione administrantibus. Verum ex eo quod universus hic mundus uno semper eodemque modo se habet, satis convincitur non sine Providentia id geri, nec fortuito casu id contigisse. Quis vero **570** universæ materiæ opificem unquam agnovisset? Cuinam primo, cuinam postremo allegandæ essent preces et supplicationes? Qui fieri posset ut unum eorum colere aggressus, in reliquos impius non essem? An si forte quidpiam ad vitam hanc necessarium postulavero, ei quidem Deo qui mihi opem tulerit, gratias acturus sum : illi vero qui mihi adversatus fuerit,

A πάλιν, ἐκείνῳ τῆς διαστάσεως συγκρίσεώς τε οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ νοερῶς γινομένης· οὐ γὰρ ζημίᾳ τινὶ τῶν πατρῴων σπλάγχνων συνέστη τὸ γεννηθέν, ὥσπερ ἀμέλει τὰ ἐκ σπερμάτων, ἀλλὰ διατάξει Προνοίας, ἐπιστάτην Σωτῆρα τῷ τε αἰσθητῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν αὐτῷ μηχανωμένοις ἐξέφηνε. Τοιγάρτοι πᾶσιν ὅσα περιείληπται ὑπὸ τοῦ κόσμου, ἡ αἰτία τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἐκεῖθεν· ἐκεῖθεν δὲ καὶ ψυχὴ, καὶ πᾶσα αἴσθησις, καὶ τὰ ὄργανα, δι' ὧν τὰ σημαινόμενα ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων ἀποτελεῖται. Τί οὖν δηλοῖ ὁ λόγος; Τῶν ὄντων ἁπάντων ἕνα εἶναι προστάτην, καὶ πάνθ' ὅσα ὑποτετάχθαι τῇ ἐκείνου δεσποτείᾳ μόνου, τά τ' οὐράνια, τά τ' ἐπίγεια, καὶ τὰ φυσικὰ καὶ ὀργανικὰ σώματα (99). Εἰ γὰρ ἡ τούτων, ἀναριθμήτων ὄντων, κυρεία οὐχ ἑνὸς, ἀλλὰ πολλῶν οὖσα ἐτύγχανε, κλῆροι (1) ἂν καὶ B στοιχείων διανεμήσεις, καὶ μῦθοι παλαιοὶ, καὶ φθόνος, καὶ πλεονεξία κατὰ δύναμιν κατακρατήσαντα, τὴν ἐναρμόνιον τῶν πάντων ὁμόνοιαν διεσάλευε, πολλῶν διαφόρως τὴν λελογχυῖαν ἑκάστῳ μοῖραν διοικονομουμένων (2). Τὸ δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτά τε καὶ ὡσαύτως ἔχειν τὸν σύμπαντα κόσμον, οὐκ ἀμελῶς ἔχειν (3), οὐδ' ἀπὸ ταὐτομάτου γεγενῆσθαι τοῦτον παρίστησι. Τίς δ' ἂν ἔγνω τὸν συμπάσης γενέσεως δημιουργόν; Εὐχαὶ δὲ καὶ λιτανεῖαι, πρὸς τίνα πρῶτον, ἢ τελευταῖον; τίνα δὲ θεραπεύων ἐξ αἱρέσεως (4), οὐκ ἂν περὶ τοὺς λοιποὺς ἡσέβησα; Ἢ τάχα δ' ἂν καὶ δεόμενος τῶν βιωτικῶν τινος, τῷ μὲν συναραμένῳ χάριν ἔγνων, τῷ δ' ἀντιπράξαντι ἐμεμψάμην· τίνι δὲ προσευξάμενος τὴν αἰτίαν τῆς περιστάσεως γνῶναι, τῆς τ' ἀπαλλαγῆς τυχεῖν ἠξίουν; Θῶμεν δὴ λογίας καὶ χρησμοῖς ἡμῖν ἀποκεκρίσθαι, μὴ εἶναι δὲ τῆς C ἑαυτῶν ἐξουσίας (5), ἄλλῳ δὲ ταῦτα ἀνήκειν θεῷ· τίς οὖν ἔλεος; Ποία δὲ Θεοῦ εἰς ἄνθρωπον πρόνοια; Εἰ μὴ ἄρα βιαίως ὁ φιλανθρωπότερος πρὸς τὸν μηδεμίαν ἔχοντα σχέσιν διατεθεὶς, ἐπεκούρησεν. Ὀργὴ δὲ καὶ

(99) *Ὀργανικὰ σώματα.* Christophorsonus *artificialia* interpretatus est, quæ scilicet aliquo instrumento efficiuntur, non autem a natura generantur, in quo tamen ei non assentior. Nam cum in hac tota oratione philosophetur Constantinus; hoc etiam in loco naturalia et organica corpora dixit more philosophorum, quæ organis seu instrumentis ad operandum idoneis prædita sunt. Ita Aristoteles loquitur, cum animam definit actum corporis organici. Plus autem est organicum quam naturale. Sunt enim quædam corpora naturalia quæ organis carent, ut exempli gratia lapides et cætera id genus.

(1) *Κλῆροι.* Alludit ad divisionem mundi inter Jovem, Neptunum ac Plutonem fratres, quam Græcorum theologi fabulati sunt.

(2) *Διοικονομουμένων.* In codice Fuketii scribitur διοικουμένων.

(3) *Οὐκ ἀμελῶς ἔχειν.* Negativam particulam addiderunt viri docti, ex conjectura, ut opinor, ut et verba quæ proxime sequuntur : οὐδ' ἀπὸ ταὐτομάτου γεγενῆσθαι τοῦτον παρίστησι. Quæ omnia nec in codice Regio nec in veteribus schedis, nec in editione Roberti Stephani leguntur : nec ullo modo cohærent cum præcedentibus. Neque enim de Providentia nunc agit Constantinus, sed id tantum adstruit, unum esse omnium rerum principium; quod ita probat : Si plures essent dii, singuli suas partes regerent : ut autem mundus universus uno semper eodemque ordine se haberet, parum solliciti essent. Atqui contrarium videmus : plures ergo non sunt dii. Hoc primum est Constantini argumentum adversus gentilium theologiam. Lego igitur, τοῦ δὲ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτά τε καὶ ὡσαύτως ἔχειν τὸν σύμπαντα κόσμον, ἀμελῶς ἐχόντων. Ita sensus est apertissimus. Verum cum in codd. Fuketii et in Savilii ac Turnebi libris ea ipsa quæ supra posui verba reperiantur, nihil opus est emendatione nostra.

(4) *Θεραπεύων ἐξ αἱρέσεως*, id est, *pro arbitratu.* D Posset etiam legi ἐξαιρέτως.

(5) *Μὴ εἶναι δὲ τῆς ἑαυτῶν ἐξουσίας.* Hic locus valde obscurus mihi videtur. Christophorsonus quidem ita vertit, *Fac responsa nobis per oracula dari : ista tamen fieri non propria ac sua vi, sed ad Deum aliquem pertinere.* Sed quid hæc sibi velint, equidem non video. Ego vero cunctis attentius examinatis, verum hujus loci sensum tandem deprehendi. Ait igitur Constantinus : Si plures dii sint, cum ego in calamitatem incidero, quem eorum adibo, ut causam mali doceat, neque eo liberet. Ponamus, inquit, Apollinem verbi gratia mihi respondisse non esse in sua potestate ut me liberet, sed ad alium deum id pertinere. Quid hoc sensu manifestius? Scribendum igitur, ἄλλῳ δὲ ταῦτα ἀνήκειν θεῷ. Multa ejusmodi oracula in Græcorum leguntur historiis, ubi Apollo consulentibus respondet placandum ipsis Bacchum aut Saturnum, si malo liberari velint.

Digitized by Google

στάσις, καὶ ὄνειδος, ὡς μὴ ἰδιοπραγούντων μηδ' ἀκουμένων τοῖς ἐπιβάλλουσι διὰ πλεονεξίαν, καὶ τὸ τελευταῖον ἡ πάντων σύγχυσις ἐπηκολούθησεν ἄν· Τί οὖν τὰ μετὰ ταῦτα ; Δῆλον ὡς ἡ τῶν οὐρανίων στάσις τὰ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐπίγεια διελυμήνατο, ἀφανισθείσης μὲν τῆς τῶν ὡρῶν διατάξεως, καιρῶν τε μεταβολῆς, καὶ τῆς κατὰ τοὺς καιροὺς τῶν φυομένων καρπῶν ἀπολαύσεως, ἀφανισθείσης δὲ ἡμέρας καὶ τῆς διαδεχομένης αὐτὴν νυκτερινῆς ἀναπαύσεως. Καὶ τούτων μὲν ἅλις· πάλιν δ' ἐπὶ τὸν ἀνεξέλεγκτον ἐπανήκομεν λόγον.

A conviciaturus? Quem vero obsecraturus sum, ut mihi calamitatis causam aperiat, neque ea liberet? Ponamus per oracula ac vaticinia nobis datum esse responsum : hæc vero non esse sita in ipsorum potestate, sed ad alium deum pertinere. Quæ igitur misericordia, quæ Dei erga hominem providentia? Nisi forte aliquis ex illis paulo humanior, adversus alterum qui nulla erga homines benevolentia affectus est, violentius commotus opem tulerit. Iræ porro et simultates et convicia, omnium denique rerum perturbatio, ex eo sequerentur : dum suas quisque partes minime ageret, et præ cupiditate suis rebus non contentus, alienas invaderet. Quid postea? Certe hæc cœlestium discordia inferioribus ac terrenis rebus perniciem allatura esset, tempestatum ordine ac vicissitudine, et fructuum qui singulis anni temporibus provenire solent, utilitate penitus sublata, sublata etiam die, et quæ diem excipit nocturna quiete. Sed de his satis. Redeamus nunc ad eas rationes quæ refutari nullatenus possunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῆς κατὰ τὰ εἴδωλα πλάνης.

Πᾶν τὸ ἀρχὴν ἔχον, καὶ τέλος ἔχει· ἡ δὲ κατὰ χρόνον ἀρχὴ, γένεσις καλεῖται· τὰ δ' ἐκ γενέσεως, φθαρτὰ πάντα· μορφὴν δὲ χρόνος ἀμαυροῖ. Πῶς οὖν ἂν οἱ ἐκ γενέσεως φθαρτῆς, εἶεν ἀθάνατοι; Δόξα δὲ τῶν ἀλογίστων δήμων τοιαύτη τις διαπεφοίτηκεν, ὡς παρὰ τοῖς θεοῖς γάμοι, παιδοσποριαί τε ἐνομίσθησαν. Εἰ δ' ἀθάνατοι οἱ γεννώμενοι, γεννῶνται δ' ἀεὶ, πλημμυρεῖν ἀνάγκη [αὐτῶν] τὸ γένος (6). Προσθήκης δ' ἐπιγενομένης, τίς οὖν οὐρανὸς (7), ποία δὲ γῆ, τοσοῦτον σμῆνος ἐπιγιγνόμενον θεῶν ἐχώρησε; Τί δ' ἂν εἴποι τις περὶ ἀνδρῶν, οὐρανίους ἀδελφοὺς εἰς γάμου κοινωνίαν συναπτόντων, μοιχείας τε καὶ ἀκολασίας ἐγκαλούντων; Λέγομεν δὴ τεθαρρηκότως, καὶ τὰς τιμὰς αὐτὰς, τά τε παρ' ἀνθρώπων εἰς αὐτοὺς γέρα, ὕβρεσι καὶ ἀσελγείαις μεμίχθαι. Ἤδη γάρ τις (8) ἐν λόγοις ἐξετασθείς, ἀγαλματοποιός τε μορφήν τινα διανοίᾳ προσλαβὼν, ἔντεχνον τεκμαίρεται παιδείαν· καὶ μεταξὺ οἷα δὴ λήθης ἐμπεσούσης, τὸ ἴδιον πλάσμα κολακεύει, σέβων ὡς θεὸν ἀθάνατον, ὁμολογῶν ἑαυτὸν τὸν πατέρα (9) καὶ δημιουργὸν τοῦ ἀγάλματος θνητὸν εἶναι. Τῶν δ' ἀφθάρτων ἐκείνων τάφους τε καὶ θήκας ἐπιδεικνύουσιν αὐτοὶ, κατοιχομένους τε τιμαῖς θανάτοις γεραίρουσιν, ἀγνοοῦντες τὸ ἀληθῶς μακάριον καὶ ἄφθαρτον, ἀνενδεὲς ὑπάρχον τῆς παρὰ τῶν φθαρτῶν ἐπιτιμίας. Τῷ γάρ τοι νῷ θεατὸν, καὶ διανοίᾳ περιληπτὸν, οὔτε μορφὴν ἐπιποθεῖ δι' ἧς γνωρισθείη, οὔτε σχήματος ἀνέχεται, ὡς ἂν εἰκόνος ἢ τύπου. Ταῦτα δὲ πάντα γίγνεται πρὸς χάριν τῶν κατοιχομένων· ἄνθρωποι γὰρ ἦσαν ἡνίκα ἔζων, σώματος μέτοχοι ὄντες.

B

CAPUT IV.

De errore eorum qui simulacra venerantur.

Quidquid principium habuit, finem quoque habeat necesse est. Porro temporale principium generatio appellatur. Quæ vero ex generatione oriuntur, omnia sunt corruptioni obnoxia. Ad hæc formam ipsam ac speciem delet temporis longinquitas. Quonam igitur modo qui ex corruptibili generatione orti sunt, immortales esse possent? Cæterum hujusmodi quædam imperitæ multitudinis opinio invaluit, apud superos nuptias fieri solere, et liberos procreari. Quod si qui gignuntur, immortales sunt, semperque gignuntur novi, genus illud exuberet necesse est. Hac autem accessione facta, quod tandem cœlum, quæ terra, tantum deorum examen superveniens capere possit? Quid autem dicemus de iis hominibus qui fratres deos cum sororibus deabus matrimonii fœdere conjungunt, et adulteria atque obscenitates iisdem objiciunt? Illud quoque fidenter **571** asserimus, honores et cultum qui ipsis ab hominibus tribuitur, impudicitia ac libidine plenum esse. Enimvero peritissimus aliquis statuarius, postquam formam futuri operis prius mente complexus est, opus ex præceptis artis excudit : ac paulo post, velut sui oblitus, proprio operi blanditur, idque pro immortali deo colit : cum tamen ipse statuæ illius parens atque artifex, se mortalem esse fateatur. Illorum porro immortalium sepulcra et arcas ipsimet ostendunt, et mortuos divinis honoribus afficiunt : ignorantes scilicet, id quod revera beatum et immortale est, iis quos mortales tribuunt honoribus non indigere. Nam quod sola intelligentia cerni et cogitatione comprehendi potest, nec formam qua dignoscatur requirit, nec figuram admittit tanquam imaginem et similitudinem. Verum hæc omnia mortuorum causa fiunt. Revera enim homines fuerunt corporibus præditi dum viverent.

C

D

(6) *Ἀνάγκη τὸ γένος.* In codice Fuk. post primam vocem lacuna est unius vocabuli capax. Scribo igitur πλημμυρεῖν ἀνάγκη αὐτῶν τὸ γένος.

(7) *Τίς οὖν οὐρανός.* Scribendum est τίς ἂν οὐρανός, ut in libro Moræi ad marginem emendatum inveni. In codice Fuket. legitur τίς οὐρανός absque conjunctione.

(8) *Ἤδη γάρ τις.* Malim legere ἤδη γοῦν τις, etc. Paulo post, ubi legitur διανοίᾳ προσλαβών, in libro Moræi ad marginem emendatur προλαβών, perinde ac in Gruteri libro.

(9) Vulg. *ἑαυτὸν πατέρα.* Rectius in codice Fuk. scribitur ἑαυτὸν τὸν πατέρα καὶ δημιουργόν, etc.

Digitized by Google

CAPUT V.

Quod Christus Filius Dei cuncta condidit, et certum vitæ spatium singulis constituit.

Sed cur, verum Deum laudaturus, impuris verbis linguam polluo. Prius igitur amaram illam potionem pura obducta potione diluere constitui. Purus autem potus hauritur ex perenni fonte virtutum illius quem celebramus Dei. Equidem mei privati officii esse duco, Christum tum vitæ sanctimonia, tum gratiarum actione, quæ pro multis et maximis beneficiis ei a nobis debetur, prædicare. Hunc ergo hujus universi constituisse principia, et hominum creationem certa lege ac ratione dimensum excogitasse dico. Et illos quidem recens in lucem editos, statim in beatum quemdam locum, et floribus omnique fructuum copia refertum transtulit; et boni malique imperitos initio esse voluit. Tandem vero convenientem animalibus rationem præditis sedem in terra constituit; ac tunc demum bonorum malorumque notitiam iisdem utpote ratione præditis aperuit. Tunc etiam humanum genus jussit augeri: totumque illud spatium, quod salubre et morborum expers Oceani ambitu terminatur, habitari cœptum. Cum autem humanum genus ita cresceret, artes ad hujus vitæ usum necessariæ repertæ sunt. Sed et bruta **572** animalia perinde crevere, cum in unoquoque genere propria quædam vis ac virtus a natura insita deprehenderetur: in mansuetis quidem

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ὅτι Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ πάντα ἐδημιούργησε, καὶ τοῦ εἶναι τὸ ποσὸν ἑκάστῳ διωρίσατο.

Τί δὴ χραίνω τὴν γλῶτταν λόγοις μεμιασμένοις, μέλλων ὑμνεῖν τὸν ὄντως Θεόν; Βούλομαι δὴ πρότερον ἀγνῷ πόματι ὥσπερ ἁλμυρὸν ἀποκλύσασθαι πόμα· τὸ δ' ἀγνὸν πόμα χεῖται διὰ πηγῆς ἀεννάου τῶν ἀρετῶν τοῦ ὑμνουμένου πρὸς ἡμῶν Θεοῦ· ἐμόν τ' ἴδιον ἔργον, τὸν Χριστὸν ὑμνεῖν διὰ βίου, καὶ τῆς ὀφειλομένης ἡμῖν πρὸς αὐτὸν ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγίστων εὐεργεσιῶν εὐχαριστίας. Φημὶ δὴ τοῦτον τὰς ἀρχὰς στηρίξαι τοῦδε τοῦ παντὸς, ὑπόθεσίν τε ἀνθρώπων ἀνευρεῖν, τὸν καὶ ταῦτα λόγῳ νομοθετήσαντα (10)· καὶ παραχρῆμα μὲν εἰς μακάριόν τινα καὶ εὐανθῆ (11), καρποῖς τε διαφόροις βρίθοντα (12) χῶρον ἀποικίσαι τοὺς νεωστὶ τεχθέντας, ἀδαεῖς τ' αὐτοὺς κατ' ἀρχὰς ἀγαθῶν καὶ κακῶν εἶναι θελῆσαι, τέλος δ' ἀπονεῖμαι μόνην λογικῷ ζώῳ πρέπουσαν τὴν ἐπὶ γῆς ἕδραν, καὶ τότ' ἤδη οἷα δὴ ζώοις λογικοῖς, ἀναπετάσαι τὴν τῶν ἀγαθῶν τε καὶ κακῶν γνῶσιν. Τότε δὲ καὶ τὸ γένος αὔξειν ἐκέλευσεν, ὅσον ποτὲ ἄνοσον (13) ὑπὸ τῆς τοῦ Ὠκεανοῦ περινοστήσεως διοριζόμενον ᾠκεῖτο. Πληθύοντος δ' οὕτω τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, τέχναι τε τῷ βίῳ χρησιμεύουσαι (14) ἀνηυρίσκοντο, πληθύει δ' οὐδὲν ἧττον καὶ ἡ τῶν ἀλόγων ζώων γενεὰ ἐφ' ἑκάστου γένους, ἐξαιρέτου τινὸς φυσικῆς δυνάμεως εὑρισκομένης· ἡμέρων ζώων, τὸ πᾶσαν καὶ ἐπιπειθὲς ἀνθρώπῳ, ἀγρίων δὲ βώμη καὶ ταχυ-

(10) *Τὸν καὶ ταῦτα λόγῳ νομοθετήσαντα.* Tres priores voces a viris doctis ex mss. codicibus additæ sunt. Tamen nec in codice Regio, nec in veteribus schedis leguntur. Post verbum autem νομοθετήσαντα punctum apposui ex fide codd. Regii et Fuk. et ex veteribus schedis. Quod cum non animadvertisset Christophorsonus, hanc periodum cum sequenti connexuit. Hic autem est sensus hujus loci: Aio, inquit, et hominem et reliqua quæ in mundo sunt, opificium esse illius qui hæc omnia ratione constituit, id est summi Dei. Scribendum est igitur φημὶ δὴ τοῦτον τὰς ἀρχάς, etc., ut est in libro Savilii, atque legisse videtur Christophorsonus. Deinde lego τὸν καὶ ταῦτα λόγῳ νομοθετήσαντα, certissima emendatione. In Fuk. codice legitur: καὶ τὸν λόγῳ ταῦτα νομ. Idem igitur est λόγῳ νομοθετήσαντα, quod infra dicit λόγῳ διατάξαντα.

(11) *Εἰς μακάριόν τινα καὶ εὐανθῆ.* Hoc loco videtur Constantinus paradisum illum in quo Adamum Deus collocavit, extra terram ponere. In qua opinione fuerunt plerique veterum. Stephanus Gobarus, in capite 11, hoc problema tractaverat: Ὡς ὁ παράδεισος οὔτε ἐν τῷ οὐρανῷ, οὔτε ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ τούτων μεταξύ. Et capitis 12 hic erat titulus: Quod paradisus est superna Jerusalem, et in tertio cœlo: et quod arbores quæ illic sunt, intellectu et scientia sunt præditæ: et quod Adamus post transgressionem illinc in terram dejectus est. Deinde assertio contraria, paradisum non esse in tertio cœlo, sed in terra. Certe Tatianus in *Oratione contra Græcos*, paradisum in quo Adamus a Deo collocatus est, non in hac quam incolimus terra fuisse dicit, sed in alio multo præstantiore. Verba ejus hæc sunt, quæ procul dubio adduxerat Stephanus Gobarus ad illius sententiæ confirmationem: Μετῳκίσθησαν οἱ δαίμονες, ἐξωρίσθησαν οἱ πρωτόπλαστοι· καὶ οἱ μὲν ἀπ' οὐρανοῦ κατεβλήθησαν· οἱ δὲ ἀπὸ γῆς μὲν, ἀλλ' οὐκ ἐκ ταύτης, κρείττονος δὲ τῆς ἐνταυθοῖ διακοσμήσεως. Sed et Tertullianus idem sensisse videtur. Sic enim scribit de Adamo in libro *De patientia*: « Innocens erat, et Deo de proximo amicus, et paradisi colonus. At ubi semel succidit impatientiæ, desivit Deo sapere; desivit cœlestia sustinere posse. Exinde homo terræ datus, et ab oculis Dei dejectus, » etc. Idem elici potest ex lib. ejus II *Adversus Marcionem*, cap. 2 et 10, ubi eadem metaphora utitur qua Tatianus: « Quid mirum si redhibitus materiæ suæ, et in ergastulum terræ laborandæ relegatus, ἐξορισθείς? » Quod si liber ille quem de paradiso Tertullianus scripserat, hodie exstaret, hanc ejus fuisse sententiam quam dixi, apertius cognoscere liceret. Denique Clemens Alexandrinus in *Excerptis* Theodoti, seu in libris Ὑποτυπώσεων, pag. 341, editionis Commelini, paradisum terrestrem in quo Eva facta est, in quarto cœlo collocat: Ὅθεν ἐν τῷ παραδείσῳ τῷ τετάρτῳ οὐρανῷ δημιουργεῖται, etc. Origenes vero paradisum cujus incola fuit Adamus, in tertio cœlo collocaverat, ut docet Methodius in libro *De resurrectione* apud Epiphanium, pag. 572. Et ante hos omnes Valentinus paradisum in quo Adam diversatus est, supra tertium cœlum posuerat, et intellectualem esse affirmaverat teste Irenæo in lib. I.

(12) Vulg. *καρπῶν τε διαφόρων βρίθοντα.* Grammaticæ leges postulant ut scribamus καρποῖς τε διαφόροις. Atque ita scribitur in codice Fuk.

(13) *Ὅσον ποτὲ ἄνοσον.* Scribendum videtur, ὅσον τε ἄνοσον ὑπὸ τῆς Ὠκεανοῦ περινοστήσεως διοριζόμενον οἰκῆσαι. Scribi etiam posset hoc modo: τοιγαροῦν ὅσον ποτὲ τὸ ἄνοσον, etc., absque ulla mutatione.

(14) *Χρησιμεύουσαι.* Post hanc vocem viri docti addiderunt hæc verba καὶ ἐπιστῆμαι, quæ etiam in libro Moræi ad marginem ascripta reperi. Desunt tamen non solum in codice Reg. et in schedis, sed etiam in codd. Fuketii et Savilii.

Digitized by Google

τῆς καὶ τῆς ἐκ τῶν κινδύνων σωτηρίας φυσικὴ τις πρόνοια. Καὶ πάντων μὲν ἡμέρων κηδεμονίαν τινὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐπέταξε, πρὸς δὲ τὰ ἄγρια ἀμιλλάν τινα νομοθετήσας· μετὰ δὲ ταῦτα τὴν τῶν πετεινῶν γενεὰν συνεστήσατο, πολλὴν μὲν ἀριθμῷ, φύσει δὲ καὶ ἔθεσι διάφορον, ἐκπρεπῆ μὲν χρωμάτων ποικιλίᾳ, μουσικῆς δ' ἁρμονίας ἐμφύτου μέτοχον (15)· ἄλλα τε πάντα ὅσα κόσμος περιλαβὼν συνέχει, διευκρινησάμενος, καὶ τούτοις πᾶσιν εἱμαρμένον τοῦ βίου θεσμὸν ὁρίσας, τὴν τελειοτάτην τῶν ὅλων συμπλήρωσιν κατεκόσμησεν.

A mite ingenium et obsequens homini : in feris vero robur ac velocitas, et naturalis quædam providentia qua se ex periculis eripiant. Ac mansuetorum quidem animalium omnium curam ac tutelam Deus hominibus attribuit : adversus feras veluti certamen quoddam instituit. Posthæc avium genus formavit, numero quidem copiosum, natura vero ac specie multiplex, insigni colorum varietate, et naturali quadam musicæ scientia præditum. Cætera item quæ totius mundi ambitu continentur, cum pulcherrime distinxisset, cunctisque fatalem vitæ terminum definiisset, universi fabricam omnibus ornamentis decoratam absolvit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

Περὶ τῆς εἱμαρμένης, ὅτι ψευδὴς ὁ περὶ αὐτῆς λόγος δείκνυται, ἔκ τε τῶν παρὰ ἀνθρώποις νόμων καὶ τῶν κατὰ τὴν κτίσιν· ἄτινα οὐκ ἀτάκτως, ἀλλὰ κατὰ τάξιν κινεῖται, τοῦ Δημιουργοῦ τὸν ὅρον διὰ τῆς τάξεως ἐπιδεικνύμενα.

B

Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἄφρονες ὄντες, τῆς τῶν πάντων διακοσμήσεως τὴν φύσιν αἰτιῶνται· οἱ δέ τινες αὐτῶν τὴν εἱμαρμένην, ἢ τὸ αὐτόματον, τὴν τούτων ἐξουσίαν (16) τῇ εἱμαρμένῃ λογιζόμενοι. Οὐδὲ συνιᾶσιν ὅταν τὴν εἱμαρμένην προσαγορεύουσιν, ὄνομα μὲν φθεγγόμενοι, πρᾶξιν δὲ οὐδεμίαν, οὐδ' ὑποκειμένην τινὰ δηλοῦντες οὐσίαν. Τίς γὰρ ἂν εἴη αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ἡ εἱμαρμένη, τῆς φύσεως γεννησάσης τὰ πάντα; Ἢ τί ἂν ἡ φύσις (17) νομίζοιτο, εἴπερ ὁ τῆς εἱμαρμένης θεσμὸς ἀπαράβατος ὑπάρχει; Ἀλλὰ καὶ τὸ λέγειν εἱμαρμένον τινὰ θεσμὸν εἶναι, δηλοῖ ὅτι θεσμὸς πᾶς ἔργον ἐστὶ τοῦ θεσμοθετήσαντος. Εἰ τοίνυν ἡ εἱμαρμένη, εἴπερ ἐστὶ θεσμός, Θεοῦ ἂν εὕρεμα εἴη· πάντ' ἄρα ὑποτέτακται τῷ Θεῷ, καὶ οὐδὲν ἄμοιρον τῆς ἐκείνου δυνάμεως. Καὶ τὴν γ' εἱμαρμένην Θεοῦ εἶναι καὶ νομίζεσθαι προαίρεσιν, ἀποδεχόμεθα· ἀλλὰ πῶς ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ αἱ λοιπαὶ ἀρεταὶ καθ' εἱμαρμένην; Πόθεν δὲ αὐταῖς ἐναντία, ἥ τε ἀδικία καὶ ἡ ἀκολασία; Ἥ τε γὰρ πονηρία (18) ἐκ φύσεως ἀλλ' οὐχ εἱμαρμένης, ἥ τε ἀρετὴ, ἤθους καὶ τρόπων ἐστὶ κατορθώματα. Τὰ δὲ τῆς ἀγαθῆς καὶ ὀρθῆς προαιρέσεως ἤτοι πταίσματα, ἢ αὖ πάλιν κατορθώματα, ἄλλοτε ἄλλως ἀποβαίνοντα, ἢ κατὰ τύχην, ἢ κατὰ εἱμαρμένην, πᾶν τὸ δίκαιον (19) καὶ τὸ κατ' ἀξίαν

CAPUT VI.

De fato, et quod falsa sunt quæ de eo dicuntur : idque ostenditur tum ex legibus humanis, tum ex rebus creatis, quæ non temere sed ordine moventur, hoc facto declarantes Creatoris præceptum.

Verum plerique homines minus prudentes, hujus rerum omnium distinctionis atque ornatus causam naturæ tribuunt : alii fato vel fortuito casui assignant, hujusmodi rerum potestatem fato ascribentes. Neque intelligunt se, cum fatum nominant, nomen quidem proferre, sed nullum actum nullamque substantiam designare. Quid enim ipsum per se fatum esse possit, cum natura omnia procreaverit ? aut quid censebimus esse naturam, si lex fati violari non potest? Sed et ex eo quod fatalis lex esse dicitur, cum omnis lex opus sit alicujus legislatoris, satis apparet fatum ipsum, si quidem lex est, Dei opus atque inventum esse. Cuncta igitur Deo subjecta sunt, neç quidquam est ejus potentiæ expers. Cæterum fatum, Dei voluntatem esse ac censeri, minime improbamus. Sed quonam modo justitia, temperantia, et reliquæ virtutes fato exsistunt ? Undenam vero contraria iisdem vitia, injustitia scilicet atque intemperantia ? Nam malitia quidem ex voluntate nascitur ; virtus vero nihil aliud est quam recta actio ad mores spectans ? Quæ autem ex bono animi proposito recte, vel quæ secus fiunt, si alium atque alium exitum sortiuntur, prout fato aut fortunæ visum **573** est ; jus omne, et suum cuique tribuere, quomodo ex fato erit? Jam vero leges et ora-

C

D

(15) Vulg. *ἁρμονίας ἐμφύτου μετοχῆ*. Scribo *μέτοχον*, ut legitur in codice Fuk. Paulo ante, ubi legitur φύσει δὲ καὶ ἔθνεσι διάφορον, rectius idem codex habet καὶ ἔθεσι, quomodo etiam in libro Turnebi scriptum inveni.

(16) *Τὴν τούτων ἐξουσίαν*. Ante hæc verba Musculus distinctionem apposuit. Sic enim vertit : *Qui potestatem horum fato tribuunt, ne hoc quidem intelligunt*, etc. Musculum secutus est Christophorsonus.

(17) Vulg. *Ἢ τί μὲν εἴη ἡ φύσις*. Scribendum videtur ἢ τί ἂν εἶναι φύσις νομίζοιτο. In codd. Fuketii et Savilii scribitur : ἢ τί ἂν ἡ φύσις νομ. In schedis autem Regiis scriptum inveni ἢ τί μὲν εἶναι ἡ, etc.

(18) Vulg. *Εἴη τε γὰρ πονηρία*. Lego εἰ γὰρ ἥτε πονηρία, etc. Porro hic locus mutilus est, ut appareat ; quem absque libris supplere difficile fuerit. Videtur tamen hæc esse argumentatio Constantini: Si virtutes, inquit, sunt ex fato, ergo et vitia. Atqui vitia non possunt esse ex fato. Nam malitia aut a natura est, aut a voluntate. Non igitur est a fato. Quod si quis dicat virtutem quidem et vitium esse a voluntate : ut autem voluntas recte agat vel secus, id ex fato esse : qua demum ratione justitia, quæ nihil aliud est quam constans et perpetua voluntas jus suum cuique tribuendi, ex fato esse potest ? In codice Fuk. legitur ἥ τε γὰρ πονηρία. At Savilius ad oram libri sui notat, forte scribendum esse εἴτε γάρ, etc., statimque emendat ἔσται κατορθώματα.

(19) Vulg. *πάντα τὸ δίκαιον ἔχοντα*. Ultima vox addita est a viris doctis ex mss. codicibus, quam tamen nullo modo probare possum, licet in codice Fuk. legatur. Scribo igitur : πᾶν τὸ δίκαιον καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπονεμόμενον, ἑκάστῳ, πῶς καθ' εἱμαρ-

Digitized by Google

tiones ad virtutem hortantes et a vitiis deterrentes, A
lans item ac vituperatio, supplicia quoque et cuncta quibus homines ab improbitate revocantur et ad virtutem incitantur, quomodo ex fortuna ac temerario casu, ac non potius ex justitia quæ Dei providentis propria est, proficisci dicantur? Etenim ille hominibus ea tribuit, quæ merentur propter hanc aut illam vivendi rationem : ingruente interdum pestilentia, seditione, sterilitate, interdum ubertate frugum succedente, cunctisque his rebus tantum non edita voce diserte significantibus, hujusmodi omnia nostræ vivendi rationi aptissime convenire. Quippe divina substantia hominum quidem probitate delectatur, omnem vero aversatur impietatem. Et sicut animum de se modice sentientem amplectitur, ita audaciam et arrogantiam altius B
quam animali convenit sese efferentem, odio habet. Quarum rerum probationes, licet admodum perspicuæ sint et ante oculos positæ; tunc tamen manifestius elucent, quoties in nosmetipsos descendentes, mente in se collecta et quasi congregata, causam eorum expendimus. Quocirca vitam modeste ac placide instituere debemus, nec supra naturæ nostræ conditionem animum attollere : verum id reputare, adesse semper nobis omnium actuum inspectorem Deum. Verum alia quoque ratione expendamus, utrum omnium rerum ordinatio ac dispositio, fortuito ac temerario casu constitisse recte dicatur. Num igitur sidera ac cœlestia corpora; terram quoque et aquam et ignem et aerem; ventos C
ac temporum vicissitudinem; æstatis atque hiemis tempestivos recursus, num, inquam, hæc omnia temere ac fortuito contigisse potius quam creata fuisse credendum est? Quidam certe penitus mente capti, pleraque horum ab hominibus ad suum usum excogitata esse dicunt. Certe cum natura plurimas opes copiose suppeditet, concedamus, si placet, in rebus terrenis et corruptioni obnoxiis, hanc sententiam ratione non carere : quid res immortales atque immutabiles? suntne hominum inventa? Istorum enim et aliorum ejusmodi omnium, quæ a

ἀπονεμόμενον ἑκάστῳ, πῶς καθ' εἱμαρμένην; Νόμοι δὲ καὶ προτροπαὶ ἐπὶ ἀρετὴν, καὶ ἀποτροπαὶ ἀπὸ τῶν μὴ δεόντων, καὶ ἔπαινοι καὶ ψόγοι, τιμωρίαι τε καὶ πάνθ' ὅσα παρακαλεῖ μὲν ἐπὶ ἀρετὴν, ἀπάγει δ' ἀπὸ πονηρίας, πῶς οὐκ ἐκ δικαιοσύνης, ἥτις ἐστὶν ἰδία Θεοῦ προνοουμένου, ἀλλ' ἐκ τύχης ἢ τοῦ αὐτομάτου συστῆναι λέγεται; Διὰ γὰρ τὸν ποιὸν (20) τῶν ἀνθρώπων βίον, καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπαντᾷ· λοιμῶν ἔσθ' ὅτε καὶ στάσεων, ἀφορίας τε καὶ εὐφορίας ἐπακολουθούντων, φανερῶς τε καὶ διαρρήδην μονονουχὶ φωνὴν ἀφιέντων, ὅτι πάντα τὰ τοιαῦτα (21) τοῖς ἡμετέροις βίοις ἐφήρμοσται. Ἡ γάρ τοι οὐσία χαίρει μὲν εὐδοκίαις, ἀποστρέφεται δὲ πᾶσαν δυσσέβειαν· καὶ τὸ μέτριον φρόνημα δεξιοῦται, μισεῖ δὲ τόλμαν, καὶ τὴν ὑπὲρ τὸ ζῶον ἐπηρμένην ἀλαζονείαν· ὧν εἰ καὶ τὰ μάλιστα (22) σαφεῖς καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν κείμεναί εἰσιν αἱ ἀποδείξεις, τηνικαῦτα [τοσάκις] (23) φανερώτερον ἐκλάμπουσιν, ὁσάκις ἂν (24) συναγείραντες εἰς ἑαυτοὺς καὶ οἱονεὶ συστείλαντες τὸν νοῦν, τὴν αἰτίαν αὐτῶν παρ' ἑαυτοῖς λογιζόμεθα. Διὸ χρῆναί φημι ζῆν μετρίως τε καὶ προσηνῶς, μὴ ὑπὲρ τὴν φύσιν τὸ φρόνημα ἐπαίροντας, καὶ ἐννοίας λαμβάνοντας, ἀεὶ παρεῖναι ἡμῖν τὸν ἐπόπτην τῶν πρασσομένων Θεόν. Ἔτι δὲ καὶ οὕτω βασανιστέον εἰ τὸ λεγόμενον ἀληθές ἐστιν· ὡς εἰ ἡ πάντων πραγμάτων διάταξις ἐκ τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου σύνεστιν (25). Ἆρ' οὖν καὶ τὰ οὐράνια, καὶ τὰ ἄστρα, γῆ τε καὶ θάλασσα, καὶ πῦρ καὶ ἄνεμοι, ὕδωρ τε καὶ ἀήρ, καὶ ἡ τῶν καιρῶν παραλλαγὴ, θέρους τε καὶ χειμῶνος ὧραι, ταῦτα πάντα ἀλογίστως καὶ ὡς ἔτυχε συμβεβηκέναι μᾶλλον ἢ δημιουργηθῆναι, πείθεσθαι χρή; Τὸν νοῦν γὰρ οὐκ ἔχοντές φασί τινες, τὰ πλεῖστα τῶν τοιούτων διὰ τὴν ἑαυτῶν χρείαν τοὺς ἀνθρώπους ἐπινενοηκέναι· ἀφθόνως γὰρ τῆς φύσεως πάντα χρήματα χορηγούσης, ἔστω περὶ τῶν ἐπιγείων καὶ φθαρτῶν, τὴν δόξαν ταύτην Μόγου τινὸς μετειληφέναι· ἆρ' οὖν καὶ τὰ ἀθάνατα καὶ τὰ ἀναλλοίωτα, τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν εὑρήματα; Τούτων γὰρ καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων ὅσα τῆς ἡμετέρας αἰσθήσεως κεχώρισται, νῷ δὲ μόνῳ καταληπτὰ τυγχάνει ὄντα, οὐκ ἔνυλος ζωὴ (26) ἀνθρώπων, ἀλλὰ

μένην. Sensus autem is est, quem supra dixi. Potest tamen ferri scripta lectio, ut πάντα τὸ δίκαιον ἔχοντα sint ea quæ mox recensentur a Constantino, leges scilicet, præmia, supplicia, exhortationes et reliqua hujusmodi, quæ justitiam in se continent. D

(20) Vulg. *τὸν ποῖον*. Scribe ποιόν accentu in ultima, ut in libro Moræi ad marginem adnotatum inveni. Mox lego καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπαντᾷ, ex mss. codicibus. Certe codex Fuketii sic exhibet : διὰ γὰρ τὸν ποιὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπαντᾷ.

(21) Vulg. *τί πάντα τὰ τοιαῦτα*. Lego ὅτι πάντα, ut in libro Moræi ad marginem emendatum inveni. Ita certe codex Fuketianus.

(22) *Ὧν εἰ καὶ τὰ μάλιστα*. Post primam vocem in codice Fuketii lacuna est unius vocabuli capax. Sic autem videtur supplenda, ὧν πάντων εἰ καί, etc.

(23) Vulg. *τηνικαῦτα μὲν τοσάκις*. Postrema vox delenda est, quippe quæ nec in codice Regio, nec in schedis, nec in editione Stephani reperitur. Emendandus potius erat hoc modo : ὅμως τηνικαῦτα ἡμῖν φανερώτερον ἐκλάμπουσιν, id est, Etsi certum est, multisque exemplis comprobatum, famem, pestem et hujusmodi calamitates ad improbitatem hominum puniendam cœlitus immitti ; id tamen multo manifestius elucet, quoties eæ calamitates contingunt. Tunc enim ad nos ipsi conversi, causas earum rerum cognoscimus. In codice tamen Fuk. legitur τηνικαῦτα τοσάκις.

(24) Vulg. *ὁσάκις γάρ*. Scribendum puto τοσάκις, vel si mavis, τοσαυτάκις. In codice Fuketii legitur ὁσάκις ἂν... συναγείραντες. Et in fine periodi λογιζόμεθα, optime. Scribendum est igitur ὁσάκις ἂν ἡμεῖς συναγείραντες.

(25) *Ἐκ τύχης καὶ τοῦ αὐτομάτου σύνεστιν*. Malim συνέστηκεν, vel συνέστη. Porro in codd. Fuk. ac Turnebi hic locus ita legitur : ὡς εἰ ἡ πάντων πρ... διάταξις ἐκ τύχης, etc.

(26) *Οὐκ ἔνυλος ζωὴ ἀνθρώπων*. Scribe οὐκ ἔνυλον ζῶον ὁ ἄνθρωπος. At Christophorsonus legit οὐκ ἔνυλος ζωὴ ἀνθρώπων, quod non damno. Magis

Digitized by Google

νοητὴ καὶ αἰώνιος οὐσία Θεοῦ, γεννήτριά ἐστιν. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ λόγος τῆς διατάξεως, ἔργον Προνοίας· τὸ τὴν ἡμέραν ἐκλάμπειν καταυγαζομένην ὑπὸ τοῦ ἡλίου, τὸ τὴν νύκτα διαδέχεσθαι δύναντος αὐτοῦ, καὶ διαδεξαμένην, μὴ ἄμοιρον (27) ὅλως αὐτὴν καταλείπεσθαι διὰ τὴν τῶν ἄστρων χορείαν. Τί δ' ἂν εἴποι τις περὶ τῆς σελήνης, πληρουμένης μὲν ἐκ τῆς καταντικρὺ πρὸς τὸν ἥλιον ἀποστάσεως, λεπτυνομένης δὲ διὰ τὴν ἐκ τοῦ σύνεγγυς πρὸς αὐτὸν ὁμιλίαν; Ταῦτ' οὐχὶ λόγον ἐνδιάθετον καὶ ἀγχίνοιαν Θεοῦ δηλοῖ; Τὸ δ' ἐπιτήδειον (28) τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος τοὺς καρποὺς πεπαινούσης, ἀνέμων δὲ πνεύματα εὐετηρίαν παρασκευάζοντα, ὄμβρων τε παραψυχὴν, καὶ τὴν τούτων ἁρμονίαν ἁπάντων, καθ' ἣν εὐλόγως τε καὶ εὐτάκτως διοικεῖται τὰ πάντα· τό τ' ἄϊδιον τῆς διατάξεως, εἰς τὸν αὐτὸν ἀποκαθισταμένων τόπον τοῖς δέουσι καὶ νομιζομένοις καιροῖς τῶν πλανητῶν, οὐχὶ φανερὰ τοῦ Θεοῦ πρόσταξις, καὶ τῶν ἀστέρων ἐντελὴς διακονία, πειθομένη τῷ θείῳ νόμῳ; Ὕψη δ' ὀρῶν, καὶ κοῖλα βάθη χωρίων, ὁμαλότης τε (29) ἀναπεπταμένων πεδίων, ἄνευ Θεοῦ προνοίας εἶναι δοκεῖ; Ὧν οὐ μόνον ἐπιτερπὴς ἡ θέα (30)· ἀλλὰ καὶ ἡ χρεία ἐπιτερπής. Ὕδατος δὲ καὶ γῆς μέτρα καὶ διαστάσεις, ἱκαναὶ πρός τε γεωργίαν καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς χρείας παρακομιδὴν (31), τὴν ἀκριβῆ τοῦ Θεοῦ καὶ ἔμμετρον προμήθειαν πῶς οὐ φανερῶς ἀποδεικνύουσιν; Ὄρη μὲν γὰρ ὕδωρ ἔχει, διαδεξαμένη δὲ τοῦθ' ὁμαλότης, καὶ ἀρδευσαμένη τὸ ἱκανὸν πρὸς ἀνάκτησιν τῆς γῆς, ἐξωθεῖ τὸ λοιπὸν εἰς τὴν θάλασσαν, ἡ δ' αὖ θάλασσα τῷ Ὠκεανῷ παραδίδωσι. Καὶ ἔτι τολμῶμεν λέγειν, ταῦτα πάντα αὐτομάτως καὶ ὡς ἔτυχε γίγνεσθαι; οὐ δηλοῦντες (32) ἐν ποίῳ τινὶ σχήματι καὶ μορφῇ χαρακτηρίζεται τὸ αὐτόματον, ὑπόστασιν οὐδεμίαν ἔχον, οὔτε νοερῶς, οὔτε αἰσθητῶς, μόνον δ' ὅτι ἦχος ὀνόματος ἀνυποστάτου περὶ τὰ ὦτα βομβεῖ.

A nostris sensibus semota sola intelligentia comprehendi possunt, non homo animal materia **574** concretum, sed intelligibilis et æterna Dei substantia procreatrix est. Quinetiam ordinationis illius ratio, opus est Providentiæ: quod dies solis radiis illustratus resplendet, et eodem occidente succedit nox: cumque successerit, non prorsus obscura relinquitur, ob astrorum chorum. Jam quid dicemus de luna, quæ cum a sole plurimum recesserit, ex adverso ipsi opposita, pleno orbe completur, minuitur vero, quoties propius ei conjungitur? Annon hæc intelligentiam Dei solertiamque declarant? Ad hæc solis opportunus calor, qui maturitatem fructibus confert; ventorum flatus, qui ad anni temperiem plurimum valent; imbrium refrigeratio, et B admirabilis concentus quo hæc omnia certa lege ac ratione gubernantur: denique ordo ille perpetuus planetarum, statis temporibus ad eumdem locum recurrentium, nunquid non manifeste testantur jussionem Dei, et perfectum obsequium astrorum, legi divinæ obtemperantium. Præterea montium supercilia, et vallium concavi recessus, et camporum late patentium æquabilis planities, utrum absque Dei providentia exsistere videntur? Quarum rerum non aspectus modo pergratus est, sed etiam usus longe jucundissimus. Jam aquarum ac terræ spatia atque discidia, partim ad agriculturam idonea, partim ad ea quibus caremus ex peregrinis regionibus subvehenda, nonne accuratam et exactam divini Numinis providentiam apertissime demonstrant? C Montes enim aquam in se continent: quam ubi subjecta planities excepit, ejusque irrigatione agros abunde recreavit, id quod residuum est, effundit in mare, mare vero transmittit Oceano. Et audemus adhuc nihilominus affirmare, hæc omnia casu ac temere fieri? cum tamen nullo modo designemus, qua specie aut forma præditus sit casus, res quæ nec intelligentia nec sensu subsistit, sed solum est inanis sonus nominis sine re, auribus nostris circumstrepens.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Ὅτι περὶ τῶν ἀκαταλήπτων, τοῦ Δημιουργοῦ χρὴ τὴν σοφίαν δοξάζειν, καὶ οὐκ ἄλλον οὐδ' αὐτόματον αἰτιᾶσθαι φοράν.

Ἔστι γὰρ ὡς ἀληθῶς ἐπίφθεγμα τὸ αὐτόματον, ἀνθρώπων ὡς ἔτυχε καὶ ἀλογίστως φρονούντων, καὶ τὸν μὲν λόγον αὐτῶν μὴ καταλαμβανόντων, διὰ δὲ

CAPUT VII.

Quod in rebus quas intelligentia assequi non possumus, Creatoris sapientiam prædicare debemus; nec casum, aut aliam præter Deum causam existimare.

Est enim revera casus, vox ficta ab hominibus nulla ratione ac prudentia **575** præditis, sed qui, cum causam ipsam intelligentia assequi nequeant,

tamen placet prior emendatio. Sic Eusebius in fine capitis 7. Optimus tamen codex Fuk. plane subscribit Christophorsono.

(27) *Μὴ ἄμοιρον αὐτήν.* Supple τοῦ φωτός. Quare nihil opus est conjectura Christophorsoni, et Savilii, qui ἄμαυρον emendat.

(28) Vulg. *Τό τ' ἐπιτήδειον.* Lego τὸ δὲ ἐπιτήδειον, ut in libro Moræi ad marginem emendatur. Mox autem scribe ἀνέμων τε πνεύματα. Et rursus infra τό τε ἄϊδιον τῆς διατάξεως εἰς τὸν αὐτὸν ἀποκαθισταμένων τόπον. Atque ita plane in codice Fuk. scriptum reperi, nisi quod habet ἀνέμων δέ.

(29) Vulg. *ὁμαλότης δέ.* Scribendum est ὁμαλότης τε, ut in libro Morei vir doctus annotaverat. Ita certe legitur in codice Fuk.

(30) *Ἐπιτερπὴς ἡ θέα.* Delenda hic vox ἐπιτερπής. Ilic enim elegantius subauditur. Savilius ad oram libri sui emendavit ἡ χρεία εὐπρεπής.

(31) Vulg. *καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς τῆς ἐν χρείᾳ παρακομιδῆς.* Lego καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς τῶν ἐν χρείᾳ παρακομιδήν, etc., quo nihil certius. In Fuk. et Turnebi libr. scribitur καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς χρείας παρακομιδήν. Porro διαστάσεις *discidia* verti, secutus auctoritatem Amm. Marcellini, qui alicubi ita loquitur. Recte etiam Christophorsonus *divortia terrarum* interpretatur.

(32) *Οὐ δηλοῦντες.* In codd. Fuk. ac Turnebi ita legitur hic locus: Οὐ νοοῦντες ἐν ποίῳ τινὶ σχήματι καὶ μορφῇ χαρακτηρίζεται τὸ αὐτόματον.

Digitized by Google

præ mentis suæ imbecillitate existimant, hæc omnia quorum rationem afferre non valent, absque ulla ratione esse disposita. Sunt certe quædam admirabili natura prædita, quorum certa veritatis comprehensio in obscuro latet; cujusmodi sunt aquæ suapte natura calidæ. Nam causam quidem tanti ignis nemo facile dixerit. Est autem mirabile, ignem illum aqua frigida undique circumseptum, suum tamen nativum calorem nequaquam amittere. Atque hæc rara admodum et paucissima in toto terrarum orbe reperiuntur; quo scilicet, ut equidem censeo, divinæ Providentiæ vis ac virtus ab hominibus facile cognosci possit: quæ duas res maxime inter se contrarias, frigus nimirum et calorem, ex una eademque radice manare præcepit. Sunt quidem multa ac prope innumerabilia, quæ Deus ad solatium et oblectationem hominibus donavit: sed præcipue oleæ fructus ac vitis. Quarum hæc ad animos recreandos atque exhilarandos vim habet, illa vero non solum ad voluptatem, verum etiam ad corporum curationem apta est. Summam quoque admirationem meretur continuus ac perennis fluminum cursus, diu noctuque perlabentium, et perpetuæ æternæque vitæ quamdam referentium similitudinem. Noctis item ac diei continua vicissitudo est perinde mirabilis.

CAPUT VIII.

Quod quæ ad usum necessaria sunt, Deus copiose suppeditat hominibus: quæ vero ad voluptatem faciunt, modice subministrat, utrumque ad utilitatem nostram dispensans.

Atque hæc omnia dicta sint a nobis, ut constet nihil absque ratione et intelligentia factum fuisse: ipsam vero rationem ac providentiam, Dei opus esse. Qui quidem auri etiam et argenti ærisque ac reliquorum metallorum diversas species convenienti modo ac mensura produxit. Ea siquidem quorum multiplex ac varius usus erat futurus, copiose suppeditari jussit: quæ vero ad oblectationem duntaxat et luxum faciunt, liberaliter simul ac modice, et medio quodam modo inter parcimoniam et profusam largitionem. Nam si earum rerum quæ ad ornatum factæ sunt, eadem copia concessa fuisset, metallarii præ nimia cupiditate, **576** ea quidem quæ ad agriculturam, et ad domorum ac navium constructionem utilia sunt, æs videlicet ac ferrum, congerere insuper haberent: ea vero quæ ad delicias et inanem ac superfluum divitiarum luxum pertinent, omni studio consectarentur. Ac propterea in auri argentique metallis inveniendis, longe plus difficultatis ac laboris esse aiunt, quam

A τὴν ἀσθένειαν τῆς καταλήψεως, ἀλόγως οἰομένων διατετάχθαι ταῦτα ὧν τὸν λόγον εἰπεῖν οὐκ ἔχουσιν. Ἔστι δ' ὅλως τινὰ, ὧν ἡ ἀληθὴς κατάληψις τῆς ἀληθείας ἐν βάθει κεῖται, θαυμαστῆς φύσεως τετυχηκότα· ὁποία καὶ ἡ τῶν θερμῶν ὑδάτων φύσις τυγχάνουσα. Τὴν μὲν γὰρ αἰτίαν τοῦ τοσούτου πυρὸς οὐδεὶς ἂν προχείρως ἔχοι λέγειν· θαυμαστὸν δὲ ὅτι ψυχρῷ ὕδατι περιστοιχιζόμενον κύκλῳ, οὐκ ἔτι ἐξίσταται τῆς ἐμφύτου θερμότητος. Ταῦτά τοι σπάνιόν τι χρῆμα εἶναι δοκεῖ καὶ εὐαρίθμητον κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, ἵν', ὡς ἐμαυτὸν πείθω, ἡ τῆς Προνοίας δύναμις εὐδιάγνωστος παρὰ τοῖς ἀνθρώποις γενέσθαι δύνηται, δύο φύσεις ἐναντιωτάτας, θερμότητα καὶ ψυχρότητα, ἐκ τῆς αὐτῆς καὶ μιᾶς ῥίζης διηθεῖσθαι θεσπίζουσα. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἀναρίθμητα εἰς B παραμυθίαν καὶ ἀπόλαυσιν τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τοῦ Κρείττονος δεδώρηται, ἐξαιρέτως δ' ὁ καρπὸς ἐλαίας τε καὶ ἀμπέλου· τὸ μὲν [γὰρ] ἀνακτήσεως ψυχῆς καὶ φαιδρότητος ἐπέχειν λόγον (33)· τὸ δ' ἕτερον πρὸς τῇ ἀπολαύσει, καὶ θεραπεία τῶν σωμάτων κατάλληλον. Θαῦμα δ' ἐξαίσιον, καὶ ἡ ἐνδελεχὴς καὶ ἀδιάλειπτος ποταμῶν φορὰ, νύκτωρ τε καὶ μεθημέραν, σύμβολον ἀεννάου καὶ ἀδιαλείπτου βίου· ἰσοδυναμεῖ δὲ καὶ νυκτερινὴ διαδοχή.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ὅτι τὰ μὲν χρειώδη, ἀφθόνως τοῖς ἀνθρώποις ὁ Θεὸς χορηγεῖ· τὰ δὲ πρὸς τέρψιν, μετρίως, συμφερόντως ἑκατέρων χορηγῶν τὴν ἀπόλαυσιν.

C Πάντα δὲ ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς πίστωσιν τοῦ μηδὲν ἀλόγως μηδ' ἀνοήτως γενέσθαι, τὸν δὲ λόγον καὶ τὴν πρόνοιαν εἶναι τοῦ Θεοῦ (34)· ὃς καὶ τὴν τῶν μετάλλων, χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου, καὶ χαλκοῦ, καὶ τῶν ὑπολοίπων φύσιν ἐταμιεύετο μέτρῳ τῷ προσήκοντι, τὰ μὲν ὧν ἡ χρεία πολλή τε καὶ παντοδαπὴ ἤμελλεν ἔσεσθαι, ἀφθόνως κελεύσας χορηγεῖσθαι, τὰ δὲ πρὸς τέρψιν κόσμου καὶ ἀφθονίαν (35) μόνην, μεγαλοψύχως τε καὶ πεφεισμένως, μεταξὺ φειδωλίας τε καὶ εὐδωρίας. Εἰ γὰρ καὶ τῶν πρὸς κόσμον πεποιημένων ἡ αὐτὴ ἀφθονία συνεχωρεῖτο, διὰ πλεονεξίαν οἱ μεταλλεύοντες, τοῦ μὲν εὐχρήστου πρὸς γεωργίαν, οἰκοδομήν τε καὶ ναῶν παρασκευὴν, οἷον σιδήρου καὶ χαλκοῦ, καταφρονήσαντες, τῆς συναθροίσεως αὐτῶν κατημέλουν, καὶ τῶν πρὸς τρυφήν τε καὶ ἄχρηστον πλούτου D περιουσίαν προενοοῦντο. Διὸ χαλεπώτερον τὴν τοῦ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου εὕρεσιν, καὶ μείζονος καμάτου τῶν ἄλλων ἁπάντων μετάλλων φασὶν εἶναι, ὅτῳ τῷ σφοδρῷ τῆς ἐπιθυμίας τὸ τοῦ καμάτου σφοδρὸν ἀντιτάσσηται. Πόσα δ' ἄλλα τῆς θείας Προνοίας ἔργα

(33) Vulg. *τὸ μὲν ἀνακτήσεως. . . ἐπέχειν λόγον.* Viri docti hunc locum ita emendarunt, Τὸ μὲν γὰρ ἀνακτήσεως ψυχῆς καὶ φαιδρότητος ἐπέχειν λόγον. Verum cum particula γάρ nec in codice Regio, nec in editione Stephani legatur, malim legere ἐπέχον, quod sequentia plane confirmant. Sequitur enim τὸ δ' ἕτερον πρὸς τῇ ἀπολαύσει καὶ θεραπεία τῶν σωμάτων κατάλληλον. Codd. tamen Fuk., Sav. ac Turnebi plane confirmat emendationem illam doctorum virorum. Idem codex Fuk. post vocem ἀπολαύσει duo puncta notat recte.

(34) Vulg. *τὴν πρόνοιαν εἶναι Θεόν.* In Morælibro emendatur τοῦ Θεοῦ, ut legit Christophorsonus. Et sic diserte scribitur in codice Fuk.

(35) *Πρὸς τέρψιν κόσμου καὶ ἀφθονίαν.* Corrupta est vox ἀφθονίαν, cujus loco malim substituere ἁσωτίαν, id est luxum. Vulgata tamen lectio ferri potest.

Digitized by Google

ἔστι καταριθμήσασθαι, ἐπὶ πᾶσιν οἷς ἀφθόνως ἡμῖν ἐδωρήσατο, τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον πρὸς σωφροσύνην τε καὶ τὰς ἄλλας πάσας ἀρετὰς προτρεπομένης διαῤῥήδην, ἀπαγούσης δ' ἀπὸ τῆς ἀκαίρου πλεονεξίας. Ὧν πάντων ἐξιχνεύειν τὸν λόγον, μεῖζον ἔργον ἐστὶν ἢ κατὰ ἄνθρωπον. Πῶς γὰρ ἄν τις κατὰ ἀκρίβειαν ἀληθείας ἐφίκοιτο (36), ἡ φθαρτοῦ τε καὶ ἀσθενοῦς ζώου διάνοια; Πῶς ἂν τὴν ἐξ ἀρχῆς εἰλικρινῆ τοῦ Θεοῦ βούλησιν κατανοήσειεν;

A in reliquis omnibus, ut vehementissimæ cupiditati labor quoque vehementissimus objiciatur. Quot insuper alia divinæ Providentiæ opera licet enumerare, quæ in omnibus rebus quas nobis copiose largita est, vitam hominum ad modestiam cæterasque virtutes manifeste impellit, et ab importunis cupiditatibus abducit! Quarum omnium rerum rationem investigare, majus quiddam est, quam quod ab homine perfici possit. Quo enim modo veritatem accurate assequi valeat caduci atque infirmi animalis intelligentia? quo pacto Dei ab initio voluntatem comprehendere?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Περὶ τῶν φιλοσόφων, οἳ διὰ τὸ πάντα βούλεσθαι εἰδέναι, περὶ τὰς δόξας ἐσφάλησαν, καὶ κινδύνοις ἔνιοι προσωμίλησαν· καὶ περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων (37).

CAPUT IX.

De philosophis qui, cum omnia scire voluissent, opinionibus lapsi sunt, et nonnulli discrimen vitæ subierunt. Item de doctrina Platonis.

B

Διὸ χρὴ τοῖς δυνατοῖς ἐγχειρεῖν, καὶ τοῖς κατὰ τὴν ἡμετέραν φύσιν. Τὸ γάρ τοι πιθανὸν τῶν ἐν τοῖς διαλόγοις γινομένων (38), ἀπάγει τὸ πλεῖστον ἡμῶν ἀπὸ τῆς τῶν ὄντων ἀληθείας· ὅ δὴ καὶ πολλοῖς τῶν φιλοσόφων συμβέβηκεν, ἀδολεσχοῦσι (39) περὶ τοὺς λόγους, καὶ τὴν τῆς φύσεως τῶν ὄντων ἐξέτασιν. Ὑσάκις γὰρ ἂν τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων τῆς ἐξετάσεως αὐτῶν ἐπικρατήσῃ, διαφόροις τισὶ μεθόδοις τὸ ἀληθὲς ἀποκρύπτονται· συμβαίνει δὴ αὐτοῖς ἐναντία δοξάζειν, καὶ μάχεσθαι τοῖς ἀλλήλων δόγμασι, καὶ ταῦτα σοφοῖς εἶναι προσποιουμένοις. Ὅθεν στάσεις τε δήμων, καὶ δυναστευόντων χαλεπαὶ κρίσεις, οἰομένων τὸ πατρῷον ἔθος διαφθείρεσθαι· καὶ αὐτῶν ἐκείνων ὅλεθρος πολλάκις παρηκολούθησε. Σωκράτης γὰρ ὑπὸ διαλεκτικῆς ἐπαρθείς, καὶ τοὺς χείρονας C λόγους βελτίους ποιῶν (40), καὶ παίζων παρέκαστα περὶ τοὺς ἀντιλογικοὺς λόγους, ὑπὸ τῆς τῶν ὁμοφύλων τε καὶ πολιτῶν βασκανίας ἀνῄρηται. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Πυθαγόρας σωφροσύνην ἀσκεῖν προσποιούμενος ἐξαιρέτως καὶ σιωπὴν, καταψευσάμενος ἐάλω· τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν προφητῶν πάλαι ποτὲ προλεχθέντα (41), ἐπιδημήσας τῇ Αἰγύπτῳ, ὡς ἴδιά γε αὐτῷ ὑπὸ Θεοῦ ἀναπετασθέντα, τοῖς Ἰταλιώταις προ-

Quamobrem ea aggredi debemus quæ fieri possint, et quæ naturæ nostræ modum non excedant. Etenim probabilitas quæ in dialogis ac disputationibus reperitur, plerosque nostrum a veritate abducere solet. Quod quidem multis contigit philosophis, dum in disserendo et in pervestiganda rerum natura ingenium exercent. Nam quoties miraculorum magnitudo inquisitionem ipsorum longe transcendit, variis argumentandi modis veritatem involvunt. Unde fit ut contraria sentiant, et alter alterius dogmata impugnet, idque cum sapientes videri velint. Ex quo populorum gravissimi motus, et principum acerba justitia adversus ipsos exstiterunt, dum mores atque instituta majorum ab illis convelli putant. Ac sæpenumero exitium ipsorum inde est consecutum. Socrates certe disserendi scientia elatus, cum rationes quæ infirmiores erant, valentiores efficeret, et in contradicendo assidue luderet, tribulium ac civium suorum invidia interfectus est. Sed et Pythagoras qui temperantiam ac silentium consectari se præ cæteris profitebatur, **577** mendacii convictus est. Quæ enim ipse olim

(36) Vulg. *ἀληθείας ἀφίκοιτο*. Scribendum est ἐφίκοιτο, ut in codice Fuk. scriptum inveni, cum et ante ita scribendum esse conjecissem. Sed et totum locum ita distinguo, πῶς γὰρ ἂν τῆς κατὰ ἀκρίβειαν ἀληθείας ἐφίκοιτο ἡ, etc., πῶς ἂν τὴν ἐξ ἀρχῆς, etc.

(37) In ipso capitis titulo mendum est in Vulg. Quid enim sibi volunt hæc verba: Καὶ κινδύνοις ἔνιοι προσωμίλησαν τῶν Πλάτωνος δογμάτων? Christophorsonus quidem legisse videtur hoc modo: διὰ τῶν τοῦ Πλάτωνος δογμάτων. Ego vero locum ita supplendum puto, καὶ περὶ τῶν Πλάτωνος δογμάτων. Atque ita plane scribitur in codice Fuk. Cæterum tum in codice Fuk., tum in schedis Regiis hoc capitulum inchoatur ab iis verbis: Πόσα δ' ἄλλα τῆς θείας Προνοίας, etc.

(38) Vulg. *τῶν ἐν τοῖς διαλόγοις γινόμενον*. Rectius in codd. Fuk. ac Turnebi scribitur γινομένων. In schedis autem Regiis ea vox omissa est. Malim etiam scribere τό γέ τοι πιθανὸν τῶν ἐν τοῖς, etc.

(39) *Ἀδολεσχοῦσι*. In sacris libris hoc verbum sumitur pro eo quod est ingenium suum exercere, ut dudum notavit Jacobus Tusanus.

(40) Vulg. *καὶ τοὺς χείρονας λόγους βελτίους ποιῶν*. Sensus postulat ut addantur hæc verba: καὶ τοὺς βελτίους χείρονας. Fuit hoc inventum Protagoræ, qui pollicebatur adolescentibus, se rationem illam quæ valentior esset, infirmiorem redditurum; et contra eam quæ infirmior esset, valentiorem, Τὸν κρείττονα λόγον ἥττω ποιεῖν, καὶ τὸν ἥττονα κρείττω. Adversus sophistas qui hæc spondebant, Socrates assidue disputabat, ut ipsos nihil scire convinceret: eosque suis telis, id est dialecticæ rationibus, insectabatur.

D (41) Vulg. *τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν προφητῶν πάλαι τότε προλεχθέντα*. Scribendum πάλαι ποτέ ex codice Fuk. Porro quod ait Constantinus, Pythagoram cum in Ægyptum venisset, et quæ a prophetis olim prædicta fuerant accepisset, ea deinde tanquam sibi a Deo revelata per Italiam divulgasse, parum probabile mihi videtur. Pythagoram quidem in Ægyptum venisse, et ibi arcanos ritus ac cæremonias sacrorum a sacerdotibus accepisse, testatur Porphyrius in ejus *Vita*, et alii complures. Sed et ex libris Moysis Pythagoram multa accepisse tradit Aristobulus, et cum eo Clemens atque Eusebius Verum prophetias Judæorum illum in Ægypto didicisse, ac deinde Italis promulgasse, nullus veterum dixit, quod quidem sciam. Ac fortasse hic locus non de Judæorum, sed de Ægyptiorum prophetis intelligendus est. Fuerunt enim apud Ægyptios prophetæ, ut notavi ad lib. v *Historiæ Ecclesiasticæ*. Quæ res fortasse Constantinum in errorem

Digitized by Google

prædicta a prophetis acceperat dum in Ægypto versaretur, ea tanquam sibi privatim a Deo patefacta, Italis prædixit. Plato denique qui reliquos omnes morum lenitate superavit, et qui hominum mentes a sensibus ad res intelligibiles eodemque semper in statu permanentes primus abduxit, et ad sublimia oculos attollere assuefecit, primum quidem Deum supra omnem substantiam esse docuit, recte omnino. Huic alterum subjecit, et duas substantias numero distinxit, cum una sit utriusque perfectio, et secundi Dei substantia ex primo proficiscatur Deo. Hic enim opifex est et moderator universorum, ac proinde omnia transcendit. Ille vero qui secundus ab eo est, mandatis ejus inserviens, omnium rerum constitutionem ad eum tanquam ad causam refert. Itaque juxta accuratissimam philosophandi rationem, unus fuerit qui omnium rerum curam gerit, et qui universis consulit, Deus scilicet sermo, a quo exornata sunt cuncta. Qui cum vere sit Deus, idem etiam est filius Dei. Quod enim aliud nomen præter filii appellationem ei quispiam imponens, non simul summo scelere sese obstrinxerit? Quippe ille qui est omnium pater, merito etiam sermonis sui pater existimatur. Et hactenus quidem Plato recte sensit. Verum in his quæ sequuntur, multum a vero aberrasse deprehenditur, dum et plures inducit deos, et diversas singulis formas attribuit. Quod quidem majoris adhuc erroris ansam præbuit imperitis hominibus, qui ipsam quidem summi Dei providentiam nequaquam considerant : imagines vero ad hominum et animalium quorumdam similitudinem a seipsis fictas venerantur. Atque ita contigit, ut excellens ingenium, atque doctrina summa omnium laude dignissima, hujusmodi erroribus permista atque involuta, minus pura sinceraque esset. Idem porro mihi videtur seipsum reprehendens, sermonem illum corrigere, dum diserte affirmat, animum ratione præditum, Dei spiritum esse. Cuncta enim in duo genera distribuit, intelligibile scilicet ac sensibile : quorum illud simplex atque incompositum, hoc ea corporum compage conflatum est, et illud quidem intellectu percipitur, hoc vero opinione cum sensu conjuncta comprehenditur. Itaque illud divini **578** Spiritus particeps, utpote ab omni concretione et materia segregatum, æternum est, vitamque obtinet sempiternam. Illud vero quod sensibile est, cum eadem omnino ratione dissolvatur qua fuerat ante compactum, expers est sempiternæ vitæ. Sunt vero prorsus admiratione

A ηγόρευεν· αὐτός τε ὁ ὑπὲρ πάντας τοὺς ἄλλους ἡπιώτατος Πλάτων, καὶ τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων πρῶτος ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἐθίσας ἀνακύψαι, ἀναβλέψαι τ' ἐπὶ τὰ μετάρσια διδάξας (42), πρῶτον μὲν Θεὸν ὑφηγήσατο τὸν ὑπὲρ τὴν οὐσίαν, καλῶς ποιῶν· ὑπέταξε δὲ τούτῳ καὶ δεύτερον, καὶ δύο οὐσίας τῷ ἀριθμῷ διεῖλε, μιᾶς οὔσης τῆς ἀμφοτέρων τελειότητος, τῆς τε οὐσίας τοῦ δευτέρου Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἐχούσης ἐκ τοῦ πρώτου· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ δημιουργὸς καὶ διοικητὴς τῶν ὅλων, δηλονότι ὑπεραναβεβηκώς· ὁ δὲ μετ' ἐκεῖνον, ταῖς ἐκείνου προστάξεσιν ὑπουργήσας, τὴν αἰτίαν τῆς τῶν πάντων συστάσεως εἰς ἐκεῖνον ἀναπέμπει. Εἷς ἂν οὖν εἴη κατὰ τὸν ἀκριβῆ λόγον, ὁ τὴν πάντων ἐπιμέλειαν ποιούμενος, προνοούμενός τε αὐτῶν Θεὸς B λόγος, ὁ κατακοσμήσας τὰ πάντα· ὁ δὲ λόγος αὐτὸς Θεὸς ὤν, αὐτὸς τυγχάνει καὶ Θεοῦ παῖς· ποῖον γὰρ ἄν τις ὄνομα αὐτῷ περιτιθείς παρὰ τὴν προσηγορίαν τοῦ παιδὸς, οὐκ ἂν τὰ μέγιστα ἐξαμαρτάνοι; Ὁ γὰρ τοι τῶν πάντων πατὴρ, καὶ τοῦ ἰδίου λόγου δικαίως ἂν πατὴρ νομίζοιτο. Μέχρι μὲν οὖν τούτου Πλάτων σώφρων ἦν· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς, εὑρίσκεται διαμαρτάνων τῆς ἀληθείας, πλῆθός τε θεῶν εἰσάγων, καὶ ἑκάστοις ἐπιτιθεὶς μορφὰς, ὅπερ καὶ παραίτιον ἐγένετο τῆς μείζονος πλάνης παρὰ τοῖς ἀλογίστοις τῶν ἀνθρώπων, πρὸς μὲν τὴν πρόνοιαν τοῦ ὑψίστου Θεοῦ μὴ ἀφορώντων, τὰς δ' εἰκόνας αὐτῶν ἀνθρωπείοις τε καὶ ἑτέρων ζώων τύποις μεταμορφουμένοις σεβόντων. Συμβέβηκε δὲ μεγίστην τινὰ μεγάλου τ' ἐπαίνου ἀξίαν φύσιν (43) τε καὶ παιδείαν, τοιαῖσδέ C τισι μεμιγμένην πταίσμασιν, ἀκαθάρτως τε καὶ μὴ εἰλικρινῶς ἔχειν. Δοκεῖ μοι δ' ὁ αὐτὸς ἐπιλαμβανόμενος ἑαυτοῦ διορθοῦν τὸν λόγον, τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ σαφῶς δηλῶν λογικὴν ψυχὴν ὑπάρχειν· διιστῶν δὲ τὰ πάντα (44) εἰς δύο εἴδη νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν, τὸ συγκείμενον ἐκ σώματος ἁρμογῆς, καὶ τὸ μὲν νῷ καταληπτὸν, τὸ δὲ δόξῃ μετ' αἰσθήσεως δοξαστόν· ὥστε τὸ μὲν τοῦ ἁγίου πνεύματος μετέχον, ἅτε δὴ ἀσύγχυτον καὶ ἄϋλον, αἰώνιόν τε εἶναι, καὶ τὴν ἀΐδιον ζωὴν λελογχέναι· τὸ δὲ αἰσθητὸν, πάντῃ διαλυόμενον καθ' ὃν καὶ συνέστη λόγον, ἄμοιρον εἶναι τῆς ἀϊδίου ζωῆς. Θαυμαστῶς δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς διδάσκει, τοὺς μὲν εὖ βιώσαντας, ψυχὰς δηλαδὴ τῶν ὁσίων τε καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, μετὰ τὴν ἀπὸ τοῦ σώ- D ματος ἀναχώρησιν ἐν τοῖς καλλίστοις τοῦ οὐρανοῦ καθιεροῦσθαι· τοῦτο δὲ οὐ μόνον θαυμαστὸν, ἀλλὰ καὶ βιωφελές (45)· τίς γὰρ οὐκ ἂν πεισθεὶς αὐτῷ, καὶ τὴν εὐτυχίαν ταύτην προσδοκήσας, τὸν ἄριστον βίον, δικαιοσύνην καὶ σωφροσύνην ἀσκήσει, τὴν δὲ

induxit. Qui cum legisset Pythagoram ab Ægyptiotum prophetis, id est sacerdotibus, multa arcana didicisse, id de Hebræorum prophetis intellexit.

(42) Vulg. *καὶ διδάξας*. Particula conjunctiva deest in Fuk. ac Savilii libro, et in schedis Regiis. Scribo itaque *ἀναβλέψαι τ' ἐπὶ τὰ μετάρσια διδάξας*, cum Savilio.

(43) Vulg. *μεγίστου τ' ἐπαίνου ἀξίαν φύσιν*. Platonem ipsum intelligit, cujus maximum ingenium veteres omnes, etiam Christiani admirati sunt.

(44) *Διιστῶν δὲ πάντα*. Christophorsonus legisse videtur διιστῶν τε. Porro locus Platonis quem Constantinus designat, legitur in *Timæo*, pag. [illegible].

(45) Vulg. *ἀλλὰ καὶ βιωφελῶς*. Ante hæc verba post vocem καθιεροῦσθαι, in editione Genevensi hæc leguntur : Τοῦτο δὲ οὐ μόνον θαυμαστόν : quæ a Christophorsono, Scaligero, Bongarsio, Grutero suppleta sunt, ut ad oram editionis illius adnotatur. Eamdem quoque emendationem reperi in libro Moræi, Turnebi et Savilii et in codice Fuk., qui etiam βιωφελές habent.

Digitized by Google

κακίαν ἀποστραφήσεται; Ἀκολούθως δὲ τούτοις ἐπήνεγκε, τὰς τῶν πονηρῶν ψυχὰς, Ἀχέροντός τε καὶ Πυριφλεγέθοντος ῥεύματι, ναυαγίων τρόπον (46) φερομένας πλανᾶσθαι.

A digna, quæ idem postea docet : eos qui recte vixerint, id est animos bonorum ac sanctorum virorum, simul atque ex corpore discesserint, in pulcherrimis cœli regionibus consecrari. Quæ quidem non

solum admiratione digna, sed etiam utilia sunt inprimis. Quis enim ejus sermonibus fidem adhibens et hujusmodi felicitatem exspectans, vitam non optime instituat, et justitiam quidem ac temperantiam non consectetur, improbitatem vero aversetur? Consequenter etiam his subjunxit, improborum hominum animos Acherontis ac Pyriphlegetontis fluctibus jactatos, velut fractæ navis reliquias hac et illac ferri.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Περὶ τῶν μὴ μόνον τὰ Γραφικὰ (47) *δόγματα, ἀλλὰ καὶ τὰ φιλόσοφα διαπτυόντων, καὶ περὶ τοῦ δεῖν ἢ πάντα πιστεύειν τοῖς ποιηταῖς, ἢ πάντα ἀπιστεῖν.*

CAPUT X.

De iis qui non solum sacræ Scripturæ, sed etiam philosophorum dogmata respuunt, et quod vel in omnibus fides poetis adhibenda est, vel in nullo.

Εἰσὶ μέντοι γέ τινες ἐπὶ τοσοῦτον τὴν διάνοιαν βεβλαμμένοι, ὥσθ' ὅταν τούτοις αὐτοῖς ἐντυγχάνωσι, μήτ' ἐπιστρέφεσθαι μήτε δεδοικέναι, καταφρονεῖν δὲ καὶ ἐγγελᾶν, ὡς πεπλασμένων τινῶν μύθων ἀκούοντες· καὶ τὸ μὲν ποικίλον τῆς εὐγλωττίας ἐγκωμιάζουσι, τὸ δὲ στερρὸν τοῦ δόγματος ἀποστρέφονται· μύθοις δὲ πιστεύουσι (48) ποιητικοῖς, καὶ πᾶσαν μὲν Ἑλλάδα, πᾶσαν δὲ Βάρβαρον, ἑώλοις τε καὶ ψευδέσι φήμαις (49) διαβοῶσιν. Οἱ γάρ τοι ποιηταὶ παῖδας θεῶν ἀνθρώπους μετὰ τὴν τελευτὴν φασὶ κρίνειν τὰς ψυχὰς, κρίσεις τε καὶ δικαιωτήρια ὑμνοῦντες, καὶ τῶν κατοιχομένων ἐπόπτας ἐφιστάντες· οἱ δ' αὐτοὶ ποιηταὶ μάχας δαιμόνων, καὶ πολεμικούς τινας ἐξαγγέλλουσι νόμους, εἱμαρμένας τε αὐτῶν διαφημίζουσι· καὶ τοὺς μέν τινας φύσει πικροὺς, τοὺς δὲ τῆς τῶν ἀνθρώπων ἐπιμελείας ἀλλοτρίους, τοὺς δέ τινας δυσχερεῖς ἀποφαίνονται. Εἰσάγουσι δὲ καὶ ὀδυρομένους τὰς τῶν οἰκείων παίδων σφαγὰς, ὡς μὴ δυνατὸν αὐτοῖς μὴ ὅτι γ' ἀλλοτρίοις, ἀλλὰ μηδὲ τοῖς φιλτάτοις ἐπαρκεῖν· ἀνθρωποπαθεῖς τ' αὐτοὺς εἰσάγουσι, πολέμους καὶ τρώσεις, χαράς τε καὶ ὀδυρμοὺς ἄδοντες· καὶ εἰσὶν ἀξιόπιστοι, λέγοντες. Εἰ γὰρ ἐπινοίᾳ θείᾳ μετέρχονται τὴν ποιητικὴν, πιστεύειν αὐτοῖς καὶ πείθεσθαι προσήκει, περὶ ὧν λέγουσιν ἐνθουσιάζοντες· λέγουσι δὲ παθήματα θεῶν τε καὶ δαιμόνων· τὰ ἄρα παθήματα τούτων, παντοίας ἀληθείας ἐφῆπται (50). Ἀλλ' ἐρεῖ τις, ἐξεῖναι ποιηταῖς ψεύδεσθαι· θέλγειν γὰρ τὰς τῶν ἀκουόντων ψυχὰς, ἴδιον εἶναι ποιητικῆς, τὸ δ' ἀληθὲς εἶναι, ἡνίκα ἂν τὰ λεγόμενα μὴ ἄλλως ἔχῃ, ἀλλ' ὡς λέγεται. Ἔστω τοῦτο ἴδιον ποιήσεως, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἔσθ' ὅτε ἁφαρπάζειν· ἀλλ' οἱ τὰ ψευδῆ λέγοντες, οὐ μάτην ψεύδονται· ἢ γὰρ κέρδους καὶ ὠφελείας χάριν τοῦτο ποιοῦσιν, ἢ κακήν τινα πρᾶξιν, ὡς ἔοικε, συνειδότες ἑαυτοῖς, διὰ τὸν ἐφεστηκότα ἐκ τῶν νόμων κίνδυνον

Sunt tamen nonnulli adeo mente capti atque corrupti, ut cum hæc legerint, nec curent, nec timore ullo percellantur : sed perinde ac si fabulas quasdam audirent, spernant ac derideant. Ac sermonis quidem ornatum et ubertatem laudibus prosequuntur : dogmatum vero aversantur severitatem. Iidem tamen poetarum fabulis fidem habent, et omnem Græciam atque barbariam vanis fictisque sermonibus replent. Nam poetæ quidem aiunt, homines quosdam deorum filios, post mortem animas judicare, eosque quasi inspectores ac censores apud inferos constituunt, judicia eorum ac severitatem celebrantes. Iidem vero poetæ, deorum pugnas, et quædam inter eos belli jura commemorant. Fata quoque eorumdem canunt. Et alios quidem natura acerbos, alios vero ab omni rerum humanarum cura alienos esse : quosdam etiam ex illis morosos affirmant. Quin etiam deos inducunt filiorum suorum cædem lamentantes, quippe qui non solum extraneis, sed ne suis quidem suppetias ferre possint. Sed et humanis perturbationibus obnoxios eosdem fingunt, dum prælia eorum et vulnera, gaudia item ac gemitus narrant. **579** Hæc illi cum dicunt, videntur fide digni. Cum enim divino quodam motu impulsi, versus facere aggrediantur, par est ut illis fidem adhibeamus in iis quæ divino spiritu incitati pronuntiant. Sed et deorum ac dæmonum calamitates referunt. Certe illorum calamitates omnino cum veritate consentiunt. At enim dicet aliquis poetis mentiri licere : id enim proprium esse poeticæ, ut audientium animos demulceat : veritatem vero esse, quoties ea quæ dicuntur, non alio se habent quam quo dicuntur modo. Sit hoc proprium poeticæ, interdum veritatem abscondere. Illi vero qui mentiuntur, nunquam frustra et gratis id

(46) *Ναυαγίων τρόπον. Navis fractæ reliquias* interpretatus sum, id est armamenta. Hæc enim nave fracta hac illac jactantur in mari. At Christophorsonus *merces* vertit, quod huic loco non videtur convenire. Merces enim nave fracta ut plurimum submerguntur.

(47) Vulg. *Περὶ τῶν μὴ μὲν τὰ γραφικά.* Scribendum est μὴ μόνον, ut vir doctus ad oram libri Moræi legendum esse conjecerat. Atque ita legit Christophorsonus. Nec aliter scribitur in codice Fuk.

(48) Vulg. *μύθοις τε πιστεύουσι.* Lego μύθοις δέ.

(49) *Ψευδέσι φήμαις.* Male Christophorsonus vertit *præconiis celebrant* : cum φῆμαι hoc loco nihil aliud sit quam fabulæ, quibus poetæ totum orbem repleverunt. Sic paulo post de iisdem poetis dicit, εἱμαρμένας τε αὐτῶν διαφημίζουσι, et in capite 11, initio, ubi adversus blasphemiam seu impietatem invehitur.

(50) *Παντοίας ἀληθείας ἐφῆπται.* Scribendum puto παντοίως, quod in versione mea secutus sum.

Digitized by Google

faciunt. Aut enim quæstus et cupiditatis causa mentiuntur aut cujuspiam criminis sibi conscii, metu periculi quod leges ipsis intentant, veritatem obtegunt. Atqui facile poterant, meo quidem judicio, nihil de divina natura præter veritatem dicentes, ab impio mendacio abstinere.

A ἐπικαλύπτονται. Ἦν γὰρ δυνατὸν (51), οἶμαι, μηδὲν παρὰ τὴν ἀλήθειαν περὶ τῆς κρείττονος φύσεως ἱστοροῦντας, μὴ ψεύδεσθαι μηδὲ δυσσεβεῖν.

CAPUT XI.

De corporali Domini adventu, qualis, et cur fuerit.

Porro quisquis optima vivendi ratione ac disciplina indignus est, sibique ipse conscius vitæ male et nequiter transactæ, is tandem resipiscat, et perpurgata mentis acie ad divinum respiciat Numen, pristinam vivendi rationem detestatus; contentus tamen esse debet, si vel provecta jam ætate sapientiam assequatur. At nobis nulla quidem ab hominibus profecta doctrina adjumento unquam fuit; B sed quæcumque in hominum vita ac moribus laudem merentur, judicio sapientum, Dei dona sunt ac munera. Cæterum adversus venenata illa tela quæ a malo dæmone fabricantur, non infirmum habeo scutum quod opponam : scientiam videlicet earum rerum quæ acceptæ sunt Deo. Qua quidem ex scientia ac disciplina; ea seligens quæ ad præsentem sermonem accommodata sunt, summum omnium Parentem laudare aggrediar. Tu vero devotionis nostræ proposito favens, adesto, Servator omnium Christe, et sermonem de potentia tua institutum exorna, laudandi nobis modum rationemque præscribens. Nemo porro existimet auditurum se orationem eximia quadam verborum elegantia excultam. Quippe compertum **580** habeo, eam oratio- C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Περὶ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου παρουσίας, τίς, καὶ ἐπὶ τίσι γεγένηται.

Οὐκοῦν εἴ τίς ἐστιν ἀνάξιος χρηστοῦ βίου, σύνοιδέ τε ἑαυτῷ (52) πλημμελῶς καὶ ἀτάκτως τὸν βίον βεβιωκότι, ἐὰν μετάθηται καὶ πρὸς τὸ Θεῖον ἀπίδῃ, τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καθαρθείς, καὶ ἀλλότριος γενόμενος τῆς πάλαι κακίστης διαίτης· ἀλλ' ὅμως ἀγαπητὸν, εἰ κἂν ἐν τῇ τῆς ἀκμῆς ἡλικίᾳ τὴν σοφίαν εὐτυχήσειεν (53)· ἡμῖν δὲ παιδεία μὲν ἡ ἐξ ἀνθρώπων οὐδεμία πώποτε συνήρατο· Θεοῦ δέ ἐστιν ἅπαντα τὰ δωρήματα, ὅσα ἐν ἤθεσι καὶ τρόποις εὐδοκιμεῖ παρὰ τοῖς νοῦν ἔχουσιν. Ἔχω δὲ καὶ οἷον προβέβλημαι δηλητηρίων ἀντικρυς (54) ὁπόσα τεκταίνεται ὁ πονηρὸς, οὐ μετρίαν ἀσπίδα, τὴν γνῶσιν τῶν ἀρεσκόντων τῷ Θεῷ· ἐξ ἧς τὰ (55) πρὸς τὸν προκείμενον λόγον χρήσιμα ἐκλεξάμενος, ὑμνήσω τὸν Πατέρα πάντων. Αὐτός τε συναιρόμενος (56) τῇ τῆς καθοσιώσεως σπουδῇ, πάριθι, Χριστὲ, Σῶτερ ἁπάντων, καὶ τὸν περὶ τῆς ἀρετῆς κατακόσμει λόγον, τὸν τρόπον τῆς σεμνολογίας ὑφηγούμενος. Καὶ μηδεὶς προσδοκάτω κομψείᾳ τινὶ κεκαλλωπισμένων ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων ἀκούσεσθαι· οἶδα γὰρ ἀκριβῶς τὴν ἔκλυτον καὶ πρὸς ἡδονὴν ἀπειργασμένην δημηγορίαν τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἀπαρέσκειν· ὅταν οἱ λέγοντες, κρότου μᾶλλον, ἢ σώφρονος διαλέξεως ἐπιμελῶνται. Φασὶ δή τινες ἀνό-

(51) *Ἦν γὰρ δυνατόν.* Mallem legere : Ἦν δὲ ἄρα δυνατόν.

(52) Vulg. *σύνοιδέ τε τῷ*. Scribendum est σύνοιδέ τε ἑαυτῷ, quod miror viris doctis in mentem non venisse. Porro ab initio hujus periodi, id est, ab his verbis Οὐκοῦν εἴ τίς ἐστιν ἀνάξιος, incipit caput 11, tum in schedis, tum in codice Fuk. Et in codice quidem Fuk. in quo tituli singulis capitibus præponuntur, hæc est hujus capitis inscriptio: Περὶ τῆς κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου παρουσίας, τίς καὶ ἐπὶ τίσι γεγένηται· καὶ περὶ τῶν μὴ γνόντων τὸ μυστήριον, etc. In schedis autem Regiis et in editione Rob. Stephani, quam secutus est Christophorsonus, hoc caput in duo divisum est, et, Περὶ τῶν μὴ γνόντων,... novi capitis titulus est.

(53) Vulg. *τὴν σοφίαν εὐτυχῶσιν*. Scribendum D procul dubio εὐτυχήσῃ, vel εὐτυχήσειεν, quod miror nec a Christophorsono, nec a Scaligero aliisque animadversum fuisse, qui emendarunt τῆς σοφίας εὐτυχήσωσιν. Atqui Græce non dicitur εὐτυχεῖν τῆς σοφίας, sed εὐτυχεῖν τὴν σοφίαν. In codice tamen Fuk. scribitur τῆς σοφίας εὐτυχήσωσι.

(54) Vulg., *δηλητήριον ἄντικρυς*. Scribendum omnino est δηλητηρίων ἄντικρυς, id est, contra venenata spicula. Ubi ἄντικρυς præpositio est, quod non viderunt Scaliger, Bongarsius, Gruterus aliique. Sic infra cap. 15, loquitur Constantinus, πίστιν τε καὶ δικαιοσύνην αὐτοὺς ἐκδιδάξας, ἀντικρὺ τοῦ ἐκ τῆς ἀντικειμένης φύσεως φθόνου. Codd. tamen Fuk. ac Turnebi habent ὡς κατὰ δηλητηρίων ἄντικρυ.

(55) Vulg. *ἐξιστᾷ πρὸς τὸν προκείμενον*. Quis non miretur, Scaligerum, Bongarsium, et cæteros, ex quorum libris emendationes ad oram editionis Genevensis adnotantur, hujus loci veram emendationem non vidisse, quæ tamen obvia et in proclivi est? Diductis enim vocibus quæ in unam coaluerant, scribendum est ἐξ ἧς τὰ πρὸς τὸν, etc. Subauditur autem γνώσεως, quod vocabulum paulo ante præcessit. At Christophorsonus hunc locum ita interpretatur: *Hæc igitur commode ad eum sermonem qui a me institutus est, delegi.* Ex quo apparet, aut illum secutum esse emendationem quæ in libris Scaligeri, Bongarsii et Gruteri legitur; quam etiam reperi in libro Morælæ : aut certe Scaligerum et cæteros interpretationem Christophorsoni secutos, ita emendasse; quod quidem verius puto. Verum emendatio ista ferri non potest. Primum enim nimis discedit a vestigiis vulgatæ lectionis, si pro ἐξιστᾷ scribas τὰ τοίνυν. Codd. tamen Fuk. et Sav. scriptum habent τὰ τοίνυν, etc.

(56) Vulg. *Αὐτοῦ τε συναιρόμενος*. In libro Moræi vir doctus ad marginem emendavit αὐτός. Ego totum locum uno ductu ita legendum puto : Αὐτὸς δὲ συναιρόμενος τῇ τῆς καθοσιώσεως σπουδῇ, πάριθι, Χριστέ, etc. Quam emendationem confirmat Regius codex, in quo punctum prænotatur ante vocem αὐτοῦ. Ab iis igitur verbis inchoandum est caput 12, licet in codice Regio et in editione Stephani novum caput inchoetur a voce πάριθι. Conjecturam nostram plane confirmat codex Fuk., in quo legitur αὐτός τε συναιρόμενος τῇ τῆς καθοσιώσεως σπουδῇ, πάριθι, etc. In schedis autem Regiis scriptum invenit αὐτοῦ τε συναιρομένου, ut legit Christophorsonus. In iisdem schedis novum caput inchoatur ab iis verbis quæ proxime sequuntur, φασὶ δή τινες, etc. Sed nihil necesse est hic novum caput instituere, cum paulo ante inchoatum fuerit Οὐκοῦν εἴ τίς ἐστιν ἀνάξιος, tum in schedis, tum in codice Fuketii.

Digitized by Google

τοι καὶ δυσσεβεῖς ἄνθρωποι, δικαιωθῆναι τὸν Χριστὸν ἡμῶν καὶ τὸν παραίτιον τοῦ βίου τοῖς ζῶσιν, αὐτὸν τοῦ ζῆν ἐστερῆσθαι. Τοὺς δ' ἀσεβεῖν ἅπαξ τολμήσαντας (57), καὶ μήτε δεδιέναι, μήτ' ἐγκαλύπτεσθαι τὴν ἑαυτῶν πονηρίαν κατανοοῦντας, οὐδὲν θαυμαστὸν τοῦτο λέγειν· ἐκεῖνο δὲ πᾶσαν ὑπερβέβηκεν εὐήθειαν, τὸ δοκεῖν πεπεικέναι ἑαυτοὺς, ὑπ' ἀνθρώπου Θεὸν ἄφθαρτον βεβιᾶσθαι, καὶ οὐχ ὑπὸ μόνης τῆς φιλανθρωπίας, μηδ' ἐννοεῖν, ὅτι τὸ μεγαλόψυχον [καὶ ἀνεξίκακον (58)] οὔθ' ὑπὸ ὕβρεως διατρέπεται, οὔθ' ὑπὸ προπηλακισμοῦ τῆς φυσικῆς στερρότητος ἐξίσταται, ἀλλ' ἀεὶ γίγνεται, τῶν ἐπεμβαινόντων τὴν ἀγριότητα, λογισμοῦ τε καὶ μεγαλοψυχίας φρονήματι θραῦον καὶ διωθούμενον. Προῄρητο μὲν ἡ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία, ἀδικίαν μὲν ἐξαλεῖψαι, κοσμιότητα δὲ καὶ δίκην ἐπᾶραι· διὸ καὶ τοὺς σοφωτάτους τῶν ἀνδρῶν (59) συναθροίσας, καλλίστην καὶ βιωφελεστάτην διδασκαλίαν συνεστήσατο, ζηλῶσαι (60) τοὺς ἀγαθούς τε καὶ εὐδαίμονας τὴν ἑαυτοῦ περὶ τὰ κόσμια πρόνοιαν· οὗ μεῖζον ἀγαθὸν τί ἄν τις εἴποι, Θεοῦ δικαιοσύνην βραβεύοντος, καὶ ἐξομοιοῦντος ἑαυτῷ τοὺς ἀξίους τῆς αὐτοῦ παιδεύσεως, ὅπως διαδοθείσης εἰς πάντας τῆς ἀγαθότητος, τὸ εὐτυχεῖν τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἅπαντα τὸν αἰῶνα περιγένηται; Αὕτη ἐστὶν ἡ σεμνὴ νίκη, τόδ' ἀληθὲς κράτος, τὸ μέγιστον ἔργον ἁρμόζον, ὁ τῶν συμπάντων δήμων σωφρονισμός· καὶ τούτων μέν σοι τὰ νικητήρια δίδομεν εὐφημοῦντες, ὦ Σῶτερ τῶν ὅλων· σὺ δ', ὦ πονηρὰ (61) καὶ ἐπονείδιστε βλασφημία, ψεύδεσιν ἐπαιρομένη, φήμαις τε καὶ διαβοήσεσιν, ἐξαπατᾷς μὲν νέους, πείθεις δὲ μειράκια, καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς μειρακιώδη τινὰ τρόπον ἔχοντας, ἀπάγουσα μὲν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς θρησκείας τοῦ ὄντος Θεοῦ (62), συνιστάνουσα δ' ἀγαλμάτων πλάσματα, οἷς εὔχοιντο καὶ προσκυνοῖεν· ὥστε ἐξαπατηθέντας, μένειν τὰ ἐπίχειρα (63) τῆς αὐτῶν ἀναισθησίας. Αἰτιῶνται γὰρ

nem quæ mollis sit et ad voluptatem ac lenocinium comparata, prudentibus viris displicere: cum is qui dicit, plausum potius quam modestam disserendi rationem consectatur. Quidam impii ac dementes homines aiunt Christum nostrum merito supplicio damnatum fuisse, et eum qui vitæ auctor est viventibus, vita esse privatum. Ac eos quidem qui semel pietati nuntium remiserunt, nec timore ullo aut pudore scelerum suorum affici decreverunt, ita sentire minime mirandum est. Illud vero omnem excedit amentiam, quod sibi ipsis persuasisse videntur, Deum immortalem vim ab hominibus passum esse, non autem a sua ipsius benignitate et erga homines benevolentia; nec animadvertunt, magnitudinem animi ac patientiam nec contumelia mutari, nec conviciis de statu suo dimoveri; sed furorem eorum qui ipsam hostiliter invadunt, consilio et celsitudine animi frangere. Statuerat quidem divina clementia injustitiam e medio tollere, modestiam vero et æquitatem promovere. Ac propterea, sapientissimis hominibus in unum congregatis, pulcherrimam atque utilissimam humano generi doctrinam instituit, ut viri boni ac beati providentiam ipsius in hujus mundi rebus administrandis æmularentur. Quo quidem bono quodnam majus dici potest, ubi Deus justitiæ leges præscribit, eosque qui discipuli ipsius esse meruerint, similes efficit sibi, ut tradita ac diffusa in omnes virtute, sempiterna felicitas hominibus comparetur? Hæc est præclara victoria, hæc vera potentia, hoc opus maximum Deoque convenientissimum, omnium scilicet populorum correctio atque ad meliorem frugem conversio. Ac nos quidem hujus triumphi gloriam, cum laudibus et acclamationibus, tibi, o Servator omnium, deferimus. Tu vero improba ac

(57) Vulg. *Τοὺς ἀσεβεῖν ἅπαξ τολμήσαντας*. Scribendum est omnino τοὺς δ' ἀσεβεῖν ἅπαξ τολμήσαντας, καὶ μήτε δεδιέναι, μήτ' ἐγκαλύπτεσθαι τὴν ἑαυτῶν πονηρίαν κατανοοῦντας, οὐδὲν θαυμαστὸν, τοῦτο λέγειν, ut scribitur in optimo codice Fuk. cui subscribunt Sav. et Christophorsoni exemplaria.

(58) Vulg. *καὶ ἀνεξίκακον τοῦ Θεοῦ*. Posteriora duo vocabula addita sunt ex libro Gruteri, quæ etiam in Moræi libro ad marginem ascripta leguntur. Sed cum nec in codd. Regio et Fuk. nec in editione Stephani legantur, nihil est quod nos cogat ea hic addere. Ac fortasse scribendum est τὸ ἀνεξίκακον τῆς φιλανθρωπίας, retracta huc voce quæ in superiore linea legitur. Porro hæc Constantini disputatio instituta mihi videtur adversus Porphyrium, seu quosdam alios Græcorum philosophos, qui id christianis objiciebant, quod dicerent Christum ab hominibus crucifixum et necatum esse. Sic enim argumentabantur adversus christianos. Si Christus Deus est, quomodo illi vis afferri potuit ab hominibus, cum constet homines adversus Deum nihil posse?

(59) *Τοὺς σοφωτάτους τῶν ἀνδρῶν*. Sic apostolos vocat Constantinus, quos tamen illitteratos atque imperitos fuisse constat. Ita quoque in cap. 12, eosdem apostolos εὖ πεφυκότας appellat, id est, præstanti ingenio præditos. Scilicet Constantinus de apostolis quos tantopere veneratur Ecclesia, honorifice sentiendum esse existimavit. Verum sancti Patres longe aliter de apostolis loquuntur, ac præcipue Joannes Chrysostomus, qui apostolos plane rudes atque imperitos fuisse fatetur, et ex eo validissimum argumentum sumit ad christianæ fidei confirmationem, quod homines illitterati philosophos, vilissimi e Judæa piscatores Romanos rerum dominos ad Crucifixi cultum pertraxerint. Idem repetit Constantinus in capite decimo quinto, initio.

(60) Vulg. *ζηλοῦσα*. Positum videtur hoc verbum pro ζηλῶσαι ποιοῦσα. Sensus autem hujus loci peti debet ex capit. 12, ubi Constantinus ita loquitur: Τὸ δὲ τῆς φιλανθρωπίας ἐξαίρετον, ἐν τῷ τοὺς εὖ πεφυκότας τῶν ἀνθρώπων, θείου καὶ μακαρίου ζηλωτὰς ποιῆσαι βίου. Hi enim duo loci lucem sibi mutuo fenerantur. In codd. Fuk., Turnebi ac Savilii, scribitur ζηλῶσαι, non ζηλοῦσα.

(61) *Σὺ δ', ὦ πονηρά*. Ab his verbis novum caput inchoatur in editione Rob. Stephani et in codice Regio, in quibus hæc verba modico intervallo a præcedentibus separantur. In optimo tamen codice Fuk. et in schedis nulla hic notatur distinctio.

(62) *Τοῦ ὄντος Θεοῦ*. Malim scribere adverbialiter τοῦ ὄντως. Atque ita plane in codice Fuk. scriptum inveni.

(63) *Μένειν τὰ ἐπίχειρα*. Hoc loco μένειν sumitur ut apud Latinos *manet*, ut cum dicitur, *te manet capitolina palmata*, id est, tibi parata est. Græci eodem modo sumunt verbum μένειν. Sic in epistola Constantii ad Alexandrinos, quam refert Athanasius

Digitized by Google

letestanda blasphemia, quæ mendaciis et fama pervulgatisque sermonibus efferri et gloriari soles, tu, inquam, juvenes decipis; adolescentes et viros qui puerili quodam ingenio præditi sunt, blanda persuasione in fraudem inducis, a veri Numinis cultu eos abducens, et simulacra constituens, quæ adorent, et quibus preces allegent: adeo ut decepti, suæ ipsorum vecordiæ mercedem recipiant. Christum enim omnium bonorum auctorem, qui et Deus est et Dei Filius, calumniantur. Annon, quæso, hic **581** Deus a modestissimis ac sapientissimis gentibus ac populis jure merito colitur? qui cum omnem potentiam nactus sit, propositi sui semper tenax, de insita sibi clementia nihil imminuit. Abite igitur, impii (id enim vobis licet, quandoquidem sceleri vestro nulla nunc pœna irrogatur); abite, inquam, ad victimarum cædes et convivia „festosque dies et compotationes: in quibus religionis specie voluptatibus et intemperantiæ indulgetis. Et sacra quidem a vobis celebrari simulatis: re autem vera libidines vestras expletis. Neque enim quidquam boni nostis, ac ne primum quidem summi Dei mandatum: qui et humano generi leges vivendi præscribit, Filioque in mandatis dedit, ut vitam hominum moresque formaret: quo videlicet hi qui recte ac modeste vixerint, alteram vitam beatam ac felicem Filii sui judicio consequantur. Exposui decretum Dei de hominum vita, idque non ignoratione aberrans ut multi, nec opinione aut conjectura ductus. Sed fortasse dixerit aliquis: Undenam hæc filii appellatio, aut quæ ratio gignendi, siquidem unus ac solus est Deus, idemque ab omni commistione et coitu prorsus alienus? Sciendum vero est duplicem esse gignendi rationem: alteram ex partu quæ omnibus nota est: alteram ex causa sempiterna.

A τὸν τῶν ἀγαθῶν παραίτιον πάντων, Χριστὸν, θεόν τε καὶ Θεοῦ παῖδα. Ἆρ' οὖν οὐχ ὑπὸ σωφρονεστάτων ἐθνῶν τε καὶ δήμων οὗτος ὁ Θεὸς καταξίαν σέβεται; Παντοίας μὲν δυνάμεως ἐπειλημμένος, αὐτὸς δ' ἐν τῇ οἰκείᾳ προαιρέσει μένων, οὐδοτιοῦν τῆς ἐμφύτου φιλανθρωπίας ἐμείωσεν. Ἅπιτε δὴ, δυσσεβεῖς, ἐφεῖται γὰρ ὑμῖν διὰ τὴν ἀτιμώρητον ἁμαρτίαν, ἐπὶ τὰς τῶν ἱερείων σφαγὰς, θοίνας τε καὶ ἑορτὰς καὶ μέθας· προσποιούμενοι μὲν θρησκείαν, ἐπιτηδεύοντες δὲ ἡδονὰς καὶ ἀκολασίας· καὶ θυσίας μὲν ἐπιτελεῖν σκηπτόμενοι, ταῖς θ' αὐτῶν ἡδοναῖς δουλεύοντες. Οὐ γὰρ ἔστε ἀγαθὸν οὐδὲν, οὐδὲ τὸ πρῶτον τοῦ μεγάλου Θεοῦ πρόσταγμα, διατάσσοντός τε τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, καὶ ἐπισκήπτοντος τῷ Παιδὶ, τὸν τούτων διακυβερνᾶν βίον, ὅπως οἱ δεξιῶς καὶ σωφρόνως βιώσαντες, κατὰ B τὴν τοῦ Παιδὸς κρίσιν, δεύτερον βίον μακάριόν τε καὶ εὐδαίμονα λαγχάνωσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ τοῦ Θεοῦ δόγμα (64) περὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων βιώσεως διεξῆλθον, οὐ μὴν ἀγνοῶν, καθάπερ οἱ πολλοὶ, οὐδὲ ἐξ εἰκασίας, οὐδὲ στοχασμοῦ. Τάχα δ' ἄν τις εἴποι· Πόθεν ἡ προσηγορία τοῦ παιδὸς, ποία δὲ γένεσις, εἴπερ εἷς μόνος ὢν Θεὸς τυγχάνει, πάσης δὲ μίξεως οὗτός ἐστιν ἀλλότριος; Ἀλλὰ τὴν γένεσιν διπλῆν τινα νοεῖσθαι χρή· τὴν μὲν ἐξ ἀποκυήσεως, τὴν συνεγνωσμένην ταύτην, ἑτέραν δὲ τὴν ἐξ ἀϊδίου αἰτίας, ἧς τὸν λόγον Θεοῦ πρόνοια θεᾶται, καὶ ἀνδρῶν ὃς ἐκείνῳ φίλος ὑπάρχει (65)· σοφὸς γάρ τις τὴν αἰτίαν τῆς τῶν ὅλων διακοσμήσεως εἴσεται. Ὄντος τοίνυν ἀναιτίου μηδενὸς, προϋπάρχειν τῶν ὄντων, τὴν αἰτίαν αὐτῶν (66) ἀνάγκη. Ὄντος ἄρα κόσμου καὶ τῶν ἐν C αὐτῷ, οὕσης τε αὐτῶν σωτηρίας, τὸν Σωτῆρα τῶν ὄντων προϋπάρχειν ἀνάγκη· ὡς εἶναι τὸν μὲν Χριστὸν, τῆς σωτηρίας αἰτίαν, τὴν δὲ σωτηρίαν τῶν ὄντων τὸ αἰτιατόν (67)· καθάπερ αἰτία μὲν Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, αἰτιατὸν δ' ὁ Υἱός (68). Καὶ τὸ μὲν προϋπάρχειν

in *Apologetico ad imperatorem Constantium*: Ἀλλ' ἦν γενναῖος καὶ λαμπρὸς, οὐδὲ χρίσιν ἔμεινε κατ' αὐτοῦ. Tamen viri docti ex suis codicibus jam pridem emendarunt ἀναμένειν, quam emendationem in libris etiam Turnebi ac Savilii reperi. Codex Fuketianus habet ἀναβαίνειν.

(64) *Ἐγὼ μὲν οὖν τὸ τοῦ Θεοῦ δόγμα.* Intelligit decretum Dei de hominis assumptione, seu de Incarnatione, per quam hominum vita reparata est. Apparet igitur capita recte a nobis digesta esse. Nisi quis fortasse ad hæc usque verba caput 19 extendere voluerit, quod libens concesserim.

(65) Vulg. *ὡς ἐκείνῳ φίλος ὑπάρχει.* Rob. Stephanus in variis lectionibus, quas ad calcem editionis suæ adnotavit, monet hunc locum in quibusdam codicibus ita legi, ὃς ἐκείνῳ φίλος ὑπάρχει. Quæ sine dubio vera scriptura est. Ait enim Constantinus, naturalis quidem generationis modum omnibus notum esse: generationis autem divinæ rationem paucos admodum cognoscere, quos Deus peculiari benevolentia prosecutus fuerit. Certe in codice Regio legitur φίλος. In schedis autem scribitur ὃς ἐκείνων φίλος. Sed codd. Fuk., Turnebi ac Savilii, veram lectionem exhibent.

(66) Vulg. *τὴν αἰτίαν αὐτῶν τῆς σωτηρίας.* Malo consilio Genevenses duas postremas voces in textum admiserunt, ex conjectura Scaligeri, ut ad marginem adnotatur. Sed eas rejiciendas esse satis apparet. Nam et sensum omnem hujus loci perturbant, et in scriptis codicibus non leguntur.

(67) Vulg. *τὸ αἴτιον.* Nihil hoc loco vidit Christophorsonus. Atqui facillimum erat animadvertere, hic legendum esse τὸ αἰτιατόν. Comparat enim hic Constantinus Filium cum conservatione, et Patrem cum Servatore. Quemadmodum igitur Pater quidem est causa Filii, Filius vero effectus seu τὸ αἰτιατόν, sic Servator quidem causa est salutis omnium rerum, salus vero est effectus seu τὸ αἰτιατὸν Servatoris.

(68) *Αἰτία μὲν Υἱοῦ ὁ Πατὴρ, αἰτιατὸν δὲ ὁ Υἱός.* Veteres theologi, præsertim apud Græcos, D unam in Trinitate personam, Deum scilicet Patrem, causam esse dicebant; duo vero causata, Filium nempe et Spiritum sanctum. Sic Athanasius in Quæstionibus secundis, cap. 11 et 12, ὁ δὲ Υἱὸς οὐκ ἔστιν αἴτιος, ἀλλ' αἰτιατός. Ita etiam Joannes Damascenus in libro I *De imaginibus*, non longe ab initio: « Imago, inquit, Dei invisibilis est ipse Filius, qui in seipso Patrem gerit, et in omnibus idem cum illo est, præter unum id quod ab eo tanquam a causa est. Naturalis enim causa est Pater, ex qua Filius proficiscitur. » Sed et Gregorius Naz. in oratione 29, quæ est De dogmate, Patrem causam esse Filii et Spiritus sancti diserte asserit. Ex Latinis vero Marius Victorinus in libro primo *Adversus Arium* perinde locutus est. « Sed major, inquit, Pater, quod ipse dedit Filio omnia, et causa est ipsi Filio ut sit, et isto modo sit. » Supra autem idem Victorinus dixerat, Filium quidem causam esse principalem omnium rerum,

Digitized by Google

αὐτὸν. Ἱκανῶς ἤδη δεδήλωται. Πῶς δ' εἰς ἀνθρώπους καὶ γῆν κατῆλθεν; Ἡ μὲν προαίρεσις τῆς καθόλου (69), καθὼς οἱ προφῆται προεθέσπισαν, κηδεμονίας τῶν ὅλων ἐστίν· ἀνάγκη γὰρ τὸν δημιουργὸν τῶν ἔργων αὐτοῦ κήδεσθαι. Ἐπεὶ δὲ κοσμικῷ σώματι πλησιάζειν, ἔν τε γῇ χρονίζειν ἔμελλε, τῆς χρείας τοῦτο ἀπαιτούσης, νόθην τινὰ γένεσιν ἑαυτοῦ ἐμηχανήσατο· χωρὶς γάρτοι γάμων σύλληψις, καὶ ἀγνῆς παρθενίας εἰλείθυια, καὶ Θεοῦ μήτηρ κόρη, καὶ αἰωνίας φύσεως ἀρχὴ χρόνιος, καὶ νοητῆς οὐσίας αἴσθησις, καὶ ἀσωμάτου φανότητος ὕλη (70)· ἀκόλουθα τοιγαροῦν καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ φάσματος· αἰγλήεσσα περιστερὰ (71) ἐκ τῆς Νῶε λάρνακος ἀποπταμένη, ἐπὶ τοὺς τῆς παρθένου κόλπους κατῆρεν· ἀκόλουθα δὲ καὶ μετὰ τὸν ἀναφῆ, πάσης τε ἁγνείας καθαρώτερον, καὶ αὐτῆς ἐγκρατείας κρείσσονα ὑμέναιον (72). Ἡ ἐκ σπαργάνων σοφία τοῦ Θεοῦ, ἐντρεπόμενός τε αὐτὸν μετὰ αἰδοῦς ὁ τῶν λουτρῶν πάροχος Ἰορδάνης. Πρὸς τούτῳ τε βασιλικὸν χρίσμα ὁμόψυχον τῆς πάντων συνέσεως, παιδεία δὲ καὶ δύναμις παράδοξα κατορθοῦσα, καὶ τὰ ἀνίατα ἰωμένη· καὶ εὐχῶν ἀνθρωπίνων ταχεῖα καὶ ἀνεμπόδιστος βεβαίωσις, καὶ ὅλως ὁ σύμπας ὑπὲρ ἀνθρώπων βίος· διδασκαλία δὲ οὐ φρόνησιν, ἀλλὰ σοφίαν διδάσκουσα, τῶν φοιτητῶν οὐ τὰς πολιτικὰς λεγομένας ἀρετὰς (73) μανθανόντων, ἀλλὰ τὰς εἰς τὸν νοητὸν κόσμον ἁρπαζούσας, τήν τε τοῦ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἔχοντος γένους ἐποπτίαν πονούντων, καὶ τὴν τοῦ μεγίστου Πατρὸς ἔννοιαν ἀσκουμένων. Τὰ γάρτοι τῶν εὐεργετημάτων οὐ μέτρια· ἀντὶ μὲν τῆς πωρώσεως (74), ὅρασις· ἀντὶ δὲ παρέσεως, εὐεξία· ἀντὶ δὲ θανάτου, πάλιν εἰς τὸ ζῆν ἀποκατάστασις. Παρίημι γὰρ ἄφθονον τῶν ἀναγκαίων παρασκευὴν ἐν ἐρημίᾳ, καὶ ἐν ὀλίγοις ἐδέσμασι παντοδαπὴν μεγάλοις πλήθεσι πολλοῦ χρόνου περιουσίαν. Ταύτην σοι τὴν εὐχαριστίαν κατὰ τὸ δυνατὸν ἀποδίδομεν, Χριστὲ ὁ Θεὸς καὶ Σωτήρ,

A Cujus quidem generationis modum ac rationem, divina favente providentia, is inter homines videt, qui Deo charus fuerit. Sapiens enim quivis ordinationis universi causam intelligit. Porro cum nihil sit quod causam non habeat, ante omnia quæ existunt, causa eorum substiterit necesse est. Cum igitur mundus et cuncta quæ in mundo sunt exsistant; eumque eorum exstet conservatio, necesse est ut ante omnia quæ sunt, Servator exstiterit: adeo ut Christus ipse omnium rerum causa sit, et conservatio sit effectus: quemadmodum Pater quidem Filii causa est, Filius vero est causatum. Et ipsum quidem Christum ante omnia exstitisse, jam abunde probavimus. At quomodo in terras descendit et ad homines venit? Consilium quidem ipsum, sicut
B prophetæ prædixerant, profectum est ex cura ac sollicitudine quam pro universis rebus gerebat. Opifex enim, operum suorum curam gerat necesse est. Cum vero ad terrenum corpus accessurus esset, et inter homines, necessitate sic exigente, aliquandiu moraturus, novam quamdam nascendi rationem commentus est sibi. Nam absque **582** nuptiis fuit conceptio; et castæ virginitatis puerperium; et puella Dei mater: et æternæ naturæ temporale principium; et intelligibilis substantiæ sensus; et incorporei splendoris materia. Cuncta igitur quæ tunc visa sunt, his fuere consentanea. Splendidissima columba ex arca Noe devolans, in sinum Virginis descendit. Consentanea item sunt reliqua, quæ
C illibatum illum et omni castitate puriorem, ipsaque adeo continentia præstantiorem hymenæum sunt consecuta. Mirabilis ab ipsis incunabilis sapientia Dei: et Jordanis qui aquas ad baptismum præbebat, cum reverentia illum suscipiens. Adhæc regalis unctio cum omnium rerum scientia conjuncta. Doctrina item ac potentia qua res admirabiles per-

sed Patrem præcausam esse, eo quod Filii causa sit.

(69) *Ἡ μὲν προαίρεσις τῆς καθόλου.* Nihil hic mutant codices nostri. Ego tamen libentius legerem τῆς καθόδου, id est, adventus Dominici.

(70) Vulg. *ἀσωμάτου φανότατος ὕλη.* Scribendum videtur φανότητος, ut legit Christophorsonus. Alludit enim Constantinus ad locum Pauli apostoli in quo Christus splendor gloriæ Dei Patris appellatur. Certe in Fuk. et Savilii libr. φανότητος scribitur.

(71) *Αἰγλήεσσα περιστερά.* In codice Regio ad marginem ascribitur λαμπρά, quod scholion est vocis αἰγλήεσσα. Frustra igitur et Scaliger et cæteri emendatores legunt αἰθρήεσσα. Porro hæc Constantini narratio sumpta est ex libris apocryphis, qui Spiritum sanctum sub columbæ specie in Mariæ sinum descendisse referebant, prout angelus ei prædixerat. Ac fortasse in Evangelio Hebræorum hæc ita narrabantur. Sed Christophorsonus columbam hic intellexit, quam Noe olim ex arca dimiserat, eamque figuram fuisse Spiritus sancti, qui in Mariam virginem quandoque erat illapsurus. Ego vero mallem hic legere αἰγλήεσσα περιστερὰ οἵα ἡ πάλαι ἐκ τῆς Νῶε λάρνακος ἀποπταμένη, etc. Ita sensus erit apertus et elegans.

(72) *Ὑμέναιον.* Post hanc vocem punctum apposui ex auctoritate codicis Regii, quod cum non animadvertisset Christophorsonus, totam hujus loci sententiam corrupit, vocibus aliquot adjectis. Sic enim legit, ὑμέναιον, οἰκονομοῦσα ἡ ἐκ σπαργάνων σοφία τοῦ Θεοῦ θαυματουργεῖ. Codex tamen Fuk. hanc Christophorsoni lectionem ac distinctionem plane confirmat, nisi quod habet τοῦ Θεοῦ σοφία, sicut et liber Turnebi.

(73) *Τὰς πολιτικὰς... ἀρετάς.* Philosophi duas virtutum species factunt: alias πρακτικὰς, quas
D hoc loco πολιτικὰς appellat Constantinus; alias θεωρητικάς, quæ scilicet animum nostrum perducunt ad Dei contemplationem. Unde ex discipulis Pythagoræ alii πολιτικοί, alii σεβαστικοί dicti, ut docet vetus auctor de vita Pythagoræ in *Bibliotheca* Photii, cap. 259. Porro in codice Fuk. hic locus ita legitur: Διδάσκουσα τοὺς φοιτητὰς, ὡ τὰς πολιτικὰς λεγομένας ἀρετὰς διδοῦσα ἐκμανθάνειν, ἀλλὰ τὰς εἰς τὸν νοητὸν κόσμον ἁρπαζούσας ἀγούσας τῶν τε τὴν τοῦ ἀεὶ καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχοντος, etc. Ita etiam legitur in libris Turnebi ac Savilii. Verum assentior Savilio, qui cum hanc lectionem ad oram libri sui ascripsisset, eam postea delevit, hac adnotatione subjecta: « Lectio vulgata retineri potest paucis immutatis. »

(74) Vulg. *ἀντὶ μὲν τῆς ῥώσεως.* Scribendum est procul dubio τῆς πωρώσεως. Mox emendavi ex codice Regio ἀντὶ δὲ παρέσεως. Atque ita codex Savilii. Paulo ante mallem scribere τὰ γέ τοι τῶν εὐεργετημάτων, etc.

Digitized by Google

petravit, et insanabiles morbos curavit. Mira denique celeritas in hominum precibus exaudiendis. Et generaliter tota ejus vita hominum utilitati inserviens. Prædicatio vero quæ non prudentiam sed sapientiam insinuaret, auditoribus non civiles virtutes, sed viam quæ ad intelligibilem mundum perducit, addiscentibus, ejusque naturæ quæ semper uno eodemque in statu permanet, contemplationem et summi Patris notionem assidua exercitatione scrutantibus. Jam beneficia haudquaquam mediocria. Pro cæcitate, visus; pro virium ac nervorum resolutione, firma corporis valetudo; pro morte denique, vita iterum restituta. Prætereo res ad victum necessarias in solitudine large suppeditatas, et paucissimos cibos maximæ hominum multitudini longo temporis spatio sufficientes. Hanc tibi gratiarum actionem prout possumus, persolvimus, Christe, Deus ac Servator, magni Patris summa Providentia, qui et a malis liberas, et doctrinam beatissimam tradis. Neque enim hæc a me dicuntur ut laudes tuas celebrem, sed ut gratias agam. Nam quis unquam inter homines te pro dignitate laudaverit? Tu quippe es, qui ex nihilo res creasse diceris, et lucem eis accendisse; et confusam elementorum molem ordine ac ratione distinxisse. Tuæ clementiæ hoc præcipuum munus est, quod homines bona indole præditos, divinæ ac beatæ vitæ æmulatores reddidisti, ac providisti ut illi optimarum rerum mercatores effecti, sapientiam ac felicitatem suam pluribus aliis impertirent, ipsique immortalem fructum virtutis perciperent; liberati quidem intemperantia, **583** clementiæ vero participes: et misericordiam quidem præ oculis habentes, fidei vero promissa sperantes: verecundiam denique et omne genus virtutis amplectentes, loco injustitiæ quam prior mortalium vita moribus humanis infuderat, ut ab eo qui omnium rerum curam ac providentiam gerit, exscinderetur. Nullus enim alius, tantorum malorum et injustitiæ quæ illa ætate invaluerat, medicus idoneus inveniri potuisset. Igitur Providentia ad terras usque perveniens, cuncta quæ per contumeliam et intemperantiam inconposita

μεγάλου Πατρὸς μεγίστη πρόνοια, σώζοντί τ' ἐκ τῶν κακῶν, καὶ τὴν μακαριωτάτην διδασκαλίαν διδάσκοντι· οὐ γὰρ ἐγκωμιάζων ταῦτα, ἀλλ' εὐχαριστῶν λέγω. Τίς γὰρ ἂν σε κατ' ἀξίαν ὑμνήσοι ἐν ἀνθρώποις; Σὲ μὲν γὰρ λόγος ἐξ οὐκ ὄντων τὰ ὄντα γεννῆσαι, τό τε φῶς αὐτοῖς ἀνάψαι (75), καὶ τὴν ἄτακτον τῶν στοιχείων σύγχυσιν κατακοσμῆσαι τάξει καὶ μέτρῳ. Τὸ δὲ φιλανθρωπίας ἐξαίρετον ἐν τῷ τοὺς εὖ πεφυκότας τῶν ἀνθρώπων, θείου καὶ μακαρίου ζηλωτὰς ποιῆσαι βίου· κατανοεῖν θ' (76) ὅπως τῶν ὄντως ἀγαθῶν ἔμποροι γεγενημένοι, πλείοσι τῆς ἑαυτῶν σοφίας τε καὶ συντυχίας μεταδιδοῖεν, αὐτοί τ' ἀρετῆς καρπὸν αἰώνιον κομίζοιντο, ἀπηλλαγμένοι μὲν ἀκολασίας, μετέχοντες δὲ φιλανθρωπίας, οἴκτον μὲν πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, πίστεως δὲ προσδοκίαν ἐλπίζοντες, αἰδὼ δὲ καὶ παντοίαν ἀρετὴν ἀσπαζόμενοι (77), ἣν ὁ προτοῦ βίος ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἐκβεβλήκει, τὴν ὑπὲρ πάντων ποιουμένῳ πρόνοιαν· οὐδεὶς γὰρ ἂν τῶν τοσούτων κακῶν, καὶ τῆς ἐπικρατησάσης κατ' ἐκεῖνον τὸν βίον ἀδικίας ἰατρὸς ἀξιόχρεως εὑρέθη. Ἡ γοῦν Πρόνοια μέχρι τῶν τῇδε διήκουσα, πάνθ' ὅσα ὑφ' ὕβρεως καὶ ἀκολασίας ἀκόσμητα ἦν, κατεκόσμησε ῥᾷστα. Καὶ οὐδὲ τοῦτο ἀποκρύφως· ἤδει γὰρ τοὺς μὲν τῶν ἀνθρώπων, φρονήσει καὶ νῷ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν θεωροῦντας (78), τοὺς δὲ, ἅτε τοῖς ἀλόγοις τῶν ζώων ἀπεικασμένους τὴν φύσιν, μᾶλλον ταῖς αἰσθήσεσιν ἐπιβάλλοντας· διὸ φανερῶς, ἵνα (79) μηδεὶς ἀμφιβάλλοι, μὴ σπουδαῖος, μὴ φαῦλος, τὴν εὐδαιμονίαν καὶ θαυμαστὴν θεραπείαν ὑπ' ὄψιν ἦγε, τοῖς μὲν παυσαμένοις τοῦ βίου, ἀποκαθιστὰς τὸ ζῆν ἐκ δευτέρου, τοὺς δὲ ἐστερημένους τῶν αἰσθήσεων, ὑγιῶς κελεύων πάλιν αἰσθάνεσθαι· στηρίξαι δὲ θάλασσαν, καὶ νηνεμίαν ἐπιτάξαι ἐκ χειμῶνος, καὶ τέλος θαυμαστοῖς ἔργοις ἐπιχειρήσαντα, καὶ ἐξ ἀπιστίας τοὺς ἀνθρώπους εἰς πίστιν ἰσχυρὰν προκαλεσάμενον, εἰς οὐρανὸν ἀναπτῆναι, τίνος ἄλλου, πλὴν τοῦ Θεοῦ τῆς τε ἐξοχωτάτης δυνάμεως ἔργον τοῦτο; Οὐ μὴν οὐδὲ ὁ προσεχὴς τοῦ παθήματος καιρὸς, τῶν θαυμαστῶν ἐκείνων θεαμάτων ἀλλότριος ἦν· ἡνίκα νύκτες ἡμερινὸν φῶς ἐπικαλύπτουσαι, τὸν ἥλιον ἠφάνιζον· κατειλήφει γὰρ δέος τοὺς πανταχοῦ δήμους, τὴν τῶν πάντων πραγμάτων συντέλειαν ἥκειν, καὶ

(75) Vulg. *τὸ δὲ φῶς αὐτοῖς ἀνάψαι*. Lego τό τε φῶς. In schedis Regiis et in libro Savilii legitur σὲ δὲ φῶς, etc. Sed Fuk. codex habet σέ τε.

(76) *Καταοεῖν θ'*. Christophorsonus hic ἀπὸ κοινοῦ subaudit verbum ποιῆσαι. Quod licet non damno, tamen necessarium non videtur. In codice Fuk. ita legitur hic locus: ἀρετὴν ἀσπαζόμενοι, ἣν ὁ προτοῦ βίος ἀνθρωπίνων ἠθῶν ἐκβεβλήκει· οὐδὲν γάρ, etc, absque illis vocibus τὴν ὑπὲρ πάντων ποιουμένῳ πρόνοιαν.

(77) *Ἀσπαζόμενοι*. Post hoc verbum deesse videntur nonnulla. Neque enim sensus constare potest, nisi addideris hæc verba: ἀντὶ τῆς ἀδικίας ἦν ὁ πρὸ τοῦ βίος, etc. Quam scripturam in interpretatione mea sum secutus.

(78) Vulg. *τὴν ἑαυτῶν θεωροῦντας δύναμιν*. Non dubito quin legendum sit τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν. Quod ex sequentibus manifeste convincitur. Causam enim affert Constantinus, cur Christus, qui morbos ac vitia hominum curaturus advenerat, et beatam ac felicem in cœlo vitam nuntiaturus, tot miracula in terris patrare, cæcis oculos, ægris salutem, mortuis vitam restituere voluerit. Id igitur ab illo factum esse dicit in gratiam eorum qui sunt tardioris ingenii, ne dubitare possent de ipsius virtute atque potentia, cum tot miracula patrari cernerent. Hi sunt quos paulo post φαύλους nominat.

(79) Vulg. *διὰ φανέρωσιν ἃ μηδείς*. Hunc locum feliciter mihi videor restituisse, cum Scaliger, Bongarsius aliique, quorum emendationes ad marginem editionis Genevensis leguntur, nihil in eo viderint. Ego vero nulla propemodum mutatione, locum pristino nitori ita restitui, διὸ φανερῶς, ἵνα μηδεὶς ἀμφιβάλλοι. Qua lectione nihil verius. Codex quidem Fuk. cum Scaligeri et Bongarsii lectione consentit. Verum jam multis ex locis deprehendi, hujus codicis fidem interdum vacillare: idque vel unus hic locus satis evincit.

Digitized by Google

χάος αὖθις, οἷον τὸ πρὸ τῆς τοῦ κόσμου διατάξεως, ἐπικρατήσειν· ἐζητεῖτο δὲ καὶ τὸ αἴτιον τοῦ τηλικούτου κακοῦ, καὶ εἴτι πλημμελὲς ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ θεῖον γένοιτο· ἕως ὅτε ἡπίῳ (80) μεγαλοψυχίᾳ τῆς τῶν ἀσεβῶν ὕβρεως ὑπερφρονήσας, ἀποκαθίστη τὸν οὐρανὸν σύμπαντα τῇ τῶν ἄστρων κατακοσμῶν χορείᾳ. Τοιγάρτοι ποσῷ (81) καὶ ἡ τοῦ κόσμου πρόσαψις σκυθρωπῶσα, εἰς τὴν οἰκείαν αὖθις ἀποκαθίστατο φαιδρότητα.

A erant, nullo negotio restituit; idque non clam et occulte. Sciebat enim quosdam esse homines, qui virtutem ipsius ac potentiam, mentis acie contemplarentur: alios vero utpote brutis animantibus persimiles magis sensibus inhærere. Ideo palam et aperte, ne quis sive bonus sive improbus dubitare posset, beatitudinem et admirabilem curationem omnium oculis subjecit: mortuis quidem vitam denuo restituens, eos vero qui sensibus orbati essent, pristinum usum sensuum recuperare præcipiens. Mare vero solidum reddidisse, et in media tempestate tranquillitatem oriri jussisse; ac postremo cum admiranda opera edidisset, et homines ab incredulitate ad robustissimam fidem traduxisset, in cœlum evolavisse; cujus tandem nisi Dei et supremæ cujusdam potentiæ opus fuit? Sed neque tempus illud quod passioni proximum fuit, admirandis illis spectaculis caruit: tunc cum noctis caligo diurnum splendorem obscurans, solem penitus abscondit. Quippe omnes ubique populos terror pervaserat, mundi exitum advenisse jam credentes, et in pristinum chaos cujusmodi ante orbem conditum fuit, cuncta reditura esse. Requirebatur causa tantæ calamitatis, et quod tantum scelus adversus Dei Numen ab hominibus admissum fuisset: donec Deus placida animi magnitudine contumelias impiorum despiciens, cuncta restituisset, et consueto siderum cursu cœlum omne exornavisset. Itaque totius mundi facies, quæ luctu ac mœrore quodammodo confusa fuerat, pristinum denuo splendorem recuperavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Περὶ τῶν μὴ γνόντων τὸ μυστήριον, καὶ ὅτι ἑκόντες ἠγνόησαν· καὶ ὅσα τοὺς γνόντας ἀγαθὰ μένει, καὶ μάλιστα τοὺς δι' ὁμολογίας τελειωθέντας.

B

584 CAPUT XII.

De his qui hoc mysterium non cognoverunt, et quod voluntaria eorum ignoratio est: et quanta bona eos maneant qui illud cognoverunt, ac præsertim eos qui in confessione mortui sunt.

Ἀλλ' ἐρεῖ τις (82), ᾧ φίλον ἐστὶ βλασφημεῖν, θεὸν ὄντα δεδυνῆσθαι κρεῖσσονα καὶ ἡπιωτέραν τὴν προαίρεσιν τῶν ἀνθρώπων ἀπεργάσασθαι. Τίς οὖν κρείσσων μέθοδος, ποία δ' ἐπιχείρησις ἀνυτικωτέρα πρὸς τὸ τοὺς κακοὺς σωφρονισθῆναι, τῆς ἑαυτοῦ προσρήσεως; Οὐκ αὐτὸς παρὼν καὶ ὁρώμενος ἐδίδασκε τὸν κόσμιον βίον; Εἰ οὖν ἡ τοῦ θεοῦ παραγγελία παρόντος οὐδὲν ἤνυσε, τί ἂν ἀπόντος καὶ μὴ ἀκουομένου ὠφέλησε; Τί οὖν ἐγένετο ἐμπόδιον τῆς μακαριωτάτης διδασκαλίας; Ἡ τῶν ἀνθρώπων σκαιότης· ὅταν γὰρ τὰ καλῶς τε καὶ προσηκόντως παραγγελλόμενα, πρὸς ὀργὴν λαμβάνωμεν, τηνικάδε τὸ νῆφον τῆς διανοίας ἀμαυροῦται. Τί δὲ, ὅτι προσφιλὲς ἦν (83) ἐκείνοις ἀμελεῖν τῶν προστάξεων, καὶ ἀνορέκτους παρέχειν τὰς ἀκοὰς τῷ τεθέντι νόμῳ; εἰ μὴ γὰρ κατημέλουν, ἔσχον ἂν ἄξια τὰ ἐπίχειρα τῆς ἀκροάσεως, οὐ μόνον εἰς τὸ παραχρῆμα, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸν μετέπειτα βίον, ὅς ἐστιν ὡς ἀληθῶς βίος· ὁ γάρτοι μισθὸς τοῦ τῷ θεῷ πείθεσθαι, ὁ ἄφθαρτος καὶ ἀΐδιος βίος, οὗ δυνατὸν ἀντιποιεῖσθαι τοῖς εἰδόσι τὸν θεὸν, καὶ τοῖς τὸν ἑαυτῶν βίον ζηλωτὸν παρεχομένοις, καὶ οἷον παράδειγμα αἰώνιον τοῖς πρὸς ἄμιλλαν ζῆν προηρημένοις (84). Διὰ τοῦτο οὖν ἡ διδασκαλία

Sed dicet aliquis ex iis quibus solemne est impie loqui, Deum voluntatem hominum meliorem ac placidiorem facere potuisse. Quænam, rogo, melior via, quæ ratio efficacior ad improbos homines emendandos, quam ut Deus ipse eos coram compellaret? An non ille præsens et omnium conspectui subjectus, eos ad modestiam informavit? Quod si Dei præsentis præceptio nihil profuit, quid absentis et inauditi prodesse potuisset? Quod igitur obstaculum fuit beatissimæ illius prædicationi? Hominum feritas atque sævitia. Quoties enim ea quæ recte utiliterque præcepta sunt, infenso animo excipimus, tunc mentis nostræ acies quibusdam quasi tenebris obscuratur. Quid quod voluptati illis erat præcepta negligere, et legi quæ ferebatur fastidiosas aures præbere? Nisi enim neglexissent, dignam certe audientia sua mercedem erant relaturi, non in hac tantum, verum etiam in futura vita; quæ vere vita est existimanda. Eorum enim qui præceptis Dei paruerunt, merces est, immortalis et æterna vita. Ad quam ii demum aspirare possunt, qui Deum cognoverint, et qui suam ipsorum vitam velut perpetuum quoddam exemplar, ad imitandum proposuerint iis,

(80) Vulg. *ἕως ὅτε ἠπίως*. Scribo ἕως ὅτε ἡπίῳ μεγαλοψυχίᾳ, etc.

(81) *Τοιγάρ τοι ποσῷ*. Nihil opus erat emendatione doctorum virorum, qui corrigunt ποσῶς, cum ποσῷ etiam dici possit adverbialiter pro ἐπὶ ποσόν. In codd. tamen Fuk. ac Turn. scribitur ποσῶς.

(82) *Ἀλλ' ἐρεῖ τις*. Ab his verbis inchoandum est cap. 12: *De his qui hoc mysterium non cognoverunt, et quod voluntaria eorum ignoratio*, etc. Nam hactenus egit Constantinus de Domini adventu, et cujus rei causa Christus in terras descenderit. Nunc vero agit de iis qui hoc mysterium ignorarunt.

(83) *Τί δὲ, ὅτι προσφιλὲς ἦν*. Malim scribere ἔτι δὲ ὅτι, etc. Affert enim Constantinus duas causas cur gentiles prædicationem Christi non susceperunt.

(84) *Τοῖς πρὸς ἄμιλλαν ζῆν προηρημένοις*. Eleganter Græci dicunt πρὸς ἄμιλλαν ζῆν, de iis qui vitam suam ad optimi cujusque imitationem instituunt. Nam qui in virtute magnos progressus facere voluerint, aliquem sibi ob oculos proponere debent, quem imitentur. Ita Julianus imperator ad æmulationem principis Marci actus suos effingebat et mores, ut loquitur Amm. Marcellinus.

Digitized by Google

qui ad optimi cujusque æmulationem vitam suam formare instituerunt. Quippe idcirco doctrina sapientibus tradita est, ut quod isti præceperint, a sodalibus pura mente sedulo custodiatur, atque ita sincera ac firma mandati divini observatio perseveret. Ex hujusmodi enim observatione, et ex intemerata fide sinceraque erga Deum pietate, nascitur mortis contemptus. Stat ergo hujusmodi animus obnixe contra sæculi procellas, invicto divinæ virtutis robore munitus ad martyrium. Cumque gravissimos terrores generose superaverit, corona donatur ab eo ipso cui testimonium constanter perhibuit. Nec tamen propterea gloriatur. Novit enim Dei munus esse, quod et tormenta sustinuerit, et divina præcepta alacriter impleverit. Porro hujusmodi vitam excipit immortalis memoria et gloria sempiterna; idque jure **585** optimo : siquidem martyris tum vita ipsa plena modestiæ ac religiosæ divinorum mandatorum observantiæ deprehenditur : tum mors plena fortitudinis ac generosæ indolis. Proinde hymni psalmique et laudes Inspectori omnium Deo posthæc canuntur. Et ejusmodi quoddam gratiarum actionis sacrificium in memoriam illorum peragitur, quod ab omni sanguine et violentia vacuum est. Sed nec odor thuris requiritur, nec accensus rogus, sed purum duntaxat lumen, quantum satis sit ad eos qui Deum precantur, illustrandos. Sobria quoque convivia celebrantur a multis, tum ad mendicorum, tum ad eorum qui patria et bonis exciderunt, inopiam sublevandam. Quæ si quis importuna esse existimet, is contra divinam et sacrosanctam disciplinam sapere videtur.

παρεδόθη τοῖς σοφοῖς, ἵν' ὅπερ ἂν ἐκεῖνοι παραγγέλλωσι, τοῦτο μετ' ἐπιμελείας ὑπὸ τῶν οἰκείων παραφυλάσσηται καθαρᾷ ψυχῇ (85), ἀληθής τε ᾖ καὶ βεβαία ἡ φυλακὴ τῆς κελεύσεως τοῦ Θεοῦ· ἐκ γάρτοι αὐτῆς καὶ τὸ πρὸς τὸν θάνατον ἀδεὲς ὑπὸ καθαρᾶς πίστεως καὶ εἰλικρινοῦς περὶ τὸν Θεὸν καθοσιώσεως φύεται· ἀνθίσταται δὲ ζάλαις κοσμικαῖς, ἀνταγωνίστῳ θείας ἀρετῆς πεφραγμένη πρὸς τὸ μαρτύριον (86)· νικήσασα γοῦν ὑπὸ μεγαλοψυχίας τοὺς μεγίστους φόβους, ἀξιοῦται στεφάνου παρ' αὐτοῦ, ὃν γενναίως ἐμαρτύρησε (87). Καὶ οὐδὲν σεμνύνεται· ἐπίσταται γὰρ, οἶμαι, καὶ τοῦτο θεόθεν δεδόσθαι, πρὸς τὸ ὑποστῆναι, καὶ πληρῶσαι προθύμως τὰ θεῖα προστάγματα· διαδέχεται δὴ τόνδε τὸν βίον μνήμη διαρκὴς, καὶ αἰώνιος δόξα, μάλα εἰκότως· εἴπερ ὅ τε βίος σώφρων τοῦ μάρτυρος, καὶ τῶν παραγγελμάτων μνήμων, ἥ τε τελευτὴ πλήρης (88) εὑρίσκεται μεγαλοψυχίας τε καὶ εὐγενείας· ὕμνοι δὴ μετὰ ταῦτα καὶ ψαλτήρια καὶ εὐφημίαι, καὶ πρὸς τὸν πάντων ἐποπτὴν ἔπαινος. Καὶ τοιαύτη τις εὐχαριστίας θυσία (89) τοῖς ἀνδράσιν ἀποτελεῖται, ἀγνὴ μὲν αἵματος, ἀγνὴ δὲ πάσης βίας· οὐδὲ μὴν ὁσμὴ λιβάνων ἐπιποθεῖται, οὐδὲ πυρκαϊά· καθαρὸν δὲ φῶς, ὅσον ἐξαρκέσαι πρὸς ἔκλαμψιν τοῖς εὐχομένοις· σωφρονέστατα δὲ πολλῶν καὶ τὰ συμπόσια (90), πρὸς ἔλεον καὶ ἀνάκτησιν τῶν δεομένων ποιούμενα, καὶ πρὸς βοήθειαν τῶν ἐκπεσόντων. Ἅπερ ἂν τις φορτικὰ εἶναι νομίζῃ, οὐ κατὰ τὴν θείαν καὶ μακαριωτάτην διδασκαλίαν φρονεῖ.

CAPUT XIII.

Quod necessaria sit differentia in rebus creatis : et quod ad bonum malumque propensio ex voluntate hominum oritur : ideoque necessarium est judicium Dei.

Quidam vero etiam in hoc Deum reprehendere juvenili audacia præsumunt : Qua de causa, in-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Ὅτι ἀναγκαία τῶν τῆς κτίσεως μερῶν ἡ διαφορὰ, καὶ ὅτι ἡ πρὸς τὸ καλὸν καὶ κακὸν ῥοπὴ τῆς ἀνθρώπων γνώμης ἐστίν· ὅθεν καὶ ἡ κρίσις ἀναγκαία καὶ εὔλογος.

Ἤδη δέ τινες καὶ ἐν τῷ μέμφεσθαι (91) τὸν Θεὸν νεανιεύονται· Τί δή ποτε βουληθεὶς, οὐ μίαν καὶ τὴν

(85) Vulg. *παραφυλάσσηται καθαρὰ ψυχή*. Scribendum est καθαρᾷ ψυχῇ, ut legitur in codice Fuk. In quo etiam scribitur ἀληθής τε ᾖ, optime.

(86) *Πεφραγμένη πρὸς τὸ μαρτύριον*. In libris Scaligeri, Bongarsii et Gruteri, hic locus ita legebatur, ἀνανταγωνίστῳ θείας ἀρετῆς μάχῃ φερομένη πρὸς τὸ μαρτύριον. Quam scripturam etiam in codice Fuk. reperi. Savilius vero in libro suo ita emendavit, ἀνανταγωνίστῳ τε θείας ἀρετῆς μάχῃ φέρεται πρός, etc., atque ita legit Christophorsonus. Sed vulgata lectio, quæ in codice Regio et in schedis habetur, meo judicio longe præstat.

(87) Vulg. *ὃς γεν. ἐμαρτύρησε*. Non dubito quin scribendum sit ὃν γενναίως ἐμαρτύρησε, quod miror a Christophorsono aliisque animadversum non fuisse.

(88) Vulg. *ἡ τελευτὴ πλήρης*. Procul dubio scribendum est ἥ τε τελευτὴ πλήρης, ut sensus sit absolutus. Porro hic locus de martyribus elegantissimus est.

(89) *Εὐχαριστίας θυσία*. Et hic locus inprimis notandus est de Missæ sacrificio, quod in memoriam atque honorem martyrum offerebatur Deo. Sic enim explicanda sunt hæc verba, θυσία τοῖς ἀνδράσιν ἀποτελεῖται, quæ non intellexit Christophorsonus. Neque enim Christiani sacrificium martyribus offerebant, sed soli Deo, gratias ei agentes, quod illos martyrii corona donasset, ut scribit Augustinus in libro VIII *De civitate Dei*, capite ultimo. Et hæc est quam Constantinus hoc loco θυσίαν τῆς εὐχαριστίας appellat. Verum quia ad memorias et sepulcra martyrum Christiani incruentum hoc sacrificium Deo offerebant, ut ob martyrium præmia et coronas atque victorias ei gratias agerent, ideo Constantinus honorem hunc martyribus habitum esse dicit.

(90) *Καὶ τὰ συμπόσια*. De his Christianorum conviviis, quæ ad sepulcra martyrum fiebant, loquitur idem Augustinus in loco citato his verbis : « Quicunque etiam epulas suas eo deferunt, quod quidem a Christianis melioribus non fit, et in plerisque terrarum nulla talis est consuetudo, tamen quicunque id faciunt, quas cum apposuerint, orant, et auferunt ut vescantur, vel ex eis etiam indigentibus largiantur, sanctificari ibi eas volunt per merita martyrum, » etc. Porro hæc convivia initio quidem sobria fuere ac modesta. Postea vero, in pejus proficiente licentia, ad ebrietatem ac lasciviam discivere. Atque idcirco plerisque in locis penitus exstincta sunt, teste Augustino in epistola 64. In codice Fuk. scriptum est σωφρονέστατα δὲ πολλῷ καὶ συμπόσια, etc., non πολλῶν, ut habent vulgatæ editiones.

(91) *Καὶ ἐν τῷ μέμφεσθαι*. Malim scribere ἐν τούτῳ, ut in libro Moræi ad marginem emendatum inveni. Atque ita scribitur in codice Fuk.

Digitized by Google

αὐτὴν τῶν ὄντων φύσιν ἐτεκτήνατο, ἀλλὰ διάφορα καὶ τὰ πλεῖστα ἐναντία τὴν φύσιν ἐκέλευσεν ἀπογεννᾶν; ὅθεν καὶ ἡ διαφορὰ τῶν ἡμετέρων ἠθῶν τε καὶ προαιρέσεων· ἦν γὰρ ἴσως ἄμεινον καὶ πρὸς τὸ πειθαρχεῖν τοῖς κελεύσμασι τοῦ Θεοῦ, καὶ πρὸς τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὸ βεβαιοῦσθαι κατὰ τὴν ἑκάστου πίστιν (92), ὁμοτρόπους εἶναι πάντας ἀνθρώπους. Τὸ δὲ τοὺς ἀνθρώπους πάντας ὁμοιοτρόπους εἶναι ἀξιοῦν, κομιδῇ γελοῖον· μηδ' ἐννοεῖν, ὅτι οὐχ ἡ περὶ τοῦ κόσμου διάταξις (93), αὕτη καὶ τῶν κοσμικῶν, οὐδὲ τὰ φυσικὰ τοῖς ἠθικοῖς ὁμοούσια, οὐδὲ τὰ τοῦ σώματος παθήματα τοῖς τῆς ψυχῆς πάθεσι τὰ αὐτά· τὸν μὲν γὰρ σύμπαντα κόσμον (94) φθαρτῶν καὶ ἐπιγείων ζώων μακαριότητι, ὅσῳ σεμνοτέρα τε καὶ θειοτέρα τυγχάνουσα· καὶ τῆς θείας ἀγαθότητος οὐκ ἄμοιρον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς πάντων, οὐδ' ὡς ἔτυχε, μόνων δὲ τῶν τὴν θείαν φύσιν ἐξιχνευσάντων, καὶ τὸ προηγούμενον ἐπιτήδευμα τοῦ βίου προελομένων, τὴν τῶν θείων ἐπίγνωσιν.

A quiunt, non unam eamdemque omnium naturam atque indolem fabricavit, sed multa diversa, adeoque contraria indole prædita nasci voluit? Ex quo dissimilitudo morum ac voluntatum inter homines orta est. Satius quidem fortassis fuisset ut, quod spectat ad observationem mandatorum Dei, et accuratam ejus contemplationem, et ad confirmationem fidei singulorum, omnes homines unius atque ejusdem moris fuissent. Verum absurdum plane ac ridiculum est, id optare, ut omnes homines iisdem sint moribus præditi, neque animadvertere, aliam mundi totius, aliam earum rerum quæ in mundo sunt, ordinationem esse: nec res naturales ejusdem substantiæ esse ac morales, nec corporis affectus eosdem esse cum affectibus B animi. Etenim universum hunc mundum longo intervallo superat anima rationalis, tanto beatior terrenis et corruptioni obnoxiis animantibus, quanto augustior est atque divinior: necnon divinæ bonitatis particeps hominum genus, nec tamen omnes homines promiscue ac sine ullo discrimine participes sunt divinæ bonitatis: sed ii soli qui divinam naturam scrutati sunt, et qui hoc præcipuum vitæ institutum ac studium sibi proposuerunt, rerum divinarum cognitionem.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ'.

Ὅτι ἀπείρως ἡ κτιστὴ φύσις ἀπὸ τῆς ἀκτίστου οὐσίας ἀφέστηκε, πλησίον δὲ αὐτῆς τῷ κατ' ἀρετὴν βίῳ ὁ ἄνθρωπος γίνεται.

Τά γε μὴν ἐκ γενεσᾶς τοῖς ἀϊδίοις συγκρίνειν, μανίας ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τῆς τελεωτάτης· τῶν μὲν γὰρ οὔτ' ἀρχή τις, οὔτε τέλος, τὰ δ' ἅτε φύντα καὶ γενόμενα (95), καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ τε εἶναι καὶ ζῆν ἐν χρόνῳ τινὶ λαβόντα, ἀκολούθως καὶ τελευτὴν ἐξ ἀνάγκης ἔχει· τὰ δὲ γενόμενα, τῷ κελεύσαντι γεννηθῆναι αὐτά, πῶς ἂν ἐξισάζοιτο; Εἰ γὰρ ὅμοια (96) ταῦτα ἐκείνῳ, οὐδὲ πρόσταξις τοῦ γεννᾶσθαι προσηκόντως ἂν ἐκείνῳ ἁρμόζοιτο. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν οὐδ' ἂν τὰ οὐράνια συγκριθείη, ὥσπερ οὐδ' ὁ αἰσθητὸς κόσμος τῷ νοητῷ, οὐδ' αἱ εἰκόνες τοῖς παραδείγμασιν. Ἡ δὲ σύγχυσις τῶν πάντων (97), πῶς οὐ γελοῖον; ἀποχρυπτομένης τῆς τοῦ θείου τιμιότητος τῇ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τά γε θηρία συγκρίσει (98)· ἔφεσις δὲ δυναστείας, ἀντίρροπος Θεοῦ δυναστείᾳ, πῶς οὐ

586 CAPUT XIV

Quod creatura immenso spatio distat a substantia increata: et quod homo per virtutem proxime ad Deum accedit.

Porro ea quæ orta sunt cum æternis comparare, summæ profecto dementiæ est. Hæc enim neque principium habent, neque finem. Illa vero cum orta sint et genita, cumque exsistendi ac vivendi C certo tempore principium acceperint, exitum quoque habeant necesse est. Ea vero quæ genita sunt, quomodo comparari unquam possint cum eo, qui ipsa gigni præcepit? Nam si hæc illi æqualia sunt, præceptum quo ea gigni jussit, non posset ipsi merito convenire. Sed ne cœlestia quidem jure cum illo conferantur, quemadmodum nec sensibilis mundus cum intelligibili, nec imagines cum exemplari. At confusio et permistio omnium rerum, nonne prorsus ridicula res est? cum divinæ naturæ dignitas obtegatur, si homines ac bestiæ

(92) *Κατὰ τὴν ἑκάστου πίστιν.* Scribendum videtur τὴν καθ' ἑκάστου πίστιν.

(93) *Οὐχ ἡ περὶ τοῦ κόσμου διάταξις.* Malim scribere οὐχ ἧπερ ἡ τοῦ κόσμου διάταξις, αὕτη καὶ τῶν κοσμικῶν.

(94) *Τὸν μὲν γὰρ σύμπαντα κόσμον.* Post has voces multa desunt, ut patet ex titulo capitis. Nos ex corrupto ac mutilo loco qualemcunque sensum elicere maluimus, quam cum Christophorsono totum expungere. Savilius quoque in libro suo totam hanc periodum usque ad illa verba τῆς δὲ θείας ἀγαθότητος, delevit. Certe in codice Fuk. tota illa periodus non habetur.

(95) *Τὰ δὲ γενόμενα.* Christophorsonus legisse videtur γεννώμενα, quod magis placet.

(96) Vulg., *εἰ γὰρ μανία.* Hunc locum ita corrigendum puto: Εἰ γὰρ ὅμοια ταῦτα ἐκείνῳ, οὐδὲ πρόσταξις τοῦ γεννᾶσθαι, προσηκόντως ἂν ἐκείνῳ ἁρμόζοιτο, id est: *Si res quæ generantur æquales sunt Deo, præceptum quo eas gigni jussit, ipsi utique non conveniret:* æqualis enim in æqualem jus imperiumque habere non potest. Facessat igitur emendatio doctorum virorum, quam etiam in codice Fuk. et in libro Moræi reperi: Εἰ γὰρ μανία ταῦτα ἐκείνῳ παρεξισάζειν, ἡ πρόσταξις τοῦ γεννᾶσθαι, etc. Verum si ita legeris, nullus est sensus: nec sequentia cum antecedentibus cohærebunt. Christophorsonus quidem in suis libris ita reperat, ut ex versione ejus apparet. Sed vulgata lectio Regii codicis et veterum schedarum auctoritate fulcitur.

(97) *Ἡ δὲ σύγχυσις τῶν πάντων.* Musculus legisse videtur σύγκρισις, quod valde probo; vertit enim: *Quomodo autem omnium comparatio non ridicula est*, etc. Certe aut ita legendum est, aut ita intelligendum. Constantinus enim exæquationem illam omnium rerum vocat confusionem.

(98) Vulg. *εἰ τά γε θηρία συγκρίσει.* Scribendum procul dubio συγκρίνοιτο. Sic enim argumentatur Constantinus. Ne cœlestia quidem, inquit, conferri possunt cum Deo: quanto minus terrestria et bruta animalia. Hic est sensus hujus loci. Scripti tamen codices Christophorsoni, Savilii, Gruteri et Fuk. hunc locum ita exhibent: ἀποκρυπτομένης τῆς τοῦ

Digitized by Google

comparentur cum Deo. Cupiditas vero potentiæ quæ æmula sit et æqualis potentiæ divinæ, an non est hominum prorsus amentium, et a modesta ac proba vivendi ratione alienorum? Nam si quidem ad divinam beatitudinem omnino adspiramus, vitam juxta Dei mandata instituere debemus. Sic enim postquam juxta legem a Deo constitutam vixerimus, fato superiores in immortalibus æternisque sedibus ævum degemus. Quippe hæc sola in homine vis est par divinæ potentiæ: sincerus ac minime fucatus Dei cultus, et conversio ad ipsum, et eorum quæ Deo accepta sunt, contemplatio atque meditatio: nec in terram pronum atque abjectum esse, sed ad sublimia ac cœlestia, quoad fieri potest, mentem nostram erigere. Ex hujusmodi enim studio, victoria nobis paratur instar multorum bonorum. Causa igitur dissimilitudinis rerum, tum in dignitatis, tum in potentiæ distantia posita, hanc habet rationem. Cui libenter quidem acquiescunt, quicumque sapiunt, et maximas gratias agunt. Stulti vero ingratos sese exhibentes, debitum arrogantiæ suæ supplicium ferunt.

A μαινομένων ἀνθρώπων ἐστὶν, ἀπεστραμμένων τε τὸν σώφρονα καὶ ἐνάρετον βίον; Εἰ γὰρ ὅλως τῆς θείας εὐτυχίας ἀντιποιούμεθα, χρὴ τὸν βίον διάγειν κατὰ τὴν τοῦ Θεοῦ κέλευσιν· οὕτω γὰρ μοναῖς ἀθανάτοις καὶ ἀγήροσι, κρείσσους πάσης εἱμαρμένης διάξομεν τὸν βίον, κατὰ τὸν ὑπὸ Θεοῦ νόμον ὁρισθέντα βιώσαντες· μόνη γὰρ ἀντίρροπος Θεοῦ δυνάμεως ἀνθρωπίνη δύναμις, ἡ εἰλικρινὴς καὶ ἄδολος πρὸς τὸν Θεὸν λατρεία, καὶ ἡ εἰς αὐτὸν ἐπιστροφὴ, θεωρία τε καὶ μάθησις τῶν ἀρεσκόντων τῷ Κρείττονι, καὶ τὸ μὴ εἰς γῆν νενευκέναι, ἀλλ' ὅση δυναμις, τὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰ ὄρθιά τε καὶ ὑψηλὰ ἀναβιβάζειν· ἐκ γάρτοι τῆς ἐπιτηδεύσεως ταύτης, τὸ νικᾷν ἀντὶ πολλῶν ἀγαθῶν, φησὶ (99), περιγίγνεται. Ἡ τοίνυν αἰτία τῆς τῶν ὄντων διαφορᾶς, κατά τε τὴν ἀξίαν καὶ ἐν B τῇ τοῦ δύνασθαι παραλλαγῇ, τοῦτον ἔχει τὸν λόγον· ᾧ πείθονται μὲν οἱ εὖ φρονοῦντες, καὶ εὐχαριστοῦσιν ἐξαισίως, οἱ δ' ἀχαριστοῦντες, ἰλίθιοι, καὶ τὴν ἀξίαν (1) τῆς ὑπερηφανίας κομίζονται τιμωρίαν.

587 CAPUT XV.

Quæ præcepta tradiderit, et quæ miracula patraverit, et quantopere subditis profuerit Salvator.

Cæterum Dei Filius omnes homines ad virtutem cohortatur, Patris mandatorum doctorem se præbens prudentibus. Nisi forte per summam imprudentiam ignoramus, eum utilitatis nostræ causa, id est, propter omnium felicitatem, terras peragrasse, et optimis illius temporis viris ad se convocatis, utilissimam doctrinam, velut quoddam C modestiæ vitæ pharmacum tradidisse: fidem atque justitiam eos docendo, adversus infesti dæmonis invidiam, qui rudes atque imperitos allicere ac decipere solet. Igitur ille ægros quidem invisit, infirmos vero malis quibus oppressi erant levavit; iis etiam qui ad summam inopiam atque egestatem redacti essent, solatium præbuit. Idem mode-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Ὅσα ὁ Σωτὴρ ἐδίδαξε, καὶ ἐθαυματούργησε, καὶ τοὺς ἀρχομένους ὠφέλησεν.

Καὶ μὴν ὁ τοῦ Θεοῦ παρακαλεῖ παῖς πρὸς τὴν ἀρετὴν ἅπαντας, διδάσκαλον ἑαυτὸν τοῖς εὖ φρονοῦσι τῶν τοῦ Σωτῆρος παραγγελμάτων (2) καθιστάς· εἰ μὴ ἄρα λανθάνομεν ἑαυτοὺς, κακῶς ἀγνοοῦντες, ὅτι διὰ τὸ ἡμῖν συμφέρον, τουτέστι διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων μακαριότητα, τὴν γῆν περιενόστησε, καὶ καλέσας ὡς ἑαυτὸν τοὺς ἀρίστους τῶν τηνικαῦτα βιωφελῶν (3), παιδείαν ἐπαίδευσε, σώφρονος βίου φάρμακον, πίστιν καὶ δικαιοσύνην αὐτοὺς ἐκδιδάξας, ἀντιτυχὼ τοῦ ἐκ τῆς ἀντικειμένης φύσεως φθόνου, ᾧ δελεάζειν (4) καὶ ἐξαπατᾷν τοὺς ἀπείρους προσφιλές. Τοιγαροῦν νοσοῦντας μὲν ἐπεσκέπτετο, ἀῤῥώστους δὲ τῶν περιεχόντων κακῶν ἐκούφιζε, παρεμυθεῖτο δὲ καὶ τοὺς εἰς τοὔσχατον πενίας τε καὶ ἀπορίας προβεβηκότας, ἐπῆνει δὲ τὸ μετὰ λόγου (5) τῆς φρονήσεως μέτριον,

θείου τιμιότητος τῇ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους καὶ τά γε θηρία συγκρίσει. Quæ lectio melior mihi videtur et elegantior.

(39) *Τὸ νικᾷν ἀντὶ πολλῶν ἀγαθῶν, φησί.* Alludere videtur ad ea quæ leguntur in Apocalypsi, cap. II et III, ubi Deus dicit: *Vincenti dabo coronam*, etc. Certe christiani hominis vita athletis comparari solet, ut passim occurrit in Epistolis Pauli. Vox autem φησί abundat, more Græco, ut norunt Græci sermonis periti.

(1) Vulg. *τὴν εὐεργεσίαν.* In codice Regio scribitur τὴν εὐεξίαν, quemadmodum etiam Rob. Stephanus in variis lectionibus adnotavit. Lego itaque τὴν ἀξίαν cum Christophorsono, Scaligero, Grutero et aliis, vel τὴν ἐπαξίαν, quod ad vestigia scriptæ lectionis propius accedit. In codice Fuk. scribitur καὶ τὴν ἀξίαν.

(2) *Τῶν τοῦ Σωτῆρος παραγγελμάτων.* Scribendum videtur τῶν τῆς σωτηρίας, ut in margine editionis Genevensis adnotatum est. Possis etiam scribere τῶν τοῦ Πατρός. Error enim ex compendiosa scribendi ratione ortus videtur. Certe in codd. Regio, Fuk., et in schedis hoc loco scribitur σρς.

(3) *Τῶν τηνικαῦτα βιωφελῶν.* Christophorsonus hunc locum ita vertit: *Et ex illis qui id temporis hominum vitæ adjumento fuerunt, longe optimos advocasse ad se.* Sed quis unquam ita locutus est, τοὺς ἀρίστους τῶν βιωφελῶν? Quare non dubito, quin locus ita distinguendus et corrigendus sit, καὶ καλέσας ὡς ἑαυτὸν τοὺς ἀρίστους τῶν τηνικαῦτα, βιωφελῆ παιδείαν ἐπαίδευσε, id est, *Et optimis illius temporis viris ad se convocatis, utilissimam doctrinam tradidit.* In libr. Fuketii ac Turnebi legitur τῶν τηνικάδε.

(4) Vulg. *ᾧ δελεάζειν μέν.* In libr. Turnebi ac Moræi emendatur δελεάζειν καὶ ἐξαπατᾷν, etc. Codex autem Fuk. ᾗ δελεάζειν καὶ ἐξαπατᾷν rectius scriptum habet.

(5) *Τὸ μετὰ λόγου.* In editione R. Stephani excusum erat τὸ μετὰ λόγου τῆς φρονήσεως μέτριον, quam scripturam confirmant etiam Regius codd. et Fuk., et schedæ. Sed in libro Moræi emendatum inveni μετ' εὐλόγου. Quam emendationem nescio cur Genevenses in textum admiserunt. Τῆς φρονήσεως μέτριον, idem est quod μετριοφρονεῖν. Paulus apostolus dicit *sapere ad sobrietatem.*

Digitized by Google

φέρειν τε γενναίως καὶ ἀνεξικάκως παντοίαν μὲν ὕβριν, παντοίαν δὲ καταφρόνησιν, προσέταξε· διδάσκων ἐπίσκηψίν τινα τοῦ Πατρὸς (6) εἶναι τοιαύτην, ὥστ' ἀεὶ νικᾶν τοὺς μεγαλοψύχως φέροντας τὰ προσπίπτοντα· ταύτην γὰρ ὑπερφυῶς ἐξοχωτάτην ἰσχὺν εἶναι διεβεβαιοῦτο, στερρότητα διανοίας μετὰ φιλοσοφίας· ἥτις ἐστὶ τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ (7) γνῶσις, ἐθίζουσα καὶ τοὺς μετὰ δικαιοσύνης πλουτοῦντας, κοινωνεῖν τῶν παρόντων τοῖς πενιχρωτέροις φιλανθρώπῳ διανεμήσει· δυναστείαν παντὶ τρόπῳ κωλύων, δεικνύς τε, ὅτι ὥσπερ μετρίοις προσῆλθεν, οὕτω μετρίους καταλείψει τοὺς ἀφέντας χαριζόμενος. Τοιαύτῃ δὴ καὶ τοσαύτῃ πείρᾳ δοκιμάσας τὴν πίστιν τῶν ὑπηκόων δήμων, παρεσκεύαζεν αὐτοὺς οὐ μόνον τῶν δεινῶν τε καὶ φοβερῶν καταφρονητάς, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰς αὐτὸν ἐλπίδος γνησιωτάτους μαθητάς. Καὶ δή ποτε λίαν εἴξαντα τῷ θυμῷ τινα τῶν ἑταίρων καθαπτόμενος, λόγοις κατέστειλεν· ἐτύγχανε δ' ἐκεῖνος ξιφήρης τινὶ ἐπιφοιτῶν (8), τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀπογυμνώσας ἐπικουρίας· τοῦτον δὴ μένειν κατὰ σχολὴν ἐκέλευσε, καὶ μεθιέναι τὸ ξίφος, ἐγκαλῶν ὡς ἀπελπίσαντι τῆς πρὸς αὐτὸν καταφυγῆς, νομοθετῶν δὲ διαῤῥήδην, πάντα τὸν ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντα (9), ἢ πρὸς τὸν καταρξάμενον ἀδικεῖν ἐπιχειρήσαντα, ξίφει τε χρησάμενον, ἀπολεῖσθαι βιαίως. Ἥδε ἐστὶν ὡς ἀληθῶς ἡ οὐράνιος σοφία, αἱρεῖσθαι τὸ ἀδικεῖσθαι πρὸ τοῦ ἀδικεῖν· καὶ γενομένης ἀνάγκης, ἑτοίμως ἔχειν κακῶς πάσχειν μᾶλλον, ἢ ποιεῖν· μείστου γὰρ ὄντος τοῦ ἀδικεῖν κακοῦ (10), οὐχ ὁ ἀδικούμενος, ἀλλ' ὁ ἀδικῶν τῇ μείστῃ περιβέβληται τιμωρίᾳ. Τῷ δ' ὑπηκόῳ τοῦ Θεοῦ ἐξῆν (11) μήτε ἀδικεῖν μήτε ἀδικεῖσθαι, θαῤῥήσαντι τῇ προστασίᾳ τοῦ παρόντος καὶ ἐπικουροῦντος αὐτῷ Θεοῦ, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ὑπηκόων αὐτοῦ βλαβῆναι. Πῶς δ' ἂν αὐτὸς ἑαυτῷ βοηθοίη (12), Θεῷ θαῤῥῶν; Μάχη δ' ἦν (13) μεταξὺ δυοῖν, καὶ ἀμφίβολον τὸ τῆς νίκης· οὐδεὶς δ' εὖ φρονῶν τὰ ἀμφίβολα πρὸ τῶν ἀραρότων προαιρεῖται. Πῶς δὲ ἔμελλε περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ παρουσίας

A stiam ac civilitatem animi cum ratione conjunctam præcipue laudavit, jussitque ut omnem injuriam et contumeliam forti ac Patienti animo ferremus: docens nos hujusmodi esse patris sui visitationem: adeo ut qui casus omnes generose perferrent, ii semper victoriam reportarent. Hoc enim summum robur esse affirmabat, constantiam animi conjunctam cum philosophia, quæ nihil aliud est quam veritatis bonique cognitio, assuefaciens homines qui divitias bonis artibus comparatas possident, eas ut pauperibus humaniter impertiant. Dominationem vero omnino prohibet, palam denuntians, se sicut ad humiles juvandos advenit, ita et iis qui humiles despexerint, gratificari destiturum. Hujusmodi igitur experimento B cum subditorum sibi populorum fidem explorasset, eos non modo contemptores gravissimarum ac formidabilium rerum, sed etiam spei in ipsum ac fiduciæ genuinos discipulos effecit. Quin etiam unum ex sodalibus suis, qui iracundia vehementius exarserat, verbis objurgans repressit. Invaserat tum ille districto gladio nescio quem, ut Servatori opem ferret. At Servator quiescere illum et gladium dimittere præcepit, graviter hominem objurgans, quod ipsius præsidio ac patrocinio diffidisset. Hancque diserte legem tulit, eum qui ferire alterum esset aggressus, aut qui ferientem lædere conatus fuisset, **588** et generaliter quicunque gladio uteretur, violenta morte esse periturum. Hæc est revera cœlestis sapientia: injuriam pati malle quam facere, et quoties C necessitas exegerit, eo animo esse, ut damnum accipiamus potius quam inferamus. Cum enim maximum malum sit injuriam facere, non is qui patitur, sed is potius qui facit injuriam, gravissimo afficitur supplicio. Ei porro qui Deo subjectus sit, integrum est, nec facere injuriam nec pati, dummodo confidat patrocinio Dei, qui præsens ipsi adest, et auxilium affert, ne quis eo-

(6) *Ἐπίσκηψίν τινα τοῦ Πατρός.* Malim scribere ἐπίσκεψιν, ut in margine editionis Genevensis adnotatum est. Hujusmodi enim calamitates, quæ viris bonis interdum contingunt, visitationes Dei vulgo vocare consuevimus. Christophorsonus tamen vulgatam scripturam secutus, *mandatum* vertit.

(7) *Τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ ἀγαθοῦ.* In libro Moræi vir doctus ad marginem emendavit τἀγαθοῦ, quod non displicet. Multa enim in hac oratione sunt Platonica.

(8) Vulg. *ξιφήρη τινὰ ἐπιφοιτῶν.* Lego ξιφήρης, ut est in libro Moræi; in quo etiam emendatur τινὶ ἐπιφοιτῶν, non male. In codice etiam Fuk. scribitur ξιφήρης τινὶ ἐπιφοιτῶν.

(9) Vulg. *πάντα τῶν ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντα.* Hic locus ex Fuk. ac Turnebi libr. ita restituendus est, νομοθετῶν διαῤῥήδην, πάντα τὸν ἀδίκων χειρῶν κατάρξαντα, etc. Quod autem sequitur, ἢ πρὸς τὸν καταρξάμενον ἀδικεῖν ἐπιχειρήσαντα, mallem equidem scribere ἀνταδικεῖν ἐπιχειρήσαντα.

(10) *Μείστου γὰρ ὄντος τοῦ ἀδικεῖν κακοῦ.* In libro Moræi vir doctus ad marginem adnotavit hæc verba: Σωκρατικὸν περὶ ἀδικίας. Multa certe in hac oratione ex Platonis philosophia desumpta sunt, quæ eruditus lector per se ipse poterit agnoscere.

(11) *Τῷ δ' ὑπηκόῳ τοῦ Θεοῦ ἐξῆν.* In cod. Fuk. ac Turnebi legitur ἐξόν.

(12) Vulg. *αὐτὸς ἑαυτῷ βοηθεῖν.* Scaliger, Gruterus aliique emendarunt βοηθοίη Θεῷ θαῤῥῶν, quam emendationem etiam in libro Moræi scriptam reperi. Posset etiam scribi βοηθεῖν ἔμελλε, rejectis duabus ultimis vocibus, quas parum necessarias hic esse nemo non videt. Sed codex Fuk. plane consentit cum libris illis Scaligeri et Gruteri. D

(13) *Μάχη δ' ἦν.* Non dubito quin scribendum sit, οὕτως γὰρ μάχη μὲν ἦν μεταξὺ δυοῖν, ubi ἦν positum est pro εἴη vel pro ἔμελλεν εἶναι. Verum interpres qui hanc Constantini orationem Græce vertit, parum peritus fuit linguæ Græcæ, nec satis diligens, ut ex pluribus locis apparet. Reddit hic rationem Constantinus, cur cultores summi Dei nunquam velint seipsos ulcisci, et vim vi repellere. Nam si id facerent, inquit, pugnarent quidem cum adversario, verum incerti essent de victoria. At si se minime defenderint, tunc certissimam habent victoriam, Deo scilicet pro ipsis pugnante. Hic est sensus hujus loci, quem miror a Christophorsono perceptum non fuisse, nec a Musculo.

Digitized by Google

rum qui ipsi parent, ullo afficiatur incommodo. Quomodo vero ipse sibi succurrere conaretur? Prælium enim futurum esset inter duos, anceps vero atque incerta victoria. Atqui nemo unquam sana mente præditus, res incertas certis anteponit. Quonam autem modo de præsentia et auxilio Dei dubitaturus sit is, qui tot pericula expertus est, et qui ex omnibus semper discriminibus solo Dei nutu facillime evasit, qui per mare, quod Servatoris mandato constratum erat, et transeuntibus populis solidam præbebat viam, ambulavit? Hæc enim certissima ac firmissima, ut opinor, basis est fidei, hoc fundamentum fiduciæ, cum admirabiles hasce res et incredibiles Dei providentis jussu perfici videmus. Hinc etiam fit, ut cum quis in periculum calamitatis inciderit, nequaquam illum pœniteat fidei suæ, utque spem in Deo firmam atque inconcussam retineat. Qui quidem habitus ubi semel animo inhæsit, Deus in interiori cogitatione sedem habet. Hic autem cum invictus sit, animus quoque ille qui invictum in interiori cogitatione possidet, ab ingruentibus periculis nunquam vinci poterit. Præterea istud ipsum ex Dei victoria didicimus: qui omnes homines providentia sua complexus, cum ab impiis et iniquis contumeliose acceptus fuisset, nullo ex passione percepto damno, triumphum maximum et immortalem coronam devicta improbitate est assecutus: quippe qui et propositum providentiæ suæ ac benevolentiæ erga justos ad exitum perduxerit, et impiorum injustorumque hominum crudelitatem conculcaverit.

καὶ βοηθείας ἀμφιβάλλειν, ὁ τοσούτων μὲν ἐν πείρᾳ γενόμενος κινδύνων, ἀεὶ δ' εὐχερῶς ῥυσθεὶς ἀπὸ τῶν δεινῶν μόνῳ Θεοῦ νεύματι (14), ὁ διὰ θαλάσσης ὁδοιπορήσας παραγγέλματι τοῦ Σωτῆρος κατασταρεσθείσης, καὶ στερεὰν παρασχομένης ὁδὸν τοῖς διαποντίοις δήμοις; Αὕτη γάρ, οἶμαι, προφανὴς ὑποβάθρα πίστεως, καὶ θεμέλιος οὗτος πεποιθήσεως, ἡνίκα ἂν τὰ θαυμαστὰ ταῦτα καὶ ἄπιστα, γινόμενα καὶ ἐπιτελούμενα ἱστορῶμεν τῇ τοῦ προνοοῦντος κελεύσει· ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ μὴ μεταμέλειν ἐπὶ τῇ πίστει (15) παραγίνεται, ἡνίκα ἄν τις προσπίπτοι πείρᾳ κακῶν (16), καὶ τὸ ἄτρεπτον ἔχοι τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἐλπίδα· ταύτης γὰρ τῆς ἕξεως ἐγγενομένης τῇ ψυχῇ, ἵδρυται κατὰ τὴν διάνοιαν ὁ Θεός· ἀήττητος δ' οὗτος· οὐδὲ ἡ ψυχὴ ἄρα τὸ ἀήττητον (17) ἔχουσα κατὰ τὴν ἑαυτῆς διάνοιαν, ὑπὸ τῶν περιεστώτων δεινῶν κρατηθήσεται. Παρὰ δὲ (18) τοῦτο μεμαθήκαμεν ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ νίκης, ὃς τὴν ὑπὲρ τῶν πάντων πρόνοιαν ποιούμενος, ὑπὸ τῆς τῶν ἀσεβούντων ἀδικίας ἐμπαροινηθείς, μηδεμίαν ἐκ τοῦ παθήματος καρπωσάμενος βλάβην, μέγιστα νικητήρια καὶ ἀΐδιόν τινα στέφανον κατὰ τῆς πονηρίας ἀνεδήσατο· ἐπὶ τέλος μὲν ἀγαγὼν τὴν προαίρεσιν τῆς αὐτοῦ προνοίας καὶ στοργῆς τῆς περὶ τοὺς δικαίους, συντρίψας δὲ τὴν τῶν ἀδίκων τε καὶ ἀσεβῶν ὠμότητα.

589 CAPUT XVI.

Quod Christi adventus prædictus sit a prophetis: et quod ad simulacrorum et urbium simulacra colentium eversionem ordinatus fuerit.

Cæterum et passio illius jamdudum prænuntiata fuerat a prophetis, et corporalis ejusdem nativitas. Prædictum quoque fuerat tempus ipsum incarnationis, quod injustitiæ et intemperantiæ exorta germina, quæ justis actibus et moribus nocent, e medio tollerentur, utque universus orbis prudentiæ ac modestiæ particeps fieret, lege scilicet quæ a Servatore promulgata est, in omnium fere mortalium mentibus prævalente, ac divini quidem Numinis cultu confirmato, dæmonum vero superstitione deleta. Quæ quidem superstitio, non modo brutorum animalium, verum etiam humanorum corporum immolationes invexerat, et scelerata ararum piacula: quippe cum juxta leges Assyrio-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Τὴν Χριστοῦ παρουσίαν προειρῆσθαι μὲν τοῖς προφήταις, ἐπὶ κατωστροφῇ δὲ τῶν εἰδώλων καὶ τῶν εἰδωλικῶν γενέσθαι πόλεων.

Ἀλλὰ τὸ μὲν πάθημα ἐκείνου ὑπὸ τῶν προφητῶν ἦδη προκεκήρυκτο, προκεκήρυκτο δὲ καὶ ἡ σωματικὴ γέννησις αὐτοῦ, προείρητο δὲ καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐνσωματώσεως, καὶ ὡς τῆς ἀδικίας (19) τε καὶ ἀκολασίας ἐκφύοντα γεννήματα, τὰ λυμαινόμενα τοῖς δικαίοις ἔργοις καὶ τρόποις, ἀναιρεθείη, πᾶσα δὲ ἡ οἰκουμένη φρονήσεώς τε καὶ σωφροσύνης μετάσχοι, ἐπικρατήσαντος σχεδὸν ταῖς πάντων ψυχαῖς τοῦ θεσπισθέντος ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος νόμου, καὶ θεοσεβείας μὲν ῥωσθείσης, δεισιδαιμονίας δὲ ἐξαλειφθείσης· δι' ἣν οὐ μόνων ἀλόγων ζώων σφαγαὶ, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπίνων ἱερευμάτων θυσίαι, καὶ ἐναγῆ μιάσματα βωμῶν ἐπενοήθη, κατά τε Ἀσσυρίους καὶ Αἰγυπτίους νόμους, χαλκηλάτοις ἢ καὶ πλαστοῖς ἐνδάλμασι

(14) Vulg. *μόνου Θεοῦ νεύματι*. Scribendum μόνῳ, ut in libro Moræi emendatum inveni. Et paulo post lego παρασχομένης ὁδόν, ut est in eodem libro. Subauditur enim θαλάσσης. In codice Fuketii et in veteribus schedis legitur μόνῳ Θεοῦ νεύματι.

(15) *Ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὸ μὴ μεταμέλειν ἐπὶ τῇ πίστει*. In codice Fuk. scribitur μὴ μεταμέλεσθαι.

(16) *Ἡνίκα ἄν τις προσπίπτοι πείρᾳ κακῶν*. Malim scribere πεῖρα in nominativo; id enim multo elegantius mihi videtur. Mox legendum est procul dubio καὶ τὸ ἄτρεπτον ἔχειν, etc. Subauditur enim verbum παραγίνεται, quod paulo ante præcessit. In codice Fuk., et in schedis scribitur ἡνίκα ἄν τις προσπίπτῃ πεῖρα κακῶν, καὶ τὸ ἄτρεπτον ἔχῃ, etc.

(17) *Τὸ ἀήττητον*. Ad oram codicis Moræani emendatur τὸν ἀήττητον ἔχουσα. Quam lectionem secutus est Christophorsonus. Atque ita scribitur in codice Fuketii.

(18) *Παρὰ δέ*. Lego πρὸς δὲ, τοῦτο μεμαθήκαμεν, ubi πρὸς adverbialiter sumitur pro προσέτι.

(19) *Καὶ ὡς τῆς ἀδικίας*. In libro Moræi ad marginem emendatur καὶ ὡς τὰ τῆς ἀδικίας, etc., quam scripturam in interpretatione sua expressit Christophorsonus. Mihi hæc locutio parum Græca videtur. Itaque malim scribere ἐν ᾧ τὰ τῆς ἀδικίας. Codex tamen Fuk. habet καὶ ὡς τὰ τῆς, etc.

Digitized by Google

σφαγιαζόντων ψυχὰς δικαίας· τοιγάρτοι καρπὸν ἦραντο τὸν προσήκοντα τοιαύτῃ θρησκείᾳ· Μέμφις καὶ Βαβυλὼν ἐρημωθήσεται, καὶ ἀοίκητοι καταλειφθήσονται μετὰ τῶν πατρώων θεῶν. Καὶ ταῦτ' οὐκ ἐξ ἀκοῆς λέγω, ἀλλ' αὐτός τε παρὼν καὶ ἱστορήσας, ἐπόπτης τε γενόμενος (20) τῆς οἰκτρᾶς τῶν πόλεων καὶ δυστυχοῦς Μέμφις. Ἠρήμωσε δὲ Μωῦσῆς (21) κατὰ τὴν θείαν πρόσταξιν τὴν τοῦ δυνατωτάτου τότε Φαραὼ χώραν, ὃν ὑπερηφία κατέθραυσε (22)· τόν τε στρατὸν αὐτοῦ πολλῶν καὶ μεγίστων ἐθνῶν νικηφόρον, πεφραγμένον τε καὶ καθωπλισμένον (23), οὐ βελῶν τοξεύμασιν, οὐδ' ἀκοντίων ῥιπαῖς, μόνῃ δ' ὁσίᾳ προσευχῇ καὶ ἡμέρῳ λιτανείᾳ καθεῖλεν.

A rum et Ægyptiorum, æreis ac figlinis simulacris innocentes homines mactarentur. Unde et mercedem tali religione dignam retulerunt. Memphis, inquit, et Babylon vastabitur; et utraque deserta relinquetur cum diis patriis. Atque hæc ego non auditione accepta commemoro, sed quæ ipsemet præsens vidi; miserandæ harum urbium sortis spectator factus. Jacet deserta Memphis, illa potentissimi quondam Regis Pharaonis sedes, quem superbia elatum Moyses jussu Dei percussit: et exercitum illius multarum et maximarum gentium victorem, armis probe instructum ac munitum, non telorum ac jaculorum missilibus, sed pura duntaxat precatione et quieta supplicatione delevit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Περὶ τῆς Μωϋσέως σοφίας ζηλωθείσης παρὰ τῶν ἔξωθεν σοφῶν, καὶ περὶ Δανιὴλ καὶ τῶν τριῶν παίδων.

CAPUT XVII.

B *De sapientia Moysis quam gentilium sapientes æmulati sunt: item de Daniele et de tribus pueris.*

Οὐδεὶς δ' ἂν ἐκείνου τοῦ δήμου μακαριώτερος γέγονε πώποτε, ἢ γένοιτο, εἰ μὴ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐκόντες τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀπεκήρυξαν. Τί δ' ἂν εἴποι τις ἄξιον περὶ Μωϋσέως; Ὃς ἄτακτον δῆμον εἰς τάξιν ἀγαγών, πειθοῖ τε καὶ αἰδοῖ τὰς ψυχὰς αὐτῶν κατακοσμήσας, ἀντὶ μὲν αἰχμαλωσίας, ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐδωρεῖτο, ἀντὶ δὲ σκυθρωπότητος, φαιδροὺς ἐποίει, καὶ εἰς τοσοῦτον τὴν ψυχὴν αὐτῶν προηγάγετο, ὥστε τῇ λίαν ἐπὶ τἀναντία μεταβολῇ, τῇ τε τῶν κατορθωμάτων εὐτυχίᾳ ἀλαζονέστερον τὸ φρόνημα τῶν ἀνδρῶν γενέσθαι· ὃς τοσοῦτον ὑπερῆρε σοφίᾳ τοὺς πρὸ αὐτοῦ, ὥστε καὶ τοὺς ἐπαινομένους ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἤτοι σοφοὺς καὶ φιλοσόφους (24), ζηλωτὰς τῆς ἐκεί-

Nullus porro beatior unquam illo populo fuit aut futurus esset, nisi mentes suas a divino Spiritu abstraxisset. Mosem vero quis est qui pro merito laudare possit? Qui cum confusam antea Judæorum multitudinem in certos ordines digessisset, eorumque animos obsequio et verecundia exornasset, pro servitute quidem libertatem eis reddidit; pro mœstitia vero hilaritatem; qui eorumdem animos tantopere erexit, ut ob insperatam rerum suarum in melius mutationem, **590** et ob prosperos successus atque victorias, fastu quodam et insolentia efferrentur; qui reliquos omnes qui ipsum ætate C præcesserant, sapientia usque adeo superavit, ut

(20) *Ἐπόπτης τε γενόμενος.* Ait Constantinus se excidium et vastitatem duarum olim potentissimarum urbium, Memphis scilicet et Babylonis, coram spectasse. Quærendum igitur est a nobis, quonam tempore Constantinus ad ea loca profectus sit. In Ægyptum quidem juvenis admodum profectus est, cum in Diocletiani comitatu militaret, et obsidis instar ab eo teneretur. Multis enim annis Diocletianus in Ægypto bellum gessit adversus Achilleum, qui in Ægypto rebellaverat, ut scribit Eutropius. Ex Ægypto postea Constantinus una cum Diocletiano venit in Syriam, et per Palæstinam provinciam transivit, ubi primum ab Eusebio visus est, ut ipse testatur. Venerat autem Diocletianus in Syriam, ut Galerium Cæsarem qui cum Persis bellum gerebat, copiis suis adjuvaret. Mansitque diutius in Syria, ut pacem cum Persis componeret, quemadmodum discimus ex Historia Petri Patricii. Tunc igitur Constantinus Babylonis rudera et reliquias spectare potuit.

(21) Vulg. *ἢ Μωϋσῆς.* Hunc locum sola transpositione corruptum esse existimo. Sensus enim apertissimus est, si verba restitueris in hunc modum: Μέμφις ἠρήμωται, ἡ τοῦ δυνατωτάτου τότε Φαραὼ ὑπερηφία· ὃν Μωϋσῆς κατὰ τὴν θείαν πρόσταξιν κατέθραυσε, etc. Quid his verbis planius? ὑπερηφία hic est gloria, τὸ καύχημα, qua scilicet sese efferebat Pharao. Facessat igitur conjectura Christophorsoni, Gruteri et aliorum. Et hæc quidem olim fuit conjectura nostra de hujus loci lectione; sed postea Fuketianum codicem nacti, veram ac germanam lectionem deprehendimus. Sic enim in eo legitur: Ἐπόπτης τε γενόμενος τῆς οἰκτρᾶς τῶν πόλεων καὶ δυστυχοῦς Μέμφις· ἠρήμωσε δὲ Μωϋσῆς κατὰ τὴν θείαν πρόσταξιν τὴν τοῦ δυνατωτάτου τότε Φαραὼ χώραν, etc. Atque ita plane legitur in codd. Turnebi et Gruteri, nisi quod distinctio illa quam posuimus, propria est codicis Fuk., in quo post Μέμφις punctum apponitur. Μέμφις igitur in genitivo dixit interpres hujus orationis, cum *Μέμφεως* dicere debuisset. Sed et οἰκτρᾶς ponitur pro οἰκτροτάτης. Porro juxta hanc lectionem, solam Memphin a se visam esse ait Constantinus, quod equidem verius puto. Neque enim Babylonem unquam videre potuit, quippe qui nunquam in Assyriam penetraverit. In schedis Regiis ita legitur hic locus, τῆς οἰκτρᾶς τῶν πόλεων τύχης· Μέμφις ἠρήμωσε, etc., ut in vulgatis editionibus. In codice autem Regio ἠρήμωται legitur, ut edidit Stephanus. Savilius vero in libro suo hunc locum ita emendavit, πόλεων τύχης· Μέμφις ἠρήμωται· ἠρήμωσε δὲ Μωϋσῆς, etc. Sed frigidum esset illud Μέμφις ἠρήμωται, nec cum sequentibus cohærens. Quid quod D nec Christophorsonus ea verba in interpretatione sua retinuit?

(22) *Ὃν ὑπερηφία κατέθραυσε.* Christophorsonus vertit, *Quem insolentia elatum perfregit.* Ex quo apparet, eum supplevisse ἐπηρμένον aut quid simile. Sed nihil opus est hac emendatione, cum ὑπερηφία in nominativo accipi possit. Certe in omnibus nostris codicibus Reg., Fuk., et schedis, legitur absque ἰῶτα subscripto. Sic infra loquitur, capite 19, ἡ ἄγνοια τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἔθραυε, etc.

(23) *Πεφραγ. τε καὶ καθωπλισμένον.* Sic legitur in codice Fuk. et in schedis Regiis. Nec displicet Valesio conjectura Savilii, qui legi vult in nominativo πεφραγμένος et καθωπλισμένος. Mox ubi legitur ἡμέρῳ λιτανείᾳ, mallet idem Valesius scribere ἠρεμαίῳ. Edit.

(24) *Καὶ φιλοσόφους.* Omissa hic videtur esse particula, qua adjecta longe elegantior fiet oratio.

Digitized by Google

qui a Gentilibus plurimum celebrantur seu sapientes seu philosophi, sapientiæ illius æmulatores exstiterint. Pythagoras certe sapientiam ejus æmulatus, modestiæ causa tantopere celebratus est, ut Plato vir modestissimus, abstinentiam illius velut exemplum sibi ad imitandum proponeret. Daniel quoque, [1] is qui futura prædixit, et qui summæ cujusdam magnitudinis animi specimen edidit, morumque et totius vitæ sanctitate excelluit, qualem et quam asperam tyranni illius qui tum in Syria dominabatur, sævitiam superavit ? Nomen huic erat Nabuchodonosor ; cujus stirpe omni funditus deleta, ingens illa et formidabilis potentia ad Persas translata est. Erant in ore omnium, sicut in hunc usque diem multis hominum sermonibus celebrantur, opes regis illius ; et circa illicitam religionem importuna sedulitas, et ad fabricanda deorum simulacra ingens copia cujusque generis metallorum : templorum item culmina cœlum ipsum, ut ita dicam, contingentia ; formidabiles denique religionis leges, et ad sævitiam comparatæ. Verum hæc omnia ob sinceram in Deum pietatem Daniel contemnens, importunum illud tyranni studium, gravissimi cujusdam mali causam fore prædixit. Nec tamen tyranno persuasit. Opum quippe affluentia, maximo impedimento est ad recte sentiendum. Tandem vero mentis suæ feritatem rex declaravit, justum atque insontem feris bestiis laniandum objici jubens. Fratrum item illorum in martyrio subeundo consensio, generosa fuit inprimis. Quos posteri deinceps imitati, ingentem gloriam ob fidem erga Servatorem retulerunt. Qui ab igne et fornace cæterisque cruciatibus ad consumenda ipsorum corpora comparatis nullatenus læsi, inclusas undique in fornace flammas, castorum corporum objectu contactuque propulerunt. Porro Assyriorum imperio Dei ultione et fulminum jactibus exciso, Daniel divina providentia ad Cambysem Persarum regem se contulit. Hic vero etiam illum vexavit invidia, et exitiales magorum insidiæ, et multorum maximorumque discriminum continua successio. Quibus omnibus, adjuvante Christi providentia, facillime liberatus **591** in omni genere virtutis spectatus enituit. Nam cum

Scribo igitur ἢ τοι σοφοὺς ἢ καὶ φιλοσόφους, id est, *seu sapientes, seu philosophos malis dicere.*

(25) *Δανιὴλ δέ.* Postquam de Ægyptiis et de Memphis excidio dixit, transit ad Assyrios et ad Babylonis vastationem. Et occasione quidem Ægyptiorum, Moysis laudationem inseruit. Nunc vero de Assyriis agens, Danielis laudes exsequitur, qui apud Assyrios seu Babylonios captivus vixit.

(26) *Ὁ Δανιὴλ καταχρονήσας.* Post hæc verba antiquarius qui codicem Regium descripsit, offensus mendorum multitudine quibus exemplar scatebat, hic finem scribendi fecit. Atque hoc testatus est his verbis ad imam paginam appositis... ησας πρὸς τὸ πέλαγος τῶν σφαλμάτων τοῦ βιβλίου, ἐπέχον τὴν χεῖρα τοῦ γράφειν, ὅτι μηδὲν ὑγιὲς ἐνῆν τῷ πρωτοτύπῳ, καθὼς ἐκ τῶν γραφέντων ἔστι τεκμήρασθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας.

(27) Vulg. *ἀναιρεθείσης κεραυνῶν βολῇ.* Nescio unde hæc hausit Constantinus, qui regnum Assyriorum fulminum jactu destructum esse scribit ; quod quidem alibi legere non memini. Sed neque id satis intelligo. Homines enim et arces et civitates fulminis jactu destrui possunt, ut de Phlegyis poetæ fabulati sunt ; regnum vero quomodo fulminibus aboleri possit, equidem non video. In manuscriptis codicibus Fuk. et Turnebi, et in schedis Regiis scribitur κεραυνῶν βολαῖς.

(28) *Ἐξαισίους ἀρετάς.* Constantinus Latine *virtutes* dixerat ; quam vocem in sacris Libris sumi solere pro *miraculis* nemo nescit. Male interpres hujus orationis ἀρετὰς vertit, cum δυνάμεις potius vertere debuisset.

(29-30) Vulg. *ἐπικίνδυνον σφόδρα.* In codice Fuk. hic locus ita distinguitur, διέβαλλον ἐπικίνδυνον· σφόδρα δὲ τὴν τοσαύτην, etc. Mox scribo καὶ ἔπεισαν αὐτὸν, ut in libro Morelli ad marginem emenda-

A νου σοφίας γενέσθαι. Πυθαγόρας γὰρ τὴν ἐκείνου σοφίαν μιμησάμενος, εἰς τοσοῦτον ἐπὶ σωφροσύνῃ διαβεβόηται, ὥστε καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ Πλάτωνι παράδειγμα τὴν ἑαυτοῦ ἐγκράτειαν καταστῆσαι. Δανιὴλ δ' (25) ὁ θεσπίσας τὰ μέλλοντα, καὶ τῆς ἐξοχωτάτης μεγαλοψυχίας ἐργάτης, ἠθῶν τε καὶ παντὸς βίου κάλλει διαπρέψας, πόσην τινὰ καὶ πῶς τραχεῖαν κατηγωνίσατο δυσχέρειαν τοῦ κατὰ Συρίαν τότε τυράννου; Ὄνομα δ' ἐκείνῳ Ναβουχοδονόσορ ἦν, οὗ πάσης τῆς γενεᾶς ἐξαλειφθείσης, ἡ σεμνὴ καὶ ὑπερμεγέθης ἐκείνη δύναμις πρὸς τοὺς Πέρσας διῆλθε. Διαβόητος γὰρ ἦν καὶ ἄχρι νῦν ἐστὶν ὁ πλοῦτος τοῦ τυράννου, καὶ ἡ ἄκαιρος περὶ τὴν μὲν δέουσαν Θρησκείαν ἐπιμέλεια, μετάλλων τε παντοδαπῶν οὐρανομήκη ὑψώματα, φρικτοί τε καὶ πρὸς ὠμότητα οἱ τῆς θρησκείας
B συντεθέντες νόμοι· ὧν πάντων ὁ Δανιὴλ καταφρονήσας (26) διὰ τὴν ἄχραντον πρὸς τὸν ὄντως Θεὸν εὐσέβειαν, τὴν ἄκαιρον τοῦ τυράννου σπουδὴν, μεγάλου τινὸς κακοῦ ἐσομένην αἰτίαν ἐμαντεύετο· ἀλλ' οὐκ ἔπεισε τὸν τύραννον· ὁ γὰρ ἄφθονος πλοῦτος ἐμπόδιον πρὸς τὸ καλῶς φρονεῖν ὑπάρχει. Τέλος γοῦν τὸ ἄγριον τῆς ἑαυτοῦ διανοίας ὁ δυνάστης ἐξέφηνε, θηρσὶν ἀγρίοις διαλυμανθῆναι τὸν δίκαιον κελεύσας. Γενναία γε μὴν καὶ ἡ τῶν ἀδελφῶν ἐν τῷ μαρτυρεῖν ὁμοδοξία· οὓς οἱ μετὰ ταῦτα ζηλώσαντες, ὑπερμεγέθη δόξαν τῆς πρὸς τὸν Σωτῆρα πίστεως ἤραντο· πυρὶ καὶ καμίνῳ καὶ τοῖς εἰς τὸ φαγεῖν αὐτοὺς τεταγμένοις δεινοῖς ἀδήωτοι φανέντες, ἀγνῇ τε σωμάτων προσβολῇ τὸ ἐμπεριεχόμενον τῇ καμίνῳ πῦρ ἀπωθούμενοι.
C Δανιὴλ δὲ κατὰ τὴν κατάλυσιν τῆς Ἀσσυρίων βασιλείας, ἀναιρεθείσης κεραυνῶν βολαῖς (27), ἐπὶ Καμβύσην τὸν Περσῶν βασιλέα μετῆλθεν ἐκ θείας προνοίας· φθόνος δὲ κἀνταῦθα, καὶ πρός γε τῷ φθόνῳ, ὀλέθριοι Μάγων ἐπιβουλαὶ, διαδοχαί τε κινδύνων μεγάλων τε καὶ πολλῶν· ἐξ ὧν πάντων, συναιρομένης τῆς Χριστοῦ προνοίας σωθεὶς εὐχερῶς παντοίας ἀρετῆς πεῖρα διέπρεψεν. Οἱ γάρτοι Μάγοι, τρὶς τῆς ἡμέρας εὐχομένου τοῦ ἀνδρὸς, μεγάλας τε καὶ ἐξαισίους ἀρετὰς (28) ἀξιομνημονεύτων ἔργων κατορθοῦντος, αὐτὴν τὴν τῶν εὐχῶν ἐπίτευξιν φθόνῳ διέβαλλον· ἐπικίνδυνον δὲ σφόδρα (29-30) τὴν τοσαύτην αὐτοῦ δύναμιν διαβάλλοντες πρὸς τὸν δυνάστην, ἔπεισαν αὐτὸν, τὸν τοσούτων ἀγαθῶν δημοσίᾳ παραίτιον τοῖς Πέρσαις γενόμενον, λεόντων ἀγρίων θοίνῃ κατακριθῆναι. Κε-
D

Digitized by Google

θεῖρκτο δὲ καταχριθεὶς, οὐκ εἰς ὄλεθρον, ἀλλ' αἰώνιον εὐδοξίαν ὁ Δανιὴλ, καὶ ἐν μέσοις τοῖς θηρσὶν ἐξεταζόμενος, ἠπίων καὶ ἡμερωτέρων τῶν θηρίων, ἢ τῶν καθειρξάντων, ἐπειρᾶτο· πάντας γὰρ εὐχὴ (31) κοσμιότητος καὶ σωφροσύνης ἀρετῇ συναιρομένη, τιθασσοὺς ἀπειργάζετο, τοὺς λυσσώδεις τῇ φύσει. Γνωσθέντων δὲ τούτων (τῷ) Καμβύσῃ (οὐ γὰρ δυνατὸν ἦν τοσαύτης, οὕτω τε θείας δυνάμεως κατορθώματα ἐπισκιάζεσθαι), ὑπερεκπέπληκτο μὲν αὐτὸς τῷ θαύματι τῶν ἀγγελλομένων, μετεγίνωσκε δὲ ἐπὶ τῷ πεισθῆναι ταῖς διαβολαῖς τῶν Μάγων εὐχερῶς· ὅμως γοῦν ἐτόλμησε τῆς θέας ἐκείνης ἐπόπτης γενέσθαι· καὶ ἰδὼν τὸν μὲν ἄνδρα (32) ἑκατέρας τῆς χειρὸς ὑψώματι τὸν Χριστὸν ὑμνοῦντα, τοὺς δὲ λέοντας ὑποβεβλημένους, καὶ οἱονεὶ τὰ ἴχνη τοῦ ἀνδρὸς προσκυνοῦντας, καὶ παραχρῆμα τοὺς ἀναπείσαντας αὐτὸν Μάγους (τῇ αὐτῇ ζημίᾳ κατέκρινε, καθεῖρξέ τε τῇ τῶν λεόντων αὐλῇ), οἱ δὲ θῆρες οἱ τὸν μικρῷ πρόσθεν κολακεύσαντες, ἐπεφοίτων τοῖς Μάγοις, καὶ πάντας αὐτοὺς κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν ἐλυμήναντο.

A ter quotidie preces ad Deum funderet, magnaque et insolita memorabilium operum miracula ederet, Magi invidia adducti, hanc precum efficaciam calumniari cœperunt, tantam vim hominis admodum periculosam esse, regis auribus insusurrantes: eique tandem persuaserunt, ut vir ille qui tot ac tantorum bonorum Reip. Persarum auctor fuisset, immanibus leonibus devorandus objiceretur. Damnatus igitur Daniel, non periturus, sed ad sempiternam gloriam in foveam conjectus est. Cumque in medio ferarum versaretur, leniores eas ac mansuetiores ipsis a quibus fuerat in foveam contrusus, expertus est. Omnes enim illas bestias, licet suapte natura rabidas, precatio modestiæ ac temperantiæ auxilium ferens, mansuefecit. Quæ cum B accepisset Cambyses (neque enim fieri poterat, ut tam stupenda divinæ potentiæ miracula occultarentur), rerum quæ nuntiatæ fuerant admiratione perculsus est: subiitque eum pœnitentia, quod magorum calumniis adeo faciles aures præbuisset. Nihilominus tamen ipse ejus rei spectator esse voluit. Cumque Danielem quidem vidisset sublatis in altum manibus Christum laudantem, leones vero submissos, et hominis vestigia quodammodo adorantes, confestim magos qui ipsi illud persuaserant, leonibus objici jussit. At bestiæ quæ paulo ante Danielem palpaverant, statim in magos impetum fecerunt, omnesque eos pro naturæ suæ feritate discerpserunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΗ'.

Περὶ τῆς Σιβύλλης τῆς Ἐρυθραίας, ἐν ἀκροστιχίδι τῶν τῆς μαντείας ἐπῶν, τὸν Κύριον καὶ τὸ πάθος δηλούσης· ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχίς· Ἰησοῦς Χριστὸς, Θεοῦ Υἱὸς, Σωτὴρ, Σταυρός.

Παρίσταται δέ μοι καὶ τῶν ἀλλοδαπῶν τι μαρτυριῶν (33) τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος ἀπομνημονεῦσαι· ἐκ γάρτοι τούτων δηλονότι καὶ ἡ τῶν βλασφημούντων αὐτὸν διάνοια, καὶ οἶδεν αὐτὸν Θεὸν ὄντα Θεοῦ παῖδα, εἴπερ γοῦν τοῖς ἑαυτῶν λόγοις πιστεύωσιν. Ἡ τοίνυν Ἐρυθραία Σίβυλλα, φάσκουσα ἑαυτὴν ἕκτῃ γενεᾷ μετὰ τὸν κατακλυσμὸν γενέσθαι, ἱέρεια ἦν τοῦ Ἀπόλλωνος (34), διάδημα ἐπίσης τῷ θρησκευομένῳ

C

CAPUT XVIII.

De Sibylla Erythræa, quæ in acrostichiae carminum quibus vaticinata est, Dominum et passionem designat. Est autem Acrostichis hæc: Jesus Christus, Dei Filius, Servator, Crux.

Libet etiam aliud testimonium de Christi divinitate ab extraneis desumptum commemorare. Sic enim ii qui probris illum ac maledictis incessere solent, illum Deum Deique Filium esse cognoscent; si quidem suorum sermonibus fidem velint adhibere. Sibylla igitur Erythræa, quæ sexta post diluvium ætate se vixisse dicit, sacerdos fuit Apollinis: quæ coronam capite gestans non secus ac

tur (*). Cæterum hæc narratio adversatur Scripturæ sacræ. Neque enim magi Danielem accusasse dicuntur in sacris voluminibus, sed satrapæ: nec Cambyses vocatur is qui Danielem bestiis objici jussit, sed Darius Medus, de quo variæ sunt chronologorum sententiæ. Nam plerique Cyaxarem hunc esse volunt, Astyagis filium. Scaliger vero Nabonnidum esse contendit; cujus opinioni suffragatur Petavius noster. Quorum consensum magni facio. Nam cum in plerisque dissentire soleant, ubicunque eos convenire viderimus, maximum veritatis argumentum est. Eorum tamen sententiæ refragari videtur Abydenus in Historia Assyriorum. Hic enim scribit, Nabuchodonosorum paulo ante mortem divino numine afflatum prædixisse Babyloniis, urbem ipsorum non multo post esse perituram. Mulum enim Persam venturum esse, qui ipsis jugum servitutis imponat. Ejus vero adjutorem in expugnatione urbis futurum Medum, Assyriorum gloriam. Sic enim interpretor verba illa Abydeni: οὗ δὴ συναίτιος ἔσται Μήδης. Græca certe verba nihil aliud sonant, quam id quod dixi. Quod si Medus socius atque auxiliator fuit Cyri in expugnanda et in servitutem redigenda Babylone, Medus utique non est Nabonnidus. At Scaliger, qui Darium Medum vult esse Nabonnidum, Abydeni verba sic explicat: culpa Medi eam calamitatem eventuram esse Babyloniis. Verum D Abydenus non dixit: οὗ δὴ αἴτιος, sed συναίτιος, quo verbo societas et communio alicujus facti cum altero significatur. Sic Filius Dei συναίτιος dicitur, quia una cum Patre omnium rerum auctor est. Constat igitur ex Abydeni verbis, Medum non esse Nabonnidum.

(31) Vulg. *πάντας γὰρ εὐχῇ*. Malim scribere in nominativo, πάντας γὰρ εὐχὴ κοσμιότητος καὶ σωφροσύνης ἀρετῇ συναιρομένη, τιθάσσους ἀπειργάζετο, id est, *Tanta vis est precationis, ut immanissimas bestias mansuefecerit.* Certe in codice Fuk. legitur, εὐχῇ κοσμ. καὶ σωφ. ἀρετῇ συναιρομένῃ, etc.

(32) *Καὶ ἰδὼν τὸν ἄνδρα.* In codice Fuk. et in schedis scribitur καὶ ἰδεῖν.

(33) Vulg. *τῶν ἀλλοδαπῶν τι μαρτύριον*. Codex Fuk. et schedæ scriptum habent μαρτυριῶν, rectius. Neque enim unum duntaxat testimonium affert Constantinus, sed duo.

(34) Vulg. *ἱέρειαν τοῦ Ἀπόλλωνος*. Amplector emendationem doctorum virorum, quam etiam in Moræi libro reperi, ἱέρεια ἦν τοῦ Ἀπ. Ita certe Fuk. codex et schedæ.

(*) Scripsit quidem Valesius ut ipsi exscripsimus, interpretatur autem quasi scripsisset :... διέβαλλον, ἐπειδὴ ... πρὸς τὸν δυνάστην, καὶ ἔπεισαν. EDIT.

Digitized by Google

Deus ille quem colebat, et tripodem cui serpens circumvolutus erat, custodiens, oracula edebat interrogantibus : a stultis parentibus huic cultui mancipata, ex quo nihil honestum ac probum, sed furor pudoris expers ingeneratur. Cujusmodi sunt **592** ea quæ de Daphne memorantur. Hæc igitur cum aliquando in adyta importunæ superstitionis irrupisset, divino plane Spiritu impulsa, cuncta quæ eventura erant de Deo vaticinari versibus cœpit ; primis versuum elementis (quod genus acrostichis vocatur) historiam adventus Jesu Christi apertissime declarans. Est autem acrostichis ejusmodi : *Jesus Christus , Dei Filius, Servator, Crux.* Versus autem hi sunt :

A ὑπ' αὐτῆς Θεῷ φοροῦσα, καὶ τὸν τρίποδα περὶ ὃν ὁ ὄφις εἱλεῖτο, περιέπουσα, ἀποφοιβάζουσά τε τοῖς χρωμένοις αὐτῇ· ἠλιθιότητι (35) τῶν γονέων, ἐπιδεδωκότων αὐτὴν τοιαύτῃ λατρείᾳ, δι' ἣν ἀσχήμονες θυμοὶ, καὶ οὐδὲν σεμνὸν ἐπιγίνεται, κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἱστορουμένοις περὶ τῆς Δάφνης. Αὕτη τοίνυν εἴσω τῶν ἀδύτων ποτὲ τῆς ἀκαίρου δεισιδαιμονίας προαχθεῖσα, καὶ θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστὴ (36), δι' ἐπῶν περὶ τοῦ Θεοῦ τὰ μέλλοντα προεθέσπισε, σαφῶς ταῖς προτάξεσι τῶν πρώτων γραμμάτων, ἥτις ἀκροστιχὶς λέγεται, δηλοῦσα τὴν ἱστορίαν τῆς τοῦ Ἰησοῦ κατελεύσεως· ἔστι δὲ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· *Ἰησοῦς Χριστὸς, Θεοῦ Υἱὸς, Σωτὴρ, Σταυρός* · τὰ δ' ἔπη αὐτῆς, ταῦτα·

J udicii signum, tellus sudore madescet.
E cœlo tunc rex veniet per sæcla futurus,
S cilicet ut totum præsens dijudicet orbem.
V isurique Deum infidi sunt atque fideles,
S ublimem in carne humana, sanctaque caterva
C inctum, completo qui tempore judicet omnes.
H orrida tunc tellus dumis silvescet acutis.
R ejicient simulacra homines aurique metalla.
I nferni portas facto simul impete rumpent
S quallentes manes, et pura luce fruentur.
T etros atque bonos index tum flamma probabit.
V oce latens facinus quod gessit quisque loquetur.
S ubdolaque humani pandentur pectoris antra.

B Ἰ δρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται·
Η ξει δ' οὐρανόθεν βασιλεὺς αἰῶσιν, ὁ μέλλων
Σ άρκα παρὼν πᾶσαν κρῖναι καὶ κόσμον ἅπαντα.
Ο φονται δὲ Θεὸν μέροπες πιστοὶ καὶ ἄπιστοι
Υ ἱστον μετὰ τῶν ἁγίων ἐπὶ τέρμα χρόνοιο,
Σ αρκοφόρον· ψυχάς τ' ἀνδρῶν ἐπὶ βήματι κρινεῖ.
Χ έρσος ὅτ' ἂν ποτε κόσμος ὅλος καὶ ἄκανθα γένηται
Ρ ἰψωσί τ' εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα,
Ε κκαύσῃ δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν,
Ι χνεύων, ῥήξῃ τε πύλας εἰρκτῆς ἀΐδαο (37).
Σ ὰρξ τότε πᾶσα νεκρῶν, ἐς ἐλευθέριον φάος ἥξει·
Τ οὺς ἁγίους, ἀνόμους τε τὸ πῦρ αἰῶσιν ἐλέγξει.
Ο ππόσα τις πράξας ἔλαθεν, τότε πάντα λαλήσει.
Σ τήθεα γὰρ ζοφόεντα Θεὸς ῥωστῆρσιν ἀνοίξει·

(35) Vulg. *τῇ ἠλιθιότητι.* Melius dixisset διὰ τὴν ἠλιθιότητα.

(36) *Καὶ θείας ἐπιπνοίας ὄντως γενομένη μεστή.* Quicunque ex christianis scriptoribus Sibyllarum oracula ad confirmationem christianæ fidei protulerunt, ii necesse habuerunt idem de Sibyllis dicere quod Constantinus : eas scilicet divino quodam spiritu afflatas de Christo prædixisse. Ita Justinus in oratione parænetica ad Græcos : Ἔσται δὲ ὑμῖν ῥᾳδίως τὴν ὀρθὴν θεοσέβειαν ἐκ μέρους παρὰ τῆς παλαιᾶς Σιβύλλης ἔκ τινος δυνατῆς ἐπιπνοίας διὰ χρησμῶν ὑμᾶς διδασκούσης, μανθάνειν, etc. Quibus consona scribit Augustinus in lib. XVIII *De civitate Dei*, cap. 23 ; et Hieronymus in lib. I *contra Jovinianum*. Nam hic quidem Sibyllis ob meritum virginitatis divinationem scribit a Deo esse concessam. Augustinus vero eas in civitatem Dei ascribere non veretur. At Gregorius Naz. in carmine ad Nemesium, ait Hermem Trismegistum et Sibyllam, quæcunque de Deo prædixerunt, non divinitus afflatos prædixisse, sed ex sacris Hebræorum libris quos obiter perlegerant, ea accepisse :

Οὐ θεόθεν, βίβλων δὲ παραβλέψαντες ἐμεῖο.

Scilicet Gregorius Nazianz. et sanctissimi illi Ecclesiæ Patres, carmina illa revera a Sibyllis composita esse credebant, cum tamen ab otiosis hominibus conficta sint, et pro Sibyllis edita circa tempora imp. Adriani. Certe nemo antiquior Justino eorum mentionem fecit. Et Celsus, quem principatu M. Antonini vixisse supra demonstravimus, christianos Sibyllinis carminibus multa falso inseruisse affirmat. Verba ejus refert Origenes in lib. VII, Νῦν δὲ παρεγγράφειν μὲν εἰς τὰ ἐκείνης πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰκὸς δύνασθαι. Scio quidem Origenem id pernegare. Sic enim Celso respondet : debuisse illum antiquiora Sibyllinorum carminum exemplaria proferre, in quibus versus illi quos a Christianis intrusos esse dicebat, minime legerentur. Facile utique fuisset Celso id præstare, et falsitatem illorum versuum hoc argumento convincere. Sed suppetunt etiam alia argumenta, quibus id probari potest. Nam si Sibylla tam clare de Christo prædixerat, cur Paulus in suis Epistolis, et cum ad Athenienses verba faceret, ejus testimonio non est usus, maxime cum Aratum et alios gentilium poetas citare non dedignetur ? Certe si Sibylla hanc de Christo acrostichidem scripsit, nihil causæ est, cur illam inter prophetas et quidem primo loco recensere dubitemus. Nullus enim inter antiquos Hebræorum prophetas tam clare ac diserte scripsit de Christo, quam sunt hæc a Constantino prolata Sibyllæ carmina. Neque tamen aut Origenes, aut ullus sanctorum Patrum id unquam concessit, ut Sibyllæ inter prophetas haberentur : imo eos qui ita crederent, hæreticos esse existimarunt, et Sibyllistas appellaverunt, ut docet Origenes in lib. *Contra Celsum*, ubi respondens Celso, qui christianos varias in sectas divisos esse objecerat : alios quippe esse psychicos, alios spirituales ; alios Judæorum Deum colere, alios non item ; alios Sibyllistas esse, etc., sic ait : Εἰπὲ δέ τινας εἶναι καὶ Σιβυλλιστάς· τάχα παρακούτας τινῶν ἐγκαλούντων τοῖς οἰομένοις προφῆτιν γεγονέναι τὴν Σίβυλλαν, καὶ Σιβυλλιστὰς τοὺς τοιούτους καλεσάντων.

(37) *Ἰχνεύων* Omissus hic erat versus, qui ex libr. Moræi, Fuk. et Regiis schedis, et ex editione Sibyllinorum carminum, quam curavit Seb. Castalio, ita supplendus est :

Ἐκκαύσει δὲ τὸ πῦρ γῆν, οὐρανὸν ἠδὲ θάλασσαν·
Ἰχνεύων. [σαν

Quanquam ἰχνεῦον malim legere in neutro. Omissum autem esse hunc versum docet vetus versio apud Augustinum in lib. XVIII *De civitate Dei*, quæ sic habet :

Exuret terras ignis pontumque polumque
Inquirens.

Porro versum illum Græcum ideo expunxerant, quod tota acrostichis absque illo stare videretur, nec animadvertebant, in acrostichide nomen Christi scribi cum diphthongo Χρειστός : quod cur factum sit nescio. Acrostichis tamen Latina id retinuit apud Augustinum. Sane veteres Græci nomen Christi octosyllabum faciebant, Χρειστὸς scribentes cum diphthongo, ut docet Irenæus in libro I, cap. 10.

Digitized by Google

Θ ρῆνός τ' ἐκ πάντων ἔσται, καὶ βρυγμὸς ὀδόντων.
Ε κλείψει σέλας ἠελίου, ἄστρων τε χορεῖαι.
Ο ὐρανὸν εἰλίξει (38), μήνης δέ τε φέγγος ὀλεῖται.
Υ ψώσει δὲ φάραγγας, ὀλεῖ δ' ὑψώματα βουνῶν.
Υ ψος δ' οὐκέτι λυγρὸν ἐν ἀνθρώποισι φανεῖται·
Ι σά τ' ὄρη πεδίοις ἔσται· καὶ πᾶσα θάλασσα
Ο ὐκ εἰς πλοῦν ἕξει· γῆ γὰρ φρυχθεῖσα κεραυνῷ.
Σ ὺν πηγαῖς ποταμοί τε καχλάζοντες (39) λείψουσιν.
Σ ἀλπιγξ δ' οὐρανόθεν φωνὴν πολύθρηνον ἀφήσει,
Ω ρύουσα μύσος (40) μελεδὼν καὶ πήματα κόσμου.
Τ αρταρόεν χάος (41) δείξει ποτὲ γαῖα χανοῦσα.
Η ξουσιν δ' ἐπὶ βῆμα Θεοῦ βασιλῆες ἅπαντες.
Ρ εύσει δ' οὐρανόθεν ποταμὸς πυρός, ἠδέ γε θείου.
Σ ῆμα δέτοι τότε πᾶσι βροτοῖς ἀριδείκετον, οἷον
Τ ὸ ξύλον ἐν πιστοῖς τὸ κέρας τὸ ποθούμενον ἔσται·
Α νδρῶν εὐσεβέων ζωὴ, πρόσκομμά τε κόσμου,
Υ ἅσι φωτίζον πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς (42)·
Ρ άβδος ποιμαίνουσα (43) σιδηρείη γε κρατήσει.
Ο ὗτος ὁ νῦν προγραφεὶς ἐν ἀκροστιχίοις Θεὸς ἡμῶν
Σ ωτὴρ, ἀθάνατος βασιλεὺς ὁ παθὼν ἕνεχ' ἡμῶν.

A D entum stridor erit, gemitusque et luctus ubique.
E t sol astrorumque chorus percurrere cœlum
I nsimul absistent, lunæ quoque flamma peribit.
F undo cernentur valles consurgere ab imo.
I n terris nihil excelsum spectare licebit.
L ataque planities montes æquabit : et æquor
I ntactum rate stabit : adustaque fulmine tellus.
U na deficiet flagrans cum fontibus amnis.
S tridula de cœlo fundet tuba flebile carmen,
S upremum exitium lamentans, fataque mundi.
E t subito stygium chaos apparebit hiatu :
R eges divinum stabunt cuncti ante tribunal.
V ndaque sulphureæ descendet ab æthere flammæ.
A c cuncti in terris homines mirabile signum
T unc cernent oculis, sanctis optabile signum.
O mnibus id justis vitæ est melioris origo :
R ursus vesani dolor atque offensio mundi :
C ollustrans undis bisseno in fonte fideles.
R egnabit late pascentis ferrea virga.
B U nus et æternus Deus, hic Servator et idem
X ristus, pro nobis passus, quem carmina signant.

Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ δηλαδὴ θεόθεν ἐπέστη προκηρύξαι. Μακαρίαν δ' αὐτὴν ἔγωγε κρίνω, ἣν ὁ Σωτὴρ ἐξελέξατο προφῆτιν τῆς ἑαυτοῦ περὶ ἡμῶν προμηθείας.

Et hæc quidem divino, ut credibile est, afflatu a virgine prædicta sunt. Ego vero illam eo nomine beatam judico, quod Deus vatem illam ac nuntiam suæ erga nos providentiæ delegit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΘ'.

Ὅτι ἡ περὶ τοῦ Σωτῆρος μαντεία παρ' οὐδενὸς τῶν τῆς Ἐκκλησίας πέπλασται, ἀλλὰ τῆς Ἐρυθραίας Σιβύλλης ἐστὶν, ἧς τὰς βίβλους Κικέρων ὁ ποιητὴς πρὸ τῆς ἐπιδημίας τοῦ Χριστοῦ Ῥωμαΐστὶ μετέφρασε· καὶ ὅτι Βιργίλιος μέμνηται αὐτῆς, καὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, δι' αἰνιγμάτων, φόβῳ τῶν κρατούντων, ὑμνήσας τὸ μυστήριον.

CAPUT XIX.

Quod hæc de Christo vaticinatio a nemine Christianorum conficta est, sed ab Erythræa Sibylla conscripta : cujus libros Cicero ante adventum Christi Latinis versibus reddidit : et quod virgilius ejus mentionem facit, simulque partus Virginei : obscure celebrans mysterium metu potentiorum.

Ἀλλ' οἱ πολλοὶ (44) τῶν ἀνθρώπων ἀπιστοῦσι, καὶ ταῦθ' ὁμολογοῦντες Ἐρυθραίαν γεγενῆσθαι Σιβύλλαν μάντιν, ὑποπτεύουσι δέ τινα τῶν τῆς ἡμετέρας θρησκείας, ποιητικῆς μούσης οὐκ ἄμοιρον, τὰ ἔπη ταῦτα πεποιηκέναι, νοθεύεσθαί τε αὐτὰ, καὶ Σιβύλλης θεσπίσματα εἶναι λέγεσθαι, ἔχοντα βιωφελεῖς γνώμας, τὴν πολλὴν τῶν ἡδονῶν περικοπτούσας ἐξουσίαν, καὶ ἐπὶ τὸν σώφρονά τε καὶ κόσμιον βίον ὁδηγούσας· ἐν προφανεῖ δ' ἀλήθεια (45), τῆς τῶν ἡμετέρων ἀνδρῶν ἐπιμελείας συλλεξάσης τοὺς χρόνους ἀκριβέστερον, ὡς πρὸς τὸ μηδένα τοπάζειν, μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ κάθοδον καὶ κρίσιν γεγενῆσθαι τὸ ποίημα, καὶ

Multi tamen huic prædictioni fidem derogant, quamvis Sibyllam Erythræam revera vatem fuisse fateantur. Suspicantur autem a quodam ex nostræ religionis hominibus, poeticæ artis non ignaro, eos versus esse confictos, et falso ac supposititio titulo Sibyllæ adscribi, cum sententias contineant vitæ humanæ admodum utiles, quibus et voluptatum effrenata licentia comprimitur, et via sternitur ad modestiam ac temperantiam. Sed veritas ipsa in propatulo est omnibus, cum hominum nostrorum diligentia temporum seriem adeo accurate collegerit, ut jam nemo suspicari possit, post adventum

(38) *Οὐρανὸν εἰλίξει.* Ita legitur in editione vulgata Sibyllinorum carminum. Vetus quoque versio hanc scripturam confirmat, sic enim habet : *Volvetur cœlum*, etc. Ego tamen non dubito quin scribendum sit εἰλίξειν. Subauditur enim ἐκλείψει, quod paulo ante præcessit.

(39) *Ποταμοὶ καχλάζοντες.* In codice Fuk. et in schedis legitur ποταμοί τε καχλάζοντες, etc.

(40) Vulg. *Ὠρύουσα τὸ μέλλον.* In editione Castalionis hic versus ita scribitur :

Ὠρύουσα μύσος μελεὸν καὶ πήματα κόσμου.

Quam scripturam confirmat vetus versio apud Augustinum :

Sed tuba tunc sonitum tristem dimittet ab alto
Orbe, gemens facinus miserum variosque labores.

In codice Fuk. scribitur ὠρύουσα μέλος καὶ πήματα κόσμου.

(41) *Ταρταρόεν χάος.* Rectius in editione Sibyllinorum carminum legitur, ταρτάρεον δὲ χάος τότε δείξει γαῖα χανοῦσα.

(42) *Φωτίζον πιστοὺς ἐν δώδεκα πηγαῖς.* In editione Sibyllinorum carminum legitur κλητούς, quod magis placet, tum quia vocem πιστούς jam paulo ante posuit, tum quia non recte dicerentur fideles illuminari per baptismum. Neque enim fideles illuminantur baptismo, sed potius gentiles qui ad fidem vocati sunt. Postquam autem illuminati fuerint per sacrum lavacrum, tunc demum fideles dicuntur. Porro duodecim fontes, designant, ut opinor, duodecim apostolos.

(43) *Ῥάβδος ποιμαίνουσα.* Recte Betuleius adnotavit Sibyllam alludere hic ad psalmum II, in quo dicitur, ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ. Ex quo apparet, verum esse id quod supra ex Gregorio Naz. observavimus, Sibyllam, seu quisquis Sibyllina conscripsit carmina, ex sacris libris multa desumpsisse. Itaque non dubito quin hi versus, ut jamdudum monuit Cicero, non a Sibylla vatidico furore percita editi, sed attento animo conscripti sint a quopiam sub Sibyllæ nomine.

(44) *Ἀλλ' οἱ πολλοί.* In codice Fuk. et in schedis veteribus hoc caput inchoatur ab his verbis : Καὶ ταῦτα τῇ παρθένῳ, etc., post finem acrostichidis.

(45) Vulg. *ἐν προφανεῖ δ' ἀληθείᾳ.* Amplector emendationem Christophorsoni, qui legit ἐν προφανεῖ δὲ ἡ ἀλήθεια.

Digitized by Google

et condemnationem Christi, carmen illud esse compositum, falsoque divulgari, quasi Sibylla hos versus diu ante vaticinando profuderit. Quippe inter omnes constat, Ciceronem cum hoc carmen legisset, Latino sermone illud interpretatum esse, ac suis operibus inseruisse. Hunc postea Antonius summa rerum potitus interfecit. Antonius vero post hæc superatus est ab Augusto, qui sex et quinquaginta annis imperium obtinuit. Huic deinde successit Tiberius : quo tempore Servatoris adventus orbi illuxit, et sanctissimæ religionis mysterium vigere cœpit, et nova quædam populi fetura ac successio instituta est : de qua princeps Latinorum poetarum sensisse mihi videtur cum dicit :

Jam nova progenies cœlo demittitur alto.

Et rursus in alio *Bucolicorum* loco :

Sicelides musæ, paulo majora canamus.

Quid hoc apertius ? Addit enim :

Ultima Cumæi venit jam carminis ætas.

Cumæam scilicet Sibyllam intelligens. Ne his contentus, ulterius progressus est : quasi necessitas ipsa testimonium ejus requireret. Quid igitur dicit ?

Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo :
Jam redit et virgo, redeunt Saturnia regna.

Quænam ergo est virgo illa quæ redit ? Nonne illa quæ plena et gravida fuit Spiritu sancto ? Quid autem obstat, quominus ea quæ Spiritu divino prægnans est, puella semper et virgo permaneat ? Redibit etiam optabilis Rex, et orbem terrarum adventu suo sublevabit. Sic enim addit Poeta :

594 *Tu modo nascenti puero, quo ferrea primum*
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo,
Casta fave Lucina.
Hoc duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua solvent formidine terras.

Quæ quidem aperte simul et obscure per allegoriam dicta esse intelligimus. Nam iis quidem qui ver-

ὡς πάλαι προλεχθέντων ὑπὸ Σιβύλλης τῶν ἐπῶν ψεῦδος διαφημίζεσθαι. Ὡμολόγηται γὰρ Κικέρωνα (46) ἐντετυχηκότα τῷ ποιήματι, μετενεγκεῖν τε αὐτὸ εἰς τὴν Ῥωμαίων διάλεκτον, καὶ συντάξαι αὐτὸ τοῖς ἑαυτοῦ συντάγμασι· τοῦτον ἀναιρεῖσθαι κρατήσαντος Ἀντωνίου· Ἀντωνίου δ' αὖ πάλιν Αὔγουστον περιγεγενῆσθαι, ὃς ἐξ καὶ πεντήκοντα ἔτη ἐβασίλευσε. Τοῦτον Τιβέριος διεδέξατο· καθ' ὃν χρόνον ἡ τοῦ Σωτῆρος ἐξέλαμψε παρουσία, καὶ τὸ τῆς ἁγιωτάτης θρησκείας ἐπεκράτησε μυστήριον, ἥ τε νέα τοῦ δήμου διαδοχὴ (47) συνέστη· περὶ ἧς οἶμαι λέγειν τὸν ἐξοχώτατον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποιητῶν·

Ἔνθεν ἔπειτα νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη (48).

Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ τινὶ τῶν *Βουκολικῶν* τόπῳ (49)·

Σικελίδες Μοῦσαι, μεγάλην φάτιν ὑμνήσωμεν.

Τί τούτου φανερώτερον ; Προστίθησι γάρ·

Ἦλυθε Κυμαίου μαντεύματος εἰς τέλος ἐμφή.

Κυμαίαν αἰνιττόμενος δηλαδὴ τὴν Σιβύλλαν. Καὶ οὐκ ἠρκέσθη τούτοις, ἀλλὰ περαιτέρω προεχώρησεν, ὡς τῆς χρείας τὴν αὐτοῦ μαρτυρίαν ἐπιποθούσης· τί λέγων αὖθις ;

Οὗτος ἄρ' αἰώνων ἱερὸς στίχος ὥρνυται ἠμῖν·
Ἥκει παρθένος αὖθις, ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα.

Τίς οὖν ἄρα εἴη παρθένος ἡ ἐπανήκουσα ; Ἆρ' οὐχ ἡ πλήρης τε καὶ ἔγκυος γενομένη τοῦ θείου Πνεύματος ; Καὶ τί τὸ κωλύον τὴν ἔγκυον τοῦ θείου Πνεύματος, κόρην εἶναι ἀεὶ καὶ διαμένειν παρθένον ; Ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρου (50), (καὶ) τὴν οἰκουμένην παραγενόμενος ἐπικουφίσει. Καὶ προστίθησιν ὁ ποιητής·

Τὸν δὲ νεωστί πω (51) *τεχθέντα φαεσφόρε μήνη,*
Ἀντὶ σιδηρείης χρυσῆν γενεὴν ὀπάσαντα,
Προσκύνει.
Τοὔδε γὰρ ἄρχοντος, μεροεικέα πάντα βρότεια,
Ἀλγεά τε στοναχαί τε (52) *κατευνάζονται ἀλιτρῶν.*

Συνίεμεν δὴ φανερῶς τε ἅμα καὶ ἀποκρύφως δι' ἀλληγοριῶν τὰ λεχθέντα· τοῖς μὲν βαθύτερον (53) ἐξ-

(46) *Ὡμολόγηται γὰρ Κικέρωνα.* Locus Ciceronis a Constantino designatus, exstat in lib. II *De divinatione*, ubi versuum quorumdam Sibyllæ et acrostichidis mentionem facit. Verum acrostichidem illam de qua loquitur Cicero, hanc ipsam esse quam hic protulit Constantinus, nulla ratione probari potest. Imo ex Ciceronis verbis contrarium elicitur. In illa enim acrostichide a Cicerone memorata, monebantur Romani ut regem aliquem eligerent, si salvi esse vellent, ut Cicero ibidem testatur. Itaque primæ versuum illorum litteræ Julii Cæsaris nomen, ut credibile est, prænotabant. At in hac acrostichide a Constantino prolata, nihil exstat ejusmodi. Quare non dubium est, quin Cicero diversam ab hac acrostichidem intellexerit, licet aliter senserit Sebastianus Castalio aliique. Falsum propterea est, quod subjicit Constantinus ; Ciceronem hanc de Christo acrostichidem de Græco in Latinum sermonem transtulisse, et libris suis intexuisse.

(47) *Νέα τοῦ δήμου διαδοχή.* Hic etiam agnoscere licet imperitiam interpretis, qui δήμου posuit pro ἔθνους. Neque enim δῆμος Χριστιανῶν recte dicitur, sed ἔθνος.

(48) *Νέων πληθὺς ἀνδρῶν ἐφαάνθη.* In codice Fuk. et in schedis scriptum inveni νέα πληθύς.

(49) Vulg., *βουκολικῶν τόπων.* Apparet scribendum esse τόπῳ. Atque ita codex Fuk. Porro nec Fuk. codex nec schedæ veteres novum caput hic ordiuntur.

(50) Vulg. *Ἐπανήξει δὲ ἐκ δευτέρων.* Supple ὁ ἐρατὸς βασιλεύς, cujus mentio fit in ultimo versu.

Ἥκει παρθένος αὖθις, ἄγουσ' ἐρατὸν βασιλῆα. In carmine tamen Virgilii hoc non dicitur. Verum Constantinus, ut opinari licet, versus Virgilii paululum immutaverat, et Saturni nomen consulto expunxerat, ut argumento suo serviret.

(51) *Τὸν δὲ νεωστί πω.* Ultima vox deest in codice Fuk. et in schedis. Turnebus vero ad oram sui libri notarat forte scribendum esse πάϊν.

(52) *Καὶ στοναχαί τε.* Hic versus ita restituendus videtur ἄλγεά τε στοναχαί τε κατευνάσονται ἀλιτρῶν. Versus autem qui hunc proxime antecedit, nulla indiget emendatione. In codd. tamen Fuk. ac Turnebi ita scribitur : τοῦ μὲν γὰρ ἄρχοντος τὰ μὲν ἕλκεα πάντα βροτεια.

(53) *Τοῖς μὲν βαθύτερον.* Lego τοῖς μὲν γὰρ βαθύτερον, etc., vel potius βαθυτέρως. Et paulo post ubi legitur τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, addenda videntur

Digitized by Google

ετάζουσι τὴν τῶν ἐπῶν δύναμιν, ὑπ' ὄψιν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος· ὅπως δὲ μή τις (54) τῶν δυναστευόντων ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει, ἐγκαλεῖν ἔχῃ τῷ ποιητῇ, ὡς παρὰ τοὺς πατρίους νόμους συγγράφοντι, ἐκβάλλοντί τε τὰ πάλαι ὑπὸ τῶν προγόνων περὶ τῶν θεῶν νομιζόμενα, ἐπικαλύπτεται τὴν ἀλήθειαν· ἠπίστατο γὰρ, οἶμαι, τὴν μακαρίαν καὶ ἐπώνυμον τοῦ Σωτῆρος τελετὴν (55), ἵνα δὲ τὸ ἄγριον τῆς ὠμότητος ἐκκλίνοι, ἤγαγε τὰς διανοίας τῶν ἀκουόντων πρὸς τὴν ἑαυτῶν συνήθειαν, καί φησι, χρῆναι βωμοὺς ἱδρύσθαι καὶ νεὼς κατασκευάζειν, θυσίας τ' ἐπιτελεῖσθαι τῷ νεωστὶ τεχθέντι· ἀκολούθως δὲ καὶ τὰ λοιπὰ ἐπήγαγε τοῖς φρονοῦσι. Φησὶ γάρ·

A suum vim ac sententiam altius scrutantur, divinitatem Christi oculis quodammodo subjiciunt. Ne vero quisquam ex regiæ urbis primoribus, poetam criminari posset quod contra patrias leges scribere esset ausus, et traditas olim a majoribus de diis opiniones everteret, veritatem de industria occultat. Notat enim, ut equidem censeo, beatum et salutare Servatoris nostri mysterium. Itaque ut immanem hominum crudelitatem evitaret, audientium animos ad inolitam ipsis consuetudinem deduxit, aitque recens nato altaria ac templa esse exstruenda, et sacra facienda. Cætera quoque consentanea subjunxit, in gratiam eorum qui ita sentirent. Ait enim:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ'.

CAPUT XX.

Βιργιλίου Μάρωνος ἕτερα περὶ Χριστοῦ ἔπη, καὶ ἡ τούτων ἑρμηνεία, ἐφ' οἷς δείκνυται δι' αἰνιγμάτων, ὡς παρὰ ποιητοῦ μηνυθὲν τὸ μυστήριον.

B

Alii versus Virgilii Maronis de Christo, eorumque interpretatio: in quibus ostenditur, obscure, ut poetis moris est, indicatum esse mysterium.

Λήψεται ἀφθάρτοιο Θεοῦ βίοτον, καὶ ἀθρήσει
Ἥρωας σὺν ἑκείνῳ ἀολλέας· ἠδὲ καὶ αὐτὸς,
δηλαδὴ τοὺς δικαίους.

Ille deum vitam accipiet, divisque videbit
Permistos heroas, et ipse videbitur illis:
justis scilicet.

Πατρίδι καὶ μακάρεσσιν ἐελδομένοισι φανεῖται,
Πατροδότῳ ἀρετῇ κυδερνῶν ἤνια κόσμου.
Σοὶ δ' ἄρα, παῖ, πρώτιστα ῥέοι δρήματα γαῖα
Κριθὴν (56) *ἠδὲ κύπειρον ὁμοῦ κολακάσσι' ἀκάνθῳ.*

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
At tibi prima puer nullo munuscula cultu
Errantes hederas passim cum baccare tellus,
Mistaque ridenti colocasia fundet acantho.

Θαυμαστὸς ἀνὴρ καὶ πάσῃ παιδείᾳ κεκοσμημένος, ὃς ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὴν τῶν τότε καιρῶν ὠμότητα·

Vir porro admirabilis et omni doctrinæ genere excultus, cum cognitam haberet illorum temporum crudelitatem, hæc addidit:

Σοὶ δὲ πάϊς (57) *θαλεροὶ, φησὶ, μαστοὶ καταβεβρι-*
θυῖαι,
Αὐτόματοι γλυκὺ νᾶμα συνεκτελέουσι γάλακτος,
Οὐδὲ θέμις ταρβεῖν βλοσυροὺς ἀγέλῃσι λέοντας. C

Ipsæ lacte domum referent distenta capellæ.
Ubera: nec magnos metuent armenta leones.

Ἀληθῆ λέγων· ἡ γὰρ πίστις, τῆς βασιλικῆς αὐλῆς τοὺς δυνάστας οὐ φοβηθήσεται.

Vera utique dicens. Neque enim palatii proceres formidatura erat fides.

Φύσει δ' εὐώδη τὰ σπάργανα, ἄνθεα αὐτά (58)·
Ὄλλυται ἰοβόλου φύσις ἑρπετοῦ, ὄλλυται ποίη (59)
Λοίγιος· Ἀσσύριον θάλλει κατὰ τέμπε' ἄμωμον.

Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
Occidet et serpens, et fallax herba veneni
Occidet; Assyrium vulgo nascetur amomum.

Τούτων οὐδὲν (60) ἀληθέστερον, οὐδὲ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἀρετῆς οἰκειότερον εἴποι τις ἄν· αὐτὰ γὰρ τὰ τοῦ Θεοῦ σπάργανα, Πνεύματος ἁγίου δυνάμει, εὐώδη τινὰ ἄνθη νεολαίᾳ (61) ὤπασε γέννᾳ. Ὁ δὲ ὄφις

Quibus nihil verius, nihil Servatoris virtuti convenientius dici potest. Ipsa enim Dei cunabula, divini Spiritus vis tanquam flagrantissimos quosdam flores novellæ obtulit genti. Occidit vero serpens, et

hæc verba: ἄγει τὴν παρουσίαν. In Fuk. codice scribitur τὴν τοῦ Χριστοῦ θεότητα ἄγοντα, perinde ac in libro Savilii.

(54) Vulg. *ὅπως τε μή τις*. Scribo ὅπως δὲ μή τις, etc., necessaria emendatione, quod miror non vidisse Scaligerum et alios emendatores. Cum enim antea præcesserit, τοῖς μὲν βαθύτερον, etc., necessario hic sequi debet ὅπως δέ, etc., ut sensus compleatur. Ait enim Constantinus, Virgilium aperte simul et obscure locutum fuisse. At obscure quidem innuisse Christi divinitatem et adventum, palam vero et aperte locutum esse more gentilium, et aras ac templa nominasse. Conjecturam nostram confirmat codex Fuk., in quo ita prorsus scribitur, ut diu antea conjeceram.

(55) Vulg. *ἐπώνυμον τοῦ Σωτῆρος τελευτήν*. Lego τελετήν, quomodo etiam legit Christophorsonus: ἐπώνυμον τοῦ Σωτῆρος dixit pro σωτήριον. Certe codex Fuketii habet τελετήν.

(56) *Κριθήν*. In libro Moræi vir doctus ad marginem emendavit κισσούς, ut responderet versui Virgiliano *Errantes hederas*. Verum Græca interpretatio liberior est, et in plerisque a sensu Virgilii longe discedit.

(57) Vulg. *Σοὶ δὲ, ὦ παῖς*. Non dubito quin scribendum sit: σοὶ δ' αἶγες θαλεροῖς μαστοῖς καταβεβρι θυῖαι. Quæ quidem emendatio prorsus necessaria est, utpote sine qua sensus non constat. In codd. Fuk. ac Turnebi legitur: σοὶ δὲ πάϊς θαλερέ φησι, etc. In schedis autem Regiis: σοὶ δὲ πάϊς θαλεροὶ, φησὶ, μαστοί, etc.

D

(58) *Ἄνθεα αὐτά*. Codex Fuk. pro his verbis habet ἄσετ' ἐνιπήν, schedæ ἄσιτ' ἐνιπήν.

(59) Vulg. *Ὄλλυται πίσσης*. Lego cum Scaligero et Bongarsio ποίη. Respondet enim illis verbis Virgilii *et fallax herba veneni*. Sed in libro Moræi ad marginem emendatur ὄλλυται ἄτη. Quod si ποίη legere malis, tum scribendum erit ὄλλυτε, ut constet versus. In Fuk. codice legitur ποιήσεως. In schedis Regiis πίσσης.

(60) Vulg. *Τούτων τ' οὐδέν*. Scribe meo periculo τούτων δὲ οὐδὲν ἀληθέστερον, etc. In codd. Fuk. ac Turnebi scribitur τούτων οὐδέν.

(61) Vulg. *νεολᾶ*. In libro Moræi emendatur νεολαίᾳ ὤπασε γέννᾳ. Atque ita scribitur in codice Fuk. In schedis autem νεολβίᾳ. Sensus porro hujus loci valde obscurus est. Musculus quidem ita vertit: *Ipsis namque Dei cunabulis Spiritus sancti virtus fragrantes quosdam flores, novam scilicet progeniem dedit.* Christophorsonus vero sic interpretatur:

Digitized by Google

venenum serpentis sublatum est : ejus scilicet serpentis qui primos homines in fraudem primus induxit, **595** eorumque animos ab innata temperantia ad voluptatum traduxit illecebras : ut malum quod ipsorum capitibus incumbebat, minime intelligerent. Etenim ante Servatoris nostri in terras adventum, serpens ille mentes hominum ignoratione immortalis justorum vitæ occæcatas, ac nulla bonorum spe fultas subverterat. Post passionem vero Domini nostri, cum corpus illud quod acceperat, a sanctissimæ animæ societate aliquanto tempore divulsum fuisset, patefacta est hominibus resurrectionis fides : et si quæ labes humanorum scelerum remanserat, sacrosancto lavacro penitus abstersa est. Tunc demum subditos suos bono animo Christus esse jubet, et ex veneranda et illustri sua resurrectione, similia sperare. Jure ergo dictum est, occidisse omnium venenatorum genus. Occidit etiam mors ipsa et resurrectio confirmata est. Occidit quoque Assyriorum genus, qui fidei in Deum principes atque auctores exstiterant. Amomum vero ubique nasciturum cum dicit, multitudinem Christianorum sic appellat. Quæ non secus ac innumerabiles rami amœnissimis floribus ornati, et modico rore irrigati, ex una radice pullulat. Docte igitur hæc a te dicta sunt, o Maro poetarum sapientissime. Sed et reliqua cum his consentiunt :

At simul heroum laudes, et facta parentis
Jam legere, et quæ sit, poteris cognoscere virtus.

Per laudes heroum intelligit opera justorum virorum : per parentis virtutes, constitutionem mundi,

Ipsa enim Dei cunabula Spiritus sancti virtute flagrantes flores novæ soboli extulerunt. Musculus igitur legit αὐτοῖς σπαργάνοις νεολαίαν γένναν. Christophorsonus vero δυνάμει tantum legit pro δύναμις, quod magis probo. Per νεολαίαν γένναν novellum populum Christianorum intelligit : de quo Virgilium loqui superius dixit eo versu :

Jam nova progenies cœlo demittitur alto.

(62) Vulg. ὅπως γνοῖεν. Hic particulam negativam addidi, ὅπως μὴ γνοῖεν quam emendationem sequentia manifeste confirmant. Si quis tamen vulgatam scripturam tueri velit, equidem non valde repugnabo, cum utrumque defendi possit.

(63) Ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Constantinus *spiritum* dixerat pro *anima*, interpres vero de sancto Spiritu accepisse videtur, quasi Christus divinitatem habuerit loco animæ, quæ fuit hæresis Apollinaris. In codice Fuk post verbum χωρισθέντος, virgula apponitur. Quare videndum est, utrum verba illa, ἐκ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοινωνίας, conjungenda sint cum iis quæ sequuntur : ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀνθρώποις, etc., ut sensus sit per communicationem Spiritus sancti, quem Christus post passionem hominibus infudit, patefactam esse vim resurrectionis.

(64) Τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως. Non probo versionem Christophorsoni, qui hunc locum ita interpretatus est, *resurrectionis vis hominibus patefacta est*. Nec aliter Joannes Portesius. Ego vero non dubito quin τὸ δυνατὸν id significet, quod in versione mea expressi. Ait igitur Constantinus, post mortem Christi patefactum esse hominibus, fieri posse ut corpora resurgerent. Antea enim obscura erat resurrectionis fides, etiam apud Judæos. Atque idcirco mortem tantopere reformidabant.

(65) Ἀπώλετο δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος.

A ἀπόλλυται, καὶ ὁ ἰὸς τοῦ ὄφεως ἐκείνου, ὃς τοὺς πρωτοπλάστους πρῶτος ἐξηπάτα, παράγων τὰς διανοίας αὐτῶν ἀπὸ τῆς ἐμφύτου σωφροσύνης ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν ἀπόλαυσιν, ὅπως μὴ γνοῖεν (62) τὸν ἐπηρτημένον αὐτοῖς ὄλεθρον. Πρὸ γάρτοι τῆς κατελεύσεως τοῦ Σωτῆρος, τῆς ἀθανασίας τῶν δικαίων ἀγνοίᾳ, τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ μηδεμιᾷ χρηστῇ ἐλπίδι ἐρειδομένας, ἔθραυε· παθόντος δὲ αὐτοῦ, καὶ πρὸς καιρὸν τοῦ περιτεθέντος σώματος χωρισθέντος ἐκ τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος (63), ἀπεκαλύφθη τοῖς ἀνθρώποις τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως (64), καὶ εἴ τις ἦν ἀνθρωπίνων ἀδικημάτων κατελείπετο, αὐτῇ πᾶσα λουτροῖς ἁγίοις ἐσμήχετο. Τότε δὴ παρακελεύεται τοῖς ὑπηκόοις θαῤῥεῖν, καὶ ἐκ τῆς αὐτοῦ σεμνῆς διασήμου τε ἀναστάσεως, τὰ ὅμοια ἐλπίζειν ἐκέλευσεν.

B Οὐκοῦν δικαίως ἐτελεύτα τῶν ἰοβόλων ἡ φύσις, ἐτελεύτα δὲ καὶ θάνατος, ἐπεσφραγίσθη καὶ ἡ ἀνάστασις, ἀπώλετο δὲ καὶ τὸ τῶν Ἀσσυρίων γένος (65), ὃ παραίτιον ἐγένετο τῆς πίστεως τοῦ Θεοῦ· φύεσθαί τε πανταχοῦ φάσκων τὸ ἄμωμον, πλῆθος τῶν θρησκευόντων προαγορεύει (66)· οἷον γὰρ ἐκ μιᾶς ῥίζης πλῆθος κλάδων εὐώδεσι θάλλον ἄνθεσιν, ἀρδόμενον συμμετρίᾳ δρόσου, βλαστάνει. Πεπαιδευμένως δὲ, ὦ σοφώτατε ποιητὰ Μάρων, καὶ τὰ ἑξῆς ἅπαντα καὶ ἀκολούθως ἔχει·

Αὐτίκα δ' ἡρώων ἀρετὰς, πατρός τε μεγίστου
Ἔργ' ὑπερηνορέηισι κεκυσμένα πάντα, μαθήσῃ.

Τοὺς μὲν τῶν ἡρώων ἐπαίνους, τὰ τῶν δικαίων ἀνC δρῶν ἔργα σημαίνων, τὰς δὲ ἀρετὰς τοῦ Πατρὸς, τὴν

Hunc locum interpolavit Christophorsonus, expunctis duobus vocabulis prioribus. Savilius quoque in libro suo has voces ἀπώλετο δέ expunxit perinde ac Christophorsonus. Sed uterque longe falsus est. Nam Constantinus, utpote artis grammaticæ imperitus, Virgilii versum ita construxerat :

Occidet Assyrium, vulgo nascetur amomum.

Idque convincitur tum ex hoc loco, tum ex versione interpretis Græci, qui versum illum Virgilii ita vertit, Ἀσσύριόν τ' οἴχεται· θάλλει δὲ κατὰ τέμπε' ἄμωμον. Sic enim legitur in optimo codice Fuk. et recte quidem juxta mentem Constantini. Porro quod spectat ad totum hoc Virgilii carmen, Christiani illud ex Sibyllinis versibus translatum esse, et de Christi ortu intelligi debere, constanter affirmarunt. Neque enim de alio quam de Christo dici D posse :

Hoc duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua solvent formidine terras.

Ita præter Constantinum Augustinus in epistola ad Volusianum, et in epistola 155. In epistola quidem ad Volusianum, Assyrium amomum interpretatur dogma Pherecydis Assyrii, qui primus animum esse immortalem pronuntiavit. Verum hæc Augustini interpretatio ferri non potest, cum Pherecydes non Assyrius fuerit, sed Syrius, id est, ex insula Syro. Quocirca prælerenda est Constantini interpretatio, qui nomine quidem amomi ait designari fideles seu Christianos, eo quod sint ἄμωμοι, id est sine reprehensione. Assyrium vero ideo cognominari, quod ab Assyriis ortum sit principium fidei. Abraham enim Assyrius, primus credidit Deo ; unde et credentium pater cognominatus est.

(66) Vulg. *προσαγορεύει*. Amplector conjecturam Henrici Savilii, qui ad oram codicis sui adnotavit : Forte scribendum est προαγορεύει.

Digitized by Google

τοῦ κόσμου σύνταξιν καὶ τὴν εἰς αἰώνιον διαμονὴν ἀπεργασίαν λέγων, ἴσως δὲ καὶ τοὺς νόμους οἷς ἡ θεοφιλὴς Ἐκκλησία χρῆται, ἐπιτηδεύουσα τὸν μετὰ δικαιοσύνης τε καὶ σωφροσύνης βίον. Θαυμαστὴ δὲ καὶ ἡ τοῦ μεταξὺ τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν βίου ἐπὶ τὸ ἀνηγμένον παραύξησις (67), τὸ ἀθρόον τῆς αἰφνιδίου μεταβολῆς παραιτουμένου·

A et mansuram perpetuo constructionem. Fortasse etiam intelligit leges, quibus Deo amabilis Ecclesia utitur, ex justitiæ ac temperantiæ præceptis vitam instituens. Admiratione quoque digna est, vitæ hominum inter bonos malosque medio quondam gradu consistentium ad sublimiora promotio, cum tamen ejusmodi vita repentinam mutationem non admittat.

Πρῶτον μὲν, ἀνθερίκων ξανθῶν ἤγοντο ἀλωαί· τουτέστιν, ὁ καρπὸς τοῦ θείου νόμου ἤγετο εἰς χρείαν.

Molli paulatim flavescet campus arista; id est, fructus divinæ legis ad hominum utilitatem producetur.

Ἐν δ' ἐρυθροῖσι βάτοισι παρήορος ἡλδανε βότρυς.

Incultisque rubens pendebit sentibus ura.

Ἅπερ οὐκ ἦν κατὰ τὸν ἄθεσμον βίον.

Quæ quidem in injusta ac depravata hominum vita minime cernebantur.

Σκληρὼν δὴ πεύκης λαγόνων, μέλιτος ῥέε νᾶμα. B Τὴν ἠλιθιότητα τῶν τότε ἀνθρώπων καὶ τὸ κατεσκληκὸς ὑπογράφων ἦθος· ἴσως δὲ καὶ τὸν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ πόνον ἀσκοῦντας (68), τῆς ἑαυτῶν καρτερίας γλυκύν τινα καρπὸν λήψεσθαι διδάσκων·

Et duræ quercus sudabunt roscida mella. Hominum illius temporis stuporem ac duritiem mentis designat. Ac fortasse etiam innuit, eos qui Dei causa labores pertulerint, tolerantiæ suæ suavem fructum esse percepturos.

Παῦρα δ' ὅμως ἴχνη προτέρας περιλείπεται ἄτης·
Ἡόντιν ἐπαΐξαι, περί τ' ἄστεα τείχεσι κλεῖσαι,
Ῥῆξαί τ' εἰλιπόδων ἑλκύσμασι τέλσον ἀρούρης·
Ἄλλος ἔπειτ' ἔσται Τίφυς, καὶ Θεσσαλὶς Ἀργὼ,
Ἀνδράσιν ἡρώεσσιν ἀγαλλομένη· πολέμου δὲ
Τρῶάς καὶ Δαναῶν πειρήσεται αὖθις Ἀχιλλεύς.

Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis:
Quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris
596 *Oppida, quæ jubeant telluri infindere sulcos.*
Alter erit tum Tiphys, et altera quæ vehat Argo
Delectos heroas: erunt etiam altera bella:
Atque iterum ad Trojam magnus mittetur Achilles.

Εὖγ', ὦ σοφώτατε ποιητά. Τὴν γὰρ ποιητικὴν ἐξουσίαν (69) μέχρι τοῦ προσήκοντος ἐταμιεύσω· οὐ γὰρ ἦν σοι προκείμενον ἀποθεσπίσαι, μὴ ὄντι γε προφήτῃ, ἐκώλυε δέ τις, οἶμαι, καὶ κίνδυνος, τοῖς ἐλέγχοισι τὰ ὑπὸ τῶν προγόνων νομισθέντα ἐπηρτημένος. Πεφραγμένως δὴ καὶ ἀκινδύνως κατὰ τὸ δυνατὸν, τοῖς συνιέναι δυναμένοις παραστήσας τὴν ἀλήθειαν, πύργους καὶ πόλεμον αἰτιασάμενος, ἅπερ ἀληθῶς ἔτι καὶ νῦν ἐξετάζεται κατὰ τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον, χαρακτηρίζει τὸν Σωτῆρα ὁρμῶντα ἐπὶ τὸν Τρωικὸν πόλεμον· τὴν δὲ Τροίαν, τὴν οἰκουμένην πᾶσαν. Ἐπολέμησε γοῦν ἄντικρυς τῆς ἀντικειμένης (70) πονηρᾶς δυνάμεως, πεμφθεὶς ἐξ οἰκείας τε προνοίας, καὶ παραγγελίας μεγίστου Πατρός· τί δὴ μετὰ ταῦτα ὁ ποιητὴς λέγει;

Recte, vates sapientissime. Poeticam quippe licentiam quo usque decebat provexisti. Neque enim tibi propositum erat oracula fundere, cum propheta non esses. Obstabat etiam, credo, præsens periculum, quod eorum capitibus qui institutas a majoribus C cæremonias confutare vellent, imminebat. Provide itaque et tuto quantum fieri poterat, veritatem exponens intelligentibus, dum causam confert in turres ac bella, quæ in hominum vita etiamnum cernuntur, describit Servatorem ad Trojanum bellum proficiscentem. Per Trojam vero, orbem universum intelligit. Christus enim adversus oppositas nequissimorum dæmonum acies bellum gessit; partim providentiæ suæ arbitrio, partim summi Patris mandato in terras missus. Sed quid postea idem poeta dicit?

Ἀλλ' ὅτ' ἂν ἡνορέης ὥρη καὶ καρπὸς ἵκηται· τουτέστιν, ἐπειδὰν ἀνδρωθεὶς, τὰ περιέχοντα τὸν βίον τῶν ἀνθρώπων ῥιζόθεν ἐξέλῃ, τήν τε ξύμπασαν γῆν

Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas. Id est, postquam virilem ætatem ingressus, cuncta quæ humanam vitam infestant mala sustuleris, et

(67) Vulg. *τὸ ἀνημμένον παραύξησις.* Addenda est præpositio, quæ in editione Rob. Stephani perperam omissa est. ἐπὶ τὸ ἀνημμένον. Sic enim scribitur in schedis Regiis, et in libr. Turnebi ac Moræi. Magis tamen placet lectio illa quæ ex libris Scaligeri ac Bongarsii proponitur, et quam in Fuk. codice reperi, ἐπὶ τὸ ἀνηγμένον. Etenim ἀνάγειν verbum est Platonicæ philosophiæ proprium, ex qua in hac oratione multa sunt passim deprompta. Hinc anagogicus sensus apud Proclum; et illud dictum Plotini a Synesio celebratum δεῖ ἀνάγειν τὸ ἐν ἡμῖν θεῖον πρὸς τὸ ὄντως θεῖον.

(68) Vulg. *τῶν τοῦ Θεοῦ πόνων ἀκούοντας.* In codice Fuk. scribitur τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ πόνον ἀκούοντας. Scribo itaque τὸν ὑπὲρ τοῦ Θεοῦ πόνον ἀσκοῦντας certissima emendatione. Explicat Constantinus versum illum Virgilii:

Et duræ quercus sudabunt roscida mella.

Ait igitur hoc versu significari, eos qui Dei causa D gravissimos labores subeunt, suavissimum fructum laborum esse percepturos.

(69) *Τὴν γὰρ ποιητικὴν ἐξουσίαν.* Magis probo interpretationem Joannis Portesii, qui *poeticæ licentiam* vertit, quam Christophorsoni, qui vertit *poeticam facultatem*, quemadmodum verterat Musculus. Græci enim dicunt ἐξουσίαν, quam Latini vocant licentiam poeticam, ut non semel in *Themistio* legere memini. Porro hic novum caput ordiuntur schedæ veteres ab iis verbis εὖγε, ὦ σοφώτατε ποιητά, rectius ut mihi quidem videtur. Hic igitur collocandum est caput 20.

(70) Vulg. *Ἐπολέμησεν ἄντικρυς τῆς ἀντικειμένης.* In codd. Fuk. et Turnebi ita scribitur hic locus: ἐπολέμησε γοῦν ἄντικρυς κατὰ τῆς ἀντικειμένης καὶ πονηρᾶς δυνάμεως. Savilius vero in suo codice emendarat, ἐπολέμησε γοῦν ἄντικρυς κατὰ τῆς ἀντικειμένης.

Digitized by Google

universum orbem terrarum pacis legibus compo- Α εἰρήνη κατακοσμήσῃ·
sueris,

Cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
Mutabit merces : omnis feret omnia tellus.
Non rastros patietur humus, non vinea falcem,
Nec varios discet mentiri lana colores.
Ipse sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam croceo mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.
Aggredere o magnos, aderit jam tempus, honores,
Cara Deum soboles, magnum Jovis incrementum.
Aspice convexo nutantem pondere mundum,
Terrasque tractusque maris, cœlumque profundum.
Aspice, venturo lætentur ut omnia sæclo.
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,
Spiritus et quantum sat erit tua dicere facta,
Non me carminibus vincet nec Thracius Orpheus,
Nec Linus : huic mater quamvis atque huic pater adsit.
Pan etiam Arcadia mecum si judice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se judice victum.

Οὐχ ὁσίη ναύτῃσιν (71) ἀλιτροτάτοισιν ἁλᾶσθαι,
Φυομένων ἄμυδις γαίης ἄπο πίονι μέτρῳ·
Αὐτὴ δ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος· οὐδὲ μὲν ἀκμὴν
Ὀτραλέου δρεπάνοιο ποθησέμεν ἄμπελον οἶμαι.
Οὐδ' ἐρίου δεύοιτο βροτὸς πόκον· αὐτόματος δὲ
Ἀρνειὸς Τυρίοισι πάρα πρέψει λιβάδεσσιν (72),
Σάνδυκι πορφυρέῳ λάχνην ῥυπόεσσαν ἀμείψων.
Ἀλλ' ἄγε τιμήεν σκῆπτρον βασιλήιδος ἀρχῆς,
Δεξιτερῆς ἀπὸ πατρὸς ἐριβρεμέταο δέδεξο.
Κόσμου κηπώεντος ὅρα εὔπηκτα θέμεθλα,
Χαρμοσύνην γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἠδὲ θαλάσσης,
Γηθόσυνόν τ' αἰῶνος ἀπειρεσίου· λάσιον κῆρ
Εἴθε με γηραλέον, ζῶντά τ' ἔχεν ἡδυμος ἰσχύς (73),
Σὴν ἀρετὴν κελαδεῖν ἐφ' ὅσον δύναμίς γε παρείη·
Οὐκ ἄν με πλήξειεν ὁ Θρᾳκῶν δῖος ἀοιδός·
Οὐ Λίνος, οὐ Πὰν αὐτός, ὃν Ἀρκαδίη τέκετο χθών·
Ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Πὰν ἀνθέξεται εἵνεκα νίκης.

Aspice, inquit, nutantis mundi et omnium elementorum lætitiam.

Κόσμου κηπώεντος ὅρα, φησὶ, καὶ τῶν στοιχείων ἁπάντων χαράν.

597 CAPUT XXI.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ'.

Quod de nudo ac simplici homine dici hæc non possunt, et quod infideles ob divini cultus ignorantiam, ne ortus quidem sui causam norunt.

Ὅτι οὐ δυνατὸν περὶ ψιλοῦ ἀνθρώπου ταῦτα λέγεσθαι· καὶ ὅτι οἱ ἀπιστοῦντες ἀγνοίᾳ θεοσεβείας, καὶ ὅθεν τὸ εἶναι αὐτοῖς ἀγνοοῦσιν.

Hæc fortasse aliquis ex numero eorum qui prudentia minus valent, de hominis ortu dici existimaverit. Verum quæ ratio est, ut hominis filio in lucem edito, nec aratrum ac sementem tellus, nec vitis falcem et reliquam culturam desideret. Quomodo hæc de hominis prole dicta esse intelliguntur? Est enim natura divinæ voluntatis ministra, non humanis famulans jussionibus. Adde quod C omnium elementorum lætitia, adventum Dei, non hominis cujuspiam conceptum designat. Jam vero quod poeta vitam sibi diutius prorogari optat, id plane argumentum est Deum invocantis. Vitam enim et salutem nobis a Deo postulare, non ab homine solemus. Et Erythræa quidem Sibylla Deum sic affatur : Cur mihi, inquit, Domine, vaticinandi necessitatem imponis, ac non potius sublimem raptam e terra, ad diem usque beatissimi adventus tui servas? Virgilius vero post versus quos supra retulimus, hæc subjungit :

Ταῦτα δόξειεν ἄν τις τῶν οὐκ εὖ φρονούντων, περὶ γενεᾶς ἀνθρώπου λέγεσθαι. Παιδὸς δὲ τεχθέντος ἀνθρώπου, ποῖον δὴ ἔχει λόγον (74), γῆν ἄσπαρτον καὶ ἀνήροτον, καὶ τήν γε ἄμπελον μὴ ἐπιποθεῖν τὴν δρεπάνου ἀκμὴν, μηδὲ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν ; Πῶς ἂν νοηθείη λεχθὲν ἐπὶ γενεᾶς ἀνθρωπίνης ; Ἡ γάρτοι φύσις (75) θείας ἐστὶ προστάξεως διάκονος, οὐκ ἀνθρωπίνης κελεύσεως ἐργάτις. Ἀλλὰ καὶ στοιχείων χαρὰ Θεοῦ κάθοδον, οὐκ ἀνθρώπου τινὸς χαρακτηρίζει κύησιν· τό τε εὔχεσθαι τὸν ποιητὴν, τοῦ βίου τὸ τέλος αὐτῷ μηκύνεσθαι, θείας ἐπικλήσεως σύμβολον· παρὰ γὰρ Θεοῦ τὸν βίον καὶ τὸ σώζεσθαι ἀξιοῦν εἰθίσμεθα, οὐ πρὸς ἀνθρώπου. Ἡ γοῦν Ἐρυθραία πρὸς τὸν Θεόν· τί δή μοι, φησὶν, ὦ δέσποτα, τὴν τῆς μαντείας ἐπισκήπτεις ἀνάγκην, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἀπὸ τῆς γῆς μετέωρον ἁρθεῖσαν διαφυλάττεις, ἄχρι τῆς μακαριωτάτης σῆς ἐλεύσεως ἡμέρας ; Ὁ δὲ Μάρων πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἐπιφέρει καὶ τάδε·

Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem.

Ἄρχεο μειδιόωσαν (76) ὁρῶν τὴν μητέρα κεδνὴν

(71) Vulg. *Οὐχ ὅσιοι αὐτοῖσιν*. Quis non videt scribendum esse οὐχ ὁσίη ναύτῃσιν, etc.? In testio ablinc D versu lego αὐτὴ (pro αὐτὸς) δ' ἄσπαρτος· subauditur enim γαῖα.

(72) Vulg. *παρατρέψει λιβάδεσσιν*. Malim scribere παραπρέψει, ut est in schedis. Eleganter enim dicitur πρέπειν τῇ ἐσθῆτι. Scribe etiam πάρα disjunctim, ut est in libro Fuk. Paulo post malim ὅρα εὔπηκτα θέμεθλα in imperativo. Est enim interpretatio versus Virgiliani : *Aspice convexo*, etc. Vide paulo infra, ubi hic versus repetitur.

(73) *Ζῶντά τ' ἔχε νήδυμος ἰσχύς*. In libro Moræi vir doctus emendavit ζῶντά γ' ἔχε. Sed neque sic versus constat. Quare malim legere ζῶντα σχῇ. Hæc enim in optativo modo dicuntur. In sequenti versu scribe σὴν ἀρετὴν, ex Moræi libro. Et hæc quidem emendatio nullam dubitationem admittit. De priore autem amplius cogitandum. Videtur enim minore negotio locus restitui posse, si interpunctionem duntaxat mutaveris hoc modo :

Γηθόσυνόν τ' αἰῶνος ἀπειρεσίου · λάσιον κῆρ
Εἴθε με γηραλέον, ζῶντά τ' ἔχε νήδυμος ἰσχύς,
Σὴν ἀρετὴν κελαδεῖν, etc.

Nihil certius. Ἔχε positum est pro ἔχοι. In codice Fuk. scribitur ζῶντά γε νήδυμος ἰσχύς· σὴν ἀρετὴν, etc., absque verbo ἔχε. Porro monendus est lector, omnes hos Virgilii versus, tum in Fuk. codice, tum in schedis, non a capite scribi, sed prima tantum cujusque versus vocabula modico spatio a præcedentibus sejungi. Quod ideo fit, quia non continui recitantur hi versus, sed cum crebris interlocutionibus Constantini.

(74) Vulg. *ποῖον δὲ ἔχει λόγον*. Mallem scribere ποῖος ἂν ἔχοι λόγος.

(75) Vulg. *Ἦτοι γάρ τοι φύσις*. In libro Fuk. ac Turnebi scriptum est ἦτε γὰρ φύσις.

(76) Vulg. *Ἄρχεο μειδιόων ἀνορῶν*. Sic primus hunc versum edidit Rob. Stephanus, ex conjectura ut opinor. Nam et in schedis Regiis, et in codice Fuk. ita scribitur : ἄρχεο μειδιῶν ὡς ἂν ὁρῶν, etc. Ex

Digitized by Google

Γνωρίζειν· ἡ γάρ σε φέρειν πολλοὺς λυκάβαντας.
Σοὶ δὲ γονεῖς οὐ πάμπαν (77) *ἐφημέριοι ἐγέλασσαν,*
Οὐδ' ἤψω λεχέων, οὐδ' ἔγνως δαῖτα θάλειαν.

Πῶς γὰρ ἂν πρὸς τοῦτον οἱ γονεῖς ἐμειδίασαν; Ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ (78) Θεὸς, ἄποιός ἐστι δύναμις· καὶ ἀσχημάτιστος μὲν, ἐν περιγραφῇ δὲ ἄλλων, οὐκ ἀνθρωπίνου δὲ σώματος· λέκτρων δὲ ἄπειρον, τίς οὐκ οἶδεν ὃν τὸ ἅγιον Πνεῦμα (79); Ποῖα δὲ ἐπιθυμία, ἔφεσίς τε ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ διαθέσει, οὗ πάντα ἐφίενται; Τί δ' ὅλως κοινὸν σοφίᾳ τε καὶ ἡδονῇ; Ἀλλὰ ταῦτα ἐφείσθω λέγειν (80) τοῖς ἀνθρωπίνην τινὰ εἰσάγουσι γέννησιν, οὐδὲ τὴν ψυχὴν αὐτῶν (81) καθαρεύειν ἀπὸ παντὸς κακοῦ ἔργου γε καὶ ῥήματος παρασκευάζουσιν. Ἐπικαλοῦμαι δὲ σὲ αὐτὴν σύμμαχον τοῖς λεγομένοις, ὦ θεοσέβεια, ἀγνόν τινα νόμον ὑπάρχουσαν (82), πάντων τε ἀγαθῶν εὐκταιοτάτην, ἐλπίδος ὁσιωτάτης διδάσκαλον, ἀθανασίας ὑπόσχεσιν ἀκίβδηλον· σὲ μὲν, εὐσέβεια καὶ φιλανθρωπία, προσκυνῶ· σαῖς δὲ θεραπείαις χάριν ἀΐδιον ὀφείλομεν οἱ δεηθέντες (83). Ὁ δὲ ἄπειρος ὄχλος τῆς σῆς ἐπικουρίας, διὰ τὴν ἔμφυτον πρὸς σὲ ἀπέχθειαν, καὶ τὸν Θεὸν ἀποστρέφεται· οὐδὲ οἶδε, τὴν αἰτίαν ὅλως τοῦ ζῆν καὶ εἶναι αὐτόν τε καὶ τοὺς λοιποὺς δυσσεβεῖς, ἐκ τοῦ πρὸς τὸ κρεῖττον καθήκοντος ἠρτῆσθαι· πᾶς γὰρ ὁ κόσμος ἐκείνου κτῆμα (84), καὶ ὅσα ἐστὶν ἐν κόσμῳ.

Numinis cultu atque obsequio pendere. Totus enim mundus et quæcunque in mundo continentur, illius est possessio.

A *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.*
Incipe, parve puer, cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Quomodo enim parentes ei arrisissent? Etenim pater illius Deus, expers qualitatis vis est. Et figura quidem ipse omni caret, in aliorum tamen circumscriptione exsistit; nec humano præditus est corpore. Tori quoque expertem esse Spiritum divinum quis ignorat? Quod enim desiderium, quæ cupiditas inesse posset in affectu summi boni, cujus desiderio reliqua omnia ducuntur? Quid omnino sapientiæ potest esse commune cum voluptate? Verum sic loqui liceat illis, qui humanam quamdam Christi generationem sibi fingunt, neque operam dant, ut animum suum ab omni impio facinore ac B sermone integrum servent. Te hic, pietas, appello; tuum subsidium ad ea quæ dicuntur imploro: quæ nihil aliud es quam lex castimoniæ et sanctitatis, omnium bonorum maxime optabile; sanctissimæ spei magistra; immortalitatis certa promissio. Te veneror, o pietas atque clemente. Tibi pro beneficio curationis **598** tuæ qua opus habebamus, gratias debemus. At vulgus hominum tui auxilii expers, præ insito quo adversus te flagrat odio, Deum ipsum aversatur; nec intelligit, suæ ipsius ac reliquorum impiorum vitæ causam, ex divini

quibus facillimum erat veram hujus loci scriptu- C ram restituere. Sic igitur emendo:

Ἄρχεο μειδιόωσαν ὁρῶν τὴν μητέρα κεδνὴν
Γνωρίζειν.

Qua quidem emendatione certius nihil.

(77) *Σοὶ δὲ γονεῖς οὐ πάμπαν.* Verba Virgilii non recte accepit Constantinus, nec interpres Græcus. Sic enim intellexit, quasi dixisset Virgilius, puero parentes non arrisisse; nec deum illi mensam, nec deam cubile impertivisse. Scilicet Constantinus versum illum Virgilii,

Incipe, parve puer, cui non risere parentes, etc.,

legendum putavit uno ductu absque ulla distinctione: cum tamen post vocem *puer*, punctum sit apponendum, ut vel pueris notum est. Hæc cum Christophorsonus non animadvertisset, sequentia Constantini verba interpolavit, addita negatione contra mentem auctoris, et contra auctoritatem omnium exemplarium. Porro in codice Fuk. legitur ἐφημερίως ἐγέλασαν, rectius ni fallor. Certe in schedis D scribitur ἐφημερίους.

(78) Vulg. *Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν.* Cuivis liquet scribendum esse ὁ μὲν γὰρ αὐτοῦ πατὴρ Θεός, etc. In codice Fuketiano scribitur ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ὢν Θεὸς, ἄποιός ἐστι δύναμις.

(79) *Τὸ ἅγιον Πνεῦμα.* Per Spiritum sanctum Constantinus videtur intelligere divinitatem, seu naturam divinam, ut jam in superiori capite notavimus. Explicat enim verba illa ex Virgilio translata οὐδ' ἤψω λεχέων, quæ de Christo, non de Spiritu sancto dicuntur. Itaque hoc loco spiritum Dei interpretari malui, quam Spiritum sanctum, ut Portesius et Christophorsonus.

(80) *Ἀλλὰ ταῦτα ἐφείσθω λέγειν.* Ex his verbis apparet, errorem illum quem supra notavi non ab ipso Constantino admissum fuisse, sed a Græco interprete, qui postremos Virgilii versus male intellexit. Nam Constantinus quidem ipse versus illos Virgilii recte acceperat, ut hinc patet. Cum enim Virgilii verba retulisset, quæ sic habent:

cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est,

continuo tanquam reprehendens poetam hæc subjungit: Quomodo, inquit, ei arriderent parentes, cum pater ejus Deus sit, expers corporis et figuræ. Jam cubile et mensa quonam modo convenire possunt Deo, quem tori penitus expertem esse constat, nec ciborum voluptate affici. Addit deinde hæc verba, ex quibus manifeste perspicitur id quod dixi, Constantinum Virgilii versus optime intellexisse: « Verum illis qui humanam quamdam generationem exponunt, concedamus ut ita loquantur. » Quibus verbis excusat Virgilium, quippe qui divinam Christi generationem ignoraverit. At in interpretatione Græca, in qua Virgilii versus male exponuntur, hæc periodus cum præcedentibus non cohæret.

(81) Vulg. *οἱ δὲ τὴν ψυχὴν αὐτῶν.* Amplector conjecturam doctorum virorum, quam etiam in libro Savilii adnotatam inveni: οὐδὲ τὴν ψυχήν, etc.

(82) Vulg. *ἀγνόν τινα νόμον ὑπάρχουσαν, πάντων τε ἀγαθῶν εὐκταιοτάτην ἐλπίδα, ὁσιότητος διδάσκαλον*, κ. τ. λ. Grammaticæ leges scribi jubent ὑπάρχουσαν, ut est in codice Fuk. Porro elegantissima est hæc religionis Christianæ definitio: sed prava interpunctione [et scriptura] fœde corrupta. Lego igitur, πάντων τε ἀγαθῶν εὐκταιοτάτην, ἐλπίδος ὁσιωτάτης διδάσκαλον, ἀθανασίας ὑπόσχεσιν ἀκίβδηλον. Nihil hac lectione certius, nihil elegantius. Religionem appellat Constantinus magistrum spei sanctissimæ, quippe quæ nos doceat sperare cœlestia, nec in terrenis et caducis bonis, sed in Deo omnem spem nostram collocare. In codice Fuk. legitur: ὁσιότητος διδάσκαλον· ἀθανασίας ὑπόσχεσιν ἀκίβδηλον. Eadem interpunctio est in schedis.

(83) *Οἱ δεηθέντες.* Omnino scribendum videtur οἱ ἰαθέντες. Eleganter enim dicitur, σαῖς θεραπείαις ἰαθέντες, id est, *tuis remediis sanati*.

(84) *Ἐκείνου κτῆμα.* Mallem scribere κτίσμα,

Digitized by Google

CAPUT XXII.

Gratiarum actio imperatoris, qua victorias et reliqua bona sua Christo accepta fert : et consolatio Maximini tyranni, qui persecutionis crudelitate Christianæ religionis gloriam auxerat.

Equidem meam felicitatem meaque omnia pietati accepta refero. Testes sunt rerum eventus qui ex voto mihi responderunt : testes sunt pugnæ atque victoriæ, et tropæa de hostibus parta. Scit et laudibus ea celebrat urbs Roma. Idem sentit populus urbis mihi charissimæ : licet falsa spe deceptus, indignum sua majestate principem elegerit : qui mox convenientem sceleribus suis exitum sortitus est. Verum ea nunc commemorare, nefas esse arbitror : mihi præsertim qui te, pietas, alloquor : et qui curam omnem ac diligentiam adhibeo, ut te castis sermonibus bonisque verbis compellem. Dicam tamen aliquid, quod nec turpe nec indecorum videbitur. Bellum inexpiabile : plenum amentiæ et inauditæ crudelitatis, adversus te, pietas, et adversus omnes sanctissimas Ecclesias tuas a tyrannis gerebatur. Nec deerant in urbe Roma, qui tantis malis et publica calamitate lætarentur. Erat et campus ad prælium constitutus. Tum vero tu in medium progressa, temetipsam ultro tradidisti, fide in Deum fulta atque innixa. At crudelitas hominum impiorum, cum instar flammæ obvia quæque depasta esset, admirabilem quamdam et celeberrimam tibi gloriam conciliavit. Hinc enim stupor ac veneratio tui, spectatores ipsos invasit. Ac tortores quidem ac carnifices, in cruciandis piorum corporibus defessos, et ad inopiam consilii redactos cernere licebat : vincula autem resoluta, laxatos equuleos, et re-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΒ'.

Εὐχαριστία Χριστῷ τὰς νίκας καὶ τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ βασιλέως γράφουσα, καὶ ἔλεγχος τοῦ κατ' αὐτῶν τυράννου Μαξιμίνου, τῷ μεγέθει τοῦ διωγμοῦ μείζονα δόξαν τῇ εὐσεβείᾳ περιποιήσαντος.

Ἐγὼ μὲν τῆς εὐτυχίας τῆς ἐμαυτοῦ καὶ τῶν ἐμῶν πάντων, αἰτιῶμαι τὴν εὐσέβειαν, μαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ ἔκβασις τῶν κατ' εὐχὰς ἁπάντων (85), ἀνδραγαθίαι, νίκαι κατὰ τῶν πολεμίων, τρόπαια· σύνοιδε δὲ καὶ μετ' εὐφημίας ἐπαινεῖ καὶ ἡ μεγαλόπολις (86), βούλεται δὲ καὶ ὁ δῆμος τῆς φιλτάτης πόλεως, εἰ καὶ πρὸς ταῖς σφαλεραῖς ἐλπίσιν ἐξαπατηθείς, ἀνάξιον ἑαυτῆς προείλετο προστάτην· ὃς παραχρῆμα ἑάλω, προσηκόντως τε καὶ ἀξίως τοῖς ἑαυτῷ τετολμημένοις, ὧν οὐ θέμις ἀπομνημονεῦσαι, μάλιστα ἐμοὶ τῷ διαλεγομένῳ πρὸς σὲ, καὶ πᾶσαν ἐπιμέλειαν ποιουμένῳ, πῶς ἂν ἁγναῖς καὶ (87) εὐφήμοις διαλέξεσι προσείποιμί σε. Ἐρῶ δέ τι ἴσως οὐκ ἄσχημον οὐδὲ ἀπρεπές· ὑπερβάλλων μέντοι μανίᾳ καὶ ὠμότητι, ᾗ θεοσέβεια, καὶ πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις (88) σου Ἐκκλησίαις ὑπὸ τυράννων πόλεμος ἦν ἄσπονδος· καὶ οὐκ ἐπέλειψάν τινες τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, τηλικούτοις ἐπιχαίροντες δημοσίοις κακοῖς· παρεσκεύαστο δὲ καὶ πεδίον (89) τῇ μάχῃ. Σὺ δὲ προελθοῦσα, ἐπέδωκας ἑαυτὴν ἐπερειδομένη (90) τῇ πρὸς Θεὸν πίστει· θνητῶν δὲ δυσσεβῶν ὠμότης (91), δίκην πυρὸς ἀκατάπαυστος ἐπινεμησαμένη, θαυμαστὴν καὶ διὰ παντὸς ἀοίδιμον εὐδοξίαν προσῆψέ σοι· σέβας γὰρ διὰ ταῦτα εἶχε τοὺς θεωμένους αὐτούς. Τοὺς μὲν οὖν δημίους καὶ στρεβλοῦντας τὰ τῶν εὐσεβῶν σώματα (92), ἦν ἰδεῖν κάμνοντας καὶ δυσπετοῦντας πρὸς τὰ δεινὰ, παρειμένους δὲ τοὺς δεσμοὺς, καὶ τάς γε βασάνους αὐτὰς ἐκλύτους, καὶ τὰς προσφερομένας καύσεις ἀμυρουμένας, καὶ οὐδὲ πρὸς ὀλίγον ὀκλαζόντων τὴν παρ-

id est opus, sive opificium.

(85) *Τῶν κατ' εὐχὰς ἁπάντων.* Conjicere quis non immerito posset scribendum esse πάντων κατ' εὐχὰς ἀπαντώντων. Sed cum absque hac emendatione sensus constet, nihil mutandum censeo.

(86) *Μεγαλόπολις.* Sic Romam Græci vocare consueverant, ut innumeris exemplis probari potest. Ita Tatianus in oratione adversus Græcos, ubi de sacro Jovis Latiaris loquitur, et Porphyrius in libro *De abstinentia.* Sed et Eusebius in oratione tricennali de laudibus Constantini ita Romam appellat, ut illic videbimus.

(87) *Πῶς ἂν ἁγναῖς.* Malim scribere ὅπως ἂν ἁγναῖς, etc.

(88) *Καὶ πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις.* Ante hæc verba asteriscus in editione Rob. Stephani appositus est, quo indicatur nonnulla hic deesse in scriptis exemplaribus. Verum asteriscos qui a Rob. Stephano diligenter notati fuerant, præcipue in fine hujus libri, editio Genevensis omnes sustulit. Cæterum hoc loco pauca desunt, quæ sic suppleo, σοί τε καὶ πάσαις ταῖς ἁγιωτάταις σου Ἐκκλησίαις, etc. Alloquitur enim religionem Christianam.

(89) *Καὶ πεδίον.* Campum intelligit in quo martyres extremo supplicio afficiebantur. Moris enim erat tum apud Græcos, tum apud Romanos, ut extra portas supplicia de noxiis sumerentur, ut pluribus notavi ad Amm. Marcellinum. Unde ad campum duci dicebantur noxii qui ad supplicium ducebantur. Sic Augustinus in libro 1 *contra epistolam Parmeniani*, cap. 8.

(90) Vulg. *ἐπέδωκας ἑαυτὴν ἐπερειδομένην.* Scribendum est σαυτὴν ἐπερειδομένη, etc.; id est *teipsam ultro obtulisti.* Alludit Constantinus ad fortitudinem martyrum, qui se ultro judicibus offerebant, et ad mortem non coacti, sed sponte currebant. Certe ἐπιδιδόναι non dicitur nisi de eo qui sponte aliquid facit; ut verbi gratia de Christo qui se sua sponte tradidit pro salute generis humani. Male igitur Christophorsonus hunc locum ita vertit, *teipsum adversariis opposuisti.* Conjecturam nostram confirmat codex Fuk., in quo scribitur ἐπέδωκας σεαυτὴν ἐπερειδομένη.

(91) *Θνητῶν δυσσεβῶν ὠμότης.* Hujus loci emendationem feliciter mihi videor deprehendisse. Cum enim ante hæc verba legatur vox πίστει, duabus ultimis hujus vocabuli litteris repetitis locum ita restitui, εἶθ' ἡ τῶν δυσσεβῶν ὠμότης, etc. Nihil certius. Facessat igitur conjectura Gruteri et Christophorsoni, qui legunt θνητῶν δὲ δυσσεβῶν, etc. Quis enim ferre potest hanc locutionem? Codex tamen Fuk. lectionem illam Gruteri confirmat. Sed jam antea observavi, multas παραδιορθώσεις in illo codice reperiri.

(92) *Τὰ τῶν εὐσεβῶν σώματα.* Christophorsonus, Scaliger et alii post has voces addunt ἦν ἰδεῖν, quemadmodum etiam in libr. Fuk. ac Morel reperi. Sed nihil opus est hic addere, cum præcesserit vox θεωμένους, ad quam hæc omnia referri debent. Fateor tamen magis perspicuam fore orationem, si has voces addideris.

Digitized by Google

ρησίαν. Τί οὖν ταῦτα τολμῶν ὤνησας, ὦ δυσσεβέστατε (93); Τί δὲ τὸ αἴτιον τῆς ἐκστάσεως τῶν φρενῶν; Ἐρεῖς ὅτι διὰ τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς τιμήν· τίνας τούτους; Ἡ ποίαν τινὰ τῆς θείας φύσεως ἀξίαν λαμβάνεις ἔννοιαν; Ὀργίλους ἠγῇ κατὰ σὲ τοὺς θεοὺς εἶναι; Εἰ δ' οὖν ἦσαν τοιοῦτοι, ἐχρῆν θαυμάζειν μᾶλλον αὐτῶν τὴν προαίρεσιν, ἢ πειθαρχεῖν τοῖς ἀναιδέσι προστάγμασι, δικαίων ἀνδρῶν σφαγὰς (94) ἀδίκως ἐπαράντων. Ἐρεῖς ἴσως διὰ τὰ ὑπὸ τῶν προγόνων νομισθέντα καὶ τὴν τῶν ἀνθρώπων ὑπόληψιν· συγχωρῶ. Καὶ γάρ ἐστι παραπλήσια τοῖς δρωμένοις τὰ νομιζόμενα, μιᾶς τε καὶ τῆς αὐτῆς ἀφροσύνης· ᾠήθης ἴσως εἶναί τινα δύναμιν ἐξαίρετον ἐν τοῖς ὑπὸ τεκτόνων καὶ δημιουργῶν ἐσκευασμένοις ἀνθρωπομόρφοις· τοιγάρτοι περιεῖπες ταῦτα, πᾶσαν ποιούμενος ἐπιμέλειαν, ὅπως μή ποτε ῥυπωθεῖεν, μεγίστων καὶ ἐξαιρέτων θεῶν ἀνθρωπίνης δεομένων ἐπιμελείας [εἴδωλα] (95).

A stinctas quæ admovebantur flammas : contra vero invictam constantiam ac libertatem piorum, qui ne tantulum quidem de gradu suo dimovebantur. Talia igitur aggressus quid profecisti, omnium hominum impiissime? Quæ malum, causa fuit furoris tui? **599** Dices fortasse, in honorem deorum hæc a te gesta. At quorum deorum? Aut quam notionem divinam dignam natura animo concepisti? eosne perinde atque te iracundos esse existimabas? Quod si tales erant, eorum potius consilium mirari oportebat, quam impudentibus mandatis quibus justos viros injuste trucidari jubebant, obtemperare. Sed forte dices, te ob instituta majorum, et propter hominum opinionem ista gessisse. Ignosco. Sunt enim instituta illa, his quæ a te geruntur simillima, et ex unius ejusdemque imperitiæ fonte manantia. Existimasti forsan eximiam quamdam inesse vim atque virtutem, in simulacris a fabris et artificibus humana effigie formatis. Idcirco igitur ea colebas, summam adhibens curam ac sollicitudinem, ne sordibus inquinarentur. Magni scilicet ac præcipui dii hominum cura indigent.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΓ'.

Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν πολιτείας· καὶ ὅτι χαίρει τοῖς ἐν ἀρετῇ βιοῦσι τὸ θεῖον, καὶ χρὴ κρίσιν προσδοκᾶν καὶ ἀνταπόδοσιν.

Ἀντεξέταζε τὴν ἡμετέραν θρησκείαν πρὸς τὰ ὑμέτερα. Οὐκ ἐνταῦθα μὲν, ὁμόνοια γνησία καὶ διαρκὴς φιλανθρωπία, ἔλεγχος δὲ πταίσματος, νουθεσία, οὐκ ὄλεθρον φέρων, θεραπείαν δὲ (96) οὐκ ὠμότητος, ἀλλὰ σωτηρίας, καὶ πίστιν εἰλικρινῆ (97), πρῶτον μὲν πρὸς τὸν Θεόν, ἔπειτα δὲ καὶ πρὸς τὴν φυσικὴν τῶν ἀνθρώπων κοινωνίαν, ἔλεος δὲ τῶν οὓς ἐπολέμησεν ἡ τύχη, ἁπλοῦς δὲ βίος, καὶ οὐ ποικίλῃ τινὶ πανουργίᾳ τὴν πονηρίαν ἐπικαλυπτόμενος, τοῦ τε ὄντως Θεοῦ καὶ τῆς μοναρχίας γνῶσις; Ἧδε ἐστὶν ἀληθῶς θεοσέβεια, ἥδε εἰλικρινὴς θρησκεία, ἡ παντελῶς ἄχραντος· οὗτος ἔμφρων βίος· ὃν οἱ μετιόντες, ὡς διὰ λευφόρου σεμνῆς τινος ἐπὶ τὸν ἀέναον πορεύονται βίον· οὐδεὶς γὰρ ὅλως τελευτᾷ, ὁ τὸν τοιοῦτον ἐνστησάμενος βίον, καθαρεύων τε τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος· πληροῖ δὲ μᾶλλον τὴν προσταχθεῖσαν αὐτῷ θεόθεν λειτουργίαν, ἢ ἀποθνήσκει· ὁ γάρτοι τὸν Θεὸν ὁμολογήσας, οὐ γίνεται πάρεργον ὕβρεως (98) οὐδὲ θυμοῦ, ἀλλ'

C

CAPUT XXIII.

De Christianorum institutis : et quod Deus diligit eos qui virtutem sectantur : et quod judicium ac retributionem sperare oportet.

Confer si placet religionem nostram cum tuis ritibus. Nonne apud nos quidem, germana concordia et perpetua humanitas? nonne apud nos reprehensio culpæ est ejusmodi, quæ correctionem afferat, non perniciem : et curatio quæ ad salutem proficiat, non ad crudelitatem? Nonne apud nos sincera fides, primum quidem erga Deum : deinde vero erga naturalem hominum societatem? Nonne apud nos misericordia erga eos quos fortunæ calamitas oppresserit? Nonne vita simplex, nullo simulationis fuco occultam tegens improbitatem; et veri atque unius Dei cuncta moderantis cognitio? Hæc est vera pietas; hæc integra atque incorrupta religio. Hæc sapientissima vivendi ratio; quam qui amplexi sunt, tanquam augusta quadam via ad æternam vitam tendunt. Nemo enim qui hujusmodi vivendi rationem inierit, et qui animum habeat ab omni corporis labe purgatum, moritur omnino;

(93) *Ὦ δυσσεβέστατε.* Alloquitur unum ex persecutoribus, Maximinum scilicet, ut est in titulo hujus capitis. Hic enim crudelius et infestius quam cæteri Christianos persecutus est.

(94) *Δικαίων ἀνδρῶν σφαγάς.* Scribendum videtur πρὸς δικαίων, etc., nisi mendum est in verbo ἐπαράντων.

(95) *Ἐπιμελείας εἴδωλα.* Delenda est postrema vox, quam Christophorsonus, Scaliger et Gruterus perperam adjecerunt. Eamdem vocem in libr. quoque Fuketii et Moræi adjectam inveni. Sed nihil necesse est; tantum post vocem ῥυπωθεῖεν, apponenda erat virgula. Atque ita Joannes Portesius hunc locum accepit; qui profecto felicius quam Christophorsonus hæc interpretatus est in hunc modum : *Omnis illa cura tua, omne studium ne sordibus opplerentur. Ita magni primariique dii humana se ope sustinebant; istam diligentiam requirebant.* Atque ita etiam Musculus.

(96) *Θεραπείαν δέ.* Lego θεραπείαν τε. Subauditur autem verbum φέρων quod paulo ante præcessit. Potest etiam legi θεραπεία τε, et paulo post καὶ πίστις εἰλικρινής, ac fortasse rectius.

D

(97) *Καὶ πίστιν εἰλικρινῆ.* Apparet ex sequentibus, scribendum esse διάθεσιν, vel ἀγάπην. Charitas enim primum quidem erga Deum est, deinde erga proximum. Fides vero non est nisi in unum ac solum Deum. Itaque πίστιν hic nullo modo convenire potest. Adde quod cum hoc loco agatur de objurgatione, charitas optime congruit. Nam benevola objurgatio ac reprehensio, charitatem parit. Sed præstat hic legere καὶ πίστις εἰλικρινής, ut jam dixi. Atque ita legit Musculus, sicut ex versione ejus apparet.

(98) *Οὐ γίνεται πάρεργον ὕβρεως.* Quæ sit vis hujus locutionis, in superioribus libris observavimus. Nam interpretes sensum minime assequuntur, quod tamen facile erat hoc loco. Christophorsonus quidem ita vertit, *qui Deum ingenue confitetur, non contumeliæ, non iracundiæ sponte succumbit.* Ex quibus verbis, nemo est qui non hunc sensum eliciat; eum qui Deum confitetur, non esse iracun-

Digitized by Google

sed functionem sibi a Deo indictam implere, potius quam mori dicendus est. Is namque qui Deum confessus est, nec contumeliæ cedit nec iracundiæ. Sed forti animo necessitatem sustinens, tolerantiæ suæ experimentum, velut viaticum quoddam habet ad conciliandam sibi divini Numinis clementiam. Neque enim dubium est, **600** quin Deus homines virtute præditos amplectatur. Quippe absurdissimum esset, tam præpotentes quam inferioris loci homines, adversus eos a quibus observantur aut beneficiis afficiuntur, grato animo esse, et vicissim illos beneficiis afficere : eum vero qui omnium summus sit, et qui omnibus imperet, ipsumque sit summum bonum, negligentem in referenda gratia esse. Qui in omni vita nos ubique comitatur, et qui præsto nobis adest, quotiescunque boni aliquid agimus. Et illico quidem fortitudinis et obedientiæ causa nos collaudans remuneratur : plenam tamen et perfectam solutionem in aliud tempus differt. Tunc enim totius vitæ nostræ summa ad calculos revocabitur. Ac si quidem cuncta recte se habuerint, æternæ vitæ merces sequetur : improbi vero debito supplicio afficiendi sunt.

A εὐγενῶς τὴν ἀνάγκην ὑποστὰς, τὴν τῆς καρτερίας πεῖραν, ἐφόδιον ἔχει τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐμενείας (99). Οὐδὲ γὰρ ἀμφίβολον (1), τὴν τῶν ἀνθρώπων ἀρετὴν ἀσπάζεσθαι τὸ θεῖον · καὶ γὰρ ἂν εἴη τῶν ἀτοπωτάτων, τοὺς ἐξουσίας ἐπειλημμένους (2) καὶ ὑποδεεστέρους, εἰ θεραπεύοντες τυγχάνοιεν ἢ εὐεργετοῦντες, αὐτοὺς εὐχαρίστως κατατίθεσθαι καὶ ἀντευεργετεῖν, τὸν δὲ ὑπὲρ πάντας, ἀρχηγόν τε τῶν πάντων, καὶ τὸ ἀγαθὸν αὐτὸ, καταμελεῖν τῆς ἀμοιβῆς · ὃ συμπαρομαρτεῖ (3) μὲν ἡμῶν τῷ παντὶ βίῳ, καὶ πάρεστιν ἡμῖν τηνικαῦτα, ὁσάκις ἀγαθόν τι ποιοῦμεν · καὶ παραχρῆμα μὲν ἀποδεχόμενος τῆς ἀνδρείας καὶ εὐδοκίας (4), εὐεργετεῖ, τὴν δὲ συμπλήρωσιν ἡμῶν ὑπερτίθεται · πᾶσα γὰρ ἡ τοῦ βίου ψῆφος τηνικαῦτα λογοθετεῖται, καὶ ἐπειδὰν ταῦτα καλῶς ἔχῃ, ὁ μισθὸς B ἐπακολουθεῖ τῆς αἰωνίου ζωῆς · μετέρχεται δὲ καὶ τοὺς πονηροὺς ἡ προσήκουσα τιμωρία.

CAPUT XXIV.

De Decii, Valeriani, et Aureliani calamitoso vitæ exitu ob persecutionem Ecclesiarum.

Te nunc interrogo, Deci, qui justorum laboribus olim insultabas; qui Ecclesiam odio prosequebaris; qui viros summa vitæ sanctitate præditos supplicio affecisti. Quid rerum nunc agis post hanc vitam? quantis et quam difficilibus ærumnis premeris? Tuam certe infelicitatem satis superque declaravit illud temporis spatium, quod inter vitam C ac mortem tuam intercessit; cum tu in campis Scythicis una cum omni exercitu prostratus, imperium Romanum tantopere ubique celebratum, Gothorum contemptui ac ludibrio exposuisti. Tu

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΔ'.

Περὶ Δεκίου καὶ Οὐαλεριανοῦ καὶ Αὐρηλιανοῦ, ἀθλίως (5) *τὸν βίον καταστρεψάντων διὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας διωγμόν.*

Σὲ δὲ νῦν, τὸν Δέκιον ἐρωτῶ, τὸν ἐπεμβαίνοντά ποτε τοῖς τῶν δικαίων πόνοις, τὸν τὴν Ἐκκλησίαν μισήσαντα, τὸν ἐπιθέντα τιμωρίαν τοῖς ὁσίως βεβιωκόσι · τί δὴ νῦν πράσσεις (6) μετὰ τὸν βίον; Ποίαις δὲ καὶ πῶς δυστραπέλοις συνέχῃ περιστάσεσιν; Ἔδειξε δὲ καὶ ὁ μεταξὺ τοῦ βίου καὶ τῆς τελευτῆς χρόνος τὴν σὴν εὐτυχίαν, ἡνίκα ἐν τοῖς Σκυθικοῖς πεδίοις πανστρατιᾷ πεσὼν, τὸ περιβόητον Ῥωμαίων κράτος ἦγες τοῖς Γέταις εἰς καταφρόνησιν. Ἀλλὰ σύγε, Οὐαλεριανὲ, τὴν μιαιφονίαν ἐνδειξάμενος τοῖς ὑπηκόοις τοῦ Θεοῦ, τὴν ὁσίαν κρίσιν ἐξέφηνας, ἀλλὰ

dum, nec contumeliosum. Atqui longe alius est sensus verborum Græcorum, eum scilicet qui Christi nomen coram judice confitetur, contumeliæ ac furori persecutorum non cedere.

(99) *Ἐφόδιον τῆς πρὸς τὸν Θεὸν εὐμενείας.* Christophorsonus legisse videtur εὐνοίας, quod non probo. Nullus enim sensus ex hac lectione elici potest. Porro ἐφόδιον *instrumentum* verti, ut loquitur Amm. Marcellinus, in lib. XXIX, pag. 393 : « Cæsar dictator aiebat miserum esse instrumentum senectuti, recordationem crudelitatis. » Ubi vide quæ olim adnotavi. Possis etiam vertere viaticum. Nec D incommode Musculus ita vertit, *tolerantiæ experientiam compendii vice habet ad promerendam benevolentiam*.

(1) *Οὐδὲ γὰρ ἀμφίβολον.* In libro Moræi vir doctus ad marginem adnotavit hæc verba : Πλατωνικὸν ἐκ τῆς Πολιτείας, id est hic locus desumptus est ex libro X Platonis *De republica*. Certe in illo libro disputat Plato de præmiis quæ justis hominibus tum in hac vita, tum post mortem a Deo tribuuntur. Sed argumentatio qua Constantinus id astruit, in Platone, quod sciam, non habetur.

(2) Vulg., *Τῶν ἐξουσίας ἐπειλημμένων.* Non dubito quin scribendum sit, τοὺς μὲν ἐξουσίας ἐπειλημμένους καὶ ὑποδεεστέρους, εἰ θεραπεύοντες τυγχάνοιεν ἢ εὐεργετοῦντες αὐτούς τινες, εὐχαρίστως κατατίθεσθαι, etc. Id est, *absurdissimum enim esset, tam præpotentes quam inferioris loci homines, erga eos a quibus observantur aut beneficiis afficiuntur grato animo esse*, etc. In quibus verbis *observari* refertur ad præpotentes homines, ut *beneficiis affici* refertur ad inferiores et humiliores, quod non vidit Christophorsonus. In libr. Fuk., Turnebi ac Savilii, legitur κἂν θεραπεύοντες μὴ τυγχάνοιεν οἱ εὐεργετοῦντες, quod non probo. Musculus autem legit εἰ καὶ θεράποντες τυγχάνοιεν οἱ εὐεργετοῦντες, non male.

(3) *Ὃ συμπαρομαρτεῖ.* Procul dubio scribendum est ὃς συμπαρομαρτεῖ. Refertur enim ad τὸν δὲ ὑπὲρ πάντας, id est ad summum Deum. Quem licet vocaverit τὸ ἀγαθὸν αὐτό, nihilominus ὃς sequi debet in masculino.

(4) *Εὐδοκίας. Propensam voluntatem* vertit Christophorsonus ; Musculus *benevolentiam*. Ego *obedientiam* interpretari malui. Id enim significat vox εὐδοκεῖν, *morem gerere, obsequi voluntati divinæ*, εὐδοκία igitur ad verbum est *allubescentia*. Quo sensu sumitur apud Lucam in cantico illo militiæ cœlestis post ortum Domini, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Occurrit hæc dictio passim in utroque Testamento, ut jam alii observarunt. In optimo codice Fuk. scribitur ἀνδρείας τε καὶ εὐθυδικίας.

(5) Vulg. *ἀθλήσεως.* In ipso capitis titulo mendum est, sed quod nullo negotio corrigi possit. Nam pro ἀθλήσεως scribendum est ἀθλίως, ut est in codice Fuk. et in schedis Regiis.

(6) Vulg. *τί δεινὸν πράσσεις.* Scribe meo periculo τί δὴ νῦν πράσσεις, quomodo etiam in libro Moræi ad oram emendatum inveni. Neque aliter scribitur in codice Fuk. In schedis autem legitur τί δὴ νῦ.

Digitized by Google

ἀγμάλωτός τε καὶ δέσμιος ἀχθεὶς σὺν αὐτῇ πορφυρίδι καὶ τῷ λοιπῷ βασιλικῷ κόσμῳ, τέλος δὲ ὑπὸ Σαπώρου Περσῶν βασιλέως ἐκδαρῆναι κελευσθεὶς (7) καὶ ταριχευθεὶς, τρόπαιον τῆς σαυτοῦ δυστυχίας ἔστησας αἰώνιον· καὶ σὺ δὲ, Αὐρηλιανὲ, φλὸξ πάντων ἀδικημάτων, ὅπως ἐπιφανῶς, διατρέχων ἐμμανῶς (8) τὴν Θρᾴκην, κοπεὶς ἐν μέσῃ λεωφόρῳ, τοὺς αὔλακας τῆς ὁδοῦ, ἀσεβοῦς αἵματος ἐπλήρωσας;

A quoque, Valeriane, cum eamdem crudelitatem in famulos Dei declarasses, justum Dei judicium omnium oculis subjecisti; captus ab hostibus, et in vinculis circumductus cum chlamide purpurea et reliquo imperiali cultu: tandem vero a Sapore Persarum rege, detracta tibi cute condiri jussus, sempiternum calamitatis tuæ tropæum spectandum præbuisti. Tu item, Aureliane, fax omnium vitiorum; quam præsenti et perspicua divini Numinis vindicta, dum furore percitus Thraciam percurreres, in medio viæ publicæ cæsus, sulcos aggeris publici impio sanguine complevisti?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΕ'.

Περὶ Διοκλητιανοῦ μετ' αἰσχύνης τὴν βασιλείαν παραιτησαμένου, καὶ διὰ τὸν διωγμὸν τῆς Ἐκκλησίας κεραυνωθέντος.

Διοκλητιανὸς δὲ μετὰ τὴν μιαιφονίαν τοῦ διωγμοῦ αὐτὸς ἑαυτοῦ καταψηφισάμενος διὰ τὴν τῆς ἀφροσύνης βλάβην (9), μιᾶς εὐκαταφρονήτου οἰκήσεως κα-

B

601 CAPUT XXV.

De Diocletiano, qui turpiter imperio se abdicavit, et qui ob Ecclesiarum persecutionem fulmine percussus est.

Diocletianus vero post cruentam persecutionis sævitiam, suamet ipse sententia damnatus, ob vitium insaniæ, vili quodam clausus domicilio pœnas

(7) Vulg. *ἐκδαρῆναι κελευθείς*. Recte in libro Moræi emendatur κελευσθείς. Porro de Valeriani imp. cute a Persis detracta et sale condita, alii etiam scriptores loquuntur. Ita certe Petrus Patricius in *Excerptis legationum*, apud quem Galerius exprobrat Persis, quod Valerianum dolis circumventum ad ultimam usque senectutem captivum detinuerint; ac post mortem nefarie cutem ejus servantes, mortui corpus immortali affecerint ignominia.

(8) Vulg. *διατρέχων καὶ ἐμμανῶς*. Malo consilio Genevenses particulam *καί* inseruerunt, ex Scaligeri, Bongarsii et Gruteri, ut aiunt, libris: quam etiam in libro Moræi adjectam inveni. Verum cum ea conjunctio sensum perturbet, nec in Regiis schedis, aut in editione Stephani legatur, longe longeque eam ablegandam censeo. Codex tamen Fuk. eam retinet.

(9) *Διὰ τὴν τῆς ἀφροσύνης βλάβην*. Quam ob causam, Diocletianus imperium deposuerit, non convenit inter auctores. Quidam scribunt Diocletianum, utpote curiosum scrutatorem rerum futurarum, cum ex aruspicum responsis comperisset maximas clades impendere reipublicæ, sponte imperium abjecisse. Testatur id Aurelius Victor. Alii scribunt Diocletianum, ingravescente ævo, cum se minus idoneum gerendæ reipublicæ esse sentiret, tum ob senium, tum propter infirmam valetudinem, id consilium cepisse. Ita Eutropius, auctor certissimus et elegantissimus. Idem scribit incertus auctor in *Panegyrico* quem dixit Maximiano Herculio et Constantino. « Sed tamen, inquit, utcunque fas fuerit, eum principem quem anni cogerent et valetudo deficeret, receptui canere. Te vero in quo adhuc sunt istæ integræ solidæque vires, » etc. Sunt qui scribant Diocletianum, cum videret Christianos a se superari non posse, præ dolore atque impatientia imperium posuisse, ut legere est apud Zonaram. At Constantinus hic diserte affirmat, Diocletianum ob mentis alienationem sponte se imperio abdicasse. Quis porro est qui Constantini testimonio ausit refragari, cum is in aula Diocletiani vixerit, nec eum quidquam horum latere potuerit. Idem quoque tradit Eusebius in libro VIII *Historiæ*. Verum ut de hac re dubitemus, multa faciunt. Primo enim cum post abdicationem imperii diu superstes vixerit Diocletianus, nullum unquam mentis emotæ indicium dedit. Vel id unum quod Herculio et Galerio ipsum ad resumendum imperium invitantibus respondit, quantæ sapientiæ est? *utinam Salonæ possetis visere olera nostris manibus sata*. Itaque in illo secessu semper cultus est ab omnibus illius temporis imperatoribus, qui eum tanquam patrem religiose observabant. Audi Eumenium in *Panegyrico* quem dixit Constantino: « At enim divinum illum virum, qui primus imperium et participavit et posuit, consilii et facti sui non pœnitet. Felix beatusque vere, quem vestra tantorum principum colunt obsequia privatum. » An vero tam impense cultus fuisset Diocletianus a quatuor Augustis imperatoribus, si mentis suæ parum compos fuisset? An Eumenius divinum virum vocasset, eo maxime quod imperium primus posuerat, si propter dementiam ac delirium id ab illo factum fuisset? Postremo consilium de abdicando imperio, diu ante persecutionem ceperat Diocletianus, tunc scilicet cum de Persis aliisque barbaris nationibus Romæ triumphavit. Illic enim in templo Jovis Capitolini ab Herculio collega sacramentum exegit, ambos uno eodemque die imperium esse posturos. Docet id Eumenius in *Panegyrico* jam citato: « Hunc ergo istum qui ab illo fuerat frater adscitus, puduit imitari, huic illum in Capitolini Jovis templo jurasse pœnituit. » Triumphavit autem Diocletianus Romæ cum Herculio collega anno imperii 18, ut scribit Hieronymus in *Chronico*, id est anno ante quam persecutio fieret Christianorum. Certe auctor *Panegyrici* dicti Maximiano et Constantino, longe ante abdicationem id consilium a Diocletiano captum, et cum Herculio communicatum esse testatur his verbis: « Tale est imp. quod omnibus nobis incluso gemitu mœrentibus facere voluisti: non quidem tu reipublicæ negligentia aut laboris fuga, aut desidiæ cupiditate ductus, sed consilii olim, ut res est, inter vos placiti constantia, » etc. Quæ cum ita sint, quomodo stare potest quod ait Constantinus, Diocletianum post persecutionem Christianorum in amentiam versum, ob id sponte imperio se abdicasse? Equidem facile crediderim, Diocletianum post cœptam persecutionem morbo correptum, de statu mentis aliquantisper deturbatum fuisse; maxime cum Constantinus et Eusebius id constanter affirment. Hoc enim evenire solet ægrotantibus, et præcipue melancholicis, cujusmodi Diocletianum fuisse ex nummis conjicere licet. Sed nego illum ob hanc causam imperium posuisse. Porro in codd. Fuk. et Turnebi totus hic locus ita legitur: Ἑαυτοῦ καταψηφισάμενος, καὶ διὰ τὴν ἐκ τῆς παραφροσύνης βλάβην μιᾶς εὐκαταφρονήτου οἰκήσεως καθειργμῷ ἑαυτὸν πιστεύσας· ἵν' οἶμαι τὴν τοῦ κερσυνοῦ βολὴν δεδιὼς διαγάγοι τὸν ἐπίλοιπον βίον. Τί δὴ τούτῳ συνήνεγκε πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν πόλεμον ἐνστήσασθαι. Λαλεῖ, etc.

Digitized by Google

dedit. Quid igitur illi profuit, bellum Deo nostro intulisse? Ut scilicet fulminis ictum assidue meditans, reliquam deinceps vitam exigeret. Testatur hæc urbs Nicomedia : nec silent hi qui rem oculis viderunt, quorum ex numero etiam ipse sum. Vastabatur palatium, et Diocletiani ipsius conclave, fulmine ac cœlesti quodam incendio illùd depascente. Ac eventus quidem earum rerum a prudentibus viris prædictus fuerat. Neque enim tacere poterant, nec gemitum suum in tanta rerum indignitate occultabant : sed palam et aperte ipsi inter se summa cum libertate hos sermones jactabant : Quis hic furor? Quæ tanta potentiæ insolentia, ut homines Deo bellum inferre audeant, et sanctissimam justissimamque religionem contumelia afficere; utque tantæ multitudinis, adeoque hominum æquissimorum, sine ulla ipsorum culpa, cædem atque exitium machinari non dubitent. O præclarum magistrum modestiæ omnium subditorum! o præclarum institutorem curæ ac sollicitudinis quam milites pro civibus suis gerant! Pectora tribulium suorum perfodiebant hi, qui nunquam in acie terga hostium viderant. Tandem vero divini Numinis providentia, tam impiorum facinorum pœnas ab illis exegit; nec tamen sine damno reipublicæ. Tot porro tantæque factæ sunt cædes nostrorum, ut si tantæ unquam factæ essent barbarorum stra-

A θειργμῷ ἐτιμωρήθη. Τί δὴ τούτῳ συνήνεγκε, πρὸς τὸν Θεὸν ἡμῶν τὸν πόλεμον ἐνστήσασθαι; Ἵν', οἶμαι, τὴν τοῦ κεραυνοῦ βολὴν δεδιὼς, διαγάγοι τὸν ἐπίλοιπον βίον. Ἁλεῖ Νικομήδεια· οὐ σιωπῶσι δὲ καὶ οἱ ἱστορήσαντες, ὧν καὶ αὐτὸς ὢν τυγχάνω. Ἐδηοῦτο μέντοι τὰ βασίλεια (10) καὶ ὁ οἶκος αὐτοῦ, ἐπινεμομένου σκηπτοῦ, νεμομένης τε οὐρανίας φλογός· καὶ προείρητό γε ἡ τούτων ἔκβασις ὑπὸ τῶν εὖ φρονούντων· οὐδὲ γὰρ ἐσιώπων, οὐδὲ τὴν οἰμωγὴν τῶν ἀναξίως γιγνομένων ἐπεκαλύπτοντο, φανερῶς δὲ καὶ δημοσίᾳ παῤῥησιαζόμενοι, πρὸς ἀλλήλους διελέγοντο· τίς ἡ τοσαύτη μανία; Πόση δὲ ἡ τῆς δυναστείας ἀλαζονεία, τολμᾶν πολεμεῖν Θεῷ ὄντας ἀνθρώπους, ἀγνοτάτῃ δὲ καὶ δικαιοτάτῃ θρησκείᾳ θέλειν ἐμπαροινεῖν, τοσούτου δὲ δήμου καὶ ἀνθρώπων δικαίων

B ὄλεθρον, μηδεμιᾶς προϋπαρχούσης αἰτίας μηχανήσασθαι; Ὦ τῆς τῶν πάντων ὑπηκόων σωφροσύνης διδάσκαλον (11)· ὦ κηδεμονίας στρατοῦ πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πολίτας. Ἐτίτρωσκον τὰ στέρνα τῶν ὁμοφύλων, οἱ μηδέποτε τὰ τῶν πολεμίων ἐν παρατάξει μετάφρενα (12) θεασάμενοι. Τέλος γοῦν τὴν τῶν ἀνοσίων ἔργων ἐκδικίαν ἡ θεία πρόνοια μετῆλθεν, οὐ μὴν ἄνευ δημοσίας βλάβης· τοσαῦται γοῦν ἐγένοντο σφαγαὶ (13), ὅσαι εἰ κατὰ βαρβάρων ἐγένοντο (14), ἱκανὰς εἶναι πρὸς αἰωνίαν εἰρήνην. Πᾶν γὰρ τὸ τοῦ προειρημένου βασιλέως στράτευμα, ὑποταχθὲν ἐξουσίᾳ τινὸς ἀχρήστου (15), βίᾳ τε τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν

(10) *Ἐδηοῦτο μέντοι τὰ βασίλεια.* Intelligit palatium Nicomediæ, quod paulo post excitatam a Diocletiano persecutionem adversus Christianos, fortuito igne consumptum est. Et imperatores quidem ipsi ac reliqui gentiles, Christianos hujus incendii auctores esse criminati sunt, atque idcirco acrioribus in eos suppliciis sævierunt, ut scribit Eusebius noster in l.b. VIII *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 6, sub finem. Sed Constantinus palatium illud igne cœlitus immisso conflagrasse testatur. Cujus testimonium eo plus auctoritatis habet, quod ipse præsens adfuit, cum hæc Nicomediæ gererentur. Videtur autem Diocletianus hoc fulminis ictu attonitus, ad obitum usque deinceps ἐμβρόντητος permansisse, assidue formidans ne fulmine perculteretur. Id certe innuere videtur hæc Constantini narratio. Ex his patet, quantopere falsus sit Christophorsonus invertendo hujus capitis titulo. Putavit enim palatium Diocletiani conflagrasse, postquam is imperio se abdicasset; cum tamen id contigerit Diocletiano adhuc imperium obtinente, ac degente in Nicomediensi palatio.

(11) *Σωφροσύνης διδάσκαλον.* Ultima vox deest in codice Fuketii.

(12) *Τὰ μετάφρενα.* Vel hoc dicit de tironibus, qui, recens in militiam ascripti, nondum cum hoste congressi fuerant; vel de timidis et ignavis militibus, qui ex acie fugere soliti erant, nec hostes unquam superaverant. Certe Diocletiani exercitus nihil memoria dignum egisse dicitur, nisi quod Achilleum diutina obsidione expugnavit Alexandriæ. Porro obscurum est, quid sibi velit Constantinus, cum ait milites illos transfixisse pectora civium suorum, id est Christianorum. Credibile est Diocletianum, cum infensus esset Christianis, a quibus incensum fuisse palatium suum suspicabatur, mandasse militibus suis, ut quotquot in urbe vel in agris deprehendissent Christianos, obtruncarent. Certe multa Christianorum millia sub Diocletiano et Maximiano Nicomediæ cæsa referuntur : quorum memoriam Græci celebrant die 4 Septembris, et 28 mensis Decembris.

C (13) *Τοσαῦται γοῦν ἐγένοντο σφαγαί.* Hæc periodus suo loco mota est. Locari enim debuerat statim post vocem Θεασάμενοι, hoc modo : Μετάφρενα θεασάμενοι. Τοσαῦται γοῦν ἐγένοντο σφαγαὶ, ὅσαι εἰ κατὰ βαρβάρων ἐγένοντο, ἱκανὰς εἶναι πρὸς αἰωνίαν εἰρήνην. Τέλος γοῦν, etc., id est : *Pectora tribulium suorum perforabant ii qui nunquam in acie terga hostium viderant. Tot porro tantæque factæ sunt cædes, ut si in prœliis adversus barbaros factæ fuissent, sufficere id potuerit ad perpetuam nobis pacem comparandam. Tandem vero divina providentia tam impiorum facinorum ab illis pœnas exegit, nec tamen sine damno reipublicæ. Totus enim ille supra memorati imperatoris exercitus*, etc. Quid his clarius, quid apertius? Næ admodum pertinacem esse oportet illum, qui hæc ita restituenda esse negaverit.

(14) *Ὅσαι εἰ κατὰ βαρβάρων ἐγένοντο.* Duplex hujus loci sensus potest esse. Aut enim ita verti

D potest ut vertit Portesius : *Sane cædis et sanguinis tanta vis fuit, ut si barbarorum esset, ad fœdus sempiternum sufficeret.* Aut cum Christophorsono verti potest in hunc modum : *Tot plane factæ sunt cædes, quot si in barbaros factæ fuissent, satis multæ ad æternam pacem constituendam videri potuissent.* Atque hic posterior sensus mihi quidem magis placet. Eadem plane sententia est Lucani in exordio *Pharsaliæ* cum dicit :

Heu quantum potuit terræ pelagique patrari
Hoc quem civiles hauserunt sanguine dextræ.

Pro ὅσαι tamen melius scriberetur ὥστε. Sequitur enim ἱκανὰς εἶναι.

(15) *Τινὸς ἀχρήστου.* Maxentium intelligit, ut ex sequentibus apparet. Quonam autem modo exercitus Diocletiani ad Maxentium transierit, non difficile est divinare. Post abdicationem Diocletiani Galerius Maximianus ejus copias accepit : quarum

Digitized by Google

ἀρτάσαντος, προνοίας Θεοῦ τὴν μεγάλην πόλιν (16) ἐλευθερούσης, πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς πολέμοις ἀνήλωται. Ἀλλὰ μὴν καὶ (17) αἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκφωνήσεις τῶν πιεζομένων, καὶ τὴν ἔμφυτον ἐλευθερίαν ποθούντων· καὶ οἱ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν κακῶν τῆς εὐχαριστίας πρὸς τὸν Θεὸν ἔπαινοι, ἀποδοθείσης τῆς ἐλευθερίας αὐτοῖς καὶ τῶν μετὰ δικαιοσύνης συμβολαίων (18), πῶς οὐ παντὶ τρόπῳ τὴν τοῦ Θεοῦ πρόνοιαν καὶ τὴν πρὸς ἀνθρώπους στοργὴν χαρακτηρίζουσιν;

A ges, suffecturum id fuerit ad perpetuam nobis pacem comparandam. Totus enim ille supra memorati imperatoris exercitus, cum in potestatem venisset hominis ignavi qui imperium Romanum per vim rapuerat; Deo tandem urbi Romanæ libertatem restituente, multis et maximis præliis penitus exstinctus est. Sed et voces Deum adjutorem inclamantium tunc cum opprimerentur, et innatam sibi libertatem omnibus votis optarent; laudes item post malorum depulsionem, cum gratiarum actione Deo persolutæ, cum libertas et contractuum æquitas ipsis reddita esset; an non singularem Dei providentiam, **602** et paternam adversus homines charitatem modis omnibus declarant?

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚϚ'.

Ὅτι τῆς τοῦ βασιλέως εὐσεβείας ὁ Θεὸς αἴτιος, καὶ ὅτι τὰ μὲν κατορθώματα παρὰ Θεοῦ χρὴ B *ζητεῖν καὶ αὐτῷ λογίζεσθαι, ῥαθυμίᾳ δὲ ἡμετέρᾳ ἐπιγράφειν τὰ πταίσματα.*

Ὅταν δὲ τὴν ἐμὴν ὑπηρεσίαν ἐπαινοῦσιν (18'), ἐξ ἐπιπνοίας Θεοῦ τὴν ἀρχὴν ἔχουσαν, ἄρ' οὐ τῆς ἐμῆς ἀνδραγαθίας τὸν Θεὸν αἴτιον εἶναι διαβεβαιοῦνται; Πάντων γε μάλιστα (19)· ἔστι γὰρ Θεοῦ ἴδιον, τὸ τὰ ἄριστα πράττειν, ἀνθρώπων δὲ, τὸ τῷ Θεῷ πείθεσθαι. Ἔστι δὲ, οἶμαι, διακονία καλλίστη τε καὶ ἀρίστη, εἴ τις πρὸ τῆς ἐγχειρήσεως προκατασκευάζει τὴν τῶν πραχθησομένων ἀσφάλειαν· καὶ ἐπίστανταί γε πάντες ἄνθρωποι τὴν τῶνδε τῶν χειρῶν ἁγωτάτην λατρείαν (20) ὀφείλεσθαι τῷ Θεῷ πίστει καθαρᾷ καὶ

CAPUT XXVI.

Quod Deus causa fuit pietatis imperatoris, et quod eventus prosperos a Deo poscere, eique acceptos ferre debemus: secus autem gesta, negligentiæ nostræ imputare.

Meam porro operam cum laudant, quæ ex divini Numinis instinctu sumpsit exordium; an non aperte confirmant, fortium facinorum meorum Deum auctorem fuisse? Ita certe. Dei enim proprium est, optima quæque agere: hominum vero, obsequi. Illud porro optimum ac præstantissimum ministerium est, cum quis antequam manum operi admoveat, sedulo prospicit ut cuncta quam tutissime gerantur. Norunt quidem omnes mortales, harum manuum sanctissimum ministerium Deo deberi cum

partem Severo Cæsari ad Italiæ tutelam tradidit. Paulo post cum Maxentius imperium Romæ arripuisset, Severum cum copiis adversus eum misit C Galerius. Sed Maxentius dolis et pollicitationibus corruptum Severi exercitum, ad suas partes traduxit. Post hæc Galerius cum majoribus copiis adversus Maxentium profectus, ipse quoque simili militum proditione desertus est. Ita Diocletiani milites in potestatem Maxentii venerunt.

(16) *Προνοίας Θεοῦ τὴν μεγάλην πόλιν.* In cod. Fuk. ac Turnebi ita legitur hic locus προνοίας τε Θεοῦ ἡ μεγάλη πόλις οὐκ εὐμοιροῦτα.

(17) *Ἀλλὰ μὴν καὶ πρός.* Scribendum est ἀλλὰ μὴν αἱ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκφωνήσεις, etc.; codex Fuk. ἀλλὰ μὴν καὶ αἱ.

(18) *Καὶ τῶν μετὰ δικαιοσύνης συμβολαίων.* Gloriatur Constantinus, quod, profligata Maxentii tyrannide, Romanis libertatem et contractus cum justitia reddiderit. Nam post cædem tyranni, quæcunque ab eo vel a judicibus ejus gesta fuerant, infirmabantur. Itaque si quis dignitate ab illo auctus fuisset, ad pristinum statum redibat, et codicillos D impetratæ dignitatis ad legitimum principem referre cogebatur. Sententiæ quoque ac decreta, quæ iis temporibus prompserant judices, ex publicis scriniis ac tabulariis auferebantur. Denique totum illud tempus tyrannidis pro nullo habebatur, perinde ac si nunquam fuisset. Quare nec ad præscriptionem longi temporis proficiebat. Pacta quoque et conventa, et cujusquemodi contractus per id temporis spatium inter privatos transacti, pariter infirmabantur, idque stricto jure. Verum legitimi principes, parta de tyrannis victoria, postquam omnes eorum actus infirmaverant, pacta, venditiones, donationes, manumissiones, et hujusmodi privatorum gesta confirmare consueverant, data publicæ constitutionis indulgentia; ne si hæc omnia irrita fierent, privatorum quies ac securitas conturbaretur. Docent id imperatorum leges in codice Theodosiano, lib. xv, *de infirmandis his quæ sub tyrannis gesta sunt.* Ex quibus intelligimus, cur Constantinus dicat se contractus Romanis reddidisse. In codice Fuk. συμβόλων scribitur, non συμβολαίων. Ad hunc morem alludere videtur Rufinus in fine libri IX, cum ait: « Edictis namque frequentibus per omnem locum propositis, non solum tyrannicas adversus Christianos depulerat leges, jusque civile reddiderat, » etc.

(18') *Ἔπαινοῦσιν.* Forte ἐπαινῶσιν. EDIT.

(19) *Πάντων γε μάλιστα.* Scribendum est πάντως, et ante hanc vocem ponenda est interrogatio, quemadmodum legisse videtur Christophorsonus.

(20) *Τὴν τῶνδε τῶν χειρῶν ἁγωτάτην λατρείαν.* Non possum probare interpretationem Christophorsoni, qui vertit, *manuum ad cœlos sublatarum cultum.* Ego vero non dubito quin λατρεία hoc loco idem sit ac *ministerium.* Ait enim Constantinus, homines Deo debere præstare manuum suarum ministerium; idque cum fide pura ac sincera. Διακονίαν et ὑπηρεσίαν supra dixerat eodem sensu. Certe χεῖρες pro manibus ad cœlum elevatis, seu pro precibus, quomodo dici possint non video. Sed et quæ sequuntur, apertissime refellunt versionem Christophorsoni. Addit enim Constantinus καὶ σύν γε ταῖς χερσίν, etc., id est *precibus quoque et supplicationibus cum manuum opera ac ministerio conjunctis, quidquid actum est pro hominum utilitate feliciter esse confectum.* Postquam enim Constantinus dixit homines manuum suarum ministerium Deo debere præstare, addit non solum manus Deo commodandas, sed etiam preces ac supplicationes adhibendas, ut res quas agendas suscepimus, feliciter cedant. Hoc est quod Græci vulgari proverbio dicere solebant σὺν Ἀθηνᾷ καὶ χεῖρα κίνει· quo indicabant, simul cum precatione manum operi esse admovendam. Porro cum ait Constantinus τῶνδε τῶν χειρῶν λατρείαν, de seipso loquitur, eo modo quo apud Virgilium Æneas:

. . . . . *si Pergama dextra*
Defendi possent, dextra hac defensa fuissent.

Digitized by Google

pura ac sincera fide : et precibus ac supplicationibus cum manuum opera conjunctis, quidquid actum est pro hominum utilitate, feliciter esse confectum : quippe cum tantum utilitatis et privatim et publice in omnes redundaverit, quantum quisque tum sibi, tum necessariis suis optaverat. Pugnas etiam viderunt, et spectatores fuerunt prælii, cum divina Providentia victoriam populo largita est : animadverterunt faventem precibus nostris atque adspirantem Deum. Quippe invicta res est justa precatio, nec unquam voto suo excidit, qui sancte Deo supplicasset. Neque enim locus repulsæ relinquitur, nisi quoties vacillaverit fides. Etenim Deus semper propitius adest, hominum probitatem benigno excipiens vultu. Quamobrem interdum quidem labi, humanum est; humanorum vero lapsuum nequaquam auctor est Deus. Quicunque ergo pietatem consectantur, gratias omnium Servatori, pro nostra suaque ipsorum salute, et pro reipublicæ prospero statu agere debent : sanctisque precibus et continuis supplicationibus Christum nobis propitium reddere, ut beneficia sua perpetua esse velit. Hic enim auxiliator invictus, et propugnator est justorum. Idem judex optimus, antesignanus immortalitatis, et vitæ æternæ largitor.

A εἰλικρινεστάτῃ· καὶ σύν γε ταῖς χερσὶν εὐχαῖς τε καὶ λιτανείαις, πᾶν ὅσον ἤνυσται ὑπὲρ συμφέροντος, κατορθοῦσθαι, προσγενομένης ὠφελείας (21) ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ τοσαύτης, ὅσην ἂν ἕκαστος αὐτῷ τε καὶ τοῖς φιλτάτοις ἠὔξατο· ἱστόρησαν δὲ καὶ τὰς μάχας, καὶ ἐθεάσαντο καὶ τὸν πόλεμον, τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας τὴν νίκην τῷ δήμῳ βραβευούσης (22)· καὶ εἶδον τὸν Θεὸν ἡμετέραις εὐχαῖς συναιρόμενον· ἀνίκητον γὰρ χρῆμα ἡ δικαία προσευχή, καὶ οὐδεὶς ὁσίως λιτανεύων ἀποτυγχάνει τοῦ σκοποῦ· οὐδὲ γὰρ περιλείπεται κόσμος (23) ἀποτεύγματι, εἰ μὴ μόνον ἔνθα ἂν τὸ τῆς πίστεως ὀκλάζῃ· ὁ γάρτοι Θεὸς ἀεὶ πάρεστιν εὐμενὴς, τὴν τῶν ἀνθρώπων προσδεχόμενος καλοκἀγαθίαν· διὸ ἀνθρώπινον μὲν, πταῖσαί ποτε, ὁ δὲ Θεὸς, ἀναίτιος τῶν ἀνθρωπίνων πταισμάτων (24)· B διὸ χρὴ τοὺς πάντας τοὺς τὴν θεοσέβειαν καταδιώκοντας, χάριν ὁμολογεῖν τῷ Σωτῆρι τῶν πάντων, ἕνεκεν τῆς ἡμετέρας αὐτῶν σωτηρίας (25), καὶ τῆς τῶν δημοσίων πραγμάτων εὐμοιρίας, ὁσίαις τε εὐχαῖς καὶ λιτανείαις ἐπαλλήλοις ἐξιλεοῦσθαι τὸν Χριστὸν ἡμῖν, ὅπως τὰς εὐεργεσίας αὐτοῦ διαφυλάττοι· οὗτος γάρ ἐστιν ἀήττητος σύμμαχος καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν δικαίων, ὁ δὲ αὐτὸς, κριτὴς ἄριστος, ἀθανασίας ἡγεμὼν, ἀϊδίου ζωῆς χορηγός.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

ΕΙΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΤΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΕΤΗΡΙΚΟΣ.

EUSEBII PAMPHILI

DE LAUDIBUS CONSTANTINI ORATIO IN EJUS TRICENNALIBUS HABITA.

603 *PROLOGUS ORATIONIS*

De laudibus Constantini.

Ego vero non fabulas, nec sermones ad aurium illecebras compositos commentus, in hunc locum processi, ut quasi Sirenum cantu auditores permul-

C

ΠΡΟΛΟΓΟΣ (26)

Τῶν εἰς τὸν Κωνσταντῖνον ἐπαίνων.

Ἀλλ' οὐκ ἐγὼ μύθους, οὐκ ἀκοῆς θήρατρα λόγων εὐγλωττίαν πλασάμενος, πάρειμι κηλήσων ὡς διὰ φωνῆς Σειρήνων· οὐδὲ χρυσέοις δεπάεσσιν, ὡραίοις

(21) Vulg. *πρὸς γενομένης ὠφελείας*. Scribendum est uno verbo προσγενομένης, quod miror a Scaligero et aliis animadversum non fuisse. Ita certe codex Fuketii.

(22) *Τὴν νίκην τῷ δήμῳ βραβευούσης*. Populum Romanum intelligit, qui cum Maxentii tyrannide oppressus esset, pro Constantino adversus Maxentium vota faciebat. Et hic quidem sensus tolerari potest. Verumtamen, re attentius examinata, aliquid mendi hic subesse suspicor. Ac fortasse legendum τὴν νίκην τῷ ἐμῷ στρατεύματι βραβευούσης.

(23) *Περιλείπεται κόσμος*. Hoc loco κόσμος ponitur pro prætextu; quod vocabulum in oratione Latina Constantini cum interpres non intelligeret, ita vertit: melius facturus, si πρόφασις posuisset. Male igitur Portesius et Christophorsonus *mundum* interpretati sunt.

(24) Vul. *ἀναίτιος τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων*. Scribendum est πταισμάτων, ut in libro Moræi emendatum inveni. Atque id jam ante monuerunt Genevenses ex Scaligeri et Bongarsii libris, quibus subscribit codex Fuketii.

(25) Vulg. *τῆς ἡμετέρας αὐτῷ σωτηρίας*. Non assentior Scaligero, Bongarsio, Grutero, qui hunc locum sic emendant : τῆς ἡμῶν αὐτῶν σωτ. Ego malim legere τῆς ἡμετέρας καὶ σφῶν αὐτῶν σωτηρίας, quam scripturam in versione mea secutus sum. In codice Fuk. scribitur τῆς τε ἡμῶν αὐτῶν. In schedis autem scriptum est τῆς τε ἡμέρας αὐτῷ, etc. — Scripsit Valesius non ut in sua nota legendum esse monet, sed ut nos exscripsimus, nempe τῆς ἡμετέρας αὐτῶν, elliptice eodemque sensu. EDIT.

(26) *Πρόλογος*. Solebant olim sophistæ ante orationes suas brevi interdum præfatione proludere, more citharœdorum qui ante canticum, tentamenti causa aliquid præcinunt. Hæc præfatio vulgo προθεωρία dicebatur. Sic in oratione 15 Themistii, et in declamationibus Libanii non semel occurrit. Hinc προθεωρία a Theodorito sumitur pro prologo.

Digitized by Google

ἄνθεσι, ῥημάτων φράσει κεκαλλιεπημένοις, ἡδονῆς φάρμακα τοῖς τῶνδε προπιοῦμαι φίλοις· σοφοῖς δὲ πειθόμενος, παραγγέλλω τὰς λεωφόρους φεύγειν καὶ ἐκτρέπεσθαι, μηδὲ τῷ πλήθει συνωθεῖσθαι διακελεύομαι. Ἧκω δὴ βασιλικῶν ὕμνων καινωτέρας ᾠδῆς ἐν ὑμῖν ἀπαρξόμενος (27). Μυρίων δ' ἀμφὶ τὴν αὐτὴν ἐμοὶ σπευδόντων χορείαν, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων (28) αὐτὸς, τὴν ἀτριβῆ βαδιοῦμαι, ἧς οὐ θέμις ἀνίπτοις ἐπιβαίνειν ποσίν. Οἱ μέν γε δημώδεις, μειρακίων τε σοφίσμασι πεπατημένους μετιόντες λόγους, μοῦσάν τε ἡδεῖαν καὶ πάνδημον ἀσπαζόμενοι, θνητὰς ἀκοὰς θνητοῖς διηγήμασι θελγόντων, ἡδονῇ τὸ κριτήριον ἀποδόντες· οἱ δ' αὐτῆς μύσται τῆς καθόλου σοφίας, θείων ἐπιστήμης ἄτε καὶ ἀνθρωπίνων ἐπήβολοι, τὴν τοῦ κρείττονος ἐκλογὴν ἐν ἀγαθοῦ μοίρᾳ θέμενοι, τὰς αὐτοῦ βασιλέως θεοφιλεῖς ἀρετὰς, φιλοθέους τε πράξεις, τῶν ἀνθρωπίνων προὐτίμησάν τε καὶ εἵλοντο, δευτέροις ἀνυμνεῖν τὰ δεύτερα τῶν καλῶν παραχωρήσαντες. Θείων γὰρ καὶ ἀνθρωπείων σοφίας οὔσης καὶ ἐν βασιλέως ψυχῇ, καὶ τῶν μὲν εἰς Θεὸν, τῶν δ' εἰς ἀνθρώπους τεινόντων, τοῖς μὲν ἐκτὸς περιβόλων ἱερῶν ἑστῶσιν, οἵπερ δὴ ἐπιτήδειοι (29), τὰ ἀνθρώπεια διακονείσθων, σεμνὰ μὲν ὅμως καὶ ὑπερφυῆ, βιωφελῆ τε καὶ ταῦτα· πάντα γὰρ τὰ βασιλέως, καλὰ, πλὴν ἔτι λειπόμενα (30) τῶν θειοτέρων· οἱ δ' ἀνακτόρων ἁγίων εἴσω, ἀδύτων τε καὶ ἀθάτων μυχῶν ἐντὸς διαβεβηκότες, θύρας βεβήλοις ἀκοαῖς ἀποκλείσαντες, τὰς ἀπορρήτους βασιλέως μυήσεις τοῖς τούτων μύσταις διηγείσθων μόνοις· οἱ δὲ τὰ ὦτα νάμασιν εὐσεβείας καθηράμενοι, ψυχῆς τε αὐτῆς μεταρσίῳ πτερῷ τὸ νοερὸν ἐπερείσαντες, ἀμφὶ τὸν πάντων βασιλέα χορευόντων, σιγῇ τὰ θεῖα τελούμενοι· λογίων δὲ χρησμοὶ, οὐκ ἐκ μαντείας μᾶλλον ἢ μανίας (31) παράφρονος, φωτὸς δ' ἐπιπνοίαις ἐνθέου προσπεφωνημένοι, τῶν τελείων ἡμῖν γενέσθωσαν διδάσκαλοι (32), ἀμφὶ βασιλείας αὐτῆς, ἀμφί τε βασιλέως τοῦ ἀνωτάτου. δορυφορίας τε θείας ἀμφὶ τὸν πάντων βασιλέα, τοῦ τε καθ' ἡμᾶς βασιλικοῦ παραδείγματος, καὶ τοῦ τὸ χάραγμα κεκιδδηλευμένου, τῶν θ' ἑκατέρῳ συνομαρτούντων τάγματι. Οἷς δὴ τὰς θεοπρεπεῖς τελετὰς ἱεροφαντούμενοι (33), ὧδέ πη θείων ὀργίων ἐφαψώμεθα (34).

A cerem; nec ut aureis poculis, elegantium scilicet verborum flosculis summo cum artificio decoratis, voluptatis pigmenta hujusmodi rerum studiosis hominibus propinarem. Quin potius sapientum præceptis obtemperans, cunctis suadeo ut vias publicas fugiant, neve una cum multitudine collidi velint. Accessi ergo, ut imperatorias laudes novo quodam carminis genere præcinerem. Quamvis vero infiniti pene alii eamdem mecum viam carpere conantur, ego tamen hominum vestigia vitans, ut ait ille, viam ingrediar minime tritam, quam illotis pedibus ingredi nefas est. Liceat quidem illis qui vulgares ac juvenilibus tritos argutiis sermones consectantur, et qui suavem quamdam ac popularem colunt musam, hominum aures humanis narrationibus delinire, dum cuncta referunt ad voluptatem. Hi vero qui universalis sapientiæ mysteriis initiati sunt, utpote divinarum humanarumque rerum scientiam consecuti, cum præstantioris rei delectum summæ felicitatis esse ducant, imperatoris nostri Deo amabiles virtutes, et pios actus, humanis ejusdem dotibus factisque anteponunt; et inferiores res, inferioribus hominibus prædicandas relinquunt. Nam cum imperatoris animus rerum divinarum humanarumque scientia præditus sit; et illæ quidem ad Deum, hæ vero ad homines referantur: illis quidem qui extra templi ambitum positi sunt, res humanas suggerant ii qui ad hoc munus obeundum idonei exstiterint. Sunt hæ quidem sane illustres et eximiæ, et inprimis utiles generi humano. Quippe cuncta quæ in imperatore nostro cernuntur, eximia sunt. Sed tamen a divinis rebus longo intervallo superantur. Ii vero qui intra sacrarium et in **604** ipsa templi adyta ac penetralia ingressi sunt, januas profanis auribus occludentes, arcana imperatoris mysteria solis initiatis exponant. Isti porro ubi aures suas pietatis fontibus purgaverint, et intelligentiam quasi expansis animi alis in sublime sustulerint, circa ipsum Deum omnium regem choreas agant, divina mysteria percipientes. Oracula porro, non illa ex vaticinatione, seu potius furore quodam atque insania

(27) Vulg. *ἐπαρξάμενος*. Scribo ἀπαρξόμενος ex codice Fuketii.

(28) Vulg. *πάντων ἀνθρώπων ἀλεείνων*. Scribendum est πάτον ἀνθρώπων. Est enim hemistichium Homeri notissimum de Bellerophonte, quod Cicero ita convertit, ut posui. Certe in codice Fuk. diserte scribitur πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων. Porro Eusebius hunc prologum crebris poetarum versiculis quasi floribus de industria conspersit, ut auditorum animos hujusmodi venustate pelliceret. Sic supra χρυσέοις δεπάεσσι, poeticum est.

(29) Vulg. *ὅπη δὲ οἵπερ δὴ ἐπιτήδειοι*. Non dubito quin Eusebius scripserit, ὅσοι δή περ οἱ ἐπιτήδειοι. Subaudiendum autem est verbum εἰσίν. At interpres hujus orationis Christophorsonus cum hæc non animadvertisset, omnem hujus loci sensum interpretatione sua confudit. In codice Fuk. desunt hæc verba ὅπη δέ, optime.

(30) *Πλὴν ἔτι λειπόμενα*. Sic etiam Fuk. codex, malim tamen scribere πλὴν ὅτι.

(31) *Μᾶλλον ἢ μανίας*. Transpositio verborum familiaris Eusebio, pro ἢ μᾶλλον μανίας. Mox ἐπιπνοίαις scribitur in codice Fuk.

(32) *Τῶν τελείων ἡμῖν γενέσθωσαν διδάσκαλοι*. Procul dubio scribendum est τῶν τελετῶν, quam emendationem confirmant verba quæ mox sequuntur, οἷς δὴ τὰς θεοπρεπεῖς τελετὰς ἱεροφαντούμενοι. Ait enim Eusebius libros sacros in quibus divina continentur oracula, magistros nobis esse sacrorum mysteriorum, ac veluti quosdam hierophantas.

(33) *Ἱεροφαντούμενοι*. Idem est quod supra dixit τελούμενοι. Nam ἱεροφαντεῖν, idem valet ac τελεῖν. Quare ἱεροφαντεῖσθαι idem erit ac τελεῖσθαι. Hierophantæ Athenis dicebantur antistites Eleusiniorum sacrorum, qui sacra Cereris tradebant et consignabant. Quos tanto honore prosequebantur sacrati, ut nunquam eos proprio nomine appellarent. Docet id Eunapius in *Vita Maximi philosophi* his verbis

(34) *Θείων ὀργίων ἐφαψώμεθα*. Vocem ὀργίων omiserant typographi Genevenses, quam nos ex codice Fuk. supplevimus.

Digitized by Google

profecta; sed quæ divini Spiritus afflatu atque intima illustratione sunt edita, nobis pro magistris sint sacrorum : qui nos instituant de regno ipso ac de summo omnium rege deque divino illo satellitio supremum omnium moderatorem ambiente : tum de exemplari quod apud nos est regiæ potestatis, ex illo cœlestis regni expressum archetypo; et de altero falso et adulterino : ac postremo de his quæ utrumque regnandi genus atque institutum comitantur. Ab his igitur oraculis, velut a quibusdam hierophantis divina edocti mysteria, sacros sermones in hunc modum aggrediamur.

CAPUT I.

Est hæc quidem summi imperatoris festivitas, in qua nos qui imperatoris famuli sumus, sacrorum sermonum documentis afflati exsultamus. Festivitatis autem auctor nobis et signifer est summus ipse imperator. Maximum porro imperatorem appello eum, qui vere est maximus. Eum dico (nec succensebit qui hic adest, quin potius hunc de divinitate sermonem pari nobiscum studio ac favore prosequetur), qui ultra universa consistit; qui omnium summus est atque altissimus et immensus. Cui cœlestes quidem fornices throni vicem præbent; terra vero est pro scabello pedum. Atque hunc intelligentia comprehendere nemo unquam perfecte possit. Quippe lux undequaque ex eo emicans, inexplicabili quodam radiorum fulgore cunctos ab divinitatis illius conspectu repellit. Circa hunc cœlestes discurrunt exercitus : huic stipatorum officium exhibent supernæ potestates: hunc **605** herum et dominum atque imperatorem agnoscunt. Ex ejus splendore tanquam ex perenni quodam luminis fonte haurientes, angelorum et archangelorum innumerabiles ordines, et sanctorum spirituum chori collustrantur. Cuncta item lumina, ac præcipue divina illa atque intellectualia spiritalium luminum genera quæ ultra cœlum sedes habent, magnum hunc imperatorem summis ac divinis canticis celebrant. Cœlum vero tanquam cæruleum quoddam velum, obtensum est, quod eos qui extra positi sunt, ab illis qui in regia versantur secludit. Circa hoc non secus ac lapidarii in imperialis palatii vestibulis discurrunt sol et luna, ac reliqua cœli luminaria : et cum imperatorem ipsum

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Πανήγυρις μὲν αὕτη βασιλέως μεγάλου, χαίρομεν δ' ἐν αὐτῇ θειάζοντες λόγων ἱερῶν παιδεύμασιν, οἱ βασιλικοὶ παῖδες· ἐξάρχει δ' ἡμῖν τῆς ἑορτῆς, ὁ μέγας βασιλεύς. Μέγαν δ' ἐγὼ βασιλέα καλῶ, τὸν ἀληθῶς μέγαν· τοῦτον δ' εἶναί φημι (οὐ νεμεσήσει δὲ παρὼν βασιλεὺς, ἀλλὰ καὶ συνευφημήσει τῇ θεολογίᾳ) τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων, τὸν πάντων ἀνώτατον, τὸν ὑπέρτατον, τὸν ὑπερμεγέθη, οὗ θρόνοι μὲν τῆς βασιλείας, ἀψῖδες οὐράνιοι, γῆ δὲ ὑποπόδιον αὐτοῦ τῶν ποδῶν· οὐδέ τις ἐπαξίως (35) νοῆσαι τοῦτον δύναιτ' ἂν· φῶς δ' ἀμφ' αὐτὸν ἀπαστράπτον ἀῤῥήτοις ἀκτίνων μαρμαρυγαῖς, παντὶ τῷ τῆς αὐτοῦ θεότητος ἀπείργει τὴν θέαν. Τοῦτον στρατιαὶ περιπολοῦσιν οὐράνιοι, δορυφοροῦσι δ' ὑπερκόσμιοι δυνάμεις, τὸν αὐτὸν δεσπότην καὶ κύριον καὶ βασιλέα γνωρίζουσαι· ἀγγέλων τε ἄπειρα πλήθη, θίασοί τε ἀρχαγγέλων, καὶ πνευμάτων ἁγίων χοροὶ, τῶν ἀμφ' αὐτὸν μαρμαρυγῶν ὥσπερ ἐξ ἀενάων φωτὸς πηγῶν ἀρυτόμενοι, καταυγάζονται. Φῶτά τε πάντα, καὶ φώτων ἀσωμάτων θεῖα καὶ νοερὰ γένη, τὸν ἐπέκεινα χῶρον οὐρανοῦ λαχόντα, τὸν μέγαν βασιλέα (36) τοῖς ἀνωτάτω καὶ θεοπρεπέσιν ὕμνοις γεραίρουσι· μέσος δ' ἀμφιβέβληται μέγας οὐρανὸς περιπέτασμα κυάνεον, τοὺς ἐκτὸς, τῶν εἴσω βασιλικῶν οἴκων διείργων· ἀμφὶ δὲ τοῦτον ὡς ἐν βασιλείοις προθύροις περιπολοῦσι δᾳδουχοῦντες (37), ἥλιος καὶ σελήνη καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν φωσφόρα, τὸν βασιλέα τιμῶντες, αὐτοῦ τε νεύματι καὶ λόγῳ, τοῖς τὸν σκότιον ἔξω λαχοῦσιν οὐρανοῦ χῶρον, φωτὸς ἀσβέστους ἐξάπτοντες λαμπάδας. Τοῦτον ἡμῶν τὸν μέγαν βασιλέα Χριστὸν, καὶ αὐτὸν τὸν καλλίνικον ἡμῶν βασιλέα ἀνυμνεῖν συνηθημένος, εὖ μάλα δοκῶ μοι ποιεῖν (38), ἅτε τῆς βασιλείας ἡμῖν τοῦτον μόνον

his verbis : Τοῦ δὲ ἱεροφάντου κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὅστις ἦν τοὔνομα, οὔ μοι θέμις λέγειν· ἐτέλει γὰρ τὸν ταῦτα γράφοντα, καὶ εἰς Εὐμολπίδας ἦγε : *Nomen vero ejus qui tunc erat hierophanta, nefas mihi est efferre, propterea quod me qui hæc scribo, sacris initiavit, et inter Eumolpidas retulit.* Idem testatur Lucianus, seu quis alius auctor, in *Lexiphane;* ubi Megalonymus quidam Atheniensis ait se cum egressus esset domo visurus magistratum, offendisse daduchum et hierophantam, et alios sacrorum ministros, qui Diniam in jus trahebant, accusantes hominem, quod ipsos proprio nomine appellasset, cum nefas esset eos proprio nomine appellare, posteaquam consecrati fuerant : ἔγκλημα ἐπάγοντας, ὅτι ὠνόμαζεν αὐτούς· καὶ ταῦτα εὖ εἰδὼς, ὅτι ἐξ οὗπερ ὡστώθησαν, ἀνώνυμοί τέ εἰσι, καὶ οὐκέτι ὀνομαστοί. Quanquam Lucianus plus dicit quam Eunapius. Nam Eunapius quidem iis duntaxat qui sacrati apud Eleusinam fuissent, nefas fuisse dixit hierophantam illum a quo sacra susceperant, proprio nomine appellare. Lucianus vero omnibus promiscue id vetitum fuisse affirmat. Hinc est quod inter epistolas Libanii, quædam leguntur hoc titulo: τῷ ἱεροφάντῃ. Et in lib. v epistolarum Symmachi, primæ tres inscribuntur *hierophantæ.* Cum enim uterque illorum Athenis initiatus fuisset, nefas habuit hierophantam proprio nomine appellare.

(35) Vulg. *οὐδ' εἴ τις ἐπαξίως.* Scribendum videtur οὐδ' ἄν τις. Videtur tamen aliquid hic deesse. In codice Fuk. scribitur οὐδέ τις ἐπαξίως νοῆσαι τοῦτον δύναιτ' ἄν, recte.

(36) Vulg. *τὸν μέγαν βασιλέα Χριστόν.* Postrema vox delenda est. Quæ enim hactenus dixit Eusebius, non de Christo, sed de Deo Patre dixit, cui proprie monarchiam veteres theologi tribuerunt. Sed et sequentia manifeste docent, hæc non dici de Christo. Si cui tamen religio est aliquid expungere, post vocem βασιλέα distinctionem apponere oportebit, ut sensus sit Deum-Patrem, summum omnium Regem, tum a Christo, tum a Constantino hymnis celebrari. Idem enim de Christo infra dicit Eusebius noster.

(37) *Δᾳδουχοῦντες.* Eleganter Eusebius solem et lunam comparat lampadariis seu cursoribus, qui imperatori præire consueverant cum cereis et lampadibus, ut notavi ad Amm. Marcellinum.

(38) Vulg. *εὖ μάλα δοκῶ μοι ποιεῖν.* Scribendum videtur δοκῶ ποιεῖν, quam lectionem in versione

Digitized by Google

εἰδὼς αἴτιον· τοῦτον καὶ φιλόθεοι Καίσαρες πηγὴν ἁπάντων ἀγαθῶν εἶναι γνωρίζουσι, πατρόθεν τὸ μάθημα παρειληφότες· τοῦτον στρατοπέδων δῆμοι, λαοὶ παμπληθεῖς κατὰ χώρας καὶ κατὰ πόλεις, ἐθνῶν τε ἄρχοντες ἐκκλησιάζοντες, εὐσεβοῦσιν, ὑπὸ μεγάλῳ Σωτῆρι καὶ διδασκάλῳ (39) παιδευόμενοι· ἀλλὰ καὶ πᾶν ἀθρόως γένος ἀνθρώπων, ἔθνη παντοῖα, φυλαὶ καὶ γλῶσσαι, κοινῇ τε πάντες ὁμοῦ καὶ κατὰ μέρος, ταῖς γνώμαις διεστῶτες τὰ ἄλλα, κατὰ μόνην τήνδε συμφωνοῦσι τὴν ὁμολογίαν, τὸν ἕνα καὶ μόνον λογισμοῖς ἐμφύτοις, αὐτομαθέσι τε καὶ αὐτοδιδάκτοις ἐννοίαις θεοκλυτοῦντες. Τί δ'; οὐχὶ καὶ τὸ πᾶν τῆς γῆς στοιχεῖον αὐτὸν δεσπότην γνωρίζει, τοῖς ἐξ αὐτῆς ἀναδιδομένοις βλαστήμασί τε καὶ ζώοις, τὴν πρὸς τὸ νεῦμα τοῦ κρείττονος (40) ὑποταγὴν ἐνδεικνυμένη; Τοῦτον καὶ ποταμῶν ῥοαὶ πλημμυροῦσαι τοῖς νάμασι, πηγῶν τε τῶν ἐξ αἰῶνος, βυθῶν ἀπείρων (41) ἀενάων πηγάζουσαι ῥύσεις, τῆς ἀῤῥήτου θαυματουργίας ἐπιγράφονται αἴτιον· αὐτὸν καὶ θαλάττης ἄβυσσοι βένθεσιν ἀπείροις ἐγκεκλεισμέναι· κυρτούμενά τε κύματα, μετέωρα εἰς ὕψος αἰρόμενα (42) καὶ φόβον ἀπειλοῦντα τῇ γῇ, μέχρις αὐτῶν αἰγιαλῶν προϊόντα, πτήσσει, νεύματι θείου νόμου πεπεδημένα· αὐτὸν καὶ χειμερίων ὄμβρων μεμετρημένα ῥεύματα, κτύποι τε βροντῶν καὶ ἀστραπῶν λαμπηδόνες, παλίνστροφοί τε ἀνέμων ῥιπαί, νεφῶν τε διαέριοι πορεῖαι, τοῖς τὴν αὐτοῦ θέαν αὐτοπτεῖν (43) ἀδυνάτοις, προφαίνουσιν· ἀλλὰ καὶ ὁ παμφαὴς ἥλιος τὸν μακρὸν αἰῶνα δολιχεύων, μόνον αὐτὸν οἶδε Κύριον, αὐτοῦ τε νεύματι δουλεύων, οὔποτε βαίνειν ἐκτὸς ὅρων τολμᾷ· σελήνη τε ὑποχωροῦσα τὸ φέγγος ἡλίῳ (44), χρόνων τε περιόδοις μειουμένη καὶ πάλιν αὐξομένη, θεσμοῖς ὑποτάττεται θείοις· κάλλη τε οὐρανοῦ, χορείαις ἄστρων ἀποστίλβοντα, βαίνοντά τε σὺν τάξει καὶ ἁρμονίᾳ, καὶ τοὺς αὐτῶν ἀναμετρούμενα κύκλους, τὸν παντοίων δοτῆρα φώτων ἀνακηρύττουσιν, ὁμοῦ τε πάντες οὐράνιοι φωστῆρες, αὐτοῦ νεύματι καὶ λόγῳ μίαν συνταξάμενοι μελῳδίαν, μακρῶν αἰώνων κύκλοις δολιχὸν ἐξανύοντες δρόμον, αἰθερίων σταδίων διιπεύουσιν ἀγῶνας· νυκτῶν τε καὶ ἡμερῶν ἀμοιβαῖαι κινήσεις, ὡρῶν τε καὶ καιρῶν μεταβολαί, ῥυθμοί τε

A impense venerantur, tum ex ejus nutu ac præcepto, semotis a cœlo et obscuram regionem incolentibus, inexstincti luminis faces præbent. Hunc ergo maximum imperatorem a Victore nostro Augusto hymnis quoque celebrari conscius cum sim, recte mihi facere videor; quippe qui sciam hunc unum imperii nobis auctorem esse. Hunc etiam Dei amantissimi Cæsares omnium bonorum fontem agnoscunt, ita scilicet a parente suo instituti. Hunc exercitus, populi ac turbæ tam in agris quam in urbibus, et rectores provinciarum in ecclesiam convenientes rite colunt, a magno Servatore et magistro eruditi. Denique universum simul hominum genus, gentes omnes, tribus et linguæ, et tam in unum coacti omnes, quam seorsum positi, licet in aliis rebus B inter se dissentiant, in hac tamen sola confessione consentiunt; hunc unum ac solum, naturali ratione et notionibus sibi insitis nec ullius magisterio traditis, invocantes Deum. Quid totius terræ moles, nonne illum Dominum agnoscit, germinibus et animalibus ex se nascentibus aperte declarans, se tanquam ad potioris nutum imperiumque famulari? Hunc et fluminum cursus, aquarum copia exuberantes, et fontium lapsus ex abditis et immensis terræ finibus perpetuo manantium, inexplicabilis miraculi auctorem profitentur. Hunc profundi maris gurgites, immensa altitudine conclusi, et fluctuum vortices in altum sublati, terræque ipsi formidinem incutientes, simul atque ad litius accesserint, reformidant, divinæ legis imperio con- C stricti. Sed et hibernorum imbrium moderata **606** dispensatio, fragor tonitruum, fulgurum coruscatio, ventorum reciproci impetus, nubium denique varii per aerem discursus, ejus præsentiam exhibent iis qui ipsum coram intueri non possunt. Sol quoque totus lumine radians, qui extensa sæculorum spatia decurrit, solum hunc Dominum agnoscit; ejusque obsequens nutui, nunquam extra præscriptos terminos audet incedere. Luna etiam quæ luminis splendore soli concedit, dum certis temporum intervallis minuitur et augetur, divinis legibus obtem-

mea secutus sum. Sed videntur omnino hic quædam deesse, quæ suppleri possunt in hunc modum: Τοῦτον ἡμῖν τὸν μέγαν βασιλέα, Χριστὸν καὶ αὐτὸν καλλίνικον ἡμῶν Βασιλέα ἀνυμνεῖν συνηθισθημένος, ἀνυμνεῖ ὁ D ἡμέτερος βασιλεὺς, εὖ μάλα δοκῶν ποιεῖν, etc., id est, *Hunc maximum regem a Christo, qui et ipse Rex noster est invictissimus, hymnis celebrari probe sciens imperator noster, ipse quoque laudibus atque hymnis prosequitur, recte atque ordine faciens; quippe qui intelligat, hunc unum nobis imperii auctorem esse.* Ita sensus est apertissimus: nec puto Eusebium aliter scripsisse ac sensisse. In codice tamen Fuk. scribitur, εὖ μάλα δοκῶ μοι ποιεῖν.

(39) Ὑπὸ *μεγάλῳ Σωτῆρι καὶ διδασκάλῳ*. Interpres hæc de Constantino dici existimavit, quod equidem non damno. Possunt tamen etiam de Christo accipi.

(40) Vulg. *τὴν πρὸς τὸ εὖ μάλα τοῦ κρείττονος ὑποταγήν*. Hic locus corruptus est, quem tamen facile possis emendare. Scribe igitur meo periculo τὴν πρὸς τὸ νεῦμα τοῦ κρείττονος, certissima emendatione.

(41) Ἐξ *αἰῶνος, βυθῶν ἀπείρων*. Quatuor hæc vocabula delenda esse videntur, utpote superflua, et huic loco parum convenientia. Quod si quis ea retinere voluerit, transponenda erunt hoc modo: πηγῶν τε τῶν ἀενάων ἐξ αἰῶνος βυθῶν ἀπείρων πηγάζουσαι ῥύσεις. Quamquam aliud verbum substituendum videtur. Neque enim commode dicitur: πηγῶν πηγάζουσαι ῥύσεις. Melius esset ἀνομβρίζουσαι, ut loquitur Eusebius infra, vel potius ἀνομβροῦσαι.

(42) Εἰς *ὕψος αἰρόμενα*. Ultima vox deest in codice Fuk.

(43) Vulg. *τὴν αὐτοῦ θέαν ἀντόπτειν*. Scribendum videtur τοῖς πρὸς τὴν αὐτοῦ θέαν ἀντοπτεῖν ἀδυνάτοις. In codice Fuk. legitur τοῖς τὴν αὐτοῦ θέαν ἀντοπτεῖν, recte.

(44) Ὑποχωροῦσα *τὸ φέγγος ἡλίῳ*. Interpres hunc locum ita vertit, *Lunam quoque, cujus lumen multo obscurius est quam solis.* Ego vero scribendum esse existimo τὸ φέγγος ἡλίου, id est, luna vero quæ sub solis lumine incedit.

Digitized by Google

perat. Cœli quoque pulchritudo, quod astrorum choreis resplendet, et numeroso atque ordinato motu progreditur, ac circulos suos metitur, Deum totius lucis auctorem pronuntiat. Cuncta item cœli luminaria, ex ejus nutu ac mandato, velut pulcherrimo instituto concentu, multis annorum conversionibus longissimum cursum absolventia, instar aurigarum in ætherio circo decurrunt. Noctium insuper ac dierum alterni recursus, tempestatum anni mutationes, ordo denique ac numerosa modulatio universi, immensæ ejus potentiæ multiplicem solertiam celebrant. Huic præterea invisibiles potestates quæ per apertos aeris campos discurrunt, debitam et convenientem Deo laudem tribuunt. Hunc ergo maximum imperatorem totus simul mundus hymnis prosequitur. Hunc sursum cœli et qui supra cœlos sunt chori, venerantur; hunc angelorum exercitus canticis celebrant; hunc spiritus ex intellectuali luce editi, parentem suum ac Deum nuncupant. Hunc æones temporis expertes, ante hoc cœlum et hunc mundum conditi; alii præterea infiniti æonum æones ante omnem rerum visibilium constitutionem, unum ac summum Dominum et Principem agnoscunt. Ipse denique in omnibus, et ante omnes et post omnes unigenitus ejus Filius ac Sermo præexistens; magnus magni Dei Pontifex, omni tempore omnique ævo antiquior, Patris sui cultui devotus ac dicatus, primus ac solus pro omnium salute ei supplicat. Qui prærogativam quidem honoris obtinet principatum universi, æqualem autem cum Patre gloriam in Patris possidet regno. Quippe ipse lux est universa transcendens, quæ circa Patrem discurrit, et interventu suo naturam principii atque ortus expertem a rerum generatarum substantia secludit. **607**

καὶ τάξεις τοῦ παντὸς (τῆς ἀπειρομεγέθους δυνάμεως [45]) τὴν πολυποίκιλον σοφίαν γεραίρουσιν· αὐτῷ καὶ δυνάμεις ἀφανεῖς, ἀμφὶ τὰ δι' ἀέρος ἀνειμένα πεδία ποτώμεναι, τὴν ὀφειλομένην καὶ πρέπουσαν θεολογίαν ἀναπέμπουσιν· τοῦτον δὴ τὸν μέγαν βασιλέα, καὶ αὐτὸς ὁμοῦ πᾶς ἀνυμνεῖ κόσμος· τοῦτον ἄνωθεν οὐρανοί, οὐρανίων τε ἀψίδων ὑπέρτεροι χοροί, γεραίρουσιν· ὑμνοῦσι δ' ὕμνοις ἀῤῥήτοις ἀγγέλων στρατιαί, πνεύματά τε νοεροῦ φωτὸς ἔκγονα, τὸν σφῶν γεννήτορα θεολογοῦσι· τοῦτον αἰῶνες ἄχρονοι πρὸ οὐρανοῦ τοῦδε καὶ πρὸ κόσμου, ἄλλοι τε τοῦτον ἄπειροι αἰῶνες αἰώνων, πρὸ πάσης τῆς τῶν ὁρατῶν ὑποστάσεως, μόνον καὶ μέγαν Δεσπότην καὶ Κύριον ἐπιγράφονται· τοῦτον καὶ αὐτὸς ἐπὶ πᾶσι καὶ πρὸ πάντων καὶ μετὰ πάντας (46), ὁ προὼν αὐτοῦ μονογενὴς Λόγος, ὁ δὴ μέγας Ἀρχιερεὺς τοῦ μεγάλου Θεοῦ, παντὸς χρόνου καὶ πάντων αἰώνων πρεσβύτατος, τῇ τοῦ Πατρὸς καθωσιωμένος τιμῇ (47), πρῶτος καὶ μόνος τῆς πάντων ὑπεριλάσκεται σωτηρίας, πρωτείοις μὲν τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς, δευτερείοις δὲ τῆς Πατρικῆς βασιλείας (48) ἐνδοξαζόμενος, ὅτι δὴ τὸ φῶς αὐτὸς ἦν τὸ ἐπέκεινα τῶν ὅλων ἀμφὶ τὸν Πατέρα χορεῦον, μεσιτεῦόν τε καὶ διεῖργον τῆς τῶν γενητῶν οὐσίας, τὴν ἄναρχον καὶ ἀγένητον ἰδέαν· ὃ δὴ καὶ ἄνωθεν ἐξ ἀλήκτου καὶ ἀνάρχου θεότητος ἀναβλυστάνον, ἔξω πρόεισι, τὸν ὑπερουράνιον χῶρον, τά τε εἴσω οὐρανοῦ πάντα, κρείττοσιν ἢ καθ' ἥλιον σοφίας καταλάμπον αὐγαῖς· αὐτὸς δ' ἂν εἴη ὁ τοῦδε τοῦ σύμπαντος καθηγεμὼν κόσμου, ὁ ἐπὶ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐν πᾶσιν ὁρωμένοις τε καὶ ἀφανέσιν, ἐπιπορευόμενος τοῦ Θεοῦ Λόγος· παρ' οὗ καὶ δι' οὗ τῆς ἀνωτάτω βασιλείας τὴν εἰκόνα φέρων ὁ τῷ Θεῷ φίλος βασιλεὺς, κατὰ μίμησιν τοῦ κρείττονος, τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων τοὺς οἴακας διακυβερνῶν ἰθύνει.

Quæque superne ex divinitate principii ac finis experte emanans, extra procedit, et supercœlestem regionem, cunctaque quæ intra cœlum sunt, sapientiæ luce, quæ solis splendore longe præstantior est, il-

(45) *Τῆς ἀπειρομεγέθους δυνάμεως.* Malim scribere τῆς ὑπερμεγέθους δ. Mox ubi legitur σοφίαν ἀναπέμπουσι, aliud verbum substituendum est; puta ἀνυμνοῦσιν, vel ἀνακηρύττουσιν. Nam verbum illud ἀναπέμπουσιν non convenit huic loco, et ex sequente periodo huc perperam irrepsit. In codice Fuk. legitur τὴν πολυποίκιλον σοφίαν γεραίρουσιν absque his verbis τῆς ἀπειρ. δυνάμεως, quæ nec in vetustissimo codice Palatino leguntur.

(46) *Καὶ μετὰ πάντας.* Non video quomodo hæc dici possint de Verbo, illud esse ante omnia et post omnia, nisi de Verbo incarnato hæc intelligamus. Quo sensu in Apocalypsi legitur: *Ego sum α et ω, primus et novissimus* (*Apoc.* I, 8). Potest etiam id intelligi de Verbo, quod cum ante omnia sæcula genitum sit, nihilominus continue generatur a Patre. Et hoc est, quod in psalmis dicitur, *Filius meus es tu: ego hodie genui te* (*Psal.* II, 7). Sic Verbum est ante omnia et post omnia et in omnibus, non successione temporis, sed ob rationem æternæ generationis. Ipse enim est omnium initium ac finis, qui omnia quæ sunt, et quæ esse possunt, inchoat simul ac terminat. Possunt tamen hæc Eusebii verba aliter intelligi, si construantur cum verbo ὑπεριλάσκεται. Ita sensus erit, Verbum ante omnes et post omnes Deum Patrem placare. Sed prior expositio verior est. Sic enim Dionysius Alexandrinus in epistola ad Herma nmonem de Filio Dei loquitur: Οὐδὲ τὴν χρισιν ὑπείδετο τοῦ πρὸ πάντων καὶ διὰ πάντων καὶ ἐπὶ πᾶσι. Qui locus refertur in libro VII, c. 10, *Historiæ ecclesiasticæ*. Novatianus quoque in libro *De Trinitate*, cap. 14. Christum ait esse ante omnia et post omnia: ante omnia quidem, ut Deum, post omnia vero, utpote hominem.

(47) *Τῇ τοῦ Πατρὸς καθωσιωμένος τιμῇ.* Male interpres vertit *dignitatis paternæ particeps*, cum vertendum esset, devotus ac dicatus cultui Patris. Similis est inscriptio illa, quæ in basi statuarum quas imperatoribus dicaverant, vulgo legitur DEVOTUS NUMINI MAJESTATIQUE EJUS. Cæterum hæc Arianum dogma sapiunt. Quisquis enim Deum Verbum cultui Dei Patris devotum esse dicit, is profecto nimis abjecte de Verbo loquitur, ac Verbum non æquare Deo Patri, sed potius subjicere videtur. Ejusmodi est quod addit Eusebius, Verbum Patri suo supplicare pro omnium salute. Quæ si de Deo Verbo dicantur quatenus verbum est, ferri nullo modo possunt. Sin de Christo accipiantur, id est, de Verbo postquam humanam naturam assumpsit, sunt verissima. Eadem sententia exstat in lib. II *Adversus Marcellum*, cap. 7, ubi Eusebius ait filium colere, adorare et glorificare Deum Patrem. Porro in codice Fuk. paulo ante legitur: Ὁ παντὸς χρόνου, καὶ πάντων αἰώνων πρεσβύτατος.

(48) Vulg. *Ισοις δὲ τῆς Πατρικῆς βασιλείας.* Non dubito quin Eusebius ipse scripserit δευτερείοις δὲ τῆς Πατρικῆς βασιλείας, quod editores cum ferre non possent, mutandum esse putarunt in ἴσως, ut

Digitized by Google

lustrat. Hic est totius mundi Dominus, supra omnia et per omnia, et in omnibus tam visibilibus quam invisibilibus incedens Dei Sermo. A quo et per quem, hic noster Deo charus imperator, cœlestis imperii imaginem gerens, terrena cuncta quorum gubernaculis admotus est, instar Dei moderatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Ὁ μέν γε τοῦ Θεοῦ μονογενὴς Λόγος, τῷ αὐτοῦ Πατρὶ συμβασιλεύων ἐξ ἀνάρχων αἰώνων εἰς ἀπείρους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας· ὁ διαρκὴς δὲ τούτῳ φίλος (49), ταῖς ἄνωθεν βασιλικαῖς ἀπορρύοις χορηγούμενος, τῷ τε τῆς θείκῆς ἐπηγορίας ἐπωνύμῳ (50) δυναμούμενος, μακραῖς ἐτῶν περιόδοις τῶν ἐπὶ γῆς κρατεῖ. Εἶθ' ὁ μὲν τῶν ὅλων σωτὴρ τὸν σύμπαντα οὐρανόν τε καὶ κόσμον, τήν τε ἀνωτάτω βασιλείαν, εὐπρεπῆ τῷ αὐτοῦ Πατρὶ παρασκευάζει· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, αὐτῷ τῷ μονογενεῖ καὶ σωτῆρι Λόγῳ τῶν ἐπὶ γῆς τοὺς ὑποχειρίους προσάγων, ἐπιτηδείους πρὸς τὴν αὐτὴν βασιλείαν (51) καθίστησι. Καὶ ὁ μὲν κοινὸς τῶν ὅλων Σωτὴρ τὰς ἀποστατικὰς δυνάμεις, ὅσαι ποτὲ ἀμφὶ τόνδε τὸν ὑπὲρ γῆς ἀέρα διιπτάμεναι ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἐνέχριμπτον ψυχαῖς, ἀοράτῳ καὶ θείκῇ δυνάμει, οἷα θῆρας ἀγρίους, τῶν αὐτοῦ θρεμμάτων ποιμένος ἀγαθοῦ δίκην, πορρώτατω καθίστησιν· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, ἄνωθεν παρ' αὐτοῦ τοῖς κατ' ἐχθρῶν κοσμούμενος τροπαίοις, τοὺς ἐμφανεῖς τῆς ἀληθείας ἐχθροὺς νόμῳ πολέμου χειρούμενος, σωφρονίζει. Καὶ ὁ μὲν λόγος ὢν προκόσμιος καὶ σωτὴρ τῶν ὅλων, λογικὰ καὶ σωτηριώδη σπέρματα τοῖς αὐτοῦ παραδιδοὺς θιασώταις, λογικοὺς ἅμα καὶ τῆς τοῦ Πατρὸς βασιλείας ἐπιστημονικοὺς ἀπεργάζεται· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, οἷά τις ὑποφήτης τοῦ Θεοῦ Λόγου, πᾶν γένος ἀνθρώπινον ἐπὶ τὴν τοῦ κρείττονος ἀνακαλεῖται γνῶσιν, ταῖς πάντων ἀκοαῖς ἐμβοῶν, μεγάλῃ τε τῇ φωνῇ τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασι τοὺς τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας (52) καὶ ἀληθείας ἀνακηρύττων νόμους. Καὶ ὁ μὲν τῶν ὅλων Σωτὴρ τὰς οὐρανίους πύλας τῆς τοῦ Πατρὸς βασιλείας τοῖς ἐνθένδε ἐκεῖσε μεθισταμένοις ἀναπετάννυσιν· ὁ δὲ ζήλῳ τοῦ κρείττονος, πάντα ῥύπον ἀθέου πλάνης τῆς κατὰ γῆν βασιλείας ἀποκαθηράμενος, χοροὺς ὁσίων καὶ εὐσεβῶν ἀνδρῶν, εἴσω βασιλικῶν οἴκων εἰσκαλεῖται, αὖτανδρον τὸν σύμπαντα στόλον τῶν ὑπ' αὐτῷ κυβερνωμένων, διασώσασθαι προμηθούμενος· πανήγυρίν τε ταύτην μόνος οὗτος τῶν πώποτε τῆς Ῥωμαίων καθηγεμονευσάντων βασιλείας, τριτταῖς ἤδη περιόδοις δεκάδων πρὸς τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τιμηθείς,

CAPUT II.

Et ille quidem unigenitus Dei Sermo, a sæculis principio carentibus ad infinita usque et interminata sæcula regnat cum Patre. Noster vero imperator eidem perpetuo charissimus, qui ex cœlesti fonte imperiales quosdam percipit effluxus, et divinæ appellationis cognomento roboratur, multis jam annorum circulis et conversionibus terras regit. Præterea ille quidem omnium conservator, cœlum ac mundum universum ac cœleste regnum Patri suo decentissimum atque aptissimum comparat. Hic vero ejus amicus, ex his qui in terris degunt, omnes imperio suo subjectos ad unigenitum Dei Sermonem servatoremque adducens, idoneos ad ejus regnum efficit. Et ille quidem communis omnium Servator, rebelles illas potestates, quæ per hunc terræ proximum aerem volitantes hominum animis incubabant, tanquam bonus pastor feras bestias, spiritali quadam et divina virtute ab ovili suo longissime expellit. Hic ejus amicus, multis tropæis ab ipso cœlitus exornatus, apertos veritatis hostes belli jure sibi subjiciens, pœna afficit. Ille utpote ratio ante mundum subsistens, et omnium rerum conservator, rationalia ac salutaria semina suis tradens sodalibus, rationales eos reddit et paterni regni scientia instructos. Hic ejusdem amicus, velut quidam interpres Verbi Dei, universum genus humanum ad cognitionem Dei revocat, omnium auribus inclamans, et clara voce, veræ pietatis ac veritatis leges cunctis per orbem terrarum degentibus annuntians. Ille omnium Servator, cœlestes paterni regni portas hinc eo migrantibus aperit. Hic vero Dei exemplum æmulatus, postquam terrenum imperium cunctis errorum sordibus purgavit, **608** sanctorum ac piorum hominum cœtus in sacras ædes et basilicas invitat; summam adhibens curam ac diligentiam, ut tota classis quam regendam accepit, cum ipsis vectoribus conservetur. Solusque ex omnibus qui Romano imperio unquam præfuerunt, tertio jam decennalium circuitu a summo omnium imperatore Deo honoratus, hanc festivitatem non terrenis qui-

Filius Patri æqualis poneretur. Verum Eusebium ita scripsisse, ut dixi, docet primo ipsa series orationis. Distinguit enim Eusebius hoc loco gubernationem et regimen universi a regno Dei Patris. Et in gubernatione quidem universi, Filium ait principem locum obtinere: in regno autem Patris secundum, πρωτείοις μὲν τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς, δευτερείοις δὲ τῆς πατρικῆς βασιλείας ἐνδοξαζόμενος. Vides τὴν τῶν ὅλων ἀρχήν, id est, regnum universi opponi regno Dei Patris: πρωτείοις igitur opponi etiam debent τὰ δευτερεῖα. Deinde τὰ ἴσα τῆς βασιλείας Græce non dicitur. Postremo Eusebius Filium semper secundam causam appellat in libris *Demonstrationis*, et τῶν δευτερείων ἠξιῶσθαι dicit in lib. v *Demonstrationis*, cap. 4.

(49) *Ὁ διαρκὴς δὲ τούτῳ φίλος.* Hic locus sic mihi restituendus videtur, συμβασιλεύων ἐξ ἀνάρχων *αἰώνων εἰς* ἀπείρους καὶ ἀτελευτήτους αἰῶνας διαρκεῖ· ὁ δὲ τούτῳ φίλος, etc.

(50) Vulg. *τῷ τῆς θειϰῆς ἐπηγορίας ἐπωνύμῳ.* Quodnam sit hoc cognomentum divinæ appellationis, quo affectus atque insignitus est Constantinus, non satis liquet. An forte Victoris nomen intelligit Eusebius, quod Constantino inditum est, ut supra notavimus? An potius cognomentum Maximi, quod Dei proprium est? Potest etiam ipsum Constantini nomen intelligi, quo significatur is qui est. Hoc autem Dei proprium nomen esse docent sacræ literæ. Denique cognomentum Christiani, quod Constantinus maxime adamavit, hic possumus intelligere.

(51) *Πρὸς τὴν αὐτὴν βασιλείαν.* Lego cum interprete πρὸς τὴν αὐτοῦ.

(52) *Τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας.* In codice Fuk. deest ἀληθοῦς rectius.

Digitized by Google

busdam spiritibus, ut veteres illi; nec spectris dæmonum imperitam multitudinem seducentium, nec fraudibus et commentis hominum impiorum celebrat, sed ipsi a quo honoratus est Deo, gratias persolvit; conscius scilicet bonorum quæ ab eo accepit, non veterum ritu, palatium cruore ac tabo inquinans, nec fumo et igne et holocaustis terrenos dæmones placans; verum summo omnium regi gratam et acceptam victimam, suum videlicet regium animum, ac mentem Deo dignissimam consecrans. Sola enim hæc victima Deo jucunda est, quam imperator noster absque igne et sanguine, puris animi cogitationibus litare condidicit, dum partim veris opinionibus ac sententiis in animo reconditis pietatem confirmat; partim magnificis orationibus laudes Dei prædicat, et regiis actibus Dei clementiam æmulatur, totus ei addictus, magnique instar doni semetipsum ei dedicans, velut primitias orbis cujus ipse administrationem accepit. Hanc igitur maximam hostiam ante omnes rite immolat imperator. Immolat vero utpote bonus pastor, non

Agnorum cædens primogenitorum hecatombas,

sed rationalis gregis qui ab ipso pascitur animos, ad cognitionem Dei cultumque perducens.

CAPUT III.

At Deus hujusmodi delectatus hostia, donumque sibi oblatum libenter accipiens, venerandi hujus et eximii sacrificii antistitem collaudat, multosque annorum circuitus ejus imperio adjicit; pro modo religionis qua ab imperatore colitur, sua in illum beneficia vicissim adaugens. Omnesque ei festivitates celebrare concessit cum summa singularis imperii felicitate; singulis decennalium circulis unum ex ejus liberis ad imperialis throni consortium promovens. Primo enim natu maximum qui paterno appellatur nomine, primo imperii decennio consortem regni renuntiavit. Eum deinde **609** qui secundus erat ætate, secundo imperii decennio; tertium deinceps tertio ejus festivitatis quam nunc celebramus decennio. Cumque jam quartus volvi cœperit circulus, utpote temporum spatiis magis magisque sese extendentibus, copiosa generis societate, et Cæsarum nuncupationibus

A οὐ χθονίοις κατὰ τοὺς παλαιοὺς συντελεῖ πνεύμασιν, οὐδὲ λαοπλάνων φάσμασι δαιμόνων, οὐδ' ἀπάταις καὶ ἄκροις ἀθέων ἀνδρῶν (53), αὐτῷ δὲ τὰ χαριστήρια τῷ τετιμηκότι, συνησθημένος τῶν εἰς αὐτὸν κεχορηγημένων ἀγαθῶν, ἀποδίδωσιν· οὐ κατὰ τοὺς παλαιοὺς, αἵμασι καὶ λύθροις τοὺς βασιλικοὺς οἴκους μιαίνων, οὐδὲ καπνῷ καὶ πυρὶ, ζώων τε ὁλοκαύτων θυσίαις, χθονίους δαίμονας ἀπομειλισσόμενος, τὴν δ' αὐτῷ τῷ βασιλεῖ τῶν ὅλων προσφιλῆ καὶ χαρίεσσαν θυσίαν, αὐτὴν δηλαδὴ τὴν αὐτοῦ βασιλικὴν ψυχὴν καὶ τὸν νοῦν τὸν θεοπρεπέστατον, ἀφιερῶν αὐτῷ· θυσία γὰρ αὕτη προσηνὴς αὐτῷ μόνη· ἣν δὴ βασιλεὺς ὁ ἡμεδαπὸς, καλλιερεῖν ἀπύροις καὶ ἀναίμοις τοῖς κατὰ διάνοιαν κεκαθαρμένοις λογισμοῖς δεδίδακται, ψυχῆς μὲν ἀδιαψεύστοις δόγμασι τὰ τῆς εὐσεβείας κρατύνων, λόγῳ δὲ μεγαλοπρεπεῖ γεραίρων τὴν θεολογίαν, πράξεσί τε βασιλικαῖς τὴν τοῦ κρείττονος ζηλῶν φιλανθρωπίαν, ὅλος τε ἀνακείμενος αὐτῷ, καὶ μέγα δῶρον ἀνατιθεὶς αὐτὸς ἑαυτὸν, οὗ πεπίστευται κόσμου τὸ ἀκροθίνιον· τοῦτο δὴ μέγιστον ἱερεῖον πρὸ τῶν ἁπάντων καλλιερεῖ (54) βασιλεὺς, θύει δ' ἅτε ποιμὴν ἀγαθὸς, οὐκ

B

Ἀρνῶν πρωτογόνων ῥέζων κλειτὰς ἑκατόμβας,

τῶν δ' ὑπ' αὐτῷ ποιμαινομένων λογικῶν θρεμμάτων τὰς ψυχὰς τῇ αὐτοῦ γνώσει καὶ εὐσεβείᾳ προσάγων.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὁ δὲ τῷ τοιῷδε χαίρων ἱερεῖῳ, καὶ τὸ δῶρον ἀσμένως ἀσπαζόμενος, τῆς σεμνῆς καὶ καλλιπρεποῦς θυσίας τὸν ἱεροφάντην ἀγάμενος, προσθήκας αὐτῷ μακρῶν περιόδων τῆς βασιλείας προστίθησιν, ἀμοιβαίως ταῖς εἰς αὐτὸν ὁσίαις αὔξων τὰς εὐεργεσίας· παρέχει τε παντοίας ἑορτὰς ἐκτελεῖν σὺν πολλῇ τῇ ῥᾳστώνῃ τῆς μοναρχίας, ἐφ' ἑκάστῃ περιόδῳ δεκαετοῦς πανηγύρεως, ἕνα τινὰ τῶν αὐτοῦ παίδων ἐπὶ τὴν τοῦ βασιλικοῦ θρόνου κοινωνίαν προχειριζόμενος· πρῶτόν γε τοῦ πατρὸς τὸν ὁμώνυμον, κατὰ τὴν πρώτην τῆς βασιλικῆς περιόδου δεκάδα (55), τοῦ βασιλικοῦ κοινωνὸν ἀπέφηνε κλήρου, δεύτερον δ' ἐπὶ τῇ δευτέρᾳ δεκάδι, τὸν ἐφεξῆς τῷ χρόνῳ, τὸν τρίτον ὡσαύτως, ἐπὶ τῇ τρίτῃ τῆς μετὰ χεῖρας ἑορτῆς δεκάδι· ἤδη δὲ καὶ τετάρτης ἀνακυκλουμένης περιόδου (56), ὡς ἂν τῶν χρόνων εἰς μῆκος ἐκτεινομένων, συναύξων τὴν βασιλείαν ἀφθόνῳ κοινωνίᾳ τοῦ γένους, Καισάρων τε ἀναδείξεσι (57), προφητῶν

C

D

(53) *Ἄκροις ἀθέων ἀνδρῶν.* Corrupta vox est ἄκροις, pro qua quid substituendum sit, nescio. Nisi forte placet ἀκροάσεσιν. Laudat enim Constantinum, quod decennalibus suis oratores ethnicos non admittat.

(54) Vulg. *πρὸς τῶν ἁπάντων καλλιερεῖ.* Scribendum est πρὸ τῶν ἁπάντων, vel πρῶτος.

(55) *Κατὰ τὴν πρώτην τῆς βασιλικῆς περιόδου δεκάδα.* Si rem exactius disquiramus, falsum est, Constantinum juniorem Cæsarem a patre creatum fuisse primo imperii Constantini decennio. Constantinus enim junior a patre Cæsar creatus est, Gallicano et Basso coss. Kalendis Martiis, anno Christi 317. Erat hic annus imperii Constantini XI. Quare non intra primum decennium, sed potius intra secundum Cæsar creatus est junior Constantinus. Proinde hic Eusebii locus benigne interpretandus est, et κατὰ τὴν πρώτην δεκάδα, sumendum est pro ἀμφὶ τήν.

(56) Vulg. *ἤδη δὲ τῆς τετάρτης ἀνακυκλουμένης περιόδου.* Const. imperator tricennalia edidit Constantio et Albino coss. VIII Kalendas Augusti, qui dies tricesimum ejus imperii annum inchoabat. Ab hoc igitur die supradictis coss., anno Christi 335, incipiebat quarta periodus decennalis imperii Constantini juxta computationem Eusebii: cum tamen incipere potius deberet ab insequente anno, primo scilicet ac tricesimo. Verum hæc non ita exacte supputari solent ab oratoribus.

(57) *Καισάρων τε ἀναδείξεσι.* Dalmatium et Hannibalianum intelligit, quorum prior Cæsar, alter vero Rex a Constantino declaratus est anno imperii tricesimo, die XV Kalendas Octobris, ut legitur in *Fastis* Idatii. Hieronymus in *Chronico* scribit tricennalibus Constantini Dalmatium Cæsarem factum fuisse. Ubi tricennalia posuit pro anno imperii tricesimo, cum tamen tricennalia proprie sit dies primus anni tricesimi. Etenim imperatores

Digitized by Google

θείων (58) ἀποπληροῖ θεσπίσματα, ἃ δὴ πάλαι καὶ πρόπαλαι ὧδέ πη ἐδόα· « Καὶ διαλήψονται τὴν βασιλείαν ἅγιοι Ὑψίστου. » Οὕτω δῆτα χρόνων ἅμα καὶ παίδων αὐξήσεις βασιλεῖ τῷ θεοφιλεστάτῳ Θεὸς αὐτὸς ὁ παμβασιλεὺς δωρούμενος, ἀκμάζουσαν αὐτῷ καὶ νεαρὰν τὴν κατὰ τῶν ἐπὶ γῆς ἐθνῶν ἡγεμονίαν, ὥσπερ ἄρτι φύειν ἀρχομένην καθίστησιν· αὐτός τε αὐτῷ συντελεῖ τὴν πανήγυριν, νικητὴν αὐτὸν καθιστὰς ἐχθρῶν ἁπάντων καὶ πολεμίων, εὐσεβείας τε ἀληθοῦς ὑπόδειγμα τοῖς ἐπὶ γῆς ἅπασιν ἀποφαίνων. Ὁ δ' ὡς φῶς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ταῖς τῶν Καισάρων ἐπιλάμψεσι, τοὺς πορρωτάτω τοῖς τόποις ἀπῳκισμένους, ταῖς εἰς μακρὸν ἐξ αὐτοῦ παραπεμπομέναις ἀκτῖσι καταυγάζει, ὧδε μὲν ἡμῖν τρὶς τὴν ἑῴαν λαχοῦσι τὸν ἐπάξιον αὐτοῦ καρπὸν (59), θάτερον δὲ τῶν παίδων θατέρῳ γένει τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάλιν ἄλλον ἀλλαχόθι, λαμπτῆρας οἷα καὶ φωστῆρας τῶν ἐξ αὐτοῦ προχεομένων φώτων, διενείματο· εἶθ' ὑπὸ μίαν ζεύγλην βασιλικοῦ τεθρίππου (60) τέτταρας ὑποζεύξας αὐτὸς ἑαυτῷ οἷά τινας πώλους τοὺς ἀνδρειοτάτους Καίσαρας, ἡνίαις τε αὐτοὺς ἐνθέου συμφωνίας τε καὶ ὁμονοίας ἁρμοσάμενος, ἄνωθεν ὑψηλῶς ἡνιοχῶν ἐλαύνει, ὁμοῦ τὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, διιππεύων, αὐτός τε τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρὼν, καὶ τὰ πάντα διασκοπούμενος. Κἄπειτα τῆς οὐρανίου βασιλείας εἰκόνι κεκοσμημένος, ἄνω βλέπων, κατὰ τὴν ἀρχέτυπον ἰδέαν τοὺς κάτω διακυβερνῶν ἰθύνει, μονάρχου δυναστείας μιμήματι κραταιούμενος· τοῦτο γὰρ ἀνθρώπων φύσει τῶν ἐπὶ γῆς μόνῃ (61), τῶν ἁπάντων δεδώρηται βασιλεύς· νόμος γὰρ οὗτος (62)

imperium amplificans, divinorum prophetarum implet oracula, quibus jampridem prædictum erat: *Et suscipient regnum sancti Altissimi* [a]. Ad hunc modum, temporum simul ac liberorum incrementa piissimo imperatori largitus summus omnium imperator Deus, vigentem ei ac florentem orbis terrarum dominationem præstat, perinde ac si nunc primum nasci atque erumpere cœpisset. Ipseque adeo hanc ei festivitatem curat atque adornat; quippe quem hostium et inimicorum omnium victorem constituit, ac veræ pietatis exemplum humano generi proposuit. At noster imperator, tanquam solis jubar homines locorum spatiis longissime remotos, Cæsarum suorum præsentia, quasi quibusdam radiis ex se procul emissis illustrat. Ac nobis quidem qui Orientem incolimus, sobolem plane se dignam attribuit: alterum vero ex filiis, alteri hominum parti: alium rursus alibi, tanquam faces quasdam, et luminaria ex sua luce diffusa partitus est. Fortissimos deinde quatuor Cæsares, quasi quosdam equuleos uno imperialis quadrigæ copulans jugo, et cœlestis consensus atque concordiæ habenis eos devinciens, ipse sublimis velut auriga, incitat atque impellit, universum terrarum orbem qui solis illustratur radiis, percurrens, ubique præsens et omnia inspectans. Denique cœlestis imperii imaginem ferens, oculis in cœlum defixis, ad primitivi illius exemplaris similitudinem res mortalium regit, monarchiæ Dei adumbrata quadam effigie roboratus. Hoc enim summus univer-

[a] Dan. VII, 18.

Romani quinquennalia, decennalia ac vicennalia sua celebrabant die primo quinti, decimi aut vicesimi anni principatus sui. Quippe hæc vocabula nihil aliud significant, quam Natalem imperii qui quinto quoque anno ac decimo recurrente, maxima pompa ac festivitate celebrabatur. Durabat autem hæc festivitas uno aut altero die, quo circenses ac theatrales ludi edebantur. Proinde cum Dalmatius non sit factus Cæsar VIII Kalendas Augusti, qui dies annum imperii Constantini tricesimum inchoabat, improprie locutus est Hieronymus, qui Cæsarem illum creatum esse dixit tricennalibus Constantini. Rectius Eusebius noster hoc loco id refert post tricennalia, incipiente jam IV periodo decennali imperii Constantini. Nam post tricennalium festivitatem novam periodum inchoabant, quasi tricesimus annus qui tantum delibatus fuerat, completus jam esset. Atque ut jurisconsulti dicere solent, in dignitatibus annum cœptum pro completo haberi: ita etiam in quinquennalibus, decennalibus et reliquis hujusmodi festivitatibus facere consueverant. Sic intelligendus est locus Amm. Marcellini in lib. XIV, ubi de tricennalibus Constantii loquitur his verbis: *Arelate hiemem agens Constantius, post theatrales ludos atque circenses ambitioso editos apparatu, die* VI *Idus Octobris, qui imperii ejus annum tricesimum terminabat*, etc. Omnino enim Marcellinus annum XXX terminatum posuit pro inchoato, ob eam quam dixi rationem.

(58) *Προφητῶν θείων.* Codex Fuk. θείων προφητῶν. Et paulo post οὕτω δῆτα χρόνων, etc. Porro locus ille quem ex divinis prophetis citat Eusebius, legitur in cap. VII Danielis.

(59) *Τὸν ἐπάξιον αὐτοῦ καρπόν.* Constantium Cæsarem intelligit. Hic enim primum ad regendas Gallias a patre missus fuerat. Postea vero in Orientem translatus est, ut docet Julianus in oratione I *De laudibus Constantii*, et Libanius in *Basilico*.

(60) *Βασιλικοῦ τεθρίππου.* Nihil hoc loco vidit interpres qui hunc locum ita vertit, *Porro imperii quadrifariam dispertiti jugum, quasi quatuor equis, id est, sibi, et tribus filiis Cæsaribus fortissimis imponens.* Atqui Eusebius quatuor Cæsares diserte dicit, quos quatuor equis comparat, qui uno jugo copulati imperialem currum trahebant, cui auriga præerat Constantinus. Quatuor autem Cæsares sunt Constantinus junior, Constantius et Constans Constantini imperatoris filii, et Dalmatius filius Dalmatii, de quo supra.

(61) Vulg. *τὸν ἐπὶ γῆς μόνος.* Diu me torsit hic locus. Tandem vero certissimam ejus emendationem deprehendi. Scribo igitur, Τοῦτο γὰρ τῶν ἀνθρώπων φύσει τῶν ἐπὶ γῆς μόνῃ, τῶν ἁπάντων δεδώρηται βασιλεύς, id est, *Hoc enim soli omnium quæ in terra sunt animantium homini Deus indulsit*, ut scilicet monarchiæ divinæ similitudinem exprimeret. Idem repetit Eusebius infra pag. 611, ubi enumerat beneficia, quæ genus humanum a Deo Verbo accepit: Βασιλικόν τε τοῦτο τὸ ζῶον ἀπειργάζετο, μόνον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύειν καὶ βασιλεύεσθαι, τοῦτ' εἰδέναι ἀναδείξας. At interpres pro μόνος, hoc loco legisse videtur νόμος. Sic enim vertit, *Istam enim imperii formam lex, quæ rex omnium est, humano generi tribuit.*

(62) *Νόμος γὰρ οὗτος.* Hæc de summo omnium Rege ac Deo dicuntur, qui vere lex est ac norma regiæ potestatis. Potest etiam hic legi μόνος, ut sensus sit solum Deum regiam potestatem obtinere, quippe qui solus omnibus imperet, et monarchiam obtineat. Itaque in superiore periodo scribendum videtur μόνῃ μόνος τῶν ἁπάντων δεδώρηται βασιλεύς. Neque aliter Eusebium scripsisse existimo. Sententia enim apertissima est et elegantissima, si

Digitized by Google

sorum rex, soli omnium quæ in terra sunt animantium, humano generi indulsit. Quippe hic regiæ potestatis lex est, quæ omnes unius imperio subjacere decernit. Porro imperium singulare, supra omnes status et administrationes eminet. Etenim multorum æquali inter se potestate præditorum dominatio quæ huic opposita est, turba potius ac tumultus dici debet. Proinde unus Deus, non duo tresve aut etiam plures. Nam deorum multitudo **610** Deum penitus tollit. Unus rex, ejusque sermo et regia lex una ; quæ non verbis ac syllabis enuntiatur ; nec in chartis aut tabulis perscripta, temporis longinquitate corrumpitur : sed vivus ac per se subsistens Dei Sermo ; qui omnibus qui sub ipso et post ipsum sunt, Patris regnum disponit atque ordinat. Hunc cœlestes ambiunt exercitus, et infinita angelorum millia Deo ministrantium ; turmæ item innumerabiles militiæ supra mundum positæ, et invisibilium spirituum ; qui intra cœli septa residentes, totius mundi ordinem ac dispositionem curant. Quorum omnium dux ac princeps est, regius Dei Sermo, velut quidam summi imperatoris præfectus. Hunc magistrum militiæ, magnum pontificem prophetam Patris, magni consilii nuntium ; paternæ lucis splendorem ; unigenitum Filium, aliisque hujusmodi innumeris vocabulis sacra theologorum appellant oracula. Quem quidem vivum Sermonem, legem ac sapientiam, omnisque boni complementum Pater cum constituisset, cunctis qui imperio suo subjacent, summum hoc bonum muneris loco donavit. Ille vero cuncta permanans et ubique incedens, et Patris beneficia copiose in universos extendens, usque ad ipsa quæ in terris degunt ratione prædita animalia, similitudinem regii principatus produxit ; hominis animum ad imaginem ipsius formatum divinis exornans facultatibus. Idcirco hominis animus alias quoque virtutes divina quadam derivatione participat. Solus enim sapiens est is, qui solus fortis et potens. Idem justitiæ procreator, pater rationis atque sapientiæ ; fons lucis ac vitæ ; veritatis ac virtutis dispensator : ipsius denique imperii et principatus omnis ac potestatis auctor.

βασιλικῆς ἐξουσίας, ὁ τὴν κατὰ πάντων μίαν ἀρχὴν ὁριζόμενος· μοναρχία δὲ τῆς πάντων ὑπέρκειται συστάσεώς τε καὶ διοικήσεως· ἀναρχία γὰρ μᾶλλον καὶ στάσις, ἡ ἐξ ἰσοτιμίας ἀντιπαρεξαγομένη πολυαρχία· διὸ δὴ εἷς Θεὸς, ἀλλ' οὐ δύο, οὐδὲ τρεῖς, οὐδὲ ἔτι πλείονες· ἀκριβῶς γὰρ ἄθεον τὸ πολύθεον· εἷς βασιλεὺς, καὶ ὁ τούτου λόγος καὶ νόμος βασιλικὸς εἷς (63), οὐ ῥήμασι καὶ συλλαβαῖς ἐκφωνούμενος, οὐδ' ἐν γραφαῖς καὶ στήλαις χρόνου μήκει δαπανώμενος, ζῶν δὲ καὶ ὑφεστὼς Θεὸς Λόγος, τοῖς ὑπ' αὐτὸν καὶ μετ' αὐτὸν ἅπασι τὴν τοῦ Πατρὸς διατατόμενος βασιλείαν. Στρατιαὶ δὲ τοῦτον οὐράνιοι περιπολοῦσι, μυριάδες τε ἀγγέλων Θεοῦ λειτουργῶν, πλήθη τε στρατοπεδείας ὑπερκοσμίου, τῶν τε εἴσω οὐρανοῦ πνευμάτων ἀφανῶν, τῇ τοῦ παντὸς κόσμου τάξει διακονουμένων· ὧν πάντων ὁ βασιλικὸς καθηγεῖται Λόγος, οἷά τις μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος. Ἀρχιστράτηγον αὐτὸν καὶ ἀρχιερέα μέγαν, προφήτην τε τοῦ Πατρὸς καὶ μεγάλης βουλῆς ἄγγελον, φωτός τε ἀπαύγασμα πατρικοῦ, μονογενῆ τε Υἱὸν, καὶ τούτων ἕτερα μυρία θεσπίζουσιν ἀναφωνοῦσαι θεολόγων φωναί· ὃν δὴ ζῶντα Λόγον καὶ νόμον καὶ σοφίαν, ἀγαθοῦ τε πλήρωμα παντὸς ὁ γεννήσας ὑποστησάμενος μέγιστον, ἀγαθὸν δόμα (64) τοῖς ὑπὸ τὴν βασιλείαν πᾶσιν ἐδωρήσατο· ὁ δὲ διήκων τὰ πάντα, πάντη τε ἐπιπορευόμενος. καὶ τάς τε τοῦ Πατρὸς χάριτας ἀφθόνως ἐξαπλῶν εἰς πάντας, μέχρι καὶ τῶν ἐπὶ γῆς λογικῶν, τὸ τῆς βασιλικῆς δυναστείας ἐξέτεινε μίμημα, θείαις δυνάμεσι τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ (64') πεποιημένην ἀνθρώπου ψυχὴν κατακοσμήσας· ἔνθεν αὐτῇ καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἡ κοινωνία, θείκης ἐξ ἀπορρήτου περίεστι. Μόνος μὲν γὰρ σοφὸς ὁ καὶ Θεὸς μόνος. Ὁ δ' αὐτὸς τὴν οὐσίαν ἀγαθὸς μόνος, ἰσχύι δὲ δυνατὸς αὐτὸς μόνος· καὶ γεννήτωρ μὲν αὖ τῆς δικαιοσύνης, πατὴρ δὲ λόγου καὶ σοφίας, πηγή τε φωτὸς καὶ ζωῆς, ἀληθείας τε καὶ ἀρετῆς ταμίας, καὶ δὴ βασιλείας αὐτῆς, ἀρχῆς τε πάσης καὶ ἐξουσίας καθηγεμών.

CAPUT IV.

Verum unde hominibus datum est hæc nosse ? quis hæc mortalium auribus annuntiavit ? Unde carnali linguæ id concessum est, ut res a carne et corporis mole semotas loqueretur. Quis invisibilem regem propius intuitus, has in illo dotes ac virtutes vidit ? Etenim elementa quidem affinitate cum corporibus conjuncta, et res ex iisdem elementis compositæ, corporis sensibus percipiuntur. Verum nemo unquam invisibile illud regnum quo cuncta gubernantur, corporis oculis se vidisse gloriatus est : nec mortalis natura, sapientiæ pulchritudinem est Deus. Idem solus natura bonus : solus etiam

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἀλλὰ ταῦτα πόθεν ἀνθρώποις εἰδέναι ; Τίς δ' ἀκοῇ θνητῶν ταῦτα διηκονήσατο ; Πόθεν δὲ γλώττῃ σαρκὸς, τὰ σαρκῶν ἀλλότρια καὶ σωμάτων ἀποφθέγγεσθαι ; Τίς τὸν ἀφανῆ βασιλέα διοπτεύσας, ταύτας ἐν αὐτῷ κατεῖδε δυνάμεις ; Αἰσθήσει μὲν γὰρ σωμάτων ἀδελφὰ στοιχεῖα, τά τ' ἐκ τούτων συγκρίματα καταλαμβάνεται· ἀλλ' οὐδείς πω σωμάτων ὀφθαλμοῖς τὴν κατὰ πάντων ἀφανῆ βασιλείαν ὄψει παραλαβὼν, ἐσεμνύνατο, οὐδὲ θνητὴ φύσις τὸ σοφίας κατενόησε κάλλος. Τίς δὲ σαρκῶν αἰσθήσει τὸ δικαιοσύνης ἐνεῖδε πρόσωπον ; Ἐννόμου δ' ἀρχῆς καὶ βα-

(63) Vulg. *ὁ τούτου Λόγος, καὶ νόμος βασιλικὸς εἷς*. In cod. Fuk. deest virgula, optime. Filius enim Dei est sermo seu ratio et lex Dei Patris, ut paulo post dicit Eusebius.

(64) *Μέγιστον, ἀγαθὸν δόμα*. Delenda vox ἀγαθόν, vel certe vox δόμα· alterutra enim vox vacat. Malim tamen posteriorem vocem expungere. Sic enim Eusebius infra cap. 12.— Monet Heinichen, legendum potius videri μεγίστων ἀγαθῶν δόμα. EDIT.

(64') *Τὴν εἰκόνα τὴν αὐτοῦ*. Forte τὴν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ. EDIT.

Digitized by Google

σιλικῆς ἐξουσίας πόθεν ἀνθρώποις ὑπεισῆλθεν ἔννοια; Πόθεν αὐτοκρατορικὴ δύναμις τῷ σαρκὶ καὶ αἵματι πεπιλημένῳ; Τίς δὲ τὰς ἀφανεῖς καὶ ἀσχηματίστους ἰδέας, καὶ τὴν ἀσώματον καὶ ἀσχημάτιστον οὐσίαν τοῖς ἐπὶ γῆς ἐξηγόρευσεν; Ἀλλ' ἦν ἄρα τούτων εἷς ἑρμηνεύς, ὁ διὰ πάντων ἦκων τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ τῆς ἐν ἀνθρώποις λογικῆς καὶ νοερᾶς πατὴρ οὐσίας, μόνος μὲν τῆς τοῦ Πατρὸς θεότητος ἐξημμένος, τοῖς δὲ σφετέροις ἐκγόνοις τὰς πατρικὰς ἀπορρύοις ἐπάρδων. Ἔνθεν ἅπασιν ἀνθρώποις, Ἕλλησιν ὁμοῦ καὶ βαρβάροις, οἱ κατὰ φύσιν αὐτομαθεῖς λογισμοί, ἔνθεν λόγου καὶ σοφίας ἔννοιαι, ἔνθεν φρονήσεως καὶ δικαιοσύνης σπέρματα, ἔνθεν αἱ τῶν τεχνῶν καταλήψεις, ἔνθεν ἀρετῆς ἐπιστήμη, σοφίας τε φίλον ὄνομα, καὶ σεμνὸς φιλοσόφου παιδείας ἔρως· ἔνθεν ἀγαθοῦ παντὸς καὶ καλοῦ γνῶσις, ἔνθεν αὐτοῦ φαντασία Θεοῦ, καὶ βίος θεοσεβείας ἐπάξιος, ἔνθεν ἀνθρώπῳ βασιλείας ἰσχὺς, καὶ κράτος ἄμαχον τῶν ἐπὶ γῆς ἁπάντων. Ὡς δὲ τὸν κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἐν ἀνθρώπου ψυχῇ χαρακτῆρα, λόγος ὁ τῶν λογικῶν ὑφίστη πατὴρ, βασιλικόν τε τοῦτο τὸ ζῶον ἀπειργάζετο, μόνον τῶν ἐπὶ γῆς βασιλεύειν καὶ βασιλεύεσθαι τοῦτ' εἰδέναι ἀναδείξας, προμελετᾷν τε καὶ προδιδάσκεσθαι (65) ἐνθένδε τῆς οὐρανίου βασιλείας τὴν ἐπηγγελμένην ἐλπίδα, δι' ἣν καὶ ἀφῖκται, θνητοῖς τε εἰς ὁμιλίαν ἐλθεῖν αὐτὸς ὁ τῶν παίδων οὐκ ἀπώκνει πατὴρ, τὰ δ' αὐτοῦ γεωργῶν (66) σπέρματα καὶ τὰς ἄνωθεν ἀνανεούμενος χορηγίας, οὐρανίου μεθέξειν βασιλείας, τοῖς πᾶσιν εὐηγγελίζετο, ἐκάλει τε καὶ παρεκάλει πρὸς τὴν ἄνω πορείαν εὐτρεπεῖς εἶναι, τὴν ἐπάξιον στολὴν τῆς κλήσεως παρασκευασαμένους· ἐπλήρου τε ἀῤῥήτῳ δυνάμει τὴν σύμπασαν, ὅσην ὁ ἥλιος ἐφορᾷ, τοῦ κηρύγματος, τῷ τῆς κατὰ γῆν βασιλείας μιμήματι τὴν οὐράνιον ἐκτυπούμενος, ἐφ' ἣν καὶ σπεύδειν τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων παρορμᾷ γένος, ἀγαθὴν ἐλπίδα ταύτην προβεβλημένος.

nem **611** intelligentia unquam comprehendit? Quisnam vero justitiæ vultum carnis oculis aspexit? Unde legitimi imperii et regiæ potestatis notio hominibus oblata est? Unde imperialis potentia homini ex carne et sanguine compacto? Quis invisibilem et figuræ omnis expertem formam, quis incorpoream externisque carentem lineamentis substantiam, mortalibus exposuit? Unus certe horum interpres fuit, per omnia permanans Dei Sermo. Qui rationalis et intellectualis substantiæ quæ in hominibus conspicitur, pater est ac procreator: qui cum solus Patris cohæreat divinitati, filios suos paternis effluxibus rigat. Hinc universis hominibus, Græcis pariter et barbaris, naturales sine ullius magisterio ratiocinationes: hinc rationis ac sapientiæ notiones: hinc prudentiæ ac justitiæ semina: hinc artium comprehensio: hinc virtutis scientia, et nomen philosophiæ, et venerandus amor sapientiæ: hinc omnis boni honestique cognitio: hinc ipsius Dei efficta in animo imago: et vivendi ratio divino cultui apte respondens. Hinc homini vis suppetit regia, et in cuncta quæ in terra sunt, imperium inexpugnabile. Postquam vero ratio illa rationalium parens, in hominis animo effigiem indidit ex imagine ac similitudine Dei expressam, hominemque prorsus regale animal effecit; uni ex terrenis animantibus ei tribuens, ut regnare et regnanti parere nosset; utque proludia ac procemia spei regni cœlestis quod nobis promissum est, jam tum ab hac vita auspicaretur: cujus gratia ipse advenit, et cum mortalibus versari ipse utpote filiorum pater non refugit: sua ipsemet excolens semina, et cœlestia renovans dona: cœlestis regni omnibus copiam fore annuntiavit. Cunctos item vocavit: hortatusque est ut ad illam in cœlum profectionem prompti ac parati essent, vestemque ea vocatione dignam sibi compararent. Et inexplicabili quadam virtute universum terrarum orbem qui solis radiis illustratur, prædicatione sua implevit: terreni regni similitudine exprimens regnum cœlorum. Ad quod ipse universum genus humanum incitat atque impellit; hac fiducia bonaque spe omnibus ostentata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἧς ὁ μὲν τῷ Θεῷ φίλος ἐντεῦθεν ἤδη μεθέξει, τοῖς ἐμφύτοις τῷ Θεῷ κοσμηθεὶς ἀρεταῖς, καὶ τὰς ἐκεῖθεν ἀπορρύοις τῇ ψυχῇ καταδεδεγμένος· καὶ λογικὸς μὲν ἐκ τοῦ καθόλου γεγονὼς λόγου, σοφίας δὲ μετουσίᾳ σοφὸς, ἀγαθὸς δ' ἀγαθοῦ κοινωνίᾳ, καὶ δίκαιος μετοχῇ δικαιοσύνης, σώφρων τε σωφροσύνης

CAPUT V.

Cujus quidem spei noster hic Deo charus imperator, etiam in hac vita fit particeps; quippe qui innatis virtutibus a Deo exornatus sit, et cœlestes effluxus ex illo fonte in animum derivaverit. **612** Etenim rationalis quidem est ex illa universali ratione; sapiens vero participatione divinæ sapien-

(65) Vulg. *προμελετῶν τε καὶ προδικάζεσθαι*. Scribendum puto προμελετᾶν. Sic enim Eusebius loquitur infra, ubi de Deo Verbo ita scribit: Μέτρα τε ζωῆς τοῖς τὸν θνητὸν διανύουσι βίον διαθεσμοθετήσας, προεμμελετᾶν ἐν τῷδε τὰ προοίμια τῆς ὑπὲρ τὸν νῦν αἰῶνα ζωῆς ἅπασιν ἀνθρώποις συγχεχώρηκεν. Eadem utrobique sententia est. Quippe in altero loco de regno cœlesti loquitur; in altero de vita æterna: et utriusque proludia quædam ac præexercitamenta hominibus in hac vita a divino Verbo ait esse concessa. Quare non dubito quin Eusebius ita scripserit: προμελετᾶν τε καὶ προοιμιάζεσθαι ἐνθένδε τῆς οὐρανίου βασιλείας τὴν ἐπηγγελμένην ἐλπίδα. Atque ita sensus est apertissimus. Subaudiendum est autem verbum ἀναδείξας, quod præcessit. Hæc cum multo ante scripsissem, nactus tandem Fuketianum codicem, meam conjecturam ejus auctoritate confirmatam saltem ex parte deprehendi. In eo enim legitur: προμελετᾶν τε καὶ προδιδάσκεσθαι, optime.

(66) *Τὰ δ' αὐτοῦ γεωργῶν*. Malim scribere τά τε αὐτοῦ. Porro tota hæc Eusebii pagina valde hiulca est, ob frequentiam nimiam verborum quæ in imperfecto tempore posita leguntur. Ex quo tædiosa ac morosa exsistit oratio.

Digitized by Google

tiæ, bonus bonitatis illius communione. Et justus quidem est illius participatione justitiæ; temperans ex illo temperantiæ exemplari; fortis vero divinæ virtutis beneficio. Hic ergo jure optimo imperator vocabitur, qui animum suum omnibus virtutum coloribus ac lineamentis ad cœlestis imperii similitudinem effinxit. Qui vero ab his alienus exstiterit, et qui hujus universi regem abnegaverit, nec cœlestem animorum parentem agnoverit; nec convenientem imperatori cultum atque ornatum sumpserit, sed deformitate ac turpitudine animum impleverit, et pro imperiali mansuetudine, feræ belluæ immanitatem induerit; pro liberali affectu pestiferum improbitatis venenum; pro prudentia stultitiam; denique, loco rationis ac sapientiæ, fœdissimam omnium vitiorum insipientiam; ex qua tanquam ex amara potione, perniciosa nascuntur germina; vita scilicet intemperans et perdita, cupiditates, cædes, bellum adversus Deum, impietas: qui, inquam, his omnibus vitiis mancipatus fuerit, is licet tyrannica violentia dominari interdum videatur, revera tamen imperator nunquam merito dicetur. Quo enim modo cœlestis monarchiæ similitudinem exprimeret, qui mille dæmonum falsas atque adulterinas imagines in animo suo impressas gestat? Quo pacto princeps sit et omnium dominus, is qui infinitos ac sævissimos dominos sibimet ipse asciverit? qui servus sit fœdæ libidinis, servus effusæ in mulieres insaniæ, servus pecuniæ malis artibus partæ, servus iracundiæ et furoris, servus metus ac pavoris, postremo cruentorum dæmonum, et spirituum perniciem animis creantium vile mancipium? Solus ergo imperator astipulante nobis veritatis testimonio prædicetur, hic imperator omnium Deo charissimus: qui solus liber, seu potius reipsa dominus est. Qui et pecuniarum cupiditate et mulierum amore superior est: victor voluptatum, etiam illarum quas natura permittit, qui non furori et iracundiæ succumbit, sed eos affectus in potestate habet, hic revera imperator, convenientem actibus suis appellationem sortitus; vere Victor; quippe qui de perturbationibus quæ hominum animos elidere solent, victoriam reportavit. Qui ad primitivum illud exemplar summi omnium imperatoris effictus **613** est, et effusum ex illo cœlesti exemplari virtutum splendorem in mente velut in speculo refert.

A ἰδέᾳ, καὶ τῆς ἀνωτάτω μετασχὼν δυνάμεως ἀνδρεῖος· ἀτὰρ δὴ καὶ βασιλεὺς ἀληθεῖ λόγῳ χρηματίσειεν οὗτος (67), ὁ τῆς ἐπέκεινα βασιλείας τὸ μίμημα, βασιλικαῖς ἀρεταῖς τὴν ψυχὴν μεμορφωμένος· ὁ δὲ τούτων ἀπεξενωμένος, καὶ τὸν βασιλέα τῶν ὅλων ἀπαρνηθείς, μηδὲ τὸν ἐπουράνιον ψυχῶν ἐπιγραψάμενος πατέρα, μηδὲ τὸν πρέποντα βασιλεῖ κόσμον περιθέμενος, ἀμορφίαν δὲ καὶ αἶσχος ἀναλαβὼν τῇ ψυχῇ, καὶ θηρὸς μὲν ἀγρίου θυμὸν βασιλικῆς ἡμερότητος ἀντικαταλλαξάμενος, ἰὸν δὲ δυσαλθῆ κακίας ἀντ' ἐλευθερίου διαθέσεως, μωρίαν δ' ἀντὶ φρονήσεως, καὶ ἀντὶ λόγου καὶ σοφίας τὴν παντὸς δυσειδεστάτην ἀλογίαν, ἐξ ἧς ὥσπερ ἀπὸ πικροῦ πώματος (68), τὰ λυμαντικὰ συνομαρτεῖ βλαστήματα, βίος ἄσωτος καὶ ἄσωτος (69), πλεονεξίαι, μιαιφονίαι, θεομαχίαι, δυσ-
B σέβειαι· τούτοις ἐνδοθείς, κἂν νομίζηταί ποτε τυραννικῇ βίᾳ κρατεῖν, ἀλλ' οὔπω τἀληθεῖ λόγῳ χρηματίσει βασιλεὺς οὗτος. Πῶς δ' ἂν τὸ μίμημα τῆς μοναρχικῆς ἐξουσίας οἷός τε ἂν εἴη φέρειν, ὁ μυρίας ψευδογραφουμένας δαιμόνων εἰκόνας τῇ αὐτοῦ ψυχῇ τετυπωμένος; Πῶς δ' ἀρχῶν καὶ τῶν ὅλων κύριος, ὁ μυρίους καθ' ἑαυτοῦ πικροὺς δεσπότας ἐφειλκυσμένος, καὶ δοῦλος μὲν αἰσχρᾶς ἡδονῆς, δοῦλος δ' ἀκολάστου γυναικομανίας, δοῦλος δὲ χρημάτων ἐξ ἀδίκου πορι-
C ζομένων, δοῦλος θυμοῦ καὶ ὀργῆς, δοῦλος φόβου καὶ δειμάτων, δοῦλος μιαιφόνων δαιμόνων, δοῦλος ψυχοφθόρων πνευμάτων; Διὸ δὴ μόνος ἡμῖν βασιλεὺς σὺν ἀληθείᾳ μάρτυρι κεκηρύχθω, ὁ τῷ παμβασιλεῖ θεῷ φίλος, ὁ δὴ μόνος ἐλεύθερος, μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ἀληθῶς, καὶ χρημάτων μὲν ἀνώτερος, γυναικῶν δὲ ἐπιθυμίας κρείττων, νικητὴς δὲ ἡδονῶν καὶ τῶν κατὰ φύσιν, κρατῶν δὲ θυμοῦ καὶ ὀργῆς, ἀλλ' οὐ κρατούμενος· αὐτοκράτωρ ἀληθῶς οὗτος, φερώνυμον τῇ πράξει (70) φέρων τὴν ἐπηγορίαν· Νικητὴς ἐτύμως (71), ὁ τὴν νίκην τῶν καταπαλαιόντων θνητὸν γένος παθῶν ἀράμενος· ὁ πρὸς τὴν ἀρχέτυπον τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀπεικονισμένος ἰδέαν, καὶ ταῖς ἐξ αὐτῆς τῶν ἀρετῶν αὐγαῖς, ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῇ διανοίᾳ μορφωθείς, ἐξ αὐτῶν δὲ ἀποτελεσθείς σώφρων, ἀγαθὸς, δίκαιος, ἀνδρεῖος, εὐσεβὴς, φιλόθεος· ἀληθῶς δὴ καὶ μόνος φιλόσοφος (72) βασιλεὺς οὗτος, ὁ ἑαυτὸν εἰδὼς, καὶ τὰς ἔξωθεν αὐτῷ, μᾶλλον
D δ' οὐρανόθεν ἐπαρδομένας παντὸς ἀγαθοῦ χορηγίας ἐξεπιστάμενος· ὁ τῆς μονάρχου δυναστείας τὸ σεβάσμιον πρόσρημα τῷ τῆς ἀμπεχόνης ἐξαιρέτῳ περιβλήματι διαφαίνων, καὶ τὴν πρέπουσαν αὐτῷ βασιλικὴν ἀλουργίδα μόνος ἐπαξίως ἐμπεριειλημμένος (73).

(67) Vulg. *χρηματίσει οὗτος*. Codex Fuk. χρηματίσειεν οὗτος, longe rectius.

(68) *Ὥσπερ ἀπὸ πικροῦ πώματος*. Interpres vertit, *ex qua tanquam ex amara stirpe, germina perniciosa nascuntur*. Quod procul dubio elegantius est. Neque enim πόμα et βλάστημα ullam inter se habent convenientiam. Videtur tamen Eusebius alludere hoc loco ad calicem iniquitatis, de quo in psalmis dicitur: *Bibent ex hoc omnes peccatores terræ* (*Psal.* LXXIV, 9), etc.

(69) Vulg. *καὶ σωστός*. Non dubito quin Eusebius scripserit καὶ ἄσωτος. Est enim elegans paronomasia, βίος ἄσωτος καὶ ἄσωστος, quam latina lingua exprimere non potest. In Fuketii codice desunt hæ voces καὶ σωστός.

(70) *Φερώνυμον τῇ πράξει*. Duæ ultimæ voces desunt in codice Fuketii.

(71) *Νικητὴς ἐτύμως*. Alludit ad pronomen Constantini. Nam Constantinus Victoris sibi pronomen adsciverat, ut notavi ad libros *De vita Constantini*.

(72) Vulg. *ὁ δὴ καὶ μόνος φιλόσοφος*. Codex Fuk. ἀληθῶς δὴ καὶ μόνος, rectius.

(73) *Βασιλικὴν ἀλουργίδα, μόνος ἐπαξίως ἐμπεριειλημμένος*. Quæret hic aliquis, cur Eusebius dixerit Constantinum solum regali purpura amictum fuisse. Quatuor enim tunc erant Cæsares, qui purpuram gestabant. Certe Cæsares purpuram gestasse docet Amm. Marcellinus in libro XVI, ubi narrat quomodo Constantius Julianum Cæsarem declara-

Digitized by Google

Βασιλεὺς οὗτος, ὁ νυκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν τὸν ἐπουράνιον ἀνακαλούμενος Πατέρα, ὁ τοῦτον ἐν ταῖς εὐχαῖς ἐπιβοώμενος, ὁ τῆς ἀνωτάτω βασιλείας ὀριγνώμενος· μὴ γὰρ τὰ παρόντα ἄξια τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ συνειδὼς, τὰ θνητὰ καὶ ἐπίκηρα καὶ ποταμοῦ δίκην ῥέοντα καὶ ἀπολλύμενα, τὴν ἄφθαρτον καὶ ἀσώματον τοῦ Θεοῦ βασιλείαν ποθεῖ, κἀκείνης τυχεῖν εὔχεται, διὰ μεγαλόφρονα λογισμὸν, ὑπὲρ τὴν οὐράνιον ἀψῖδα τὴν διάνοιαν μετεωρίσας, καὶ τῶν (73) ἐκεῖ φώτων ἄλεκτον πόθον ἐνεστερνισμένος· ὧν τῇ παραθέσει, σκότους οὐδὲν διαφέρειν ἡγεῖται τὰ τοῦ παρόντος βίου τίμια· τήν τε γὰρ ἀνθρώπων ἀρχὴν, θνητοῦ καὶ προσκαίρου βίου, μικρὰν καὶ ὀλιγοχρόνιον ἐπιστασίαν οὖσαν ὁρᾷ, οὐ μακρῷ κρείττονα τῆς αἰπόλων ἢ ποιμένων ἢ βουκόλων ἀρχῆς, μᾶλλον δὲ, καὶ ἐργωδεστέραν ἢ δυσκολωτέρων (74) θρεμμάτων ἡγεῖται· τάς τε τῶν δήμων ἐκβοήσεις, καὶ τὰς κολάκων φωνὰς πρὸς ὄχλου τίθεται (75) μᾶλλον ἢ πρὸς ἡδονῆς, διὰ στερρὸν ἦθος καὶ γνησίαν ψυχῆς παίδευσιν. Ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν ὑπηκόων δορυφορίαν (76), μυριάδας στρατοπέδων, ὁπλιτῶν πεζῶν τε ὁμοῦ καὶ ἱππικῶν δοῦλα καὶ ὑπήκοα πλήθη, οὐδαμῶς ὁρῶν καταπλήττεται· οὐδ' ἐπὶ τῇ τούτων ἀρχῇ τυφοῦται, στρέφων εἰς αὐτὸν τὴν διάνοιαν (77), τὴν κοινὴν ἁπάντων φύσιν καὶ παρ' ἑαυτῷ βλέπων· ἐσθῆτά γε μὴν χρυσοῦφῆ ποικίλοις ἄνθεσιν ἐξυφασμένην, ἀλουργίδα τε βασιλικὴν σὺν αὐτῷ διαδήματι, γελᾷ, τοὺς πολλοὺς θεώμενος ἐκπεπληγμένους, καὶ τὸ φάντασμα κομιδῇ νηπίων δίκην, οἷόν τι μορμολύκειον θειάζοντας· οὐδαμῶς αὐτὸς (78) τὰ ὅμοια πεπονθὼς δι' ἐπιστήμην τοῦ θείου, τῇ ψυχῇ ἀντὶ περιβλήματος, σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ, εὐσεβείᾳ τε καὶ ταῖς λοιπαῖς ἀρεταῖς πεποικιλμένον, τὸν ἐπ' ἀληθείας πρέποντα βασιλεῖ κόσμον περιτίθησιν. Ἔτι μὴν πρὸς τούτοις τὰ τριπόθητα τοῖς πολλοῖς χρήματα, χρυσὸν λέγω καὶ ἄργυρον καὶ ὅσα λίθων θαυμάζεται γένη, λίθους ἀληθῶς ὑπάρχειν ἀνωφελεῖς καὶ ἄχρηστον ὕλην, οἷα τῇ φύσει ὄντα τυγχάνει, τοιαῦτα καὶ ὄντα βλέπει, οὐδὲν πρὸς κακῶν ἀλέξημα οἷά τε ὄντα βοηθεῖν· τί γὰρ ταῦτα πρὸς νόσων ἀπαλλαγὴν, ἢ θανάτου ἀποφυγὴν ἰσχύει; Ὅμως δ' οὖν, καίπερ ταῦτα εἰδὼς ἐπιστημόνως, αὐτῶν τῇ χρήσει πρὸς εὐπρεπῆ τῶν ἀρχομένων κόσμον, ἀπαθεῖ λογισμῷ διατίθεται (79), γελῶν τοὺς

A Ex his formatus, temperans, bonus, justus, fortis, pius, amator Dei: quodque illi uni convenit, amator sapientiæ est imperator noster. Quippe qui seipsum probe novit; et qui extrinsecus, seu, ut verius dicam, cœlitus sibi concessam esse bonorum omnium affluentiam intelligit. Qui singularis imperii augustam appellationem, eximii paludamenti prærogativa demonstrat; et conveniente sibi imperiali purpura solus merito amictus est. Hic vere imperator, qui noctu atque interdiu cœlestem invocat Patrem; qui in precibus opem ejus implorat; qui cœlestis regni flagrat desiderio. Nam cum intelligat res præsentis sæculi, cum summo omnium imperatore Deo minime esse comparandas, quippe quæ mortales sint et caducæ, et amnis instar fluentes atque assidue pereuntes, idcirco corruptionis expers ac spiritale Dei regnum concupiscit. Illud regnum consequi optat ac precatur, præ animi celsitudine, supra ipsos cœli fornices mentem suam attollens, et splendentium illic luminum incredibili quodam desiderio percitus. Præ quibus tenebras esse existimat, quæcunque in hoc mundo pretiosa habentur. Nam imperium quo homines reguntur, cum nihil aliud sit quam mortalis vitæ exigua ac brevis procuratio, haud multo præstantius esse censet quam imperium capriariorum aut pastorum aut bubulcorum: sed potius difficilius et morosiori præsidens pecori. Sed et populorum acclamationes, et voces adulatorum, molestiæ potius deputat quam voluptati, ob constantiam morum et sinceram animi disciplinam. Præterea quoties subditorum obsequium; quoties innumerabiles copias, et tam peditum quam equitum agmina sibi famulantia ac dicto audientia contuetur, nequaquam admiratione percellitur, neque eam ob causam intumescit: sed mentis acie in semetipsum conversa, communem omnium hominum naturam in se quoque agnoscit. Vestem quidem auro intextam et variis floribus pictam, imperialem item purpuram una cum diademate deridet, cernens multitudinem hujusmodi rerum admiratione perculsam, et omnem hunc apparatum velut larvam quamdam more puerorum suspicientem. Verum ipse nihil hujusmodi passus,

B

C

vit. Sed responderi potest, Eusebium non dicere simpliciter Constantinum solum amictum fuisse purpura; sed solum merito purpuram gestasse. — Porro legendum nobis videtur ἐμπεριβεβλημένος pro ἐμπεριειλημμένος. Edit.

(73) Vulg. *τόν*. Correximus τῶν. Edit.

(74) Vulg. *ἢ δυσκολωτέραν*. Lego δυσκολωτέρων θρεμμάτων, quod miror interpretem non vidisse. Est enim homo omnium animalium morosissimum, et quod difficillime regitur.

(75) Vulg. *πρὸς ὄχλου τίθεσθαι*. Scribo τίθεται. ut est in cod. Fukelii. Porro interpres hanc lectionem non intellexit; quam Latine ad verbum ita possumus interpretari, *molestiæ potius deputat quam voluptati*.

(76) *Τὴν τῶν ὑπηκόων δορυφορίαν*. Scribendum videtur δωροφορίαν. Duplex enim subditorum genus hic designat Eusebius; armatos scilicet, et provinciales. Quorum hi quidem pecunias ac tributa conferunt imperatori: quod δωροφορεῖν vocat Eusebius ac Themistius; leni scilicet vocabulo rem omnium

D acerbissimam obvelans. Illi vero pecunias in stipendium accipiunt.

(77) Vulg. *στρέψων εἰς αὐτὴν τὴν διάνοιαν*. Scribendum est procul dubio εἰς αὐτόν. quod miror ab interprete animadversum non fuisse.

(78) *Οὐδαμῶς αὐτός*. Transposita hic sunt vocabula, ut cuivis apparet. Lego igitur οὐδαμῶς δ' αὐτὸς τὰ ὅμοια πεπονθὼς, ἐπιστήμην τοῦ θείου, etc. Male in Fuk. codice legitur δι' ἐπιστήμην τοῦ θείου.

(79) *Ἀπαθεῖ λογισμῷ διατίθεται*. Idem est, quod supra dixit, οὐδαμῶς τ' αὐτὸς τὰ ὅμοια πεπονθώς. Porro totus hic locus ita distinguendus atque exponendus est: Ὅμως δ' οὖν καίπερ ταῦτα εἰδὼς ἐπιστημόνως αὐτῶν τῇ χρήσει, πρὸς εὐπρεπῆ τῶν ἀρχομένων κόσμον ἀπαθεῖ λογισμῷ διατίθεται, id est, *Sed quamvis id optime norit ipso earum rerum usu edoctus, tamen erga decentem ornatum subditorum suorum nequaquam animo commovetur*. Quod idem est ac si diceret: non concupiscit opes ac divitias subditorum suorum, nec illis invidet elegantem

Digitized by Google

animum suum scientia Dei, velut **614** vestimento quodam, temperantia, justitia, pietate ac reliquis virtutibus variegato, induit; utpote cultu vero imperatori maxime conveniente. Ad hæc divitias ad quas hominum vota suspirant, aurum scilicet et argentum, et quæcunque in admiratione habentur lapidum genera; lapides revera esse intelligit prorsus inutiles, et rem sine ullo fructu. Qualia igitur ista suapte natura sunt, tanti ipse ea æstimat; nihil utique ad depulsionem malorum conducentia; quam enim vim ac virtutem hæc habent vel ad sanandos morbos, vel ad mortem propulsandam? Verum quamvis id ita esse apprimè norit, tamen ad decentem ornatum subditorum causa iis utitur; animi vigore nihil ob hæc immutato, ridens eos homines, qui ob simplicitatem atque imperitiam ista mirantur. Porro a crapula ac temulentia, et ab exquisitis cupediis, utpote quæ lurconum propriæ sint, abstinet atque abhorret, aliis ista convenire censens, non sibi. Hæc enim plurimum afferre nocumenti, et intellectui tenebras offundere, pro certo habet. His omnibus de causis imperator, rerum divinarum scientia instructus, et ingenti animo præditus, ad res præsenti vita præstantiores aspirat, cœlestem invocans Patrem; ejusque regnum omnibus votis desiderans, et cuncta cum singulari pietate faciens: universis denique imperio suo subjectis, quos velut optimus magister erudiendos suscepit, summi imperatoris ac Dei notitiam tradens.

A ταῦτα διὰ νηπιότητα φρενῶν ἐπτοημένους, κραιπάλης γε μὴν καὶ μέθης, τῆς τε περιττῆς καρυκείας, οἷα γαστριμάργοις οἰκείας, ἀπέχεται, προσήκειν ἑτέροις ταῦτα, ἀλλ' οὐχ ἑαυτῷ ὑπολαμβάνων· ζημιοῦν γὰρ τὰ μεγάλα, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς νοερὸν ἀμαυροῦν τὰ τοιαῦτα πέπεισται· τούτων δὴ ἕνεκα πάντων, ὁ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος βασιλεὺς, καὶ τὰ μεγάλα φρονῶν, τοῦ παρόντος βίου τῶν κρειττόνων ἐφίεται, τὸν Πατέρα καλῶν τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὴν ἐκείνου βασιλείαν ποθῶν, πάντα τε σὺν εὐσεβείᾳ πράττων, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτῷ ἀρχομένοις ὡς ὑπὸ διδασκάλῳ παιδευομένοις ἀγαθῷ, τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως θεογνωσίαν προβαλλόμενος.

CAPUT VI.

Porro Deus velut pignora quædam futuræ remunerationis ei in antecessum præbens, tricennales ipsi coronas tribuit, felicibus annorum circulis contextas. Jamque terdenis annorum spatiis confectis, publicas populorum, seu potius totius mundi festivitates, universis hominibus celebrare concedit. Interim vero dum mortales floribus cognitionis Dei redimiti exsultant, non absurdum fuerit cœlestes etiam choros naturæ legibus incitatos, cum terrenis pariter gaudio exsilire. Ipsumque adeo universorum regem, instar optimi patris lætitia affici credibile est, dum bonos filios Deum rite colentes videt; atque ob id maxime, principem auctoremque earum rerum, pluribus annorum curriculis honorare. Adeo ut non jam satis habeat, terdenos annorum circulos imperio ejus tribuere: sed illud in longissimum tempus, et in ultimum usque ævum producat. Ævum **615** porro integrum nec senescit unquam nec interit; ejusque nec initium nec finem mentes mortalium dispicere possunt. Sed neque centrum

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὁ δὲ τῶν ἀμοιβαίων τὰ ἐχέγγυα προμνώμενος, τριακονταετηρικοὺς αὐτῷ διανέμει στεφάνους (80), χρόνων ἀγαθοῖς περιόδοις ἀποτελεσθέντας· τριττούς τε ἤδη δεκάδων περιελθὼν κύκλους, πανδήμους, μᾶλλον δὲ (81) κοσμικὰς ἑορτὰς, πᾶσιν ἐφίησιν ἀνθρώποις ἐκτελεῖν. Τῶν δ' ἐπὶ γῆς θεογνωσίας ἄνθεσι φαιδρυνομένων, οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἂν εἴη, καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ χορείας νόμοις φύσεως ἑλκομένας, τοῖς ἐπὶ γῆς συγχαίρειν, αὐτόν τε τὸν ἐπὶ πάντων βασιλέα, πατρὸς ἀγαθοῦ δίκην, ἐφ' υἱοῖς ἀγαθοῖς θεοσεβοῦσιν εὐφραίνεσθαι, καὶ ταύτῃ μάλιστα τὸν καθηγεμόνα καὶ τῶν ἀγαθῶν αἴτιον, πολυχρονίοις γεραίρειν τιμαῖς· ὡς μὴ ἀπαρκεῖν τρεῖς ἐν δεκάσι περιόδους τῇ βασιλείᾳ, μένειν δὲ αὐτὴν (82) ἐπὶ μήκιστον, καὶ εἰς μακρὸν παραπέμπειν αἰῶνα. Αἰὼν δ' ὁ σύμπας, ἀγήρως καὶ ἀτελεύτητος, οὔτ' ἀρχῇ, οὔτε περιγραφῇ θνητῶν λογισμοῖς πεφυκὼς ὁρᾶσθαι, ἀλλ' οὐδ' ἐκ μέσου κέντρου λαμβάνεσθαι· οὐδὲ τὸ νῦν αὐτοῦ λεγόμενον (83) ἐφιεὶς τοῖς ἐθέλουσι περιδράττεσθαι, μήτι γε τὸ μέλλον (84) ἢ τὸ παρῳχηκὸς τοῦ χρόνου· τὸ μὲν γὰρ

C

cultum atque ornatum, ut facere solent principes invidi atque avari. Talis erat Valentinianus major, qui divites omnes ac bene vestitos oderat, quemadmodum refert Amm. Marcellinus. Non ita Constantinus; quippe qui et suum ipse cultum atque ornatum parvi faciebat; et subditos suos ambitioso vestium cultu ornari, non moleste ferebat. Hæc ideo pluribus exposui, quod et obscura sunt, et ab interprete non intellecta.

(80) *Τριακονταετηρικοὺς... στεφάνους.* Alludit ad coronas aureas, quas provinciales imperatoribus Romanis offerre solebant, non solum ob imperii primitias, verum etiam in quinquennalibus eorum ac decennalibus.

(81) Vulg. *πανδήμους δὲ μᾶλλον.* Nemo est, qui non videat scribendum esse, πανδήμους, μᾶλλον δὲ κοσμικὰς ἑορτάς. Ait enim Eusebius, has tricennalium festivitates, non solum populorum frequentia, sed etiam totius mundi communi lætitia celebrari. Quippe festorum alia sunt publica, alia privata. Alia urbium propria, alia totius provinciæ. Quædam totius orbis Romani, ut Kalendæ Januariæ, Natalis imperatorum, quinquennalia et similia. Certe in codice Fuketii ita scriptum reperi ut conjeceram.

(82) *Μένειν δὲ αὐτήν.* Hic locus sic mihi restituendus videtur: Ὡς μὴ ἀπαρκεῖν τρεῖς ἐν δεκάσι περιόδους τῇ βασιλείᾳ νέμειν, αὐτὴν δὲ ἐπὶ μήκιστον καὶ εἰς μακρὸν παραπέμπειν αἰῶνα. Error natus est ex voce νέμειν, quam in μένειν librarii mutarunt, proclivi errore. Quod si μένειν retinere quis vellet, tunc scribendum esset παραπέμπεσθαι.

(83) Vulg. *οὐδὲ τὸν ὑπ' αὐτοῦ λεγόμενον.* Procul dubio scribendum est: οὐδὲ τὸ νῦν αὐτοῦ λεγόμενον ἐφιεὶς τοῖς ἐθέλουσι περιδράττεσθαι. Quo modo etiam legit interpres. Hujus autem emendationis auctor est ipse Eusebius, qui paulo post ita scribit de præsenti tempore: τὸ δέ γε νῦν αὐτοῦ λεγόμενον, ἅμα νοήματι, etc.

(84) Vulg. *μή τισι τὸ μέλλον.* Interpres vertit *nedum futurum tempus aut præteritum.* Quare apparet eum legisse μήτοιγε τὸ μέλλον, optime. In codice Fuk. scribitur μή τις τὸ μέλλον. — Nos, doctissimo Heinichen assentientes, μήτι γε scripsimus. Edit.

Digitized by Google

οὐκ ἔστιν, ἤδη δὲ παρῆλθε (85)· τὸ δὲ μέλλον οὔπω πάρεστι, διὸ οὐδ' ἔστι· τὸ δέ γε νῦν αὐτοῦ λεγόμενον, ἅμα νοήματι καὶ φωνῇ, λόγου θάττον διαδιδράσκει. Οὐκ ἔστι δ' ἄλλως αὐτοῦ ἐπιλαβέσθαι, ὡς ἐστῶτος. Ἡ γὰρ τὰ μέλλοντα προσδοκᾷν, ἢ παρελθόντα συνορᾷν ἀνάγκη· ἅμα γὰρ ἐννοίᾳ διολισθαίνων, φεύγει· οὕτως ὁ σύμπας αἰὼν οὐ φέρει θνητῶν λογισμοῖς καθυποτάττεσθαι, ἀλλ' ἀναίνεται τὴν παρὰ τούτοις δουλείαν. Τὸν δ' αὐτοῦ Βασιλέα (86) καὶ Δεσπότην ὁμολογεῖν οὐ παραιτεῖται· φέρει δ' αὐτὸν ἐπὶ νώτων ὀχούμενον, ἐναβρυνόμενος τοῖς ἐξ αὐτοῦ καλλωπίσμασιν (87). Ὁ δὲ ἄνωθεν αὐτὸν ἡνιοχῶν, οὐ σειρῇ χρυσῇ κατὰ τὸ ποιητικὸν ἐνδησάμενος, σοφίας δ' ἀῤῥήτου δεσμοῖς ὥσπερ τισὶν ἡνίαις χαλινώσας, μῆνας ἐν αὐτῷ καὶ χρόνους, καιρούς τε καὶ ἐνιαυτοὺς, νυκτῶν τε καὶ ἡμερῶν ἀμοιβαῖα διαστήματα, σὺν ἁρμονίᾳ τῇ πάσῃ κατεβάλετο, ποικίλοις αὐτὸν ὅροις καὶ μέτροις περιδήσας· ὁ μὲν γὰρ εὐθυγενὴς ὢν (88), καὶ εἰς ἄπειρον ἐκτεινόμενος, τήν τε τοῦ αἰῶνος ἐπηγορίαν ὥσπερ ἀεὶ ὢν (89) εἰληφὼς, αὐτός τε αὐτοῦ ὢν τοῖς μέρεσιν ἐμφερὴς, μᾶλλον δὲ ἀμερὴς ὢν καὶ ἀδιάστατος, εἰς μόνην εὐθεῖαν μηκυνόμενος, αὔξει· ὁ δὲ μέσοις αὐτὸν διαλαβὼν τμήμασι, καὶ ὥσπερ εὐθεῖαν γραμμὴν εἰς μῆκος τεταμένην διελὼν κέντροις, πολὺ πλῆθος ἐν αὐτῷ κατεβάλετο, ἕνα τε ὄντα καὶ μονάδι παρεικασμένον, παντοίοις κατεδήσατο ἀριθμοῖς, πολύμορφον ἐξ ἀμόρφου τὴν ἐν αὐτῷ ποικιλίαν ὑποστησάμενος. Μίαν μὲν γὰρ πρώτιστα πάντων ἐν αὐτῷ τὴν ἄμορφον ὕλην, ὥσπερ τινὰ πάνδοχον οὐσίαν ὑφίστη· δεύτερον δ' ἐν ὕλῃ ποιότητα, δυνάμει δυάδος, εἶδος ἐξ ἀειδοῦς ἀπεργαζόμενος ἐποίει· τριάδος δ' ἀριθμῷ τριχῇ διαστατὸν, εἴς τε πλάτος καὶ μῆκος καὶ βάθος, σύνθετον ἐξ ὕλης (90) καὶ εἴδους σῶμα κατειργάζετο. Διττῆς δ' ἐκ δυάδος τὴν τῶν στοιχείων

suum percipi, nec tempus quod præsens nominatur comprehendi a quoquam sinit, nedum futurum aut præteritum. Hoc enim non est, quippe quod jam transiit. Futurum vero nondum adest, ac proinde non est omnino. Præsens autem quod dicitur tempus, simul cum ipsa cogitatione ac locutione imo etiam citius evolat. Prorsus vero ipsum tanquam præsens apprehendere non licet. Nam aut futura expectemus, aut præterita contemplemur, necesse est. Quippe simul cum ipsa cogitatione fugiens elabitur. Hoc igitur totum ævum, mortalium supputationibus subjici se minime patitur; sed servire illis recusat. Deum tamen Regem ac Dominum suum agnoscere non renuit; eumque dorso suo insidentem vehit, ornamentis quæ ab illo accepit, sese efferens. Ille vero e sublimi ævum regens, non aurea constrictum catena, ut est apud poetam, sed inexplicabilis sapientiæ vinculis velut habenis quibusdam vinctum ac frenatum, menses ac tempestates, annos, et dierum ac noctium alternas vices cum admirabili quodam concentu in ipso constituit; variisque terminis ac mensuris illud circumscripsit. Nam cum ævum suapte natura rectum sit; et in immensum tendens, dicaturque ævum quasi ἀεὶ ὤν, [id est, semper exsistens]; cumque ipsum suis partibus simile, aut potius partium ac distantiæ expers sit, ipsum quidem in rectum duntaxat productum augescit. Deus vero mediis ipsum segmentis dispertiens, ac velut lineam rectam in longum productam multis dividens punctis, immensam in eo multitudinem conclusit. Cumque unum esset et unitati simillimum, ille variis ipsum numeris illigavit, et ex informi multiforme illud effecit. Nam primum quidem informem materiam, quasi omnium substan-

(85) Vulg. *ὁ δὲ παρῆλθε.* Scribo ἤδη δὲ παρῆλθε. De præterito enim loquitur. Paulo post lego οὐκ ἔστι δὲ ὅλως ἐπιλαβέσθαι.

(86) *Τὸν δ' αὐτοῦ Βασιλέα.* Scribendum videtur Θεὸν δ' αὐτοῦ βασιλέα, quomodo etiam legit interpres. Alludit autem Eusebius ad locum Pauli apostoli (*I Tim.* I, 17); qui Deum vocat Regem sæculorum, Βασιλέα τῶν αἰώνων.

(87) *Τοῖς ἐξ αὐτοῦ καλλωπίσμασιν.* Dies intelligit et menses et annos, et tempestatum vicissitudines, et cætera ejusmodi, quibus Deus ævum seu sæculum exornavit.

(88) *Εὐθυγενὴς ὤν.* Lego εὐθυτενής.

(89) *Ὥσπερ ἀεὶ ὤν.* Eamdem τοῦ αἰῶνος etymologiam affert Proclus libro IV in *Timæum* Platonis, pag. 241, ubi multa de ævo juxta sententiam Platonicorum disserit. Eumdem vide in capite 53 et 54 *Institutionum Platonicarum.* At Eusebius Platonis sententiam partim sequitur, partim ab ea discedit. Cum enim ait ævum nec senescere nec interire, esse uniforme ac sui semper simile; partibus carere ac distinctione, in eo consentit cum Platone. Sed cum illud progredi dicit atque augescere; cum species ejus facit præteritum tempus, præsens ac futurum, in hoc et a Platone et a seipso dissentit. Quidquid enim progreditur et augetur, partes habeat necesse est. Apud Platonem ævum nihil aliud est quam æternitas. Ævum enim Plato facit immobile; ad cujus similitudinem tempus ait creatum esse a Deo, quod quidem definit imaginem mobilem ævi immobilis, numero atque ordine progredientem, ut legitur in *Timæo.* Recte Chalcidius in *Timæum* Platonis: *Temporis*, inquit, *proprium progredi, ævi propria mansio, semperque in idem perseveratio. Temporis item partes, dies, noctes et anni; ævi partes nullæ. Temporis item species præteritum, præsens, futurum; ævi substantia uniformis, in solo proprioque præsente.* Eusebius vero ævum accepit pro sæculo, seu potius pro tota, ut ita dixerim, massa et collectione temporum. Ait enim ὁ σύμπας αἰών. Certe in sacris litteris αἰὼν et αἰῶνες sumuntur pro tempore. Quippe tempus duobus modis accipitur. Alterum est particulare, quod singulis rebus attributum est. Alterum generale, quod non magis huic rei competit quam illi. Et hoc veteres ævum vocabant, ut docet Censorinus in libro *De die natali*, cap. 16, ubi ævum definit, *tempus unum et maximum, immensum, sine origine, sine fine, quod eodem modo semper fuit, semperque futurum est, neque ad quemquam hominum magis quam ad alterum pertinet.* Addit deinde hoc ævum in tria dividi tempora, præteritum, præsens, et futurum. In quo plane cum Eusebio nostro consentit. Idem ait etiam Marius Victorinus in librum *Rhetoricῶν* Ciceronis, cap. 75. Sed Gregorius Naz. in oratione 35 et 42, ævum sumit pro æternitate, ubi vide quæ notant Psellus et Elias Cretensis.

(90) Vulg. *σύνθετον ἐξ ὕλης ἐποίη.* Scribendum videtur σύνθετον ἐξ ὕλης ἀποίου, καὶ εἴδους σῶμα. In codice Fuketii deest vox ἐποίη, optime.

Digitized by Google

tiarum receptaculum in eo condidit ac substravit. Deinde in materia qualitatem creavit, binarii numeri potentia decorum faciens, id quod prius expers erat venustatis. Posthæc ope ternarii numeri, corpus ex materia formaque compositum, trium dimensionum capax fecit ; longitudinis scilicet, latitudinis et altitudinis. Tum ex geminato binario quaternarium elementorum numerum commentus, terram, aquam, aerem et ignem, quasi perennes **616** quosdam fontes ad hujus universi utilitatem produxit. Porro quaternarius denarium gignit. Unum enim, duo, tria et quatuor, denarium numerum absolvunt. Ternarius autem junctus cum denario, mensis spatium dedit. Mensis autem duodecim circuitionibus, solis cursum absolvit. Ex quo annorum circuli et tempestatum mutationes, informe atque omni specie carens ævum vario quasi colorum lumine distinxerunt, ad requiem et oblectationem eorum qui vitæ spatium decurrunt. Nam ut iis qui spe præmiorum impulsi, in sacris certaminibus cursu contendunt, intervalla stadiis distincta sunt : et quemadmodum longum iter ingressis, via publica mansionibus quibusdam et stadiis definita est, ne quis protracta in immensum exspectatione alacritatem animi infringat : sic plane summus omnium imperator Deus, totum ævum sapientiæ vinculis astrictum moderatur, et instar aurigæ quocunque visum est ducit. Idem ille moderator universi, ævum antea expers figuræ, colorum venustate et amœnitate florum circumvestiens ; diem quidem candore ac solis radiis illustravit : noctem vero atro colore suffundens, stellarum luminibus quasi quibusdam aureis ramentis conspersit. Quin etiam accensa luciferi face, et lunaris luminis varietate, et astrorum splendidissimo cœtu, cœlum omne tanquam ingens peplum multiplici colorum venustate exornavit. Aerem item cum e sublimi in profundum extendisset, ejusque ope totam orbis latitudinem ac longitudinem refrigerasset, omni avium genere decorari præcepit, cunctis per aerem commeantibus tam visibilibus quam invisibilibus, hoc velut immensum pelagus ad natandum aperiens. Terram denique cum in medio instar centri libravisset, Oceano circumdedit, cæruleo vestis suæ colore exsultantem. Hanc vero posteaquam domici-

A τετρακτὺν ἐπινοήσας, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, πηγὰς ἀεννάους εἰς τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς προὐβάλετο χορηγίαν· τετρακτὺς δὲ γεννᾷ δεκάδα· ἐν γὰρ, δύο, τρία, τέσσαρα, τὸν δέκα συντελοῦσιν ἀριθμόν· τριὰς δὲ συμπλακεῖσα δεκάτῃ, μηνὸς ἀνεῦρε φύσιν· μὴν δὲ τροπαῖς δώδεκα, ἡλίου περίοδον ἐπλήρου· ἔνθεν ἑνιαυτῶν κύκλοι, καιρῶν τε μεταβολαὶ, τὸν ἄμορφον καὶ ἀνείδεον αἰῶνα, ὥσπερ ἐν ποικιλίᾳ γραφῆς πολυανθοῦς, ἐμόρφουν, εἰς ἀνάπαυλαν καὶ θυμηδίαν τῶν ἐν αὐτῷ τὸν τῆς ζωῆς διιππευόντων δρόμον. Ὡς γὰρ καὶ τοῖς ἐπ' ἐλπίδι βραβείων ἐν ἀγῶνι τοὺς δρόμους διεξανύουσι, σταδίοις ὥρισται τὰ διαστήματα, τοῖς τε μακρὰς πορείας ὁδοιποροῦσι, σταθμοῖς τισι καὶ σταδίοις περιγράφεται ἡ λεωφόρος, ὡς ἂν μὴ εἰς ἄπειρόν τις τὴν προσδοκίαν ἐκτείνων ἀποκάμοι τῇ προθυμίᾳ, B τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ τὸν σύμπαντα σίῶνα σοφίας δεσμοῖς ὁ τῶν ὅλων Βασιλεὺς περιλαβὼν, ἄγει καὶ φέρει, ποικίλως ἡνιοχῶν, ᾗ καλῶς ἔχειν αὐτῷ καταφαίνεται. Ὁ δὲ αὐτὸς χρώμασιν ὡραίοις καὶ νεαρῶς ἄνθεσι τὸν πρὶν ἀσχημάτιστον ἀμφιεννὺς αἰῶνα, λευκὴν μὲν ἐφαίδρυνεν ἡμέραν ἡλίῳ, νύκτα δ' ὑποστρώσας μελαντέρῳ χρώματι, ὥσπερ τινὰ χρυσοῦφῆ ψήγματα, στίλβειν ἐν αὐτῇ τὰς τῶν ἀστέρων λαμπηδόνας ἐποίησε· φωσφόρου δ' ἐξάψας λαμπρὰς ἀκτῖνας, σελήνης τε ποικιλίαν φέγγους, ἄστρων τε συνόδους πολυαυγεῖς, τὸν σύμπαντα οὐρανὸν, οἷον μέγαν πέπλον, παντοίοις γραφῆς κάλλεσιν ἐστεφάνωσεν· ἀέρα δ' ἐκτείνας εἰς βάθος ἄνωθεν ἐξ ὕψους, πλάτη τε καὶ μήκη τοῦ σύμπαντος κόσμου τῇ τούτου ψυχώσας δυνάμει (91), πτηνοῖς ἅπασιν ἀνῆκε μορφοῦσθαι, C τοῖς δι' ἀέρος φερομένοις ἀφανέσι (92) τε καὶ ὁρωμένοις, μέγα πέλαγος ἐξαπλώσας διανήξεσθαι, γῆν δ' ἐν μέσῳ κέντρου δίκην σταθμησάμενος, ὠκεανῷ ταύτην περιέλαβε, σμαραγεῖ τε πόντος ἐπ' αὐτῇ, τῷ τῆς περιβολῆς κυανῷ χρώματι καλλωπιζομένην (93). Ταύτην δ' ἑστίαν καὶ τιθηνὸν καὶ μητέρα ζώων ἁπάντων τῶν ἐν αὐτῇ καταδείξας, ὀμβρίοις τε καὶ πηγαίοις νάμασιν ἀρδεύτας, χλοάζειν παντοίοις καὶ φυτοῖς καὶ ὡραίοις ἄνθεσιν εἰς εὔθυμον ζωῆς ἀπόλαυσιν ἐδωρήσατο· ζώων δ' ἐν αὐτῇ τὸ τιμιώτατον καὶ αὐτῷ Θεῷ φίλον κατ' εἰκόνα τὴν αὐτοῦ πλασάμενος, νοῦ καὶ ἐπιστήμης ἐπήβολον, λόγου τε καὶ σοφίας ἔγγονον, λογικὸν ἄνθρωπον, τῶν λοιπῶν ὅσα κατὰ γῆν ἕρπει καὶ νέμεται, ἀρχικῇ δυνάμει κρατεῖν, τούτῳ ἔδωκεν· D ἄνθρωπος γὰρ ἦν αὐτῷ, ζώων τῶν ἐπὶ γῆς τὸ θεοφι-

(91) *Ψυχώσας δυνάμει.* Totus hic locus sic legendus videtur : μήκη τε καὶ πλάτη τῇ τούτου ψυχώσας δυνάμει. Quomodo etiam legit interpres. Atque ita scriptum reperi in codice Fuketii.

(92) *Τοῖς δι' ἀέρος φερομένοις ἀφανέσι.* Dæmones aerios videtur intelligere, de quibus supra locutus est in principio hujus orationis. Porro tam bonos dæmonas quam malos possumus hic intelligere. Nam et boni spiritus, quos angelos vocamus, per aerem commeant, tanquam legati quidam atque interpretes, vota nostra ad Deum perferentes, et responsa nobis a Deo ac beneficia apportantes. Quod quidam etiam veteres philosophi non ignorarunt. At interpres Eusebium de piscibus hic loqui existimavit. De dæmonibus aeriis Augustinus in epist. 49 : *Quanto perniciosius est sacrificare dæmoniis, hoc est, iniquæ spiritali creaturæ quæ in hoc proximo et caliginoso cœlo inhabitans, tanquam in aereo carcere suo, prædestinata est supplicio sempiterno.* Athanasius in libro *De Incarnatione;* et ante omnes Paulus in Epistola ad Ephesios.

(93) Vulg. *κυανῷ χρώματι καλλωπιζομένη.* Scribo καλλωπιζομένην. Eleganter terram Oceano quasi viridi pallio amictam esse dicit. Sic David in psalmo CIII : *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus*, terræ scilicet, quemadmodum exponit Theodoritus et Hieronymus in caput I Aggæi. Porro verba illa *σμαραγεῖ δέ τε πόντος ἐπ' αὐτῇ* delenda sunt, utpote superflua et ab hoc loco prorsus aliena. Est autem versus Homerici clausula ex *Iliadis* secundo. In codice Fuk. legitur σμαραγεῖ τε πόντος ἐπ' αὐτῇ τῷ τῆς περιβολῆς κυανῷ χρώματι καλλωπιζομένη.

Digitized by Google

λέστατον· ᾧ καὶ τὰ τῶν ἀλόγων γένη δουλεύειν, οἷα Πατὴρ παραδέδωκεν· ἄνθρωπος, ᾧ καὶ θάλατταν πλωτὴν ἀνῆκε, καὶ γῆν παντοίοις φυτοῖς ἐστεφάνωσεν· ᾧ καὶ δυνάμεις ἐπιστημονικὰς εἰς παντοίων μαθημάτων ὑποδοχὴν ἐδωρήσατο· ᾧ καὶ τὰ ἐν βυθοῖς ἕρποντα, πτηνῶν τε τὰ μετάρσια ὑπὸ χεῖρα πεποίηται· ᾧ καὶ τὰς οὐρανίους ἐξεκάλυψε θεωρίας, δρόμους τε ἡλίου, καὶ σελήνης τροπὰς, περιόδους τε πλανήτων καὶ ἀπλανῶν ἀστέρων ἐκφήνας· ἄνθρωπος, ᾧ μόνῳ τῶν ἐπὶ γῆς, τὸν Πατέρα γινώσκειν τὸν ἐπουράνιον, καὶ τὸν μέγαν τοῦ σύμπαντος αἰῶνος βασιλέα γεραίρειν ὕμνοις διετάξατο. Ἀλλὰ γὰρ ἐπὶ τούτοις ἅπασιν ὁ κοσμοποιὸς τέτταρσιν ἐνιαυτοῦ τροπαῖς τὸν ἄτρεπτον αἰῶνα περιεζώννυ, χειμερίους μὲν ὥρας ἔαρι περιγράψας, ἔαρος δ' ἐνιαυσίων ὡρῶν ἀρχὴν (94) ἰσορρόποις ταλαντεύσας ζυγοῖς· κἄπειτα ἔαρος πολυκαρπίᾳ τὸν σύμπαντα στεφανώσας αἰῶνα, θέρους ἀκμῇ τοῦτον μεταπαραδέδωκεν (95)· εἶθ' οἷα καμάτου διαναπαύσας, ἀνεκτήσατο μετοπωρινῷ διαστήματι· ὑγραῖς δ' αὐτὸν ὄμβρων χειμερίων φοραῖς ὥσπερ τινὰ βασιλικὸν ἀποσμήχων ἵππον, καὶ τοῖς ἐξ αὐτοῦ νάμασι λαμπρὸν ἀπεργαζόμενος, τοῖς τ' ἐξ ὑετῶν αὐτάρκως πιάνας ἀρδεύμασιν, αὖθις αὐτὸν ἔαρος ἐν προθύροις ἵστησι πύλαις. Ἐνθένδε οὖν τῷ τοῦ παντὸς ἐνιαυτοῦ κύκλῳ τοιαῖσδε σοφίας ἡνίαις ὁ μέγας βασιλεὺς ὧδε περιδησάμενος τὸν αὐτοῦ αἰῶνα, ὑπὸ μείζονι φέρεσθαι διετάξατο κυβερνήτῃ (96), τῷ αὐτοῦ μονογενεῖ Λόγῳ, τῷ δὴ κοινῷ τῶν ὅλων Σωτῆρι τὰς τοῦ παντὸς παραδοὺς ἡνίας· ὁ δ' οἷα παρὰ Πατρὸς ἀγαθοῦ τὸν κλῆρον ὑποδεδεγμένος, ὁμοῦ τε τὰ πάντα ὅσα κύτος οὐρανοῦ εἴσω τε καὶ ἐκτὸς αὐτοῦ περιλαβὼν (96*) ἔχει, μιᾷ συνδησάμενος ἁρμονίᾳ, εὐθείᾳ περαίνει (97)· σὺν δίκῃ τὰ πρόσφορα τοῖς κατὰ γῆν αὐτοῦ λογικοῖς θρέμμασιν ἐπισκοπούμενος, μέτρα τε ζωῆς τοῖς τὸν θνητὸν διανύουσι βίον διαθεσμοθετήσας, προεμμελετᾷν ἐν τῷδε τὰ προοίμια τῆς ὑπὲρ τὸν νῦν αἰῶνα ζωῆς, ἅπασιν ἀνθρώποις συγκεχώρηκεν· εἶναι γὰρ, εἶναι καὶ ὑπὲρ τὸν παρόντα αἰῶνα θείαν καὶ μακαρίαν ζωὴν, καὶ τοῖς εὖ διηγωνισμένοις ἐν ἀγαθῶν ἐλπίσι τεταμιεῦσθαι ἐδίδαξε· καὶ ἐν τοῖς μὲν σωφρόνως καὶ εὐσεβῶς βεβιωκόσι, τὴν ἐνθένδε ἐπὶ τὰ κρείττω μετάβασίν τε καὶ μετοικίαν γενήσεσθαι, τοῖς δὲ ἐληλεγμένοις ἐν τῷδε, χῶρον ἀπονεῖμαι τὸν προσήκοντα. Εἶθ' ὡς ἐν ἀγῶνος ἄθλοις, παντοίους τοῖς νενικηκόσιν ἀναγορεύσας στεφάνους, ἄλλους ἐφ' ἑτέροις (98) ἀρετῶν βραβείοις στεφανοῖ, βασιλεῖ δ' ἀγαθῷ θεοσεβείᾳ κοσμησαμένῳ, μείζονα προητοιμάσθαι κηρύττει τῶν ἐπάθλων τὰ γέρα, ὧν τοῖς προοιμίοις ἐντεῦθεν ἤδη πανηγυρίζειν δίδωσιν, ἑορτῇ τελείων

lium matremque ac nutricem omnium quæ in ipsa sunt animantium effecisset, et partim pluvialibus, partim fontium aquis irrigasset; omni plantarum ac florum genere virere ad humanæ vitæ oblectationem jussit. Cumque in ea præstantissimum animali ipsique charum divinitati, ad imaginem suam formavisset; hominem scilicet, mente ac scientia præditum, et rationis ac sapientiæ fetum; principatum ei atque imperium in reliqua quæ humi serpunt et **617** pascuntur animalia, concessit. Quippe Deus hominem præ reliquis terræ animantibus amore complexus est; et tanquam Pater omne brutorum genus ejus obsequio ac ministerio deputavit. Hujus gratia mare navigabile effecit, terramque omni plantarum genere exornavit. Huic ingenium scientiis idoneum, et omnium disciplinarum capax largitus est. Huic animalia in profundo natantia, et per sublime volantes aves, in manus tradidit. Huic cœlestium rerum scientiam et contemplationem aperuit, lunæ cursus, solis conversiones, et errantium ac fixorum siderum circuitus patefecit. Huic denique soli ex omnibus quæ in terra sunt animantibus, Patrem cœlestem agnoscere, et summum totius ævi imperatorem laudibus celebrare, in mandatis dedit. Præter hæc omnia magnus ille mundi opifex, immutabile ævum quatuor anni mutationibus cinxit: hiemis quidem tempestatem terminans vere; ver autem quod anni tempestatum initium est, velut æqua lance ponderans. Deinde cum universum ævum multiplicibus veris fructibus exornasset, æstatis ardori illud tradidit. Postea vero velut laboris cessationem ac requiem concedens, autumnali intervallo ipsum refocillavit. Postremo velut regium equum, humidis hibernorum imbrium lapsibus ipsum abstergens, et ex alto fluentibus aquis politum ipsum ac splendidum reddens, et assiduis pluviarum irrigationibus pinguefaciens, rursus ipsum in veris constituit vestibulo. Ad hunc modum summus omnium imperator, cum ævum suum totius anni circulo hujusmodi divinæ sapientiæ habenis astrinxisset, præstantissimo moderatori illud regendum tradidit, unigenito scilicet Verbo, cui utpote communi omnium rerum conservatori, hujus universi habenas commisit. Ille vero, velut hæreditaria sorte ab optimo Patre accepta, cuncta quæ tam interiore quam exteriore cœli ambitu continentur, concordi inter se consensu devincions, recta progreditur; rationalibus suis alumnis qui in terris degunt, quæcunque ad ipsorum utilitatem

(94) *Ἔαρος δ' ἐνιαυσίων ὡρῶν ἀρχήν.* Malim scribere ἔαρ δέ. etc.

(95) Vulg. *τοῦτόν μεπαταρα δέδωκεν.* Videtur hic aliquid deesse quod ita supplere possumus, θέρους ἀκμῇ τοῦτο ἀμᾶσθαι παραδέδωκεν. Verum re attentius examinata nihil hic deesse censeo. Lego itaque θέρους ἀκμῇ τοῦτον παραδέδωκεν, supple τὸν αἰῶνα. Nec aliter legit interpres. In codice Fuk. legitur θέρους ἀκμῇ τοῦτον μεταπαραδέδωκεν.

(96) *Ὑπὸ μείζονι φέρεσθαι... κυβερνήτῃ.* Majorem appellat Filium, non quidem ipso Patre, sed reliquis omnibus majorem intelligens. Ac fortasse suspicetur quispiam ab Eusebio scriptum esse ὑπὸ μείονι.

(96*) *Περιλαβών.* Forte legendum περιλαβόν, ut referatur ad τὸ *κύτος*· nisi quis malit sumere κύτος οὐρανοῦ pro οὐρανός.

(97). *Εὐθείᾳ περαίνει.* Rectius in codice Fuk. scribitur εὐθέα, et post verbum περαίνει apponitur media distinctio.

(98) Vulg. *ἄλλοις ἐφ' ἑτέροις.* Non dubito quin Eusebius scripserit ἄλλους μὲν ἑτέροις ἀρετῶν βραβείοις στεφανοῖ, quam scripturam sequentia manifeste confirmant. In codice Fuk. scriptum est *ἄλλους ἐφ' ἑτέροις.*

Digitized by Google

pertinent, summa cum æquitate prospiciens. Certoque vivendi spatio mortalibus præstituto, universis hominibus concessit, ut in hac vita præstantioris cujusdam et æternæ vitæ proludiis exercerentur. Nam post hujus ævi curriculum aliam præterea **618** divinam ac beatam vitam superesse docuit; iis qui hujus vitæ certamen cum spe cœlestium bonorum obiissent, reconditam ac præparatam. Et eos quidem qui modeste ac pie vitam transegerint, hinc ad meliora migraturos : illis vero qui in hac vita scelerum convicti fuerint, congruas sedes paratas esse præmonuit. Posthæc sicut in distribuendis certaminum præmiis fieri solet, varias cujusque generis coronas victoribus clara voce pronuntians; alios quidem aliis virtutum præmiis coronat. Bono autem imperatori, qui pietatis ornamentis decoratus sit, longe majora certaminum præmia præparata esse denuntiat. Quorum quasi procœmia quædam hic celebrari permittit; festivitatem scilicet ex perfectis numeris compositam, ternariis et unitatibus triplicatis. Ac primus quidem ternarius, unitatis partus est; unitas vero numerorum mater, cunctis mensibus ac tempestatibus, annis quoque et omnibus temporum circulis præsidet. Quæ multitudinis omnis principium, fundamentum atque elementum merito dici potest μονάς a *manendo* appellata. Quippe cum omnis multitudo minuatur atque augescat pro numerorum imminutione aut adjectione, sola unitas stabilitatem ac firmitatem sortita est, ab omni multitudine et procreatis ex se numeris segregata. Ideoque indivisibilis illius et ab aliis omnibus discretæ substantiæ imaginem præfert, cujus vi ac participatione, universarum rerum natura subsistit. Unitas enim omnis numeri opifex est : quandoquidem compositione et adjectione unitatum, omnis constat multitudo. Et sine unitate quidem, numerorum substantia cogitatione comprehendi non potest. Ipsa vero extra multitudinem subsistit, longissime secreta, et omnibus numeris præstantior, cuncta faciens et constituens, ipsa vero a nullo incrementum accipiens. Hujus autem affinis est ternarius, qui nec ipse scindi nec dividi potest, primusque est numerorum qui ex paribus et imparibus compositi sunt. Nam binarius numerus par, adjuncta sibi unitate ternarium, primum numerorum imparium procreavit. Porro ternarius justitiam primus hominibus ostendit, æqualitatem docens : quippe qui principium, medium, ac finem habeat æqualia. Atque hæc mysticæ, sacrosanctæ et regiæ Trinitatis imaginem referunt; quæ

A ἐξ ἀριθμῶν συγκειμένη, τριάδων μονάδων τε τριπλασιόνων (99)· ὧν ἡ μὲν πρώτη τριὰς, μονάδος ἂν γένοιτο ἔγγονος, μονὰς δὲ μήτηρ ἀριθμῶν, μηνῶν θ' ἁπάντων καὶ ὡρῶν καὶ ἐνιαυτῶν πάσης τε χρόνων περιόδου πρεσβεύουσα ἤδη, καὶ παντὸς πλήθους ἀρχὴ, καταβολή τε καὶ στοιχεῖον, εἰκότως ἂν ῥηθείη μονὰς, παρὰ τὸ μένειν ὠνομασμένη· ὅτι δὴ μειουμένου καὶ αὐξομένου παντὸς πλήθους, κατὰ τὴν τῶν ἀριθμῶν ὑφαίρεσίν τε καὶ προσθήκην, μόνη μονὰς στάσιν καὶ μονὴν εἴληφε, μεμονωμένη πληθύος ἁπάσης, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς γεννωμένων ἀριθμῶν, φέρουσά τε εἰκόνα τῆς ἀμερίστου καὶ διακεκριμένης τῶν ἄλλων οὐσίας, ἧς δυνάμει καὶ μετοχῇ ἡ τῶν ὄντων ἁπάντων συνέστηκε φύσις. Μονὰς γὰρ παντὸς δημιουργὸς ἀριθμοῦ, ἐπείπερ κατὰ σύνθεσιν B καὶ προσθήκην μονάδων, πᾶν πλῆθος κρατύνεται· οὐδ' ἔστιν ἄλλως δίχα μονάδος, οὐσίαν ἀριθμῶν ἐπινοῆσαι· αὕτη δ' ἐκτὸς ἂν εἴη πλήθους, πορρωτάτω τε καὶ κρείττων ἀριθμοῦ παντὸς, πάντα ποιοῦσα καὶ ὑφισταμένη, τεινομένη δὲ ὑπ' οὐδενὸς πώποτε. Τριὰς δὲ ταύτῃ συγγενὴς, ἄσχιστος ὡσαύτως καὶ ἀδιαίρετος, καὶ πρώτη τῶν ἐξ ἀρτίων καὶ περιττῶν ἀριθμῶν συνεσταμένων· ἄρτιος γὰρ ὁ δύο μονάδα προσλαβών, τριάδος πρώτην περιττὴν ἐγέννησε φύσιν· πρώτη δὲ τριὰς δικαιοσύνην ἀνέδειξεν, ἰσότητος καθηγησαμένη, ὡς ἂν ἀρχὴν καὶ μεσότητα καὶ τελευτὴν ἴσην ἀπολαβοῦσα· εἰκὼν δὲ ταῦτα μυστικῆς καὶ παναγίας καὶ βασιλικῆς τριάδος· ἣ τῆς ἀνάρχου καὶ ἀγενήτου φύσεως ἠρτημένη, τῆς τῶν γενητῶν ἁπάντων οὐσίας C τὰ σπέρματα καὶ τοὺς λόγους καὶ τὰς αἰτίας ἀπείληφε. Καὶ τριάδος μὲν δύναμις, εἰκότως ἂν ἄρα παντὸς ἀρχὴ νομισθείη· δεκὰς δὲ τὸ πάντων ἀριθμῶν πέρας ἀπολαβοῦσα, μέχρις αὐτῆς τὸ πᾶν ἵστησι, πλήρης καὶ παντέλειος ὠνομασμένη εἰκότως, ἅτε δὴ πάσας ἰδέας καὶ πάντα μέτρα πάντων ἀριθμῶν, λόγων τε καὶ συμφωνιῶν καὶ ἁρμονιῶν, περιέχουσα. Μονάδες γοῦν αὐξηθεῖσαι κατὰ σύνθεσιν, τοῖς δέκα περιορίζονται· μητέρα τε ταύτην καὶ πηξαίωρον περιγραφὴν (1) κτησάμεναι, ὥσπερ ἐν περιδρόμῳ καμπτῆρα περιθέουσιν. Εἶτα κύκλον ἐργασάμεναι δεύτερον, καὶ πάλιν τρίτον καὶ τέταρτον καὶ μέχρι τῶν δέκα, τὸν ἑκατὸν ἐκ δεκάδων δέκα πληροῦσι· κἄπειτα ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνατρέχουσιν ἀφετηρίαν· κἀντεῦθεν πάλιν ἀρξάμεναι καὶ ἐπὶ τὸν δέκα προελ- D θοῦσαι, δεκάκις τε τὸν ἑκατὸν ἀμφιδραμοῦσαι, παλίσυρτοι διὰ τῶν αὐτῶν καμπτήρων μακροὺς δολιχεύουσι διαύλους, ἐξ αὐτῶν εἰς ἑαυτὰς ἀνακυκλούμεναι. Τῶν γοῦν δέκα τὸ δέκατον, μονάς· δέκα δὲ μονάδες, μίαν ἀποφαίνουσι δεκάδα· δεκὰς δὲ πέρας μονάδων, ὅρος, καὶ καμπτὴρ καταστατικός (2)·

(99) Vulg. *μονάδων δὲ τριπλασιόνων*. Prima vox deest in codice Fuk. et recte quidem, ni fallor. Sed et aliud mendum hic latet. Quare totus locus ita mihi corrigendus videtur : ἐντεῦθεν ἤδη πανηγυρίζειν δίδωσιν ἑορτῇ τελείων ἐξ ἀριθμῶν συγκειμένῃ. Δεκάδων μὲν τριπλασιόνων, τριάδων δὲ δεκαπλασιόνων. Qua emendatione nihil certius. Nam tricennalium festivitas, de qua agit Eusebius, constat ex numeris perfectis, denariis scilicet triplicatis, et ternariis decies repetitis. Quæ deinde sequuntur Eusebii verba de denario, emendationem nostram aperte confirmant.

(1) *Πηξαίωρον περιγραφήν*. Scribendum videtur καὶ πηξάωρον. Sic vocat denarium numerum, quod sit terminus ac meta numerorum. Eleganti autem translatione a circo petita, ait unitates denarium circuire quasi metam. Quare ὥσπερ ἐν περιδρόμῳ vertendum erat *tanquam in circo*. Hinc est quod carceres etiam nominat infra, cum dicit ἐπὶ τὴν πρώτην ἀνατρέχουσιν ἀφετηρίαν.

(2) *Καμπτὴρ καταστατικός*. Legendum puto

Digitized by Google

καμπτὴρ μὲν τῆς ἀπειρίας τῶν ἀριθμῶν· ὅρος δὲ καὶ τέλος μονάδων· ὁμοῦ δὲ τριὰς δεκάδι συμπλακεῖσα, τρίτον τε περιελθοῦσα τὴν τῶν δέκα κύκλων περίοδον, φυσικώτατον ἀριθμὸν γεννᾷ, τὸν τριάκοντα· ὃ γὰρ ἐν μονάσι τριὰς, τοῦτο ἐν δεκάσι τριακοντάς. Ὅρος τε πάγιος οὗτος τοῦ δευτέρου μεθ' ἥλιον μεγάλου φωστῆρος· σελήνης γοῦν περίοδος ἀπὸ συνόδου ἐπὶ σύνοδον, μηνὸς κύκλον ἀπειργάζετο· μεθ' ὃν αὖθις ἀρχὴν γενέσεως ἀπολαβοῦσα, νέου φωτὸς καὶ νέων ἡμερῶν ἀπάρχεται, τριάκοντα μὲν κοσμηθεῖσα μονάσι (3), τρισὶ δὲ τιμηθεῖσα δεκάσι, δέκα δὲ τριάσι φαιδρυνθεῖσα. Τούτοις αὐτοῖς τὰ τῆς κοσμοκρατορικῆς ἀρχῆς τοῦ Νικητοῦ βασιλέως, πρὸς τοῦ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρος τετιμημένα (4), νέων ἀρχῆς ἀγαθῶν ἐπιλαμβάνεται, τέως μὲν τριακονταετηρικὰς ἑορτὰς ἀποπληροῦντα, ἤδη δ' ἐντεῦθεν μακροτέρων ἐφαπτόμενα διαστημάτων, προμνώμενά τε μελλόντων ἀγαθῶν ἐλπίδας, ἐν οὐρανίῳ βασιλείᾳ· ἔνθα στρατιαὶ φώτων ἀπείρων ἀμφὶ τῶν (4*) πάντων βασιλέα χορεύουσιν, οὐχ ἑνὸς ἡλίου, πάντων δ' αὐτόθι τὰ φῶτα ἡλίου κρείττονα ἐπαγομένων (5), φαιδρυνομένων τε καὶ ἀποστιλβόντων τῇ αἴγλῃ τῶν τῆς ἀΐδίου πηγῆς μαρμαρυγῶν. Ἔνθα ζωὴ ψυχῆς, ἐν ἀγαθῶν ἀκηράτοις κάλλεσιν (6), ἔνθα βίος, πάσης ἐκτὸς ἀχθηδόνος, ἔνθα σώφρονος καὶ παναγίας ἡδονῆς ἀπόλαυσις, καὶ χρόνος ἄχρονος, ὁ μακραίων καὶ ἀτελεύτητος, εἰς ἀπερίγραφον τέλος μηκυνόμενος, οὐκέθ' ἡμερῶν καὶ μηνῶν διαστήμασιν, οὐδ' ἐνιαυτῶν κύκλοις, καιρῶν τε καὶ χρόνων περιόδοις ἀναμετρούμενος· μιᾷ δ' εἰς ἄπειρον ἐκτεινομένῃ ζωῇ διαρκῶν, οὐχ ὑφ' ἡλίου φωτιζομένῃ, οὐδ' ἀστέρων πλήθει καὶ σελήνης αὐγαῖς καταλαμπομένῃ, ἀλλ' αὐτὸν ἐχούσῃ φωστῆρα τὸν Θεὸν Λόγον, τὸν μονογενῆ Παῖδα τοῦ Παμβασιλέως. Παρὸ, καὶ ἥλιον αὐτὸν δικαιοσύνης, καὶ φῶς ἐπέκεινα φώτων ἁπάντων, λόγων ἀπόῤῥητοι μύουσι θεολογίαι· τοῦτον αὐτὸν δικαιοσύνης ἀκτῖσι, σοφίας τε αὐγαῖς, τὰς παμμακαρίας καταλάμπειν δυνάμεις, τάς τε εὐσεβείᾳ παρεσκευασμένας ψυχὰς ἀντὶ τῆς οὐρανίου περιφερείας τοῖς αὐτοῦ κόλποις ἀπολαβόντα, τῶν οἰκείων ἐπαγγελιῶν ἔργοις πιστοῦσθαι τὰς ὑποσχέσεις, πιστεύομεν· θητῶν δ' ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ ἀκοή τις διέγνω, ἀλλ' οὐδὲ νοῦς σάρκα ἡμφιεσμένος οἷός τε ἂν εἴη διαθρῆσαι, ἃ τοῖς εὐσεβείᾳ διακοσμησαμένοις προητοίμασται· ὥσπερ οὖν καὶ σοὶ, βασιλεῦ θεοσεβέστατε, ᾧ μόνῳ τῶν ἐξ αἰῶνος ἐντεῦθεν ἤδη τὸν ἀνθρώπειον ἀποκαθάραι βίον, αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων παμβασιλεὺς Θεὸς ἐδωρήσατο· ᾧ καὶ τὸ αὐτοῦ σωτήριον ἀνέδειξε

A cum in natura ortus ac principii experte consistat, omnium quæ ortum habent substantiarum semina, rationes, causasque in se **619** continet. Et ternarii quidem potentia, omnium rerum principium jure merito censeatur. Denarius vero finem numerorum omnium continens, cuncta ad se usque progressa sistit ac terminat : plenusque et undequaque perfectus merito appellatur, quippe qui omnes species, omnesque numerorum, rationum, concentuum et harmoniarum modos ac mensuras complectitur. Unitates certe per compositionem auctæ, denario finiuntur, et decadem matrem ac terminalem limitationem sortitæ, tanquam in circensi curriculo circa hanc metam decurrunt. Deinde secundo, tertio et quarto, usque ad decimum confecto circuitu, B centenarium numerum ex decem denariis implent. Hinc ad primos carceres reversæ, ac repetito iterum cursu ad denarium progressæ ; postquam centenarium decies circuiverint, iterum retrocedentes, circa easdem metas longissimos cursus conficiunt, a seipsis in semetipsas per gyrum redeuntes. Quippe in denario unitas, pars decima est ; decemque unitates unum efficiunt denarium. Denarius vero, terminus, finis, meta ac perfectio est unitatum; meta quidem infinitatis numerorum ; finis vero, id est, perfectio unitatum. Porro ternarius cum denario simul junctus, ubi decem circuitionum orbem peregerit, tricenarium gignit numerum maxime naturalem. Quod enim ternarius est in unitatibus, idipsum in denariis est tricenarius. Hic C etiam certus est limes magni illius luminaris, quod secundum est a sole. Quippe lunæ cursus a coitu cum sole ad proximum coitum, mensis orbem conficit : quo confecto, rursus quasi ortus initium adepta, novum lumen, novosque dies instaurat. Ac triginta quidem unitatibus, tribus vero exornatur denariis, ac ternariis decem. Iisdem dotibus a summo omnium bonorum largitore exornatum imperium Augusti nostri Victoris, et orbis terrarum domini, novorum bonorum initium sumit ; hactenus quidem tricennalium festivitatem explens ; ab hinc vero longiora jam intervalla temporum attingens, et spem futurorum bonorum in cœlesti spondens regno. Ubi non unicus sol, sed innumerabilium D luminum agmina circa summum omnium imperatorem exsultant : quorum singula sole ipso splendidiora sunt, et radiorum ex æterno fonte **620**

transpositis vocabulis, καμπτὴρ, ὅρος καταστατικός. Idem enim est quod infra dicitur ὅρος πάγιος. In codice tamen Fuk. legitur ὅρος καὶ καμπτήρ.

(3) Vulg. *τριάκοντα μὲν κοσμηθεῖσα μονάς*. Procul dubio scribendum est μονάσι, quod miror ab interprete animadversum non fuisse, cum sequentia id aperte commonstrent. Cæterum veteres lunarem mensem triginta diebus metiri solitos esse docuit etiam Eusebius supra in hac oratione, et Geminus in *Isagoge*. Emendationem porro nostram confirmat etiam codex Fuketii.

(4) Vulg. *πρὸς τοῦ πάντων ἀγαθῶν δοτῆρος τετιμημένος*. Scribendum est τετιμημένα, ut ex sequentibus ac præcedentibus manifeste colligitur. Sequitur enim ἀποπληροῦντα, ἐφαπτόμενα et προμνώμενα. Præcessit autem τὰ τῆς κοσμοκρατορικῆς ἀρχῆς. Porro hæc locutio paulo durior mihi videtur : mallemque simpliciter dicere ἡ κοσμοκρατορικὴ ἀρχὴ τετιμημένη, etc. Cæterum et hanc quoque emendationem confirmat codex Fuketii.

(4*) *Τῶν*. Forte τόν. EDIT.

(5) Vulg. *φῶτα ἡλίου κρείττονα ἐπαλομένων*. Forte ἐπαγομένων. Ita certe in codice Fuk. scriptum inveni.

(6) *Ἐν ἀγαθῶν ἀκηράτοις κάλλεσιν*. Codex Fuk. ἀκράτοις habet : forte Eusebius scripserat ἀοράτοις.

Digitized by Google

manantium fulgore illustrantur. Ubi vita est animi in bonorum incorruptibili pulchritudine, ubi vita omni molestia libera, ubi modestæ sanctæque voluptatis fruitio, tempus sine tempore, ævum longum ac finis expers et in spatia nullo termino circumscripta porrectum, nec amplius dierum ac mensium intervallis, nec annorum circulis, nec tempestatum vicibus distinctum, sed vitæ cuidam in immensum productæ sufficiens. Quæ non solis radiis nec astrorum lunæve splendore illustratur, sed luminare ipsum habet Deum Verbum, unigenitum Filium summi omnium imperatoris Dei. Quam ob causam illum solem esse justitiæ, et omnium luminum præstantissimum lumen, divinis arcanæ theologiæ sermonibus traditur. Eumdemque beatissimas illas potestates justitiæ radiis et sapientiæ splendore collustrare, et animas hominum vera pietate exornatas, non cœli ambitu, sed sinu suo accipientem: promissa sua rebus ipsis firmare atque adimplere credimus. Mortalium vero nec oculus vidit nec auris accepit; nec mens caruis mole circumdata perspicere unquam poterit, ea quæ pietate præditis hominibus sunt præparata: quæ item tibi, religiosissime imperator. Cui soli ex omnibus qui unquam exstiterunt, summus ille hujus universi imperator Deus id largitus est, ut vitam hominum perpurgares. Cui etiam salutare signum ostendit, cujus virtute cum mortem superasset, triumphum de hostibus egerat. Quod quidem victoriæ tropæum et dæmonum flagellum, cum tu simulacris erroris opposuisses, de omnibus impiis hostibus ac barbaris, ac de ipsis dæmonibus quod aliud est barbarorum genus, victoriam reportasti.

A σημεῖον, δι' οὗ τὸν θάνατον καταγωνισάμενος, τὸν κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἤγειρε θρίαμβον (7)· ὃ δὴ νικητικὸν τρόπαιον, δαιμόνων ἀποτρόπαιον, τοῖς τῆς πλάνης ἐνδάλμασιν ἀντιπαρατάξας, [τὰς] κατὰ πάντων ἀθέων πολεμίων τε καὶ βαρβάρων, ἤδη δὲ καὶ αὐτῶν βαρβάρων, ἄλλων τουτωνὶ δαιμόνων, ἦρω τὸ νῖκος (8).

CAPUT VII.

Nam cum duæ in nobis sint substantiæ sibi invicem conjunctæ, animi scilicet et corporis: quorum hoc quidem conspectui expositum est; ille ab oculis remotus; adversus utrumque eorum duo hostium ac barbarorum genera; alterum occulte; alterum palam et aperto marte aciem instruunt. Et alterum quidem corpora componit corporibus: alterum vero incorporeis cujusque modi machinis nudum hominis animum oppugnat. Porro barbari illi qui sub aspectum cadunt, velut nomades quidam feri et agrestes; qui nihil a belluis distant, in mansuetos hominum greges impetum faciunt; agros populantur; urbes in servitutem redigunt; et tanquam **621** immanes lupi ex solitudine prorumpentes, in civitatum incolas irruunt; et quoscunque potuerint interimunt. Invisibiles autem hostes, qui et barbaris omnibus crudeliores sunt, dæmones scilicet animarum corruptores, per aerem circumvolitantes, superstitionis impiæ machinis universum genus humanum sub ditionem suam redegerant: adeo ut verus Deus non amplius ab ipsis Deus haberetur; sed multiplici errore absque ullo divinitatis cultu hac illac circumferrentur. Deos enim qui nusquam et nullibi sunt, nescio unde sibi asciscentes, eum qui solus ac verus est Deus, perinde ac si non esset, nullo in pretio habuerunt. Itaque et corporum generatio ab iis pro deo culta est: et contrarium huic numen, corporum videlicet interitus ac dissolutio. Ac prior quidem ille deus, utpote generationis auctor, Veneris nomine et

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Δυοῖν γάρτοι φύσεων ἐν ἡμῖν συμπεπλεγμένων, ψυχῆς λέγω καὶ σώματος, καὶ τοῦ μὲν ὁρωμένου τοῖς πᾶσι, τοῦ δ' ἀφανοῦς καθεστῶτος, ἐπὶ τούτοις ἐναντία βάρβαρα καὶ πολέμια γένη, τὸ μὲν ἀφανῶς, τὸ δ' ἐκ τοῦ προφανοῦς, παρετάττετο· καὶ τὸ μὲν σώματα σώματι προβεβλημένον, τὸ δ' ἀσωμάτοις παμμαχίαις γυμνὴν αὐτὴν ἐπολιόρκει τὴν ἀνθρώπου ψυχήν· εἶθ' οἱ μὲν ὁρατοὶ βάρβαροι, νομάδες τινὲς (9) ἄγριοι, θηρῶν οὐδὲν διαφέροντες, ἐπὶ τὰς ἡμέρους τῶν ἀνθρώπων ἐφοίτων ἀγέλας, χώρας δηοῦντες, πόλεις ἐξανδραποδιζόμενοι, λύκων ἁπηνῶν δίκην ἐκ τῆς ἐρήμης τοῖς κατὰ πόλιν ἐπιάντες· κἄπειτα λυμαινόμενοι ὅσοις ἂν δύναιντο· οἱ δ' ἀφανεῖς ἐχθροὶ ψυχοφθόροι δαίμονες, οἱ δὴ βαρβάρων ἁπάντων ἀπηνέστεροι, ἀμφὶ τὸν ἀέρα τόνδε ποτώμενοι, πᾶν τὸ θνητὸν γένος μηχαναῖς πολυθέου κακίας ἐξηνδραποδίζοντο· ὡς μηκέτ' αὐτοῖς εἶναι θεὸν τὸν ἀληθῆ θεόν, ἀλλά τινα πολὺν καὶ ἄθεον πλάνον ἀλᾶσθαι· τοὺς γὰρ μηδαμῆ μηδαμῶς ὄντας οὐκ οἶδ' ὁπόθεν παραγαγόντες, τὸν ὄντα καὶ μόνον ἀληθῶς ὄντα, ὡς οὐκ ὄντα, πάρεργον ἐποιήσαντο. Ἔνθεν αὐτοῖς ἡ τῶν σωμάτων γένεσις ἐνομίσθη θεός, καὶ πάλιν ἄλλος ἐναντίος τούτῳ θεός, ὁ τῶν αὐτῶν διαφθορά τε καὶ λύσις. Ἀλλ' ὁ μὲν πρῶτος αὐτοῖς, ὡς ἂν γενέσεως ἀρχηγός, Ἀφροδίτης ὀργίοις ἐτιμᾶτο· ὁ δὲ δεύτερος ὡς ἂν πολὺς καὶ τοῦ θνητοῦ κατισχύων γένους, Πλούτων καὶ Θάνατος ὠνομάζετο· ὡς γὰρ μηδετέραν ἢ τὴν διὰ γενέσεως ζωὴν εἰδότες οἱ τότ' ἄνθρωποι, τὴν ταύτης αἰτίαν καὶ γένεσιν, θεὸν εἶναι ἀπέφαινον· καὶ ὡς μηκέτ' ὄντες μετὰ θάνατον, νικητὴν ἁπάντων καὶ

C

D

(7) *Ἤγειρε θρίαμβον.* Melius dixisset ἦγε [f. ἤγαγε]· non enim dicitur ἐγείρειν θρίαμβον, sed ἄγειν. De tropæo quidem recte dici potest ἐγείρειν.

(8) *Ἦρω τὸ νῖκος.* Christophorsonus legisse videtur ἦρατο νίκας, etc. Et de Christo hæc dici censuit. Ego vero re attentius examinata, hæc in secunda persona dici animadverti. Alloquitur enim Eusebius ipsum imperatorem. Certe verba illa κατὰ πάντων πολεμίων τε καὶ βαρβάρων, de imperatore hæc dici convincunt.

(9) *Νομάδες τινές.* Male interpres *pastores* vertit. Ego Græcam vocem retinere malim, aut certe *sagos* vertere. Sic enim Latini vocant barbaros, qui equis aut plaustris insidentes, hac illac circumferuntur sine tecto ac lare. Hujusmodi homines eo quod victus causa loca pascua sectarentur, νομάδες sunt dicti. Paulo post codex Fuk. habet λυμαινόμενοι ὅσους ἂν δύναιντο.

Digitized by Google

μέγαν θεὸν, τὸν Θάνατον ἀνηγόρευον· εἶθ' ὡς εὐθύ- A mysteriis honorabatur. Posterior vero utpote opibus
ναις οὐδαμῶς ὑποκείμενοι διὰ τὴν ἐκ θανάτου λύσιν, pollens, et humanum genus viribus superans, Pluto
τὰ μυρίων θανάτων ἄξια δρῶντες διῆγον, βίον τε et Orcus appellabatur. Quippe homines illius ætatis,
ἔζων ἀθίωτον, οὐ θεὸν ἐν νῷ λαμβάνοντες, οὐ θείας cum nullam aliam agnoscerent vitam præter eam
κρίσεως δικαιωτήρια προσδοκῶντες, οὐ τῆς σφῶν κα- quæ ex generatione sumit initium, ideo illius vitæ
τὰ ψυχὴν οὐσίας τὴν μνήμην ἀναζωπυροῦντες, ἐνὶ causam et ortum deum esse asseruerunt. Et cum
δὲ δεινῷ προστάτῃ τῷ Θανάτῳ χρώμενοι, καὶ τὴν ἐκ post obitum homines nihil amplius esse crederent,
τούτου τῶν σωμάτων φθορὰν (10), λύσιν τοῦ παντὸς victorem omnium et summum deum esse interitum
ἑαυτοὺς εἶναι πείσαντες, μέγαν θεὸν καὶ πλούσιον, pronuntiarunt. Deinde ob illam quæ in morte fit
παρὸ καὶ Πλούτωνα, τὸν Θάνατον ἀνηγόρευον. Καὶ dissolutionem, nulli posthac rationem se reddituros
Θάνατος ἦν αὐτοῖς θεὸς οὐ μόνος, ἀλλὰ καὶ τὰ πρὸ rati, vitam minime vitalem degere instituerunt,
τούτου τίμια, τὰ δὴ πρὸς ἡδυπαθῆ ζωὴν αὐτοῖς συμ- ejusmodi perpetrantes facinora, quæ mille mortibus
βαλλόμενα. Θεὸς γοῦν αὐτοῖς ἦν, ἡ τῶν σαρκῶν ἡδο- luenda essent. Quippe qui nec Deum animo repu-
νὴ, θεὸς ἡ τροφὴ, θεὸς ἡ τούτων βλάστη, θεὸς ἡ τῶν tarent, nec divini judicii tribunalia exspectarent,
ἀκροδρύων φυὴ, θεὸς ἡ διὰ μέθης τρυφὴ, θεὸς ὁ τῶν nec animorum suorum substantiam sibi in memo-
σωμάτων πόθος, θεὸς ἡ τούτων ἡδονή· ἔνθεν τὰ Δή- B riam revocarent : sed unum tametsi gravem et
μητρος καὶ Φερεφάττης μυστήρια, καὶ Κόρης ἁρπαγὴ acerbum patronum agnoscentes interitum, et ob
ὑπὸ Ἀϊδωνέως, καὶ πάλιν ἡ ταύτης ἀνάδοσις· ἔνθεν illo factam corporum dissolutionem, totius hominis
Διονύσου τελεταὶ, καὶ νικώμενος Ἡρακλῆς ὡς ὑπὸ internecionem esse sibi ipsis persuadentes, magnum
κρείττονος θεοῦ τῆς μέθης· ἔνθεν Ἔρωτος καὶ Ἀφρο- atque opulentum deum interitum, eamque ob cau-
δίτης ὄργια μοιχικά· ἔνθεν Ζεὺς αὐτὸς γυναικομα- sam Ditem nominarent. Deus igitur illis fuit inte-
νῶν καὶ Γανυμήδους ἐρῶν, φιληδόνων τε θεῶν καὶ ritus, non ille quidem solus, sed pro illo quæcunque
φιλοπαθῶν ἀσελγῆ μύθων ἀναπλάσματα. Τοσούτοις plurimi æstimabant, ea videlicet quæ ad mollem ac
δῆτα βέλεσι θεομάχου πλάνης, οἱ δεινοὶ βάρβαροι καὶ delicatam eorum vitam conferebant. Deus enim ab
τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων ἐχθροὶ, τοὺς ἐπὶ γῆς κατεπόνουν· illis habebatur voluptas corporis, deus nutritio,
καὶ εἶδόν γε τὸ πᾶν γένος ὑποχείριον, ὡς ἅπαν- deus germinatio, deus arborum fructus, deus
ταχοῦ γῆς, ἀθεότητος ἀνεγείραι στήλας, νεώς τε καὶ ebrietas et comessatio, deus carnalium rerum
ἱερὰ ψευδωνύμου θεολογίας καθ' ἑκάστην γωνίαν συνι- cupiditas, deus denique earumdem rerum voluptas.
στασθαι. Οἱ γοῦν τότε κρατεῖν νομιζόμενοι (11), Illinc Cereris ac Proserpinæ mysteria. Illinc raptus
τοσοῦτο καταδεδούλωντο τῇ πλάνῃ, ὡς ὁμοφύλων καὶ Proserpinæ a Plutone, ejusdemque restitutio. Illinc
συγγενῶν φόνοις τοῖς αὐτῶν καλλιερεῖν θεοῖς, καὶ τὰ C Bacchi sacrorum initiationes; **622** et Hercules a
ξίφη θήγειν κατὰ τῶν προμάχων τῆς ἀληθείας, πόλε- temulentia tanquam a potiore deo superatus. Illinc
μόν τε ἄσπονδον καὶ ἀθέους αἱρεσθαι χεῖρας, οὐ κατ' Cupidinis ac Veneris orgia adulteriis plena; hinc
ἐχθρῶν ἀλλοφύλων καὶ ἀπεξενωμένων, κατὰ δὲ τῶν Jupiter ipse in mulieres insaniens, et Ganymedis
συνεστίων καὶ φίλων, κατά τε ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν amore captus; hinc lascivarum commenta fabula-
καὶ φιλτάτων, οἳ δὴ σεμνότητι βίου, σωφροσύνῃ τε rum, de diis voluptati ac mollitiæ deditis. Tot
καὶ θεοσεβείας ἀληθοῦς ἐγχειρήμασι, τιμᾷν τὸ θεῖον igitur ac tantis impiæ superstitionis telis crudeles
καὶ σέβειν διεγνώκεσαν. Ἀλλ' οἱ μὲν, ὧδέ πη μανίᾳ barbari, Deique summi omnium imperatoris hostes,
φρενῶν, τοὺς τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων καθωσιωμένους, humanum in terris genus obruerunt, tandemque
τοῖς αὐτῶν δαίμοσι κατέσφαττον· οἱ δὲ τῆς ἀληθοῦς sub potestatem suam redegerunt, adeo ut impie-
εὐσεβείας γενναῖοι μάρτυρες, καὶ ζωῆς αὐτῆς τὸν tatis simulacra ubique terrarum ab illis erigerentur,
ὑπὲρ ἀληθείας εὐκλεῆ θάνατον προτιμᾷν μεμελετη templaque ac delubra falsæ divinitatis, in quolibet
κότες, παρ' οὐδὲν τὴν τοσαύτην ἐτίθεντο τυραννίδα· terrarum angulo exstruerentur. Quinetiam ii qui
οἷα δὲ Θεοῦ στρατιῶται, καρτερίας ἀρετῇ φραξάμενοι, tum dominari putabantur, usque adeo mancipati
πάντα τρόπον θανάτου, γέλωτα ἔθεντο· πῦρ καὶ σί- D erant huic errori, ut tribulium et necessariorum
δηρον καὶ προσηλώσεις, θῆράς τε ἀγρίους καὶ θαλάσ- suorum cæde diis istis litarent; et adversus veri-
σης βυθοὺς, ἀποτομὰς μελῶν καὶ καυτῆρας, ὀφθαλ- tatis propugnatores, gladios acuerent; bellumque
μῶν ἐξορύξεις, τοῦ παντὸς σώματος ἀκρωτηριασμοὺς, inexpiabile et impias manus, non contra alienigenas
λιμὸν ἐπὶ τούτοις καὶ μέταλλα καὶ δεσμὰ, et barbaros hostes inferrent; sed contra domesticos
παντὸς καλοῦ καὶ ἡδονῆς ἁπάσης ταῦτα γλυκίονα et cognatos, contra fratres et amicos, qui vitæ gra-
ἡγησάμενοι, δι' ἔρωτα καὶ πόθον τὸν πρὸς τὸν αὐτῶν vitate ac modestia, et institutis veræ pietatis, divi-

(10) Vulg. *καὶ τὴν ἐκ τούτων τῶν σωμάτων φθοράν*. Scribe meo periculo ἐκ τούτου, supple θανάτου. Atque ita, codex Fuk. Paulo ante Genevenses verbum omiserant, quod ex codice Fuk. ita supplevi, ἄξια δρῶντες διῆγον.

(11) *Οἱ γοῦν τότε κρατεῖν νομιζόμενοι*. His verbis Eusebius aut imperatores ipsos intelligit, qui Christianam religionem persecuti fuerant; aut certe gentiles omnes. Hi enim tunc temporis pollebant, priusquam Christiana religio totum orbem occupasset. Quemadmodum igitur Christianorum religio postea dicta est ἡ κρατοῦσα δόξα, et Christiani οἱ κρατοῦντες, ut notavi ad libros *Historiæ Ecclesiasticæ*, sic gentiles quandiu ipsorum superstitio viguit, recte dicuntur οἱ κρατοῦντες. Infra tamen cap. 9, initio, τοῖς τότε κρατοῦσι dixit pro imperatoribus.

Digitized by Google

num numen colere atque observare instituerunt. Ad hunc modum hi quidem insania perciti, viros summo omnium imperatori dicatos, quasi victimas dæmonibus suis mactabant. Illi vero utpote generosi veræ pietatis testes, et gloriosam pro veritatis defensione mortem vitæ ipsi anteponere assuefacti, tantam tyrannicæ dominationis violentiam nihili fecerunt : quin potius, sicut milites Dei decebat, tolerantiæ armis muniti, quodvis mortis genus despectui habuerunt : ignem scilicet ac ferrum, clavorum confixiones, bestias, profundos maris gurgites, abscissiones membrorum ac perustiones, effossiones oculorum, totius corporis mutilationes, famem denique et metalla ac vincula. Quæ quidem omnia ob amorem quo erga Regem suum flagrabant, omnibus bonis ac deliciis potiora esse sibi persuaserant. Mulieres quoque non minori præditæ robore quam viri, aliæ eadem quæ viri certamina subeuntes, æqualia virtutis adeptæ sunt præmia. Aliæ cum raperentur ad stuprum, vitam citius quam pudorem corporis sui prodere sustinuerunt. Sexcentæ item aliæ, cum stupri minas quas provinciarum præsides ipsis intentabant, ne auditu quidem tenus ferre potuissent, omnia tormentorum genera, et quamcunque capitalem sententiam forti animo **623** pertulerunt. Ad hunc modum summi omnium imperatoris Dei antesignani, adversus exercitum multos colentium deos fortissime decertabant. Dæmones vero utpote hostes Dei, et humanæ salutis inimici, quibusvis barbaris crudeliores, ejusmodi libationibus humani cruoris delectabantur. Eorumque adjutores et administri, talia ipsis pocula ex injustis cædibus propinabant : dirum hoc atque impium epulum, ad perniciem generis humani eis præbentes. Quæ cum ita se haberent, eorum qui opprimebantur Deus ac Dominus quid facere debuit? Utrum charissimorum hominum salutem negligere, et familiares suos hunc in modum oppugnatos despicere? Atqui nec gubernator ille prudens unquam dici posset, qui navem simul cum ipsis vectoribus mergi sineret; nec quidquam ad navigantium salutem solertia sua atque industria contulisset. Neque dux ille cautus unquam et providus diceretur, qui necessarios suos inultos atque indefensos hostibus prodidisset. Sed neque bonus pastor ovem gregis sui a reliquo agmine aberran-

βασιλέα· θηλειῶν τε ὡσαύτως νεανικαὶ ψυχαί, τῶν ἀνδρῶν οὐχ ἧττον ἠρρενωμέναι, αἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς ἀνδράσιν ἀγῶνας ὑποστᾶσαι, ἴσα τῆς ἀρετῆς ἀντενέγκαντο βραβεῖα, αἱ δ' ἐπὶ φθορᾷ τῶν σωμάτων εἰκόμεναι, θᾶττον τὴν ψυχὴν θανάτῳ, ἢ τὸ σῶμα παραδεδώκασι (12), μυρίαι τε ἄλλαι πρὸς τῶν κατ' ἔθνος ἀρχόντων, πορνείας ἀπειλὴν μηδ' ὅλως ὑπενεγκοῦσαι δεδυνημέναι, πᾶν εἶδος στρεβλωτηρίων, πᾶσάν τε ψῆφον θανατηφόρον εὐθαρσῶς ὑπέστησαν. Ἀλλ' οἱ μὲν τοῦ μεγάλου Βασιλέως πρόμαχοι, τῆς πολυθέου στρατιᾶς ὧδέ πη τοὺς ἄθλους ψυχῆς ἐρρωμένῳ λογισμῷ κατηγωνίζοντο· οἱ δ' ἐχθροὶ τῷ θεῷ, καὶ τῆς ἀνθρώπων πολέμιοι σωτηρίας, παντὸς ἀνημέρου βαρβάρου χείρους, τοιαύταις ἔχαιρον ἀνθρωπίνων αἱμάτων σπονδαῖς· οἵ τ' αὖ τούτων ὑπηρέται τοιαύτας αὐτοῖς προπόσεις ἐξ ἀδίκου μιαιφονίας προὐπινον, πικρὰν ταύτην καὶ ἀσεβῆ πανδαισίαν (13) ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ κοινοῦ γένους αὐτοῖς παρασκευάζοντες. Τούτων ὧδε ἐχόντων, τίν' ἐχρῆν τὸν τῶν καταπονουμένων βασιλέα Θεὸν διαπράξασθαι; Ἆρά γε τὴν τῶν φιλτάτων παρελθεῖν σωτηρίαν, καὶ παριδεῖν οὕτω τοὺς οἰκείους πολιορκουμένους; Ἀλλ' οὔτε κυβερνήτης οὔπω ποτ' ἂν λεχθείη (14) σοφὸς, εἰ κατὰ βυθὸν αὐτανδρον τὸ σκάφος ἐκδώσει, μηδὲν παρ' ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τῶν ἐμπλεόντων σωτηρίαν πορισάμενος· οὔτε στρατηγὸς οὔπω ποτ' ἂν γένοιτο ἀφειδὴς (15), ὡς τοὺς αὐτοῦ γνωρίμους ἀτιμωρητὶ τοῖς ἐχθροῖς παραχωρῆσαι· ἀλλ' οὐδὲ ποιμὴν ἀγαθὸς, τῆς αὐτοῦ ποίμνης τὸ πεπλανημένον ἀπαθῶς παρίδοι ἂν θρέμμα (16), ἀλλὰ τὰ μὲν εὖ ἔχοντα αὐτῷ, ἐν ἀσφαλεῖ κείμενα καταλείψει, τῆς δὲ τοῦ πεπλανημένου χάριν σωτηρίας, πᾶν ὁτιοῦν καὶ πάθοι, εἰ καὶ πρὸς θῆρας ἀγρίους συμπλακῆναι δέοι. Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀλόγου θρέμματος ἡ σπουδὴ τῷ μεγάλῳ Βασιλεῖ, τὸ δὴ πᾶν αὐτῷ τῆς οἰκείας στρατιᾶς καὶ τῶν δι' αὐτὸν πολεμουμένων χάριν, ἐσπουδάζετο· ὧν τοὺς ἀγῶνας καὶ τοὺς ὑπὲρ εὐσεβείας ἄθλους ἀποδεξάμενος, τοὺς μὲν τὴν πρὸς αὐτὸν στειλαμένους πορείαν, τοῖς παρ' αὐτῷ νικητηρίοις τιμήσας (17), ταῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγελικαῖς ἐνέγραφε χορείαις· τοὺς δ' ἐπὶ γῆν ἐφύλαττεν, εὐσεβείας ζώπυρα σπέρματα τοῖς ὀψιγόνοις, θεατὰς ἅμα τῆς κατὰ τῶν ἀσεβῶν δίκης, καὶ τῆς τῶν πεπραγμένων ἱστορίας ἐξηγητὰς γενησομένους· εἶτ' ἐπὶ τὴν ἅμιλλαν τῶν πολεμίων τὴν αὐτοῦ δεξιὰν ἐκτείνας, ὑπὸ νεύματι, τοὺς μὲν ἀθρόως ἀφανεῖς κατεστήσατο, θειλάτοις πλῆξαι προτιμωρησάμενος, αὐτούς τε ὡ-

(12) *Ἢ τὸ σῶμα παραδεδώκασι.* In libro octavo *Historiæ Ecclesiasticæ*, unde hæc pene ad verbum translata sunt, rectius legitur ἢ τὸ σῶμα τῇ φθορᾷ παραδεδώκασι.

(13) Vulg. *πικρὰν ταύτην καὶ εὐσεβῆ παιδαισίαν.* Lego ἀσεβῆ cum interprete. In Fuk. cod. scriptum est δυσσεβῆ.

(14) *Οὔτε κυβερνήτης οὔπω ποτ' ἂν λεχθείη.* Malim scribere οὔτε κυβερνήτης οὗτός ποτ' ἂν, etc. Sic in sequente periodo corrigendum puto οὔτε στρατηγὸς οὗτός ποτ' ἂν γένοιτο ἀφειδὴς, ὡς, etc., ubi οὗτος ponitur pro ἐκεῖνος.

(15) *Γένοιτο ἀφειδής.* Scio quidem ἀφειδῆ dici posse ducem qui suæ ipsius vitæ non parcit. Verum cum hæc laus militis sit potius quam ducis, ac fere in malam partem sumi soleat vox ἀφειδής, libentius hoc loco legerem εὐφειδής, id est, cautus ac providus ductor. Sic Amm. Marcellinus, de Corbulone celeberrimo Romanorum duce loquens, ait, *Provinciarum fidus defensor et cautus.* Si quis tamen vulgatam lectionem retinere malit, equidem non repugnaverim.

(16) Vulg. *παρίδοι ἀνδρέμμα.* Facilis erat hujus loci correctio. Quis enim non videt scribendum esse παρίδοι ἂν θρέμμα, quomodo etiam in codice Fuk. scriptum reperi.

(17) Vulg. *τοῖς παρ' αὐτῶν νικητηρίοις τιμήσας.* Lego παρ' αὐτῷ, ut loqui solet Eusebius. Paulo post legendum est ἐξηγηταὶ γενησόμενοι. Utramque emendationem confirmat codex Fuk.

Digitized by Google

χείοις χείλεσι, τὴν παλινῳδίαν τῆς τῶν πεπλημμελη- A
μένων σφίσιν αὐτοῖς, καὶ μὴ βουλομένοις, ἄσαι κατ-
αναγκάσας· τοὺς δ' ἀπὸ χθονὸς ἤγειρεν, ὑψώσας
τοὺς πάλαι ταπεινοὺς καὶ πρὸς ἁπάντων ἀπεγνω-
σμένους. Καὶ τοῦθ' ὁ μέγας Βασιλεὺς οὐρανόθεν ἐνήρ-
γει, ὁπλίτην ἅμαχον τὸν αὐτοῦ θεράποντα προστησά-
μενος· χαίρει γὰρ ὧδε προσφωνούμενος εὐσεβείας
ὑπερβολῇ βασιλεύς· ὃν δὴ νικητὴν παντὸς τοῦ τῶν
πολεμίων ἀπέφηνε γένους, ἕνα κατὰ πολλῶν ἐγεί-
ρας· οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρίοι, πολλοί τε πολλῶν,
ἅτε δαιμόνων (18) φίλοι, μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἦσαν,
ὅθεν οὐδ' εἰσίν (19)· ὁ δ' ἐξ ἑνὸς εἷς βασιλεὺς, εἰκὼν
ἑνὸς τοῦ παμβασιλέως· καὶ οἱ μὲν, ἀθέῳ ψυχῇ, τοὺς
εὐσεβεῖς ἄνδρας μιαιφόνοις ἀνῄρουν σφαγαῖς· ὁ δὲ,
τὸν αὐτοῦ Σωτῆρα μιμούμενος, καὶ μόνον σώζειν εἰ-
δὼς, καὶ τοὺς ἀθέους ἔσωζεν, εὐσεβεῖν διδάσκων.
Εἶθ', οἷα νικητὴς ἀληθῶς, τὸ διττὸν ἐκεῖνο βαρβάρων
ἑνίκα γένος, ἀνδρῶν μὲν τὰ ἀνήμερα φῦλα λογικαῖς
ἐξημερῶν πρεσβείαις, καὶ τοὺς κρείττονας εἰδέναι
καὶ μὴ ἀγνοεῖν ἐπαναγκάζων, ἐξ ἀνόμου τε καὶ θη-
ριώδους βίου ἐπὶ τὸ λογικὸν καὶ νομικὸν μεθαρμοζό-
μενος, τὸ δ' ἀπηνὲς καὶ ἀπηγριωμένον τῆς ἀφανοῦς
δαιμόνων φύσεως, ἔργοις αὐτοῖς ἀπελέγχων, ὑπὸ τοῦ
κρείττονος πάλαι νενικημένον (20). Ὁ μὲν γὰρ κοι-
νὸς τῶν ὅλων Σωτὴρ τοὺς ἀφανεῖς ἀφανῶς ἡμύνατο,
ὁ δ' οἷα μεγάλου βασιλέως ὕπαρχος, τοῖς νενικημέ-
νοις ἐπεξῄει (21), τοὺς πάλαι νεκροὺς καὶ ἀπολωλό-
τας σκυλεύων, καὶ τὰ λάφυρα διανέμων ἀφθόνως τοῖς
τοῦ νικητοῦ στρατιώταις.

tem, absque ullo doloris sensu neglexerit; quin potius cæteris omnibus quibus bene est, in tuto relictis, unius ejus quæ aberravit, servandæ causa nihil non libentissime passurus sit; paratus etiam cum immanibus bestiis, si opus esset, decernere. Enim vero summus omnium moderator, non de ove rationis experte laborabat: sed pro exercitu suo, pro his qui ipsius causa oppugnabantur, omni cura ac studio satagebat. Quorum certamina et pro pietate exantlatos labores cum judicio suo comprobasset, eos quidem qui jam ad ipsum migrassent, triumphalibus apud se ornamentis decoratos, cœlestibus angelorum choris ascripserat. Alios vero velut rediviva quædam pietatis semina, adhuc in terra servavit ad posteros, ut et sumpti de impiis B supplicii spectatores, et rerum gestarum quas ipsi suis oculis aspexissent, narrationes exsisterent. Posthæc cum ad ulciscendos hostes brachium suum extendere cœpisset, ipso statim nutu illos quidem repente e medio sustulit, et cœlitus inflictis verberibus prius excruciatos, palinodiam scelerum suorum suo ipsius ore canere, vel invitos coegit. Hos vero qui humiles erant et abjecti, et ab omnibus propemodum deplorati, Deus ab humo in sublime fastigium extulit. Atque id summus omnium imperator Deus cœlitus **624** perpetravit, cum famulum suum quasi quemdam invictum militem, in medium produxisset. Gaudet enim imperator noster C ob eximiam pietatem, Dei famulus appellari. Quem quidem Deus omnium cujusque generis hostium victorem præstitit, cum illum solum contra plurimos excitasset. Nam illi quidem erant innumerabiles; multique, utpote multorum dæmonum amici. Imo vero nihil erant, ideoque in præsentia nihil sunt. Hic autem unus ex uno imperator, unius Dei summi omnium imperatoris effigiem gerit. Illi animis impiis præditi, pios viros cruentis cædibus sustulerunt, hic Servatoris sui exemplum imitatus: nec quidquam aliud quam servare homines callens, ipsos etiam impios servavit, ad veram pietatem eos instituens. Deinde vero, utpote revera victor, duplex illud barbarorum genus superavit: homines quidem ipsos barbarica feritate præditos, prudentibus legationibus mansuefaciens, cogensque potioribus sese submittere, et ab illegitima ac belluina vivendi ratione eos ad civilem humanioremque traducens. Illud vero crudele atque efferatum invisibilium dæmonum genus, rebus ipsis convinceus, jampridem a Deo fuisse superatum. Nam communis quidem omnium Servator, invisibiles spiritus invisibili quadam virtute profligaverat. Hic vero tan-

(18) Vulg. *ἅτε κατὰ δαιμόνων*. Hic locus corruptus est: quem ita restituendum esse existimo: Οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρίοι, πολλοί τε πολλῶν ἅτε δαιμόνων καὶ αὐτῶν φίλοι, id est: *Nam illi quidem erant prope innumerabiles, multique utpote multorum dæmonum atque ipsorum amici.* Vocem κατά expunxi, quippe quæ e superiore linea huc irrepserat. Ac per illos quidem innumerabiles, adversus quos Deus unum Constantinum excitavit, intelligit Eusebius Maxentium, Maximianum Herculium, Maximinum et Licinium; quibus adjungi potest Diocletianus et Galerius. Per illos autem multos dæmonum simul atque ipsorum amicos, intelligit præsides ac rectores provinciarum, et militiæ duces; qui ut imperatoribus gratificarentur, Christianos ubique vexabant. Potest etiam scribi, ἅτε ἐκ δαιμόνων καὶ αὐτῶν φίλοι, alio sensu, id est, *multi utpote ex multis dæmonibus orti, eorumque dæmonum amici.* Qui sensus verior videtur. Respondet enim iis quæ sequuntur ὁ δ' ἐξ ἑνὸς εἷς, etc. Alludit autem Eusebius ad illud Evangelii: *Vos ex patre diabolo estis* (*Joan.* VIII, 44). In codice Fuk. ita legitur hic locus, οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μύριοι, πολλοί τε πολλῶν ἅτε φίλοι δαιμόνων. Quæ lectio et simplicior est et verior.

(19) *Μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἦσαν, ὅθεν οὐδ' εἰσίν.* D Imitatus hic esse videtur Eusebius Dionysium Alexandrinum, qui in epistola Paschali de Macriani tyrannide ita loquitur, ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν, etc., quæ leguntur in lib. VII *Historiæ Ecclesiasticæ*, cap. 23.

(20) *Ἀπελέγχων ὑπὸ τοῦ κρείττονος πάλαι νενικημένον.* Interpres post verbum ἀπελέγχων distinctionem apposuit vertitque, *reipsa coarguit re pressitque utpote quod jam olim fuisset ab ipso Deo superatum.* Ego vero sublata distinctione interpretatus sum, *rebus ipsis convincens, jampridem a Deo fuisse superatum.* Lector igitur utram maluerit interpretationem eliget. Parum enim interest. Quomodo autem rebus ipsis Constantinus dæmones superatos convicerit, declarat statim Eusebius, cum ait eorum delubra a Constantino esse spoliata, et Christianis donata.

(21) Vulg. *τοῖς νενικημένοις ὑπεξῄει.* Scribendum est ἐπεξῄει.

Digitized by Google

quam summi imperatoris legatus, victos persecutus est : eos qui jamdudum mortui consumptique essent, spolians : et victoris Dei militibus manubias abunde distribuens.

CAPUT VIII.

Nam cum imperitam hominum multitudinem instar infantium, hujusmodi erroris larvas ex auro argentoque fabrefactas frustra expavescere intelligeret, eas e medio tollendas esse censuit : quippe quæ velut offendicula quædam essent, ante hominum in tenebris incedentium pedes projecta, planumque deinceps et æquabile iter viæ regiæ cunctis esse aperiendum. Quæ cum apud se reputasset, non militum manu, nec exercituum multitudine ad hæc reprimenda sibi opus esse existimavit : sed unus et alter ex familiaribus, ad hoc munus obeundum ei suffecit : quos ille solo duntaxat nutu in omnes provincias direxit. At illi tum imperatoris pietate, tum sua ipsorum erga Deum religione confisi, per confertissimas hominum turbas et per numerosam plebem transeuntes, passim per urbes et agros vetusti erroris latebras pervestigarunt. Ac primum quidem sacerdotes ipsos non sine risu ac dedecore ex obscuris quibusdam **625** recessibus deos suos proferre jubebant. Dehinc eosdem deos exteriore cultu nudantes, interiorem deformitatem quæ sub picta latebat effigie, omnium conspectui subjiciebant. Postremo abrasa utiliore materia, et in ignem conjecta atque conflata, ipsi quidem id quod commodum ac necessarium esse videbatur, sepositum reservabant. Quidquid vero superfluum ac prorsus inutile erat, ad perpetuam opprobrii memoriam superstitiosis reliquerunt. Aliud quid etiam huic simile præstitit princeps omni admiratione dignus. Eodem enim tempore quo mortuorum simulacra ex pretiosa materia confecta, eo quem diximus modo, spoliabantur, cætera quæ ex ære fabrefacta erant, convehenda curavit. Itaque dii illi anilibus Græcorum fabulis celebrati, circumjectis retibus vincti abducebantur. Posthæc imperator velut splendidissimam facem ex specula quadam attollens, undique regalibus oculis circumspicere cœpit, sicubi abditæ adhuc erroris reliquiæ superessent. Ac veluti aquila quædam acutissimo visu prædita, cum pennis in cœlum usque subvecta est, ea quæ in terris sunt longissimo intervallo distantia, ex sublimi facillime dispicit : sic ille, dum in pulcherrimæ urbis suæ palatio versatur, exitialem quamdam animarum decipulam in Phœnice latere, tanquam e specula prospexit. Lucus hic erat ac delubrum, quod non in media urbe, nec in foro aut plateis positum erat, cujusmodi multa visuntur in civitatibus, ornamenti causa ambitiose constructa : sed devium, procul a triviis et publico calle, fœdissimo dæmoni quem Venerem appellant, in parte verticis Libani montis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Ἐπειδὴ γὰρ συνεῖδε μάτην δειμαίνοντα νηπίων δίκην ἀφρόνων τὰ πλήθη, τῆς πλάνης τὰ μορμολύκεια, ὕλῃ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου πεποιημένα, καὶ ταῦτα ἐκποδὼν ᾠετο δεῖν ἄρασθαι, ὥσπερ τινὰ λίθων ἐγκόμματα, τοῖς ἐν σκότῳ βαδίζουσι πρὸ τῶν ποδῶν ἐρριμμένα, λεῖάν τε καὶ ὁμαλὴν τοῦ λοιποῦ τὴν βασιλικὴν τοῖς πᾶσιν (22) ἀναπετάσαι πορείαν· ταῦτ' οὖν διανοηθεὶς, οὐχ ὁπλιτῶν αὐτῷ καὶ πλήθους στρατοπεδίας ἠγήσατο δεῖν πρὸς τὸν τούτων ἔλεγχον, εἷς δὲ μόνος αὐτῷ καὶ δεύτερος τῶν αὐτοῦ γνωρίμων, πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν ἀπήρκουν· οὓς ἐνὶ νεύματι, κατὰ πᾶν ἔθνος διεπέμπετο· οἱ δ' εὐσεβείᾳ πίσυνοι μυριάνδρων δήμων τε καὶ λαῶν μέσον παριόντες, ἀνὰ πάσας πόλεις τε καὶ χώρας, πολυχρονίου πλάνης ἐποιοῦντο φωρὰν (23), αὐτοὺς τοὺς ἱερωμένους σὺν πολλῷ γέλωτι καὶ σὺν αἰσχύνῃ παράγειν εἰς φῶς ἐκ σκοτίων μυχῶν τοὺς αὐτῶν θεούς, παρακελευόμενοι· κἄπειτα ἀπογυμνοῦντες τοῦ φάσματος, καὶ τὴν εἴσω τῆς ἐπικεχρωσμένης μορφῆς ἀμορφίαν τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐνδεικνύμενοι, εἶτ' ἀποξέοντες τὸ δοκοῦν χρήσιμον τῆς ὕλης, χωνείᾳ τε καὶ πυρὶ δοκιμάζοντες, τὸ μὲν λυσιτελὲς (24) καὶ ὅσον αὐτοῖς ἀναγκαῖον ἐνομίζετο, ἐν ἀσφαλεῖ τιθέμενοι, συνεῖχον, τὸ δ' ἄλλως περιττὸν καὶ ἄχρηστον, εἰς μνήμην αἰσχύνης παρεχώρουν τοῖς δεισιδαίμοσιν. Οἷον δὲ καὶ τόδ' ἔρεξε βασιλεὺς ὁ θαυμάσιος· ὡς γὰρ καὶ τῶν νεκρῶν εἰδώλων τὰ τῆς πολυτελοῦς ὕλης τὸν ἀποδοθέντα τρόπον ἐσκυλεύετο, τὰ λοιπὰ μετῆει ἀνδρείκελα χαλκοῦ πεποιημένα· δέσμιοι δῆτα καὶ οἵ γε μύθων θεοὶ γεγηρακότων, τριχῶν ὑφάσμασιν ἦγοντο περιδεδεμένοι· κἀπὶ τούτοις ὁ μέγας βασιλεὺς ὥσπερ τινὰ πολυφεγγῆ πυρσὸν ἐξάψας, μή πη λανθάνοι κρύφιόν τι πλάνης λεῖψανον, ὄμματι βασιλικῷ περιεσκόπει· οἷα δέ τις οὐρανοπετὴς ἀετῶν ὀξυωπέστατος, ἄνωθεν ἀφ' ὑψηλοῦ τὰ πορρωτάτω διεστῶτα κατὰ γῆς ἴδοι, ὧδε καὶ αὐτὸς τῆς αὐτοῦ καλλιπόλεως τὴν βασιλικὴν ἀμφιπολεύων ἑστίαν, δεινόν τι ψυχῶν θήρατρον ἐπὶ τοῦ Φοινίκων λανθάνον ἔθνους, ἐξ ἀπόπτου συνεῖδεν· ἄλσος δὲ τοῦτ' ἦν καὶ τέμενος, οὐκ ἐν μέσαις πόλεσιν, οὐδ' ἐν ἀγοραῖς καὶ πλατείαις, ὁποῖα τὰ πολλὰ κόσμου χάριν ταῖς πόλεσι φιλοτιμεῖται. Τὸ δὲ ἦν ἔξω πάτου τριόδων τε καὶ λεωφόρων, αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτῃ, ἐπ' ἀκρωρείας μέρει τοῦ Λιβάνου καθιδρυμένον. Σχολή τις ἦν αὕτη κακοεργίας ἅπασιν ἀκολάστοις, πολλῇ τε ῥαστώνῃ διεφθορόσι τὰ σώματα. Γύνιδες γοῦν τινες ἄνδρες, οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ τὴν δαίμονα ἱλεοῦντο, γυναικῶν τε αὖ παράνομοι ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί τε φθοραὶ, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπίῤῥητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀπροστάτῃ χώρῳ κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἐπεχείρουν· ἔφορός τε οὐδεὶς ἦν τῶν πραττομένων, τῷ μηδένα

(22) Vulg. *καὶ ὁμαλὴν... τοῖς πάλιν*. Scribendum est τοῖς πᾶσιν ex codice Fuk. et ex libro *De vita Constantini*, ubi hæc ad verbum leguntur.

(23) Vulg. *φῶραι*. Procul dubio scribendum est φωράν. Atque ita quoque emendandum est in libro III *De vita Constantini*, ubi φθοράν legitur. In codice Fuk. scribitur φῶρας.

(24) Vulg. *τὸ μὲν γὰρ λυσιτελές*. Vox γάρ delenda est, quam nec codex Fuk. agnoscit.

Digitized by Google

σεμνῶν αὐτόθι τολμᾷν παριέναι. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ βασιλέα τὸν μέγαν ἦν τὰ τῇδε δρώμενα λανθάνειν, αὐτοπτήσας δὲ ταῦτα βασιλικῇ προμηθείᾳ, οὐκ ἄξιον εἶναι ἡλίου αὐτοῦ τὸν τοιόνδε νεὼν ἔκρινεν, αὐτοῖς δὲ ἀφιερώμασιν ἐκ βάθρων τὸ πᾶν ἀφανισθῆναι κελεύει· ἤλυτο δῆτα αὐτίκα βασιλικῷ νεύματι, τὰ τῆς ἀκολάστου πλάνης μηχανήματα, χείρ τε στρατιωτικὴ τῇ τοῦ τόπου καθάρσει διηκονεῖτο· σωφρονεῖν δ' ἐμάνθανον ἀπειλῇ βασιλέως, οἱ μέχρι τοῦδε ἀκόλαστοι. Ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὰ τῆς λαοπλάνου φάσματα κακίας ἐμφανῆ τοῖς πᾶσι καταστησάμενος (25) βασιλεὺς, τὸν αὐτοῦ Σωτῆρα τοῖς πᾶσιν ἀνεκήρυττεν· οὐκ ἦν τε ἀρωγὸς οὐδεὶς, οὐδ' ἐπαμύνων τοῖς ἐαλωκόσιν, οὐ δαίμων, οὐ θεὸς, οὐ χρησμῳδὸς, οὐ μάντις· οὐδὲ γὰρ ἔτι σκοτίῳ ζόφῳ αἱ τῶν ἀνθρώπων ἐκαλινδοῦντο ψυχαὶ, θεοσεβείας δὲ ἁπλανοῦς ἀκτῖσι πεφωτισμέναι, τοῖς μὲν αὐτῶν προπάτορσι κατεμέμφοντο ἀγνωσίαν, ἠλέουν τε αὐτοὺς τῆς ἀβλεψίας, σφᾶς δὲ αὐτὰς μακαρίας ἀπέφαινον, ὡς ἂν δεινῆς ἠλευθερωμέναι πλάνης. Οὕτω δῆτα ἐν βραχεῖ (26), Θεοῦ μεγάλου βουλῇ, βασιλέως τε ὑπουργίᾳ, πᾶν τὸ τῶν ἐχθρῶν καὶ πολεμίων, ὁρωμένων τε καὶ ἀφανῶν, ἀνῄρητο γένος, εἰρήνη τε λοιπὸν ἀγαθὴ καὶ κουροτρόφος τὸ πάντων ἀνθρώπων διελάμβανεν οἰκητήριον· καὶ οὐκ ἔτ' ἦσαν πόλεμοι, ὅτι μηδὲ θεοί. Ἀλλ' οὐδὲ μάχαι κατ' ἀγροὺς καὶ κατὰ πόλεις, οἷαι τὸ πρὶν, ὅτε τὰ δαιμόνων ἐπήνθει· καὶ οὐκέθ' αἱμάτων παρ' ἀνθρώποις ἐχχύσεις, ὡς ὅτε τὰ τῆς πολυθέου μανίας ἤκμαζεν.

A consecratum. Erat illic schola quædam nequitiæ, omnibus obscœnis hominibus et qui corpus suum omni licentia corruperant, aperta. Quippe effeminati quidam, et feminæ potius dicendi quam viri, sexus sui gravitate abdicata, muliebria patientes, dæmonem placabant. Adhuc illegitimi concubitus et adulteria, fœdaque et nefaria flagitia eo in templo, tanquam in loco ab omni lege ac rectore vacuo, peragebantur. Nec quisquam erat, qui ea quæ illic gerebantur observaret; propterea quod nemo vir gravis ac modestus eo accedere audebat. At non etiam imperatorem maximum latere potuerunt quæ ibi perpetrabantur scelera. Sed cum imperialis providentiæ oculo ea ipsemet inspexisset, hujusmodi templum indignum censuit quod solis radiis illustraretur. **626** Proinde illud una cum simulacris ac donariis, totum funditus everti jussit. Confestim igitur lascivi erroris machinamenta, imperatoris præcepto dissipata sunt; militibus ad purgandum locum operam suam præbentibus. Et qui lasciviæ hactenus dediti fuerant, imperatoris minis perterriti, modeste se gerere didicerunt. Hunc in modum imperator cum larvas et integumenta nequitiæ quæ vulgi animos seducebat, omnium oculis subjecisset, Servatorem suum coram universis prædicavit. Nec fuit quisquam, qui convictis ac deprehensis subveniret; non dæmon aut deus; non vates aut ariolus. Neque enim hominum mentes, in profunda caligine amplius volutabantur; sed veræ pietatis radiis illustratæ, majorum suorum ignorantiam condemnabant, eorumque cæcitatem miserebantur; seque ipsas beatas judicabant, quæ gravissimo errore liberatæ essent. Ad hunc modum Dei optimi nutu, et imperatoris opera, universum hostium genus tam aspectabilium, quam eorum qui oculorum aciem effugiunt, brevi temporis spatio deletum est: ac deinceps pax optima juventutis educatrix, orbem terrarum occupavit. Nec bella amplius erant, cum utique nec dii essent. Sed neque pugnæ per agros perque urbes exstiterunt, sicut antea, cum dæmonum cultus vigeret: nec amplius inter homines cruor passim fundi visus, ut antea, cum impiæ superstitionis invaluisset furor.

B

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Ὥρα δ' οὖν τὰ νέα τοῖς παλαιοῖς ἀντιπαραβάλλειν, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ κρείττω ῥοπὴν ἐκ τῆς τῶν χειρόνων ἀντιπαραθέσεως ἐπισκοπεῖν, διακρίνειν τε καὶ συνορᾶν, ὡς πάλαι μὲν πρόπυλα καὶ τεμένη, ἄλση τε καὶ ἱερὰ κατὰ πᾶσαν πόλιν αὐτοῖς φιλοπόνως ἐξέκειτο (27), ἀναθήμασί τε πάνυ πολλοῖς ἐστεφανοῦντο οἱ ναοί. Καὶ θεῶν μὲν πολὺς ἦν ὁ παρὰ τοῖς τότε τυράννοις λόγος, ἔθνη τε καὶ δῆμοι κατ' ἀγροὺς καὶ πάντα τόπον, ἤδη τε κατ' οἴκους ἐν αὐτῶν αὐτοῖς ταμείοις τε καὶ θαλάμοις καὶ ἀγάλμασιν ἐτίμων τὰ πάτρια (28)·

C

CAPUT IX.

Opportunum nunc tempus est, ut recentia cum veteribus comparemus, et rerum in melius factam mutationem ex collatione deteriorum intueamur; videamusque quo pacto olim quidem vestibula, delubra, luci ac templa, in singulis urbibus ambitiose erant ipsis exstructa, et plurimis donariis exornata. Ac tyranni quidem qui tunc temporis dominabantur, deos maximo in pretio et honore habebant. Gentes quoque et populi in agris atque in locis omnibus, in privatis etiam domibus, in penariis

(25) Vulg. *φάσματα κακίων ἐμφανῆ καταστησάμενος*. Non possum probare versionem interpretis, qui hunc locum ita transtulit: *Ad hunc modum igitur imperator, cum spectra illa improbitatis et nequitiæ, qua hominum animi obcæcati fuerant palam sub omnium oculis subjecit*, etc. Ego vero malim vertere, *cum flagitiorum larvas, quæ in dæmonis illius populorum seductoris templo visebantur, detraxisset*, etc., φάσματα κακιῶν (sic enim accentus restituendus est) sunt integumenta vitiorum, quibus gentiles impudicitiam suam prætexebant. Sic supra de simulacris dæmonum dixit Eusebius κἄπειτα ἀπογυμνοῦντες τοῦ φάσματος, καὶ τὴν εἴσω τῆς ἐπικεχρωσμένης μορφῆς ἀμορφίαν τοῖς πάντων ὀφθαλμοῖς ἐνδεικνύμενοι. Porro hic locus ita emendandus est ex codice Fuk.: ὧδε καὶ τὰ τῆς λαοπλάνου φάσματα κακίας.

D

(26) Vulg. *οὕτω δὴ τὰ ἐν βραχεῖ*. Scribendum est procul dubio οὕτω δῆτα ἐν βραχεῖ. Paulo post lego ἀγαθὴ κουροτρόφος absque particula conjunctiva. Alludit enim Eusebius ad illum Hesiodi versum in *Operibus*:

Εἰρήνη τ' ἀγαθὴ κουροτρόφος.

(27) *Αὐτοῖς φιλοπόνως ἐξέκειτο*. (Vulg. *ἐξεκεῖτο*). Subaudiendum est τοῖς δαίμοσι, vel certe τοῖς Ἕλλησι. Utrumque enim intelligi potest; scribe etiam ἐξησκεῖτο. Porro in codice Fuk. initium hujus capitis cum fine præcedentis omissum est, scriptoris negligentia.

(28) *Καὶ ἀγάλμασιν ἐτίμων τὰ πάτρια*. Hæc locutio durior mihi videtur. Neque enim commode dici

Digitized by Google

scilicet cellis ac thalamis, statuis eos ac signis juxta patrios ritus honorabant. Fructus autem pietatis illis contigit, non illa quam nunc oculis cernimus pax, sed omnia prorsus contraria : bella nimirum, pugnæ et seditiones; quibus toto vitæ suæ spatio divexati, sanguine atque intestinis cædibus regiones suas compleverunt. Dii porro qui ab ipsis colebantur, vaticinia quidem et oracula, et rerum futurarum præscientiam **627** promittebant iis qui tunc rerum potiebantur, turpiter adulantes. Iidem vero suum ipsorum exitum prævidere ac sibi ipsis prædicere minime potuerunt. Quod quidem maximum argumentum est ad fraudem eorum convincendam. Nullus certe ex iis qui oraculorum causa olim in admiratione fuerant, splendidissimum communis omnium Servatoris in terras adventum, et cognitionis divinæ ab illo primum traditæ novam prædicationem unquam prædixit. Sed nec Pythius ipse, nec alius quisquam ex magnorum dæmonum numero, vastitatem suam præscivit; nec quis ipsos expugnaturus atque eversurus esset, vaticinatus est. Quis item ariolus aut vates, deorum quidem cultum novi cujusdam in terris adventu penitus exstinctum iri prædixit; summi vero omnium rerum moderatoris notitiam universis hominibus tradendam esse? Quis hunc sanctum et religiosum principatum, quis hunc ipsum victorem, quis tropæa ab ipso contra dæmones ubique erecta, et excelsorum destructionem prævidit? Jam simulacra igni conflanda esse, et ex inutili specie in necessarios usus vertenda, quis heroum unquam pronuntiavit? Quis deorum, de statuis suis quæ conflantur et in tenues laminas non sine ludibrio conscinduntur, mentionem unquam fecit? Ubinam, quæso, erant illorum defensores, ut monumentis sibi consecratis, quæ ab hominibus destruebantur subvenire non possent? Ubinam sunt, qui bella antea concitabant, et qui nunc expugnatores suos in summa pace degentes conspicantur? Ubinam sunt, qui illis tanquam diis confidebant, et inani persuasione animos suos extulerant; qui cum errorem quidem superstitionis suæ ad summum culmen evexissent, bellum vero injustum adversus veritatis propugnatores suscepissent, miseri misere perierunt? Ubinam gigantum catervæ contra Deum ipsum pugnantium? ubi draconum sibila, qui linguas suas acuentes adversus summum omnium moderatorem, voces impias emittebant? Enimvero illi,

τῆς δ' εὐσεβείας αὐτοῖς ὁ καρπὸς, οὐ τὰ νῦν ὀφθαλμοῖς ὁρώμενα τῆς πρὸς ἀλλήλους ὑπῆρχεν εἰρήνης, πάντα δὲ τἀναντία τούτοις, πόλεμοι, καὶ μάχαι, καὶ στάσεις· αἷς διὰ παντὸς τοῦ βίου κατατριβόμενοι, αἵμασι καὶ φόνοις ἐμφυλίοις τὰς ἑαυτῶν ἐπλήρουν χώρας· οἱ δέ τ' αὖ πρὸς αὐτῶν τιμώμενοι, μαντείαν μὲν καὶ χρησμοὺς καὶ μελλόντων προγνώσεις, σὺν κολακείᾳ πολλῇ τοῖς τότε κρατοῦσιν ἐπηγγέλλοντο, τὸν δὲ σφῶν ὄλεθρον οὐκ ἔγνωσαν προγνῶναι (29), οὐδὲ προφῆσαι σφίσιν αὐτοῖς· ὃ δὴ καὶ μέγιστον γένοιτ' ἂν δεῖγμα τοῦ τῆς ἀπάτης ἐλέγχου. Οὐδεὶς γοῦν πώποτε τῶν ἐπὶ χρησμοῖς πάλαι θαυμαζομένων, τὴν εἰς ἀνθρώπους ἔκλαμψιν τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος προηγόρευσεν, οὐδὲ τὸ νέον κήρυγμα τῆς ὑπ' αὐτοῦ προβληθείσης θεογνωσίας· ἀλλ' οὐδ' αὐτὸς ὁ Πύθιος συνῆκεν, οὐδ' ἕτερος τῶν μεγαλοδαιμόνων τὴν οἰκείαν ἐρημίαν, οὐδὲ τὸν πολιορκητὴν ἐθέσπισεν, οὐδὲ τὸν αὐτῶν καθαιρέτην ἐμαντεύσατο. Τίς δὲ χρησμῳδὸς ἢ μάντις, τὰ μὲν αὐτῶν σεμνὰ νέου τινὸς ἐπιφανέντος τῷ βίῳ σβεσθήσεσθαι, τὴν δ' εἰς τὸν πάντων Βασιλέα γνῶσίν τε καὶ εὐσέβειαν πᾶσιν ἀνθρώποις παραδοθήσεσθαι προηγόρευσεν; Τίς τὸ σεμνὸν τουτὶ καὶ θεοσεβὲς βασίλειον, αὐτόν τε τὸν καλλίνικον ἡμῶν, τά τε κατὰ δαιμόνων αὐτῷ παντα-χοῦ γῆς ἀνεγηγερμένα τρόπαια, καὶ τῶν ὑψηλῶν (30) τὸν ἀφανισμὸν προέγνω; Τὴν δὲ διὰ πυρὸς χωνείαν, καὶ τὴν ἐξ ἀχρήστου ἰδέας εἰς ἀναγκαίας χρήσεις τῶν ἀψύχων μεταβολὴν, τίς πώποτε ἡρώων διεστείλατο; Χωνευομένων δ' αὐτοῖς τῶν ξοάνων, εἰς λεπτόν τε γελοίως κατακοπτομένων (31), τίς πώποτε θεῶν ἐμνημόνευσεν; Ποῖ δ' ἦσαν οἱ τούτων ἀρωγοὶ, μὴ οὐχὶ ἐπαμύνειν τοῖς αὐτῶν ἀφιερώμασιν ὑπ' ἀνθρώπων ἀφανιζομένοις; Ποῖ ποτ' ἦσαν οἱ τοὺς πολέμους τὸ πρὶν ἐνεργοῦντες, τούς σφῶν πολιορκητὰς ἐν βαθυτάτῃ διατελοῦντας εἰρήνῃ θεώμενοι; Ποῖ δὲ οἱ τούτοις ὡς θεοῖς ἐπιθαρσοῦντες, καὶ πεποιθήσει ματαίᾳ τοὺς λογισμοὺς ἐπαιρόμενοι, οἱ τὴν μὲν πλάνην (32) εἰς ὕψος ἐγείραντες, πόλεμον δ' ἀκήρυκτον κατὰ τῶν προμάχων τῆς ἀληθείας ἀράμενοι; Κακοὶ κακῶς ἀπολώλασι. Ποῖ δὴ τὸ τῶν θεομάχων γιγάντων στίφος, καὶ τῶν δρακόντων τὰ συρίγματα, οἱ τὰς γλώττας ἀκονήσαντες, φωνὰς ἀθέους κατὰ τοῦ παμβασιλέως ἡφίεσαν; Ἀλλ' οἱ μὲν τῷ Βασιλεῖ τῶν ὅλων πεπολεμωμένοι, πολυπληθείᾳ θεῶν θαῤῥοῦντες, σὺν πολλῇ δυνάμει χειρὸς στρατιωτικῆς ἐπῆσαν, νεκρῶν εἴδωλα καμνόντων (33), ἐν ἀψύχοις ἀγάλμασι προβεβλημένοι· ὁ δ' εὐσεβείας θώρακι πεφραγμένος, τὸ σωτήριον καὶ ζωοποιὸν σημεῖον, ὥσπερ τι φόβητρον

potest τιμᾷν τὰ πάτρια· nec vox ἀγάλμασι recte conjungi potest cum θαλάμοις. Quare totum hunc locum libentius ita legerim : ἔθνη τε καὶ δῆμοι κατ' ἀγροὺς καὶ πάντα τόπον, ἤδη τε κατ' οἴκους ἐν αὐτοῖς αὐτῶν ταμείοις τε καὶ θαλάμοις, ἀγάλμασιν αὐτοὺς ἐτίμων κατὰ τὰ πάτρια.

(29) *Οὐκ ἔγνωσαν προγνῶναι.* Lego οὐκ ἐδύναντο προγνῶναι.

(30) *Τῶν ὑψηλῶν.* Vox est sacræ Scripturæ, libro III Regum, cap. XII et XIII. Sic autem dicuntur simulacra dæmonum, eo quod fere in excelsis locis colerentur.

(31) Vulg. *εἰς λεπτόν τε καταπτομένων.* Procul dubio scribendum est κατακοπτομένων, quod non vidit Christophorsonus.

(32) Vulg. *οἷς τὴν μὲν πλάνην.* Hucusque lacuna erat in cod. Fuk. qui hunc locum ita exhibet : οἷς οἱ τὴν μὲν πλάνην. Ego primam vocem delendam puto.

(33) *Νεκρῶν εἴδωλα καμνόντων.* Scribe καμόντων, ut legitur in lib. I *De vita Constantini*, cap. 33, ubi hæc ad verbum repetuntur. Paulo post etiam scribe χαριστήριον ἀποδιδοὺς εὐχὴν τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ, ut legitur in eodem loco, et in codice Fuk.

Digitized by Google

καὶ κακῶν ἀμυντήριον, τῷ πλήθει τῶν ἐναντίων ἀντιπαρατάξας, ὁμοῦ τὴν κατ' ἐχθρῶν καὶ κατὰ δαιμόνων νίκην ἀπηνέγκατο· εἶτ' εὐγνώμονι λογισμῷ χαριστήριον ἀποδιδοὺς εὐχὴν τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ, φωνῇ μεγάλῃ καὶ στήλαις, ἅπασιν ἀνθρώποις τὸ νικοποιὸν ἀνεκήρυττε σημεῖον, μέσῃ τῇ βασιλευούσῃ πόλει μέγα τρόπαιον τοῦτ' κατὰ πάντων πολεμίων ἐγείρας, διαῤῥήδην τε ἀνεξάλειπτον σωτήριον τοῦτ' σημεῖον, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς καὶ τῆς καθόλου βασιλείας φυλακτήριον κηρύττων εἰδέναι· τοῦτο μὲν δὴ γνωρίζειν ἅπαντας ἐδίδασκεν ἀνθρώπους, καὶ πρό γε πάντων τὰ στρατιωτικά, οἷς δὴ μάλιστα χρῆναι, μὴ δόρασι καὶ παντευχίαις, μηδ' ἀλκῇ σωμάτων τὰς ἐλπίδας ἐξάπτειν, τὸν δ' ἐπὶ πάντων Θεὸν εἰδέναι, τὸν παντὸς ἀγαθοῦ καὶ αὐτῆς νίκης δοτῆρα. Οὕτω δὴ βασιλεὺς αὐτὸς, ὢ τῆς παραδόξου ἀκοῆς, λόγων εὐκτηρίων διδάσκαλος τῷ αὐτοῦ στρατῷ καθίστατο, εὐχάς τε εὐσεβεῖς· θεσμοῖς ἀκολούθως παρεδίδου θείοις, ἄνω μὲν αἴροντας εἰς οὐρανὸν μετεώρους τὰς χεῖρας, ἀνωτάτω δ' ἐπὶ τὸν οὐράνιον Βασιλέα ταὺς τῆς διανοίας παραπέμποντας ὀφθαλμούς, κἀκεῖνον ταῖς εὐχαῖς νίκης δοτῆρα, σωτῆρα, φύλακά τε καὶ βοηθὸν ἐπιδοωμένους· ναὶ μὴν καὶ ἡμέραν εὐχῶν ἡγεῖσθαι κατάλληλον, τὴν κυρίαν ἀληθῶς καὶ πρώτην ὄντως (34) Κυριακήν (35) τε καὶ

A summi omnium imperatoris seipsos hostes professi, deorum freti multitudine, cum ingentibus armatorum copiis irruebant; mortuorum simulacra in statuis anima destitutis præferentes. Hic vero noster imperator lorica pietatis indutus, cum salutare ac vivificum signum, tanquam terriculamentum et malorum propugnaculum hostium **628** multitudini opposuisset, de hostibus pariter ac dæmonibus victoriam reportavit. Posthæc gratum animum suum ostendens, precibus cum gratiarum actione Deo qui victoriæ auctor fuerat persolutis; clara voce et monumentis statuarum erectis, triumphale signum cunctis hominibus prædicavit; in medio urbis regiæ insigne hoc tropæum contra omnes hostes statuens; cunctisque diserte præcipiens, ut hoc salutare signum quod nulla unquam' B ætas deletura est, imperii Romani, id est orbis totius præsidium agnoscerent. Atque hoc tum universos homines docuit, tum in primis milites. Neque enim eos in hastis armisque, nec in corporis robore spem ponere oportere; sed summum Deum, omnium bonorum ipsiusque adeo victoriæ largitorem agnoscere. Sic imperator (o rem pene incredibilem!) exercitui suo precationum magister ipse atque institutor fuit, piasque ipsis preces divinis

(34) *Καὶ πρώτην ὄντως.* Diem Dominicum vocat primum, non solum eo quod sit dies primus hebdomadis, sed etiam eo quod hic fuit primus sæculi dies. Unde merito natalis mundi dies appellari potest. Porro dies dominicus non solum primus, verum etiam octavus dicitur. Augustinus in lib. 1 *De sermone Domini in monte*, cap. 11: *Hæc octava sententia quæ ad caput redit, perfectumque hominem declarat, significatur fortasse et circumcisione octava die in Veteri Testamento; et Domini resurrectione post Sabbatum, quod est utique octavus, idemque primus dies.* Idem ante Augustinum dixerat Hilarius in *Prologo commentariorum in Psalmos*, ubi de septenario numero disserens hæc ait: *Quem tamen ogdoas, quia dies eadem prima·quæ octava, secundum evangelicam plenitudinem in ultimo Sabbato adjecta consummat.* Et paulo post: *Quod ipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est constitutum, qui ultra Sabbati numerum per plenitudinem evangelicæ prædicationis accedunt. Namque cum in septimo die Sabbati nomen sit et observantia constituta, tamen nos in octava die, quæ et ipsa prima est, perfecti Sabbati festivitate lætamur.* Sed et Theophilus episcopus Alexandriæ in allocutione cum dies Theophaniorum incidisset in diem Dominicum, D sic ait de die Dominico: Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον ἡμᾶς ἀπαιτεῖ πᾶσαν Κυριακὴν τιμᾶν, καὶ ἐν ταύτῃ πανηγυρίζειν, ἐπειδήπερ ἐν ταύτῃ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν ἡμῖν ἐπρυτάνευσε· διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς, καὶ πρώτη κέκληται, ὡς ἀρχὴ ζωῆς ἡμῶν ὑπάρχουσα καὶ ὀγδόη, ἅτε ὑπερβεβηκυῖα τὸν τῶν Ἰουδαίων σαββατισμόν, id est, *Et consuetudo et officii ratio a nobis postulat, ut diem Dominicum honoremus, eumque festum habeamus; cum eo die Dominus noster Jesus Christus resurrectionem ex mortuis nobis comparaverit. Unde hic dies in sacris Litteris et primus appellatur, utpote qui vitæ auctor atque initium nobis exsistat: et octavus, utpote qui Judæorum Sabbatum supergrediatur.* Citantur hæc Theophili verba in *Typico* sancti Sabæ, et apud Balsamonem in *Collectione canonum*. Quibus adde Isidorum et Bedam in libro *De divinis officiis*, ubi agunt de die Dominico. Idem scribit Stephanus Gobarus, cap. 29. Ad hunc morem fortasse referendum est, quod Græci dies hebdomadis plerumque referunt non ad Dominicam diem quæ præcessit, sed ad Dominicam sequentem. Nam post Dominicam filii prodigi, quæ est Dominica nona C ante Pascha, dies qui proxime sequebantur, nempe feria secunda, tertia, quarta et deinceps, dicebantur a Græcis ἡ δευτέρα τῆς ἀποκρέου, ἡ τρίτη, etc., usque ad Dominicam sequentem, quæ dicebatur Dominica τῆς ἀποκρέου: et hæc hebdomas dicebatur ἕβδομας τῆς ἀποκρέου. Post Dominicam autem τῆς ἀποκρέου, feria secunda quæ proxime sequebatur, vocabatur τῆς τυρινῆς vel τυροφάγου, et sic reliqui dies totius hebdomadis, usque ad sequentem Dominicam, quæ eodem nomine vocabatur ἡ κυριακὴ τῆς τυρινῆς. Idem observare licet in reliquis Dominicis usque ad diem Paschæ. Nam post Dominicam τῆς τυρινῆς, feria secunda dicebatur sanctorum jejuniorum: totaque hebdomas ita dicebatur usque ad sequentem Dominicam, quæ eodem nomine erat insignita. Denique ἑβδομας μεγάλη, quam nos sanctam vocamus, refertur ad Dominicam sequentem Paschæ, ut patet ex *Typico* sancti Sabæ, cap. 31. Cyrillus quoque in D sermonibus paschalibus, hebdomadam Paschæ, quam nos hodie sanctam hebdomadam vocamus, semper orditur a feria secunda et sequente Dominica Paschæ eam terminat. Nec aliter Theophilus in epistolis paschalibus.

(35) *Κυριακήν.* Antiquissima est appellatio diei Dominicæ, et ab ipsis apostolorum temporibus. Certe in Apocalypsi Joannis mentio fit diei Dominicæ. Verum quod hic et in *Constantini Vita* dicit Eusebius, diem Dominicum precationibus et conventibus ecclesiasticis, peculiariter dicatum fuisse, id paulo serius institutum fuisse mihi videtur. Nam primi quidem Christiani qui post ascensum Domini crediderant, quotidie conveniebant, orationibus et cujusquemodi pietatis officiis vacantes, ut scribit Lucas in Actibus apostolorum. Postea vero cum gentiles certatim ad Christi fidem se conferrent, nec fideles possent quotidie in unum convenire, institutum est ab apostolis eorumque successoribus, ut saltem die Dominico fideles in

Digitized by Google

legibus ac cæremoniis congruentes tradidit, ut manibus quidem in cœlum sublatis, mentis autem oculis altius ad ipsum usque cœlestem regem erectis, illum victoriæ auctorem; illum Servatorem, custodemque et adjutorem in orationibus invocarent; utque diem precationibus congruum existimarent eum, qui revera primus et caput cæterorum, et qui vere dominicus est ac salutaris: quique lucis, vitæ, immortalitatis atque omnis boni vocabulo appellatur. Quinetiam ipse sibi tantorum bonorum præceptor factus, in ipsis regiæ penetralibus Servatorem suum veneratur; et nunc precando, divinas implet leges ac cæremonias; nunc sacrarum Scripturarum auscultatione animum suum instituit. Præterea homines Deo consecratos, qui vitæ gravitate et reliquis virtutibus ornati essent, ministros, et totius domus custodes ordinavit. Denique protectores et stipatores fidi, benevolentiæ armis muniti, imperatorem ipsum pietatis magistrum agnoscunt. Porro imperator triumphale illud signum colit, utpote latentem in eo vim divinitatis expertus. Etenim hostium agmina ab hoc signo in fugam versa, et invisibilium dæmonum exercitus profligati. Hoc signo insolentia eorum qui Deo bellum indixerant, compressa; et maledicorum atque impiorum linguæ constrictæ. Hoc signo barbaræ gentes subactæ, et superstitiosi dæmonum cultus, fraudes ac ludibria convicta sunt. Huic **629** denique (quod omnium bonorum caput ac summa est) imperator quasi debitum quoddam persolvens, ubique terrarum arcus triumphales erexit. Templa item ac delubra in ejus honorem constituit, regali opulentia ac liberalitate: et oratoria construi, omnibus præcepit. Confestim igi-

A σωτήριον, τὴν δὴ καὶ φωτὸς καὶ ζωῆς, ἀθανασίας τε καὶ ἀγαθοῦ παντὸς ἐπώνυμον (36)· αὐτός τε ἑαυτοῦ διδάσκαλος (37) καταστὰς ἀγαθῶν, ἐν αὐτοῖς βασιλικοῖς ταμείοις τὸν Σωτῆρα γεραίρων αὐτοῦ, ὧδε μὲν εὐχαῖς θεσμοὺς ἐξετέλει θείους, ὧδε δὲ λόγων ἱερῶν ἀκοαῖς τὸν νοῦν ἐξεπαιδεύετο· διάκονοι δ' αὐτῷ καὶ ὑπηρέται, Θεῷ καθιερωμένοι, βίου τε σεμνότητι καὶ ἀρετῇ κεκοσμημένοι ἄνδρες, φύλακες τοῦ παντὸς οἴκου καθίσταντο· καὶ δορυφόροι δὲ πιστοὶ σωματοφύλακες, τρόποις εὐνοίας ἀγαθῆς καθωπλισμένοι, βασιλέα διδάσκαλον θεοσεβοῦς ἐπεγράφοντο βίου. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸ νικοποιὸν ἐτίμα σημεῖον, ἔργῳ τὴν πεῖραν τῆς ἐν αὐτῷ θεότητος μαθών· καὶ γὰρ δὴ τούτῳ πλήθη πολεμίου στρατιᾶς ὑπεχώρει, τούτῳ δυνάμεις ἀφανῶν δαιμόνων ἠλαύνοντο·

B τούτῳ θεομάχων μεγαλαυχίαι καθῃροῦντο, τούτῳ δυσφήμων καὶ δυσσεβῶν γλῶτται κατεσιγάζοντο· τούτῳ βάρβαρα φῦλα καθυπετάττετο, τούτῳ παιδιαὶ δεισιδαίμονος ἀπάτης ἠλέγχοντο, τούτῳ τὸ πάντων ἀγαθῶν τέλος, οἷόν τι χρέος βασιλεὺς ἀποδιδούς, ἁπανταχοῦ γῆς στήλας ἐπινικίους ἱδρύετο, πλουσίᾳ καὶ βασιλικῇ χειρὶ, νεὼς καὶ τεμένη, ἱερά τε προευκτήρια συνίστασθαι τοῖς πᾶσι διακελευόμενος· ὑψοῦτο δὲ παραχρῆμα (38) μέσαις αὐταῖς ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσι, βασιλικῆς μεγαλονοίας μεγαλουργήματα, ἐν ὀλίγῳ τε ταῦτα κατὰ πᾶν ἔθνος διέλαμπεν, ἀθέου τυραννίδος τὸν ἔλεγχον ἐφελκόμενα· οἱ μὲν γὰρ ψυχῆς ἀπονοίᾳ πρὸ μικροῦ θεομαχεῖν ὡρμημένοι, κυνῶν δίκην λυττῶντες, κατὰ ἀψύχων οἰκοδομημάτων, ὅτι μὴ κατ' αὐτοῦ Θεοῦ ἠδύναντο, τοὺς

C θυμοὺς ἠφίεσαν· εἶτ' ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος καταρρίπτοντες, ἐξ αὐτῶν τε βάθρων ἀνασκάπτοντες τὰ προσευκτήρια, ἐαλωκυίας ὑπὸ πολεμίων πόλεως παρεῖχον θέαν. Καὶ τοῦτ' ἦν αὐτοῖς τῶν κακῶν τὸ

ecclesiam convenirent. Qua de re illustris est locus Justini martyris in *Apologetico secundo* sub finem: Τῇ τοῦ ἡλίου λεγομένῃ ἡμέρᾳ πάντων κατὰ πόλεις ἢ ἀγροὺς μενόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνέλευσις γίνεται, id est, *Die qui dicitur Solis, omnes tam qui agris, quam qui in urbibus degunt, in unum conveniunt*, etc. Diem Solis dixit non Dominicum, quia imperatores Romanos alloquebatur, qui solis quidem diem optime norant, Dominicum autem diem, quæ propria erat Christianorum appellatio, ignorabant. Idem paulo post repetit Justinus in dicto *Apologetico*. Consentit et Plinius in *Epistola ad Trajanum*: *Affirmabant*, inquit, *hanc fuisse summam vel culpæ suæ, vel erroris, quod essent soliti stato die ante lucem convenire, carmenque Christo quasi Deo canere*. Ubi per *statum diem* intelligit Dominicum. Proinde ex hoc Plinii loco colligitur, Christianos qui tunc in Bithynia degebant, die Dominico duntaxat convenisse. Alioqui statis diebus, non autem stato die convenire solitos dixisset Plinius. Quanquam hoc non tam ipsius Plinii testimonium est, quam Christianorum, qui id coram Plinio confessi sunt, ut ipse testatur. Præter Dominicum diem, Epiphanius in *Epilogo librorum contra hæreses* conventum quartæ et sextæ feriæ: Clemens vero in *Constitutionibus* conventum die Sabbati ab apostolis aiunt esse institutum. Verum quod ad stationes quartæ et sextæ feriæ pertinet, eas ex arbitrio pependisse, non sub lege præcepti cucurrisse, ex Tertulliano *De jejuniis* discimus. Sabbato vero licet Orientales convenire soliti sint, in plerisque tamen ecclesiis conventus habitos non fuisse, ex Epiphanio, Socrate aliisque constat. Illustris est locus Hieronymi *in Epistolam ad Galatas*, cap. IV: *Et ne inordinata congregatio populi fidem minueret in Christo, propterea dies aliqui constituti sunt, ut in unum omnes pariter veniremus. Non quo celebrior sit dies illa qua conveninus, sed quod quacunque die conveniendum sit, ex conspectu mutuo lætitia major oriatur.*

(36) *Φωτὸς καὶ ζωῆς... ἐπώνυμον*. Diem Dominicum a luce cognominatum esse dicit, non quod Solis dies vocaretur a gentilibus, sed quod dies sit D Domini, quo scilicet Dominus resurrexit, et nobis vitam lucemque donavit: quodque illo die Spiritum sanctum illuminatorem animorum nostrorum accepimus. Ita Clemens in sexto *Strom.* de Sabbato dixit: Ἑτοιμάζουσα τὴν ἀρχέγονον ἡμέραν, τὴν τῷ ὄντι ἀνάπαυσιν ἡμῶν· ἣν δὴ καὶ πρώτην τῷ ὄντι φωτὸς γένεσιν, ἐν ᾧ τὰ πάντα συνθεωρεῖται, etc, elegantissime, quæ brevitatis studio prætermitto. Dies igitur lucis est Dominica, tum quod eo die lux primum creata est, tum quod eo die veritatis cognitionem accepimus per Spiritum sanctum, qui sub ignis imagine in fideles delapsus est et sine divisione divisus, ut ait ibidem Clemens.

(37) *Αὐτός τε ἑαυτοῦ διδάσκαλος*, id est, non contentus aliis præcipere, ipse ea fecit quæ docet, juxta præceptum Evangelii.

(38) Vulg. Ὑψοῦτε δὲ παραχρῆμα. Legendum est ὑψοῦτο δέ. Certe in codice Fuk. legitur ὑψοῦτο.

Digitized by Google

δρᾶμα, δι' οὗ τὸ Θεῖον ὥσπερ ἀμυνόμενοι, τῆς φρενοβλαβείας αὐτίκα τὴν πεῖραν ἐλάμβανον· οὔπω δ' οὖν αὐτοῖς βραχὺς διῆει χρόνος, καὶ μιᾷ ῥοπῇ θεηλάτου καταιγίδος ἀφανεῖς ἐποίει, ὡς μὴ γένος, μὴ σπέρμα, μηδέ τι λείψανον τῆς αὐτῶν μνήμης, ἐν ἀνθρώποις ἀπολειφθῆναι, ἄρδην δ' ἐν βραχεῖ τοὺς πάντας, καίπερ εἰς πλῆθος ἀφωρισμένους, θεηλάτοις μάστιξι τιμωρουμένους ἀποσβῆναι. Ἀλλ' οἵδε μὲν θεομάχου λύττης τοιοῦτον εὕραντο τέλος· ὁ δὲ τὸ σωτήριον τρόπαιον προβεβλημένος μόνος αὐτὸς, οὐ μὴν μόνος, συνόντος δὲ καὶ συμπράττοντος τοῦ μόνου Βασιλέως, τῶν μικρῷ πρόσθεν ἁλωκότων, τὰ νέα πολὺ κρείττονα, τὰ δεύτερα, μακρῷ τῶν πρώτων ἀπέφαινε τιμιώτερα, ὧδε μὲν τὴν ἐπώνυμον αὐτῷ πόλιν διαφόροις Ἐκκλησίαις Θεοῦ φαιδρύνων, ὧδε δὲ τὴν Βιθυνῶν ἄρχουσαν, μεγίστην τιμῶν καὶ περικαλλεστάτην (39)· τῶν δὲ λοιπῶν ἐθνῶν τὰς μάλιστα κρατιστευούσας τοῖς ὁμοίοις ἐκόσμει· πάντων δ' ἐξαίρετα δύο τμήματα τῆς ἐῴας ἀπολαβών, τὸ μὲν ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους, ὡς ἂν ἐνθένδε ζωοποιοῦ νάματος πηγῆς δίκην ἀνομβρήσαντος εἰς πάντας, τὸ δ' ἐπὶ τῆς ἀνατολικῆς μητροπόλεως ἣ τὴν ἐπώνυμον Ἀντιόχου κοσμεῖ προσηγορίαν (40), τῇ δὲ μὲν ὥσπερ ἐν κεφαλῇ τῶν τῇδε ἐθνῶν ἁπάντων, θεῖόν τι καὶ μονογενὲς χρῆμα μεγέθους ἕνεκα καὶ καλλονῆς, ἀφιέρου, μακροῖς ἔξωθεν περιβόλοις τὸν πάντα νεὼν περιλαμβάνων· εἴσω δὲ τὸ ἀνάκτορον εἰς ἀμήχανον ἐπαίρων ὕψος, ἐν ὀκταέδρου μὲν σχήματι κατεποίκιλεν· οἴκοις δὲ τοῦτο πλείοσιν, ἐξέδραις τε ἐν κύκλῳ περιστοιχισάμενος, παντοίοις ἐστεφάνου κάλλεσι. Τὰ δὲ μὲν οὖν ὧδε συνετελεῖτο· τὰ δ' ἐπὶ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους, τῆς Ἑβραίων βασιλικῆς ἑστίας ἐν μέσῳ, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ σωτήριον μαρτύριον (41), οἶκον εὐκτήριον παμμεγέθη, νεών τε ἅγιον τῷ σωτηρίῳ σημείῳ πλουσίως καὶ δαψιλέσι κατεκόσμει φιλοτιμίαις, μνῆμά τε μνήμης αἰωνίου γέμον, αὐτά τε τοῦ μεγάλου Σωτῆρος τὰ κατὰ τοῦ θανάτου τρόπαια, λόγου παντὸς κρείττοσιν ἐτίμα καλλωπίσμασι. Τρεῖς δ' ἀπολαβὼν ἐν τῇδε χώρας, τρισὶν ἄντροις μυστικοῖς τετιμημένας, πλουσίαις ταύτας οἰκοδομαῖς ἐκόσμει, τῷ μὲν πρώτῃ θεοφανείας ἄντρῳ (42) τὰ τῆς καταλλήλου νέμων τιμῆς, τῷ δὲ τῆς ὑστάτης

tur in mediis provinciis ac civitatibus, eximia imperialis magnificentiæ opera exstrui cœpta; brevique temporis spatio in omnibus provinciis refulserunt, tyrannicæ dominationis impietatem aperte confutantia. Illi enim nuper præcipiti furore ad bellum contra Deum gerendum impulsi, instar rabidorum canum, in ædificia sensu carentia, quandoquidem in Deum ipsum non poterant, vim omnem effuderant: et oratoria ab ipsis culminibus ad solum usque disturbantes, ac fundamenta ipsa eruentes, captæ urbis imaginem spectantibus præbuerant. Hujusmodi scelerum tragœdia ab illis acta est: in qua Deum ipsum oppugnare aggressi, furoris sui illico ultionem senserunt. Vix enim breve temporis spatium intercesserat, cum procella cœlitus invecta, omnes uno momento abripuit atque delevit: adeo ut nec genus, nec soboles, nec ullum vestigium nominis eorum inter homines relictum sit, sed omnes, licet numero plurimi essent, verberibus divinitus inflictis excruciati, funditus perierint. Et hi quidem furoris sui quo adversus Deum insurrexerant, hujusmodi exitum nacti sunt. Hic vero qui salutaris tropæi præsidio munitus, solus in hostes irruerat; aut potius non solus (aderat enim ipsi et auxilium ferebat is qui solus est imperator) nova oratoria longe præstantiora iis quæ paulo ante expugnata fuerant, exstruxit, et posteriora multo magnificentiora prioribus effecit: nunc urbem nominis sui variis Dei illustrans Ecclesiis; nunc urbem totius Bithyniæ facile principem, amplissima et pulcherrima exornans basilica. Sed et in reliquis provinciis, urbes nobilissimas hujusmodi ornamentis decoravit. Cæterum cum duo præcipua Orientis loca elegisset, alterum in Palæstina, propterea quod salutaris fidei rivus inde tanquam ex fonte in omnes gentes exundavit; alterum in urbe totius Orientis metropoli, quæ ab Antiocho nomen accepit: in hac quidem tanquam in vertice omnium ejus tractus provinciarum, singulare quoddam opus seu amplitudinem, seu decorem spectes, Deo consecravit. Quippe universum templum **630** longo

(39) *Μεγίστην τιμῶν καὶ περικαλλεστάτην.* Scribendum est μεγίστῃ τιμῶν καὶ περικαλλεστάτῃ. Subauditur enim ἐκκλησίᾳ, ut patet ex libro tertio *De vita Constantini*, cap. 49. Ex quo item corrigendum hic est κρατιστευούσας, quomodo etiam legitur in codice Fuk.

(40) *Κοσμεῖ προσηγορίαν.* In libro III *De vita Constantini*, cap. 49, pro verbo κοσμεῖ, legitur εἴληφεν. Certe mira hæc locutio est, μητροπόλεως ἣ τὴν ἐπώνυμον Ἀντιόχου κοσμεῖ προσηγορίαν. Ac prima quidem fronte videri potest esse enallage, pro ἣν ἐπώνυμος Ἀντιόχου κοσμεῖ προσηγορία. Si quis tamen rem diligenter attenderit, fatebitur id ab Eusebio exaggerandi causa dictum esse. Tanta enim amplitudo erat urbis Antiochiæ, ut conditorem suum Antiochum ornare potius, quam ornari ejus nomine videretur.

(41) *Κατ' αὐτὸ δὴ τὸ σωτήριον μαρτύριον*, id est, ad ipsum locum Dominici sepulcri. Sic enim Eusebius vocare solet sepulcrum Domini, ut patet ex lib. III *De vita Constantini*, cap. 26 et 32. μαρτύριον proprie dicitur locus in quo conditæ sunt martyrum reliquiæ. Latini similiter confessionem dixerunt, quod idem est ac μαρτύριον. Μάρτυς enim Latine confessor dicitur. Ita confessionem sancti Petri apud Anastasium legimus. Infra cap. 41, Eusebius vocat τῆς σωτηρίου ἀθανασίας μαρτύριον.

(42) Vulg. *τῷ μὲν πρὸ τῆς θεοφανείας ἄντρῳ.* Legendum est τῷ μὲν πρώτῃ θεοφανείας. Sequitur enim τῷ δὲ τῆς ὑστάτης ἀναλήψεως, etc. Porro in libro III *De vita Constantini*, cap. 40, duas tantum speluncas memorat, cum tamen tres hic recenseat. Nimirum illic sermo erat de Helena, quæ in Bethlehem et in Oliveti monte ecclesias ædificavit. Hic vero de Constantino agitur, qui in loco Dominici sepulcri magnificentissimam construxit ecclesiam: cui etiam ecclesias illas ab Helena ædificatas merito attribuit Eusebius, utpote quæ ipsius sumptibus essent exstructæ.

Digitized by Google

extrinsecus ambitu circumscripsit; interius vero basilicam ipsam ad summam erexit altitudinem, eamque octaedri forma constructam varie exornavit, et plurimis undique cubiculis et exhedris circumdatam, diversis cujusque generis ornamentis venustavit. Et hæc quidem confecta sunt in hunc modum : in provincia autem Palæstina, apud civitatem quæ Hebræorum regia quondam sedes fuit, in ipso urbis meditullio, ad locum Dominici sepulcri, basilicam immensæ amplitudinis, et ædem sacram in honorem sanctæ crucis omni magnificentiæ genere exornavit. Et monumentum Servatoris sempiterna memoria dignum, illiusque tropæa contra mortem erecta, ornamentis quæ dicendo exprimi nequeunt, decoravit. Cumque tria elegisset loca tribus sacris et mysticis speluncis honorata, singula magnificis ædificiis ornavit: ei quidem speluncæ in qua Deus primum apparuit, congruum honorem impendens; in altera autem, ultimæ illius assumptionis in montis vertice illustrans memoriam: in illa vero spelunca quæ inter utramque media est, Servatoris nostri certamina et victoriam extollens. Has omnes speluncas imperator magnifice exornavit, salutare crucis signum universis hominibus prædicans. Porro hoc signum imperatori mercedem pietatis rependens, totam ipsius domum et imperium amplificat, regnique tempus multis annorum circulis confirmat; optimis liberis ejusque generi et eorumdem, posteris virtutis fructus ac præmia reservans. Atque hoc maximum est argumentum potentiæ ejus qui ab imperatore colitur Dei, quod rectam justitiæ lancem paribus utrinque momentis librans, utrique parti congruam mercedem attribuit. Nam illos quidem qui sacras ædes expugnaverant, impietatis pœna e vestigio insecuta est. Quippe omnes illico sine stirpe, sine domo, sine lare, e medio sublati sunt. Hic vero qui Dominum suum omni genere pietatis colit atque observat; et nunc basilicas in honorem ejus instruit, nunc donariis ubique terrarum consecratis illum subditis suis commonstrat, jure merito eum familiæ, imperii ac generis suis servatorem custodemque habere cernitur. Hoc modo Dei gesta, per divinam salutaris signi virtutem omnibus innotuerunt.

A ἀναλήψεως τὴν ἐπὶ τῆς ἀκρωρείας μνήμην σεμνύνων, τῷ δὲ μέσῳ τοῦ παντὸς ἀγῶνος τὰς σωτηρίους ἀνυψῶν νίκας· ταῦτα δὴ πάντα βασιλεὺς ἐκόσμει, τὸ σωτήριον εἰς ἅπαντας ἀνακηρύττων σημεῖον· τὸ δὲ τῆς εὐσεβείας (43) αὐτῷ τὰ ἀμοιβαῖα δωρούμενον, οἶκον ἅπαντα καὶ θρόνον αὔξει, θρόνον τε βασιλείας, μακραῖς ἐτῶν περιόδοις κρατύνει. παισὶν ἀγαθοῖς καὶ αὐτοῦ γένει (44), διαδοχαῖς τε τούτων, τοὺς τῆς ἀρετῆς καρποὺς ταμιευόμενον· καὶ δὴ τοῦτ' ἦν τὸ μέγιστον τῆς τοῦ τιμωμένου δυνάμεως δεῖγμα, ὅτι ὃν δικαιοσύνης ἐξίσου νέμων τὰ τάλαντα, τὴν καταξίαν ἀμοιβὴν ἑκατέρῳ τάγματι προσῆγε. Διὸ τοῖς μὲν τοὺς εὐκτηρίους οἴκους πολιορκήσασι, παραπόδας εἵπετο τἀπίχειρα τῆς δυσσεβείας, ἄῤῥιζοί τε καὶ ἄοικοι, ἀνέστιοί τε καὶ ἀφανεῖς καθίσταντο παραχρῆμα· ὁ δὲ τὸν αὐτοῦ δεσπότην παντοίοις τρόποις εὐσεβείας τιμῶν, καὶ τοτὲ μὲν οἴκους αὐτῷ βασιλικοὺς ἀνυψῶν, τοτὲ δὲ τοῖς ἁπανταχοῦ γῆς ἀφιερώμασι, τοῖς ἀρχομένοις ἀναφαίνων, εἰκότως αὐτὸν οἴκου, βασιλείας, καὶ γένους σωτῆρα καὶ φρουρὸν εὗρατο. Ὧδε Θεοῦ κατεφαίνοντο πράξεις, δι' ἐνθέου ἀρετῆς τοῦ σωτηρίου σημείου.

B

CAPUT X.

De quo signo plurima dici possunt, quæ norunt ii qui sacræ theologiæ mysteriis initiati sunt. Est enim hoc revera salutare **631** signum, dictu quidem mirandum; intellectu autem ipso longe admirabilius: quo pacto confictas jam inde a priscis temporibus de diis fabulas, simul atque in terris visum est, per seipsum obscuravit; ac tenebras quidem atque errorem oblivioni tradidit; intellectualem vero lucem, quæ hominum animos illustraverat, unum scilicet ac verum Deum, omnibus patefecit. Itaque nunc omnes ad meliora conversi, mortuorum quidem simulacrorum vultus conspuunt, et impios dæmonum ritus conculcant, et vetustum errorem a majoribus propagatum irrident. Contra vero sacrosanctæ fidei scholis constitutis, omnes tanquam salutaris disciplinæ præ-

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Οὗ δὴ πέρι μακρὸς ἂν εἴη λόγος, μύσταις θεολόγων ἀνδρῶν (45) παραδεδομένος· καὶ γὰρ ἦν τοῦτ' σωτήριον ἀληθῶς, θαῦμα μὲν εἰπεῖν, πολὺ δὲ θαυμάσιον ἐννοῆσαι· ὡς πάντα μὲν τὰ ἐξ αἰῶνος περὶ Θεῶν ἐψευσμένα, μόνον ἐπὶ γῆς ἐκάλυψεν ὀφθέν, καὶ σκότῳ μὲν καὶ λήθῃ παραδέδωκε τὴν πλάνην, φῶς δὲ νοερὸν ψυχαῖς ἀνθρώπων ἐκλάμψαν, τὸν μόνον ἀληθῆ τοῖς πᾶσιν ἀνεκάλυψε Θεόν· διὸ δὴ πᾶς ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλών, νεκρῶν μὲν εἰδώλων καταπτύει προσώποις, πατεῖ δ' ἄθεσμα δαιμόνων θέσμια, καὶ παλαιᾶς ἀπάτης πατροπαραδότου καταγελᾷ· λόγων δ' ἱερῶν ἁπανταχοῦ διατριβὰς ἄνθρωποι συστησάμενοι, ὡς σωτηρίοις μαθήμασιν ἐκπαιδεύονται, ὡς ἂν μηκέτι τὴν ὁρωμένην σαρκὸς ὀφθαλμοῖς ἐπτοῆσθαι κτίσιν, μηδ' ἄνω βλέποντας ἥλιον καὶ σελήνην καὶ ἀστέρας, μέχρι τούτων ἱστᾶναι τὸ θαῦμα, τὸν δὲ

D

(43) Vulg. *τὸν δὲ τῆς εὐσεβείας*. Scribo meo periculo τὸ δέ, supple σημεῖον. Quod interpres cum non animadvertisset, turpiter lapsus est. Emendationem nostram confirmat codex Fuk. Paulo post lego cum interprete χρόνον τε βασιλείας, etc., nisi malis legere οἶκον ἅπαντα καὶ χρόνον αὔξει, θρόνον τε βασιλείας, etc., quod rectius mihi videtur. Neque enim satis eleganter dicitur θρόνον αὔξειν.

(44) Vulg. *καὶ αὐτῷ γένει*. Legendum est αὐτοῦ. Non otiose autem Eusebius post mentionem liberorum Constantini, addidit etiam ejus genus: ob Dalmatium scilicet et Hannibalianum, qui erant ex genere Constantini, utpote fratris ejus filii.

(45) *Μύσταις θεολόγων ἀνδρῶν*. Interpres vertit, *iis qui se sacrarum Litterarum professioni consecraverint*, quod non probo; μύσται sunt initiati, qui mysteria perceperunt. Θεολόγοι vero sunt qui alios initiant et mysteria iis tradunt.

Digitized by Google

τούτων ἐπέκεινα, τὸν ἀφανῆ καὶ ἀόρατον, κτίστην τῶν ὅλων ὁμολογεῖν, μόνον αὐτὸν σεβεῖν δεδιδαγμένους. Τοσούτων δῆτα παραίτιον ἀγαθῶν ἀνθρώποις, τὸ μέγα τουτὶ καὶ παράδοξον ἀναπέφανται σημεῖον· δι' οὗ τὰ μὲν οὐκ ἔστιν, ὅσα φαῦλα, τὰ δὲ πρὶν οὐκ ὄντα, νῦν παρὰ τοῖς πᾶσιν ἀκτῖσιν εὐσεβείας ἐκλάμπει· λόγοι δ' οὖν καὶ μαθήματα καὶ προτροπαὶ σώφρονος καὶ θεοσεβοῦς βίου, εἰς ἐξάκουστον πᾶσιν ἔθνεσι κηρύττονται, κηρύττει τε βασιλεὺς αὐτός· τὸ δὴ μέγιστον θαῦμα, ὅτι δὴ τοσοῦτος βασιλεὺς μεγίστῃ φωνῇ τῷ παντὶ κόσμῳ, οἷά τις ὑποφήτης τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ κέκραγε, πάντας ὁμοῦ τοὺς ὑπ' αὐτῷ ποιμαινομένους, ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντος γνῶσιν ἀνακαλούμενος· καὶ δὴ μέσοις βασιλείοις οἴκοις, οὐκ ἔθ' ὡς τὸ πρὶν (46), ἀνδρῶν ἀθέων φλήναφοι, ἱερεῖς δὲ καὶ θιασῶται Θεοῦ, βασιλικοῖς ὕμνοις εὐσεβείᾳ σεμνυνόμενοι πανηγυρίζουσι, Θεός τε εἷς αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς, εἰς ἅπαντας καταγγέλλεται ἀγαθῶν τε λόγος εὐαγγελικὸς, τῷ τοῦ παντὸς βασιλεῖ τὸ τῶν ἀνθρώπων συνάπτει γένος, ἴλεων καὶ φίλον τὸν ἐπουράνιον Πατέρα τοῖς κατὰ τὴν γῆν υἱοῖς εὐαγγελιζόμενος· χοροί τε παντοίαις ᾠδαῖς ἐπινικίοις γεραίρουσι, καὶ πᾶν τὸ θνητὸν συνηχεῖ γένος τοῖς κατ' οὐρανὸν ἀγγελικοῖς θιάσοις· ψυχαί τε λογικαὶ, δι' ὧν περιβέβληνται σωμάτων ὥσπερ διὰ μουσικῶν ὀργάνων, τοὺς πρέποντας ὕμνους αὐτῷ καὶ τὰς θεοφιλεῖς ἀναπέμπουσι θεολογίας, ὁμοῦ τε τοῖς κατ' ἀνατολὰς οἰκοῦσιν οἱ τὰ πρὸς δυσμὰς λαχόντες, ὑπὸ μίαν καιροῦ ῥοπὴν τοῖς αὐτοῦ μαθήμασιν ἐκπαιδεύονται· τῶν τε κατὰ μεσημβρίαν οἱ τὴν ἀρκτῴαν διειληφότες λῆξιν, σύμφωνα κελαδοῦσι μέλη, τοῖς αὐτοῖς τρόποις τε καὶ λόγοις, τὸν θεοσεβῆ μεταδιώκοντες βίον, καὶ ἕνα μὲν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν ἀνευφημοῦντες, ἕνα δὲ τὸν μονογενῆ Σωτῆρα, πάντων αἴτιον ἀγαθῶν ἐπιγραφόμενοι, ἕνα δὲ καὶ τὸν ἐπὶ γῆς διορθωτὴν βασιλέα, παῖδάς τε τούτου θεοφιλεῖς γνωρίζοντες· ὁ δ' οἷα σοφὸς κυβερνήτης, ὑψίζυγος, ὑπὲρ πηδαλίων ὀχούμενος (47), εὐθείᾳ τε περαίνων οἰακίζει, οὐρίῳ πνεύματι τοὺς ὑπ' αὐτῷ πάντας, ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ καὶ γαληνὸν ναυστολῶν ὅρμον· Θεὸς δὲ αὐτὸς ὁ μέγας βασιλεὺς, ἄνωθεν αὐτῷ δεξιὰν χεῖρα προτείνων, τέως μὲν ἁπάντων ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νικητὴν αὐτὸν καθίστησι, μακραῖς ἐτῶν περιόδοις τὸ τῆς βασιλείας ἐπαύξων κράτος· μέλλει δὲ καὶ κρειττόνων ἀποφαίνειν κοινωνὸν ἀγαθῶν, ἔργοις εἰς αὐτὸν τὰς οἰκείας πιστούμενος ἐπαγγελίας, ἃς οὐκ ἔθ' ὁ παρὼν καιρὸς ἐπιτρέπει λέγειν· μένειν δὲ χρὴ τὴν ἐκεῖσε πορείαν, ὅτι δὲ θνητοῖς ὄμμασιν, σαρκός τ' ἀκοαῖς οὐκ ἔχει φύσιν τὰ θεῖα καταλαμβάνεσθαι.

ceptis imbuuntur: adeo ut non amplius res creatas quæ corporis oculis cernuntur, reformident; nec sursum versus ad solem, lunam, et sidera sublatis oculis, in eorum admiratione subsistant: sed illum qui hæc omnia transcendit, quique nec visu nec sensu ullo percipi potest, omnium rerum Conditorem esse fateantur, eumque unum colere discant. Tot bonorum auctor mortalibus exstitit, magnum et admirabile hoc signum. Cujus vi ac virtute, mala quidem quæ prius erant, nunc esse desierunt; quæ vero ante non erant bona, irradiante jam pietatis luce, ubique resplendent. Sermones item et præcepta atque hortationes ad vitam modeste ac religiose instituendam cunctis gentibus prædicantur, ipseque adeo imperator hujusmodi prædicationem instituit. Atque hoc maximum miraculum est, quod tantus imperator contentissima voce, tanquam interpres summi omnium moderatoris Dei inclamans, omnes qui ipsius curæ commissi sunt, ad veri Dei cognitionem vocat. Quodque in medio palatio non ut antea moris fuit, impiorum hominum nugæ, sed sacerdotes ac ministri Dei, pietate conspicui, regiis hymnis ac laudibus festum diem celebrant. Quod unus Deus qui hujus universi imperator est, omnibus annuntiatur, et evangelicus sermo cuncta nobis bona promittens, humanum genus Deo conjungit, Patrem cœlestem suis in terra filiis propitium ac benevolum nuntians. Quod eum chori triumphalibus cujusque generis canticis venerantur: et universum hominum genus una cum angelicis agminibus concinit, et rationales animi corporibus quibus induti sunt, velut musicis quibusdam instrumentis utentes, hymnos ipsi convenientes, gratasque **632** laudes cum adoratione persolvunt. Quod ii qui occidentis tractum incolunt, una cum orientalium partium incolis, uno eodemque temporis momento ipsius præceptis eruduntur: et qui ad septentrionem habitant, simul cum iis qui ad meridiem degunt, uno concentu resonant: iisdem moribus ac legibus religiosum vivendi genus consectantes: et unum quidem qui super omnia est collaudant Deum; unum vero, unigenitum scilicet ejus Filium, Servatorem et omnium bonorum auctorem agnoscunt; unum quoque orbis terrarum correctorem atque imperatorem, et Deo amabiles ejusdem liberos norunt. Illic vero instar periti gubernatoris in sublimi sedens, clavumque manu tenens recto cursu navem dirigit, omnesque subditos ad tutum ac tranquillum portum secundo vento perducit. At Deus summus

(46) Vulg. *οὐκ ἔθος τὸ πρίν*. Scribo οὐκ ἔθ' ὡς τὸ πρὶν ἀνδρῶν ἀθέων φλήναφοι. Sophistas gentiles intelligit, qui in ejusmodi decennalium festivitatibus panegyricos imperatoribus dicebant. Talis est Nazarii panegyricus Constantino dictus in tertiis quinquennalibus, seu quinto decimo imperii ejus anno, et quinquennalibus Cæsarum. Talis item Themistii oratio in Valentis quinquennalibus. Sed et Claudius Mamertinus orationem præparaverat quinquennalibus Maximiani Herculii, ut ipse testatur. In codice Fuk. legitur οὐκ ἔθος τὸ πρίν.

(47) Vulg. *ὑπερπιδᾷ αἰωνουχούμενος*. Illic locus corruptissimus, quem tamen levi negotio mihi videor emendasse. Scribo igitur ὃδ' οἷα σοφὸς κυβερνήτης ὑψίζυγος ὑπὲρ πηδαλίων ὀχούμενος, etc., id est, *sublimis supra gubernaculum sedens*. At interpres nescio quid de ævo somniavit. Mox scribe εὐθέᾳ τε περαίνων ex codice Fuk.; sic enim infra loquitur Eusebius.

Digitized by Google

omnium imperator dextram ipsi ab alto porrigens, hactenus quidem omnium inimicorum et hostium victorem eum præstat, et multis annorum circulis imperii robur amplificat. Sed longe præstantiorum bonorum participem eum præterea facturus est, et promissa sua rebus ipsis ei approbaturus. Quæ quidem promissa præsens tempus adhuc commemorari non patitur : sed exspectandus est ex hac vita discessus : quandoquidem mortalibus oculis et carneis auribus, divina comprehendi nullatenus possunt.

CAPUT XI.

Age vero, Victor Maxime Constantine, tibi nunc in hoc imperiali de summo omnium Imperatore conscripto libro, arcanorum sermonum mysteria tradamus ; non quo te doceamus qui divinitus institutus es : nec quo arcana tibi retegamus, cui Deus ipse multo ante sermones nostros, non ab hominibus nec per hominem aliquem, sed per ipsum communem omnium Servatorem, perque divinitatis suæ præsentiam quæ tibi sæpius affulsit, occulta sacra aperuit ac nudavit ; sed ut rudes et ignaros homines, ad veritatis notitiam perducamus, tuorumque pie et religiose factorum causas ac rationes, ignorantibus suggeramus. Nam ea quidem quæ in honorem et cultum summi omnium Imperatoris Dei, tua eximia virtus per universum terrarum orbem quotidie gerit, omnium mortalium sermone celebrantur. Quæ vero in nostro solo (Palæstinam provinciam intelligo) in eaque urbe ex qua tanquam ex fonte salutaris sermo in omnes homines exundavit, custodi ac servatori tuo consecrasti grati **633** animi monumenta ; et quæ in oratoriorum ædificiis et ædium sacrarum dedicationibus erexisti tropæa victoriæ de morte reportatæ ; excelsa, inquam, illa et pulcherrima imperialis magnificentiæ opera, vere imperialia, circa salutare immortalis vitæ monumentum exstructa, non omnibus conspicuam et manifestam causam habent. Quippe hi quidem qui cœlesti divini Spiritus virtute illustrati sunt, causam ipsam sciunt atque intelligunt ; teque ob consilium illud, eumque impetum animi quem non sine divino quodam motu sumpsisti, merito mirantur ac beatum prædicant. Qui vero rerum divinarum imperiti sunt, opus illud

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'

Φερὲ δή σοι, Νικητὰ Μέγιστε Κωνσταντῖνε, λόγων ἀπορρήτων μυήσεις, ἐν τῷ βασιλικῷ τῷδε (48) ἀμφὶ τοῦ παμβασιλέως τῶν ὅλων συγγράμματι, παραθώμεθα· οὐ σὲ μυοῦντες τὸν ἐκ Θεοῦ σεσοφισμένον, οὐδέ σοι τὰ ἀπόρρητα γυμνοῦντες, ᾧ καὶ πρὸ τῶν ἡμετέρων λόγων Θεὸς αὐτὸς, οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, δι' αὐτοῦ δὲ τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς αὐτοῦ σοι πολλαχῶς ἐπιλαμψάσης θεϊκῆς ὄψεως, τὰ κρύφια τῶν ἱερῶν ἐξέφηνέ τε καὶ ἀπεκάλυψε· τοὺς δ' ἀμαθεῖς ἀνθρώπους εἰς φῶς ἄγοντες, καὶ τῶν σῶν τῆς εὐσεβείας ὁσίων ἔργων τὰς ὑποθέσεις καὶ τὰς αἰτίας τοῖς ἀγνοοῦσιν ὑποτιθέμενοι. Τὰ μὲν γὰρ εἰς τὴν τοῦ βασιλέως Θεοῦ τῶν ὅλων θεραπείαν τε καὶ τιμὴν ὁσημέραι καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης πρὸς τῆς ἀρετῆς (49) κατορθούμενα, πᾶν στόμα θνητῶν ἀνυμνεῖ, τὰ δ' ἐπὶ τῆς ἡμεδαπῆς ἑστίας, φημὶ δὴ τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους, πόλεώς τε τῆσδε ἔνθεν ὁ σωτήριος λόγος ὥσπερ ἀπὸ πηγῆς εἰς πάντας ἀνώμβρησεν ἀνθρώπους, ἀνατεθέντα τῷ σῷ φύλακί τε καὶ σωτῆρι χαριστήρια, τρόπαιά τε τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης, ἐν προσευκτηρίων οἴκοις καὶ ναῶν ἀφιερώμασιν ἀνεγηγερμένα, ὑψηλά τε καὶ περικαλλῆ βασιλικῆς διανοίας βασιλικὰ μεγαλουργήματα, ἀμφὶ τὸ σωτήριον τῆς ἀθανάτου μνήμης (50) ἐπεσκευασμένα, οὐ τοῖς πᾶσι (51) πρόδηλον ἔχει τὴν αἰτίαν· οἱ μὲν τὰ θεῖα δυνάμει Πνεύματος ἐνθέου πεφωτισμένοι, ἴσασί τε καὶ γνωρίζουσι, καί σε τῆς ἐπὶ ταῦτα διανοίας τε καὶ ὁρμῆς οὐκ ἀθεεὶ κεκινημένης, ἐνδίκως θαυμάζουσί τε καὶ μακαρίζουσι· οἱ δὲ τῶν θείων ἀγνώμονες, ψυχῆς ἀβλεψίᾳ, χλεύην καὶ γέλωτα πλατὺν τίθενται τὸ πρᾶγμα, νεκρῶν σωμάτων μνημεῖα καὶ τάφους τοσούτῳ βασιλεῖ σπουδάζεσθαι, ἀπρεπὲς εἶναι καὶ ἀνοίκειον ὑπειληφότες· εἶτ' οὐχὶ βέλτιον, φαίη ἄν τις αὐτῶν,

(48) *Ἐν τῷ βασιλικῷ τῷδε.* Rhetores Græci βασιλικοὺς λόγους vocabant orationes de laudibus imperatorum, quas Latini panegyricas appellare solent. Earum methodum tradit Alexander rhetor in libro *Περὶ ἐπιδεκτικῶν*, cap. 1, quod inscribi debet *Περὶ βασιλικοῦ λόγου*. Exstat hic liber inter rhetores Græcos ab Aldo editos, pag. 613 ; sed cum Menandri rhetoris libro qui ejusdem argumenti est, male confusus. Porro in dicto capite Alexandri, citatur oratio Callinici sophistæ celeberrimi hoc titulo Μέγας βασιλικός, in laudem imperatoris Philippi, ni fallor, conscriptus. Id autem ex eo conjicio, quod Philippus arabs perinde ac Callinicus fuit, et ignobili genere ortus : cujusmodi fuisse imperatorem illum cui Callinicus eam orationem dixit, testatur Alexander. Tempus etiam egregie convenit, cum Callinicus principatu Gallieni vixerit, teste Suida. Exstat etiam Libanii βασιλικός, in honorem Constantii et Constantis ab eo scriptus, cum esset Nicomediæ. Ad has igitur orationes alludens Eusebius, orationem hanc vocat βασιλικὸν σύγγραμμα. Sic in superiore capite βασιλικοῖς ὕμνοις πανηγυρίζουσι dixit, eodem alludens, quod interpres non intellexit. Sed et illud notandum est, hanc orationem ab Eusebio vocari βασιλικὸν σύγγραμμα, id est librum. Revera enim libro similior est quam orationi, quippe quæ nimia prolixitate modum orationis excedat. Proinde nequaquam mihi videtur ab Eusebio fuisse recitata.

(49) *Πρὸς τῆς ἀρετῆς.* Scribendum est πρὸς τῆς σῆς ἀρετῆς, ut legit interpres.

(50) *Ἀμφὶ τὸ σωτήριον τῆς ἀθανάτου μνήμης.* Scribendum videtur ἀμφὶ τὸ σωτήριον μαρτύριον, ut in superiori capite dixit Eusebius : ubi vide quæ notavimus. Scribi etiam posset ἀμφὶ τὸ σωτήριον μνῆμα. Sic enim elegans erit allusio μνῆμα τῆς ἀθανάτου μνήμης. Et ita Eusebius in superiore capite μνῆμά τε μνήμης αἰωνίου γέμον. Observavi tamen τὸ σωτήριον simpliciter et absolute ab Eusebio sumi pro salutari signo crucis : Δι' ἐνθέου ἀρετῆς τοῦ σωτηρίου, ut legitur in fine capitis noni, ubi tamen codex Fuk. habet σωτηρίου σημείου.

(51) Vulg. *ὁ τοῖς πᾶσι.* Non dubito quin scribendum sit οὐ τοῖς πᾶσι πρόδηλον ἔχει τὴν αἰτίαν. Quam emendationem confirmant sequentia mox Eusebii verba : *Non omnibus*, inquit, *nota sunt*

τὰ πάτρια φυλάττειν, καὶ τοὺς καθ' ἕκαστον ἔθνος τιμωμένους ἥρωάς τε καὶ θεοὺς εὐμενίζειν, μηδὲ ἀποπτύειν αὐτοὺς καὶ φεύγειν τῶν τοιῶνδε συμφορῶν ἕνεκα; Ἢ γὰρ κἀκείνους ὁμοίως τῷδε (52) τῆς ὁμοπαθείας χάριν θειάζειν, ἢ εἰ ἀπόβλητοι διὰ τὰς ἀνθρωποπαθείας ἐκεῖνοι, καὶ τούτῳ δίκαιον εἶναι τὴν αὐτὴν ἀπονέμειν ψῆφον. Ταῦτα γοῦν αὐτῶν εἴποι τις ἂν εὖ μάλα τὰς ὀφρῦς συνάγων, οἰήμασί τε δοκησισοφῶν καὶ τὸν αὐτοῦ σεμνολογῶν τῦφον· ὃν δὴ συγγνώμης ἀξιῶν τῆς ἀμαθίας, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα (53) πεπλανημένον, ὁ τοῦ παναγάθου Πατρὸς φιλάνθρωπος λόγος, διατριβὰς καὶ διδασκαλίας καθ' ὅλης τῆς τῶν ἐθνῶν οἰκουμένης πηξάμενος, ἔν τε χώραις καὶ κώμαις, ἀγροῖς τε καὶ ἐρημίαις, ταῖς θ' ἁπανταχοῦ πόλεσιν, εἰς τὴν τῶν ἐνθέων μαθημάτων παίδευσιν ἀφθόνως ἐπικαλεῖται, Ἕλληνας ὁμοῦ καὶ βαρβάρους, σοφοὺς καὶ ἰδιώτας, πένητας καὶ πλουσίους, οἰκέτας ἅμα δεσπόταις, ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους, ἀσεβεῖς, ἀδίκους, ἀμαθεῖς, αἰσχροποιούς, βλασφήμους, ἥκειν καὶ σπεύδειν ἐπὶ τὴν ἔνθεον θεραπείαν, οἷα φιλάνθρωπος σωτὴρ καὶ ψυχῶν ἰατρὸς παρακελευόμενος· λαμπραῖς γοῦν φωναῖς προτέρων κακῶν ἀμνηστίαν τοῖς πᾶσιν ἀνακηρύττων ἐβόα· « Δεῦτε, λέγων, πρὸς μὲ, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς· » καὶ αὖθις· « Οὐκ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλὰ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν· » καὶ προστίθησί γε τὸ αἴτιον, φάσκων· « Οὐ γὰρ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. » Καί· « Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν αὐτοῦ. » Ἐνθένδε μόνῳ τῷ τὰ θεῖα πεπαιδευμένῳ, τὰς αἰτίας ἐκμαθόντι τῆς τῶν προκειμένων σπουδῆς, κρείττονι ἢ κατὰ ἄνθρωπον ἐπιπνοίᾳ τῷ ἡμετέρῳ βασιλεῖ συνομολογεῖν ἔπεισι, καὶ τοῦ τρόπου τὸ θεοσεβὲς ἀποθαυμάζειν, τήν τε περὶ τὸ μαρτύριον τῆς σωτηρίου ἀθανασίας σπουδὴν οὐκ ἀθεεὶ γεγονέναι πιστεύειν, ἐξ ἐπιπνοίας δὲ ἀληθῶς τοῦ κρείττονος, οὐ θεράπων ἀγαθὸς ἀγαθῶν ὑπηρέτης εἶναι σεμνύνεται. Ταῦτά σοι, βασιλεῦ μέγιστε, φίλτατα καὶ προσήγορα εἶναι ἀληθῶς πεπεισμένος, τῶν σῶν φιλοθέων ἔργων τοὺς λόγους (54) καὶ τὰς αἰτίας ὁ παρών μοι λόγος τοῖς πᾶσιν ἐκφῆναι βούλεται, ὑφερμηνευτής τις εἶναι τῆς σῆς διανοίας, καὶ τῆς φιλοθέου ψυχῆς ἄγγελος ὑπάρχειν εὐχόμενος, διδάσκων πάντα, ἃ δεῖ καὶ προσήκει παι-

A præ cæcitate mentis deridentatque subsannant, indecorum et a majestate tanti imperatoris alienum esse rati, ut in monumentis ac sepulcris cadaverum studium suum atque operam collocet. Enim vero (dixerit horum aliquis) annon satius esset patrios ritus servare, et heroes ac deos qui in singulis provinciis coluntur placare; nec eos despuere et aversari propter hujuscemodi calamitates? Aut enim illos perinde atque hunc, ob ærumnarum similitudinem, divinis honoribus afficere oportet. Aut si illi abjiciendi sunt, utpote humanis perpessionibus obnoxii, idem quoque de hoc sentiendum est. Hæc fortasse aliquis eorum dixerit, contracto admodum supercilio, sapientiorem se cæteris existimans, et vanitatem suam gravitate verborum ex-

B tollens. Cui tamen, utpote per imprudentiam erranti, veniam impertiens optimi Patris clementissimus Filius, Dei Sermo: non hunc solum, sed omnes qui a recto tramite aberraverunt, ad divinæ disciplinæ institutionem liberaliter invitat, exstructis per universum orbem scholis atque auditoriis, in regionibus et vicis, in agris locisque desertis, in cunctis denique civitatibus, Græcos simul ac barbaros, sapientes et imperitos, pauperes ac divites, servos ac dominos, subditos juxta ac principes, impios, injustos, indoctos, flagitiosos, blasphemos ad divinam curationem accedere, imo accurrere jubens, utpote clementissimus servator et medicus animorum. Itaque priorum scelerum oblivionem

C cunctis annuntians, clara voce sic olim clamabat: *Venite ad me, omnes qui labore defessi estis et onere oppressi; et quietem vobis dabo* [6]. Et rursus: *Non veni ut vocarem justos, sed peccatores ad pœnitentiam* [7]. Et causam **634** subjungit: *Non enim valentibus opus est medico, sed male habentibus* [8]. Et alibi: *Nolo mortem peccatoris, sed ut pœnitentiam agat* [9]. Hinc est quod solus ille qui divinis imbuitur disciplinis, ubi causas studii ac diligentiæ in supradictis operibus collocatæ didicerit, fateatur necesse est excellentem quemdam impulsum in imperatore exstitisse, ejusque in colendo Numine pietatem admiretur; credatque curam hanc et sollicitudinem erga salutaris resurrectionis monumentum, non sine divino nutu natam esse, sed reipsa ex afflatu divini

[6] Matth. xi, 28. [7] Matth. ix, 13. [8] Ibid. 12. [9] Ezech. xviii, 23.

causæ operum illorum, quæ juxta sepulcrum Domini magnifice exstruxisti. Nam Christiani quidem eas cognitas habent, teque eo nomine magnopere mirantur. Gentiles vero ejusmodi opera derident. Male igitur in codice Fuk. scribitur ἃ τοῖς πᾶσι, etc.

(52) Ὁμοίως τῷδε. Christum intelligit, ut recte ad marginem notavit interpres. Hæc autem dicuntur ex persona gentium, qui Christianis deorum et heroum adulteria, rixas, cædes, mortem etiam ac sepulcra sibi objicientibus, ita respondebant. Si dii nostri ob hujusmodi humanas calamitates respuendi sunt, vester quoque perinde est respuendus, quem damnatum, mortuum ac sepultum esse fatemini.

(53) *Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντα.* Malim scribere οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πάντα πεπλανημένον, etc. Hoc enim mihi videtur elegantius. At vulgata lectio eumdem quidem habet sensum; sed frigidior est et insulsior.

D Infra tamen sic loquitur, pag. 634. Paulo post lego διατριβὰς καὶ διδασκαλεῖα.

(54) Vulg. ἔργων τοῖς λόγοις. Scribendum est procul dubio τοὺς λόγους, et paulo post εἰς πάντας ἐκφῆναι βούλεται. Et sic legisse videtur interpres qui ita vertit: *Rerum pie et religiose abs te gestarum rationes causasque hoc præsenti sermone explicare constitui.* Sed vocem ἔργων male interpretatus est, quæ fabricas hic significat seu ædificia, quæ a Latinis etiam opera dicuntur. Hic enim ex professo agit Eusebius de basilica quam Constantinus Hierosolymis miro opere ædificavit. Porro hic locus plane confirmat emendationem nostram quam supra proposuimus: Οὐ τοῖς πᾶσι πρόδηλον ἔσχε τὴν αἰτίαν. In codice Fuk. scribitur, ἔργων τοὺς λόγους καὶ τὰς αἰτίας παρὼν μοι λόγος τοῖς πᾶσιν ἐκφῆναι βούλεται.

Digitized by Google

numinis profectam, cujus se famulum, bonumque bonarum rerum ministrum esse imperator gloriatur. Hæc tibi, imperator maxime, grata inprimis et jucunda esse cum certo sciam, piorum operum tuorum causas et rationes hoc præsenti sermone cunctis explicare constitui, tanquam consilii tui nuntius, et religiosæ mentis interpres, docens omnes ea quæ discenda sunt ab omnibus, quotquot nosse desiderant rationes virtutis Dei ac Servatoris nostri; propter quas ille qui dudum antea exsistebat, rerumque omnium curam gerebat, sero tandem ad nos e cœlo descendit : propter quas humanam induit naturam : propter quas denique ad mortem accessit; causas præterea docens immortalis quæ subsecuta est vitæ, et resurrectionis; nec causas solum, verum etiam certissimas demonstrationes et documenta perspicua, his qui adhuc istis opus habent necessaria. Sed jam tempus est ut hujusmodi sermonem exordiamur. Qui cultum summi omnium conditoris ac rectoris Dei ad res ab illo creatas transtulerunt; et solem, lunam et reliquas mundi partes, primaque omnium rerum elementa, terram, aquam, aerem, ignem, pari cum eorum opifice et creatore vocabulo honorarunt, deosque appellarunt ea quæ nec fuissent unquam, nec substitissent, nec nomen ullum habuissent, nisi Dei sermoni qui hujus mundi opifex est, astitissent : ii parum differre mihi videntur ab his, qui eximiorum in imperialibus palatiis operum architectum prætermittentes; cameras et parietes, et varias in iisdem picturas; aurata item lacunaria et lapidum sculpturas summopere admirantur, iisque rebus laudem nomenque peritiæ artificis ascribunt : cum tamen non rebus illis quæ oculis cernuntur, sed soli **635** architecto admirationis causa tribuenda sit : faterique oporteat multa quidem esse opera peritiæ; solum vero illum peritum esse atque sapientem, qui earum rerum quæ a plurimis spectantur, auctor exstiterit. Nec sane multum a pueris distare viderentur hi, qui ipsum quidem lyræ instrumentum quod septem chordis constat, non inventorem ipsum aut peritum ejus harmoniæ ob hanc scientiam admirarentur : aut qui omisso illo qui egregiam operam in prælio navasset, hastam et clypeum triumphalibus coronis exornarent : aut qui forum, plateas, et ædificia sensu carentia, templaque et gymnasia, pari honore afficerent ac magnum imperatorem, magnæ ac regiæ civitatis auctorem; cum tamen non columnas nec lapides, sed ipsum potius magni operis conditorem ac legislatorem mirari conveniat. Sic etiam qui hoc universum corporis oculis intuentur, nec soli, nec lunæ, nec ulli ex cœlestibus corporibus causam illius ascribere debent, sed omnia illa

A δεύεσθαι πάντα, ᾧ πόθος ἐστὶ μανθάνειν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ δυνάμεως τοὺς λόγους· δι' οὓς καὶ πάλαι προὼν, καὶ τοῦ παντὸς ἐπιμελόμενος, ὀψέ ποτε οὐρανόθεν εἰς ἡμᾶς κατῆει, καὶ δι' οὓς φύσιν ἀνθρωπείαν ὑπεδύετο (55), καὶ δι' οὓς ἐπὶ τὸν θάνατον παρῆει, τῆς τε μετὰ ταῦτα ζωῆς ἀθανάτου, καὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναβιώσεως τὰς αἰτίας· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ λογικὰς ἀποδείξεις, ἐναργῆ τε διδάγματα τοῖς εἰς ἔτι τούτων δεομένοις ἀναγκαῖα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τούτων αὐτῶν ἐνθένδε ποθὲν ἄρξασθαι, ὥρα. Οἱ τὸ σέβας τοῦ κοσμοποιοῦ καὶ πανηγεμόνος Θεοῦ τῶν ὅλων τοῖς πρὸς αὐτοῦ γεννηθεῖσιν, ἀντικαταλλαξάμενοι, ἥλιόν τε καὶ σελήνην, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ κόσμου μέρη, τά τε πρῶτα στοιχεῖα, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, τῇ ἴσῃ προσηγορίᾳ τῷ τούτων ποιητῇ καὶ δημιουργῷ τιμήσαντες, καὶ θεοὺς ταῦτα προσειπόντες, ἃ οὐδαμῇ B οὐδαμῶς ἦν, οὐδ' ὑπῆρχεν ἂν οὐδ' ὠνόμαστο, εἰ μὴ τῷ κοσμοποιῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ παρέστη (56), οὗ μοι δοκοῦσι τούτων διαφέρειν, ὅσοι τὸν ἀρχιτέκτονα τῶν ἐν τοῖς βασιλικοῖς οἴκοις μεγαλουργημάτων παροράντες ὀρόφους, καὶ τοίχους, καὶ τὰς ἐν τούτοις πολυχρώμους τε καὶ πολυανθεῖς γραφὰς, χρυσόφορά τε δαιδάλματα καὶ λίθων γλυφὰς ὑπερεκπλήττονται, τούτοις τε αὐτοῖς τῆς τοῦ τεχνίτου σοφίας ἀνατίθενται τὴν ἐπηγορίαν· δέον μὴ τοῖς ὁρωμένοις, μόνῳ δὲ τῷ τούτων ἀρχιτέκτονι τὴν τοῦ θαύματος ἐπιγράφειν αἰτίαν, καὶ σοφίας ἔργα τὰ πολλὰ εἶναι ὁμολογεῖν, σοφὸν δ' ἐκεῖνον μόνον, τὸν δὴ τοῖς παλλοῖς τὰ τοιαῦ εἶναι παρασχόντα αἰτίαν· νηπίων γοῦν κομιδῇ παίδων διαφέροιεν ἂν οὐδὲν, καὶ οἱ τῆς ἐπταχόρδου λύρας C αὐτὸ δὴ τὸ μουσικὸν ὄργανον, ἀλλ' οὐ τὸν τῆς συντάξεως εὑρέτην τε καὶ ἐπιστήμονα, τῆς σοφίας ἀποθαυμάζοντες· ἢ οἱ τὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀριστέα παριόντες, τὸ δὲ δόρυ καὶ τὴν ἀσπίδα ἐπινικίοις κοσμοῦντες στεφάνοις· ἢ οἱ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ τῷ τῆς μεγάλης καὶ βασιλικῆς παραιτίῳ πόλεως ἐξ ἴσου τιμῶντες ἀγορὰς καὶ πλατείας, καὶ οἰκοδομήματα, τεμένη τε ἄψυχα καὶ γυμνάσια· δέον μὴ δὴ λίθους, τὸν δὲ τῶν σοφῶν μεγαλουργὸν καὶ νομοθέτην ὑπερεκπλήττεσθαι. Κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ τοὺς τὸ σύμπαν τόδε σαρκὸς ὀφθαλμοῖς θεωμένους, οὔτε ἡλίῳ οὔτε σελήνῃ, οὔτ' ἄλλῳ τῶν κατ' οὐρανὸν ἀναθετέον τὴν αἰτίαν, σοφίας δ' ἔργα τὰ πάντα προσῆκον ὁμολογεῖν, μνήμην ὁμοίως τοῦ τούτων ποιητοῦ καὶ δημιουργοῦ ποιουμένους, τι- D μᾶν τε καὶ σέβειν πρὸ παντὸς τιθεμένους τῶν ἄλλων· ἐκ δὲ τούτων τῆς ὄψεως, τὸν μηκέτι σώματος ὀφθαλμοῖς, μόνῳ δὲ νῷ διαυγεῖ καὶ καθαρῷ νοούμενον, τὸν παμβασιλέα Θεοῦ λόγον, πάσῃ διαθέσει ψυχῆς θεολογεῖν τε καὶ προσκυνεῖν· ἐπεὶ καὶ ἀνθρώπου σώματι, οὐδεὶς πώποτε τοῦ σοφοῦ καὶ ἐπιστήμονος, ὀφθαλμοὺς ἢ κεφαλὴν, ἢ χεῖρας, ἢ πόδας, ἢ τὰς λοιπὰς σάρκας, πολλοῦ δεῖ τοῦ τρίβωνος τὴν ἔξωθεν περιβολὴν, σοφὴν ἀνηγόρευσεν, οὐδὲ σοφὰ τῆς οἰκίας τὰ ἔπιπλα, οὐδὲ

(55) Vulg. *ἀνθρωπείαν ὑπεδύετο*. Addenda hoc loco vox φύσις, quæ in superiore linea male collocata est. Quod confirmat codex Fuk.

(56) *Τοῦ Θεοῦ λόγῳ παρέστη*. Interpres vertit, *nisi verbo Dei in lucem editæ fuissent*. Sed hæc interpretatio non satis exprimit Græcæ vocis proprietatem. Quare malim vertere *nisi verbo Dei astitissent*. Metaphora enim est a famulis qui, ubi dominus evocaverit, statim præsto sunt. Itaque hoc verbum παρέστη, recte dicitur de creatione rerum. Dixit enim Deus : Fiat; et facta sunt. Porro hunc locum emendavi ex codice Fuk. Cum enim antea legeretur : Καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἦν, correxi ἃ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἦν.

Digitized by Google

τοῦ φιλοσόφου τὰ ὑπηρετικὰ σκεύη· τὸν δ' ἀφανῆ καὶ ἀόρατον ἐν ἀνθρώπῳ νοῦν πᾶς τις ἔμφρων θαυμάζει. Ταύτῃ τοι καὶ μᾶλλον, πρὸ τῶν ὁρωμένων δαιδαλμάτων τοῦ σύμπαντος κόσμου, σωμάτων ὄντων καὶ ἐκ μιᾶς ὕλης πεποιημένων, τὸν ἀφανῆ καὶ ἀόρατον Λόγον, τὸν δὴ τοῦ παντὸς εἰδοποιόν τε καὶ κοσμήτορα, ὑπερεκπληκπτέον, ὄντα τοῦ Θεοῦ Μονογενῆ, ὃν ὁ τῶν ὅλων ποιητής, ὁ πάσης ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω οὐσίας, αὐτὸς ἐξ ἑαυτοῦ γεννήσας, ἡγεμόνα καὶ κυβερνήτην τοῦδε τοῦ παντὸς κατεστήσατο. Ἐπεὶ γὰρ μὴ οἷόν τε ἦν τὴν ῥευστὴν τῶν σωμάτων οὐσίαν, τήν τε τῶν ἄρτι γενομένων λογικῶν φύσιν τῷ πανηγεμόνι Θεῷ πελάζειν, δι' ὑπερβολὴν τῆς ἀπὸ τοῦ κρείττονος ἐλλείψεως· ὁ μὲν γὰρ ἦν ἀγέννητος, ἀνωτάτω τε καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων, ἄῤῥητος, ἀνέφικτος, ἀπροσπέλαστος, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον ἥ φασιν οἱ ἱέρειοι λόγοι (57)· ἡ δ' ἐξ οὐκ ὄντων προβεβλημένη, πορῥωτάτω τε διεστῶσα καὶ μακρὰν τῆς ἀγεννήτου φύσεως ἀπεσχοινισμένη· εἰκότως ὁ πανάγαθος καὶ Θεὸς τῶν ὅλων, μέσην τινὰ παρεμβάλλει (58) τὴν τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Λόγου θείαν καὶ παναλκῆ δύναμιν, ἀκριβέστατα μὲν ὡς ὅτι μάλιστα καὶ ἐγγύτατα τῷ Πατρὶ προσομιλοῦσαν, εἴσω τε αὐτοῦ τῶν ἀπορῥήτων ἀπολαύουσαν, πρώτατα δὲ (59) συγκατιοῦσαν, καὶ ἀμωσγέπως συσχηματιζομένην τοῖς τῆς ἄκρας ἀπολιμπανομένοις· ἄλλως γὰρ οὔτ' εὐαγὲς οὔθ' ὅσιον, τὸν τῶν ὅλων ἐπέκεινα καὶ ἀνωτάτω, ὕλῃ φθαρτῇ καὶ σώματι συμπλέκειν· διὸ δὴ Λόγος θεῖος ἀναμὶξ τόδε τὸ πᾶν ὑπελθών, καὶ τὰς ἡνίας τοῦ παντὸς ἐνδησάμενος, ἀσωμάτῳ καὶ θείᾳ δυνάμει ἄγει καὶ φέρει, πανσόφως ἡνιοχῶν, ἥ καλῶς ἔχειν αὐτῷ καταφαίνεται. Τοῦ δὲ Λόγου σαφὴς ἡ ἀπόδειξις. Εἰ γὰρ δὴ αὐτὰ καθ' ἑαυτὰ τοῦ κόσμου μέρη, ἃ δὴ καὶ πρῶτα στοιχεῖα καλεῖν εἰώθαμεν, γῆν, ὕδωρ, ἀέρα, πῦρ, ἅπερ ἐξ ἀλόγου συνέστηκε φύσεως, ὃ δὴ καὶ αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρῶμεν· εἰ μία τοῖς πᾶσιν (60) ὑπόκειται οὐσία, ἣν δὴ καὶ πάνδοχον καὶ μητέρα καὶ τιθηνὸν τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς ὀνομάζειν φίλον, ἄμορφός τε καὶ ἀνείδεος αὕτη, πάντη τε ἄψυχος καὶ ἄλογος, πόθεν ἂν εἴποι τις τὸν ἐν αὐτῇ κόσμον ἐνυπάρχειν αὐτῇ; Πόθεν ἡ τῶν στοιχείων διάκρισις; Πόθεν ἡ τῶν ἐναντίων ἐπὶ ταυτὸ συνδρομή; Τίς τὸ βαρὺ τῆς γῆς στοιχεῖον ἐφ' ὑγρᾶς οὐσίας ἐχεῖσθαι παρεκελεύσατο; Τίς τῶν ὑδάτων φύσιν κά-

A sapientiæ opera fateri; memores interim illius qui ea condidit, ejusque cultum et observantiam reliquis omnibus præferentes. Ex istarum autem rerum aspectu, illum qui non jam corporis oculis, sed pura duntaxat ac defæcata mentis acie percipitur, Dei scilicet sermonem hujus universi imperatorem, toto animi affectu venerari atque adorare. Nam nemo unquam in hominis corpore oculos aut caput, manus vel pedes aut reliqua membra hominis sapientis ac docti, sapientiam appellavit; nedum pallium quo obvolutus est, aut domesticam supellectilem, aut vasa ad usum philosophi necessaria: sed quivis prudens, mentem ipsam intus latentem atque invisibilem admiratur. Ita quoque præ cunctis hujus mundi aspectabilibus operibus, quæ corB porea sunt, ex una eademque materia fabricata: invisibilem illum Sermonem mirari debemus, qui hoc universum formavit atque exornavit; qui est unigenitus Dei Filius; quem ille omnium rerum Conditor qui omnem substantiam transcendit, ex se ipso genitum, principem ac rectorem hujus universi constituit. Nam quoniam fieri non poterat, ut fluxa corporum substantia, et rationalium quæ recens edita fuerant animalium natura ad summum omnium rectorem Deum accederet, eo quod infinitis **636** spatiis ab illo superantur: quippe hic quidem ingenitus est, supra et ultra omnia positus, inexplicabilis, inaccessus, ad quem perveniri non potest; lucem habitans inaccessibilem, ut sacra loquuntur oracula [10]: illa vero ex nihilo producta, C longissimo intervallo dissita ac separata ab ingenita illa natura. Non sine causa Deus Optimus Maximus velut mediam interjicit divinam ac præpotentem Unigeniti Sermonis sui virtutem. Quæ quidem perfectissime et proxime cum Patre versatur et colloquitur; intraque ipsum manens, arcanis ejus perfruitur: nihilominus tamen seipsam benigne dimittit, et quodammodo componit coaptatque iis qui a summo vertice longius absunt. Aliter enim nefas esset, eum qui supra ultraque omnia positus est, cum corruptibili materia et corpore copulare. Idcirco divinus Sermo huic universo sese commiscens, sumptis in manus habenis totius mundi,

[10] I Tim. VI, 16.

(57) *Οἱ ἱέρειοι λόγοι.* Sic etiam codex Fuk. pro ἱεροί.

(58) *Μέσην τινὰ παρεμβάλλει.* Mediam vocat Filii potentiam inter Deum Patrem et res creatas, non quod alia sit Filii virtus ac potentia a virtute ac potentia Patris. Nam Eusebius divinam Filii potentiam diserte hic appellat; sed mediam vocat, quia Pater per se nihil facit, sed omnia per Filium. Itaque veteres theologi monarchiam Patri tribuebant; Filio vero administrationem seu οἰκονομίαν, ut docet Tertullianus *Adversus Praxeam*. Vide infra caput 12, ubi Filium rursus vocat medium, et veluti vinculum quoddam, quo res creatæ cum ingenito Patre copulantur. Ac ne quis forte Eusebium hic reprehendendum putet, eodem plane modo loquitur Alexander episcopus Alexandrinus in epistola ad Alexandrum Constantinopolitanum: Ἀγνοοῦντες οἱ ἀνάσκητοι, ὡς μακρὸν ἂν εἴη μεταξὺ Πατρὸς ἀγεν- D νήτου, καὶ τῶν κτισθέντων ὑπ' αὐτοῦ ἐξ οὐκ ὄντων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων· ὧν μεσιτεύουσα φύσις μονογενής, etc. Idem pluribus declarat Eusebius in lib. I *Adversus Sabellium*: *Non quia non sufficiebat Pater, ideo genuit Filium: sed quia non sufficiebant ea quæ facta sunt sufferre non nati virtutem. Ideo per Mediatorem loquitur. Quare? quia non poteramus propinquare non nato*, etc. Hæc tamen optime refutat Athanasius in *Oratione tertia contra Arianos*, pag. 397.

(59) Vulg. *πρωτατά γε.* Scribendum omnino est πρώτατα δὲ συγκατιοῦσαν, καὶ ἀμωσγέπως.

(60) *Εἰ μία τοῖς πᾶσιν.* Maximam huic loco lucem attuleris, si particulam addas hoc modo: Ἤ εἰ μία τοῖς πᾶσιν ὑπόκειται οὐσία, id est, *Nam sive singula elementa propriam habent substantiam, sive una eademque omnibus subest materia*, etc.

Digitized by Google

incorporea ac divina virtute eum regit, instar sapientis aurigæ moderans prout ipsi visum fuerit. Hujus porro Sermonis perspicua est demonstratio. Etenim si ipsæ per se subsistunt mundi partes, quæ prima elementa vulgo appellantur, terra scilicet, aqua, aer et ignis, quæ naturam habent rationis expertem sicut oculis ipsis videmus; si una eademque omnium est materia, quam cunctorum receptaculum et parentem ac nutricem vocare solent ejusmodi rerum periti, eaque informis est ac sine specie, anima et ratione prorsus destituta: unde ornatum ei inesse quis dixerit? Undenam, quæso, elementorum distinctio? Unde contrariarum rerum concentus atque concordia? Quis gravissimam terræ molem humida aquæ substantia vehi præcepit? Quis deorsum vergentem aquarum naturam retro in contrarium abducens, sublimem in nubibus circumtulit? Quis vim ignis constringens, eam in lignis delitescere, et cum rebus sibi contrariis commisceri jussit? Quis frigido aere cum calida ignis natura permisto, et mutua inter ipsos pugna dirempta, in gratiam et concordiam eos reduxit? Quis mortalium genus, excogitato successionis beneficio, ad longævum immortalis cujusdam vitæ spatium propagavit? Quis mare et femina in hunc quem cernimus modum formatis atque compositis, et ambobus in unam conjunctis harmoniam, generationis principium cunctis animalibus molitus est? Quis fluidam seminis **637** naturam, ex corruptibili et fluxa ac sensus experte, prolificam et animali generando idoneam effecit? Quis hæc omnia et alia præterea innumerabilia, omni stupore atque admiratione majora, etiamnum operatur? Quis singulis diebus et horis, istorum omnium generationes et corruptiones occulta quadam et invisibili virtute perficit? Harum omnium rerum auctor jure merito existimandus est, admirabilis Dei Sermo. Ille enim revera omnipotens, per omnia sese diffundens, et sursum quidem in sublime, deorsum vero in profundum incorporeo quodam modo sese extendens, longitudinem quoque ac latitudinem universi vastis quasi manibus amplexus, totum hunc mundum compegit atque constrinxit. Quem cum velut instrumentum quoddam omnes in se harmonias continens, sibi ipse fabricasset, materiam corporum quæ per se informis et irrationalis et sine specie

A τω ῥέουσαν ἀναστρέψας εἰς τοὐπίσω, μετέωρον διὰ νεφῶν ἤγαγε; Τίς τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν πεδήσας, ξύλοις φωλεύειν καὶ τοῖς ἐναντίοις τῇ φύσει συνεκράσατο; Τίς τὸν ψυχρὸν ἀέρα θερμῇ δυνάμει καταμίξας, τῆς πρὸς ἄλληλα μάχης (61) αὐτὰ διαλύσας εἰς φιλίαν κατήλλαξε; Τίς τὸ θνητὸν γένος, τῷ τῆς διαδοχῆς τρόπῳ μηχανισάμενος, εἰς μακραίωνα (62) ζωῆς ἀθανάτου βίον διεξήγαγε; Τίς ὧδε τὸ ἄῤῥεν μορφώσας, τὸ δὲ θῆλυ σχηματίσας, ἄμφω τε εἰς ἁρμονίαν συναγαγὼν (63), μίαν γενέσεως ἀρχὴν ἅπασι ζώοις ἐξεύρατο; Τίς τὴν ῥοώδη καὶ σπερματικὴν γένεσιν τῆς φθαρτῆς καὶ ἀλογίστου (64) μεταβολῆς ῥωῆς, ζωογόνον ἀπέδειξε; Τίς ταῦτα πάντα καὶ μυρία τούτων ἐπέκεινα θαύματος καὶ ἐκπλήξεως κρείττονα, εἰς ἔτι καὶ νῦν ἐνεργεῖ; Τίς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας
B καὶ ὥρας τὰς τούτων γενέσεις [καὶ ὥρας] (65) ἀφανεῖ καὶ ἀόρατῳ δυνάμει κατεργάζεται; Ἀλλὰ γὰρ τούτων ἁπάντων ὁ παραδοξοποιὸς τοῦ Θεοῦ Λόγος, αἴτιος ἂν ἐνδίκως ἀποφανθείη· Λόγος γὰρ ὡς ἀληθῶς Θεοῦ παντοδύναμος διὰ πάντων ἑαυτὸν ἁπλώσας, καὶ ἄνω τε πρὸς ὕψος, καὶ κάτω πρὸς βάθος ἑαυτὸν ἀσωμάτως ἐκτείνας, πλάτη τε καὶ μήκη (66) τοῦ παντὸς, πλατείαις ὥσπερ ταῖς χερσὶ περιλαβών, συνήγαγε τόδε τὸ πᾶν καὶ συνέσφιγξεν, ὄργανόν τε τοῦτο παναρμόνιον αὐτὸς ἑαυτῷ συμπηξάμενος, τὴν ἄλογον καὶ ἄμορφον καὶ ἀνείδεον τῶν σωμάτων οὐσίαν, παντόφῳ καὶ λογικῇ δυνάμει, εὖ μάλα τοῖς διατόνοις τὰ διεζευγμένα συνάπτων (67), ἀνακρούεται, ἥλιόν τε αὐτὸν καὶ σελήνην καὶ τὰ κατ' οὐρανὸν φωσφόρα λόγοις
C διακυβερνῶν ἀῤῥήτοις, ἐς τὸ χρήσιμον τῶν ὅλων ὁδηγεῖ· ὁ δ' αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ κατὰ γῆν ἑαυτὸν βαθύνας, παντοδαπῶν γένη ζώων, φυτῶν τε πολύμορφα κάλλη συνεστήσατο· οὗτος αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος καὶ βυθῶν ἄχρι θαλάττης καταδὺς, νηκτῶν ἐπενόησε φύσιν (68), πάλιν κάνταῦθα μυρίας καὶ ἀναρίθμους ἰδέας καὶ παντοίων ζώων διαφορὰς ἐργασάμενος· ὁ δ' αὐτὸς οὗτος καὶ τὰ κατὰ γαστρὸς κυοφορούμενα, ἔνδον ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ τελεσιουργῶν ζωοπλαστεῖ, οὗτος καὶ τῆς ὑγρᾶς οὐσίας τὴν ῥευστὴν καὶ βαρεῖαν φύσιν, ἄνω μετέωρον ἀνακουφίσας, κἄπειτα γλυκάνας τῇ μεταβολῇ, μέτρῳ μὲν εἰσάγει τῇ γῇ, χρόνοις δὲ ὡρισμένοις τὴν ἐπιχορηγίαν ἐκτελεῖ. Εἶθ' οἷά τις γεωργὸς ἄριστος ἐποχετεύσας εὖ μάλα τὴν χώραν, τῇ τε ξηρᾷ τὴν ὑγρὰν συγκερασάμενος, μεταῤῥυθμίζει παντοίως τοτὲ μὲν ὡραίοις ἄνθεσι, τοτὲ
D δὲ σχήμασι παντοίοις (69), τοτὲ δὲ ὁδμαῖς ἡδείαις,

(61) *Τῆς πρὸς ἄλληλα μάχης.* Scribo τίς τῆς πρὸς ἄλληλα μάχης αὐτὰ διαλύσας, etc., vel certe καὶ τῆς πρὸς ἄλληλα μάχης.

(62) *Εἰς μακρὸν αἰῶνα.* Lego uno verbo: Εἰς μακραίωνα ζωῆς ἀθανάτου βίον διεξήγαγε. Qua voce usus est Eusebius supra.

(63) *Ἄμφω τε εἰς ἁρμονίαν συναγαγών.* Mallem ita interpungere: εἰς ἁρμονίαν συναγαγὼν μίαν.

(64) *Φθαρτῆς καὶ ἀλογίστου.* Maluissem dicere ἀναισθήτου, quod et in versione mea secutus sum.

(65) *Τὰς τούτων γενέσεις καὶ ὥρας.* Delenda sunt duo postrema vocabula, quæ, ex superiore linea repetita, male huc irrepserunt. Posset etiam scribi γενέσεις καὶ φθοράς.

(66) Vulg. *πλάτει τε καὶ μήκει.* Scribendum puto πλάτη τε καὶ μήκη τοῦ παντὸς περιλαβών, etc. Et sic postulat ordo syntaxeos.

(67) *Τοῖς διατόνοις τὰ διεζευγμένα συνάπτων.* Voces sunt proprie ad musicam pertinentes, de quibus præter cæteros Boethius in lib. I *De Musica*, ubi de synaphe et diazeuxi agit. At interpres *lapides frontatos* hic nobis obtrusit, quo nihil ab re magis. Pro voce διατόνοις scribendum videtur τόνοις. Pene omiseram monere scribendum hic esse ὄργανόν τε τοῦτο παναρμόνιον, etc.

(68) Vulg. *νυκτῶν ἐπενόησε φύσιν.* In codice Fuk. scribitur νηκτῶν, rectius.

(69) *Τοτὲ δὲ σχήμασι παντοίοις.* Interpres vertit, *modo herbarum formis cujusquemodi illustrando.* Quod equidem non probo. Ac mihi videtur Eusebius varias terrarum figuras potius intelligere. Alia enim Europæ, alia Asiæ, alia Africæ figura est.

Digitized by Google

τοτὲ δὲ καρπῶν ἐναλλαττούσαις διαφοραῖς, τοτὲ δὲ τῇ γεύσει παντοδαπὰς ἀπολαύσεις παρέχων. Τί με δεῖ (70) τοῦ Θεοῦ λόγου τὰς δυνάμεις ἐπεξιέναι τολμᾷν, καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειρεῖν, πᾶσαν θνητὴν διάνοιαν ὑπερνικώσης τῆς ἐνεργείας; Ἄλλοι μὲν οὖν τοῦτον φύσιν τοῦ παντὸς ὠνομάκασιν, ἄλλοι δὲ τὴν καθ' ὅλου ψυχήν, ἄλλοι δὲ εἱμαρμένην, οἱ δ' αὐτὸν εἶναι τὸν ἐπέκεινα τῶν ὅλων Θεὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως τὰ πορρωτάτω διεστῶτα μιγνύντες, ἀπεφήναντο, αὐτὸν τὸν πανηγεμόνα, καὶ τὴν ἀγέννητον καὶ ἀνωτάτω δύναμιν κάτω βάλλοντες ἐπὶ γῆν, καὶ σώματα ὕλῃ φθαρτῇ συμπλέξαντες, ἀλόγων τε ζώων καὶ λογικῶν, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων μέσον εἰλῆσθαι φήσαντες. Ἀλλ' οἱ μὲν ταῦτα.

A est, ratione ac sapientia pulsare cœpit, disjuncta diatonis conjungens. Solem quoque ac lunam et reliqua cœli luminaria, inexplicabili quadam proportione moderans, ad hujus universi dirigit utilitatem. Idem Dei sermo seipsum quoque in terram dimittens, varia animalium genera et multiplices plantarum species produxit; et in profundos maris recessus penetrans, natantium genus commentus est, ibique rursus infinitas et innumerabiles animantium formas ac varietates effecit. Idem fetus in utero conceptos, intus in ipsa naturæ officina perficiens, animat atque effingit. Idem fluxam et gravem humidæ substantiæ molem in sublime tollens, ac deinde mutatione quadam dulcem effi-

ciens, eamdem postea moderate ac paulatim in terram effundit, certisque temporibus copiosius subministrat. Deinde vero instar periti cujusdam agricolæ, ea in varios rivos diducta agros irrigans, et cum arida humo humidam commiscens substantiam, terram variis modis exornat, nunc florum amœnitate pingens, nunc formarum varietate, nunc odorum suavitate, nunc fructuum variis generibus vestiens, modo multiplices saporum delicias præbens palato. Sed quid ego divini Sermonis potentiam exponere præsumo, eaque facere conor quæ fieri non possunt, cum omnis humana cogitatio operum illius magnitudine longe superetur. Hunc alii quidem naturam universi appellarunt, alii animam totius mundi, alii fatum. Alii **638** vero ipsum esse summum et ultra omnia positum Deum affirmarunt; inter se longissime distantia, nescio quomodo, confundentes, dum ipsum omnium rectorem, et supremam atque ingenitam naturam, deorsum in terram dejiciunt, et cum corpore et corruptibili materia colligant, mediumque inter rationalia et rationis expertia animalia, interque mortales et immortales substantias volutari affirmant. Ita quidem illi.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Ἡ δ' ἔνθεος διδασκαλία, τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνώτατον αὐτὸ δὴ (71) τὸ πάντων αἴτιον, ἐπέκεινα πάσης καταλήψεως εἶναί φησι, διὸ δὴ ἄῤῥητον καὶ ἄλεκτον καὶ ἀνωνόμαστον, καὶ φωνῆς οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐννοίας ἁπάσης ὑπέρτερον εἶναι, οὐκ ἐν τόπῳ περιληπτὸν, οὐκ ἐν σώμασιν ὄν, οὐκ ἐν οὐρανῷ, οὐκ ἐν αἰθέρι (72), οὐδ' ἔν τινι μέρει τοῦ παντὸς, ἀλλὰ πάντη καὶ πάντων ἐκτὸς, ἐν ἀπορῥήτῳ βυθῷ γνώσεως τεταμιευμένον· τοῦτον μόνον ἀληθῆ Θεὸν (73) τὰ θεῖα

B

CAPUT XII.

Divinitus autem tradita doctrina, id quod summum omnium bonum et universorum causa est, ultra omnem comprehensionem positum esse asserit: ac proinde nec verbis et oratione exprimi, nec nomine appellari posse, et cogitationem omnem, nedum vocem excedere. Idem nec loco comprehendi, nec in corporibus, nec in cœlo aut æthere aut alia qua parte universi exsistere: sed prorsus extra omnia, in arcano quodam intelligentiæ re-

Jam in his partibus, singulæ provinciæ suas habent figuras, quas hujus universi conditor Deus ipsis indidit; orbem terrarum velut hortum quemdam amœnissimum in varias partitus areolas. Potest etiam hoc nomine varius terræ habitus ac vestitus designari. Nam terra modo herbis virescit, C modo segetibus flavescit: hic silvis opaca est, hic hortis amœna.

(70) Vulg. *Τί μὴ δεῖ.* Scribendum puto *τί δέ μοι*, id est, *Sed quid ego præsumo*, etc.; quæ dicendi forma magnam habet ἔμφασιν, cum orator seipsum quasi reprimit atque objurgat. Codex Fuk. *τί με δεῖ.*

(71) *Ἀνώτατον αὐτὸ δή.* Verba videntur esse transposita, atque in hunc modum restituenda: Ἡ δ' ἔνθεος διδασκαλία αὐτὸ δὴ τὸ τῶν ἀγαθῶν ἀνώτατον, πάντων τ' αἴτιον, etc.

(72) *Οὐκ ἐν οὐρανῷ, οὐκ ἐν αἰθέρι.* Ætherem a cœlo veteres distinxerunt, eoque nomine elementum ignis designabant. Sic Anaxagoras, ut refert Aristoteles in libro III *De Cœlo*, quem fere omnes postea secuti sunt, præter Peripateticos. Nam Peripatetici substantiam cœli æthera vocabant, ut docet Aristoteles *De mundo*, eamque quintum elementum esse dicebant. Idem ait Heraclides in *Allegoriis Homeri: Peripatetici*, inquit, *aiunt naturam cœlestium* D *corporum aliam esse ab igne, eamque* κυκλοφορητικὴν *vocant, et quintum elementum esse aiunt. Ignis enim, qui Græce est* αἰθὴρ, *sursum fertur natura: sol vero et luna non item.* At Stoici æthera etiam ipsi vocarunt elementum ignis; idque totius mundi principale, seu τὸ ἡγεμονικὸν esse censuerunt. Censorinus, seu quis alius auctor, in capite 1 *De naturali institutione: Mundi principale solem quidam putant, ut Cleanthes: et Chrysippus æthera, cujus motu perenni subjecta tenentur et administrantur. Et ipse quidem æther nihil patitur.* Sic etiam Eusebius usurpat infra hac pagina. Augustinus in sermone 147 *De Tempore.*

(73) *Τοῦτον μόνον ἀληθῆ Θεόν.* Non quod Filius non sit verus Deus, sed quod Dei nomen proprie pertinet ad Patrem, utpote fontem et auctorem Deitatis. Quod vero Eusebius noster in epistola ad Euphrationem dixit Filium non esse verum Deum, ut ei objicit Athanasius, et Patres septimæ synodi, id omnino ferri non potest. Etsi enim Pater proprie Deus dicitur, ita ut, quoties Deus simpliciter et absolute dicitur, statim Patrem intelligamus, Filius tamen non minus vere Deus est quam Pater; quippe cum Patris ac Filii una eademque sit divinitas. Certe Eusebius Filium verum Deum esse diserte dixit in lib. I *contra Marcellum*, *De Ecclesiastica Theologia*, cap. 10, quamvis in sequenti capite nonnihil minuit de iis quæ supra dixerat. Christi verba in Joannis Evangelio sunt hæc de Patre: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum.*

Digitized by Google

cessu abditum esse. Hunc solum verum Deum agnosci debere sacra docent oracula; qui ab omni corporea substantia segregatus, et ab omni ministerio dispensationis alienus est. Quocirca ex ipso cuncta, non autem per ipsum exstitisse dicuntur. Sed ipse quidem velut imperator, intus in abditis et inaccessis penetralibus, lucem habitans inaccessam, ubique pro suæ voluntatis arbitrio statuit ac præcipit. Ipso enim volente exsistit quidquid exsistit; eodemque nolente, non exsistit. Vult autem quæcunque sunt bona, quoniam ipse suapte natura ipsum est bonum. Dei autem Sermo per quem omnia sunt, sursum ex optimo Patre tanquam ex perenni et immenso fonte emanans, instar fluvii profluit, totus ad communem omnium rerum conservationem exundans. Et quemadmodum, ut ex nobis ipsis sumpto utar exemplo, mens quæ in nobis est spiritalis et invisibilis, cujus substantia quæ qualisve sit, nullus unquam cognovit mortalium; tanquam imperator quidam in secretis regiæ penetralibus residens, sola quæ agenda sunt despicit. Sermo vero, tanquam unigenitus ; filius inexplicabili quodam modo et arcana virtute quæ verbis exprimi non potest, ab ipsa mente generatus, ex abdito ejus sinu velut ex parente progreditur; primusque paternarum cogitationum nuntius atque interpres factus, palam omnibus annuntiat ea quæ a parente clam et occulte constituta sunt, et ad omnium aures perlatus, consilia patris sui operibus **639** ipsis exsequitur. Atque hi quidem ex sermone ipso magnam percipiunt utilitatem; ipsam vero mentem quæ abdita et invisibilis est sermonis parens, nemo unquam oculis aspexit. Sic plane, aut potius præstantiore quodam modo et omnis exempli comparationem longe superante, Dei omnium Regis perfectissimus Sermo, utpote unicus ejus Filius, non ex prolationis vi consistens, nec ex syllabis et nominibus ac verbis compositus : nec voce per aeris percussionem expressus; sed summi Dei vivus atque efficax Sermo, ac personaliter subsistens : quippe qui Dei virtus sit atque sapientia, ex Patris divinitate et regno procedit. Cumque boni Patris bonus fetus, et communis omnium rerum conservator sit, universa permeans irrigat, et præ abundantia rationis, sapientiæ, lucis et omnium quæ in ipso sunt bonorum, sese in omnia diffundens, non vicina duntaxat et sibi proxima rigat : verum etiam res lon-

λόγια εἰδέναι παιδεύει, πάσης κεχωρισμένον σωματικῆς οὐσίας, πάσης ἀλλότριον ὑπηρετικῆς οἰκονομίας (74)· διὸ δὴ ἐξ αὐτοῦ τὸ πᾶν, οὐ μὴν καὶ δι' αὐτοῦ φῦναι παραδέδοται. Ἀλλ' αὐτὸς μὲν οἷα βασιλεὺς, εἴσω που ἐν ἀῤῥήτοις καὶ ἀδύτοις καὶ ἀδάτοις, φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον δια παντὸς, μόνῃ τῇ θελητικῇ δυνάμει νομοθετεῖ καὶ διατάττεται· θέλοντος γάρ ἐστιν ὅ τι καὶ ἔστι, καὶ μὴ θέλοντος, οὐκ ἔστι, θέλει δὲ ἀγαθὰ πάντα, ὅτι δὴ καὶ αὐτοαγαθὸν (75) τῇ οὐσίᾳ τυγχάνει. Ὁ δὲ δι' οὗ τὰ πάντα, Θεὸς Λόγος, ἄνωθεν ἐξ ἀγαθοῦ Πατρὸς ὡς ἐξ ἀεννάου καὶ ἀπείρου πηγῆς ἀνομβρῶν λόγοις ἀῤῥήτοις (76), ποταμοῦ δίκην πρόεισιν, ὅλος πλημμυρῶν ἐς τὸ κοινὸν τῆς τοῦ παντὸς σωτηρίας. Ὡς δὲ ἐπὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς παραδείγματος, ὁ μὲν ἀόρατος καὶ ἀφανὴς ἐν ἡμῖν νοῦς, ὃν ὅστις ποτὲ καὶ ὁποῖος ὢν τὴν οὐσίαν ὑπάρχει, οὐδεὶς πώποτε ἀνθρώπων ἔγνω· βασιλεὺς δ' οἷα ἐν ἀπορῥήτοις εἴσω τοῖς αὐτοῦ ταμείοις ὑπάρχων, μόνας τὰ πρακτέα βουλεύεται· Λόγος δ' ἐξ αὐτοῦ πρόεισι μονογενὴς, οἷα πατρὸς ἐξ αὐτοῦ μυχοῦ γεγεννημένος ἀῤῥήτῳ λόγῳ, καὶ δυνάμει ἀκατονομάστῳ, ὃς δὴ καὶ πρῶτος τῶν πατρικῶν τοῖς πᾶσι καθίσταται νοημάτων ἄγγελος, εἰς φανερόν τε κηρύττει τὰ ἐν ἀπορῥήτοις τῷ Πατρὶ βεβουλευμένα, ἔργοις τε ἐπιτελεῖ τὰ βουλεύματα προῖών εἰς τὰς πάντων ἀκοάς· εἶθ' οἱ μὲν ἐκ τῆς τοῦ λόγου μετέλαβον ὠφελείας, τὸν δ' ἀφανῆ καὶ ἀόρατον νοῦν, τὸν δὴ τοῦ Λόγου Πατέρα, οὐδεὶς πώποτε εἶδεν ὀφθαλμοῖς· κατὰ τὰ αὐτὰ δή, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπέκεινα πάσης εἰκόνος τε καὶ παραδείγματος, ὁ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τέλειος Λόγος, οἷα μονογενὴς Πατρὸς Υἱὸς, οὐ προφορικῇ συνεστὼς δυνάμει, οὐδ' ἐκ συλλαβῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων τὴν φύσιν κατεσκευασμένος, οὐδ' ἐν φωνῇ δι' ἀέρος πληττομένῃ σημαινόμενος, Θεοῦ δὲ τοῦ ἐπὶ πάντων ζῶν ἰκαὶ ἐνεργὴς ὑπάρχων Λόγος, κατ' οὐσίαν τε ὑφεστὼς οἷα Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, πρόεισι μὲν τῆς πατρικῆς θεότητός τε καὶ βασιλείας, ἀγαθοῦ δὲ Πατρὸς ἀγαθὸν τυγχάνων γέννημα, κοινός τε ἁπάντων Σωτὴρ, ἐποχετεύει τὰ σύμπαντα (77)· καὶ λόγου καὶ σοφίας καὶ φωτὸς, καὶ πάντων ἀγαθῶν ἐκ τοῦ οἰκείου πληρώματος τοῖς πᾶσιν ἐπιλιμνάζων, ἄρδει οὐ τὰ προσεχῆ μόνον καὶ ἐγγυτάτω, ἀλλὰ καὶ τὰ πόῤῥω διεστῶτα κατά τε γῆν καὶ θάλατταν, καὶ εἴ τις ἑτέρα τούτων ἐν τοῖς οὖσι τυγχάνει λῆξις· οἷς ὁμοῦ πᾶσιν ὅρους καὶ χώρας καὶ νόμους καὶ κλήρους διατάττεται κατὰ τὸ δικαιότατον, ἐξουσίᾳ βασιλικῇ τὰ πρόσφορα νέμων ἑκάστῳ καὶ χορηγῶν, καὶ τοῖς μὲν ὑπερκοσμίους ἀψίδας, τοῖς

(74) *Ὑπηρετικῆς οἰκονομίας.* Jam supra ostendimus, veteres theologos Deo Patri attribuisse monarchiam, Filio vero οἰκονομίαν, seu dispositionem. Certe Patris proprium est imperare : Filii vero, qui Patris sapientia est, proprium est cuncta disponere. Proinde Patris quidem quietem ac beatitudinem propriam esse aiebant, Filii vero operationem. Non quod Pater ipse non operaretur, sed quod Pater quidem incognita et arcana, Filius vero manifestiora nobis operaretur, ut explicat Marius Victorinus in lib. 1 *Adversus Arianos.* Et veteres quidem theologi ante concilium Nicænum, Filium ὑπηρέτην et ὑπουργόν vocabant : postea vero hæc nomina refugerunt, ut patet ex Chrysostomo in sermone *De sigillis.*

(75) Vulg. *καὶ αὐτοαγαθόν* Apparet scribendum esse αὐτὸ ἀγαθόν. In codice Fuk. scribitur αὐτοαγαθόν una voce.

(76) Vulg. *δρομβρῶν λόγος ἀῤῥήτος.* Procul dubio scribendum est λόγοις ἀῤῥήτοις, ut paulo post dicit Eusebius.

(77) Vulg. *ἐποχετεύει τὰ σύμπαντα ζῶν.* Postrema vox delenda est, nisi malis scribere ζῶα. Hic enim de animantibus præcipue loquitur.

Digitized by Google

δ' αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν (78), τοῖς δ' αἰθερίους διατριβὰς, τοῖς δὲ ἀέρα, τοῖς δὲ γῆν ἀφορίζων· κἄπειτα μεθιστῶν ἐνθένδε πάλιν ἀλλαχόσε, διακρίνων τε εὖ μάλα τοὺς ἑκάστων βίους, ἤθη τε καὶ τρόπων διατριβὰς ἀμειβόμενος, ζωῆς τε καὶ τροφῆς οὐ λογικῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ζώων ἀλόγων ἐπὶ χρήσει τῶν λογικῶν ἐπιμελόμενος· καὶ τοῖς μὲν θνητῆς (79) καὶ προσκαίρου ζωῆς ἀπόλαυσιν, τοῖς δ' ἀθανάτου μετουσίαν παρέχων, πάντα τε αὐτὸς οἷα Θεοῦ Λόγος ἐνεργεῖ, τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρὼν, καὶ τὰ πάντα λογικῇ δυνάμει ἐπιπορευόμενος· ἄνω τε πρὸς τὸν αὐτοῦ Πατέρα βλέπων, τοῖς ἐκείνου νεύμασι τὰ κάτω, καὶ μετ' αὐτὸν ἀκολούθως (80), οἷα κοινὸς ἁπάντων Σωτὴρ διακυβερνᾷ, μεσεύων ἀμηγέπη, καὶ συνάγων πρὸς τὸν ἀγέννητον τὴν γεννητὴν οὐσίαν. Δεσμός τις οὗτος ἀῤῥαγὴς Θεοῦ λόγος μέσος τυγχάνει, συνδέων τὰ διεστῶτα, καὶ μὴ μακρὸν ἀποπίπτειν αὐτὰ συγχωρῶν· οὗτος ἡ καθόλου πρόνοια, κηδεμὼν οὗτος καὶ διορθωτὴς τοῦ παντός· οὗτος Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, οὗτος μονογενὴς Θεὸς, ἐκ Θεοῦ γεγεννημένος Λόγος· « ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε· » θεολόγων ἀνδρῶν ἱεραὶ διδάσκουσι φωναί· οὗτος ὁ κοινὸς ἁπάντων φυτουργὸς, δι' ὃν ἡ τῶν ὅλων οὐσία φύει καὶ θάλλει, ὁμβρήμασι τοῖς ἐξ αὐτοῦ διὰ παντὸς ἀρδομένη, νεαράν τε ἀεὶ τὴν ἀκμὴν καὶ τὴν ὥραν περικαλλῆ τοῦ παντὸς παρεχομένη. Ὁ δὲ τῶν ἡνίων ἐπειλημμένος, εὐθέα περαίνει πατρικῷ νεύματι, τὸ μέγα τοῦ σύμπαντος κόσμου πηδαλιουχῶν σκάφος. Τοιοῦτον καλλιτέχνην Υἱὸν μονογενῆ ὁ τῶν ὅλων ἐπέκεινα Θεὸς, οἷα Πατὴρ ἀγαθὸν (81) ἀπογεννήσας καρπὸν, τῷδε τῷ κόσμῳ μέγιστον ἀγαθὸν ἐδωρήσατο, ἅτε ψυχὴν ἀψύχῳ σώματι (82) τῇ τῶν σωμάτων ἀλόγῳ φύσει τὸν αὐτοῦ λόγον ἐμβαλὼν, καὶ τὴν ἄμορφον καὶ ἀνείδεον, ἄψυχόν τε καὶ ἀσχημάτιστον οὐσίαν, θείᾳ δυνάμει Λόγου φωτίσας τε καὶ ψυχώσας· ὃν δὴ ἡμῖν καὶ γνωριστέον τε καὶ σκεπτέον, ἐν ὕλῃ μὲν καὶ σωμάτων στοιχείοις διὰ παντὸς ἐπιχωριάζοντα, καὶ τὰ πάντα ζωογονοῦντα, τὸν αὐτὸν δὴ φῶς καὶ γέννημα νοερὸν φωτὸς ἀλέκτου, καὶ ἕνα μὲν τὴν οὐσίαν, ὡς ἂν ἐξ ἑνὸς ὄντα Πατρὸς, πολλὰς δὲ τὰς ἐν αὐτῷ κεκτημένον δυνάμεις. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ πολλὰ μέρη κόσμου, διὰ τοῦτο καὶ πολλὰς δυνάμεις ἡγητέον (83), οὐδ' ἐπεὶ πολλὰ τὰ πεποιημένα, ταύτῃ

A gissime dissitas, tam in terra quam in mari, seu quæ alia in rerum natura sedes est præter istas. Quibus universis terminos, regiones, leges ac certas sortes summa cum æquitate constituit : quæ unicuique congrua sunt, regali quadam potentia tribuens ac subministrans. Et his quidem fornices illos qui supra mundum sunt, illis vero cœlum ipsum, aliis sedes æthereas, aliis aerem, terram aliis colendam assignans. Ac rursus eos inde in alia transferens loca, ac singulorum vitam optime dijudicans, moresque ac studia cujusque remunerans. Victum etiam et alimenta non modo animalibus ratione præditis, sed brutis etiam ad hominum usus prospicit : his quidem mortalis et caducæ vitæ brevem fructum concedens, illis vero immortalis B vitæ indulgens consortium. Cuncta denique tanquam Dei Sermo exsequitur ; ipse ubique præsens, et rationali virtute universa pervadens. Sursum quoque defixis in Patrem suum luminibus, ex nutu imperioque ejus inferiora cuncta et post scipsum orta, utpote communis omnium Servator moderatur ; medius quodammodo inter utraque exsistens, et substantiam quæ ortum habet, cum ingenito Patre conjungens. Est quippe Dei Sermo quasi firmissimum quoddam vinculum, quo dissita inter se colligantur, nec longius sinuntur abscedere. Hic est providentia qua universa reguntur : hic est qui omnia curat et componit ac corrigit. Hic Dei virtus est atque **640** sapientia. Hic denique est unigenitus Sermo, Deus ex Deo genitus. C Nam, ut sacræ theologorum docent paginæ, *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [11]. Hic est communis omnium agricola, cujus ope cuncta germinant ac pubescunt, ipsius imbribus assidue irrigata novoque in dies vigore et venusta amœnitate decorata. Hic ergo habenas universi manu sua retinens, recto cursu cuncta dirigit, et vastam illam totius mundi navem paterno gubernat arbitrio. Hujusmodi præstantissimum artificem, unigenitum scilicet Filium, cum is qui super omnia est Deus, tanquam optimus Pater optimum fetum ex se genuisset, eum huic mundo quasi summum bonum donavit, illumque D corporibus inanimatis tanquam animam infundens,

[11] Joan. I, 1, 2.

(78) *Τοῖς δ' αὐτὸν οὐρανὸν οἰκεῖν.* Scribe disjunctis vocibus τοῖς δ' αὖ τὸν οὐρανὸν οἰκεῖν, τοῖς δ' αὖ αἰθερίους διατριβὰς, τοῖς δ' αὖ ἀέρα.

(79) Vulg. *καὶ τοῖς μὲν θνητοῖς.* Non dubito quin Eusebius scripserit, καὶ τοῖς μὲν θνητῆς καὶ προσκαίρου ζωῆς ἀπόλαυσιν, τοῖς δὲ ἀθανάτου μετουσίαν παρέχων, quomodo etiam legisse videtur vetus interpres.

(80) *Τὰ κάτω, καὶ μετ' αὐτὸν ἀκολούθως.* Hoc loco verba videntur esse transposita, quæ ita construo, τοῖς ἐκείνου νεύμασιν ἀκολούθως, τὰ κάτω καὶ μετ' αὐτὸν... διακυβερνᾷ. Paulo post ubi legitur δεσμός τις μέσος οὗτος, delenda est vox μέσος, quippe quæ statim occurrit.

(81) *Οἷα Πατὴρ ἀγαθόν.* Longe major erit elegantia, si vocem addideris hoc modo : Οἷα Πατὴρ ἀγαθὸς, ἀγαθὸν ἀπογεννήσας καρπόν, etc. Atque ita Eusebium scripsisse pro certo habeo. Sic enim supra locutus est non semel.

(82) Vulg. *ἅτε ψυχὴν καὶ σώματι ἀψύχῳ.* Etiam hic transposita est particula. Scribe igitur ἅτε ψυχὴν σώματι ἀψύχῳ, καὶ τῇ τῶν σωμάτων, etc., nisi malis eam particulam penitus expungere. Deest certe in Fuketiano.

(83) *Πολλὰς δυνάμεις ἡγητέον.* Male vetus interpres vertit *facultates*. Nam Eusebius, quas hic δυνάμεις dixit, in sequenti membro deos appellat. Vertendum igitur erat *potestates*. Sic enim Latini vocant dæmones, quos Græci δυνάμεις vocare solent. Servius in libro III *Æneidos : Nam potestates*, inquit, *aliæ cœlestes sunt, aliæ terrenæ, aliæ permistæ*. Et in libro IV : *Nam potestates aut terrenæ sunt, aut aeriæ, aut ætheriæ*. Chalcidicus in *Timæum* Platonis, pagina 97 : *Quæ potestates*, inquit, *ætherii aeriique sunt dæmones, remoti a visu nostro et co-*

Digitized by Google

et ratione destitutis Sermonem suum ac rationem immiscens, informem materiam et animæ, speciei ac figuræ omnis expertem, divina sermonis sui virtute illustravit et animavit. Quem quidem nos et agnoscere et contemplari debemus, in materia quidem et corporum elementis ubique præsentem et cuncta animalia generantem, eumdemque lumen, et inexplicabilis luminis intellectualem fetum. Qui substantia quidem unus est, utpote ex uno editus Patre, multas tamen in se virtutes continet ac facultates. Neque enim ex eo quod multæ sint mundi partes, existimare debemus multas esse potestates : neque eo quod multa sunt condita, plures quoque deos statuere oportet. Superstitiosi quidem illi multorum deorum cultores, utpote simplices et imperiti, gravissimo errore aberrarunt, dum mundi quasdam partes inter deos referunt, et mundum qui unus est, in plures partiuntur. Eodem plane modo ac si quis oculos hominis seorsum sumptos, hominem ipsum esse diceret : aures quoque alium hominem, caput etiam et collum, pectus item et humeros, pedes et manus ac reliqua membra minutatim dividens, ipsas denique sensuum facultates mente dispertiens, multos homines esse affirmaret eum qui revera unus est. Qui profecto amentiam suam prudentibus viris ridendam propinaret. Hujusmodi omnino sunt, qui ex unius mundi partibus innumerabiles deos constituerunt; aut qui ipsum mundum, qui et ortus est et ex pluribus constat partibus, deum esse existimant: nec intelligunt fieri nullo modo posse **641** ut divina natura ex multis partibus conflata sit. Nam si concreta esset atque composita, altero opus haberet ut componeretur ; nec omnino divina esse posset, quæ ex multis partibus constaret. Quomodo enim divina esse posset, cum ex diversis ac dissimilibus et ex deterioribus simul ac præstantioribus componeretur? Est autem Dei natura simplex prorsus et indivisibilis atque incomposita, et ultra omnem quæ oculis cernitur mundi constitutionem posita. Quocirca ille veritatis præco, contenta voce clamans sic fere ait : Dei quidem Sermo qui ante omnia exstitit, solus est omnium rationalium Servator. Deus vero qui supra omnia est, principium et auctor generationis, cum solus sit

A καὶ θεοὺς ὑφίστασθαι προσήκει πλείους· δεινὴν δὲ οἷα νήπιοι (84) τὰς ψυχὰς, πολυθέων ἀνδρῶν παῖδες πλάνην ἐπλανήθησαν, τὰ μέρη τοῦ παντὸς θεοποιήσαντες, καὶ τὸν ἕνα κόσμον εἰς πολλὰ διελόντες· ὡς εἰ καὶ ἀνθρώπου συνεστῶτος ἑνὸς, ἀπολαβών τις ἰδίως ὀφθαλμοὺς, ἄνθρωπον εἶναι λέγοι τούτους, καὶ ὦτα πάλιν, ἄλλον ἄνθρωπον, καὶ κεφαλὴν ὁμοίως, αὐχένα τε καὶ στέρνα καὶ ὤμους, πόδας τε καὶ χεῖρας, καὶ τὰ λοιπὰ κατακερματίσας μέλη, τάς τε τῶν αἰσθητηρίων δυνάμεις καταδιελὼν τῷ λόγῳ, παμπόλλους λέγοι εἶναι ἀνθρώπους τὸν ἕνα, πλεῖον οὐδὲν ἢ μωρίας γέλωτα παρὰ τοῖς ἔμφροσιν ὀφλισκάνων· τοιοῦτος ἂν εἴη καὶ ὁ μυρίους ἑαυτῷ θεοὺς ἐξ ἑνὸς κόσμου τῶν μερῶν ὑφιστάμενος, ἢ καὶ αὐτὸν εἶναι θεὸν τὸν γενητὸν τουτονὶ κόσμον πολλῶν ἐκ μερῶν ὑφε- B στῶτα νομίζων, καὶ οὐκ εἰδὼς ὅτι θεία φύσις οὐκ ἄν ποτε ἐκ μερῶν συσταίη· εἰ δὲ σύνθετος γένοιτο, καὶ ἑτέρου δέοιτο ἂν τοῦ συνθήσοντος αὐτὴν, οὐδ' αὖ πολυμερὴς οὖσα (85), ὑπάρχοι ἂν θεία· πῶς γὰρ, ἐξ ἀνομοίων διαφορῶν, χειρόνων τε καὶ ἀμεινόνων ὑφεστῶσα; Ἁπλῆ δὲ καὶ ἀμερὴς καὶ ἀσύνθετος οὖσα, πάσης ἐπέκεινα τυγχάνει τῆς ὁρωμένης τοῦ κόσμου διατάξεως. Διὸ δὴ τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ (86), ὧδέ πη λέγων διαῤῥήδην κέκραγε· Θεοῦ μὲν Λόγος ὁ πρὸ πάντων, μόνος ἂν εἴη λογικῶν πάντων Σωτὴρ, Θεὸς δὲ ὁ ἐπέκεινα Λόγου γενεσιάρχης (87), μόνος ἁπάντων αἴτιος ὤν, αὐτοῦ μὲν οἷα μονογενοῦς, κυρίως ἂν λεχθείη τοῦ Λόγου Πατήρ· αὐτὸς δ' ἀνώτερον αἴτιον οὐκ ἐπιγράψεται· διὸ δὴ καὶ μόνος Θεὸς αὐτὸς, μονογενὴς δ' ἐξ αὐτοῦ πρόεισιν ὁ τῶν ὅλων Σωτὴρ, C Θεοῦ Λόγος εἷς, ὁ διὰ πάντων· ὁ μὲν οὖν αἰσθητὸς κόσμος (88), οἷά τις πυλύχορδος λύρα ἐξ ἀνομοίων συνεστῶσα χορδῶν, ὀξειῶν τε καὶ βαρειῶν, τῶν τε ἀνειμένων, καὶ ἐπιτεταμένων καὶ μέσων, εὖ δ' ἡρμοσμένων ἁπασῶν τέχνῃ τῇ μουσικῇ, κατὰ ταῦτα δὴ καὶ ὅδε πολυμερὴς ὢν καὶ πολυσύνθετος, ψυχρᾶς ὁμοῦ καὶ τῆς ἐναντίας ταύτης θερμῆς, ὑγράς τε καὶ αὖ πάλιν τῆς ἐναντίας ταύτης ξηρᾶς οὐσίας, εἰς μίαν συνελθὼν ἁρμονίαν, ὄργανον ἂν εἴη μέγα μεγάλου Θεοῦ δημιούργημα· Λόγος δ' ὁ θεῖος οὐκ ἔτ' ἐκ μερῶν συνεστὼς, οὐδ' ἐξ ἐναντίων συγκείμενος, ἀμερὴς αὐτὸς ὢν καὶ ἀσύνθετος, εὖ καὶ σοφῶς τὸ πᾶν ἀνακρούεται, τῷ αὐτοῦ Πατρὶ καὶ βασιλεῖ τῶν ὅλων τὴν ὀφειλομένην καὶ αὐτῷ πρέπουσαν ἀποδιδοὺς με-

D

teris sensibus. Eadem voce utitur Augustinus in libro x *De Civitate*, cap. 26, et in epist. ad Volusianum; Apuleius in *Apologia;* Longinianus in epist. ad Augustinum, et Amm. Marcellinus in libro xxi. Apud Græcos vero nihil frequentius occurrit. Hieronymus in caput II *Joelis : A dextris*, inquit, *et a sinistris virtutes et fortitudines Dei legimus : quas Græci* δυνάμεις *vocant*, etc.

(84) Vulg. *δεῖ μὲν δὲ οἷα νήπιοι.* Scribe meo periculo οἱ μὲν δὴ, οἷα νήπιοι πολυθέων ἀνδρῶν παῖδες, etc. Quod idem est, ac si diceret : οἱ μὲν δὴ πολύθεοι. In codice Fuk. scribitur δεινὴν δὲ οἷα, etc., πλάνην ἐπλανήθησαν, optime.

(85) Vulg. *οὐδ' ἂν πολυμερὴς οὖσα.* Scribendum est οὐδ' αὖ πολυμερής, etc. Mox post verba illa πῶς γὰρ apponenda est interrogationis nota, quod non vidit interpres.

(86) *Τῆς ἀληθείας ὁ κήρυξ.* Joannem Evangelistam intelligit, cujus verba paulo ante laudaverat, *In principio erat Verbum*, etc. Quæ quidem verba nunc παραφραστικῶς exponit Eusebius.

(87) *Θεὸς δὲ ὁ ἐπέκεινα Λόγου γενεσιάρχης.* Interpres verba sic construxit : ὁ ἐπέκεινα λόγου. Vertit enim, *qui dicendo exprimi nequit.* Quod non placet. Mallem itaque verba aliter construere, ut γενεσιάρχης Λόγου dicatur, id est principium et auctor Verbi. Eusebius certe Deum Patrem vocare solet τὸν ἐπέκεινα πάντων. Sane hoc loco Verbum comparat Patri. Et Verbum quidem dicit esse πρὸ πάντων : Patrem vero ait esse ἐπέκεινα πάντων, ubique plus tribuens Patri.

(88) Vulg. *ὡς μὲν οὖν ὁ αἰσθητὸς κόσμος.* Procul dubio scribendum est : ὁ μὲν οὖν αἰσθητὸς κόσμος, etc. Quod ex sequentibus manifeste convincitur.

Digitized by Google

λφδίαν· ὡς ὑφ' ἑνὶ σώματι (89), μέλη μὲν καὶ μέρη, σπλάχνα τε καὶ ἔγκατα συνῆκται μυρία, ψυχὴ δ' ἀφανὴς ἥπλωται δι' ὅλων μία, καὶ νοῦς ἀμερὴς καὶ ἀσώματος εἷς· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦδε, ἐκ μὲν πολλῶν μερῶν κόσμος συνέστηκεν εἷς, Λόγος δὲ ὡσαύτως Θεοῦ πολυδύναμος καὶ παντοδύναμος εἷς, διὰ πάντων ἥκων καὶ τοῖς πᾶσιν ἁπλανῶς ἐφηπλωμένος (90), πάντων ἂν εἴη τῶν ἐν αὐτοῖς αἴτιος. Οὐχ ὁρᾷς ὀφθαλμοῖς τὸν σύμπαντα κόσμον; Ὡς οὐρανὸς εἷς μυρίας περιλαμβάνει ἀμφὶ τοῦτον (91) χορείας ἄστρων περιπολούσας· πάλιν ἥλιος εἷς, ἀλλ' οὐ πλείους, καὶ τὰς ἁπάντων ὑπερβολῇ φωτὸς καλύπτει μαρμαρυγάς· οὕτω δῆτα ἑνὸς ὄντος Πατρὸς, καὶ τὸν τούτου Λόγον ἕνα χρὴ ἀγαθὸν ἀγαθοῦ Πατρὸς εἶναι. Εἰ δ' ὅτι μὴ καὶ πλείους ἐπιμέμψετό τις, ὥρα τὸν τοιοῦτον, ὅτι μὴ καὶ ἡλίους συνίστη πλείους, καὶ σελήνας καὶ κόσμους, καὶ μυρία ἄλλα αἰτιᾶσθαι, μαινομένου τρόπον τὰ ὀρθὰ καὶ εὖ ἔχοντα τῆς φύσεως διαστρέφειν ἐπιχειροῦντος. Ἀλλ' ὡς ἐν ὁρατοῖς ἥλιος εἷς τὸν αἰσθητὸν ἅπαντα καταλάμπει κόσμον, οὕτω δὴ καὶ ἐν νοητοῖς, ἀφανῶς ἡμῖν καὶ ἀοράτως εἷς ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος παντοδύναμος, τὰ σύμπαντα καταυγάζει· ἐπεὶ καὶ ἐν ἀνθρώπῳ μία ψυχὴ καὶ μία λογικὴ δύναμις, πλείστων ὁμοῦ γένοιτ' ἂν δημιουργὸς, εἰ καὶ γεωργεῖν ἡ αὐτὴ, καὶ ναυπηγεῖν, καὶ κυβερνᾷν, καὶ οἰκοδομεῖν πολλὰ μαθοῦσα ἐπιβάλοιτο· καὶ εἷς νοῦς ἐν ἀνθρώπῳ καὶ λογισμὸς, δέξαιτ' ἄν ποτε μυρίας ἐπιστήμας, γεωμετρήσει τε ὁ αὐτὸς καὶ ἀστρονομήσει, καὶ λόγους γραμματικῆς καὶ ῥητορικῆς παραδόσει καὶ ἰατρικῆς, ἔν τε μαθήμασι καὶ τοῖς κατὰ χεῖρα προστήσεται· καὶ οὕτω γε οὐδεὶς πώποτε πλείους ἐν ἑνὶ σώματι ψυχὰς ἡγήσατο εἶναι, οὐδὲ πολλὰς ἐθαύμασε τὰς ἐν ἀνθρώπῳ οὐσίας, διὰ τὴν τῶν πολλῶν μαθημάτων ὑποδοχήν. Εἰ δὲ καὶ ἄμορφον ὕλην πηλοῦ τις εὑρὼν, κἄπειτα χερσὶν ἁπαλύνας, ἐπιθείη ζώου μορφήν, ἄλλῳ μὲν σχήματι κεφαλὴν, χεῖρας δὲ καὶ πόδας ἑτέρῳ, καὶ ὀφθαλμοὺς πάλιν ἄλλῳ καὶ παρειὰς ὡσαύτως, ὦτά τε καὶ στόμα καὶ ῥῖνας, στέρνα τε καὶ ὤμους ὑποτυπωσάμενος τέχνῃ τῇ πλαστικῇ· ἀλλ' οὐκ ἐπειδὴ πολλὰ σχήματα καὶ μέρη καὶ μέλη ὑφ' ἑνὶ σώματι δεδημιούργηται, τοσούτους χρὴ καὶ τοὺς ποιητὰς ἡγεῖσθαι, ἀλλ' ἕνα μὲν ὄντα τὸν τοῦ παντὸς ἀθρόως τεχνίτην εἰδέναι, ἐπαινεῖν δ' ἀναγκαῖον, τὸν ἑνὶ λογισμῷ καὶ μιᾷ δυνάμει, τὸ πᾶν τεκτηνάμενον· οὕτω δὴ καὶ ἐπὶ τοῦδε τοῦ σύμπαντος κόσμου, ἑνὸς μὲν ὄντος, ἐκ μερῶν δὲ πλείστων ὑφεστῶτος, οὐ πολλὰς χρὴ ὑποτίθεσθαι δημιουργικὰς δυνάμεις, οὐδὲ πολλοὺς ὀνομάζειν θεούς, μίαν δὲ θεολογεῖν τὴν πάνσοφον καὶ παναρμόνιον, τὴν ὡς ἀληθῶς Θεοῦ σοφίαν, μιᾷ δυνάμει καὶ ἀρετῇ μιᾷ διὰ πάντων ἥκουσαν, καὶ διὰ παντὸς τοῦ κόσμου χωροῦσαν, καὶ τὰ πάντα

A omnium causa, Verbi quidem sui, utpote unigeniti, Pater proprie dicitur: ipse vero superiorem causam nullam agnoscit. Ipse igitur unus est Deus; Unigenitus autem ex eo procedit, Dei Sermo unus, per cuncta permanans et omnium conservator. Ac sensibilis quidem hic mundus, non secus ac lyra quædam ex multis ac dissimilibus constans chordis, quarum aliæ acutæ, aliæ graves sunt; aliæ remissæ, intensæ aliæ; quædam inter has mediæ, omnes vero probe aptatæ ex artis musicæ præceptis: sic etiam ipse ex multis partibus compositus, ex frigida scilicet et huic contraria calida; item ex humida, eique contraria sicca substantia; unamque ex his omnibus harmoniam efficiens, magnum Dei magni instrumentum opusque merito dici potest. Divinus autem Sermo, qui neque ex partibus constat, neque ex contrariis compositus est, sed simplex atque indivisibilis, perite ac modulate pulsat hoc universum, Patrique suo, summo omnium moderatori debitum ac sibi ipsi convenientem edit concentum. Et quemadmodum in uno corpore, partes quidem ac membra, viscera quoque et intestina quamplurima simul compaginata sunt, unus autem animus per cuncta diffunditur, et mens indivisibilis atque incorporea una est: sic in hoc universo, mundus quidem ipse ex multis partibus in unum conflatus est: divinus autem Sermo multa vi pollens et omnipotens, itidem unus, per universa permanans, et absque vago errore per omnia diffusus, omnium quæ in ipsis fiunt causa est. Annon oculis tuis vides universum hunc mundum? Qualiter unicum cœlum innumerabiles astrorum choros circa ipsum discursantes complectitur. Qualiter etiam unicus sol plures alios siderum choros ductat, et lucis suæ præstantia aliorum **642** omnium splendorem occultat. Sic cum unus sit Pater, unum quoque ejus Sermonem, utpote optimi Patris optimum fetum esse oportet. Quod si quis conqueratur eo quod plures non sint, idem etiam quod non plures sint soles, plures lunæ, plures mundi, et alia sexcenta conqueri poterit; instar insani cujusdam ea convellere aggrediens, quæ sunt optime ac prudentissime a natura constituta. Enimvero ut in visibilibus rebus sol unus mundum sensibus subjectum illuminat, sic in rebus quæ intelligentia percipiuntur, unus Dei Sermo omnipotens, invisibili quadam nobisque occulta ratione, universa collustrat. Quippe etiam in homine unus animus et una ratiocinandi facultas, multarum simul rerum artifex est, siquidem et agrum colere, et navem ædificare eamdemque regere; et domum exstruere idem animus

(89) *Ὡς ὑφ' ἑνὶ σώματι.* Deest hic particula, quam ita suppleo, ὡς μὲν οὖν ὑφ' ἑνὶ σώματι· potest etiam scribi ὡς δὲ ὑφ' ἑνί.

(90) *Ἁπλανῶς ἐφηπλωμένος.* Forte scribendum est ἀφανῶς. Verbum enim Dei invisibili quodam modo per omnia diffusum est. Sed vulgata lectio non temere rejicienda. Intelligit enim Eusebius, Verbum Dei cunctis rebus infusum esse, non ut spiritum qui vago motu per omnia permanat, et nunc hac, nunc illac circumfertur, sed ut animam, quæ in cuncta simul diffunditur membra, nec ab his ad illa evagatur. Interpres ἁπλανῶς vertit *revera*.

(91) Vulg. *ἀμφὶ μυρίας.* Et hic transposita esse vocabula nemo non videt. Scribe igitur χορείας ἄστρων ἀμφὶ τοῦτον περιπολούσας. Paulo post lege ἥλιος εἷς, ἀλλ' οὐ πλείους, ὡς καί, etc.

Digitized by Google

plurimarum rerum peritia instructus aggreditur. Una quoque in homine mens ac ratio plures disciplinas complectitur. Etenim una eademque mens geometriam et astronomiam callet ; et grammaticæ ac rhetoricæ et medicinæ præcepta tradit; nec solum liberalium disciplinarum, sed et artium quæ in manuum opere versantur, magistra est. Nec tamen ideo plures esse uno in corpore animos, ullus unquam existimavit ; nec plures in eodem homine substantias, ob multarum simul disciplinarum peritiam miratus est. Ponamus aliquem reperta luti massa penitus informi, ex ea deinde manibus emollita animalis speciem efformasse ; et caput quidem hac figura, manus et pedes alia ; alia oculos, genas, aures item, os et nares, pectus et humeros figulino opere expressisse. Quamvis plures in uno corpore figuræ, partes ac membra efficta sunt, non ideo tamen totidem artifices operis exstitisse putandum est ; sed unum totius operis artificem agnoscere ac laudare debemus qui, unius rationis et unius facultatis ope, totum opus molitus sit. Idem quoque de hoc universo mundo sentiendum est, qui cum unus sit, ex pluribus tamen partibus constat. Nec plures opifices potestates ideo ponere, nec plures deos nominare debemus : sed unam veri Dei potestatem atque sapientiam, omni solertia omnibusque harmoniæ numeris instructam, divinitatis vocabulo afficere : quippe qui una et singulari vi atque virtute per omnia commeet, et per universum mundum pervadat, **643** cunctaque constituat atque vivificet ; universis denique ac singulis corporibus et elementis, varia munera ac beneficia ex seipsa suppeditet. Sic etiam una eademque solaris lucis impressio, simul eodemque momento, aerem illustrat, oculos illuminat, tactum calefacit, terram fecundat, et plantis incrementum tribuit ; tempus præterea constituit, regit ac ductat sidera ; cœlum circuit, Deique potentiam universis ob oculos proponit : atque hæc omnia una vi naturæ suæ perficit. Ignis quoque natura, aurum quidem purgat, plumbum vero liquefacit ; et ceram quidem dissolvit, lutum vero exsiccat, et ligna comburit, una incendiaria vi tot tantasque res perpetrante. Eodem modo divinus Sermo, summus omnium moderator, per omnia permeans, et in omnibus exsistens, et per cuncta cœlestia simul ac terrena discurrens, et tam invisibilia quam visibilia gubernans, solem ipsum, cœlumque ac mundum inexplicabili quadam potentia regit ; virtutis suæ efficacia ubique præsens, et per universa pervadens, ac soli quidem ipsi et lunæ ac reliquis sideribus, ex lucis suæ fonte perenne lumen effundit ; cœlum vero quod velut præstantissimam quamdam magnitudinis suæ imaginem effinxit, perpetuo moderatur. Eas autem potestates quæ ultra cœlum ac mundum ipsum positæ sunt, angelos scilicet ac spiritus et intellectuales rationalesque substantias, vita simul et lumine, sapientia omnique virtute, et pulchritudine ac bonitate ex thesauris suis deprompta locupletat. Denique una eademque opifice facultate, et substantiam elementis suppeditare non cessat, et corporibus mistiones ac temperamenta, species, formas, figuras et qualitates innumerabiles tam in plantis quam in animalibus ; tam in rationalibus quam in brutis, singula admirabili varietate distinguens, et una eademque virtute omnia omnibus affatim subministrans : et cunctis palam faciens, non septem aut plurium etiam chordarum lyram, sed unum hunc mundum tot in se harmonias continentem unius conditoris Sermonis opus esse.

A ὑφισταμένην τε καὶ ζωοῦσαν, καθόλου τε τοῖς πᾶσι καὶ τοῖς κατὰ μέρος σώμασί τε καὶ στοιχείοις, ποικίλην τὴν ἐξ αὐτῆς χορηγίαν ποιουμένην (92)· οὕτως καὶ φωτὸς ἡλίου μία καὶ ἡ αὐτὴ προβολή, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ καταυγάζει μὲν ἀέρα, φωτίζει δὲ ὀφθαλμούς, ἁφὴν δὲ θερμαίνει, πιαίνει τε γῆν καὶ αὔξει φυτά, χρόνον ὑφίστησιν, ἄστρων ἡγεῖται, οὐρανὸν περιπολεῖ, κόσμον φαιδρύνει, Θεοῦ δύναμιν ἐναργῆ τῷ παντὶ συνίστησι, ταῦτά τε πάντα μιᾷ ῥοπῇ φύσεως συντελεῖ· καὶ πυρὸς μὲν φύσις ὡσαύτως, χρυσὸν μὲν καθαίρει, μόλιβδον δὲ τήκει, καὶ κηρὸν μὲν λύει, πηλὸν δὲ ξηραίνει, ὕλην τε φρύγει, μιᾷ τῇ καυστικῇ δυνάμει τοσαῦτα κατεργαζομένη· ταύτῃ τοι καὶ ὁ παμβασιλεὺς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ διὰ πάντων ἥκων, ἐν πᾶσί τε ὢν καὶ πάντα ἐπιπο-
B ρευόμενος οὐράνιά τε καὶ ἐπίγεια, τὰ ἀφανῆ καὶ τὰ ὁρώμενα διακυβερνῶν, ἥλιόν τε αὐτὸν, οὐρανὸν καὶ τὸν σύμπαντα κόσμον, ἀῤῥήτοις δυνάμεσιν (93) ἐνισχεῖ, δραστικῇ δυνάμει τοῖς πᾶσιν ἐπιπαρὼν, καὶ διὰ πάντων χωρῶν· εἴ τι αὐτῷ μὲν ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ ἄστροις, ἐξ οἰκείας πηγῆς ἀένναον φῶς ἐπομβρεῖ, οὐρανὸν δὲ οἰκείου μεγέθους προσφυεστάτην εἰκόνα ὑποστησάμενος, εἰς αἰῶνα διακρατεῖ· τὰς δ' ἐπέκεινα οὐρανοῦ καὶ κόσμου δυνάμεις ἀγγέλων καὶ πνευμάτων, νοερῶν τε καὶ λογικῶν οὐσιῶν, ζωῆς ὁμοῦ καὶ φωτὸς καὶ σοφίας καὶ πάσης ἀρετῆς, καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ παντὸς, ἐκ τῶν παρὰ αὐτοῦ θησαυρῶν ἐμπίπλησι, μιᾷ δὲ καὶ τῇ αὐτῇ δημιουργῷ τέχνῃ, καὶ στοιχείοις οὐσίας οὔποτε διαλιμπάνει παρέχων, καὶ τοῖς σώμασι μίξεις καὶ κράσεις καὶ ἤδη (95') καὶ μορφὰς καὶ σχήματα, ποιότητάς τε
C μυρίας, ἔν τε ζώοις καὶ φυτοῖς (94) καὶ ψυχαῖς λογικαῖς τε καὶ ἀλόγοις, ἄλλοτε ἄλλως καταποικίλλων, καὶ πᾶσιν ὁμοῦ τὰ πάντα μιᾷ δυνάμει ἐπιχορηγῶν, διαῤῥήδην τε ἐπιδεικνὺς, οὐχ ἑπτάχορδον λύραν, ἕνα δὲ κόσμον πολυαρμόνιον, ἑνὸς λόγου κοσμοποιοῦ ἔργον.

(92) Vulg. *ποικίλην τῆς ἐξ αὐτῆς χορηγίαν ποιουμένην*. Delendus est articulus, aut certe scribendum τὴν ἐξ αὐτῆς, ut habet codex Fuk. Mox ubi legitur φωτὸς ἡλίου προβολή, malim προσβολή cum codice Fuk.

(93) Vulg. *ἄῤῥητον δυνάμεσιν*. Scribendum videtur ἀῤῥήτων λόγων δυνάμεσιν ἐνισχεῖ, vel ut in
D codice Fuk. ἀῤῥήτοις δυνάμεσιν. Paulo post ubi legitur εἴ τι αὐτῷ μὲν ἡλίῳ interpres legisse videtur εἶτα. Melius tamen scriberetur καὶ αὐτῷ μέν, etc.

(95') *Ἤδη*. Fortasse εἶδη, uti legit interpres. EDIT.

(94) *Ἔν τε ζώοις καὶ φυτοῖς*. In codice Fuk. desunt hæ voces ἔν τε, quæ profecto non videntur valde necessariæ.

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Λέγωμεν δῆτα ἐξῆς καὶ διασαφῶμεν (95) τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ὁ τοσοῦτος τοῦ Θεοῦ Λόγος τὴν εἰς ἀνθρώπους κάθοδον ἐποιεῖτο· τοῦτον δὴ τὸν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἐπιστατοῦντα τοῦ Θεοῦ Λόγον, τὸν ἐξ αὐτῆς οἷα πηγῆς τῆς ἀνωτάτω πατρικῆς θεότητος γεγεννημένον, καὶ τῷδε μὲν αἰεὶ τῷ κόσμῳ παρόντα καὶ συνόντα, τῆς δ' αὐτοῦ προνοίας καὶ τῆς εἰς ἀνθρώπους κηδεμονίας ἐναργῆ παρεχόμενον τὰ γνωρίσματα, ἀνθρώπων ἀφρόνων γένος μὴ συλλογισάμενον, ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ αὐτῷ οὐρανῷ καὶ ἄστροις, τὴν σεβάσμιον ἀνέθεντο προσηγορίαν. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τὴν γεώδη φύσιν καὶ τοὺς ἀπὸ γῆς καρποὺς, τροφάς τε σωμάτων παντοίας ἐθέωσαν, Δήμητραν, καὶ Κόρην καὶ Διόνυσον, καὶ ἀδελφὰ τούτων ἕτερα εἰδωλοποιήσαντες· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τῆς σφῶν αὐτῶν διανοίας τοὺς λογισμοὺς, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν τούτων ἑρμηνέα λόγον, θεοὺς ἀνείπεῖν οὐκ ἀπώκνησαν, Ἀθηνᾶν μὲν τὴν διάνοιαν, τὸν δὲ λόγον Ἑρμῆν ἐπονομάσαντες, καὶ τάς τε τῶν μαθημάτων ἐπηβόλους δυνάμεις, Μνημοσύνην καὶ Μούσας ἀνείποντες· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἐπὶ μεῖζον δ' αὔξοντες ἀτοπίας ὑπερβολῇ δυσσεβείας, τὰ οἰκεῖα πάθη, ἃ δὴ ἐχρῆν ἀποτρέπεσθαι καὶ λόγῳ σώφρονι θεραπεύειν, οἱ δὲ ἐθέωσαν, αὐτήν τε τὴν σφῶν ἐπιθυμίαν καὶ τὴν ἐμπαθῆ καὶ ἀκόλαστον τῶν ψυχῶν νόσον, τά τε ὁλκὰ πρὸς αἰσχρουργίαν μέρη τε καὶ μέλη τοῦ σώματος, ἐπὶ τῇ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ἀκρατείᾳ (96) Ἔρωτα καὶ Πρίηπον καὶ Ἀφροδίτην καὶ ἄλλα τὰ συγγενῆ τούτοις ἀνείποντες· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ γὰρ ἀμφὶ τὰς σωμάτων γενέσεις καὶ τὸν κάτω θνητὸν βίον καταπεσόντες, ἀνθρώπους θνητοὺς ἐξεθείασαν, καὶ μετὰ τὸν κοινὸν θάνατον ἥρωας καὶ θεοὺς ἐπεφήμισαν, ἀμφὶ μνήματα καὶ τάφους τὴν ἀθάνατον καὶ θείαν οὐσίαν ὑποτοπήσαντες εἰλίσσεσθαι· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ ζώων ἀλόγων παντοῖα γένη, ἑρπετῶν τε τὰ βλαπτικώτατα, τῇ σεβασμίῳ προσηγορίᾳ τετιμήκασι· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ δρῦς κατακόψαντες, καὶ πέτρας ἐκτεμόντες, γῆς τε μέταλλα καὶ χαλκοῦ καὶ σιδήρου καὶ τῆς ἄλλης ὕλης διερευνησάμενοι, θηλειῶν τύπους καὶ ἀῤῥένων ἀνδρῶν σχήματα, θηρίων τε μορφὰς καὶ ἑρπετῶν ἀνεπλάσαντο, κἄπειτα τούτοις τιμὰς περιτεθείκασι. Καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐμφωλεύουσι τοῖς ξοάνοις, σκοτίοις τε μυχοῖς ἐγκαταδεδυκόσι δαίμοσι πονηροῖς, ἀμφὶ τὰς τῶν θυσιῶν λοιβάς τε καὶ κνίσσας λιχνεύουσι, τὴν αὐτὴν τῶν θεῶν ἀνέθηκαν ἐπηγορίαν· καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἔστησαν· ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καταδέσμοις τισὶν (97) ἀπειρημένης γοητείας, ἐκθέ-

CAPUT XIII.

Nunc vero quam ob causam tantus hic Dei Sermo in terras descenderit, exponere aggrediamur. Homines stulti ac vecordes, cum hunc Dei Sermonem cœli ac terrarum præsidem, qui ex Patris divinitate tanquam ex fonte quodam editus, semper huic mundo præsens adest, suæque providentiæ **644** et erga homines benevolentiæ certissima præbet indicia, minime intellexissent, soli ac lunæ, cœloque ipsi ac sideribus venerandum Dei nomen tribuere non dubitarunt. Nec his contenti, terrenam quoque naturam, fructusique e terra editos, et cujusquemodi corporum alimenta, deos fecerunt; Cereris, Proserpinæ, Bacchi et aliorum hujusmodi numinum simulacra sibi fingentes. Sed neque hic sistentes gradum, suarum quoque mentium cogitationes, et earum interpretem orationem, deos appellare non veriti, ipsam quidem mentem Minervam; orationem vero Mercurium, et animi facultates quibus disciplinæ percipiuntur, monetam et musas cognominarunt. Neque his adhuc contenti, sed præ nimia impietate deliramenta sua quotidie novis accessionibus cumulantes, animorum suorum perturbationes, quos odio prosequi et temperantiæ præceptis comprimere debuerant, consecraverunt. Ipsamque animi sui cupiditatem, et flagitiosum atque intemperantem morbum, ipsaque adeo corporis membra quæ ad obscenitatem impellunt; ipsam denique in turpes voluptates effusam intemperantiam, Cupidinem, Priapum ac Venerem nuncuparunt. Sed neque hic substiterunt: verum ad corporum ortus et ad mortalem hanc in terris vitam depressi, homines morti obnoxios in deorum numerum retulerunt; et post naturalem cunctisque hominibus præscriptum vitæ finem, deos et heroas appellarunt, divinam immortalemque naturam circa tumulos et sepulcra obvagari existimantes. Neque vero hic hæsit eorum amentia, sed varia brutorum animantium genera, et ex serpentibus eos qui maxime noxii essent, augusto divinitatis nomine honorarunt. Et ulterius progressi, excisis arboribus et saxis, terræque quoque, æris ac ferri aliisque effossis metallis, feminarum et virorum effigies, ferarumque ac serpentum species expresserunt, cultumque posthac iis exhibuerunt. Nec tamen finem hic fecerunt amentiæ; sed malignis dæmonibus qui intra simulacra abditi delitescebant, et qui in obscuris recessibus insederant, quique libamentis et hostiarum nidoribus inhiabant, deorum nomen indiderunt. Nec his contenti, dæmones illos et invisibiles potestates quæ per aerem circumferuntur, quibusdam

(95) Vulg. *Λέγω μὲν δὴ τὰ ἐξῆς καὶ διασαφῶ μέν*. Scribendum est uno verbo λέγωμεν δῆτα ἐξῆς καὶ διασαφῶμεν, ut est in codice Fuk.

(96) Vulg. *καὶ ἐπὶ τῇ τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ἀκρατείᾳ*. Scribendum est καὶ ἔτι τὴν τῶν αἰσχρῶν ἡδονῶν ἀκράτειαν, etc.; refertur enim ad ἀνείποντες. Ait Eusebius, impudicos affectus ab hominibus esse consecratos. Nam cupiditatem quidem suam Cupidinis nomine appellarunt: membra vero quibus obscenitates peraguntur, Priapum: intemperantiam vero in turpes voluptates effusam Venerem vocaverunt. Illic est hujus loci sensus, quem interpres non animadvertit. — Juxta quod hic annotavit, Latine quidem interpretatus est Valesius, Græcum vero textum aliter, ut videre est, expressit, sicque aliis in locis non semel. EDIT.

(97) *Ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς καταδέσμοις τισίν*. Proprium est vocabulum artis magicæ κατάδεσμοι. Sic

Digitized by Google

vetitarum artium ligamentis, et sceleratis ac nefariis carminibus **645** et incantationibus, assessores sibi adsciverunt. Et ex hominibus quidem non eosdem cuncti, sed alii alios consecraverunt. Græci quidem Bacchum, Herculem, Æsculapium, Apollinem et alios quosdam homines deorum atque heroum vocabulo honorarunt. Ægyptii vero, Horum, Isim et Osirim, et alios horum similes homines deos esse existimarunt. Et qui ob eximiam solertiam, geometriæ, astronomiæ et arithmeticæ disciplinas apud se inventas esse gloriantur, licet judicio suo tantopere sapiant, tamen modum divinæ potentiæ, et quantum inter hanc et inter mortalem brutamque naturam intersit, nequaquam intelligere et cognoscere valuerunt. Proinde turpissimas cujusque generis bestias, variasque brutorum animalium species, serpentes etiam venenatos et feras belluas, deos appellare non dubitarunt. Phœnices item Melcatharum et Usorum et alios quosdam ignobiliores qui olim homines fuere, deos vocaverunt; Arabes similiter Dusarem quemdam et Obodam, Getæ Zamolxim, Cilices Mopsum, Amphiaraum Thebani; et alii quidem hos, alii autem istos, nihil a communi hominum natura discrepantes, sed reipsa meros homines, deos fecerunt. Omnes quidem uno consensu Ægyptii, Phœnices et Græci, universum denique mortalium genus quod solis radiis illustratur, mundi partes et elementa, fructusque qui nascuntur e terra, divinis honoribus affecerunt. Et quod magis mirandum est, cum illorum adulteria, puerilia stupra, et mulierum raptus fateantur, nihilominus urbes omnes, vicos et agros templis, delubris et statuis compleverunt, et

σμοις τε καὶ ἐπανάγκοις ᾠδαῖς (98) καὶ ἐπῳδαῖς, δυνάμεις τε ἀφανεῖς ἀμφὶ τὸν ἀέρα ποτωμένας, παρέδρους ἑαυτοῖς ἐφειλκύσαντο. Θνητούς γε μὴν (99) ἄνδρας ἐθέωσαν ἑτέρους ἕτεροι· παῖδες μὲν γὰρ Ἑλλήνων Διόνυσον, καὶ Ἡρακλέα καὶ Ἀσκληπιόν τε καὶ Ἀπόλλωνα, ἄλλους τέ τινας ἀνθρώπους, τῇ τῶν ἡρώων καὶ θεῶν τετιμήκασι προσηγορίᾳ, Αἰγύπτιοι δὲ Ὧρον καὶ Ἶσιν καὶ Ὄσιριν, καὶ τούτοις παραπλησίους πάλιν ἀνθρώπους, θεοὺς νενομήκασιν· οἱ δὲ καθ' ὑπερβολὴν σοφίας, γεωμετρίας τὴν εὕρεσιν, ἀστρονομίας τε καὶ ἀριθμητικῆς αὐχοῦντες, παρ' ἑαυτοῖς οὐκ ἔγνωσαν (1), οὐδὲ συνῆκαν οἱ σοφοὶ σταθμήσασθαι καὶ λογίσασθαι μέτρα Θεοῦ δυνάμεως, θνητῆς τε καὶ ἀλόγου διαφορὰν φύσεως· διὸ δὴ πᾶν εἶδος εἰσεχθῶν κνωδάλων καὶ παντοίων ζώων γένη, ἑρπετά τε ἰοβόλα καὶ θῆρας ἀγρίους, θεοὺς προσειπεῖν οὐκ ἀπώκνησαν· Φοίνικες δὲ Μελκάθαρον (2) καὶ Οὔσωρον, καί τινας ἄλλους ἀτιμοτέρους θνητοὺς πάλιν ἄνδρας, θεοὺς ἀνηγόρευσαν, ὡς καὶ παῖδες Ἀράβων Δούσαρίν τινα καὶ Ὄβδον (3), καὶ οἱ Γετῶν (4) Ζάμολξιν, καὶ τὸν Μόψον Κίλικες, καὶ τὸν Ἀμφιάρεω Θηβαῖοι· καὶ παρ' ἑτέροις ἄλλοι πάλιν ἑτέρους, τὴν φύσιν οὐδὲν τὴν θνητὴν διαλλάττοντας, αὐτὸ δὲ μόνον ἀληθῶς ἀνθρώπους· ὁμοῦ δὴ οὖν πάντες Αἰγύπτιοι, Φοίνικες, Ἕλληνες, καὶ πᾶν τὸ θνητὸν γένος ὅσον ἡλίου βολαὶ φωτίζουσι, τὰ μέρη τοῦ κόσμου, καὶ τά γε στοιχεῖα, τούς τε ἀπὸ γῆς βλαστοῦντας καρποὺς (5), καὶ πρό γε τούτων μοιχείας αὐτῶν καὶ ἀῤῥένων φθορὰς, γυναικῶν τε ἁρπαγὰς ὁμολογοῦντες, οὐδὲν ἧττον πόλεις πάσας καὶ κώμας καὶ χώρας, ναοῖς καὶ ἀγάλμασι καὶ ἱεροῖς ἐπλήρουν, τῇ τῶν θεῶν ὁμοιοτροπίᾳ τὰς ἑαυτῶν προσαπολλύντες ψυχάς· θεοὺς δὴ τοίνυν καὶ θεῶν παῖδας (6),

Artemidorus in libro I, cap. 79, φαρμακείας καὶ καταδέσμους simul jungit. Plato in lib. II *De legibus*, pag. 933, καταδέσεις pro eodem dixit. Vide *Harpocrationem* in verbo καταδεδέσθαι. Latini ligaturas vocant. Augustinus tract. 7 *in Joannem: Usque adeo*, inquit, *fratres mei, ut illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, misceant præcantationibus suis nomen Christi.* Orosius in lib. IV, cap. 13, obligamentum magicum dicit.

(98) Vulg. *ἐκθέσμοις τε καὶ ἐράγκοις ᾠδαῖς.* Scribendum est ἐπανάγκοις ex codice Fuketiano. De paredris dæmonibus dixi in notis ad *Historiam Ecclesiasticam.* — Pro ἐπανάγκοις legendum videtur ἀνάγνοις. EDIT.

(99) Vulg. *θνητούς τε μέν.* Lego θνητούς γε μὴν ἄνδρας. Quod licet leve est, tamen omitti non debuit.

(1) Vulg. *παρ' ἑαυτῆς οὐκ ἔγνωσαν.* Hic etiam transposita videntur esse vocabula; lego igitur: οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν οἱ παρ' ἑαυτοῖς σοφοὶ, etc. Quam scripturam in versione nostra secuti sumus. In codice Fuk. ita scribitur hic locus: Γεωμετρίας τὴν εὕρεσιν, ἀστρονομίας τε καὶ ἀριθμητικῆς αὔξοντες, παρ' ἑαυτοῖς οὐκ ἔγνωσαν, etc.; quam scripturam non probo.

(2) *Μελκάθαρον.* Eusebius in lib. I *De Præparatione*, cap. 10, ubi Phœnicum theologiam exponit, alterum quidem Melicarthum vocat Demarontis filium, Cœli nepotem: alterum vero Usoum Hypsuranii fratrem, qui pellium tegumenta primus invenit. In codice Fuk. scriptum est Μελκάθαρον καὶ Οὔσωρον.

(3) *Δούσαριν τινα καὶ Ὄβδον.* Scribendum est καὶ Ὀβόδαν. Arabes enim Obodam et Dusarem coluerunt, ut docet Tertullianus in libro II *ad Nationes*, cap. 8. De Oboda Uranius in libro IV *Arabicarum antiquitatum.* Fuit Obodas vetustissimus quidam rex Arabum, quem Nabathæi apud se sepultum divinis honoribus affecerunt, ut refert Stephanus in voce Ὀβόδα. Ab hoc multi deinceps Arabiæ reges Obodæ dicti; quorum duos recenset Josephus, alterum Alexandri Judæorum regis, alterum Herodis temporibus. Posterioris meminit etiam Strabo. Porro quantum quidem ex historiis conjicere licet, Arethæ atque Obodæ vicissim apud Arabes regnaverunt: ita ut post Aretham Obodas, post Obodam Arethas imperaret. Idque aliquandiu mansisse videtur. Jam Dusarem Nabathæi etiam coluerunt, Bacchum eo nomine designantes, ut tradit Isidorus apud Hesychium. De hoc etiam Stephanus in Δουσάριοι. In codice Fuk. scriptum inveni Δούσαρίν τινα Ὄβδον.

(4) Vulg. *καὶ οἰηγετόν.* Scribendum est καὶ οἱ Γετῶν, supple παῖδες. Notus est Zamolxis Getarum deus. Mox legendum est καὶ τὸν Μόψον Κίλικες, καὶ τὸν Ἀμφιάρεω Θηβαῖοι, καὶ πάλιν ἕτεροι ἄλλους, ἄλλοι πάλιν ἑτέρους, etc. Codex Fuketianus habet καὶ παρ' ἑτέροις, ἄλλοι πάλιν ἑτέρους.

(5) Vulg. *βλαστοῦντας καρποὺς λείπει.* Postrema vox addita est ab exscriptore hujus libri, qua scilicet designaret hic aliquid desiderari. Certe aliquot verba deesse hic videntur. Nisi forte hic ἀπὸ κενοῦ subaudiri placet verba quæ paulo antea præcesserunt, θεοὺς ἀνηγόρευσαν. In codice Fuk. vox illa λείποι non legitur, sed post vocem καρποὺς punctum apponitur.

(6) Vulg. *καὶ θεῶν πέλας.* Scribendum puto καὶ θεῶν παῖδας. In codice Fuk. scribitur πάλας.

Digitized by Google

ἥρωάς τε κ' ἀγαθοὺς δαίμονας, λόγῳ μὲν ἦν παρ' αὐτοῖς ἀκούειν, ἔργον δὲ πᾶν τοὐναντίον· τἀναντία γοῦν τοῖς ἐναντίοις ἐσέμνυνον· ὡς εἰ καὶ ἡλιόν τις καὶ φῶτα τὰ κατ' οὐρανὸν δεῖξαί τῳ βουληθείς, ἄνω μὲν εἰς ὕψος μὴ ἐπαίροι τὰς ὄψεις, κάτω δὲ εἰς γῆν τὰς χεῖρας βαλὼν καὶ χαμαὶ εἰς ἔδαφος ῥίψας, ἐν πηλῷ καὶ βορβόρῳ τὰς οὐρανίους δυνάμεις ἐπιζητοίη· οὕτω δὴ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, φρενοβλαβείᾳ καὶ δαιμόνων ἀπάτῃ πονηρῶν, τὴν ἐπέκεινα οὐρανοῦ τε καὶ κόσμου θείαν καὶ νοητὴν οὐσίαν, κάτω που ἐν σωμάτων γενέσει καὶ θνητῶν πάθεσί τε καὶ θανάτοις ἐπέπειστο εἶναι· οἷδ' εἰς τοσοῦτον ἦλυνον ἀνοίας, ὡς καὶ τὰ φίλτατα θύειν αὐτοῖς, μηδὲ φειδὼ πρεῖσθαι τῆς φύσεως, ἀλλ' ἤδη καὶ τὰ μονογενῆ καὶ ἀγαπητὰ τῶν τέκνων, μανίᾳ καὶ διανοίας ἐκστάσει κατασφάττειν· καὶ τί γὰρ ἂν γένοιτο τούτου μανικώτερον, θύειν ἀνθρώπους καὶ τὰς πόλεις ἁπάσας καὶ τοὺς αὐτῶν οἴκους ἐμφυλίοις μολύνειν φόνοις; Ἢ οὐ ταῦτα Ἑλλήνων παῖδες μαρτυροῦσι, καὶ πᾶσά γε ἡ ἱστορία τῆς τούτων μνήμης πεπλήρωται; Κρόνῳ μὲν γὰρ Φοίνικες καθ' ἕκαστον ἔτος, ἔθυον τὰ ἀγαπητὰ καὶ μονογενῆ τῶν τέκνων. Τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ καὶ ἐν Ῥόδῳ (7) μηνὸς Μεταγειτνιῶνος ἕκτῃ ἱσταμένου ἀνθρώπους ἔσφαττον· ἐν δὲ Σαλαμῖνι ὑφ' ἕνα περίβολον Ἀθηνᾶς Ἀγραύλιδος καὶ Διομήδους ἐλαυνόμενός τις ἀνήρ, τρὶς περιέθει τὸν βωμόν· ἔπειτα ὁ ἱερεὺς αὐτὸν λόγχῃ ἔπαιε κατὰ τοῦ στομάχου· καὶ οὕτως αὐτὸν ἐπὶ τὴν νησθεῖσαν πυρὰν ὡλοκαύτιζεν. Ἐγίγνοντο καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου πλεῖσται ὅσαι ἀνθρωποκτονίαι, ἐθύοντό τε τῇ Ἥρᾳ ἐν Ἡλίου πόλει, τῆς ἡμέρας τρεῖς, ἀνθ' ὧν Ἀμόσης (8) ὁ βασιλεὺς τὸ δεινὸν συνιδὼν, κηρίνους τοὺς ἴσους ἐκέλευσεν ἐπιτίθεσθαι· καὶ ἐν Χίῳ δὲ τῷ Ὠμαδίῳ Διονύσῳ, ἄνθρωπον διασπῶντες ἔθυον, καὶ ἐν Τενέδῳ δὲ ὡσαύτως· ἐν δὲ Λακεδαίμονι τῷ Ἄρει τὴν δι' ἀνθρώπων ἐτέλουν θυσίαν. Καὶ ἐν Κρήτῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο ἔπραττον, ἀνθρωποθυτοῦντες τῷ Κρόνῳ. Ἀθηνᾷ δὲ παρθένος κατ' ἔτος ἐθύετο ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Συρίας, νῦν δὲ, ἔλαφος· ἀλλὰ καὶ Λίβυες καὶ Καρχηδόνιοι ταῖς ἀνθρωποθυσίαις τοὺς ἑαυτῶν ἱλεοῦντο θεούς. Καὶ Δουματηνοὶ δὲ τῆς Ἀραβίας (9), καθ' ἕκαστον ἔτος ἔθυον παῖδα, ὃν ὑπὸ τὸν βωμὸν ἔθαπτον· κοινῶς δὲ πάντας Ἕλληνας, πρὶν ἐπὶ πολέμους ἐξιέναι, ἀνθρωποκτονεῖν ἡ ἱστορία διδάσκει, Θρᾷκάς τε καὶ Σκύθας ὁμοίως. Ἀθηναῖοι δὲ τὰς Λεωκόρας (10) καὶ

A deorum suorum sectantes exempla, suas ipsorum animas penitus perdiderunt. Ac deos quidem deorumque filios, heroas item et bonos genios, verbo tenus ab illis appellari crebro audias. Sed res ipsa plane in diversum abit. Quippe contraria contrariis exornarunt, perinde ac si quis solem et cœli lumina alteri volens ostendere, non sursum attollat oculos, sed manibus deorsum demissis et in solum dejectis, cœlestes potestates in luto ac cœno requirat. Sic plane humanum genus, mentis stupore et pessimorum dæmonum fraude deceptum, intelligibilem Dei naturam quæ cœlum mundumque ipsum transcendit, humi in corporum ortu et in hominum affectibus atque interitu residere sibi

646 persuaserat. Homines vero eo processerunt

B amentiæ, ut charissima etiam pignora iisdem immolarent : nec communi saltem parcerent naturæ, sed quos unicos habebant liberos, præ furore et insania jugularent. Enimvero quid furiosius excogitari unquam potest, quam immolare homines, et universas civitates, suasque ipsorum domos civili cæde contaminare? Annon Græci ipsi his rebus testimonium suum commodant? nonne harum rerum commemoratione omnis scatet historia? Saturno quidem Phœnices quotannis charissimos et unicos liberos mactabant. Eidem in insula Rhodo, die sexto mensis Metagitnionis, homines immolabant. Item apud Salaminem, in Minervæ Agraulidis et Diomedis templo, moris erat ut vir quidam

C aliis ipsum persequentibus aram ter circuiret : deinde sacerdos lancea pectus ejus configeret, atque ita hominem accenso rogo impositum penitus concremaret. Sed et in Ægypto plurimæ hominum cædes perpetrabantur. Nam Heliopoli tres quotidie homines Junoni immolabantur : cujus rei atrocitatem Amosis rex animadvertens, eorum loco totidem cereos homines substitui jussit. In insula autem Chio, hominem Baccho Omadio sacrificabant, itemque in Tenedo. Lacedæmone quoque humana hostia Marti immolabatur. Idem fiebat in Creta, ubi Saturno hominem sacrificabant. Laodiceæ in Syria, virgo quotannis mactabatur Minervæ ; cujus loco nunc cerva immolatur. Afri quoque et Carthaginenses humanis victimis deos suos placabant.

D Dumateni quoque in Arabia quotannis puerum im-

(7) Vulg. *Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν Ῥόδῳ*. Scribendum ex Porphyrio τῷ δ' αὐτῷ τούτῳ supple Κρόνῳ.

(8) Vulg. *ἀφ' ὧν Ἀμόσης*. Scribendum est procul dubio ἀνθ' ὧν ex Porphyrii libro II, *De abstinentia*, quem hic pæne ad verbum exscripsit Eusebius noster. Et sic codex Fuk. scriptum habet.

(9) Vulg. *Καὶ δ' οὐ μάτην, οἱ δὲ τῆς Ἀραβίας*. Lego καὶ Δουματηνοὶ δέ ex Porphyrio in libro citato, quanquam apud Porphyrium vulgo legitur Δουμάτιοι. Nec aliter scribitur apud Eusebium in libro quarto *De Præparatione*, c. 16. Sed Δουματηνοί, ut dixi, magis placet. Stephanus Δούμαθα, πόλις Ἀραβίας, ὁ πολίτης, Δουμαθηνός, ὡς Γλαῦκος ἐν β', Ἀραβικῆς ἀρχαιολογίας. Certe Arabes in suis patronymicis hanc fere terminationem habent.

(10) *Τὰς Λεωκόρας*. Desunt hæc verba apud Porphyrium, quæ Eusebius noster de suo adjecit. Sane Porphyrius cum de humanis victimis ageret, et de Atheniensibus loqueretur, hoc exemplum omittere non debuit. Leus quidam olim fuit apud Athenienses, Orphei filius, ut ait Suidas ; qui cum Attica fame laboraret, responsumque esset ab Apolline Delphico, urbem non aliter salvam fore, nisi quispiam ex civibus filias suas diis immolaret, tres filias virgines pro salute urbis mactandas obtulit, Phasitheam, Theopen et Eubulen. Ælianus in libro XII *Variæ historiæ*, cap. 28, pro Phasithea Praxitheam nominat. Nihil frequentius occurrit apud Græcos oratores, quam harum Lei filiarum mentio ; ut apud Aristidem in *Panathenaico* ; Libanium in *Declamatione* XIII ; Demosthenes seu quis alius auctor in oratione quæ *Ἐπιτάφιος* inscribitur, hunc Leum inter ἐπωνύμους seu tribuum conditores annumerat, a quo Leontis tribus nomen acceperit.

Digitized by Google

molabant, quem sub ara sepelire consueverant. Denique omnes Græcos, antequam ad bellum proficiscerentur, hominem immolare solitos docet historia. Thraces item et Scythæ idem fecisse memorantur. Athenienses etiam Lei filias virgines, et Erechthei filiam apud se immolatas referunt. Jam vero in urbe Roma, die festo Jovis Latiaris hominem hodieque immolari quis ignorat? Atque hæc ita se habere probatissimi philosophi testimonio suo confirmarunt. Quinetiam Diodorus, qui compendium bibliothecarum composuit, ducentos præcipue nobilitatis pueros ab Afris publice Saturno immolatos refert; trecentos autem alios ultro totidem numero filios immolandos obtulisse. Diony-

A τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα (11) σφαγιασθεῖσαν μνημονεύουσιν. Ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τίς ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν (12), τῇ τοῦ Λατριαρίου Διὸς ἑορτῇ σφαγιαζόμενον ἄνθρωπον; Ταῦτα μὲν φιλοσόφων οἱ καὶ δοκιμώτατοι, μεμαρτυρήκασιν οὕτως ἔχειν· Διόδωρος δὲ ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών, φησὶ τῷ Κρόνῳ διακοσίους τῶν ἐπιφανεστάτων παίδων, δημοσίᾳ θῦσαι τοὺς Λίβυας, οὐκ ἐλάττους δὲ ἐπιδοῦναι τῇ θυσίᾳ τριακοσίους ἑτέρους (13)· ὁ δὲ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας συγγραφεὺς Διονύσιος, ὀνομαστὶ αὐτὸν (14) τὸν Δία καὶ τὸν Ἀπόλλωνα, αἰτῆσαι ἀνθρωποθυσίας ἐν Ἰταλίᾳ, παρὰ τῶν καλουμένων Ἀβοριγηνῶν. Τοὺς αἰτηθέντας οὖν φησι, καρπῶν μὲν ἁπάντων τὸ λάχος ἀποθῦσαι τοῖς θεοῖς, ὅτι δὲ μὴ καὶ ἀνθρώπους ἔθυ-

Sic enim ait: Ἠκηκόεσαν οἱ Λεοντίδαι μυθολογουμένας τὰς Λεωκόρας, ὡς αὐτὰς ἔδοσαν σφάγιον τοῖς πολίταις ὑπὲρ τῆς χώρας. Meminit etiam Clemens Alexandrinus in *Protreptico*, Gregorius Naz. in carmine *De virtute*, et ex recentioribus Leopardus in lib. XIX, cap. penultimo.

(11) *Καὶ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα.* Erechtheus Pandionis filius sex habuit filias: Protogeniam, Pandoram, Procrim, Creusam, Orythiam et Chthoniam. Harum duæ natu maximæ, Protogenia scilicet et Pandora, cum hostilis exercitus ex Bœotia in Atticam irrupisset, se pro salute patriæ mactandas obtulerunt. Quas Athenienses magnis honoribus post mortem coluerunt, et virgines Hyacinthidas appellarunt, eo quod immolatæ fuissent in Atticæ pago Hyacintho, supra Sphendalensium pagum. Ita scribit Phanodemus in libro v *Rerum Atticarum*, teste Suida in voce παρθένοι. Ex quo lucem capit Ciceronis locus in oratione pro Sextio, ubi ait: *Mortem quam etiam virgines Athenis, regis opinor Erechthei filiæ, pro patria contempsisse dicuntur, ego vir consularis*, etc. Diodorus Siculus in lib. XVII: Φωκίων μὲν χρηστὸς ἔφη, δεῖν τοὺς ἐξαιτησομένους μιμήσασθαι τὰς Λεωκόρας καὶ τὰς Ὑακινθίδας, καὶ τὸν θάνατον ἐκουσίως ὑπομεῖναι ἕνεκα τοῦ μηδὲν ἀνήκεστον παθεῖν τὴν πατρίδα. Meminit etiam earum Demosthenes, seu quis alius in oratione quæ Ἐπιτάφιος inscribitur: Ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς προῦπτον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. Alii quatuor duntaxat Erechthei filias fuisse dicunt, quæ inter se conjuraverunt, ut, si una ipsarum moreretur, cæteræ se interficerent. Postea cum Eumolpus Eleusiniis opem ferens, cum magnis Thracum copiis in agrum Atticum irrupisset, Erechtheo oraculum consulenti responsum est, victoriam penes Athenienses futuram, si Erechtheus filiam immolavisset. Erechtheus itaque Chthoniam filiam natu minimam immolavit: quo facto reliquæ tres sicut sacramento sese obstrinxerant, mortem sibi consciverunt. Ita Apollodorus in *Bibliotheca*, Hyginus fabula 46 et 238, apud quem corruptum est Chthoniæ nomen. Has tres Erechthei filias Chthoniæ sorores, Euripides in Erechtheo ζεῦγος τριπάρθενον vocaverat, ut testatur Hesychius, easque post mortem in Hyadas esse conversas finxerat. Theon in Arati *Phænom.* Εὐριπίδης γοῦν ἐν Ἐρεχθεῖ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας, ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς οὔσας. Porro quod ad Hyacinthidas pertinet, quidam eas non Erechthei filias, sed Hyacinthi cujusdam esse dixerunt. Sic Harpocration in voce ὑακινθίδες, Hyginus fabula 238: *Hyacinthus*, inquit, *Spartanidem filiam immolavit ex responso pro Atheniensibus.*

(12) *Κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν.* Male interpretes *Megalopolim* verterunt. Nam Porphyrius, cujus verba hic usurpat Eusebius, urbem Romam ita appellavit more sæculi sui, ut jampridem notatum

B est a Josepho Scaligero in *Animadversionibus* Eusebianis, pag 55. Certe Libanius in oratione quæ βασιλικὸς inscribitur, urbem Romam sic nominat. Porro quod ait Porphyrius, Romæ in Jovis Latiaris festo adhuc sua ætate hominem immolatum fuisse, confirmat etiam Lactantius in lib. I, cap. 21: *Si quidem*, inquit, *Latiaris Jupiter et nunc sanguine colitur humano.* Prudentius in lib. I *contra Symmachum:*

Funditur humanus Latiari in munere sanguis.

De hoc festo loquitur Dio Cassius in lib. XLIII, p. 351: Ἔν τε ταῖς ἀνοχαῖς ὁ πολίαρχος τὰ Λατιάρια οὔτ' ἄλλως προσήκοντα αὐτῷ, οὔτ' ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ γίνεσθαι εἰωθότα ἐποίησε. Celebrabantur autem Latiaria mense, ut opinor, Decembri. Quippe eo mense munus gladiatorium edebatur, ut discimus ex kalendario Heruvartii. Mos autem erat in Latiari sacro, ut gladiatoris qui in pugna fuerat occisus, cruor adhuc calidus Jovi libaretur, et quasi in faciem

C ejus jactaretur, ut scribit Cyprianus in libro *De spectaculis*, et Tertullianus in *Apologetico*, cap. 9. Illustris est Justini locus in Apologia ad senatum, ubi de hoc sacro loquitur: Τὰ ἴσα τῷ παρ' ὑμῖν τιμωμένῳ εἰδώλῳ· ᾧ οὐ μόνον ἀλόγων ζώων αἵματα προσραίνεται, ἀλλὰ καὶ ἀνθρώπεια, διὰ τοῦ παρ' ὑμῖν ἐπισημοτάτου καὶ εὐγενεστάτου ἀνδρὸς τὴν πρόχυσιν τοῦ τῶν φονευθέντων αἵματος ποιούμενοι, id est: *Eadem facientes quæ a vobis fiunt cuidam idolo quod colitis. Cui non solum animantium sanguis aspergitur, sed etiam humanus cruor, viro apud vos clarissimo ac nobilissimo hanc ex hominum occisorum sanguine libationem faciente.* Ex quo loco colligimus prætorem urbanum hoc sacrificium peregisse: nec hominem Jovi immolatum fuisse, ut ait Porphyrius, sed tantum gladiatoris in arena occisi sanguinem Jovi propinatum.

(13) *Τριακοσίους ἑτέρους.* Hujus loci sensum non est assecutus interpres, qui vertit, *et nihilominus trecentos alios sacrificio addidisse.* Atqui ἐπιδόναι proprie dicitur de patribus, qui liberos diis

D immolandos tradunt, ut de Leo Atheniensi supra vidimus. Cum igitur nobiles in Africa trecentos pueros diis mactandos obtulissent, ait Diodorus trecentos alios ab aliis itidem oblatos fuisse, ut suam erga deos pietatem non minus quam priores illi testificarentur. Cæterum malim legere διακοσίους pro τριακοσίους. Certe aut hic scribendum est διακοσίους, aut supra pro διακοσίους, scribendum est τριακοσίους.

(14) Vulg. *αὐτῷ ὀνομαστί.* Scribendum puto αὐτοῦ ὀνόματι αὐτὸν τὸν Δία, quam scripturam in interpretatione mea secutus sum. Fallitur autem Eusebius noster. Neque enim a populis aboriginibus, sed a Pelasgis deos id postulasse scribit Dionysius Halic, pag. 16; nec jugulatos ab iis homines, sed extra patriam ablegatos. In codice Fuk. deest vox αὐτῷ.

Digitized by Google

Quæ cum ita se habeant, nunc ad eorumdem demonstrationes veniamus : **656** si tamen harum rerum veritas opus habet demonstratione, aut si testimonia manifestis et evidentibus factis necesse est adhibere. Accipe igitur eas demonstrationes, benigna prius aure ad sermonis audientiam præparata. Cunctæ olim in terris nationes, et universum hominum genus in provincias, in varias cujusque gentis ac loci dominationes, in tyrannides ac multiplices principatus discissum erat. Atque hinc pugnæ et bella continua, hinc vastationes et captivorum abductio tam in agris quam in civitatibus exstiterunt. Hinc tot historiarum argumenta, adulteria et mulierum raptus : hinc excidium Trojæ et veterum tragœdiæ, apud omnes ubique homines pervulgatæ. Quarum quidem rerum causas quisquis plurimorum deorum cultui ascripserit, is meo judicio non errabit. Sed postquam salutare Christi instrumentum, sanctissimum scilicet ejus corpus, quod omni dæmonum fraude atque operatione potentius et ab omni culpa tam in loquendo quam in agendo alienum fuit, velut tropæum quoddam victoriæ et veterum malorum averruncamentum adversus dæmones erectum est, statim omnium dæmonum opera dissipata sunt : nec amplius locorum dominationes, multiplices principatus, tyrannides

[13] Joan. I, 29. [14] Isa. LIII, 3. [15] Ibid. 4-6.

(48) *Τῆς τούτων ἀληθείας.* Totus hic locus ita mihi restituendus videtur : εἰ δὴ ἀποδείξεως δεῖ τὰ τῆς τούτων ἀληθείας, καὶ εἰ δὴ ἐναργῶν πραγμάτων, etc.

(49) *Κατετέκμηρ.* (*Κατετέτμητο?*) Scribendum est κατατεμνόμενον. In codice Fuk. totus hic locus ita legitur : διῄρητο μὲν πάντα τὰ πάλαι ἐπὶ γῆς ἔθνη, καὶ τὸ πᾶν τῶν ἀνθρώπων γένος εἰς ἐθναρχίας καὶ τοπαρχίας τυραννίδας τε καὶ πολυαρχίας κατετέτμητο.

(50) Vulg. *Ἔνθα τὰ Ἰλίου κακά.* Malim scribere ἔνθεν. Paulo post lego κρεῖττον πάσης δαιμονικῆς ἐνεργείας ὀφθέν, etc., expuncta voce πλάνης utpote superflua. Nisi malis scribere cum codice Fuketii πλάνης καὶ ἐνεργείας.

(51) *Τρόπαιόν τε παλαιῶν κακῶν.* Procul dubio scribendum est νικητήριον τρόπαιον κατὰ δαιμόνων, παλαιῶν τε κακῶν ἀποτρόπαιον, etc. Sic paulo ante locutus est Eusebius in fine superioris capitis, de corpore Christi ex mortuis suscitato verba faciens; Τρόπαιον ἐπινίκιον κατὰ τοῦ θανάτου καὶ τῆς δαιμονικῆς παρατάξεως· τῶν τε παλαιῶν ἀνθρωποθυσιῶν ἀποτρόπαιον, τοῦθ' ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἀνεγείρας. Qui locus huic loco quem præ manibus habemus, lucem non modicam affert. Idem enim utrobique dicit Eusebius. Corpus enim Christi a morte ad vitam revocatum, et in cœlum ascendens, comparat tropæo quod de hostibus erigitur.

(52) Vulg. *Θεὸς μὲν εἰς πάντας.* Scribendum est : Θεὸς μὲν εἷς εἰς πάντας ἐκηρύττετο, quod confirmant sequentia.

Digitized by Google

et respublicæ fuerunt, nec, quæ inde oriri consueverant, agrorum vastationes et obsidiones urbium atque expugnationes. Sed unus quidem Deus omnibus prædicatus est; simul vero unum apud omnes imperium viguit Romanorum, et inexpiabile illud atque implacabile odium, quo gentes ab omni fere ævo inter se mutuo collisæ erant, subito exstinctum est. Et sicut unius Dei notitia unaque ratio religionis ac salutis, Christi videlicet doctrina, hominibus tradebatur; ita etiam eodem tempore cum unus totius orbis Romani imperator esset constitutus, altissima pax ubique terrarum obtinuit. Ita, unius Dei nutu, duo summa inter homines bona, quasi duo germina, simul eodemque temporis momento eruperunt, Romanum scilicet imperium, et pietatis Christianæ doctrina. Et ante illud quidem, alii Syriæ, alii Asiæ, alii Macedoniæ seorsum quisque regnum tenebant. Ægyptum quoque ab aliis sejunctam quidam possidebant; aliique similiter Arabiam. Sed et Palæstinam Judæi sub ditionem ac potestatem suam redegerant. In singulis vicis, urbibus ac locis homines, velut insania **657** correpti et a dæmone agitati, per continua bella et pugnas in cædes mutuas ferebantur. Verum duæ maximæ potestates, velut ex una transenna simul emissæ, cuncta repente pacarunt et in concordiam reduxerunt: Romanum videlicet imperium, quod ex eo tempore sub unius principatu fuit, et Christi doctrina: quæ quidem duæ potestates uno simul eodemque tempore efflоruerunt. Ac Servatoris quidem nostri potestas, multiplices illos principatus ac divinitates dæmonum evertit, unum Dei regnum cunctis hominibus tam Græcis quam Barbaris ipsisque adeo extremas terrarum plagas incolentibus annuntians. Romanum autem imperium, utpote sublatis jam antea multorum principatuum causis, eos qui adhuc supererant ditioni suæ adjunxit: id maxime studens, ut universum genus humanum communi inter se concordiæ vinculo colligaret. Et plerasque quidem gentes jam in unum coegit et conciliavit: brevi vero ad ultimos usque terrarum fines progressurum est: quippe cum salutaris doctrina cum divina quadam virtute conjuncta, cuncta ipsi facilia ac plana præstet. Hoc profecto ingens miraculum esse fatebuntur ii qui, veritatis studio adducti, rem attentius expendere potius quam pulcherrimis rebus obtrectare voluerint. Simul enim dæmoniacæ superstitionis error convictus est; et inimicitiis ac pugnis quæ inter gentes jam inde a priscis temporibus fervebant, finis impositus: simul unicus Deus, unaque ejus notitia omnibus prædicata est; et unum in terris imperium sta-

A ἀνῆρτητό τε ἀθρόως ἡ ἐξ αἰῶνος ἄπειστος (53) καὶ ἀκατάλλακτος τῶν ἐχθρῶν ἔχθρα· ὡς δὲ ἑνὸς Θεοῦ γνῶσις πᾶσιν ἀνθρώποις παρεδίδοτο, καὶ τρόπος εἷς εὐσεβείας, σωτήριός τε ἡ Χριστοῦ (54) διδασκαλία, κατὰ ταῦτα καὶ βασιλείου ἑνὸς ὑφ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν χρόνον καθ' ὅλης τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὑποστάντος, εἰρήνη βαθεῖα τὰ σύμπαντα διελάμβανεν, ὁμοῦ τε καὶ ὑφ' ἑνὶ καιρῷ, ὥσπερ ἐξ ἑνὸς Θεοῦ νεύματος, ἀνεφύοντο εἰς ἀνθρώπους ἀγαθῶν δύο βλαστοί, ἥ τε Ῥωμαίων ἀρχὴ, καὶ ἡ εὐσεβὴς διδασκαλία. Πρό γε μὴν ταύτης, οἱ μὲν ἀφωρισμένως Συρίας ἐκράτουν, οἱ δὲ τῆς Ἀσίας ἐβασίλευον, ἄλλοι δὲ Μακεδονίας· τὴν δὲ Αἴγυπτον ἀποτεμοῦντες ἕτεροι κατεῖχον, καὶ χώραν τὴν Ἀράβων ὡσαύτως ἄλλοι· ναὶ μὴν καὶ Παλαιστινῶν τὸ Ἰουδαίων ἐκράτει γένος· κατὰ κώμας τε καὶ
B κατὰ πόλεις, καὶ κατὰ πάντα τόπον, ὥσπερ ὑπό τινος παραπληξίας κατ' ἀλλήλων φονῶντες καὶ δαιμονῶντες ἀληθῶς, πολέμοις καὶ μάχαις ἐσχόλαζον· ἀλλὰ γὰρ ἀθρόως ἅπαντα ὥσπερ ἀπὸ νύσσης μιᾶς δύο μεγάλαι προελθοῦσαι δυνάμεις, ἡμέρωσάν τε καὶ εἰς φιλίαν συνήγαγον, ἥ τε Ῥωμαίων ἀρχὴ μόναρχος ἐξ ἐκείνου φανθεῖσα, καὶ ἡ τοῦ Χριστοῦ διδασκαλία, ὁμοῦ καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ συνακμάσασαι ἀλλήλαις. Ἡ μέν γε τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμις τὰς τῶν δαιμόνων πολυαρχίας τε καὶ πολυθεΐας καθεῖλε, μίαν βασιλείαν Θεοῦ πᾶσιν ἀνθρώποις, Ἕλλησί τε καὶ Βαρβάροις καὶ τοῖς μέχρι τῶν ἐσχατιῶν τῆς γῆς κηρύττουσα· ἡ δὲ Ῥωμαίων ἀρχὴ ὡς ἂν προκαθηγημένων τῶν τῆς πολυαρχίας αἰτίων, τὰς ὁρωμένας ἐχειροῦτο, εἰς μίαν ἕνωσιν καὶ
C συμφωνίαν τὸ πᾶν γένος συνάπτειν σπεύδουσα, καὶ τὰ πολλὰ μὲν παντοίων ἐθνῶν συναγαγοῦσα, μέλλουσα δὲ ὅσον οὔπω καὶ αὐτῶν ἄχρι τῶν ἄκρων τῆς οἰκουμένης ἐφάπτεσθαι, τῆς σωτηρίου διδασκαλίας σὺν θείᾳ δυνάμει, προεξευμαριζούσης αὐτῇ τὰ πάντα καὶ ὁμαλὰ καθιστώσης. Τοῦτό γέ τοι ἂν εἴη τὸ μέγα θαῦμα, τοῖς φιλαλήθως τὸν νοῦν ἐφιστῶσι, καὶ μὴ τοῖς καλοῖς βασκαίνειν ἐθέλουσιν· ὁμοῦ τε γὰρ ἡ τῶν δαιμόνων ἀπηλέγχετο πλάνη, ὁμοῦ καὶ ἡ ἐξ αἰῶνος ἔχθρα καὶ μάχη τῶν ἐθνῶν διελύετο, καὶ πάλιν ὁμοῦ Θεὸς εἷς, καὶ μία τούτου γνῶσις εἰς πάντας ἐκηρύττετο, ὁμοῦ καὶ βασιλεία μία ἐν ἀνθρώποις ἐκρατύνετο, καὶ τὸ πᾶν ὁμοῦ τῶν ἀνθρώπων γένος εἰς εἰρήνην καὶ φιλίαν μεθηρμόζετο, ἀδελφούς τε ὡμολόγουν ἀλλήλους οἱ πάντες, καὶ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐγνώ-
D ριζον. Αὐτίκα γοῦν ὥσπερ ἐξ ἑνὸς φύντες πατρὸς (55), ἑνός τε Θεοῦ οἷα παῖδες, καὶ μητρὸς μιᾶς τῆς ἀληθοῦς εὐσεβείας, εἰρηνικῶς ἀλλήλους ἠσπάζοντό τε καὶ ἀπελάμβανον, ὡς μηδὲν ἀποδεῖν ἐξ ἐκείνου τὴν σύμπασαν οἰκουμένην, μιᾶς εὐνομουμένης οἰκίας καὶ συγγενείας, ἐξεῖναί τε πορείας ὅτῳ φίλον στέλλεσθαι, ἀποδημεῖν τε ὅποι τις θέλοι, σὺν πάσῃ ῥᾳστώνῃ, καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ δυσμῶν ἀκινδύνως ἐπὶ τὰ ἑῷα παριέναι, τοὺς δὲ ἐνθένδε πάλιν ἐκεῖσε, ὡς ἐπὶ πατρίδας

(53) Vulg. *ἄπιστος*. Legoădπειστος καὶ ἀκατάλλακτος τῶν ἐθνῶν ἔχθρα. Atque ita legisse videtur interpres. Sic Eusebius paulo post: Ὁμοῦ ἡ ἐξ αἰῶνος ἔχθρα καὶ μάχη τῶν ἐθνῶν διελύετο. Scribo etiam ἀνῆρτητό τε, ut est in codice Fuk.

(54) Vulg. *σωτήριός τε ἡ Χριστοῦ*. Hic locus ita mihi scribendus videtur, καὶ τρόπος εἷς εὐσεβείας σωτηρίας τε ἡ Χριστοῦ διδασκαλία, quam scripturam in versione mea sum secutus. Una, inquit, religionis ac salutis via, Christi scilicet doctrina, hominibus tradebatur.

(55) Vulg. *ἐξ ἑνὸς φύντες πρός*. Procul dubio scribendum est πατρος. Error natus est ex compendiosa scribendi ratione.

Digitized by Google

οἰκείας στέλλεσθαι, πληροῦσθαί τε παλαιῶν χρησμῶν λόγια καὶ προφητῶν ἀναφωνήσεις, μυρίας μὲν καὶ ἄλλας ἃς οὐ νῦν παρατίθεσθαι σχολή· ἀτὰρ δὴ καὶ τὰς ἀμφὶ τοῦ σωτηρίου λόγου, ὧδέ πη βοώσας· « Κατακυριεύσει ἀπὸ θαλάσσης ἕως θαλάσσης, καὶ ἀπὸ ποταμῶν ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. » Καὶ αὖθις· « Ἀνατελεῖ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτοῦ δικαιοσύνη καὶ πλῆθος εἰρήνης. » — « Καὶ συγκλάσουσι τὰς μαχαίρας αὐτῶν εἰς ἄροτρα, καὶ τὰς ζιβύνας εἰς δρέπανα. Καὶ οὐ μὴ λήψεται ἔθνος ἐπ' ἔθνος μάχαιραν, καὶ οὐ μὴ μάθωσιν ἔτι πολεμεῖν. » Ταῦτα προὐλέγετο, καὶ φωναῖς Ἑβραίων ἐξ αἰῶνος μακροῦ προεκηρύττετο· ταῦτα, τοῖς ἔργοις καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς ὁρώμενα, τῶν παλαιῶν φωνῶν πιστοῦται τὰς μαρτυρίας· σὺ δ' ἀλλ', εἰ ποθεῖς ἑτέρων ἀποδείξεων περιουσίας, μὴ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις ταύτας λάμβανε. Διάνοιξον τῆς σαυτοῦ διανοίας τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τοῦ λογισμοῦ τὰς πύλας ἀναπέτασον, πολύ τε ἐπισχὼν παρ' ἑαυτῷ λόγισαι, αὐτός τε σαυτὸν ἐρώτα, καὶ ὡς παρ' ἑτέρου πυνθάνου, ὧδέ πη τὴν τῶν πραγμάτων φύσιν διερευνώμενος· Τίς πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος βασιλεὺς, ἢ ἄρχων, ἢ φιλόσοφος, ἢ νομοθέτης, ἢ προφήτης Ἑλληνικὸς ἢ Βάρβαρος, τοσοῦτον ἀρετῆς ἀπηνέγκατο, οὔτε γε μετὰ θάνατον, ἀλλ' ἔτι ζῶν καὶ ἐμπνέων, καὶ πολλὰ δυνάμενος, ὡς πάντων τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἀκοὴν καὶ γλῶτταν ἐμπλῆσαι τῆς αὐτοῦ προσηγορίας; Ἀλλὰ τοῦτό γε οὐδείς, ἢ μόνος εἷς ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, μετὰ τὴν κατὰ τοῦ θανάτου νίκην διεπράξατο, τοῖς αὐτοῦ γνωρίμοις λόγον εἰπὼν καὶ ἔργῳ τελέσας· « Πορευθέντες γοῦν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη ἐν τῷ ὀνόματί μου » φήσας αὐτοῖς, προειπών τε καὶ ἀποφηνάμενος, ὡς ἄρα δεῖ τὸ Εὐαγγέλιον αὐτοῦ κηρυχθῆναι ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ εἰς μαρτύριον πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ἅμα λόγῳ τοὔργον ἐπήγαγεν. Αὐτίκα δ' οὖν καὶ οὐκ εἰς μακρὸν, ἡ σύμπασα οἰκουμένη τῶν αὐτοῦ λόγων ἐπληροῦτο. Τί οὖν ἔχοι ἂν πρὸς τοῦτο εἰπεῖν ὁ καταρχὰς τοῦ λόγου ἡμῖν ἐπιμεμψάμενος, ὁπότε παντὸς λόγου κρείττων ἡ διὰ τῆς ὄψεως τυγχάνει μαρτυρία; Τίς δὲ ἐξ αἰῶνος τὸ βλαπτικὸν καὶ ὀλέθριον δαιμόνων φῦλον, τὸ πάλαι πᾶσαν ἀνθρώπων φύσιν ἐπινεμόμενον, καὶ διὰ τῆς τῶν ξοάνων κινήσεως πολλὰς ἐν ἀνθρώποις γοητείας ἐπιδεικνύμενον, ἀοράτῳ καὶ κραταιᾷ χειρὶ οἷα θῆρας δεινοὺς, τῆς ἀνθρώπων ἀπεδίωξεν ἀγέλης; Τίς δ' ἕτερος ὡς ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, διὰ τῆς εἰς αὐτὸν ἐπικλήσεως καθαρωτάταις εὐχαῖς ταῖς δι' αὐτοῦ πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἀναπεμπομέναις, τὰ λείψανα τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐξ ἀνθρώπων ἀπελαύνειν ἐπέζουσίας ἔδωκε τοῖς καθαρῶς καὶ ἁπλάστως μετερχομένοις τὸν βίον, τῆς ὑπ' αὐτοῦ παραδοθείσης φιλοσοφίας; Ἀναίμους δὲ καὶ λογικὰς θυσίας τὰς δι' εὐχῶν καὶ ἀπορρήτου θεολογίας τοῖς αὐτοῦ θιασώταις, τίς ἐπιτελεῖν (56) παρέδωκεν ἄλλος, ἢ μόνος ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ; Διὸ ἐπὶ τῆς καθ' ὅλης ἀνθρώπων οἰκουμένης θυσιαστήρια συνέστη, ἐκκλησιῶντε ἀφιερώματα (57),

A bilitum, et universum humanum genus ad pacem concordiamque revocatum; cunctis vicissim fratres se esse profitentibus et propriam agnoscentibus naturam. Statim igitur velut filii ex eodem patre, uno scilicet Deo, et ex eadem matre, vera scilicet pietate geniti, pacifice seipsos mutuo salutare atque excipere cœperunt. Adeo ut orbis terrarum universus nihil a domo et familia optime constituta differre deinceps videretur, et iter facere et peregre quo quisque vellet proficisci cum omni securitate cuivis liceret, et alii quidem ab Occidentis partibus ad Orientem absque periculo commearent, alii vero hinc ad illas partes, velut ad suam ipsorum patriam, pergerent; compleren turque veterum oraculorum responsa et cum B innumerabiles aliæ prophetarum prædictiones, **658** quas referre in præsentia non vacat, tum illæ quæ de salutari Dei verbo loquuntur in hunc modum : « Dominabitur a mari usque ad mare, et a fluminibus usque ad fines orbis terrarum [16]. » Et rursus : « Orietur in diebus ejus justitia et abundantia pacis [17]. » Et alibi : « Confringent gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces; non accingetur gladio gens contra gentem, nec amplius militaribus exercitationibus vacabunt. » Hæc prædicta et Hebraico sermone multis ante sæculis pronuntiata fuerant, quæ nostra demum ætate, operibus ipsis expleta, veterum oraculorum testimoniis fidem astruunt. Quod si aliorum præterea argumentorum copiam desideras, ea non verC bis jam accipe, sed rebus ipsis. Aperi oculos mentis tuæ; et cogitationis januas reclude. Diu multumque tacitus tecum expende. Interroga temetipsum et quasi ab altero sciscitare, rerum naturam perscrutans in hunc modum : Quis unquam ab ultima usque hominum memoria, rex aut princeps, philosophus aut legislator, propheta denique seu Græcus seu Barbarus tantum auctoritatis et potentiæ adeptus est, non dico post mortem, sed vivus adhuc et spirans et multiplici pollens virtute, ut omnium ubique hominum aures atque linguas nominis sui gloria compleret? Nemo certe præter unum Servatorem nostrum post victoriam de morte reportatam istud præstitit, cum D et discipulis suis verbo præcepit et reipsa deinceps confirmavit : « Euntes, » inquit, « docete omnes gentes in nomine meo [18]. » Cumque ipsis prædixisset et affirmasset fore omnino ut Evangelium suum per universum orbem prædicaretur in testimonium cunctis gentibus, verbis eventum continuo subjunxit. Statim certe, non longo temporis spatio interjecto, doctrina ejus totum orbem replevit. Quid habet ad ea quod respondeat is, qui in hujus sermonis exordio nos reprehendebat,

[16] Psal. LXXI. [17] Isa. XX. [18] Matth. XVIII.

(56) Vulg. *τίς μόνος ἐπιτελεῖν*. Vox μόνος locum hic habere non potest. Scribo itaque ex codice Ful., τίς ἐπιτελεῖν παρέδωκεν ἄλλος· ἢ μόνος, etc. Mox scribendum est, διὸ δὴ ὑπὸ τῶν καθ' ὅλης οἰκουμένης ἀνθρώπων, vel ut est in codice Fuk., διὸ ἐπὶ τῆς καθ' ὅλης ἀνθρώπων οἰκουμένης. Sic enim loqui solet Eusebius ut in fine cap. 13.

(57) *Ἀφιερώματα*. Fraudem hic admiserant ty-

Digitized by Google

præsertim cum omni ratione validius sit oculorum testimonium? Quis vero pestiferum ab omni ævo et exitiale dæmonum genus, quod jampridem universas gentes ac nationes depascebatur et motione atque impulsu simulacrorum multas in terris præstigias edebat, invisibili ac potente dextra, velut immanes belluas, ab hominum grege fugavit? Quis alius quam Servator noster, per invocationem **659** nominis sui et purissimas preces, ipsius nomine Deo Optimo Maximo oblatas, nequissimorum spirituum reliquias ex hominibus abigendi potestatem dedit iis, qui traditam ab ipso vivendi normam ad disciplinam caste et sincere sequerentur? Jam vero incruenta et rationalia sacrificia, quæ precibus et arcana quadam Dei appellatione perficiuntur, quis unquam alius sectatores suos offerre docuit, quam Servator noster solus? Quam ob causam per universum orbem terrarum constituta nunc sunt altaria, et Ecclesiæ consecratæ; et sacrosancta ministeria intellectualium ac rationalium sacrificiorum soli omnium moderatori Deo ab omnibus gentibus offeruntur. Sacrificia autem illa, sanguine, cruore ac fumo peragi solita, crudeles item illas et furiosas hominum cædes ac victimas, quis occulta quadam et invisibili potentia aboleri ac prorsus exstingui fecit, adeo ut hoc ipsum etiam gentilium testentur historiæ? Neque enim nisi post divinam Servatoris nostri prædicationem, circa tempora

νοερῶν τε καὶ λογικῶν θυσιῶν ἱεροπρεπεῖς λειτουργίαι, μόνῳ τῷ παμβασιλεῖ Θεῷ πρὸς ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἀναπεμπόμεναι· τὰς δὲ δι' αἱμάτων καὶ λύθρων, καπνοῦ τε προσεπιτελουμένας θυσίας (58), τάς τε ὠμὰς ἐκείνας καὶ μανιώδεις ἀνδροκτασίας τε καὶ ἀνθρωποθυσίας, τίς ἀφανεῖ τε καὶ ἀοράτῳ δυνάμει σβεσθῆναι καὶ μηκέτι ὑπάρχειν παρεσκεύασεν; ὡς μαρτυρεῖσθαι πρὸς αὐτῆς γε τῆς Ἑλλήνων ἱστορίας· ἐπειδὴ οὐ πρότερον ἀλλ' ἢ μετὰ τὴν ἔνθεον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίαν, κατὰ τοὺς Ἀδριανοῦ χρόνους (59), πᾶσαι αἱ πανταχοῦ γῆς κατελύθησαν ἀνθρωποθυσίαι. Τοσούτων ἐναργῶν ἀποδείξεων, τὴν μετὰ τὸν θάνατον ἀρετήν τε καὶ δύναμιν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν πιστουμένων, τίς οὕτω σιδήριος τὴν ψυχήν, ὡς μὴ συμμαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ ζωὴν ὁμολογεῖν; Ζώντων γὰρ, ἀλλ' οὐ νεκρῶν τὰ κατορθώματα, ὄψεις τε ἀδήλων φασὶν εἶναι τὰ φαινόμενα. Αὐτίκα γοῦν χθὲς καὶ πρώην θεομάχων γένος τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον ἐκύκα, ἦγέ τε καὶ ἄπῃγε, καὶ πολλὰ ἴσχυεν. Ἐπεὶ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη, κεῖτο δὴ μετὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς, σκυβάλων ἐκβλητότερον (60), ἄπνουν, ἀκίνητον, ἄναυδον, καὶ οὐκ ἔτ' αὐτῶν λόγος οὐδείς, οὐ μνήμη· φύσις γὰρ αὕτη νεκρῶν, καὶ ὁ μηκέτ' ὤν, οὐδείς ἐστιν. Ὁ δὲ μηδεὶς ὢν πράξειέ τι (61); Ὁ δ' ἐνεργῶν καὶ πράττων, καὶ πλείονα τῶν ζώντων δυνάμενος, πῶς ἂν ὑπολειφθείη μὴ ὤν; Εἰ δ' ἀφανὴς εἴη σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον (62), οὐδὲ τεχνικοὺς λόγους, οὐδ' ἐπιστημονικὰς θεωρίας αἰσθήσει σωμάτων καταμανθάνομεν·

nographi Genevenses, omissis de industria verbis Eusebii, eo quod de incruento missæ sacrificio illustre testimonium continerent. Sed nos ope codicis Fuketiani ea auctori suo restituimus, νοερῶν τε καὶ λογικῶν θυσιῶν ἱεροπρεπεῖς λειτουργίαι.

(58) *Καπνοῦ τε προσεπιτελουμένας θυσίας.* Non dubito quin Eusebius scripserit, καπνοῦ τε καὶ πυρὸς ἐπιτελουμένας θυσίας, τάς τε ὠμάς, etc.; qua quidem emendatione nihil certius.

(59) *Κατὰ τοὺς Ἀδριανοῦ χρόνους.* Sumpsit hæc Eusebius ex libro II Porphyrii *De abstinentia*, ubi ita scribit: Καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσί φησι Πάλλας, ὁ ἄριστα τὰ περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων, ἐφ' Ἀδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος, id est: *Pallas vero qui de sacris Mithriacis optime omnium scripsit, humanas victimas fere ubique abolitas esse prodit principatu Adriani.* Quod confirmat etiam Lactantius in lib. I *Divinarum institutionum*, cap. 21 his verbis: *Apud Cyprios humanam hostiam Jovi Teucer immolavit; idque sacrificium posteris tradidit: quod est nuper, Adriano imperante, sublatum.* Scribit Tertullianus in *Apologetici* c. 9, infantes in Africa Saturno palam immolatos fuisse usque ad proconsulatum Tiberii, qui sacerdotes Saturni ob eam causam cruci suffixit. Additque testem hujus rei esse militiam patriæ suæ, vel ut quidam codices scriptum habent, patris sui, quæ idipsum munus Tiberio proconsuli functa est. Ex quo apparet adhuc recentem fuisse hujus rei memoriam. Cur enim testes citaret milites seu apparitores proconsularis officii, nisi adhuc quidam superfuissent, aut superesse potuissent ex iis qui Tiberio proconsuli apparuerant, tunc cum sacerdotes illos in crucem egit. Quare proconsulatus ille Tiberii commode referetur in tempora imperatoris Adriani; maxime id suadentibus Porphyrio atque Lactantio. Porro cum Pallas tantum dicat fere ubique homines immolari desiisse, Eusebius sine

ulla exceptione apud omnes ubique gentes morem hunc sublatum fuisse asserit. Quod equidem vix possum credere. Nam et Porphyrius et Lactantius in libris supra memoratis testantur, Jovem Latiarem adhuc sua ætate humano sanguine Romæ cultum fuisse. Ad hæc Tertullianus in *Apolog.* testatur adhuc sua ætate Saturno infantes immolatos esse in occulto.

(60) *Σκυβάλων ἐκβλητότερον.* Alludit Eusebius ad celebre illud Heracliti dictum, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, cujus meminit Strabo in fine libri XVI, Origenes in libro V *contra Celsum*. Ex quo proverbialis locutio manavit κοπρίων ἐκβλητότερος, de homine nullius pretii. Pollux in lib. V, cap. 46: *Κοπρίων ἐκβλητότερος* εἰ χρὴ καθ' Ἡράκλειτον λέγειν. Julianus in oratione adversus Heraclitum Cynicum pag. 421 eamdem Heraclidi sententiam usurpat his verbis: Ὀλιγωρεῖν δὲ πάντη τοῦ σώματος, καὶ νομίζειν αὐτὸ κατὰ τὸν Ἡράκλειτον καὶ κοπρίων ἐκβλητότερον. Ἐκ τοῦ ῥάστου δὲ αὐτῷ τὰς θεραπείας ἀποπληροῦν, ἕως ἂν ὁ Θεὸς ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ σώματι χρῆσθαι ἐπιτάττῃ. Quem locum ex Suida in voce Ἡράκλειτος emendavi ac supplevi. Nam in vulgatis editionibus corruptus legitur ac mutilus.

(61) Vulg. *πράξει ἔτι.* Scribendum est per interrogationem ὥστε μηδεὶς ὢν πράξειε τί. Atque ita legisse videtur Christophorsonus. Certe in codice Fuk. scribitur πράξειέ τι.

(62) Vulg. *οὐκ ἐναισθήσει τὸ κριτήριον.* Apparet scribendum esse οὐκ ἐν αἰσθήσει, id est, judicium non positum est in sensu. Itaque subaudiendum hic est verbum ἐστί, quod non vidit Christophorsonus, quippe qui hæc verba cum sequentibus perperam conjunxit. Magna fuit inter veteres philosophos disputatio περὶ κριτηρίου. Ita autem vocabant normam ac regulam, qua veritas rerum ab hominibus dijudicatur. Antiquissimi quidem philosophi eam vim ac facultatem non in sensibus, sed in ratione

Digitized by Google

οὐδὲ νοῦν τὸν ἐν ἀνθρώποις, μή τί γε Θεοῦ δύναμιν εἶδέ τις πώποτε ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τὰ τοιάδε πέφυκεν ἐπινοεῖσθαι· διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος, τὴν ἀφανῆ δύναμιν αὐτοῦ προσήκοι ἂν ἐκ τῶν ἔργων ἐπισκοπεῖν καὶ διακρίνειν· εἴτε χρὴ ζῶντος ὁμολογεῖν τὰ εἰς ἔτι δεῦρο πρὸς αὐτοῦ κατορθούμενα, εἴτε καὶ μὴ ὄντος εἶναι λέγειν· ἢ μωρὸν καὶ ἀσύστατον τὸ ἐρώτημα· τὸν γὰρ μὴ ὄντα, πῶς ἄν τις εὐλόγως εἶναι εἴποι; εἴγε τὸ μὴ ὂν πάσαις ψήφοις ἀποπέφανται, οὐδὲ δύνασθαί τι, οὐδ' ἐνεργεῖν, οὐδὲ πράττειν· αὕτη γὰρ φύσις ζώντων (63), νεκρῶν δὲ ἡ ἐναντία.

A imperatoris Adriani, omnis ubique Lumanarum victimarum immolatio sublata est. Cum ergo Servatoris nostri post mortem virtus atque potentia, tot tamque evidentibus argumentis comprobetur, quis est adeo ferreus animo, ut veritati testimonium perhibere cum cæteris nolit, et vitam illius divinam confiteri? Nam præclara facinora, viventium sunt, non mortuorum; et ea quæ cernimus occultarum rerum notitiam nobis subministrant. Nuper quidem ac nudius-tertius, impiorum hominum contra Deum pugnantium natio universam mortalium vitam conturbabat, et potentia ac viribus pollens susque deque omnia ferebat. Sed posteaquam e medio sublata est, jacuit deinceps stercoribus contemptior: sine spiritu, sine motu et sine voce. Nec jam eorum habetur ratio, nec ulla fit mentio. Quippe ea mortuorum sors est; et is qui amplius non est, nihil est. Qui autem nihil est, quid tandem agere potest? Contra is qui agit et operatur, quique plus valet quam ii ipsi quibus vita suppetit, qua ratione existimabitur non esse? Quod si corporis oculis non cernitur, at judicandi facultas non consistit in sensu, nec artium rationes aut speculationes scientiarum, sensibus corporis percipimus: nec mentem quæ in hominibus est, neduin Dei virtutem ullus unquam oculis vidit: verum ejusmodi res ex **660** ipsis operibus cognosci solent. Quocirca etiam in Servatore nostro, invisibilis ejus vis ac potestas ex operibus perspicienda ac dijudicanda est: utrum scilicet tot illustria facinora, quæ ab illo etiamnum geruntur, viventis esse omnino confitendum sit; an dicendum, ejus qui non sit ea esse; an stulta omnino nec ulla ex parte cohærens hæc quæstio. Eum enim qui non est, qua ratione aliquis esse dixerit? Siquidem omnium consensu et suffragiis constat, id quod non est, nec posse quidquam, nec agere, nec operari. Hæc quippe viventium natura est: mortuorum vero contraria.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ'.

Ἔνθα δὴ καιρὸς ἐπιθεωρῆσαι τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος τὰ καθ' ἡμᾶς ἀποτελέσματα, καὶ ζῶντος Θεοῦ ἔργα ζῶντα συνιδεῖν· εἰ γὰρ οὐ ζῶντος (64), καὶ Θεοῦ ζωὴν ὡς ἀληθῶς ζῶντος ἔργα· ζῶντα τυγχάνει τὰ τοιαδὶ κατορθώματα; Τίνα δὴ ταῦτα, ἐρωτᾷς; Μάνθανε. Θεομάχοι τινὲς πρώην, τῶν αὐτοῦ προσευκτηρίων τὰς οἰκοδομὰς σὺν πλείονι φιλονεικίᾳ, καὶ σὺν μείζονι δυνάμει τε καὶ χειρὶ ἐκ βάθρων ἀνορύττοντες καθῆρουν, ἀφανεῖς τε αὐτοῦ καθίστων τὰς Ἐκκλησίας, πάσαις τε μηχαναῖς τὸν μὴ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρώμενον ἐπολέμουν, βάλλοντες καὶ ἀκοντίζοντες μυρίαις λόγων βολαῖς· ὁ δ' ἀφανὴς, ἀφανῶς ἠμύνατο. Εἶθ' οἱ μὲν οὐκέτ' ἦσαν ἐνὶ Θεοῦ νεύματι, οἱ πρὸ μικροῦ τρυφηλοὶ καὶ τρισευδαίμονες, οἵτινες ἰσόθεοι παρὰ τοῖς πᾶσιν ἦσαν ὑμνούμενοι, οἱ μακραῖς ἐτῶν περιόδοις διαπρεπῶς τὴν ἀρχὴν εὐθύναντες, ὅτε δὴ τὰ (65) πρὸς τὸν ὕστερον πολεμηθέντα φίλα τε ἦν αὐτοῖς καὶ εἰρηναῖα· ὡς δὲ μεταβαλλόμενοι θεομαχεῖν ἐτόλμων, τοὺς αὐτῶν θεοὺς

CAPUT XVII.

B Opportunum nunc tempus est, ut ea quæ a Servatore nostro hac ætate perfecta sunt, inspiciamus, et Dei viventis opera spirantia contemplemur. Quomodo enim tam præclara facinora non essent viventis, ejusque adeo qui Dei vitam vivat, opera spirantia? Quænam vero illa sunt? inquies. Audi, si placet. Nuper quidam qui Deo bellum indixerant, oratoria ejus cum ingenti pertinacia, nec minori cum militum robore, ab ipsis fundamentis everterunt, et Ecclesias illius penitus abolere studuerunt, omnibus machinis Deum invisibilem oppugnantes, et impiarum vocum tela in eum conjicientes. Sed invisibilis Deus, invisibili eos ultus est modo. Statim igitur illi solo Dei C nutu e medio sublati, qui prius in deliciis vitam agebant, qui beatissimi, qui quasi dii ab omnibus prædicabantur, qui multis annorum spatiis imperium præclare ac feliciter gesserant, quandiu pacem et amicitiam coluerant cum illo quem

posuerunt, ut docet Sextus Empiricus in libro VII *adversus Mathematicos*. Porro κριτήριον dupliciter sumitur, vel pro facultate ipsa qua verum discernitur, vel pro instrumento ipsius facultatis. Primum Potamo philosophus vocabat ὑφ' οὗ, secundum δι' οὗ, ut docet Laertius in proœmio sui operis.

(63) Vulg. *αὕτη γὰρ φύσις νεκρῶν*. Transposita hic sunt vocabula, quod in libris toties accidisse monuimus. Scribo igitur αὕτη γὰρ φύσις ζώντων· νεκρῶν δὲ ἡ ἐναντία. Paulo ante quædam voces male repetitæ sunt, quod mendum studiosus lector facile per seipsum restituet.

(64) *Εἰ γὰρ οὐ ζῶντος*. Scribendum videtur πῇ γὰρ οὐ ζῶντος, interrogative: quam scripturam in versione mea secutus sum.

(65) Vulg. *τὴν εὐχὴν εὐθύναντες ὅτε δῆτα*. Duplici mendo inquinatus est hic locus; quem tamen facillimum erat ita corrigere: διαπρεπῶς τὴν ἀρχὴν εὐθύναντες ὅτε δὴ τὰ πρὸς τὸν ὕστερον πολεμηθέντα φίλα τε ἦν αὐτοῖς, etc. Intelligit Eusebius Diocletianum et collegas, quos ait præclare et feliciter rempublicam gubernasse, quandiu cum Deo et cum Ecclesiis pacem servarunt. Sed postquam Deo bellum inferre conati sunt, et sanctissimos ejus cultores persequi; statim omnia in deterius conversa esse. Idem dicit Eusebius in fine libri octavi.

Digitized by Google

postea oppugnaverunt. Verum ubi, mutata sententia, Deo bellum inferre ausi sunt, diis suis tanquam antesignanis et propugnatoribus in acie adversus Deum nostrum oppositis, illico momento temporis, et Dei quem oppugnabant nutu ac potentia, cuncti scelerum suorum pœnas dedcrunt: adeo ut terga dantes cedentesque ei cui bellum intulerant, divinitatem ipsius sicut reliqui confiterentur, et plane contraria iis quæ paulo ante tentaverant concedere ac permittere maturarent. Continuo igitur Servator noster victoriæ tropæa ubique terrarum erexit, templisque sanctissimis et oratoriis consecratis universum orbem de integro exornavit; et in urbibus ac pagis, in agris ac desertis Barbarorum locis, fana ac delubra in honorem unius omnium Regis ac Domini dedicavit. Unde etiam Domini vocabulo **661** honorata sunt; non ab hominibus, sed ab ipso omnium Domino cognomentum sortita. Ab eo quippe Dominica appellantur. Prodeat igitur in medium qui volet, doceatque nos quis post tantam subversionem ac vastitatem sacras ædes a fundamentis usque ad summum culmen evexerit: quis ea de quibus nulla jam spes supererat, multo quam antea fuissent illustriora renovaverit: et quod maxime mirandum est, non post mortem illorum Dei hostium ea renovaverit, sed superstitibus adhuc iis ipsis qui illa subverterant: adeo ut ipsimet ore suo suisque litteris palinodiam canerent; idque agerent, non eo tempore quo in summa lætitia ac voluptate degebant (sic enim humanitate ducti id egisse, cuipiam fortasse viderentur), sed tum maxime cum verberibus cœlitus inflictis agitabantur. Quis post tot ac tantas persecutionis procellas, et in ipso discriminum fervore, innumerabiles veræ philosophiæ sectatores Deique cultores viros, sacras etiam mulieres et virginum choros quæ perpetuæ animi et corporis castitati sese addixerant, divinæ doctrinæ suæ præceptis atque institutis per universum orbem continuerit: ciboque et vino ad multos dies libentissime abstinere, et duram ac severam vitam agere eum singulari modestia ac temperantia docuerit? Quis immensam virorum ac mulierum multitudinem eo impulerit, ut, spretis corporum alimentis, A προμάχους καὶ προασπιστὰς ἀντιπαρατάττοντες τῷ ἡμετέρῳ, αὐτίκα μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ, καὶ Θεοῦ νεύματι καὶ δυνάμει τοῦ πολεμουμένου, δίκας ὑπεῖχον οἱ πάντες τῶν τετολμημένων, ὡς παραχωρεῖν τῷ πολεμουμένῳ, καὶ νῶτα δόντες αὐτῷ, τῇ θεότητι συνωμολόγουν, συγχωρεῖν τε καὶ ἐπιτρέπειν τἀναντία τοῖς πρὶν τετολμημένοις, ὁλοσχερῶς ἔσπευδον· ὁ δὲ τρόπαια νικητήρια παραχρῆμα πανταχοῦ γῆς ἀνίστη, ναοῖς τε ἁγίοις καὶ προσευκτηρίοις σεμνοῖς ἀφιερώμασι, τὴν σύμπασαν οἰκουμένην αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς κοσμήσας, κατὰ πόλεις τε καὶ κώμας, χώρας τε πάσας καὶ τὰς τῶν Βαρβάρων ἐρήμους, ἱερὰ καὶ τεμένη ἐνὶ τῷ πάντων βασιλεῖ Θεῷ τῷ δὴ καὶ τῶν ὅλων δεσπότῃ καθιερώσας (66)· ἔνθεν καὶ τῆς τοῦ δεσπότου προσηγορίας ἠξίωται, τὰ καθιερωμένα, B οὐκ ἐξ ἀνθρώπων τυχόντα τῆς ἐπικλήσεως, ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ τῶν ὅλων Κυρίου. Παρὸ καὶ Κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν (67). Παρελθὼν οὖν εἰς μέσον ὁ βουλόμενος διδασκέτω, τίς μετὰ τὴν τοσαύτην καθαίρεσίν τε καὶ ἐρημίαν, ἰδρύματα ἐξ ἐδάφους εἰς ὕψος ἀνήγειρε· τίς τὰ πάσης ἐλπίδος ἀφῃρημένα, δευτέρας ἠξίωστε πολὺ κρείττονος τῆς ἔμπροσθεν ἀνανεώσεως, καὶ ἀνενεώσατο αὐτὰ (68) δὴ (τὸ τοῦ λόγου μέγιστον θαῦμα), οὐ μετὰ τὴν θεομάχων ἐκείνων τελευτήν, ἀλλ' ἔτι τῷ βίῳ περιόντων αὐτῶν δὴ τῶν καθῃρηκότων, ὡς δι' αὐτῶν στόματος καὶ δι' αὐτῶν γραφῆς τὴν παλινῳδίαν τῶν τετολμημένων αὐτοῖς ᾄσθῆναι, καὶ τοῦτο πρᾶξαι αὐτοὺς, οὐκ ἐν θυμηδίαις ὄντας (φιλανθρωπίας λογισμῷ (69) τάχα C ἄν τις νομίσειε), θηλάτοις δὲ μάστιξιν ἐλαυνομένους; Τίς μετὰ τοσοῦσδε τοῦ διωγμοῦ χειμῶνας, καὶ ἐν αὐτῇ γε τῇ τῶν δεινῶν ἀκμῇ, φιλοσόφου βίου ζηλωτὰς καὶ θεραπευτὰς τοῦ Θείου μυρίους ἄνδρας, γυναικῶν τε ἱερείας καὶ χοροὺς ἀειπαρθένων (70) ἀγνείᾳ παντελεῖ τὸν πάντα τῆς ζωῆς χρόνον αὐτῶν ἀναθείσας, τοῖς τῆς ἐνθέου διδασκαλίας αὐτοῦ μαθήμασι, καθ' ὅλης συνίστη τῆς οἰκουμένης, τροφῶν δ' ἀποχαῖς, ἀσιτίαις τε καὶ ἀνοινίαις πολυημέροις προθυμότατα διακαρτερεῖν, ἐγκρατείᾳ τε καὶ ῥώμῃ βίου στερρόῦ χρῆσθαι, ἐδίδαξε μετὰ σωφροσύνης; Τίς γύναια καὶ μυρία πλήθη ἀνδρῶν ἀναπέπεικε, λογικὰς τροφὰς ψυχαῖς λογικαῖς καταλλήλους, δι' ἐνθέων ἀναγνωσμάτων ἀντικαταλλάξασθαι τῶν τοῦ σώματος τροφῶν; Τίς βαρβάρους καὶ ἀγροίκους ἄνδρας, γύ-

(66) Vulg. *Τῇ δεσπότῃ καθιερῶσθαι.* Scribendum videtur, δεσπότῃ καθιερώσας· ἔνθεν καί, etc.

(67) *Κυριακῶν ἠξίωνται τῶν ἐπωνυμιῶν.* Malim legere τῆς ἐπωνυμίας. Nihil frequentius occurrit apud scriptores ecclesiasticos, quam Κυριακῶν seu *Dominicorum* vocabulum. Nec solum Græci ecclesias ita nominarunt, sed et Germani hoc nomen a Græcis mutuati sunt, ut docet Vualafridus Strabo in libro *De rebus ecclesiasticis*, cap. 7.

(68) *Καὶ ἀνενεώσατο αὐτά.* In codice Fuk. scriptum est αὐτὸ δὴ τὸ τοῦ λόγου μέγιστον θαῦμα.

(69) *Φιλανθρωπίας λογισμῷ.* Deesse hic nonnulla, etiam me tacente, quivis facile perspiciet. Scribo igitur, οὕτω γὰρ φιλανθρωπίας λογισμῷ τοῦτο πρᾶξαι αὐτοὺς τάχα ἄν τις νομίσειε, quæ per parenthesim legenda sunt. Certe Christophorsonus ita etiam legisse videtur, ut ex versione ejus apparet.

(70) *Γυναικῶν δὲ ἱερείας καὶ χορούς ἀειπαρθένων.* Christophorsonus vocem γυναικῶν conjunxit cum voce ἀειπαρθένων, quod equidem non probo. Nam γυναικῶν nomine Eusebius intelligit mulieres, quæ viris orbatæ viduitatem suam Deo consecrabant, easque a virginum choris distinguit. Porro ex viduarum numero eligi solebant diaconissæ, et presbyteræ, ut testatur Epiphanius in hæresi Collyridianorum, et in epilogo librorum *Contra hæreses*. Unde Eusebius hoc loco ἱερείας illas nominat. Fungebantur enim illæ mulieres quodammodo sacerdotum officio; quippe quæ mulieres baptizandas erudirent. Scribendum autem est γυναικῶν τε ἱερείας, ut nemo non videt. Atque ita scribitur in codice Fuketiano. Porro hæ mulieres antequam inter diaconissas allegerentur, examinari solebant. Quærebatur ab eis inter cætera, an sanctorum pedes lavissent, ut docet Origenes in tomo XXXII in Joannis Evangelium.

Digitized by Google

ναιά τε καὶ παῖδας καὶ οἰκετῶν γένη, πλήθη τε μυρία μυρίων ἐθνῶν, θανάτου μὲν καταφρονεῖν ἐδίδαξεν, ἀθάνατον δὲ πεπεῖσθαι εἶναι τὴν αὐτῶν ψυχήν, καὶ δίκης ὀφθαλμὸν (71) ὑπάρχειν ἔφορον τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων, εὐσεβῶν τε καὶ ἀσεβῶν δικαιωτήρια Θεοῦ προσδοκᾷν, καὶ τούτων ἕνεκα δικαίως καὶ σωφρόνως ζῆν ἐπιμελεῖσθαι; Μὴ γὰρ οὕτω διατεθέντας, ἀδύνατον ἄλλως εἶναι τὸν τῆς εὐσεβείας ὑποδῦναι ζυγόν· ἃ δὴ μόνῳ τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι εἰσέτι καὶ νῦν κατορθοῦται· ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρῶμεν. Φέρε δὴ ἄλλως τὸν τὴν διάνοιαν λελιθωμένον καὶ ἐκ τῶν τοιωνδὶ προσαγάγωμεν ἐρωτήσεων, ὧδέ πη αὐτοῦ πυνθανόμενοι· Ἄγε δή, οὗτος, φωνὴν λογικὴν ἀφεὶς, μὴ ἐξ ἠλιθίου καρδίας, ψυχῆς δὲ λογικῆς καὶ νοερᾶς καρπὸν προβαλλόμενος, λέγε δή, παρὰ σαυτῷ πολλάκις ἐπισκεψάμενος, τίς ἄλλος πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος βοηθέντων σοφῶν, ὁμοίως τῷ ἡμετέρῳ Σωτῆρι προφητικαῖς ἄνωθεν πρὸ μυρίων χρόνων φωναῖς, ἐγνώσθη τε καὶ προεκηρύχθη παρὰ τοῖς πρόπαλαι θεοφιλέσιν Ἑβραίων παισίν; Οἱ καὶ τὸν τόπον αὐτοῦ τῆς γενέσεως, καὶ χρόνους τῆς ἀφίξεως, καὶ τρόπον τοῦ βίου, καὶ δυνάμεις, καὶ λόγους, καὶ κατορθώματα αὐτοῦ προλαβόντες, βίβλοις ἱεραῖς καταβεβλήκασιν· ἢ τίς οὕτω ταχὺς (72) ἔκδικος τῶν εἰς αὐτὸν τετολμημένων ἀποδέδεικται, ὡς ἅμα τῇ κατ' αὐτοῦ δυσσεβείᾳ, τὸ πᾶν Ἰουδαίων ἔθνος ἀοράτῳ δυνάμει μετελθεῖν, ἄρδην τε τὸν βασιλικὸν αὐτῶν τόπον ἐκ βάθρων ἀρθῆναι, αὐτό τε τὸ ἱερὸν ἅμα τοῖς ἐν αὐτῷ σεμνοῖς, εἰς ἔδαφος κατενεχθῆναι; Τίς δὲ προῤῥήσεις αὐτῶν τε τούτων πέρι (73) τῶν ἀσεβῶν ἀνδρῶν, ἀμφί τε τῆς πρὸς αὐτοῦ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ὑποστάσης Ἐκκλησίας, καταλλήλους τοῖς πράγμασιν ἀποφθεγξάμενος, πιστὰς ἔδειξε ταύτας τοῖς ἔργοις, ὡς ὁ ἡμέτερος Σωτήρ; Περὶ μὲν τοῦ τῶν ἀσεβῶν ἱεροῦ φήσας· « Ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος· » καί· « Οὐ μὴ μείνῃ λίθος ἐπὶ λίθον ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ· » περὶ δὲ τῆς αὐτοῦ Ἐκκλησίας· « Ἐπὶ τὴν πέτραν οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Τὸ δὲ ἄνδρας εὐτελεῖς καὶ ἀγροίκους, ἐξ ἁλείας μεταγαγεῖν τὴν ἀρχὴν (74), καὶ τούτους νομοθέτας καὶ νομοδιδασκάλους ἀποφῆναι τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, οἷόν σοι εἶναι δοκεῖ; Τὸ δὲ ἐπαγγείλασθαι, καὶ λόγῳ μὲν εἰπεῖν, ἔργῳ δὲ ποιῆσαι αὐτοὺς ἁλιέας ἀνθρώπων, καὶ τοσαύτην αὐτοῖς ἀρετήν τε καὶ δύναμιν παρασχεῖν, ὡς καὶ γραφὰς συντάξαι, καὶ βίβλους παραδοῦναι, καὶ πάντας εἰς τοσοῦτο κρατῦναι, ὡς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης παν-

rationalem potius cibum divinarum lectionum, qui animis ratione præditis aptissimus est, appeterent? Quis barbaros et rusticos homines, mulierculas item et pueros ac servos, infinitam denique omnium gentium multitudinem docuerit, ut mortem contemnerent, sibique ipsis persuaderent animam suam esse immortalem, et justitiæ oculum quemdam esse qui res humanas inspiciat; utque futurum Dei judicium de piis ac de impiis hominibus exspectarent; atque ideirco vitam juste sancteque traducere studerent? Nam qui aliter affecti sint, eos pietatis jugum subire nullo modo posse. Quæ quidem omnia solus Servator noster etiamnum egregie præstat. Verum hæc missa faciamus. Nunc vero eum cujus animus instar silicis obduruit, hujusmodi interrogationibus convincere aggrediamur: Dic mihi, heus tu, et tandem aliquando vocem 662 rationalem ede, non ex bruto pectore sed ex animæ ratione et intellectu prædita fructum proferens. Dic, inquam, re apud te ipsum diu ante perpensa: quis ex omni sapientum numero qui antea celebres exstiterunt, prophetarum oraculis perinde ac Servator noster, apud Deo charissimam veterum Hebræorum gentem tot ante sæculis cognitus est et prædicatus? Qui quidem et natale ipsius solum, et adventus tempora, et vivendi rationem; miracula item, sermones et præclara facinora animo præcipientes, sacris voluminibus commendarunt? Aut quis scelera in se admissa, tam præsenti ultione unquam vindicavit, ut post impium facinus quod in ipsum fuerat admissum, statim omnis Judæorum natio occulta quadam vi exagitaretur, et regia ipsorum sedes ab ipsis fundamentis everteretur; ipsumque adeo templum cum omnibus ornamentis ac donariis solo æquatum disturbaretur. Quis futura, tum de impiis illis hominibus, tum de Ecclesia ab ipso per universum orbem condita cum multo ante prædixisset, singulorum operibus congruentia vaticinans, prædictionum fidem rebus ipsis æque ac Servator noster confirmavit? Ac de impiorum quidem templo dixerat: « Relinquitur vobis domus vestra deserta: et non manebit in loco lapis super lapidem qui non disturbetur. » De Ecclesia autem sua in hunc modum: « Super petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ orci non prævalebunt adversus eam. » Jam vero imperitos homines et rusticos atque abjectos, a piscatu primum abduxisse; ac deinde legislatores doctoresque

(71) Vulg. *καὶ δίκην ὀφθαλμῶν ὑπάρχειν*. Quis non videt scribendum esse δίκης ὀφθαλμόν? Veteres enim acerrimum quemdam justitiæ oculum esse credebant, qui omnia quæ ab hominibus agerentur, inspiceret, nec unquam conniveret; quem etiam testabantur quicunque injuriam passi essent. Nihil frequentius occurrit tum apud Græcos, tum apud Latinos. Vetus poeta apud Stobæum:

Ἔστιν δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς δι' ἡσύχου
Λεύσσων προσώπου, πάνθ' ὁμῶς ἀεὶ βλέπει.

Plura congerere non otii est nostri, cum res sit notissima. Christophorsonus tamen hanc hujus loci emendationem non vidit.

(72) Vulg. *ἤτις αὐτῷ ταχύς*. Scribendum est procul dubio ἢ τίς οὕτω ταχύς, quomodo etiam legisse videtur Christophorsonus.

(73) Vulg. *αὐτῶν τε περὶ*. Scribendum est πέρι accentu in primam syllabam rejecto; quod fit, quoties præpositio post vocabulum ponitur. Mox scribendum est καταλλήλους τοῖς πράγμασιν. Refertur enim ad vocem προῤῥήσεις. In codice Fuk. scribitur καταλλήλους.

(74) Vulg. *ἐξ ἁλείας μεταλαγεῖν τὴν ἀρχήν*. Error est typographicus, ut opinor, pro μεταγαγεῖν, ut habet codex Fuketii.

Digitized by Google

orbis terrarum constituisse, quale et quantum tibi videtur? Quod vero pollicitus est illis, se facturum ipsos piscatores hominum; nec id verbis solummodo dixit, sed reipsa cumulate præstitit; tantamque eis vim ac potentiam indidit, ut libros conscriberent atque ederent; utque horum librorum tanta esset auctoritas, ut omnium tam Græcorum quam barbarorum linguis conversi, a cunctis ubique gentibus studiose ediscerentur; et ea quæ in illis continentur, divina esse crederentur oracula, quantum id valet ad divinitatem ejus perspicue declarandam? Quale illud est, quod ipse futura prædixit, et discipulis suis multo ante contestatus est, ipsos regum ac principum conspectui exhibendos esse, et pœnis extremisque suppliciis afficiendos; **663** idque non ob facinus ullum, sed ob solam nominis ipsius confessionem? Quod vero eos alacri animo hæc perpeti fecit, et pietatis armis eos ita munivit, ut animos omni adamante firmiores in certaminibus contra adversarios ostenderent, quæ tanta vis est ut dicendo id adæquare possit? Quod autem non ii modo qui ipsum sectati fuerant, verum etiam illorum successores; ac deinde hi qui istos proxime insecuti sunt: tandemque illi qui nostra ætate vixerunt, adeo vires obdurmarunt animorum, ut cum nullius criminis rei essent, omnia tamen suppliciorum et tormentorum genera ob eximiam in summum omnium Deum pietatem læto animo perferrent, quam quæso admirationem non longissime superat? Enimvero quis unquam regum in tot ætates ac sæcula imperium suum prorogavit? Quis post mortem ita bellum gerit, et tropæa de hostibus erigit, omnemque locum, regionem et civitatem tam Græcorum quam barbarorum, sub ditionem redigit: adversariis occulta quadam et invisibili manu superatis. Quodque omnium caput est, pax illa quæ universo terrarum orbi per illius potentiam parta est, de qua quæ nobis videbantur jam superius disseruimus, quibus tandem calumniatoribus os non obstruat? Quippe cum et reipsa in idem tempus cum prædicatione Servatoris nostri cumque doctrina ab eo in universum orbem dispersa, pax et concordia omnium gentium incurrerit: et multo antea a divinis prophetis utraque prædicta fuerit: terrena scilicet gentium pax, et doctrina a Christo gentibus tradita. Dies me deficiet, Imperator, si manifestissima divinæ Servatoris nostri potentiæ argumenta ex iis quas nunc cernimus rebus deprompta, in unum velim colligere. Siquidem nullus unquam ab omni ævo nec apud Græcos nec apud barbaros, tantam divinæ potentiæ vim, quantam Servator noster ostendit. Et quid homines dico? quando ne ipsi quidem quos universæ gentes appellant deos, talem in terris vim ac potentiam exhibuerunt. Aut si

A τοῖᾳ γλώσσῃ Βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι, καὶ πιστεύεσθαι θεῖα εἶναι λόγια τὰ ἐν αὐταῖς καταβεβλημένα, ὅσον εἰς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς αὐτοῦ θεότητος; Οἷον καὶ τὸ αὐτὸν προφητεῦσαι τὸ μέλλον, καὶ τοῖς μαθηταῖς προμαρτυρήσασθαι, ὡς ἄρα ἐπὶ βασιλέων καὶ ἡγεμόνων μέλλοιεν ἄγεσθαι, τιμωρεῖσθαί τε καὶ τὰς ἐσχάτας ὑπομένειν κολάσεις, οὐ διά τινα πρᾶξιν ἄτοπον, διὰ μόνην δὲ τὴν εἰς τοῦτον ὁμολογίαν; Τὸ δὲ καὶ προθύμως αὐτοὺς ταῦθ' ὑπομεῖναι παρασκευάσαι, εὐσεβείας τε ὅπλοις οὕτω φράξαι, ὡς ἀδάμαντος τὰς ψυχὰς κραταιοτέρους ἐν τοῖς πρὸς τοὺς ἀντιπάλους ἀγῶσι διαφαίνεσθαι, ποῖον οὐκ ἂν ὑπερβάλοιτο λόγον; Τὸ δὲ μὴ μόνον ἐκείνους τοὺς αὐτῷ παρηκολουθηκότας, ἀλλ' ἤδη καὶ τοὺς ἐκείνων B διαδόχους, καὶ αὖθις τοὺς μετέπειτα γενομένους, καὶ τοὺς εἰς ἔτι δεῦρο καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς, οὕτω τῆς ψυχῆς νευρῶσαι τὰς δυνάμεις, ὡς μηδὲν ἄξιον θανάτου πράξαντας, παντοίας κολάσεις καὶ πᾶν εἶδος στρεβλωτηρίων μεθ' ἡδονῆς ὑπομένειν, εὐσεβείας χάριν τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ποῖον οὐκ ἂν ὑπερβάλοιτο θαῦμα; Ἀλλὰ βασιλέων εἰς τοσοῦτον αἰῶνα τίς πώποτε κρατῶν διετέλεσε; Τίς δ' οὕτω στρατηγεῖ μετὰ θάνατον καὶ τρόπαια κατ' ἐχθρῶν ἵστησι, καὶ πάντα τόπον, καὶ χώραν, καὶ πόλιν, Ἑλλάδα τε καὶ Βάρβαρον ὑποτάττει, ἀοράτῳ καὶ ἀφανεῖ δεξιᾷ τοὺς ἀντιπάλους χειρούμενος; Τό γε μὴν κεφάλαιον τῶν εἰρημένων, ἡ πανταχοῦ γῆς διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως πρυτανευθεῖσα εἰρήνη (75), περὶ ἧς τὰ εἰκότα προλαβόντες εἰρήκαμεν, ποῖον οὐκ ἂν συκο- C φαντῶν ἀποφράξειε στόμα, οὕτω μὲν ἔργῳ συνδραμούσης τῇ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν διδασκαλίᾳ καὶ τῷ καταβληθέντι ὑπ' αὐτοῦ τῷ παντὶ κόσμῳ κηρύγματι, τῆς τῶν ἐθνῶν πάντων ὁμονοίας τε καὶ συμφωνίας, οὕτω δὲ πρόπαλαι ὑπὸ τῶν τοῦ Θεοῦ προφητῶν προαναπεφωνημένης τῆς κοσμικῆς τῶν ἐθνῶν εἰρήνης, τοῦ τε πρὸς αὐτοῦ καταβληθέντος τοῖς ἔθνεσι λόγου; Ἐπιλείψει με, βασιλεῦ, τὸ πᾶν τῆς ἡμέρας μῆκος, τὰς ἐνεργεῖς ἀποδείξεις τῆς ἐνθέου δυνάμεως τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, τὰς ἐκ τῶν εἰσέτι νῦν ὁρωμένων, ὑφὲν πειρώμενον συνιστᾷν· ὅτι μηδεὶς πώποτε τῶν ἐξ αἰῶνος, μήτε παρ' Ἕλλησι μήτε παρὰ Βαρβάροις, τοσαύτην ἀρετῆς ἐνθέου δύναμιν ἐπιδέδεικται, ὅσην ὁ Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος· τί δὲ λέγω ἀνθρώπων (76); D Ὁπότε μηδ' αὐτῶν τῶν παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι θεολογουμένων τοιαύτη τις πέφυκεν ἐπὶ γῆς φύσις· ἤ, δεικνύτω ὁ βουλόμενος. Παρίτω δὲ πᾶς φιλόσοφος καὶ ἡμῖν λεγέτω, τίς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος ἤκουσταί ποτε θεὸς καὶ ἥρως, αἰωνίου ζωῆς οὐρανίου τε βασιλείας μαθήματα παραδεδωκὼς ἀνθρώποις, οἷα ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, φιλοσόφοις δόγμασι μυρία πλήθη καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης συνασκεῖσθαι ποιήσας, οὐρανόν τε πείσας μεταδιώκειν, καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ διατριβὰς θεοφιλέσι ψυχαῖς ἀποκειμένας ἐλπίζειν· τίς πώποτε θεὸς ἢ καὶ ἥρως ἄνθρωπος (77), τὴν ἀφ' ἡλίου

(75) *Πρυτανευθεῖσα εἰρήνη.* Pacem intelligit quam Christus nascens contulit orbi Romano.

(76) *Τί δὲ λέγω ἀνθρώπων.* In codice Fuk. scribitur ἀνδρῶν, et proxime ante legitur ὅσην ὁ Σωτὴρ ἡμῶν.

(77) *Ἢ καὶ ἥρως ἄνθρωπος.* Christophorsonus ultimam vocem expunxit, non male. Potest

Digitized by Google

ἀνίσχοντος μέχρι δυομένου, μονονουχὶ τὸν ἴσον ἡλίῳ διϊππεύσας δρόμον, ταῖς λαμπροτάταις τῆς αὐτοῦ διδασκαλίας αὐγαῖς κατηύγασέ τε καὶ ἐφώτισεν, ὡς πανταχοῦ γῆς ἑνὶ Θεῷ πᾶν ἔθνος, μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐπιτελεῖν λατρείαν; Τίς πώποτε θεὸς ἢ καὶ ἥρως, πάντας θεούς τε καὶ ἥρωας Ἑλληνικοὺς καὶ βαρβάρους παραγκωνισάμενος, μηδένα μὲν ἐκείνων θεὸν εἶναι νομίζειν ἐνομοθέτησεν, καὶ νομοθετήσας ἔπεισεν, ἔπειτα πολεμηθεὶς ὑπὸ πάντων ἑᾧ ὢν αὐτὸς, τὸ πᾶν τῶν ἐναντίων στρατόπεδον καθεῖλε, τῶν ἐξ αἰῶνος ἁπάντων θεῶν τε καὶ ἡρώων κρατῶν, ἀπὸ περάτων ἕως καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, Θεοῦ Παῖδα μόνον αὐτὸν πρὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἀναγορεύεσθαι παρασκευάσας; Τίς τοῖς τὸ μέγα στοιχεῖον τῆς γῆς οἰκοῦσι, τοῖς τε κατὰ γῆν καὶ τοῖς κατὰ θάλατταν, ἐφ' ἑκάστης ἑβδομάδος τὴν Κυριακὴν χρηματίζουσαν ἡμέραν, ἑορτὴν ἄγειν ἐπὶ ταυτὸ συνιόντας παραδέδωκε, καὶ οὐ τὰ σώματα πιαίνειν (78), τὰς δὲ ψυχὰς ἐνθέοις παιδεύμασιν ἀναζωπυρεῖν παρεσκεύασε; Τίς θεὸς ἢ καὶ ἥρως οὕτω πολεμηθεὶς, ὡς ὁ ἡμέτερος Σωτὴρ, τρόπαια νικητήρια κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἤγειρεν; Οἱ μὲν γὰρ οὐ διέλιπον ἐξ ἀρχῆς καὶ εἰς τέλος, αὐτοῦ τὰ μαθήματά τε καὶ τὸν λαὸν πολιορκοῦντες, ὁ δ' ἀφανὴς, ἀφανῶς τοὺς οἰκείους αὐτοῖς ἱεροῖς οἴκοις ἐπὶ μέγα δόξης προῆγε· καὶ τί δεῖ λόγοις τὰς παντὸς λόγου κρείττονας ἐνθέους δυνάμεις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν φιλοτιμεῖσθαι συνάγειν, ὅτε καὶ σιωπώντων ἡμῶν, αὐτὰ βοῶσι τοῖς ὦτα ψυχῆς κεκτημένοις τὰ πράγματα; Τοῦτο ξένον ἀληθῶς καὶ παράδοξον καὶ ἓν μόνον ἐπὶ τῶν βροτῶν ὤφθη γένους, τὸ, ἀνθρώποις ἐνηνοχέναι (79) τὰ τοιαδὶ, καὶ τὸν ἀληθῶς Παῖδα Θεοῦ μόνον ἐξ αἰῶνος ἐπὶ γῆς ὤφθαι.

A aliter se res habet, ostendat nobis qui voluerit. Prodeant vero nunc philosophi, nobisque dicant, quis ab omni sæculorum memoria sive deus sive heros unquam auditus est, æternæ vitæ et cœlestis regni doctrinam hominibus tradidisse: sicut a Servatore **664** nostro factum est, qui innumerabiles homines ad vitam ex cœlestis philosophiæ præceptis instituendam, ubique terrarum incitavit; eisque persuasit, ut ad cœlum aspirarent, et sedes quæ Deo acceptis mentibus illic præparatæ sunt, sibi sperarent? Quis unquam sive deus, sive heros, sive homo, universum terrarum orbem ab oriente usque ad occidentem solem, splendidissimis doctrinæ suæ radiis perfudit atque illustravit, paria fere cum sole spatia decurrens, adeo ut omnes ubique B gentes, uni Deo unum eumdemque cultum exhibeant? Quis unquam sive deus sive heros, omnibus tam Græcorum quam barbarorum diis et heroibus sub jugum missis, lege lata interdixit ne quis illorum deus haberetur; utque lata lex ubique valeret obtinuit; ac deinde cum ab omnibus oppugnaretur, unus ipse omnes adversariorum copias profligavit, eosque qui ab omni ævo dii et heroes habebantur devicit; utque per universum terrarum orbem, ab ultimis usque finibus solus ipse Dei Filius a cunctis omnium gentium hominibus appellaretur, effecit? Quis universis qui vastissimum hunc terrarum orbem incolunt, sive illi in continente, sive in insulis degant, præcepit, ut singulis septimanis in unum convenientes, Domi- C nicum diem festum agerent; nec corpora sua saginarent, sed animos divinis præceptionibus refocillarent? Quis deus aut heros, æque ac Servator noster oppugnatus, tropæa victoriæ de hostibus erexit? Nam hi quidem a primis statim temporibus, et doctrinam et populum ipsius oppugnare hactenus non destiterunt. Ipse vero invisibilis, invisibili quadam virtute, famulos suos una cum ædibus sacris ad summam gloriam evexit. Sed quid opus est divinas Servatoris nostri virtutes, quæ omnem dicendi vim superant, ambitiose congerere, quando etiam tacentibus nobis, ipsæ res satis loquuntur iis, qui aures mentis habuerint? Hoc certe novum atque inauditum, semel duntaxat in terris est visum, ut is qui solus ab omni æternitate erat Dei Filius, in terris cerneretur, et tot tantaque bona hominibus apportaret.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιΗ'.

Περιττὰ δ' ἂν καὶ ἄλλως εἴη (80) τὰ παρ' ἡμῶν σοι ἀκουόμενα, ὃς αὐτῇ τῇ πείρᾳ τῆς σωτηρίου θεότητος συναίσθησιν πολλάκις εἰληφὼς, οὐ λόγοις, ἀλλ' ἔργοις αὐτοῖς, κήρυξ ἅπασι τῆς ἀληθείας καθέστηκας· σὺ γὰρ ἡμῖν αὐτὸς βασιλεὺς, σχολῆς δοθείσης, εἴποις ἂν βουληθεὶς μυρίας τοῦ σοῦ Σωτῆρος θεοφανείας, μυρίας καθ' ὕπνους παρουσιάς. Οὐ τὰς ἀπορρήτους ἡμῖν ὑποβολὰς αὐτοῦ φημι, τὰς δ' ἐν αὐτῷ λογισμῷ καταβαλλομένας, καὶ περὶ τῆς τῶν

CAPUT XVIII.

Verum hæc quæ a me dicuntur, tibi fortasse superflua fuerint, Imperator, qui Servatoris nostri divinitatem sæpenumero præsentem expertus, non D tam verbis quam factis, veritatis præco cunctis hominibus exstitisti. Tu enim ipse cum tibi otium fuerit, narrare nobis **665** poteris, si libet, innumerabiles Servatoris nostri divinitatem suam tibi exhibentis apparitiones, innumerabiles in somnis visiones: non dico arcana illa ab eo tibi suggesta,

tamen legi, ἢ καὶ ἄνθρωπος, vel certe μήτιγε ἄνθρωπος.

(78) Vulg. *καὶ αὐτὰ σώματα πιαίνειν.* Scio quidem Christianos diebus Dominicis lautius epulari solitos. Verum τὸ πιαίνειν non convenit Christianis. Quare non dubito quin Eusebius scripserit, καὶ οὐ τὰ σώματα πιαίνειν.

(79) Vulg. *τὸ ἀνθρώπων ἐνηνοχέναι.* Christophorsonus legisse videtur ἄνθρωπον, ut ex versione ejus apparet. Sed veram hujus loci scripturam nobis aperuit codex Fuk. quæ sic habet: τὸ ἀνθρώποις ἐνηνοχέναι τὰ τοιαδὶ, καὶ τὸ ἀληθῶς, etc. Intelligit enim Eusebius cuncta illa bona, quæ supra singillatim enumeravit: quæ per Christi in terras adventum hominibus collata sunt.

(80) *Περιττὰ δ' ἂν καὶ ἄλλως εἴη.* Desunt hic aliquot voces, puta σοι, βασιλεῦ. Sed codex Fuk. veram nobis lectionem aperuit. Sic enim habet: Περιττὰ δ' ἂν καὶ ἄλλως εἴη τὰ *παρ'* ἡμῶν σοι ἀκουόμενα.

Digitized by Google

quæ nobis occulta sunt et inexplicabilia; sed quæ in ipsa mente inseruntur Dei suggestiones, et quæ fructuosam cunctisque in commune utilem de rerum humanarum providentia doctrinam continent. Expones etiam nobis pro rei dignitate, manifesta illa Dei propugnatoris et custodis tui in bellis auxilia, hostium et insidiatorum tuorum internecionem, in periculis allata subsidia, in rerum difficultatibus expeditam facilitatem, in solitudine defensionem, in angustiis industriam ac dexteritatem, præscientiam rerum futurarum, eorum quæ ad summam rerum pertinent providam dispositionem, de incertis et obscuris rebus deliberationes, maximarum rerum susceptionem, administrationem rerum civilium, ordinationem militarium copiarum, rectam ubique emendationem, constitutiones de jure publico, leges denique ad communem hominum vitam utilissimas. Recensebis etiam accurate et fideliter singula eorum, quæ nobis quidem obscura, tibi autem uni notissima sunt, et in regalis memoriæ tuæ sinu, velut in arcano quodam thesauro recondita. Ob quæ omnia, ut verisimile est, cum iis ipsis divinæ Servatoris nostri potentiæ argumentis usus fuisses, basilicam, velut tropæum quoddam victoriæ ab illo de morte olim relatæ, cunctis non fidelibus modo, verum etiam incredulis spectandam proposuisti; sanctumque sancti Dei templum, et immortalis vitæ regnique cœlestis splendidissima ac pulcherrima monumenta; et Servatoris nostri summi omnium Imperatoris victoriæ sacra donaria, Imperatori victori aptissime convenientia. Quibus tu illud immortalis vitæ martyrium ac monumentum exornasti: tum ut cœlestem Dei sermonem victorem ac triumphatorem regiis apicibus atque elementis exprimeres: tum ut apertis ac minime obscuris vocibus piam ac religiosam Dei confessionem cunctis gentibus palam ac verbis prædicares.

A ὅλων προνοίας τὰ κοινωφελῆ καὶ τὰ πάντη χρήσιμα παρατιθεμένας· ἐπαξίως δ' ἂν ἡμῖν τοῦ σοῦ προασπιστοῦ γε καὶ φύλακος Θεοῦ, διελεύσῃ τὰς ἐναργεῖς ἐν πολέμοις ἐπικουρίας, τὰς ἐχθρῶν καὶ ἐπιβούλων φθορὰς, τὰς ἐν κινδύνοις δεξιώσεις, τὰς ἐν ἀπόροις εὐπορίας, τὰς ἐν ἐρημίαις ἀντιλήψεις, τὰς ἐν ἀμηχάνοις εὑρέσεις, τὰς τῶν μελλόντων προγνώσεις, τὰς περὶ τῶν καθόλου προμηθείας, τὰς περὶ τῶν ἀδήλων σκέψεις, τὰς περὶ τῶν μεγάλων ἐπιχειρήσεις, τὰς πολιτικὰς οἰκονομίας, τὰς τῶν στρατοπέδων διοικήσεις, τὰς καθ' ἕκαστον διορθώσεις, τὰς περὶ τῶν κοινῶν διατάξεις, τὰς βιωφελεῖς νομοθεσίας· καταριθμήσοις δ' ἂν ἀπαραλείπτως ἕκαστα τῶν ἡμᾶς μὲν λανθανόντων, σοὶ δ' αὐτῷ μόνῳ γνωριζομένων, καὶ ταῖς σαῖς βασιλικαῖς μνήμαις, οἷα θησαυροῖς ἐν ἀπορρήτοις, τεταμιευμένων· ὧν δὴ B χάριν ἁπάντων, εἰκότως αὐτοῖς δὴ τούτοις λαμπροῖς τεκμηρίοις τῆς σωτηρίου δυνάμεως χρησάμενος, οἶκον εὐκτήριον, τρόπαιον τῆς κατὰ τοῦ θανάτου νίκης αὐτοῦ, πᾶσιν ἀνθρώποις, πιστοῖς ἅμα καὶ ἀπίστοις ἀνέδειξας, νεών τε ἅγιον Θεοῦ, ζωῆς τε ἀθανάτου καὶ βασιλείας ἐνθέου λαμπρὰ καὶ μεγάλα περικαλλῆ ἀφιερώματα, τὰ πρέποντά γε εὖ μάλα καὶ οἰκεῖα βασιλεῖ (81), νίκης τῆς τοῦ παμβασιλέως Σωτῆρος ἀναθήματα· ἃ δὴ τῷ τῆς ἀθανάτου ζωῆς μαρτυρίῳ τε καὶ μνήματι περιβέβληκας, τὸν οὐράνιον τοῦ Θεοῦ λόγον, νικητὴν καὶ τροπαιοῦχον βασιλικοῖς χαρακτῆρσιν ἐκτυπούμενος (82), πᾶσι τοῖς ἔθνεσι (83), λαμπραῖς καὶ ἀνεπισκιάστοις φωναῖς, ἔργῳ καὶ λόγῳ τὴν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ὁμολογίαν προκηρύττων.

(81) *Οἰκεῖα βασιλεῖ.* Addendam hic censeo vocem νικητῇ, non ideo solum quod Victoris cognomen inditum est Constantino, sed quod hæc vox magnam hic affert elegantiam. Ait enim Eusebius sacra illa donaria, quæ Constantinus dedit basilicæ Hierosolymitanæ, cum sint Victoriæ Christi summi regis monumenta, optime convenire imperatori Victori.

(82) *Βασιλικοῖς χαρακτῆρσιν ἐκτυπούμενος. Regios apices* interpretatus sum. Sic enim loqui C solet Eusebius, ut alibi notavi. Ait igitur, Constantinum magnificentissima illa fabrica et opulentissimis donariis, quibus Christi sepulcrum exornaverat, quasi regalibus apicibus publice propositis, Christum victorem ac triumphatorem omnibus prædicasse.

(83) *Πᾶσι τοῖς ἔθνεσι.* His verbis panegyricum Eusebii claudit codex Fuk. Certe quæ sequuntur verba, parum necessaria sunt, nec Eusebii esse mihi videntur.

ACTA PASSIONIS S. PAMPHILI

ET SOCIORUM

EX LIBRIS EUSEBII CÆSARIENSIS DE VITA S. PAMPHILI.

(Juxta ms. Medicæum regis Christianissimi. — *Acta SS. Bolland.*, Junii T. I, p. 64.)

MONITUM.

Magister meus Godefridus Henschenius, secundum eam quam Bollandus præscripserat necessitatem, exsequendi qua posset Romanum Martyrologium hodiernum, ad præfectos XVI *et* XVII *Februarii primum de*

Digitized by Google

septem, dein de duobus S. Pamphili sociis sic egit, ut ex Eusebii libro De Martyribus, *cap.* 11 *daret quæ ipsos præcise spectant; integra omnium Acta ex Metaphraste* (*ut Lipomano Surioque nominabatur*) *reservans ad hunc* 1 *Junii, quo S. Pamphilum Latini omnes nominabant: sed nullo quod scire possimus fundamento alio, quam arbitrariæ electionis. Id ego licet factum non valde probem, maluissemque pertractatam rem totam fuisse Februario mense; hic tamen sequi cogor: ut saltem nunc suppleam, quod ibi deest. Quæ autem Metaphrasti ab illis imputantur Acta, dubo ego, qualia ipse suæ collectioni inseruit, non ut a se, sed ut ab Eusebio composita; quomodo etiam Græca accepimus ex mss. Medicæo regis Franciæ sub hoc titulo:* Ἄθλησις τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων, Παμφίλου, Οὐάλεντος, Παύλου, Σελεύκου, Πορφυρίου, Θεοδούλου, Ἰουλιανοῦ, Αἰγυπτίων, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. Certamen sanctorum et gloriosorum Christi martyrum, Pamphili, Valentis, Pauli, Seleuci, (*excidisse videntur nomina* Θεοδούλου, Ἡλία, Ἱερεμίου, Ἡσαΐου, Σαμουὴλ καὶ Δανιήλ, Theoduli, Eliæ, Jeremiæ, Isaiæ, Samuelis et Danielis) Ægyptiorum (*quod soli quinque ultimi erant*) conscriptum ab Eusebio Pamphili: *hoc enim cognomen in amici chari memoriam assumpsit, semperque usurpavit, Eusebius Cæsariensis episcopus, et historiæ hujus scriptor.*

Et hic quidem Eusebius, prædicto De martyribus Palæstinæ *libro etiam Pamphili sociorumque martyrium inserturus, post breve exordium capitis* 11, *laudato strictim Pamphilo, sic loquitur*; Hujus viri reliquas virtutes resque præclare gestas, quæ prolixiorem orationem desiderant, jam pridem nos in peculiari opere, quod de ejus vita conscripsimus, tribus libris complexi sumus. *Hinc cum Hieronymus, in libro* De scriptoribus, *Eusebii scriptis annumerasset,* De vita Pamphili libros tres; *martyrologus ille antiquior, qui Usuardo Adonique præluit, utrique hæc verba a se accipienda dictavit:* Cujus, *vel* hujus vitam Eusebius, Cæsariensis episcopus, tribus libris comprehendit. *Atque utinam hi nunc exstarent! Exstat interim (ut ego quidem existimo) eorum caput ultimum præcipuumque, ultima scilicet sancti martyris ac sociorum confessio; quam deinde ipsemet Eusebius, rhetorico ornatu prætermisso, verbis alioqui plerisque iisdem Historiæ suæ, sive libro* De martyribus, *ut dixi, inseruit. Equidem non possum hic assentiri Valesio, Eusebii interpreti eruditissimo, in notis existimanti, non hoc esse partem illius majoris operis; sed Metaphrastem, nactum Historiæ præfatæ plenius exemplar, quam modo habeamus, talia etiam scribere potuisse, quæ nunc in eadem Historia non leguntur. Absit ut mutilatam dicamus tam insigniter fuisse, quam modo habemus, Historiam Eusebii; eodem argumento cæteras quoque ejus partes in suspicionem similis mutilationis adducturi. Dicatur potius, suis prioribus scriptis usum Eusebium in lucubratione posteriori, omissis quæ minus necessaria erant, cætera iisdem aut fere iisdem quibus ante verbis inde transcripsisse.*

—

PARS PRIOR

Omnium duodecim atque in primis Pamphili laudes complectens.

—

Καιρὸς δὴ καλεῖ πρὸς πᾶσι τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον Παμφίλου τοῦ ἁγίου μάρτυρος, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων θαυμασίων ἀνδρῶν, καὶ πολυτρόπους εὐσεβείας ἄθλους ἐπιδεδεγμένων. Πλείστων γοῦν ὅσων κατὰ τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν διωγμὸν ἀνδρισαμένων, τὸν περὶ ὧν ὁ λόγος ἀγῶνα σπανιώτατον, ὃν ἡμεῖς ἔγνωμεν, ἱστορήσαμεν, ἀθρόως ἐν αὐτῷ πᾶν εἶδος ἡλικιῶν τε σώματος, καὶ ψυχῶν ἀγωγῆς, βίου τε καὶ ἀναστροφῆς διαφόρου περιειληφότα, βασάνων τε ποικίλοις εἴδεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὸ τέλειον μαρτύριον ἐνηλλαγμένοις στεφάνοις κεκοσμημένον. Νέους τε γὰρ ἦν ἰδεῖν, καὶ κομιδῇ παῖδας τῶν σὺν αὐτοῖς Αἰγυπτίων τινάς, ἡμῶν· τοὺς δὲ ἄλλους (μεθ' ὧν καὶ ὁ Πορφύριος ἦν) ἀκμαίους τε αὖ σώματί τε ὁμοῦ καὶ φρονήσει, τοὺς ἀμφὶ τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, καὶ τὸν Γαμνήτην Παῦλον, Σέλευκόν τε καὶ Ἰουλιανὸν, ἄμφω τῆς Καππαδοκῶν γῆς ὡρμη-

A Tempus nunc monet, coram omnibus aperire theatrum magnum illud ac celeberrimum sancti martyris Pamphili, et eorum qui cum ipso vitam finiverunt admirabilium virorum et per varia pro pietate certamina circumductorum. Etenim, licet plurimi ex nobis, tempore persecutionis contra nos publicatæ, strenue sese gesserint, horum tamen, de quibus nunc sermo est, rarissimum agonem nobisque cognitum, ideo potius scripsimus; quia in eo statim apparebit velut sub uno aspectu, omne genus tum ætatis corporeæ, tum spiritualis conditionis, vitæque et studiorum diversitas magna; sed inprimis varietas tormentorum, atque exinde secundum martyrii cujusque consummationem paratarum cuique coronarum. Nam videre
B erit, quosdam eorum qui inter ipsos erant Ægyptiorum (1) juniores atque omnino pueros; alios

(1) Procul ab auctoris mente aberravit interpres, apud Lipomanum et Surium, cum vertit: *Adolescentes et pueros, atque adeo, infantes, ex iis qui erant cum ipsis* (fortassis *Ægyptiis* interpres scripserat, uti debebat), *alios autem pubescentes..., nempe mihi charissimum Jamnitem Paulum.*

Digitized by Google

autem nostrorum (in quibus etiam Porphyrius erat) viribus simul corporis simul et animi prudentia robustos ; eos scilicet qui cum dilectissimo meo censebatur, Jamnitem (2) Paulum, Seleucumque et Julianum, ambos ex Cappadocum regione huc advectos. Erant etiam inter illos quidam sacra canitie et profunda ornati senectute ; Valens nempe, Ecclesiæ Hierosolymorum diaconus, et nomen suum verificans Theodulus (3).

A μένους· ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ἱερᾷ πολιᾷ, βαθυτάτῳ τε γήρᾳ πεπυκασμένοι, Οὐάλης διάκονος τῆς Ἱεροσολυμιτῶν Ἐκκλησίας, καὶ ὁ τοὔνομα ἐπαληθεύσας Θεόδουλος.

2. Hæc ergo inter eos erat ætatum varietas : sed et mentis exercitatione distinguebantur ; cum alii rudiores essent, utpote pueri, simpliciori adhuc intellectu utentes ; alii jam formatam ac solidam haberent vivendi consuetudinem. Quin etiam inveniebantur inter illos haud inexperti divinarum disciplinarum. Omnibus tamen æque congenita erat excellens quædam atque virtute fulta animi fortitudo. Præ omnibus autem, tanquam præ scintillantibus astris luminare majus, emicabat eorum medius dominus meus ; nec enim amplius fas mihi est sodalem (4) appellare, venerandum ac vere beatissimum Pamphilum. Etenim disciplinarum, gentilibus æstimatarum, peritiam haud mediocrem consecutus ; in divinis dogmatibus ac cœlitus inspiratis Scripturis, omnium qui secum versabantur (audacter, sed tamen vere, dico) apparebat versatior ; insuper autem pollebat prærogativa, propriæ scilicet, aut potius a Deo donatæ, intelligentiæ ac sapientiæ.

Τοιαύτη μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς ἡ τῶν ἡλικιῶν ἐτύγχανε ποικιλία· ψυχῶν δὲ ἀγωγαῖς διηλλάττοντο, οἱ μὲν ἰδιωτικώτερον οἷα παῖδες καὶ ἁπλούστερον ἔτι τὸν νοῦν φοροῦντες, οἱ δὲ καὶ πάνυ στιβαρὸν καὶ ἐμβριθὲς κεκτημένοι τὸ ἦθος. Ἦσαν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ τοῖς τῶν ἱερῶν μαθημάτων οὐκ ἀνεπιστήμονες, συγγενῶς δὲ B ἅπασιν ὑπερφυὴς καὶ ἐνάρετος ἡ ἀνδρία προσῆν. Οἷα δέ τις ἐν ἀποστίλβουσιν ἄστροις ἡμεροφανὴς φωστὴρ, ἐν μέσοις διέπρεπεν ἐξαστράπτων ὁ ἐμὸς δεσπότης (οὐ γὰρ ἑταῖρον προσειπεῖν ἔτι μοι θέμις τὸν δεσπόσιον καὶ μακάριον ὡς ἀληθῶς Πάμφιλον)· παιδείας γὰρ οὗτος τῆς παρ' Ἕλλησι θαυμαζομένης, οὐ μετρίως ἥπτο, τῆς τε κατὰ τὰ θεῖα δόγματα καὶ τὰς θεοπνεύστους Γραφὰς (εἰ χρή τι θρασύτερον, πλὴν ἀληθὲς, εἰπεῖν), ὡς οὐδέτερον ἔχοι τις φάναι τῶν κατ' αὐτὸν, εἶχετο· μεῖζον δὲ τούτων ἐκέκτητο πλεονέκτημα τὴν οἰκοθι μᾶλλον δὲ θεόθεν αὐτῷ δεδωρημένην, σύνεσίν τε καὶ σοφίαν.

3. Sic quoad animam constitutis singulis, major adhuc differentia erat conditionum. Nam Pamphilus quidem, nobili secundum carnem genere prognatus, etiam præsignis erat muneribus in patria publice gestis : Seleucus vero, præcipuis in militia honoribus fuerat decoratus ; cum alii mediæ ferme conditionis essent. Sed neque in choro isto servile genus deerat, cum ex proconsulari familia adjunctus eis fuerit servus Porphyrius, specie quidem tenus Pamphili mancipium, reipsa autem nihil a fratre, aut potius filio genuino discrepans, et nusquam a domini sui imitatione deficiens. Ecquid porro ? Si quis dixerit, ipsos omnem ecclesiasticæ ordinationis formam numero suo complexos esse, nihil extra veritatem dixerit ; cum presbyterii dignitate ornatus fuerit Pamphilus, ad gradum diaconatus evectus Valens, alii lectorum munere fungi coram plebe consuessent ; Seleucus vero, etiam ante martyricum finem decoratus esset nobili confessione per generosam verberum tolerantiam, fortiter etiam dignitatis militaris jacturam perpessus ; cæteri vero, tanquam catechumeni aut fideles, veluti in imagine parva repræsentarent similitudinem numerosæ Ecclesiæ.

Καὶ τὰ μὲν περὶ ψυχὴν οὕτως εἶχον οἱ πάντες, βίου δὲ αὖθις καὶ ἀναστροφῆς πλείστη τις ἐν αὐτοῖς ὑπῆρχε διαλλαγή. Τοῦ μὲν Παμφίλου ἐξ εὐπατρίδων κατάγοντος κατὰ σάρκα γένος, ἐπισήμως τε ταῖς κατὰ C τὴν πατρίδα πολιτείαις διαπρέψαντος, τοῦ δὲ Σελεύκου ταῖς κατὰ τὴν στρατείαν ἀξίαις περιφανέστατα τε τιμημένου, τῶν δὲ τῆς μέσης καὶ κοινῆς γεγονότων ἀγωγῆς. Οὐκ ἦν δὲ αὐτῶν ὁ χορὸς οὐδὲ τοῦ οἰκετικοῦ γένους ἐκτὸς, ὅτε γὰρ ἡγεμονικῆς οἰκετίας θεράπων αὐτοῖς συγκατείλεκτο καὶ ὁ Πορφύριος, τὸ μὲν δοκεῖν, τοῦ Παμφίλου γεγονὼς οἰκέτης, διαθέσει γε μὴν ἀδελφοῦ, καὶ μᾶλλον γνησίου παιδὸς διενηνοχὼς οὐδὲν ἢ ἐλλείπων τῆς πρὸς τὸν δεσπότην κατὰ πάντα μιμήσεως. Καὶ τί γάρ; Ἀλλ' εἰ φωνῇ τις, αὐτοὺς ὁλόκληρον ἐν βραχεῖ τόπον ἐκκλησιαστικοῦ συστήματος περιειληφέναι, οὐκ ἂν ἐκτὸς βάλοι τῆς ἀληθείας, D πρεσβυτερίου μὲν ἐν αὐτοῖς ἠξιωμένου τοῦ Παμφίλου, διακονίας τε τοῦ Οὐάλεντος, τήν τε ἐπὶ τοῦ πλήθους ἀναγινώσκειν εἰθισμένων τάξιν εἰληχότων ἑτέρων· ὁμολογίαις διὰ καρτερωτάτης μαστίγων ὑπομονῆς, ἔτι πάλαι πρὸ τοῦ κατὰ τὸ μαρτύριον τέλους τοῦ Σελεύκου διαπρέψαντος, καὶ τὴν τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας ἀποβολὴν ἐῤῥωμένως καταδεξαμένου· τῶν τε λοιπῶν ἐπὶ τούτοις, διὰ κατηχουμένων καὶ πιστῶν τουτὶ λοιπὸν τῆς ὡς ἐν εἰκόνι σμικρᾷ μυριάνδρου Ἐκκλησίας ἀφομοίωμα φερούσης ἀναπληρούντων.

4. In hunc ergo modum contemplari nobis licet, admirabilem talium atque tantorum martyrum de-

Οὕτω παράδοξον τὴν τοσούτων καὶ τηλικούτων μαρτύρων ἐκλογὴν ἐθεωρήσαμεν, καθ' ἣν καιτοίγε

(2) *Jamnia* sive *Jamna*, urbs maritima Palæstinæ, haud procul Joppe, sed totis XX horariis leucis dissita a Cæsarea, cujus archiepiscopo subest, etiam urbe maritima in confiniis Phœniciæ.

(3) Θεόδουλος enim, *Dei servus*, interpretatur.

(4) Prædictus interpres pro ἑταῖρον, ἕτερον, *alium* ; et vertit : *non est mihi fas aliter appellare.*

Digitized by Google

οὐ πολλοῖς τὸν ἀριθμὸν οὖσιν, ὅμως οὐδὲν ἀπέδει ταγμάτων ἐν ἀνθρώποις εὑρισκομένων. Οἷα οὖν ἐν πολυχόρδῳ λύρᾳ ἐξ ἀνομοίων συνεστώσῃ χορδῶν, ὀξειῶν καὶ βαρειῶν, τῶν τε ἀνειμένων καὶ ἐπιτεταμένων καὶ μέσων, εὖ διηρμοσμένων ἁπασῶν τέχνῃ τῇ μουσικῇ· κατὰ τὰ αὐτὰ δὴ καὶ ἐπὶ τούτων· νέοι κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ πρεσβύται, δοῦλοί τε ὁμοῦ καὶ ἐλεύθεροι, λόγιοι καὶ ἰδιῶται, ἄδοξοί τε κατὰ τὸ τοῖς πολλοῖς δοκοῦν καὶ ἐπίδοξοι, πιστοί τε καὶ κατηχούμενοι, ἅμα καὶ διάκονοι σὺν πρεσβυτέροις, οἱ πάντες, ὡς ἂν ὑφ' ἑνὸς πανσόφου μουσουργοῦ τοῦ Μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ Λόγου ποικίλως ἀνακρουσθέντες, καὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἕκαστοι δυνάμεως διὰ τῆς τῶν βασάνων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι τὴν ἀρετὴν, τούς τε τῆς ὁμολογίας λαμπροτάτους καὶ ἐμμελεῖς, ἁρμονίους τε καὶ συμφώνους ἐπὶ τῶν δικαστηρίων φθόγγους ἀποδεδωκότες, ὑφὲν καὶ ταυτὸ τέλος τὴν εὐσεβεστάτην καὶ πάνσοφον διὰ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελειώσεως τῷ Θεῷ τῶν ὅλων ἀπεπλήρωσαν τὴν μελῳδίαν.

A lectum ; quatenus illis, quamvis numero paucis, nullus tamen eorum ordinum deerat, qui solent inter homines reperiri. Nempe, quemadmodum in lyra chordarum plurium earumque inter se dissimilium, acutæ et graves, intensæ ac remissæ, mediæque, per musicam artem belle concordantur : sic et in istis juvenes cum senibus, servi cum liberis, docti et indocti, nobiles et secundum vulgi æstimationem ignobiles, fideles et catechumeni, diaconi atque presbyteri, tanquam pulsante eos diversimode sapientissimo musices magistro Dei Verbo, suam singuli per tormentorum tolerantiam ostendentes virtutem, pulcherrimos heneque concordes confessionis modulos coram tribunalibus personabant ; communi denique fine, per consummationem
B martyrii, pientissimam simul doctissimamque concludentes melodiam Deo omnium conditori.

Ὑπερθαυμάζειν ἄξιον καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀνδρῶν προφητικὸν δηλοῦντα χορόν· δώδεκα γὰρ εἶναι συνέβη τοὺς πάντας, ὁπόσους πατριάρχας καὶ προφήτας, καὶ ἀποστόλους γενέσθαι παρειλήφαμεν. Οὐ παρ' ἑτέρων, οὐδὲ τὰς κατὰ μέρος ἑκάστου πολυτλήτους ἀνδρείας, κατὰ τῶν πλευρῶν ξέσεις, καὶ τὰς διὰ τριχῶν αἰγίων ὑφῆς κατὰ τῶν ξεσθέντων τοῦ σώματος μερῶν ἐκτρίψεις, τάς τε ἀνηκέστους μάστιγας, καὶ τὰς πολυτρόπους καὶ ἐνηλλαγμένας βασάνους δεινάς τε καὶ δυσκαρτερήτους στρεβλώσεις, ἃς ἐπικελευομένου τοῦ δικαστοῦ καὶ χερσὶ καὶ ποσὶν ἐπιτείνοντες οἱ δορυφόροι, τῇ βίᾳ κατηνάγκαζον πρᾶξαί τι τῶν ἀπειρημένων τοὺς μάρτυρας.

5. Sed et consideratione singulari dignus est illorum numerus, propheticum repræsentans chorum : erant enim universim duodecim, quot etiam patriarchas, prophetas atque apostolos fuisse accepimus. Neque aliorum quam talium esse dixerim (5), vel uniuscujusque eorum multiplicem fortitudinem, inter sectiones laterum, et laniatorum deinde corporis totius membrorum attritiones per cilicinos ex lanis caprinis pannos, et intolerabilia verbera variaque et commutata identidem tormenta, ac graves immanissimosque cruciatus ; quos cum
C ad imperium judicis lictores intenderent manibus pedibusque, omni violentia nitebantur cogere martyres ad aliquid illicitum faciendum.

Τί χρὴ λέγειν τὰς ἀειμνήστους τῶν θεσπεσίων φωνὰς, ἐν αἷς ἧττον πεφροντικότες τῶν πόνων λαμπρῷ καὶ φαιδρῷ προσώπῳ, τὰς τοῦ δικαστοῦ πεύσεις ἀμείβοντες, πρὸς αὐταῖς βασάνοις γελῶντες ἀνδρικῶς, ἤθεσι τε σπουδαίῳ κατειρωνευόμενοι αὐτοῦ τὰς ἐρωτήσεις; Ἐρωτωμένου γὰρ ὁπόθεν εἶεν, τὴν ἐπὶ γῆς πόλιν φράζειν παρέντες, τὴν ὄντως ἑαυτῶν ἀνεδήλουν πατρίδα, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ ἑαυτοὺς ἀναγορεύοντες, ἐνέφαινον δὲ ἄρα κατὰ τὸν αὐτῶν νοῦν τὴν ἐπουράνιον τοῦ Θεοῦ, ἐφ' ἣν καὶ ἔσπευδον πόλιν, καὶ ἄλλα δὲ τοιουτότροπα, ἄγνωστα μὲν καὶ ἀσύνοπτα τοῖς τῶν ἱερῶν ἀγεύστοις, μόνοις δὲ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἐκ τῆς
D θείας πίστεως ὡρμημένοις ἀριδηλότατα προσέφερον· ἐφ' οἷς δὲ μάλιστα ὁ δικαστὴς ἀγανακτικῶς, καὶ μάλα ὀργίλως σφαδάζων, καὶ τὸν λογισμὸν ἀπορούμενος ποικίλως, ὡς ἂν μὴ ἡττηθείη, τὰς κατ' αὐτῶν ἐπενόει μηχανάς· κἄπειτα πεσὼν τῆς ἐλπίδος, τέλος ἑκάστῳ τὰ τῆς νίκης ἀποφέρεσθαι παρεχώρει βραβεῖα. Ποικίλος δ' ἦν αὐτῶν καὶ ὁ τῆς τελευτῆς τρόπος· δυεῖν μὲν τῶν ἐν αὐτοῖς κατηχουμένων τῷ διὰ πυρὸς βαπτίσματι τελειωθέντων· ἑτέρου δὲ τῷ τοῦ σωτηρίου πάθους σχήματι παραδοθέντος· τῶν δὲ ἀμφὶ τὸ ποθεινόν μοι ὄνομα, διαλλάττουσι βραβείοις ἀναδησαμένων.

6. Quid porro necesse est referre illas semper memorabiles eorum voces, quas medios inter dolores sereno ac læto vultu sapienter reponebant interrogationibus judicis, generose ridendo ad ejus tormenta, aut gratioso quodam modo eludendo propositas ab eo quæstiones ? Interrogante enim illo, undenam essent ; pro eo quod de terrena civitate responderent, veram ei suam indicabant patriam, ab Hierusalem se esse prædicantes ; intelligebant autem cœlestem illam Dei, quo festinabant, civitatem : et alia ejusmodi varia dicebant, inexpertis sacrarum rerum non intelligibilia, et solis
D divinæ fidei consortibus manifesta : quibus judex magis exacerbatus, animoque æstuans, neque quid ageret comperiens, ne illis cederet, quascunque excogitabat machinas ; ac denique dejectus spe omni, unicuique eorum victoriæ assignavit bravium. Sed in hoc quasi varius erat modus : nam duobus quidem eorum adhuc catechumenis, suus per ignem baptismus obtigit : altero salvificæ passionis imagini assimilato, cæteri vero qui cum dilecto meo erant diversa inter se præmia partiti sunt.

Τάδε μὲν οὖν φαίη ἄν τις καθολικώτερον τούτων

7. Atque hæc dixerit aliquis, ipsorum volens (b)

(b) Videtur hic aliquid deesse Græco textui, ad sensum complendum.

Digitized by Google

genere meminisse; sigillatim vero eos prædicaturus jure merito totius chori ducem inprimis laudaverit. Pamphilus hic fuit, vir Dei amantissimus, et vere amicus (6) omnium, secundum significationem nominis sui, Cæsariensis Ecclesiæ ornamentum: nam et presbyteralem cathedram presbyter exsistens glorificavit, ornans simul et ornatus eo quod ibi offertur sacrificio. Sed et aliis quoque in rebus vere divinus erat, divinæque inspirationis particeps: cum per omnem vitam cunctis fuerit virtutibus cumulatus, longe quidem valere jubens delicias atque divitias, totum vero sese tradens verbo Dei. Renuntians enim universæ quæ sibi a parentibus obvenerat substantiæ, eamque nudis, imbecillis egenisque distribuens, ipse vitam ducebat proprio carentem, exercitationeque indefessa divinam sibi comparabat philosophiam. (7) [Erat autem ex Berytensium civitate, ubi primam ætatem egit in iis quæ ibi erant puerorum gymnasiis: postquam vero ingenium ejus ad virilem ætatem maturuit, transivit ad sacrarum Litterarum studium; vitæque formam omnino divinam et propheticam suscepit; seque Dei verum martyrem, etiam ante vitæ finem probavit.]

8. Et talis quidem erat Pamphilus: secundus vero cum illo ad agonem processit Valens, grandæva ac reverenda canitie conspicuus, ipsoque aspectu venerabilis senex: insuper vero divinarum Scripturarum intelligens si quis alius, earumque memoriam complexus tam firmam, ut ad earum, quas in ea repositas servabat, sacrarum promissionum usum, non egeret præsidio litteralis consequentiæ. Quamvis autem talis esset, diaconatus tamen gradu in Æliensi (8) Ecclesia erat contentus. Tertius denique numeratus Paulus, actione simul et spiritu ferventissimus, ex Jamnia civitate oriundus: qui etiam ante martyrium, ferri candentis tolerantia, confessionis certamen exantlaverat (9).

μεμνημένος. Κατὰ μέρος δὲ ἕκαστον ἐπεξιὼν, εἰκότως ἂν τοῦ χοροῦ τὸν πρωτοστάτην μακαρίσει. Πάμφιλος οὗτος ἦν ὁ θεοφιλὴς ὄντως ἀνὴρ καὶ πάντων ὡς ἀληθῶς φίλος τε καὶ προσήγορος, ἐπαληθεύων τὴν ἐπωνυμίαν, τῆς Καισαρέων Ἐκκλησίας ὁ κόσμος. Ἐπεὶ καὶ τὴν τῶν πρεσβυτέρων καθέδραν πρεσβύτερος ὢν ἐδόξαζε, κοσμῶν ὁμοῦ καὶ κοσμούμενος τῇ ἐνταῦθα λειτουργίᾳ. Κἀν τοῖς ἄλλοις δὲ θεῖος ἦν ὄντως καὶ θείας μετέχων ἐμπνεύσεως, ἐπεὶ καὶ παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον ἀρετῇ πάσῃ διαπρέψας ἔτυχε, μακρὰ μὲν χαίρειν εἰπὼν τρυφῇ καὶ πλούτου περιουσίᾳ· ὅλον δὲ ἑαυτὸν ἀναθεὶς τῷ τοῦ Θεοῦ λόγῳ· ἀποδόμενός γέ τοι τὰ εἰς αὐτὸν προγόνων ἥκοντα γυμνοῖς, πηροῖς καὶ πένησιν ἅπαντα· αὐτὸς ἐν ἀκτήμονι διῆγε βίῳ δι' ἀσκήσεως καρτερικωτάτης τὴν ἔνθεον μετιὼν φιλοσοφίαν. [Ὥρμᾶτο μὲν οὖν ἐκ τῆς Βηρυτίων πόλεως, ἔνθα τὴν πρώτην ἡλικίαν τοῖς αὐτόθι ἐτέθραπτο παιδευτηρίοις· ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς φρονήσεως εἰς τελείους ἄνδρας αὐτῷ προσῄει, μετέβαινεν ἀπὸ τῶνδε ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν λόγων ἐπιστήμην· ἀνελάμβανε δὲ ἐνθέου καὶ προφητικοῦ βίου τρόπον, καὶ Θεοῦ μάρτυρα αὐτὸς ἀληθῆ ἑαυτὸν καὶ πρὸ τελευτῆς τοῦ βίου παρίστη.]

Ἀλλ' ὁ μὲν Πάμφιλος τοιοῦτος ἦν· δεύτερος δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρῄει Οὐάλης, γήρᾳ καὶ ἱεροπρεπεῖ πολιᾷ τετιμημένος, αὐτῇ τε προσάψει σεμνὸς καὶ ἱερὸς πρεσβύτης· οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν θείων Γραφῶν εἰ καί τις ἄλλος εἰδήμων· τοσαύτας γέ τοι μνήμας αὐτῶν ἐνεστερνίσατο, ὡς μηδὲ ἀποδεῖν τῆς ἀπογραμμάτων τεύξεως τὰς διὰ μνήμης αὐτῷ σωζομένας τῶν ἱερῶν μαθημάτων ἀπαγγελίας. Διάκονος ἦν, καίπερ ὢν τοιοῦτος, τῆς Αἰλιέων Ἐκκλησίας. Τρίτος ἐν τοῖσδε κατηριθμεῖτο Παῦλος θερμουργότατος καὶ τῷ πνεύματι ζέων ἀνήρ, ἀπὸ τῆς Ἰαμνητῶν πόλεως ἐγνωρίζετο· ὃς δὴ καὶ πρὸ τοῦ μαρτυρίου διὰ καυτήρων ἀπομονῆς, τὸν τῆς ὁμολογίας ἀγῶνα διεθλήκει.

PARS ALTERA.

Sanctorum singulorum certamina, et martyrii exitus.

9. Cum prælaudati tres sancti biennium egissent in (10) carcere, occasio martyrii oblata ipsis est per eos, qui etiam cum eis extremo affecti supplicio

Τούτοις ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς δυεῖν ἐτοῖν χρόνων κατατριβομένοις, ὑπόθεσις τοῦ μαρτυρίου ἐγένετο Αἰγύπτιων ἄφιξις, τῶν σὺν αὐτοῖς τελειωθέντων, οὓς κατὰ

(6) Πάμφιλος quasi πάντων φίλος, *omnium amicus.*

(7) Quæ sequuntur, non videntur hoc loco scripta ab Eusebio; sed ab eo qui ex tertio ejus libro De vita Pamphili, hujus ac sociorum martyrium excerpsit, suæ collectioni inserendum, huc collata ex libro ejusdem Eusebii primo, ne prorsus acephala esset narratio, quæ de priori Vita nihil haberet: itaque judicavi ea his signis [ ] a reliquo contextu abjungenda: quod si fecisset Valesius, non dubitasset, credo, eorum causa hanc compositionem diversam ab Historia Eusebiana censere.

(8) *Ælia*, id est Hierusalem, ab *Ælio Adriano* sic dicta, postquam illa ab eo in monte Calvariæ restaurata, situm mutavit, Judæis novam urbem ingredi prohibitis.

(9) Ut appareat, quam non verosimile sit, hanc passionem ex alio paulum prolixiori Historiæ Eusebianæ textu, quam vulgo habeatur, acceptam: sed alterius anteriorisque operis partem esse, quam deinde in aliud opus auctor transtulerit: conferat Lector cap. 11 libri *De martyribus Palæstinæ.*

(10) Ecgrapha nostra Medicæi ms. ἐπὶ τῆς Κρήτης, *in Creta*, quasi isti ibi exsulassent: sed corriguntur ex ms. Lipomanni, atque ex ipsomet Eusebio, hæc in compendium contrahente, et τῆς εἱρκτῆς scribente.

Digitized by Google

τὴν Κιλικίαν οὗτοι καταπονουμένους ἐν τοῖς μετάλλοις, μέχρι τῶν τόπων καταστήσαντες ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἐπαλινόστουν· καὶ δὴ πρὸς ταῖς εἰσόδοις τῶν κατὰ Καισάρειαν πυλῶν, τίνες εἶεν καὶ πόθεν ἀφικόμενοι, πρὸς τῶν φυλάκων ἐρωτηθέντες, καὶ μηδὲν τἀληθοῦς ἀποκρύψαντες, Χριστιανοὶ δὲ φάντες ἑαυτοὺς, κακούργων τρόπῳ ἐπ' αὐτῷ φώρῳ (11) ληφθέντων κατελαμβάνοντο· πέντε δὲ ἦσαν τὸν ἀριθμόν. Οἱ δὲ προσαχθέντες τῷ ἄρχοντι, κἀπὶ τούτου παῤῥησιασάμενοι, δεσμοῖς μὲν αὐτίκα παραδίδονται. Τῇ ὑστεραίᾳ, Περιττίου μηνὸς ἕξ καὶ δεκάτῃ, κατὰ Ῥωμαίους δὲ τῇ πρὸ δεκατεσσάρων καλανδῶν Μαρτίων, αὐτοὺς δὴ τούτους, σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον, τῷ Φιρμιλλιανῷ προσάγουσιν. Ὁ δὲ τῶν Αἰγυπτίων ἀπεπειρᾶτο μόνων, πρὸ τῶν βασάνων εἴδεσιν παντοίοις διαγυμνάζων τοὺς ἄνδρας. Τὸν μὲν οὖν προήγορον αὐτῶν ἐν μέσῳ ἀγαγὼν, τίς εἴη καὶ πόθεν ἠρώτα. Ὅστις, ἀντὶ τοῦ κυρίου ὀνόματος, προφητικόν τι ἑαυτῷ προσῆπτε· τοῦτο δὲ καὶ πρὸς λοιπῶν ἐγίγνετο, ἀντὶ τῆς πατρόθεν αὐτοῖς ἐπιτεθείσης ἐπωνυμίας.

Ἠλίαν γοῦν καὶ Ἱερεμίαν, Ἡσαΐαν τε καὶ Σαμουὴλ καὶ Δανιὴλ ἀκούσας ἂν αὐτῶν ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, καὶ τὸν ἐν κρυπτῷ Ἰουδαῖον καὶ γνήσιον Ἰσραηλίτην αὐτοῖς ἔργοις οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ φωναῖς κυρίως ἐκφερομέναις ἐνδεικνυμένων· τοιοῦτον οὖν τι πρὸς τοῦ μάρτυρος ἐπακούσας ὁ δικαστὴς ὄνομα, οὐ μὴν τῇ τοῦ ῥήματος ἐπιστήσας δυνάμει, δεύτερον, ἥτις αὐτοῦ πατρὶς εἴη ἠρώτα. Ὁ δὲ σύνοδον τῇ προτέρᾳ δευτέραν ἀφίησι φωνὴν, Ἱερουσαλὴμ εἶναι λέγων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα, ἐκείνην δῆτα νοῶν, περὶ ἧς εἴρηται Παύλῳ· « Ἡ δὲ ἄνω Ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστὶν, ἥτις ἐστὶ μήτηρ ἡμῶν· » καὶ, « Προσεληλύθατε Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Καὶ ὁ μὲν ταύτην ἐνόει· ὁ δὲ ἐπὶ χθόνα καὶ χαμαὶ ῥίψας τὴν διάνοιαν, τίς εἴη αὐτὴ καὶ ὑπὸ (12) γῆς ποίας κειμένη, ἀκριβῶς ἐπολυπραγμόνει, καὶ δῆτα καὶ βασάνους ἐπῆγεν, ὡς ἂν τ' ἀληθὲς· ὁμολογοίη. Ὁ δὲ στρεβλούμενος κατόπιν τὼ χεῖρε, καὶ τοῖν ποδοῖν μαγγάνοις τισὶ διακλώμενος, εἰρηκέναι τἀληθές τε (13) ἰσχυρίζετο. Εἶτα αὖ πάλιν καὶ πολλάκις πυνθανομένου, τίς εἴη καὶ ποῖ (14) κειμένη ἡ λεχθεῖσα πόλις Ἱερουσαλὴμ, μόνην αὐτὴν εἶναι τῶν Χριστιανῶν πατρίδα,

A fuerunt Ægyptios. Hi a Cilicia revertebantur domum, postquam illuc usque deduxerunt ad metalla damnatos (15); atque ad ingressum portarum Cæsareæ interrogati (16), qui essent, et unde venirent, cum neque ejus quod erat quidquam dissimularent, seque Christianos esse profiterentur; instar maleficorum ipso in facinore deprehensorum, fuerant comprehensi, numero quinque: ad præsidem autem adducti, eademque fiducia usi, continuo in vincula dati erant. Postridie vero, qui XVI dies erat mensis Perisii, hoc est juxta Romanos dies XIV ante Kalendas Martias, idem, simul cum illis qui Pamphilo aderant, Firmiliano exhibentur. Qui solos Ægyptios tentandos sibi sumens omni genere tormentorum, nudari viros jussit; deinde, eum qui B præcipuus inter omnes videbatur in medium adducens, quis esset et unde interrogabat. Hic cum loco proprii nominis propheticum aliquid ipsi indicasset; idem et alii fecerunt pro nominibus sibi in patria inditis.

10. Eliam ergo et Jeremiam, Isaiam et Samuelem atque Danielem sese ipsos appellare audiens Præses (sic enim placuerat illis ostentare quem intus abditum gerebant animum veri Judæi ac Israelitæ, non solum operibus, sed etiam vocabulis (17) clare prolatis) ipse quidem virtutem nominis sibi a martyre indicati non intellexit; sed porro perrexit interrogare, quæ ipsi esset patria: Martyr vero, eodem compendio usus, alteram emisit vocem, C dicens, Jerusalem sibi patriam esse, eam scilicet intelligens, de qua Paulus ait [1], « Quæ sursum est Jerusalem libera est, quæ est mater nostra: » et alibi [2], « Accessistis ad Sion montem et civitatem Dei viventis, Jerusalem cœlestem. » Talia igitur cogitabat martyr; sed præses, mentem terræ affixam habens, quæ illa esset Jerusalem, et ubi terrarum sita (18) studiosius requirebat; quin et tormenta admovebat, ut quod verum esset faterentur. Sed enim martyr, manus post tergum retortas, pedesque quibusdam machinis luxatos habens, verum se dixisse affirmavit. Cumque nihilominus iterum atque iterum interrogaretur, quæ et ubi sita esset ea

[1] Gal. IV, 26. [2] Heb. XII, 22.

(11) Ἐπ' αὐτῷ φώρῳ. Forte scribendum ἐπ' αὐτοφώρῳ. Edit.

(12) Ὑπό. Lege ἐπί. Edit.

(13) Τε. Forte γε. Edit.

(14) Ποῖ. Forte πῇ, vel ποῦ. Edit.

(15) Additur in Hist. ὁμολογητάς, *confessores*.

(16) Additur ibidem, *Perinde ac priores illi quos supra commemoravi* (scilicet Ægyptii alii, qui cap. 10 narrabantur XIX *Kal. Januarias comprehensi*) professos, se *ad ministeria confessoribus in Cilicia constitutis exhibenda* proficisci: quorum alii quidem, *eadem qua illi quibus ministraturi venerant, pœna damnati sunt, oculis ac pedibus inutiles redditi* (uno scilicet oculo erulo, et cruris unius succisis nervis) *tres vero ex ipsis, in urbe Ascalone, in qua vincti tenebantur, cum admirabilem animi fortitudinem ostendissent, diverso martyrii exitu occubuere. Quippe unus illorum Ares nomine, flammis consumptus est; reliquis duobus, quorum unus Pro-* D *bus, alter Elias vocabatur, caput gladio præcisum.* Coluntur autem hi a Græcis 19 Decembris, quasi quinto die post comprehensionem supplicio affecti.

(17) Ibidem alia datur ratio mutatorum nominum, *quod* scilicet *propria forsan idololatrica essent*, a falsorum deorum nominibus sumpta, ut sunt *Dionysius, Bacchides, Athenæus* aliaque similia. Non tamen ex hac Eusebii conjectura, multo minus ex isto horum martyrum facto, recte quisnam intulerit, in frequenti Christianorum primorum usu fuisse gentilia nomina baptizandis commutare, in nomina patriarcharum, prophetarum, vel apostolorum, aliaque e sacris Scripturis petita.

(18) Nempe jam inde a tempore Ælii Adriani, et anno Christi 179 restaurata urbs *Jerusalem*, mutato nomine erat et dicebatur Ælia; ut antiquatum pridem nomen potuerit Romano præsidi peregrinum prorsus accidere; maxime si noverat, Ægyptios esse quos interrogabat.

Digitized by Google

quam dicebat civitas Jerusalem ; solam hanc Christianorum patriam esse respondit, atque illos solos nec alios ullos in ea versari, consistere vero ad orientem, juxta lucem atque solem. Et hic quidem rursus juxta proprium suum sensum philosophabatur ; nihil commutatus iis quæ circumstabant tormentis, sed velut incorporeus nec sentire quidam videbatur dolores ; judex vero angustiabatur, ratus, Christianos urbem aliquam Romanæ æmulam et inimicam sibi condere, multusque in eo erat ut percunctando disceret, et ipsam et regionem orientalem quæ sibi indicabatur ubi essent. Videns tamen ad verbera magis etiam immutabilem manere juvenem, et in prioribus responsis perseverare, capitalem tandem contra eum mortis sententiam pronuntiavit.

A

B

11. Et res quidem hujusce martyris talem, veluti cujusdam dramatis, exitum habuerunt ; cæteros deinde Ægyptios, cum ad diversimoda quoque experimenta nudasset, eumdem in modum agitavit. Tum ad Pamphili sodales transgressus, didicit quod jam pridem variis essent cruciatibus tentati. Quare supervacaneum ratus iisdem quæstionibus homines subjicere, seque frustra in iis laboraturum, solum interrogavit, an vel nunc persuaderi sibi sinerent. Audiens vero ex singulis extremam confessionis vocem, consimilem in eos tulit sententiam capitis, atque recessit.

12. Sed nondum tota tragœdia peracta erat. Quomodo autem peracta est ? Revocavit eum juvenis quidam de medio turbæ tribunal circumstantis, C prosiliens ex famulitio Pamphili, revocavit autem voce magna, deposcens corpora ad sepulturam. Beatus hic Porphyrius erat, genuinus Pamphili vernula, necdum octodecim annos natus (19), scribendi peritissimus, morum ac sapientiæ titulo omnibus encomiis major, ut qui cum tali viro sese exercuerat : qui, ut cognovit latam in Dominum suum sententiam, ex media turba vociferans, oravit ut corpora sibi sepelire liceret. Præses vero, non tanquam homo, sed ut fera, vel si quid fera immaniùs est, neque postulationis æquitatem suscipiens, neque juventutis rationem ullam habens, solum quia didicit adolescentem se Christianum fateri, carnificibus præcepit omnes in eo torquendo D vires contendere. Cum ergo jubenti sacrificare abnuisset admirabilis ille ; non jam ut carnem humanam, sed ut lapidem aut lignum aut aliud quodcunque inanimatum, usque ad ipsa ossa et interiora viscera, præcepit tyrannus excarnificari corpus ejus, quo diutius facto, agnovit tandem in vanum id agi. Licet autem absque voce et pene absque anima generosi martyris corpus jaceret, immitis tamen atque efferus judex jussit laceratas ejus carnes ac latera (20) setaceis pannis confricari atque deteri ; tandemque, velut exsaturaturus furo-

(19) Utraque hæc commentatio deest in Historia.

(20) Hoc quoque tormentum eadem Historia prætermittit.

ἔλεγε (μὴ γὰρ καὶ ἑτέροις ἢ τούτοις μόνοις αὐτῆς μετεῖναι), κεῖσθαι δὲ πρὸς ἀνατολαῖς, καὶ πρὸς αὐτῷ φωτὶ καὶ ἡλίῳ. Ὁ μὲν καὶ πάλιν διὰ τούτων κατὰ τὸν οἰκεῖον νοῦν ἐφιλοσόφει, τῶν ἐν κύκλῳ βασάνοις αὐτὸν αἰκιζομένων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενος, ὥσπερ δέ τις ἄσαρκος καὶ ἀσώματος οὐδὲ ἐπαισθάνεσθαι ἐδόκει τῶν ἀλγηδόνων. Ὁ δὲ δικαστὴς ἀπορούμενος ἐσφάδαζεν, ἐχθρὰν καὶ Ῥωμαίοις πολεμίαν τάχα που συστήσασθαι ἑαυτοῖς πόλιν Χριστιανοὺς οἰόμενος· πολύς τε ἦν ἐπικείμενος ταῖς βασάνοις, καὶ ἀνερευνῶν τὴν δηλωθεῖσαν πόλιν, τήν τε κατὰ ἀνατολὰς ἐξετάζων χώραν· ὡς δὲ ἐπὶ πλεῖον μάστιξι τὸν νεανίαν καταξήνας, ἀπαράλλακτον τῶν προτέρων αὐτῷ ῥηθέντων ἐώρα, τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ κεφαλικὴν ἐκφέρει ψῆφον.

Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον, τοιαύτην εἴληφε δραματουργίαν· καὶ τοὺς λοιποὺς δὲ τῶν Αἰγυπτίων, τοῖς παραπλησίοις διαγυμνάσας παλαίσμασι, τὸν ὅμοιον ἐπάγει τρόπον. Εἶτα ἐκ τούτου ἐπὶ τοὺς ἀμφὶ τὸν Πάμφιλον μεταβὰς ἀνεδιδάσκετο, ὡς ἄρα πρότερον ἤδη πλείστων εἶεν βασάνων πεπειρασμένοι (21)· ἄτοπον δὲ εἶναι λογίσαμενος ταῖς αὐταῖς αἰκίαις περιβάλλειν τοὺς ἄνδρας, καὶ μάταια μοχθεῖν. τοσοῦτον μόνον, εἰ κἂν νῦν πειθαρχοῖεν, ἀνεπυνθάνετο· ἀκούσας δὲ παρ' ἑκάστου τὴν ὑστάτην τῆς μαρτυρίας φωνήν, παραπλησίως κεφαλικὴν τιμωρίαν κατ' αὐτῶν ἐξενεγκάμενος, ὑπάγει.

Οὔπω δὲ αὐτῷ πᾶν εἴρητο ἔπος· (καὶ πόθεν;) Ἀναβοᾷ μειράκιόν τι τῆς οἰκετικῆς τοῦ Παμφίλου θεραπείας, ἐκ μέσου τοῦ πλήθους τῶν ἀμφὶ τὸ δικαστήριον κυκλούντων παρελθὸν εἰς μέσον· ἐβόα δὲ μεγάλῃ φωνῇ, ταφῇ τὰ σώματα ἐξαιτούμενον. Πορφύριος ἦν ὁ μακάριος θρέμμα γνήσιον Παμφίλου, οὐδ' ὅλων ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτῶν, καλλιγραφικῆς ἔμπειρος, σωφροσύνης δὲ ἕνεκα καὶ τρόπων πάντα καλύπτων ἐγκώμια, ὡς οἷα ὑπὸ τηλικῷδε ἀνδρὶ συνησκημένος· ὡς δ' ἔγνω τὴν κατὰ τοῦ δεσπότου ψῆφον, ἀπὸ μέσης τῆς πληθύος ἀνέκραγε, γῇ τὰ σώματα παραδοθῆναι ἀξιῶν. Ὁ δὲ οὐκ ἄνθρωπος, ἀλλὰ θήρ, καὶ θηρίου παντὸς ἀγριώτερος, μήτε (22) τῆς αἰτήσεως εὔλογον ἀποδεξάμενος, μήτε τῷ τῆς ἡλικίας ἀπονείμας νέῳ συγγνώμην, αὐτὸ μόνον ὡς ὁμολογοῦντα Χριστιανὸν ἔμαθε, παντὶ σθένει τοῖς βασανισταῖς κατ' αὐτοῦ χρῆσθαι προστάττει. Ὡς δὲ ἐπικελευομένου θύειν ἀνένευεν ὁ θαυμάσιος, οὐκέθ' οἷα σάρκας ἀνθρώπου, ἀλλ' οἷα λίθους ἢ ξύλα, ἤ τι τῶν ἀψύχων ἕτερον, ἄχρις ὀστέων αὐτῶν καὶ κατὰ βάθους σπλάγχνων αἰκίζειν αὐτὸν, καὶ πᾶν τὸ σῶμα καταξαίνειν ἐπικελεύεται. Εἰς μακρὸν δὲ τούτου γινομένου, μάτην ἐγχειρεῖν διέγνω. Ἀφώνου, μικροῦ δεῖν καὶ ἀψύχου τοῦ σώματος τῷ γενναίῳ μάρτυρι καταστάντος, παραμένον τὸ ἀνηλεὲς καὶ ἀπάνθρωπον κεκτημένος ὁ δικαστὴς, τριχῶν πεπλεγμένοις ὑφάσμασι τὰς ἐκδαρείσας ταῖς βασάνοις πλευρὰς ψήχειν καὶ τρίβειν ἐπὶ πλέον προστάττει· εἶθ', ὥσπερ κόρον λαβὼν καὶ τῆς μανίας ἐμφορηθείς, μακρῷ καὶ μαλ-

(21) *Πεπειρασμένοι*. Forte legendum πεπειραμένοι. Edit.

(22) Desideratur τό, quod referatur ad εὔλογον. Ed.

Digitized by Google

θακῷ πυρὶ παραβληθῆναι αὐτὸν ἀποφαίνεται. Οὗτος μὲν οὖν πρὸ τῆς τοῦ Παμφίλου τελειώσεως ὕστατος ἐπὶ τὸν ἀγῶνα παρελθὼν, τῇ ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγῇ τὸν δεσπότην προέλαβεν.

Ἦν δὲ ἄρα τὸν Πορφύριον θεωρεῖν ἱερονίκου διαθέσει πάμμαχον νενικηκότος (23), κεκονιμένον τὸ σῶμα, φαιδρὸν δὲ τὴν ὄψιν, θαρσαλέῳ τε φρονήματι καὶ γαύρῳ, τὴν ἐπὶ τὸν θάνατον βαδίζοντα, θείου Πνεύματος ὡς ἀληθῶς ἔμπλεων· καὶ δὴ φιλοσόφῳ σχήματι τῷ περὶ αὐτὸν ἀναβολαίῳ τρόπον ἐξωμίδος ἠμφιεσμένος, ἄνω βλέπων, καὶ πάντα τὸν θνητὸν καὶ ἀνθρώπινον ὑπερφρονῶν βίον, ἀτρεμεῖ τῇ ψυχῇ πρόσεισι τῇ πυρᾷ. Ἤδη ἑαυτῷ τῆς φλογὸς πελαζούσης, ὡς ἂν δὲ μηδενὸς αὐτῷ παρόντος λυπηροῦ, ἀταράχῳ καὶ νήφοντι λογισμῷ περὶ τῶν οἰκείων τοῖς γνωρίμοις ὁ ἥρως διετάττετο, εἰσέτι τότε τὸ πρόσωπον φαιδρὸν καὶ ἀπαράλλακτον διαφυλάττων. Ὡς δὲ τοῖς γνωρίμοις αὐτάρκως συνετάξατο (24), πρὸς τὸν Θεὸν ἤδη λοιπὸν ἠπείγετο· τῆς γέτοι πυρᾶς ἐξ ἀποστήματος κύκλῳ περὶ αὐτὸν ἀφθείσης, ἐνθένδε κἀκεῖθεν ὑφήρπαζε τῷ στόματι τὴν φλόγα, ἐπισπέρχων αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπὶ τὴν προκειμένην πορείαν· καὶ τοῦτο ἔπραττεν, οὐδὲ ἕτερον ἢ Ἰησοῦν ἀνακαλούμενος.

Τοιοῦτος καὶ Πορφυρίου ἆθλος· τῆς δὲ κατ' αὐτὸν τελειώσεως ἄγγελος τῷ Παμφίλῳ γενόμενος Σέλευκος, τοῦ σὺν αὐτοῖς καταξιοῦται παραυτίκα κλήρου. Αὐτίκα γοῦν διαγγείλαντα αὐτὸν τῷ Παμφίλῳ τὸ τοῦ Πορφυρίου τέλος, καὶ τῶν μαρτύρων τὸν δῆμον ἐν φιλήματι ἀσπασάμενον, συλλαβόντες οἱ στρατιῶται ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἡγούμενον. Ὁ δὲ, ὥσπερ ἐπισπεύδων τῷ προτέρῳ αὐτὸν συναπόδημον γενέσθαι, κεφαλῇ κολασθῆναι προστάττει. Τῆς Καππαδοκῶν οὗτος ὡρμᾶτο γῆς· λαμπρότατα δὲ τῶν ἐν στρατείαις εὐδοκιμήσας, τὸν (25) ἐν Ῥωμαϊκαῖς προκοπαῖς οὐ μικρᾶς ἐπείληπται ἀξίας· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ ἡλικίᾳ καὶ ῥώμῃ σώματος, μεγέθει τε καὶ ἰσχύος ἀρετῇ πλεῖστον ὅσον τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἐπλεονέκτει, καὶ τὴν πρόσοψιν δὲ αὐτὴν περίβλεπτος ἦν τοῖς πᾶσι, τό τε πᾶν εἶδος ἀξιάγαστος μεγέθους ἕνεκα καὶ εὐμορφίας· καταρχὰς μὲν οὖν διωγμοῦ, διὰ μαστίγων ὑπομονῆς, τοῖς κατὰ τὴν ὁμολογίαν διέπρεψεν ἀγῶσι· μετὰ δὲ τὴν τῆς στρατείας ἀπαλλαγὴν, ζηλωτὴν αὐτὸς ἑαυτὸν καταστήσας τῶν τῆς εὐσεβείας ἀσκητῶν, Χριστοῦ γνήσιος στρατιώτης ἀποδέδεικται, ὀρφανῶν ἐρήμων, καὶ χηρῶν ἀποριστάτων (26), τῶν τε ἐν πενίᾳ καὶ ἀσθενείᾳ καταπονουμένων, ἐπίσκοπός τις οἷα καὶ φροντιστὴς ἐπιμελούμενος, πατρός τε καὶ κηδεμόνος δίκην τῶν ἀπερρίμμενων ἁπάντων τοὺς πόνους καὶ τὰς κακοπαθείας ἀνακτώμενος (ὅθεν εἰκότως πρὸς (27) τοῖς τοιούτοις δὴ χαίρει Θεὸς μᾶλλον ἢ ταῖς διὰ καπνοῦ καὶ αἵματος θυσίαις), τῆς κατὰ τὸ μαρτύριον ἠξιώθη τελειώσεως. Δέκατος οὗτος ἀθλητὴς, σὺν τοῖς εἰρημένοις, μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ τετελείωτο ἡμέρᾳ, καθ' ἣν, ὡς

rem, lento ac longius posito igne martyrem consumi præcepit. Ita ille, ante consummationem Pamphili, ultimus progressus ad agonem, dominum suum prævertit abdicatione corporea.

13. Erat autem videre Porphyrium instar sacri athletæ universi certaminis victorem gloriosum, dissectum corpore, sed facie splendidum, ketaque et intrepida mente ad mortem procedere, utique divino plenum spiritu, et tanquam in habitu philosophico, solum injectum sibi instrumentum, quasi pallium gestantem, despicientemque omnia ; et mortalem atque humanam hanc vitam contemnentem, absque illa mentis formidine ad rogum procedebat. Cum vero ad ipsum jam propinquaret flamma, tanquam si nihil molestiæ pateretur vir ille strenuus ; inconcusso atque constanti sensu, quæ sua erant legabat familiaribus, usque in illud tempus servans oris serenitatem immutatam. Ut vero notis suis pro libitu valefecit, totus ad Deum conversus est ; et quia rogus ad intervallum circumpositus erat, hunc inde captabat ore flammas, quasi seipsum incitans ad propositam sibi viam, hoc autem faciebat, aliud nihil quam Jesum inclamans.

14. Tale fuit certamen Porphyrii ; qui vero ipsius mortem Pamphilo nuntiavit, Seleucus, ejusdem cum ipso factus illico est sortis particeps. Etenim ipsum Porphyrii finem Pamphilo nuntiantem, simul et martyrum catervam osculantem, comprehenderunt milites, atque ad proconsulem adduxerunt : qui ipsum, utpote festinantem simul cum præcedente Porphyrio hinc migrare, jussit capitali sententia plecti. Venerat hic ex Cappadocia, vehementerque inclaruerat (28) militaribus exercitiis, et non mediocriter apud Romanos promotus fuerat ; quin etiam ætate et corporis robore viriumque magnitudine et virtute plerosque hominum antecedebat : nam vultu ipso admodum spectabilis præ cunctis, speciem præferebat undequaque dignissimam, formæ eximiæ gratia. Fuerat autem initio persecutionis propter fidei confessionem certantibus adnumeratus per tolerantiam verberum, sed abdicata militia æmulator factus eorum qui ad pietatem exercentur, Christi germanum militem sese probavit ; orphanis desolatis ac viduis protectore carentibus, omnibusque cum penuria et imbecillitate conflictantibus, provisor factus patris aut curatoris adinstar, cunctorumque desperatorum laboribus atque ærumnis medelam ferens : quapropter a Deo, qui talibus magis quam victimarum nidore ac sanguine delectatur, martyriali exitu dignus est habitus. Porro decimus hic athleta, una eademque consummavit agonem suum die, atque ut par est credere, martyrio suo amplis-

(23) *Νενικηκότος*. Syntaxeos ratio postulat νενικηκότα. Mox interpres legisse videtur κεκομμένον pro κεκονιμένον. Edit.

(24) *Συνετάξατο*. Editi συντάξατο. Edit.

(25) *Τόν*. Legendum videtur τῶν. Edit.

(26) *Ἀποριστάτων*. Lege ἀπεριστάτων. Edit.

(27) *Πρός*. Forte ἐπί. Edit.

(28) Ibidem legitur, Τῆς ἐν στρατείαις ἐπιλέκτου νεολαίας, in delecta ad militiam juventute.

Digitized by Google

simam cœli portam cum reserasset, simul et Pamphilo ipsi spatiosus ad Dei regnum patefactus est ingressus.

15. Seleuci vero vestigia secutus est Theodulus, pius ac venerabilis senex, in proconsulari familia primo honore dignatus, tum morum ætatisque prærogativa, tum filiorum trium (29) generatione inclytus, qui eadem ac Seleucus factitans, et martyrum aliquos osculo devenerans, domino suo adductus fuit, eumque ad majorem quam aliis iracundiam concitans, ipsam salutaris confessionis passionem excepit cruci traditus.

16. Sub hæc, cum etiamnum deficeret unus, adfuit qui duodenarium numerum impleret Julianus: qui ea ipsa hora peregre adveniens, et vixdum ingressus civitatem, cum intellexisset quæ erant acta, et ad martyrum conspectum festinasset accedere, ubi eorum corpora humi jacentia vidit, circumfusus singulis, omnes est osculatus. Hoc agentem comprehenderunt ministri cædium, atque adduxerunt præsidi: qui congrua proposito suo faciens, etiam hunc lento igni tradidit. Ita etiam Julianus, gestiens atque lætitia exsultans, et Deo tantis se bonis dignato magna voce gratias agens, susceptus est inter choros martyrum. Erat autem huic quoque genus ex Cappadocia; quoad mores vero plenus pietate ac plenus fide, vir mansuetus atque discretus, studiosus in omnibus, et Spiritus sancti suavitate redolens, eoque dignus factus tali cum beato Pamphilo exitus martyrialis corona.

17. Sanctissima eorum corpora, de mandato Firmiliani, per dies quatuor totidemque noctes jacuerunt, ferarum carnivorarum dentibus exposita. Cum vero nulla neque fera neque volucris, aut canis quisquam, per Dei dispositionem, ea contingeret; integra illa atque intacta relicta, congruo cum honore et cura, consuetæ sepulturæ sunt tradita, (30) repositaque in ædium sacrarum pulcherrimis et oratoriis sanctis, in perpetuam memoriam Dei populo ad honorem data.

ἔοικε, μεγίστης τῷ Παμφίλου μαρτυρίῳ πύλης οὐρανῶν διανοιχθείσης, εὐμαρὴς ἅμ' αὐτῷ καὶ ἄφθονος ἡ τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἐγίγνετο πάροδος.

Κατ' ἴχνος δῆτα τῷ Σελεύκῳ Θεόδουλος, σεμνός τις καὶ θεοσεβὴς παρῆει πρεσβύτης, τῆς ἡγεμονικῆς οἰκετίας πρώτης τιμῆς ἠξιωμένος, τρόπων καὶ ἡλικίας ἕνεκα· καὶ διὰ τὸ τριγονείας αὐτὸν πατέρα καθεστάναι, καὶ ἔτι μᾶλλον δι' ἣν ἔσωσε περὶ τοὺς κηδεμόνας εὔνοιαν· τὸ παραπλήσιον δὴ τῷ Σελεύκῳ καὶ οὗτος διαπραξάμενος, καί τινας τῶν μαρτύρων ἀσπασάμενος φιλήματι, προσάγεται τῷ δεσπότῃ, μᾶλλον ἑαυτὸν τῶν ἄλλων ἐπ' ὀργὴν ὀξύνας, ταυτὸν τοῦ σωτηρίου μαρτυρίου πάθος σταυρῷ παραδοθεὶς ἀνεδέξατο.

Ἐπὶ τούτοις ἑνὸς ἔτι λείποντος, ὃς τὸν δωδέκατον ἀποπληρώσειε τοῖς εἰρημένοις ἀριθμὸν, Ἰουλιανὸς παρῆν τοῦτον ἀποπληρώσων. Ἐξ ἀριδημίας (31) οὔσης αὐτῆς ὥρας ἀφικόμενος, μηδὲ εἰσβαλών πως τῇ πόλει, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, μαθὼν παρὰ τοῦ [γενομένου,] (32) καὶ ὁρμήσας ἐπὶ τὴν τῶν μαρτύρων θέαν, ὡς ἐπὶ τῆς γῆς χαμαὶ κείμενα τὰ τῶν μαρτύρων ἐθεάσατο σώματα, χαρᾶς ἔμπλεως γεγονὼς, ἑκάστῳ περιπλέκεται, φιλήματι τοὺς πάντας ἀσπαζόμενος. Ἔτι δὲ τοῦτο πράττοντα συλλαβόντες οἱ τῶν φόνων διάκονοι προσάγουσι τῷ ἄρχοντι. Ὁ δὲ ἀκόλουθα τῇ προαιρέσει τελῶν, μακρῷ (33) καὶ τοῦτον πυρὶ παραδίδωσιν. Οὕτω δῆτα καὶ Ἰουλιανὸς σκιρτῶν καὶ ὑπεραλλόμενος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ τῷ τηλικούτων αὐτὸν ἀγαθῶν ἀξιώσαντι Θεῷ χάριτας ὁμολογῶν, μαρτύρων ἐν χοροῖς ἀνελαμβάνετο. Ἦν δὲ καὶ οὗτος τὸ μὲν γένος τῆς Καππαδοκῶν, τὸν δὲ τρόπον πλήρης μὲν εὐλαβείας. πλήρης δὲ πίστεως, πρᾶος ἀνὴρ καὶ ἐπιεικὴς, τά τε ἄλλα σπουδαῖος, καὶ πνέων εὐωδίας ἁγίου Πνεύματος, τοσοῦτον συνοδίας στέφος (34) σὺν τῷ μακαρίῳ Παμφίλῳ τῆς τοῦ μαρτυρίου τελεώσεως ἠξιώθη.

Ἐπὶ τέτταρας δὴ ἡμέρας τοσαύτας τε νύκτας προστάξει τοῦ Φιρμιλλιανοῦ τὰ πανάγια σώματα τῶν Θεοῦ μαρτύρων βορὰ τοῖς σαρκοβόροις θηρίοις ἐξέκειτο. Ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς προσῆει οὐ θὴρ, οὐκ ὄρνεον, οὐ κύων, ἐξ οἰκονομίας Θεοῦ, λειφθέντα ζῶα (35) καὶ ἀβλαβῆ τῆς προσηκούσης τιμῆς καὶ κηδείας λαχόντα, τῇ συνήθει παρεδόθη ταφῇ, ναῶν οἴκοις περικαλλέσι ἀποτεθέντα, ἐν ἱεροῖς τε προσευκτηρίοις, εἰς ἅληκτον μνήμην τῷ τοῦ Θεοῦ λαῷ τιμᾶσθαι παραδεδομένα.

(29) Trium filiorum patribus præmia apud Romanos fuisse proposita, notius est quam ut hic moneri debeat: atque id hic dici credo τριγονείας πατέρα: Valesius tamen aliter vertit, *quod tertiæ jam stirpis nepotes haberet:* sed hoc Straboni scribitur τριγένεια.

(30) Deest hæc clausula in Historia: quam tamen Eusebio abjudicare nihil nos cogit, qui Vitam Pamphili æque ac Historiam ecclesiasticam scripsit, cum jam Constantinus lege lata permisisset Christianis sacras ædes condere, et martyrum corpora eis inferre. Si quis tamen malit hæc ab alio addita credere, nolim ei operosius contradicere.

(31) *Ἀριδημίας.* Forte ἀποδημίας. Edit.

(32) *Γενομένου.* Præstat ita uncis concludere: [δεῖνος τὰ γεγενημένα]. Edit.

(33) *Μακρῷ.* Interpres legisse videtur μικρῷ, vel potius μαλθακῷ, ut col. 1469, B. Edit.

(34) *Τοσοῦτον συνοδίας στέφος.* Quid si τοσοῦτον συνοδεύσας στίφος? Edit.

(35) *Ζῶα.* Procul dubio legendum est σωα. Edit.

Digitized by Google

ΕΥΣΕΒΙΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑ
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ.

EUSEBII
DE MARTYRIBUS PALÆSTINÆ
LIBER.

Καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ (1) *ἐν τῷ ὀγδόῳ τόμῳ* (2) *εὕρομεν* (3).

Ἔτος τοῦτο ἦν ἐννεακαιδέκατον τῆς Διοκλητιανοῦ βασιλείας, Ξανθικὸς (4) μὴν, ὃς λέγοιτ' ἂν Ἀπρίλλιος κατὰ Ῥωμαίους· ἐν ᾧ τῆς τοῦ σωτηρίου πάθους ἑορτῆς ἐπιλαμβανούσης, ἠγεῖτο μὲν Φλαβιανὸς τοῦ τῶν Παλαιστινῶν ἔθνους, ἥπλωτο δ' ἀθρόως πανταχοῦ γράμματα, τὰς μὲν ἐκκλησίας εἰς ἔδαφος φέρειν, τὰς δὲ Γραφὰς ἀφανεῖς πυρὶ γενέσθαι προστάττοντα, καὶ τοὺς μὲν τιμῆς ἐπειλημμένους ἀτίμους, τοὺς δὲ ἐν οἰκετίαις, εἰ ἔτι ἐπιμένοιεν τῇ τοῦ Χριστιανισμοῦ προθέσει, ἐλευθερίας στερίσκεσθαι προαγορεύοντα. Καὶ ἡ μὲν τῆς πρώτης καθ' ἡμῶν γρα-

A **318** *Hæc quoque in quodam exemplari reperimus in libro octavo.*

Anno imperii Diocletiani nono ac decimo, mense Xanthico quem Romani Aprilem vocant, Flaviano provinciam Palæstinam regente; cum salutaris Passionis dies immineret, repente proposita sunt ubique edicta, quibus imperabatur ecclesias quidem solo æquari, sacros autem codices flammis absumi: et honoratos quidem honoris prærogativa spoliari, plebeios autem et in ministerio constitutos libertate privari, si in Christianæ religionis proposito adhuc permanerent. Et primi quidem adversus nos edicti hujusmodi fuit sententia. Sed non multo post allatæ

(1) *Καὶ ταῦτα ἔν τινι ἀντιγράφῳ.* Antequam manuscriptos codices inspexissem, existimabam hæc verba addita esse a Rob. Stephano, qui hæc duo supplementa octavi libri *Historiæ ecclesiasticæ* in quibusdam codicibus reperisset. Sed cum in omnibus manuscriptis exemplaribus eadem verba deprehenderim, facile adducor ut credam, omnes illos codices ex uno eodemque exemplari descriptos fuisse. Porro hoc secundum supplementum nihil aliud esse quam librum Eusebii *De martyribus Palæstinæ*, apparet ex verbis quæ ad calcem hujus supplementi leguntur in scriptis exemplaribus. Sic enim habent codex Mazarinus et Medicæus: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων τέλος. — Librum *De martyribus Palæstinæ* confectum esse ab Eusebio a. 313 p. C. n. eidemque non minorem quam reliquis Eusebii scriptis tribuendam esse fidem, ostendit Kestner. *Excurs.* III, p. 48 sq. De tempore quo illud opusculum sit conscriptum, ex ejusdem sententia ibid. § 40, 1, ambigi nequit, modo quando *Historiæ ecclesiasticæ* libri VIII et IX compositi fuerint, constitutum sit. *Nam*, inquit V. D., VIII, 13, *med. libellus ille tanquam mox perficiendus indicatur et* Mart. Pal., *c.* 7, *narratio, libro* IX *nunc exhibita ut nondum litteris mandata commemoratur. Itaque* Historia eccles. *nondum ad umbilicum quidem, sed ad librum tantum* IX *usque adducta, vel... Maximino jamjam morte perfuncto* [*anno* 313, *p. Chr.*], *martyrum illa funebris quasi laudatio confecta est. Incœpta autem vel primis certe lineamentis descripta erat multo maturius, paulo post res ipsas gestas fortasse; quod frequens rerum minutarum, quarum memoria facile oblitteratur, commemoratio, et martyrum descriptio, quæ non nisi ex animo, admiratione, charitate et commiseratione* MODO *defunctorum affectu, talis qualem nunc legimus, proficisci poterat, satis ostendunt.* Aliam plane de tempore, quo liber iste conscriptus sit, opinionem sequitur Danzius. Vide Valesii *De vita scriptisque Eusebii diatriben*, p. XLI, not. 39 (hujusce voluminis initio). Idem Danzius de Eus., p. 67, conferri jubet Eus. *H. E.* VIII, 13, et Valesium ibid. Sed facile patet rei cardinem verti in recta temporis quo *Historia ecclesiastica* Eusebii est absoluta, constitutione, præsertim cum probabilior adeo sit VIII, 13, lectio ἀνεγράψαμεν qua ascita ille liber *De martyribus Palæstinæ* illo loco prorsus non significatur. Vid. not. 3 ibid. HEINICHEN.

(2) Liber *De martyribus Palæstinæ*, quem nos jam seorsim edimus, in mss. et in antea editis libro *Historiæ* octavo appendicis vice subjungitur. EDIT.

(3) Ante verba Καὶ ταῦτα — εὕρομεν, ut testatur Readingus (Variant. Lectt., p. 796, col. 2), in cod. Cast. sunt hæc: Εὐσεβίου σύγγραμμα περὶ τῶν κατ' αὐτὸν μαρτυρησάντων ἐν τῷ ὀκταέτει Διοκλητιανοῦ καὶ ἑφεξῆς Γαλερίου τοῦ Μαξιμίνου διωγμῷ. Et statim sequuntur: Περὶ τῶν ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης μαρτυρησάντων κατὰ τὸν ὀκταέτη διωγμὸν, ἀπὸ Διοκλητιανοῦ ἄρξαντα εἰς Γαλέριον τὸν Μαξιμῖνον. Hinc equidem ante Καὶ — εὕρομεν illa ΕΥΣΕΒΙΟΥ — ΜΑΡΤΥΡΗΣΑΝΤΩΝ certe collocanda putavi. Contra Zimmermannus pro iis scripsit: Προσθήκη β', ἡ περὶ τῶν ἐν Παλαιστίνῃ μαρτυρησάντων. Apud Steph. Val., Read. nihil plane ante Καὶ — εὕρομεν ejusmodi scriptum. HEINICHEN.

(4) *Ξανθικός.* Cf. supra VIII, 2. ubi mense Dystro, i. e. Martio, prolatam legitur edictum. Sed recte. Prius enim Nicomediæ, ubi degebat imperator, quam in Palæstina illud promulgatum esse, animadvertit Ruinart. in *Acta martyr.*, p. 278, n. 1; addens: « Porro non adeo certum est, quod iste prologus ab Eusebio scriptus fuerit. » IB.

Digitized by Google

sunt aliæ litteræ, quibus jubebatur ut omnes ubique ecclesiarum antistites primum quidem conjicerentur in vincula, postea vero ad sacrificandum omnibus modis cogerentur.

φῆς τοιαύτη τις ἦν δύναμις. Μετ' οὐ πολὺ δὲ ἑτέρων ἐπιφοιτησάντων γραμμάτων, προσετάττετο τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προέδρους πάντας πανταχῇ, πρῶτον μὲν δεσμοῖς παραδίδοσθαι, εἶθ' ὕστερον πάσῃ μηχανῇ θύειν ἐξαναγκάζεσθαι.

CAPUT PRIMUM.

De Procopio, Alpheo et Zacchæo martyribus.

Igitur ex Palæstinæ martyribus primus Procopius, antequam carceris periculum fecisset, statim a primo quod aiunt limine ad præsidis tribunal adductus, et sacrificare diis gentilium jussus, unum se Deum nosse respondit, cui sacrificandum esset eo ritu quem ipse statuisset. Cum vero quatuor etiam imperatoribus libare juberetur, sententiam **319** quam-

Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος (5), πρὶν ἢ φυλακῆς πεῖραν λαβεῖν (6), εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου (7) τοῖς ἡγεμονικοῖς παραστὰς δικαστηρίοις, θύειν τε τοῖς λεγομένοις προσταχθεὶς θεοῖς, ἕνα μόνον ἔφησεν εἰδέναι, ᾧ καθῆκεν, ὡς αὐτὸς βούλεται, θύειν· ὡς δὲ κἂν τοῖς βασιλεῦσι τέσσαρσι σπένδειν ἐκελεύετο, ῥῆμά τι φθεγξάμενος

(5) *Πρῶτος τοιγαροῦν τῶν ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Προκόπιος.* Idem legitur in *Actis* passionis Procopii martyris, quæ sic incipiunt : *Primus martyrum qui sunt in Palæstina, apparuit Procopius*, etc. Ex quo apparet, *Acta* illa de Græco Eusebii in Latinum sermonem esse translata. Quod ut manifestius appareat, integra hic apponere haudquaquam inutile fuerit. Multa enim scitu digna in iis *Actis* continentur, quæ nec Baronio nec Molano videre contigit. Descripsimus autem illa ex antiquissimo codice monasterii Musciacensis, qui nunc est penes virum doctissimum Claudium Joly, canonicum Parisiensis Ecclesiæ. Sic autem habent.

PASSIO SANCTI PROCOPII MARTYRIS, QUI PASSUS EST SUB FABIANO JUDICE IV NONAS AUGUSTI.

Primus martyrum qui sunt in Palæstina, apparuit Procopius, vir cœlestis gratiæ, qui et ante martyrium sic suam vitam disposuit, ut etiam a parva ætate castitati semper et morum virtutibus studeret. Corpus quidem suum sic confecit, ut pene mortuum putaretur, animam vero ejus sic verbis confortabat divinis, ut etiam corpori virtutem ex hujus refectione ministraret. Cibus et potus ei panis et aqua fuit. Solis his utebatur; cum post biduum triduumque, diem interdum etiam post septimam ad cibum rediret. Sacrorum quoque meditatio sermonum ita mentem ejus obstrinxerat, ut nocte ac die in hac infatigabilis permaneret. Clementiæ autem et mansuetudinis tanquam cæteris inferior documentum, sui præbebat copiam. In verbis divinis et tantum studium erat. Illa vero quæ extrinsecus sunt, mediocriter attigerat. Igitur genere quidem Æliensis, conversatione autem vel habitatione Scythopolitanus erat. Ibi Ecclesiæ tria ministeria præbebat : unum in legendi officio, alterum in Syri interpretatione sermonis, et tertium adversus dæmones manus impositione consummans. Cumque ab Scythopoli una cum sociis in Cæsaream transmissus fuisset, ab ipsis portis ad præsidem ducitur; et prius quam carceris vel vinculorum experiretur angustias, in ipso ingressu suo a judice Flaviano, ut diis sacrificaret impellitur. At ille magna voce non esse deos multos, sed unum factorem omnium opificemque testatus est. Judex autem plaga sermonis ictus et conscientia saucius, consensit ejus sermoni. Atque ad alia se rursum argumenta constituit, ut vel regibus sacrificaret. Sanctus autem Dei martyr sermonem ejus desipiens, Homeri inquit versum dicens : « Non est bonum multos dominos esse. Unus dominus esto, unus rex. » Itaque hoc verbo ejus audito, quasi qui infausta in regibus deprompsisset, jussu judicis ducitur ad mortem, et capite amputato ingressum vitæ cœlestis, vel compendium beatus invenit : Desii septima Julii mensis, quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos, primo anno quo adversus nos fuit persecutio. Hoc primum in Cæsarea martyrium consummatum est, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Exstant etiam hæc *Acta* in duobus mss. codicibus bibliothecæ Sancti Germani.

(6) *Πρὶν ἢ φυλακῆς πεῖραν λαβεῖν. Acta* passionis B. Procopii pene ad verbum ita reddunt, *priusquam carceris vel vinculorum experiretur angustias.* Quibus verbis notatur judicis atrocitas. Solebant enim præsides Romani, reos qui comprehensi fuerant et conspectui ipsorum exhibiti, prius carceri mancipare, ac deinde per otium interrogare. Sic in *Actis* sancti Fructuosi legitur : *Et ut venerunt, mox præcepit eos præses recipi in carcerem.* Idem habetur in *Passione* Felicis Tubizacensis episcopi : *Cumque Felix episcopus ibidem advenisset, et eidem præfecto oblatus fuisset, jussit eum in carcerem recipi.*

(7) *Εὐθὺς ἀπὸ πρώτης εἰσόδου. Acta* passionis : *In ipso ingressu suo a judice Flaviano ut diis sacrificaret impellitur.* Multa porro hic omissa sunt in Græco Eusebii textu, quæ ex *Actis* illis Latinis suppleri oportet. Nam cum Eusebius hic diserte dicat, Procopium statim a primo ingressu oblatum esse judici, non addit unde venerit, ubi captus et quo perductus sit. Quod tamen minime omittendum erat. Præterea aliorum quidem martyrum qui in hoc libro commemorantur, genus et patriam accurate refert Eusebius. Ac si quis forte illorum ecclesiastici honoris gradum aliquem obtinuerit, id distincte notare solet. In hoc vero qui omnium Palæstinæ martyrum princeps atque antesignanus fuit, nihil horum hic ab Eusebio observatum videmus. Quod tamen non Eusebii, sed librariorum culpa factum esse credibile est. Nam in *Actis* illis Latinis quæ ex Eusebio translata esse superius ostendimus, cuncta hæc manifestissime declarantur. Primo enim ex *Actis* illis discimus, Procopium domo fuisse Æliensem sive Hierosolymitanum : habitasse vero Scythopoli, et in ea urbe lectorem atque exorcistam fuisse, et sacras Scripturas quæ Græco sermone in ecclesia legebantur, plebi quæ Græce nesciret, vernacula, id est Syra lingua interpretatum fuisse. Deinde quibus moribus, quanta vitæ severitate jam inde a puero fuerit, in iisdem *Actis* studiose refertur. Postremo captus quidem dicitur Scythopoli, adductus vero in urbem Cæsaream, et ab ipsis portis recta ad tribunal judicis tractus. Hoc quidem ultimum legitur etiam in Martyrologio Bedæ, Usuardi, Adonis, Rabani et Notkeri his verbis : VIII *Iduum Julii. Natale Procopii in Palæstina, qui ab Scythopoli ductus Cæsaream, ad primam responsionis suæ confidentiam irato judice Flaviano, capite cæsus est.*

Digitized by Google

τῶν οὐ προσηνῶν αὐτοῖς, αὐτίκα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, τὸ ποιητικὸν εἰπὼν ἐκεῖνο,

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, Εἷς βασιλεύς,

Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ (πρὸ ἑπτὰ Εἰδῶν Ἰουνίων λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίοις [8]), ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου (9)·

A dam ex Homerico carmine prolocutus, quæ illis minime arridebat,

Haud bona res domini plures : herus unicus esto, Rex unus,

illico capite truncatur die octavo mensis Desii, hoc est, ut Romani dicunt, ante diem septimum Idus

(8) *Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ, πρὸ ἑπτὰ Εἰδῶν Ἰουνίων λέγοιτ' ἂν παρὰ Ῥωμαίοις.* Acta Latina paululum hic variant, sic enim habent : *Desii septima, Julii mensis quæ Nonas Julias dicitur apud Latinos.* In duobus autem mss. codicibus bibliothecæ Sancti Germani Parisiensis scriptum est : *Dies erat septima Julii mensis quæ* VII *Idus Julii dicitur apud Latinos.* Ex quibus corrigenda est eorumdem *Actorum* inscriptio, ubi dicitur passus esse Procopius quarto Nonas Augusti. In omnibus tamen *Martyrologiis*, natalis B. Procopii consignatus est die VIII Idus Julias. Græci quoque eodem die memoriam celebrant magni martyris Procopii, ut videre est in illorum Menæo. Verum iste Procopius longe diversus est a nostro, licet Æliensis fuerit, et eodem fere tempore eademque in civitate passus sit qua noster Procopius. Nam hic quidem noster, lector atque exorcistes fuit, ut testatur Eusebius. Alter vero ille, dux fuit Ægypti. Prior Christianus a puero, alter initio fuit dæmonum cultor. Noster nullis vexatus tormentis gladio vitam amisit, brevissimo ac facillimo mortis genere coronam martyrii promeritus. Alter vero ille diuturno ac difficillimo martyrio perfunctus, sub duobus Palæstinæ præsidibus Justo et Flaviano gravissima tormenta sustinuit. Quare a Græcis inter præcipuos ac illustres martyres, quos illi vocant μεγαλομάρτυρας, recenseatur. Noster denique captus est Scythopoli, atque inde Cæsaream Palæstinæ perductus, ibidem capite cæsus est. Alter vero in Ægypto comprehensus, in C urbe Phœnices Cæsarea quæ et Paneas dicta est, martyrium consummavit, si credimus Simeoni Metaphrastæ.—*Δεσίου μηνὸς ὀγδόῃ.* Syro-Macedonum menses mere Julianos fuisse, ex quo Julius Cæsar annum suum publicavit, vulgo inter omnes constare videtur. Id enim et Scaliger et Petavius noster passim affirmant, solumque hoc discrimen esse aiunt, quod Syro-Macedones annum ab Hyperberetæo, id est Octobri auspicabantur. Sed multa sunt quæ me ab illorum sententia abducunt. Primum enim Beda in *Ephemeride* et in libro *De ratione temporum*, Græcorum menses auspicari dicit ab Apellæo qui Decembri respondet Marcus vero in *Vita Porphyrii*, Gazensis episcopi, testatur Gazæos annum inchoasse a mense Dio. Sic enim habet pag. 1090 : *Primo mense qui ab eis vocatur Dios, deinde etiam secundo qui dicitur Apellæos.* Idque plane confirmat Julianus imperator in *Antiochico*, ubi diserte affirmat Loum apud Syros mensem decimum fuisse. D Quod si ab Hyperberetæo annum inchoassent, tum Lous, qui Augusto respondet, non decimus, sed undecimus fuisset. Idem subindicat Julianus in *Misopogone*, pag. 70, his verbis : Ἡ Σύρων ἥχει νουμηνία, καὶ ὁ Καῖσαρ αὖθις εἰς Φιλίου Διός· εἶτα ἡ πάγκοινος ἑορτὴ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς τύχης ἔρχεται τέμενος, etc. Jam pridem in animadversionibus ad librum XXIII. Amm. Marcellini demonstravimus, πάγκοινον ἑορτὴν esse Kalendas Januarii. Cum ergo testetur Julianus, Neomeniam anni Syrorum aliquantisper præcessisse Kalendas Januarii, perspicuum fit non idem fuisse principium anni Syrorum ac Romanorum, Dium vero apud Antiochenos annum aperuisse, ex eodem Juliani loco non obscure colligitur. Scribit enim Julianus se Kalendis primi mensis Syrorum templum Jovis adiisse sacrificandi causa, eo quod scilicet primus illorum mensis Jovi sacer esset, et a Jove nomen accepisset. Dius enim dicitur ἀπὸ τοῦ Διός, et recte primus anni mensis a Jove, quem principem atque initium rerum putabant, cognominatus est. Quod si Hyperberetæus anni Syrorum caput fuisset, frigide prorsus id diceretur apud Julianum. Cum enim Antiochenses Julianum irriderent quod nimis assiduus esset cultor deorum, et perpetuo sacrificaret, exemplum et specimen hoc afferunt : *Venerunt Kalendæ Syrorum. Rursus Cæsar ad Jovis Philii. Posthæc Kalendæ Januarii, Cæsar ad templum Genii publici procedit*, etc. Modicum igitur temporis B spatium interfuisse oportet inter Syrorum et Romanorum Kalendas, ad hoc ut Julianus ab Antiochensibus merito irrideri potuerit ob nimiam frequentiam sacrificiorum. Proinde necesse est, ut vel Apellæus primus fuerit mensis Syrorum, quæ est Bedæ sententia, vel certe Dius.

Hactenus de initio anni Syro-Macedonum, quod diversum esse ab initio anni Juliani demonstravimus. Nunc de mensibus eorumdem Syro-Macedonum, an cum Romanis mensibus simul cœperint ac desierint, inquirendum est. Hic certe Eusebii locus aperte indicat non idem fuisse initium mensium apud Syros et Romanos, quippe qui mensi Desii diem octavum cum die 7 mensis Junii componit. Cœperat igitur Desius apud Syros uno die ante Junium mensem. Sed et Marcus in *Vita Porphyrii* affirmat menses Gazæorum quinque diebus antevertere menses Romanos. Sic enim scribit : *Pluit autem Dominus noster assidue ab octava Audynæi usque ad decimum. Est autem Audynæus apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses Romanos. Undecimo vero die peregimus diem Theophaniorum Deum laudantes.* Ex quibus verbis apparet idem fere initium fuisse mensium apud Gazæos quod apud Ægyptios. Sed et Epiphanius in libro *De ponderibus*, cap. 20, diem 16 Maii componit cum vicesimo tertio mensis Græcorum Artemisii. Alia fuit mensium ratio apud Tyrios, qui et ipsi Macedonum mensibus utebantur. Nam in *Actis* apud Tyrum, quæ referuntur in actione nona concilii Chalcedonensis, decimus dies mensis Peritii componitur cum die 25 Februarii, et in actione 5 concilii Constantinopolitani sub Mena, dies 28 mensis Loi apud Tyrios dicitur fuisse 16 Septembris apud Romanos. Ex his colligi potest non unius modi fuisse anni totius ac mensium rationem apud Syros. Aliter enim Gazenses, aliter Tyrii, aliter Cæsarienses computabant. Ac Cæsarienses quidem mensibus ad Julianorum formam prorsus compositis et aptatis usos fuisse persuasum habeo. Etenim in omnibus locis hujus libelli (sunt autem quamplurimi) ubicunque mentio fit Macedonicorum mensium apud Cæsarienses, semper dies illorum conveniunt cum diebus mensium Romanorum; si unum hunc locum excipias capitis primi. Itaque rescribendum hic puto Δεσίου μηνὸς ἑβδόμῃ.

(9) *Ἡμέρᾳ τετράδι σαββάτου.* Id est quarta feria, seu ad verbum die 4 Sabbati seu hebdomadis. Veteres enim Christiani cum laterculum septem dierum a Judæis accepissent, dies quoque hebdomadis a Sabbato cognominabant ut Judæi. Dicebant igitur primam Sabbati, secundam Sabbati, tertiam Sabbati et sic deinceps, ut docet Tertullianus in libro *De jejuniis : Cur stationibus quartam et sextam Sabbati dicatis?* Interdum etiam feriæ vocabant, teste Tertulliano in eodem libro, ubi dicit : *Proinde nec stationum, quæ et ipsæ suos qui-*

Digitized by Google

Junias, quarta feria hebdomadis. Hoc primum apud Cæsaream Palæstinæ martyrium perpetratum est. Post hoc vero in eadem urbe quamplurimi Ecclesiarum illius provinciæ antistites gravissima supplicia alacri animo perpessi, illustrium certaminum spectacula exhibuerunt. Alii vero non pauci, præ ignavia fracti animis ac debilitati, primo statim impetu conciderunt. Ex reliquis varia quisque tormentorum genera expertus est. Hic flagris concisus; ille intolerabilibus tormentis et ungulis excruciatus, et vinculis oppressus, adeo ut quibusdam manus laxata nervorum compage resolutæ sint. Singuli tamen quæcunque ipsis juxta arcanum Dei judicium eveniebant, fortiter tulere. Alius enim, cum quidam manus ejus apprehendissent, ipsumque ad aram adduxissent, et abominandum ac scelestum sacrificium dextræ ipsius injecissent, quasi sacrificasset dimittebatur. Alius cum ne summis quidem digitis thus attigisset, nonnullis tantum affirmantibus eum sacrificasse, silentio abscedebat. Hic semivivus correptus ac sublimis elatus, projiciebatur ut mortuus, et vinculis absolvebatur, computatus inter eos qui sacrificaverant. Ille vociferans atque contestans se his quæ jubebantur minime assentiri, pugnis ore contuso, plurimis ad hoc constitutis illum tacere cogentibus, per vim extrudebatur, tametsi nanduaquam sacrificasset. Adeo magni apud eos æstimabatur, si vel viderentur effecisse id quod voluerant. Ex istis igitur qui tot numero erant, soli Alpheus et Zacchæus martyrii coronam adepti sunt. Qui post flagella et ungulas, post acerbissima vincula et dolores in iis exantlatos; post alia omnis generis tormenta, cum viginti quatuor horarum spatio pedes in nervo ad quatuor usque puncta distentos habuissent, unum Deum, unumque Regem ac Dominum Jesum Christum confessi, perinde ac si implum quidpiam locuti essent, eodem quo primus ille martyr Procopius supplicii genere, abscissis capitibus interiere, die septimo decimo mensis Dii, quod est apud Romanos ante diem XV. Kal. Decembris.

A τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης (10) ἀπετελέσθη σημεῖον. Μετὰ δὲ τοῦτο ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως πλεῖστοι ὅσοι τῶν ἐπιχωρίων ἐκκλησιῶν ἄρχοντες, δειναῖς αἰκίαις προθύμως διαθλήσαντες, μεγάλων ἀγώνων ἱστορίαν τοῖς ἐνορῶσιν ἐνεδείξαντο· ἄλλοι δὲ ὑπὸ δειλίας τὴν ψυχὴν προναρκήσαντες, προχείρως οὕτως ἀπὸ πρώτης ἐξησθένησαν προσβολῆς, τῶν δὲ λοιπῶν ἕκαστος, εἶδη διάφορα βασάνων διήλαττον, τοτὲ μὲν μάστιξιν ἀνηρίθμοις, τοτὲ δὲ στρεβλώσεσι καὶ καταξάνσεσι τῶν πλευρῶν, δεσμοῖς τε ἀνυπομονήτοις, ὑφ' ὧν τισι καὶ παρεθῆναι συνέβη τὰς χεῖρας. Ὅμως δ' οὖν ἔφερον τὸ ἀποβὰν ἀκολούθως τοῖς ἀπορρήτοις κρίμασι τοῦ Θεοῦ τέλος. Ὁ μὲν γὰρ, ἑτέρων κατεχόντων αὐτοῦ τὼ χεῖρε, καὶ τῷ βωμῷ προσαγόντων, τήν τε μιαρὰν καὶ ἐναγῆ θυσίαν κατὰ τῆς δεξιᾶς ἐπιρριπτούντων, ὡς ἂν τεθυκὼς ἀπηλλάττετο· ὁ δὲ μηδ' ὅλως ἁψάμενος, εἰρηκότων δ' ἑτέρων ὅτι τεθύκοι, σωπήσας ἀπῄει. Ἄλλος ἡμιθανὴς αἰρόμενος, ὡς ἂν ἤδη νεκρὸς ἐῤῥίπτετο, καὶ ἀνίετό γε τῶν δεσμῶν, ἐν τεθυκόσιν αὐτοῖς λελογισμένος· ὁ δὲ βοῶν καὶ μαρτυρόμενος ὅτι μὴ πείθοιτο, κατὰ στόματος παιόμενος, πολυχειρίᾳ τε τῶν ἐπὶ τούτῳ τεταγμένων κατασιγαζόμενος, μετὰ βίας ἐξωθεῖτο, καὶ εἰ μὴ τεθυκὼς ἦν. Οὕτως ἐκ παντὸς τὸ δοκεῖν ἠνυκέναι, αὐτοῖς περὶ πολλοῦ ὑπῆρχεν. Ἐκ δὴ οὖν τῶν τοσούτων μόνοι τοῦ τῶν ἁγίων μαρτύρων κατηξιώθησαν στεφάνου, Ἀλφειὸς καὶ Ζακχαῖος (11)· οἳ μετὰ μάστιγας καὶ ξεσμοὺς, δεσμά τε χαλεπὰ καὶ τὰς ἐπὶ τούτοις ἀλγηδόνας, ἑτέρας τε διαφόρους ἐξετάσεις, νυχθήμερον ὑπὸ τέσσαρα τοῦ κολαστηρίου ξύλου κεντήματα τοὺς πόδας παραταθέντες, Δίου μηνὸς ἑπτακαιδεκάτῃ (αὕτη παρὰ Ῥωμαίοις ἡ πρὸ δεκαπέντε Καλανδῶν Δεκεμβρίων), μόνον ἕνα Θεὸν καὶ Χριστὸν βασιλέα Ἰησοῦν ὁμολογήσαντες, ὥς τι βλάσφημον φθεγξάμενοι, ὁμοίως τῷ προτέρῳ μάρτυρι τὰς κεφαλὰς ἀπετμήθησαν.

B

C

320 CAPUT II.

De Romano martyre.

Sed et commemoratione digna sunt imprimis,

Μνήμης δ' ἄξια τυγχάνει καὶ τὰ περὶ Ῥωμα-

dem dies habeant quartæ feriæ et sextæ, etc. Apparet igitur cur Christiani dies hebdomadis ferias appellaverint; feria quippe idem est ac Sabbatum. Quemadmodum ergo Judæi primam, secundam, tertiam Sabbati dicebant et sic deinceps usque ad septimum diem quem Sabbatum dicebant, ita veteres Christiani primam, secundam ac tertiam feriam nominarunt, hoc unum mutantes quod non Sabbato feriari instituerunt ut Judæi, sed die prima Sabbati, quam et Dominicam vocarunt. Ita fere Isidorus in libro *De natura rerum*, cap. 3: *Inde dies Solis prima feria nuncupatur, quia primus est a feria. Item dies Lunæ perinde secunda feria, quia secundus est a Sabbato*, etc. Beda vero in libro *De ratione temporum*, ferias ex eo dictas esse scribit quod clerici quotidie feriarentur ex decreto Silvestri papæ. Sed hæc sententia ferri non potest, cum diu ante Silvestrum papam dies hebdomadis feriæ dicerentur, ut docet Tertullianus. Porro non soli Christiani, verum etiam gentiles, usum septimanæ a Judæis

D acceperant, ut docet Josephus in fine libri II *Contra Apionem*. Sed gentiles septem planetarum nominibus dies hebdomadis appellarunt, manentque adhuc apud plerasque gentes hæc nomina, veluti quædam prisci gentilium erroris reliquiæ. Tertullianus in libro *Ad nationes*: *Vos certe estis qui etiam in laterculum septem dierum solem recepistis.* Et paulo post: *Exorbitantes et ipsi a vestris ad alienas religiones. Judæi enim festi, Sabbata*, etc.

(10) *Τοῦτο πρῶτον ἐπὶ Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης.* Acta Latina: *Hoc primum in Cæsarea martyrium consummatum est*, ex quo apparet horum Actorum interpretem legisse ἀπετελέσθη μαρτύριον.

(11) *Ζακχαῖος.* Hic diaconus erat Gadarensis Ecclesiæ. De quo in *Menologio* die 18 Novembris hæc leguntur: *Commemoratio SS. martyrum Michææ, Zacchæi diaconi Gadarensis Ecclesiæ et Alphæi. Ductus est B. Zacchæus ad tribunal, ferreum et grave in collo habens vinculum*, etc. [Cf. Ruinart. Acta martyrum, p. 279, n. 4.]

Digitized by Google

ὼν (12) ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας ἀποτε- A
λεσθέντα. Παλαιστινὸς γὰρ οὗτος ὢν, διάκονός (13) τε
καὶ ἐπορκιστὴς (14) τῆς ἐν Καισαρείᾳ παροικίας,
ὁμοῦ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσει γενόμενος·
ἐκεῖσε, πλείους ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις (15)
σωρηδὸν τοῖς εἰδώλοις προσιόντας τε καὶ θύοντας
ἐνιδὼν, ἀνύποιστον ἡγησάμενος τὴν θέαν, ζήλῳ
θεοσεβείας πρόσεισι, κἀκείνοις μεγάλῃ φωνῇ κεκρα-
γὼς ἐπιπλήττει. Αὐτὸς δὲ τῆς τόλμης ἕνεκεν συλ-
ληφθεὶς, γενναιότατος, εἰ καί τις ἄλλος, ἀποδέδεικται
μάρτυς τῆς ἀληθείας. Ἀποφηναμένου γὰρ κατ' αὐ-
τοῦ τὸν διὰ πυρὸς θάνατον τοῦ δικαστοῦ, φαιδρῷ
προσώπῳ καὶ διαθέσει εὖ μάλα προθυμοτάτῃ τὴν
ἀπόφασιν ἀσπαστῶς καταδεξάμενος, ἀπάγεται. Εἶτα
τῷ ἱκρίῳ προσδεῖται, τῆς τε ὕλης συμπεφορημένης
ἐπ' αὐτῷ, καὶ τῶν μελλόντων ὑφάπτειν τὴν πυρὰν B
τοῦ βασιλέως ἐπιπαρόντος (16) ἐπίκρισιν ἐκδεχομέ-

quæ circa Romanum martyrem eodem die Antiochiæ gesta sunt. Hic enim genere Palæstinus, Cæsariensis Ecclesiæ diaconus et exorcista, eo ipso temporis articulo quo ecclesiæ destruebantur Antiochiam ingressus, cum innumerabiles viros simul ac mulieres una cum parvulis templa deorum confertim adeuntes et sacrificantes vidisset, spectaculum id minime tolerandum ratus, zelo divini cultus ipsum incitante propius accessit, et contenta voce inclamans objurgare eos cœpit. Ob cujus facinoris audaciam illico comprehensus, generoso, si quis unquam alius, martyrio decoratus est. Nam cum judex eum ignis supplicio addixisset, ille hilari vultu et admodum alacri animo sententiam excipiens, ad supplicium est abductus. Deinde alligatus ad stipitem, congestis undique lignis ac sarmentis, cum ministri qui rogum accensuri erant, impera-

(12) *Περὶ Ῥωμανόν* Græci quidem in *Menæo* duos distinguunt Romanos martyres : alterum qui ab Asclepiade præfecto damnatus est Antiochiæ sub Galerio; alterum diaconum Cæsariensem, de quo Eusebius hic loquitur, quem sub Diocletiano passum esse dicunt. Sed cum uno eodemque die ambos esse passos, eodemque martyrii genere perfunctos fateantur (utrique enim præcisam linguam affirmant, utrumque post abscissionem linguæ locutum, tandemque in carcere strangulatum esse consentiunt), quis non videt frustra ab illis distingui duos Romanos? Miror tamen sententiam hanc placuisse Baronio in notis ad *Martyrologium*. Certe si duo ejusdem nominis fuere Romani martyres, et si ambo eodem die martyrium passi sunt Antiochiæ, cur Eusebius hoc loco unius duntaxat mentionem fecit? Dicet fortasse aliquis, Eusebium in C
hoc libro de solis Palæstinæ martyribus loqui instituisse, atque idcirco solius Romani diaconi meminisse, quippe qui Palæstinus esset. Verum Eusebius alibi quoque hujus martyris mentionem fecit : in secundo scilicet libro *De resurrectione et ascensione Christi*, ubi Romani martyrium luculente et oratorie describit his verbis : *In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exstitit martyr*, etc. Vides hic etiam unum duntaxat Romanum ab Eusebio agnosci, qui martyrium Antiochiæ perpessus sit.

(13) *Διάκονος*. Apud veteres Christianos, ac præcipue in minoribus oppidis, cum exiguus esset numerus clericorum, unus idemque clericus duorum aut trium munere fungebatur. Hinc est quod in Actis Procopii martyris quæ superius retuli, Procopius in Ecclesia Scythopolitana tribus simul officiis perfunctus esse dicitur, lectoris scilicet, interpretis et exorcistæ. Eodem igitur modo Romanus in Cæsariensi Ecclesia diaconi simul et exor- D
cistæ partibus fungebatur. Vetus auctor *Quæstionum Veteris et Novi Testamenti*, cap. 101, de hoc more loquitur his verbis : *Quanquam Rom. Ecclesiæ diaconi modice inverecundiores videantur, sedendi tamen dignitatem in Ecclesia non præsumunt; ut autem non omnia ministeria obsequiorum per ordinem agant, multitudo facit clericorum. Nam utique et altare portarent et vasa ejus; et aquam in manus funderent sacerdoti, sicut videmus per omnes Ecclesias.* Et paulo post : *Major enim ordo intra se et apud se habet et minorem. Presbyter enim et diaconi agit officium et exorcistæ et lectoris.*

(14) *Ἐπορκιστής*. Exorcistarum duplex olim usus fuit in Ecclesia. Nam et ad purgandos dæmoniacos, et ad catechumenos adhibebantur. Nec vero semel duntaxat exsufflabantur atque exorcizabantur catechumeni, sed post singulas catecheses discincti et excalceati deducebantur ad exorcistam, ut ab eo purgarentur. Cyrillus Hierosolymitanus in *Procatechesi ad illuminandos* : Τοὺς ἐπορκισμοὺς δέχου μετὰ σπουδῆς, κἂν ἐμφυσιθῇς [*f.* ἐμφυσηθῇς] κἂν ἐπορκισθῇς, etc. Chrysostomus in hom. 1 *ad illuminandos*, tomo I, de hoc more ita scribit : Καὶ τίνος ἕνεκεν μετὰ τὴν παρ' ἡμῶν διδασκαλίαν ὑπολύσαντες ὑμᾶς καὶ ἀποδύσαντες, γυμνοὺς καὶ ἀνυποδέτους μετὰ τοῦ χιτωνίσκου μόνου πρὸς τὰς τῶν ἐξορκιζόντων παραπέμπουσι φωνάς;

(15) *Ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις*. Ex iis multos fuisse qui Christum abnegaverant, docet Eusebius in sermone 2 *de resurrectione*, his verbis : *In Antiochenorum illa urbe Romanus quidam exstitit martyr. Iste peregrinus advenerat illo. Cum autem jactari a tempestatibus illam tunc videret civitatem (invenerat enim jam multos milites cecidisse Ecclesiæ), non est passus dare diabolo ut exsultaret. Sed exsultantem judicem de his qui fuerant superati, aggreditur vim faciens, regno vero capto et dicit : « Non recedes lætus. Habet enim Deus milites qui superari non possunt. » Judex autem ebrius in victoria eorum qui fuerant superati, ex illorum imbecillitate æstimans sancti constantiam, præcipit eum induci. Non oportebat enim Dominum Jesum sine victore recedere. Introducens autem eum omnia tormenta movebat; et tanta uni vincenti quanta omnibus his qui fuerant superati. Contendens enim ne solveretur victoria sua per unius istius victoriam, et reputans apud se, quia et in stadiis finis currentium quæritur, et quia si iste vicerit, nec ut victi erunt qui fuerunt superati; universa ei tormenta admoveri jubet. Volens enim flectere juvenem, et oculis torquebat, et dentibus minabatur, et manibus torquentium suas protendebat manus, et ab ipsa ira etiam de sede movebatur sua*, etc. Hæc ideo hic adduxi, quia Eusebius noster hoc in libro qui est *De martyribus Palæstinæ*, de tormentis Romano illatis nihil dixit.

(16) *Τοῦ βασιλέως ἐπιπαρόντος*. Galerium Cæsarem intelligi puto, nam Diocletianus quidem Nicomediæ morabatur; Cæsares autem, velut apparitores quidem ac ministri, per limitem discurrebant. Certe hoc anno quo cœpta est persecutio, mense Aprili Diocletianus una cum Galerio degebat Nicomediæ, ut testatur Eusebius in libro octavo. Sed et aliquanto post cœptam persecutionem, tunc cum Nicomediense palatium de cœlo tactum conflagravit, Diocletianus ibidem versabatur, ut docet Constantinus in *Oratione ad sanctorum cœtum*. Quare Antiochiæ adesse non potuit, tunc cum Romanus ignis supplicio condemnatus est. Id enim contigit circa initium persecutionis. Occisus quippe est Romanus decimo quinto Kalendas Decembris, cum aliquot mensibus in carcere detentus fuisset, quemadmodum testatur Eusebius

Digitized by Google

toris tum forte præsentis judicium exspectarent : Ubinam, inquit, mihi ignis? Quibus dictis accitus coram imperatore sistitur, novo quodam supplicii genere plectendus, linguæ scilicet abscissione. Quod quidem supplicium cum fortissime pertulisset, reipsa omnibus declaravit, iis qui quemlibet cruciatum pro pietate sustinent, semper præsto adesse divinam virtutem, quæ et dolores eorum imminuat, et animos ipsorum confirmet. Comperta igitur novitate supplicii, nequaquam conterritus vir fortissimus, ultro protendit linguam, promptissime eam desecandam carnificibus præbens. Post quod supplicium contrusus in carcerem, ac diutissime ibidem maceratus, tandem cum imperatoris vicennalia jam adessent, et ex solemni more universis qui in custodia tenebantur indulgentia publice per præconem

A νων, ποῦ μοι τὸ πῦρ (17); ἐβόα· καὶ ταῦτα λέγων, ἀνάκλητος πρὸς βασιλέα γίγνεται (18), καινοτέρᾳ ὑποβληθησόμενος κολάσει τῆς γλώττης· ἧς ἀποκοπὴν ἀνδρειότατα ὑπομείνας, ἔργοις ἅπασιν ὑπέδειξεν, ὅτι δὴ θεία δύναμις τοῖς ὁτιποτοῦν χαλεπὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ὑπομένουσιν ἐπελαφρίζουσα τοὺς πόνους, καὶ τὴν προθυμίαν ἐπιῤῥωννῦσα παρίσταται. Μαθὼν γοῦν τὴν νεουργίαν τῆς κολάσεως, καὶ μὴ καταπλαγεὶς ὁ γεννάδας, ἀσμένως προὐβάλετο τὴν γλῶτταν, προθυμότατα εὐτρεπῆ παρέχων αὐτὴν τοῖς ἀποτέμνουσι. Μεθ' ἣν τιμωρίαν (19) εἰς δεσμὰ βληθείς, πλεῖστόν τε αὐτόθι πονηθεὶς χρόνον, τέλος τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος (20) ἐπιστάσης, κατὰ τὴν νομιζομένην δωρεὰν (21) τῶν ἐν τοῖς δεσμοῖς πανταχῆ πάντων ἐλευθερίας ἀνακηρυχθείσης, μόνος ὑπὲρ πέντε

B κεντήματα ἄμφω τὼ πόδε διαταθείς, ἐν αὐτῷ κείμε-

(17) *Ποῦ μοι τὸ πῦρ;* Miror nullam ignis cœlitus exstincti fieri mentionem, tum hic tum in Menologio. Quod tamen miraculum eleganter exaggerat Eusebius noster in sermone 2 *De resurrectione*, his verbis : *Cum autem adunarentur sarmenta et cannæ, ad velocitatem utpote flammæ, vel quod igni apta videntur ad incensionem, imponebatur autem vivens immolatio in igne. Hæc cum ita agerentur, non autem longe abesset civitas, ut testaretur veritati; et forte quia quidam de Judæis, aut alii homines dicebant, ubi est horum Deus? forte proferentibus Judæis tres pueros, et dicentibus quia sub nobis salvabantur a flamma fornacis ardentis : isti autem ardent. Atqui cœli Dominus jubet nubibus coronari cœlum. Adimplens autem sinus nubium grandine et imbre admodum vehementi, et addens ventos ad velocem emissionem eorum. Neque enim accendi flammam permittit, vehementiorem ostendens hanc virtutem quam apud Babyloniam.* Idem canit etiam Prudentius in agone Romani.

(18) *Ἀνάκλητος πρὸς βασιλέα γίγνεται.* In Græcorum Menologio, die XVIII Novembris ista supplicii commutatio sic refertur : *Itaque sponte judicem adiens, statim ignis supplicio condemnatur. Quod cum cognovisset Diocletianus, ignis quidem pœnam removit, sed linguam excidi jussit.* Eusebius vero noster in sermone supra citato rem ita narrat : *Fit turbela non levis. Nuntiatur tyranno, quia martyre tradito igni cœlum indignatum est, et quia cœlestis rex suos qui in terra habentur defendit. Hæc cum audisset tyrannus, et cum valde injuriam defenderet suam factam per linguam, jubet judici jam non debere jurgari eum ad Deum, sed istum quem liberavit Deus dimitti debere. Et noster igitur Ananias velut ex igne dimittitur, judex autem blandiens tyranno, invenit nescio quid novum adversus sanctum, addens admirationem admirationi. Quid enim fecit? Præcipit linguam qua fuerat locutus in hominem, eo quod non negaverat Deum, inciai.* Dissentit igitur ab Eusebio auctor Menologii. Nam Eusebius ait Romanum imperatoris sententia dimissum fuisse, sed judicem in gratiam imperatoris jussisse ut Romano lingua præcideretur. Auctor vero Menologii ait, imp. ignis quidem supplicium a martyre removisse, sed linguam ei abscindi præcepisse. Quod mihi verisimilius videtur.

(19) *Μεθ' ἣν τιμωρίαν.* Et hic mirari subit, omissum esse ab Eusebio ingens illud miraculum, hominis post linguæ præcisionem adhuc loquentis. De quo Prudentius in agone B. Romani, Chrysostomus in duobus sermonibus de Romano martyre, quorum tamen sermonum posterior non est B. Chrysostomi, ut ex stylo apparet. Denique Eusebius ipse in sermone 2 *De resurrectione : Abducebatur Romanus ad carcerem (addebat autem et hoc blandus ad tyrannum judex) qui istam corporalem linguam non habebat. Lectum est autem nobis, quia in apostolos Spiritus linguas ut ignem divisit et donavit. Sed illud non vidimus, sed audivimus et credimus. Quod autem dicturus sum, multi vultus sunt testes. Dicitur quia beatus iste Romanus, dum adhuc carneam habebat linguam, similia Moysi loquebatur, hoc est balbutiens, et non composite loquens. Dum adhuc haberet totam linguam, erat balbus. Cum autem carcerem ingrediebatur, custos carceris interrogavit eum, quod ei esset nomen. Et certe littera etiam his qui valde compositi recte loquuntur, impedit ad loquendum. Nunc autem Romanus et incisa lingua, quam cum haberet, recte loqui non poterat, spiritu linguæ loquitur, et valde rectissime :* C *et dicit, « Romanus dicor. »* Et paulo post : *Non enim semel locutus tacuit : sed conferebat cum aliis de cruce et victoria Christi, et hoc multis mensibus in carcere constitutus.*

(20) *Τῆς ἀρχικῆς εἰκοσαετηρίδος.* Hic locus in primis notandus est, quippe qui annum quo cœpta est persecutio Diocletiani apertissime designat. Ait enim Eusebius anno I persecutionis acta esse imperatoris vicennalia. Quod cadere non potest nisi in eum annum quo Diocletianus octies et Maximianus septies consules fuerunt. Hoc enim anno, qui fuit Christi 303, iniit annus 20 Diocletiani a die XV Kalendas Octobris. Quippe hic primus fuit imperii dies Diocletiani, Carino II et Numeriano coss. Christi 284, ut scribitur in *Chronico Alexandrino*. Porro non levis nascitur difficultas ex eo quod dicit Eusebius, Romanum die XVII Novembris martyrium consummasse, cum Diocletiani vicennalia agerentur. Ex quo sequi videtur, primum D diem imperii Diocletiani cadere in mensem Novembrem, non autem in Septembrem, ut tradit auctor *Chronici Alexandrini*. Quare necesse est, ut vel apud Eusebium, vel in *Chronico Alexandrino* error sit admissus in mensis nomine. Nisi forte dicamus Diocletiani vicennalia acta fuisse Antiochiæ, non eo ipso die qui erat natalis imperii, sed paulo serius. Sic Eusebius in *Chronico* tradit, vicennalia Constantini acta esse Nicomediæ, et sequenti anno Romæ edita.

(21) *Κατὰ τὴν νομιζομένην δωρεάν.* Moris erat apud Romanos, ut in quinquennalibus ac decennalibus imperatorum leviorum criminum rei vinculis solverentur, missa ad hoc imperatoris lege, quam *indulgentiam* vocabant. Vide titulum in Codice Theodosiano *De indulgentiis criminum*. Græci hanc indulgentiam vocant δωρεάν. Glossæ veteres : Θεία δωρεά indulgentia.

Digitized by Google

νος τῷ ξύλῳ, βρόχῳ περιβληθείς, ὡς καὶ ἐπεπόθει, μαρτυρίῳ κατεκοσμήθη. Ἀλλ' οὗτός γε εἰ καὶ ὑπερόριος, ὅμως Παλαιστινὸς ὢν, ἐν Παλαιστινοῖς ἄξιος ἂν εἴη μάρτυσιν ἀριθμεῖσθαι. Ταῦτα μὲν ἔτει πρώτῳ τοῦτον ἀπετελέσθη τὸν τρόπον, κατὰ μόνων τῶν τῆς Ἐκκλησίας προέδρων ἐπηρτημένου τοῦ διωγμοῦ.

A annuntiata esset, solus ad quatuor usque puncta distentos habens pedes, in ipso jacens nervo, fractis laqueo faucibus, martyrio sicut optaverat exornatus est. Et hic quidem, utpote Palæstinus, inter Palæstinenses martyres recenseri meretur, tametsi extra patriam passus sit. Hæc primo persecutionis anno in hunc modum gesta sunt, cum adversus solos Ecclesiarum præsides persecutorum immanitas desæviret.

321 CAPUT III.

De Timotheo, Agapio, Thecla et aliis octo martyribus.

Δευτέρου δ' ἔτους διαλαβόντος, καὶ δὴ σφοδρότερον ἐπιταθέντος τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου, τῆς ἐπαρχίας ἡγουμένου τηνικάδε Οὐρβανοῦ, γραμμάτων τούτῳ (21*) πρῶτον βασιλικῶν πεφοιτηκότων, ἐν οἷς καθολικῷ προστάγματι πάντας πανδημεὶ τοὺς κατὰ πόλιν θύειν τε καὶ σπένδειν τοῖς εἰδώλοις ἐκελεύετο, Τιμόθεος ἐν Γάζῃ πόλει τῆς Παλαιστίνης μυρίας ἀνατλὰς βασάνους, ἐπὶ πάσαις λεπτῷ καὶ μαλθακῷ πυρὶ παραδοθείς, δοκιμὴν γνησιωτάτην τῆς περὶ τὸ Θεῖον γνησιωτάτης εὐσεβείας διὰ τῆς πρὸς πάντα ὑπομονῆς παρασχὼν, τὸν τῶν ἱερονίκων τῆς θεοσεβείας ἀθλητῶν στέφανον ἀπηνέγκατο. Τούτῳ δ' ἅμα γενναιοτάτην ἔνστασιν ἐπιδειξάμενοι Ἀγάπιος καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς Θέκλα (22), θηρίοις εἰς βορὰν κατεδικάσθησαν. Τὰ ἐπὶ τούτοις τίς ἰδὼν οὐκ ἐθαύμασεν, ἢ καὶ ἀκοῇ μαθὼν οὐκ ἐξεπλάγη; Πάνδημον γάρτοι τῶν ἐθνῶν ἑορτὴν καὶ συνήθεις θέας ἀγόντων, μετὰ τῶν ἄλλως αὐτοῖς σπουδαζομένων (23), καὶ τοὺς ἀρτίως θηρίοις κατακριθέντας πολὺς ἦν ὁ λόγος ἐπιδείξασθαι τὸν ἀγῶνα. Αὐξούσης δῆτα καὶ πλεοναζούσης παρὰ πᾶσι τῆς φήμης, νεανίαι τὸν ἀριθμὸν ἓξ, ὧν ὁ μὲν Ποντικὸς τὸ γένος ἦν, ὄνομα Τιμόλαος, ὁ δ' ἐκ Τριπόλεως τῆς Φοινίκης, Διονύσιος ἐκαλεῖτο, ἕτερος δ' αὐτῶν τῆς ἐν Διοσπόλει παροικίας ὑποδιάκονος, Ῥωμύλος ἦν καὶ τούτῳ προσηγορία, δύο τε ἐπὶ τούτοις Αἰγύπτιοι, Πάησις (24) καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ἄλλος τούτῳ συνώνυμος Ἀλέξανδρος τῶν ἀπὸ Γάζης· ἐπὶ τὸ κυνηγέσιον οὖν ἀνιέναι μέλλοντι τῷ Οὐρβανῷ, ἐνδήσαντες πρότερον τὰς αὐτῶν χεῖρας, ὡς ἂν τὴν ἄγαν σημήνειαν περὶ τὸ μαρτύριον προθυμίαν, δρομαῖοι προσίασι, Χριστιανοὺς σφᾶς ὁμολογοῦντες, διά τε τῆς πρὸς πάντα τὰ δεινὰ παρατάξεως, ὅτι μηδὲ τὰς τῶν θηρίων ἐπιβολὰς οἱ τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσέβειαν αὐχοῦντες κατεπτήχασιν, ἐπιδεικνύμενοι. Αὐ-

B Secundo dehinc anno, cum persecutionis adversus nos furor vehementius incaluisset, Urbano tunc provinciam regente, primum imperatoris missæ sunt litteræ, quibus generali præcepto jubebatur ut omnes ubique locorum ac gentium, publice idolis sacrificia ac libationes offerrent. Quo tempore Timotheus apud Gazam urbem Palæstinæ innumera perpessus tormenta, tandem tenui ac lento igne consumptus, cum sinceræ erga Deum pietatis luculentissimum specimen edidisset, constanti in omnibus tolerantia, coronam martyrii reportavit. Agapius quoque et Thecla, priscæ illi cognominis, cum una cum supradicto Timotheo ingentem animi constantiam ostendissent, damnati sunt ad bestias. Ea vero quæ postea subsecuta sunt, quis tandem non C admiratus est cum videret, aut stupore non perculsus est cum auditu acciperet? Nam cum gentiles publicam solemnitatem et consueta spectacula celebrarent, ingens omnium rumor erat, præter cæteros quos illi maximo favore prosequebantur, etiam Christianos illos qui nuper damnati fuerant, cum bestiis pugnaturos. Cumque hujus rei fama passim apud omnes increbresceret, adolescentes numero sex, quorum unus natione Ponticus Timolaus vocabatur; alter Tripoli Phœnices urbe oriundus erat, Dionysius nomine; tertius Diospolitanæ ecclesiæ subdiaconus Romulus dicebatur; post hos Ægyptii duo Pausis et Alexander; postremo alter priori illi cognominis Alexander Gaza oriundus: hi, inquam, omnes colligatis prius manibus, ut se ad subeundum martyrium promptos ac paratos ostenderent, contento cursu ad Urbanum qui tunc forte ad amphitheatrum proficiscebatur, advolarunt: se Christianos esse confitentes, palamque omnibus facien-

(21*) *Τούτῳ.* Forte τοῦτο, ut et col. 1476, A. EDIT.

(22) *Ἡ καθ' ἡμᾶς Θέκλα.* Non sine causa hæc verba Eusebius addidit, ἡ καθ' ἡμᾶς. His enim verbis indicare voluit Theclam hanc ab illa vetere Thecla quæ comes fuit Pauli apostoli, distinguendam esse. In Menæo ad diem XIX Augusti hæc Thecla vocatur ἡ Βυζιῆτις, quod quid sibi velit nescio. Nam Thecla de qua hic agitur, Palæstinensis fuit, non ex Bizua urbe Thraciæ. Fieri tamen potest, ut Thecla cujus hoc loco meminit Eusebius, e Thracia fuerit oriunda. Neque enim omnes quorum hic martyria ab Eusebio referuntur, Palæstini fuere. Neque in hoc libro de Palæstinis martyribus agit Eusebius, sed de iis qui in Palæstina martyrium pertulerunt.

(23) *Μετὰ τῶν ἄλλως αὐτοῖς σπουδαζομένων.* Christophorsonus legit τῶν ἄλλων, et in neutro genere accepit. Sic enim vertit: *Inter alia quæ magnopere ipsis in optatis erant ad contemplandum.* Ego vero in masculino genere hæc dici existimo, de bestiariis scilicet nobilioribus, quos populus summo favore prosequi solebat. Cujusmodi erat ille quem populus Constantinopoli his acclamationibus poscebat: *Crudeli bestiæ artifex parabolus componatur*, ut legitur in *Historia ecclesiastica*. Paulo post lego ἐπιδείξασθαι cum Christophorsono et Savilio.

(24) Vulg. *Παῦσις.* In codice Maz. et Med. scribitur Πάησις. Ita etiam in codice Fuk. In Menologio Græcorum quod edidit Casinius, die 15 Martii pro *Paesi* Publius dicitur.

Digitized by Google

tes præ fiducia animi adversus cuncta discrimina confirmati, eos qui veri Dei cultum profitentur. ne bestiarum quidem incursus formidare. Ac protinus quidem cum et præsidem ipsum et eos qui astabant non mediocri admiratione perculissent, custodiæ mancipati sunt. Paucis autem post diebus, **322** cum alii duo ipsis accensiti essent, quorum alter Agapius nomine, jamdudum ante illos varia tormenta perpessus multis confessionibus inclaruerat; alter nomine Dionysius res ipsis ad corporis usum necessarias subministrabat : octo omnes uno eodemque die in urbe Cæsarea præcisis capitibus interierunt, die vicesima quarta mensis Dystri, hoc est, ante diem nonum Kalendas Apriles. Per idem tempus duo imperatores, quorum alter primum imperii gradum, alter secundum ab eo locum obtinebat, deposito imperiali cultu privatum habitum induerunt, et male habere iterum cœpit respublica. Nec multo post discisso in partes imperio Romano, bellum inexpiabile inter ipsos Romanos exarsit. Nec discidium ac tumultus qui postea subsecutus est, ante sedari potuit, quam per universum orbem Romanum pax Christianis reddita esset. Nam simul atque ea pax quasi lux quædam post obscuræ ac tenebrosæ noctis caliginem cunctis affulsit, confestim respublica Romana in pristinam stabilitatem et concordiam ac quietem iterum restituta est; cunctis mutuam inter se benevolentiam quam a majoribus traditam acceperant, quasi postliminio recuperantibus. Verum hæc suo loco ac tempore uberius exponentur. Nunc narrationis nostræ seriem prosequamur.

τίκα μὲν εἰς οὐ τὴν τυχοῦσαν κατάπληξιν αὐτόν τε τὸν ἄρχοντα καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν καταστήσαντες, δεσμωτηρίῳ καθείργνυνται· μετ' οὐ πολλὰς δὲ ἡμέρας δυεῖν αὐτοῖς ἄλλων καταλεγέντων, τοῦ μὲν καὶ πρὸ αὐτῶν δειναῖς καὶ ποικίλαις ἤδη πρότερον καθ' ἑτέρας ὁμολογίας ἐναθλήσαντος βασάνοις (Ἀγάπιος καὶ αὐτῷ ὄνομα ἦν), τοῦ δὲ τὰς τοῦ σώματος αὐτοῖς χρείας διακονουμένου (ὄνομα δὲ καὶ τούτῳ Διονύσιος), οἱ πάντες ὀκτὼ γενόμενοι τὸν ἀριθμὸν, ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ τὰς κεφαλὰς αὖθις ἐπ' αὐτῆς Καισαρείας ἀποτέμνονται, Δύστρου μηνὸς ἡμέρᾳ τετράδι καὶ εἰκάδι, ἡ πρὸ ἐννέα Καλανδῶν Ἀπριλλίων καὶ αὐτὴ οὖσα ἐτύγχανεν. Ἐν τούτῳ μεταβολή τις τῶν κρατούντων, αὐτοῦ δὴ τοῦ πάντων ἀνωτάτω, καὶ τοῦ μετ' αὐτὸν δευτέρου, ἐπὶ τὸ ἰδιωτικὸν σχῆμα γίνεται, νοσεῖν τε αὐτοῖς ἄρχεται τὰ κοινά. Μικρὸν δ' ὕστερον διαστάσης εἰς ἑαυτὴν τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς, πόλεμος ἄσπονδος εἰς αὐτοὺς ἐπεγείρεται, οὐ πρότερόν τε τὰ τῆς διαστάσεως καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ θορύβων κατάστασιν εἴληφεν, ἢ τὴν καθ' ἡμᾶς εἰρήνην καθ' ὅλης πρυτανευθῆναι τῆς ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν οἰκουμένης. Ἅμα τε γὰρ αὕτη τοῖς πᾶσι δίκην φωτὸς, ὡς ἂν ἐκ ζοφερᾶς καὶ σκοτεινοτάτης νυκτὸς ἀνατέταλκε, καὶ αὖ πάλιν τὰ κοινὰ τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας αὖθις εὐσταθῆ καὶ φίλια καὶ εἰρηναῖα ἦν, τὴν ἐκ προγόνων εἰς ἀλλήλους εὔνοιαν ἀπολαμβάνοντα. Ἀλλὰ τούτων μὲν κατὰ τὸν προσήκοντα καιρὸν ἐντελέστερον ἀποδώσομεν τὸν λόγον, νυνὶ δὲ ἐπὶ τὴν τῶν ἑξῆς ἀπίωμεν ἀκολουθίαν.

CAPUT IV.

De Apphiano martyre.

Maximinus Cæsar ex eo tempore ad imperium evectus, quasi qui odii in Deum et impietatis sibi innatæ insignia ostentare vellet, violentius quam superiores principes persecutioni nostrorum incubuit. Cum igitur omnes graviter perturbati hac illac dispergerentur, et periculum effugere unusquisque omni ope laboraret, maximusque tumultus cunctas provincias occupasset, qua tandem oratione divini amoris ardorem plenamque fiduciæ confessionem beati ac

Μαξιμῖνος Καῖσαρ αὐτόθεν (25) ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρελθὼν, ὥσπερ τῆς ἐμφύτου θεοεχθρίας αὐτοῦ καὶ δυσσεβείας τὰ σύμβολα τοῖς πᾶσιν ἐνδεικνύμενος, γενικώτερον (26) ἢ οἱ πρόσθεν τῷ καθ' ἡμῶν ἐπαπεδύετο διωγμῷ. Πᾶσι δῆτα συγχύσεως οὐ μικρᾶς ἐπηωρημένης, καὶ ἄλλων ἄλλοσε διασπειρομένων, διαδρᾶναί τε τὸ δεινὸν ἐπιμελὲς ποιουμένων, χαλεπῆς τε τὸ πᾶν ἐπεχούσης κινήσεως, τίς ἂν ἐξαρκέσειεν ἡμῖν λόγος εἰς τὴν ἐπαξίαν διήγησιν τοῦ θείου ἔρω-

(25) *Μαξιμῖνος Καῖσαρ αὐτόθεν*. Male Christophorsonus vertit : *Maximinus Cæsar qui suis ipsius viribus ac manu imperium occupaverat*. Quasi αὐτόθεν significaret, *per se ac suis viribus*. Maximinus quidem Augustum se ipse renuntiavit, ut scribit Eusebius in lib. VIII, cap. 13, Cæsar autem factus fuerat a Galerio Maximiano. Porro Eusebius hic loquitur de Maximino adhuc Cæsare, et de ejus initio, cum secundus annus persecutionis ageretur, statim post abdicationem Diocletiani et Herculii. Ait igitur Eusebius Maximinum simul atque Cæsar factus est, impietatis suæ specimen edidisse. Christianos acerbissime persequendo. Ergo αὐτόθεν idem valet atque *illico, exinde, ex eo tempore*. Cæterum Maximinus Cæsar factus est anno Christi 304, Kalendis Aprilis, ut est in *Fastis* Idatii. Quod quidem cum Eusebii nostri rationibus optime consentit. Nam Eusebius scribit Maximinum post abdicationem Diocletiani Cæsarem esse factum anno secundo persecutionis, statimque, quasi potentiæ suæ ostentandæ causa, Christianorum persecutionem velut de novo instaurasse. Quod tamen non de ipso anno accipiendum est, quo Cæsar factus est Maximinus. Hoc enim anno utpote rebus adhuc turbatis, nec satis confirmato Galerii imperio, parumper quievit Maximinus. Itaque anno illo nullus in Palæstina martyr ab Eusebio memoratur. Sequenti autem anno, qui tertius fuit persecutionis, Maximinus propositis adversus Christianos edictis persecutionem instauravit, ut in hoc capite diserte testatur Eusebius

(26) *Γενικώτερον*. Rectius in Max., Med. ac Fuketiano codd. scribitur γεννικώτερον, et sic in Regio codice prius scriptum fuerat, ut apparet ex lituræ vestigiis.

Digitized by Google

τος, καὶ παῤῥησίας τῆς εἰς Θεὸν ὁμολογίας, τοῦ μακαρίου καὶ ὡς ἀληθῶς ἀμνοῦ ἀκάκου, μάρτυρος Ἀπφιανοῦ φημι, τοῦ πρὸ πυλῶν ἐπὶ θεωρίαν (27) ἅπασι τοῖς κατὰ Καισάρειαν, θαυμαστὸν παράδειγμα τῆς εἰς τὸν μόνον Θεὸν εὐσεβείας προβεβλημένου; Εἰκοστὸν ἔτος, οὐδέ πω τοῦτο, τῆς τοῦ σώματος ἡλικίας ἦν αὐτῷ. Πρῶτον μὲν οὖν τῆς Ἑλλήνων παιδείας ἕνεκα (27') κοσμικῆς (28) (ἐτύγχανε γὰρ καὶ τῶν κατὰ κόσμον εὖ μάλα πλούτῳ περιῤῥεομένων) τὸν πλείονα κατὰ τὴν Βηρυτὸν διατρίψας χρόνον, παράδοξον καὶ εἰπεῖν, ὡς ἐν τοιαύτῃ πόλει τῶν νεωτερικῶν ἐπιθυμιῶν ὑπεράνω γενόμενος, καὶ μήθ' ὑπὸ ἀκμῆς τοῦ σώματος, μήθ' ὑπὸ τῆς τῶν νέων ἑταιρείας διαφθαρεὶς τὸν τρόπον, σωφροσύνην ἠσπάζετο, κοσμίως καὶ σεμνῶς καὶ εὐσεβῶς κατὰ τὸν αἱροῦντα Χριστιανισμῷ λόγον (29) διεξάγων, καὶ τὸν ἑαυτοῦ παιδαγωγῶν βίον. Εἰ δὲ χρὴ μνήμην ποιησαμένους καὶ τῆς πατρίδος αὐτοῦ, κοσμῆσαι καὶ ταύτην διὰ τοῦ προαχθέντος ἐξ αὐτῆς γενναίου τῆς θεοσεβείας ἀθλητοῦ, εὐλόγως ἂν καὶ τοῦτο ποιήσομεν. Εἴ τις ἄρα Παγὰς ἐπίσταται τῆς Λυκίας (30) οὐκ ἄσημον πόλιν, ἐντεῦθεν ὁρμώμενος ὁ νεανίας, μετὰ τὴν ἐπάνοδον τῆς κατὰ τὴν Βηρυτὸν παιδείας, τοῦ πατρὸς αὐτοῦ τὰ πρωτεῖα τῆς πατρίδος ἀποφερομένου, μὴ οἷός τε φέρειν τὴν ἅμα τῷ πατρὶ καὶ τοῖς τῷ γένει προσήκουσι συνουσίαν, ὅτι μηδὲ ζῆν αὐτοῖς ἐδόκει κατὰ τοὺς τῆς θεοσεβείας θεσμούς, πνεύματι δ' ὥσπερ θείῳ κατεσχημένος (31), καὶ κατά τινα φυσικὴν, μᾶλλον δ' ἔνθεον καὶ ἀληθῆ φιλοσοφίαν, μεῖζον φρονήσας τῆς νενομισμένης τοῦ βίου δόξης, τῆς τε τῶν σωμάτων καταπτύσας ἡδυπαθείας, κρύβδην τοὺς οἰκείους ἀποδρὰς, καὶ μηδὲ τῶν ἐφημέρων δαπανῶν ἐπιστραφεὶς ἐλπίδι καὶ πίστει τῇ εἰς Θεὸν, ἤγετο πρὸς τοῦ θείου Πνεύματος χειραγωγούμενος ἐπὶ τὴν Καισαρέων πόλιν, ἔνθα ἡτοίμαστο αὐτῷ ὁ τοῦ μαρτυρίου τῆς θεοσεβείας στέφανος. Γενόμενος δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα (32), καὶ ὡς ἕνι μάλιστα τοῖς θείοις λό-

A revera innocentis oviculæ Apphiani martyris pro merito poterimus exponere? Qui quidem ad portas urbis Cæsareæ, admirabile exemplum singularis erga verum Deum pietatis cunctis illius incolis spectandum præbuit, **323** idque nondum viginti annos natus. Ac prius quidem cum sæcularium disciplinarum causa, utpote parentibus ortus locupletissimis, plurimum temporis Beryti esset commoratus, incredibile dictu est quo pacto in ea civitate calcatis adolescentiæ cupiditatibus, nec vigore corporis, nec sodalium consuetudine corrumpi se passus, modestiam amplexatus sit; honeste, sobrie ac pie ex præcepto Christianismi degens, moresque suos moderans atque castigans. Quod si patriam quoque ejus commemorare convenit, eamque urbem, ex qua tam B generosus religionis nostræ ortus est pugil, debito præconio exornare, equidem id faciam libentissime. Si quis ergo Pagas novit urbem Lyciæ non obscuram, inde oriundus fuit nobilis adolescens. Qui quidem reversus postea a Berytensibus studiis, cum pater ipsius principem locum domi obtineret, ipse nihilominus cum patre et propinquis suis versari non sustinuit, eo quod illi ex divinæ religionis præceptis vitam agere recusarent. Sed divino quodam spiritu afflatus, et præ innato philosophiæ studio seu potius cœlestis ac veræ sapientiæ amore, vanam hujus sæculi gloriam et corporis voluptates despiciens, clam domo aufugit. Ac ne quidem de sumptu ad diurnum victum necessario sollicitus, ob spem ac fiduciam quam in Deo collocaverat, C prævio et quasi manu ipsum ducente Spiritu sancto, Cæsaream pervenit, ubi corona martyrii ipsum manebat. Ibi nobiscum versatus, cum ex sacrarum litterarum lectione quantum fieri potuit brevissimo illo tempore fructus sibi collegisset, et congrua arctioris abstinentiæ exercitatione semet roborasset, tandem ejusmodi exitu inclaruit, quem quisquis

(27) Vulg. *τῶν προπύλων ἐπὶ θεωρίαν*. Undenam Christophorsonus interpretationem suam exculpserit, ignoro. Sic enim vertit: *Qui quidem in festo quo gentiles Hecatæ sacrificare solent, omnibus Cæsareæ civibus admirabile suæ in Deum pietatis exemplar proposuit contemplandum.* Græca quidem verba corrupta esse satis apparet. Sed levi mutatione locus restitui potest hoc modo: Πρὸ τῶν πυλῶν ἐπὶ θεωρίαν ἅπασι, etc. Quam scripturam in versione nostra secuti sumus. Confirmat hanc D emendationem ipse Eusebius infra, ubi dicit cadaver Apphiani martyris, quod in mare projectum fuerat, ad ipsum littus Cæsariensium appulisse juxta ipsas civitatis portas.

(27') Desideratur τῆς. Edit.

(28) *Ἑλλήνων παιδείας ἕνεκα κοσμικῆς*. Jurisprudentiam et Latinæ linguæ peritiam intelligit, quæ ad honores et magistratus gerendos necessariæ erant. Erat autem Beryti schola juris civilis, ut multi jam pridem observarunt ex Gregorio Thaumaturgo, Eunapio, Nonno et aliis. Illinc est igitur quod Eusebius addidit vocem κοσμικῆς, id est, *sæcularis litteraturæ*. Gregorius Nazianzenus in carmine Nicobuli ad filium, Berytum vocat,

Φοινίκης κλυτὸν ἄστυ, νόμων ἕδος Αὐσονίηων.

In Græcorum *Menologiis*, die 2 Aprilis, Amphianus cum Ædesio fratre apud Berytum a B. Pamphilo martyre ad pietatem instructus esse memoratur.

(29) *Κατὰ τὸν αἱροῦντα Χριστιανισμῷ λόγον*. Hoc loco αἱροῦντα positum videtur pro πρέποντα vel προσήκοντα. Quæ locutio familiaris est Eusebio; sic enim in fine hujus capitis, et in lib. VII, cap. 24, ex Dionysii Alexandrini libro *adversus Nepotem*.

(30) *Εἴ τις ἄρα Παγὰς ἐπίσταται τῆς Λυκίας*. In codice Medicæo legitur una voce Ἀρπαγάς, leni spiritu, in Mazarino Ἁραπαγάς. In Fuketiano etiam Ἁρπαγάς cum aspiratione. Sed in margine adnotatum est scribendum esse Ἀραγάς. De Aragis urbe Lyciæ nihil uspiam legi. Araxa quidem Lyciæ urbs commemoratur a Ptolemæo et Stephano. Et in concilio Constantinopolitano inter episcopos provinciæ Lyciæ qui synodo subscripserunt, ultimus recensetur Theanthinus Araxenus. In synodo quoque Chalcedonensi Leontius nominatur Araxorum episcopus. In *Menæo* Græcorum Amphianus e Lydia oriundus fuisse dicitur.

(31) Vulg. *πνεύματι θείῳ κατισχημένος*. Sic in omnibus libris constantissime exaratum est, nec tamen dubito quin legendum sit κατεσχημένος, quomodo et Savilius in suo codice emendavit.

(32) *Γενόμενος δὲ ἡμῖν αὐτοῖς ἅμα*. Symeon Metaphrastes, qui Apphiani, vel ut ipse vocat Amphiani martyrium ex Eusebio Pamphilo descripsisse profitetur, hunc locum ita interpolavit: *Cumque nobiscum in divinarum rerum studiis versaretur, et*

Digitized by Google

visu accepit, fieri nullo modo potest quin simul obstupuerit. Quisquis vero auditione tantum acceperit, admiretur necesse est adolescentis fiduciam, libertatem, constantiam et ante omnia consilii ac propositi ipsius audaciam. Quæ quidem zeli divinæ religionis et divini cujusdam Spiritus argumenta sunt certissima. Nam cum Maximinus secundum adversus nostros bellum excitasset, anno tertio persecutionis Diocletiani; et per omnes provincias missa essent tyranni edicta, quibus rectores **324** jubebantur operam dare, ut omnes omnium urbium incolæ diis publice sacrificarent: cumque præcones per universam Cæsaream cunctos patresfamilias ad dæmonum templa jussu præsidis evocarent; ac præterea tribuni militum singulos ex tabella nominatim citarent; omnibus ubique locorum Christianis inexplicabili malorum turbine concussis, hic quem supra nominavimus, nemini communicato consilio, clam nobis qui in eadem domo degebamus, clam universa militum cohorte qui circa præsidem stabant, ad Urbanum tunc forte libantem intrepidus accessit, fidentique animo comprehensa ejus dextra, e vestigio quidem sacrificium omittere ipsum coegit. Mox instar prudentissimi monitoris, cum divina quadam gravitate hortari eum cœpit ut ab errore desisteret. Quippe absurdum esse ut, posthabito veri ac solius Dei numine, simulacris ac dæmonibus homines sacra faciant. Id autem ut verisimile est, agebat fortissimus juvenis divina quadam virtute quæ ipsum ad hoc impulerat, omnibus, ut ita dicam, inclamante ac denuntiante per hoc facinus; tantum abesse ut Christiani qui quidem eo nomine digni essent, ab eo quem semel imbibissent divini Numinis cultu unquam abducerentur; quin potius minis, et his qui minas subsequi solent cruciatibus adeo illos superiores esse, ut adhuc eo liberius in posterum loquantur, et ingenua atque intrepida voce veritatem prædicent, ipsosque etiam, si fieri possit, persecutores suos hortentur, ut abjecto impietatis errore, eum qui solus Deus est agnoscant. Post hæc supradictus juvenis, in præsentia quidem utpote tam audaci perpetrato facinore, a militibus qui præsidi apparebant, tanquam a feris bestiis discerptus, et innumera verbera toto corpore fortissime perpessus, in carcerem conjicitur. Ubi cum noctis ac diei unius spatio pedibus in nervo distentis mansisset, postero die in judicium adducitur. Compulsus deinde a judice diis sacrificare, invictam adversus ærumnas et quantumvis horrendos dolores constantiam animi de-

γοις ἐπ' ὀλίγον συλλεξάμενος, ἀσκήσεσί τε προηκούσαις ἐκθυμότατα παρασκευασάμενος, τέλος οἷον ἐπιδέδεικται, τίς μὲν πάλιν ἰδὼν οὐ κατεπλάγη; τίς δ' αὖθις ἀκοῇ παραλαβὼν, οὐκ ἂν ἐνδίκως θαυμάσειε τὸ θάρσος, τὴν παῤῥησίαν, τὴν ἔνστασιν, καὶ, πρό γε τούτων, τὴν τόλμαν καὶ αὐτὸ τὸ ἐγχείρημα, ζήλου θεοσεβείας καὶ πνεύματος ὡς ἀληθῶς ὑπὲρ ἄνθρωπον παρέχοντα τεκμήρια (33); Δευτέρας γάρτοι καθ' ἡμῶν γενομένης ἐπαναστάσεως ὑπὸ Μαξιμίνου, τρίτῳ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔτει διωγμοῦ, γραμμάτων τε τοῦ τυράννου τοῦτο πρῶτον διαπεφοιτηκότων, ὡς ἂν πανδημεὶ πάντες ἀπαξαπλῶς μετ' ἐπιμελείας καὶ σπουδῆς τῶν κατὰ πόλεις ἀρχόντων θύοιεν, κηρύκων τε καθ' ὅλης τῆς Καισαρέων πόλεως ἄνδρας ἅμα γυναιξὶ καὶ τέκνοις ἐπὶ τοὺς τῶν εἰδώλων οἴκους ἐξ ἡγεσμονικοῦ κελεύσματος ἀναβοωμένων, καὶ πρὸς τούτοις, ὀνομαστὶ χιλιάρχων ἀπὸ γραφῆς ἕκαστον ἀνακαλουμένων, ἀφάτῳ τε κλύδωνι κακῶν τῶν πανταχόσε συγκεχυμένων, ἀφόβως ὁ δεδηλωμένος, μηδενὸς ἐπὶ τῷ πραχθησομένῳ συνειδότος αὐτῷ, ἡμᾶς τε οἳ κατ' οἶκον αὐτῷ συνῆμεν, καὶ ἔτι πᾶν τὸ περὶ τὸν ἡγεμόνα στρατιωτικὸν στίφος ὑποκλέψας, σπένδοντι τῷ Οὐρβανῷ πρόσεισι, καὶ τῆς δεξιᾶς ἀκαταπλήκτως αὐτὸν λαβόμενος, κατέπαυσε μὲν παραχρῆμα τοῦ θύειν, εὖ μάλα δὲ συμβουλευτικῶς μετά τινος θείου παραστήματος παρῄνει παύσασθαι τῆς πλάνης· μὴ γὰρ καλῶς ἔχειν, καταλιπόντας τὸν ἕνα καὶ μόνον ἀληθῆ Θεὸν, εἰδώλοις καὶ δαίμοσι θύειν. Τοῦτο δ', ὡς ἔοικεν, ἐνεχειρεῖτο τῷ μειρακίῳ, τῆς ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸν προαγούσης ἐνθέου δυνάμεως μονονουχὶ βοώσης διὰ τοῦ γενομένου, ὡς ἄρα τοσοῦτον ἀποδέοιεν Χριστιανοὶ οἵ γε ὄντως τοιοῦτοι, ἧς ἅπαξ ἠξιώθησαν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσεβείας μεταβάλλεσθαι, ὡς μὴ μόνον ὑπεράνω καθίστασθαι τῶν ἀπειλῶν καὶ τῶν ἐπὶ ταύταις κολαστηρίων, παῤῥησιάζεσθαι δ' εἰσέτι μᾶλλον, εὐγενεῖ τε καὶ ἀτρόμῳ γλώττῃ ἐλευθεροστομεῖν, καὶ εἰ οἷόν τε καὶ τοὺς διώκοντας αὐτοὺς μεταθεμένους τῆς ἀγνωσίας, τὸν μόνον ὄντα Θεὸν ἐπιγνῶναι παρακαλεῖν. Ἐπὶ τούτοις ὁ περὶ οὗ ὁ λόγος, παραχρῆμα μὲν, ὅσα εἰκὸς αὐτὸν, ὡς ἂν ἐπὶ τοιούτῳ τολμήματι θηρῶν δίκην ἀγρίων πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν ἡγεμόνα διασπαραχθεὶς, καὶ μυρίας καθ' ὅλου τοῦ σώματος πληγὰς ἀνδρειότατα ὑπομείνας, τέως μὲν αὐτίκα δεσμωτηρίῳ παραδίδοται. Ἔνθα νυχθήμερον ἅμφω τὼ πόδε ἐπὶ τοῦ βασανιστικοῦ διατεθεὶς ξύλου, τῇ ἐπιούσῃ προσάγεται τῷ δικαστῇ· εἶτα θύειν ἐκβιαζομένου, πᾶσαν ἐνδείκνυται πρὸς πόνους καὶ φρικτὰς ἀλγηδόνας καρτερίαν, τὰς πλευρὰς οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δεύτερον, ἀλλὰ καὶ πλεονάκις ἄχρις ὀστέων καὶ αὐτῶν σπλάγχνων καταξανθείς,

in sacris litteris a magno martyre Pamphilo exerceretur, non vulgarem ad virtutem habitum adeptus est: ex quo sibi ad martyrii palmam aditum patefecit. Atqui Eusebius non a Pamphilo martyre, sed a seipso Apphianum in sacris litteris institutum esse testatur. Idque verius existimo. Nam Eusebius noster longe doctior fuit quam Pamphilus. Græcorum tamen Menæa et Menologium a Canisio editum, cum Symeone Metaphrasta consentiunt, nisi quod Metaphrastes quidem Apphianum post reditum a Berytensibus studiis, cum venisset Cæsaream, illic a Pamphilo eruditum esse scribit. In Menæis vero et in Menologio idem Apphianus cum fratre Ædesio Beryti a Pamphilo institutus esse dicitur, nulla Eusebii mentione facta. Adeo recentiores Græci sollicite caverunt, ne beatissimus martyr ab Eusebio Pamphili, quem hæreticum fuisse sibi persuadebant, eruditus esse diceretur.

(33) *Παρέχοντα τεκμήρια.* Scribendum puto, disjunctis vocibus, παρέχον τὰ τεκμήρια. Refertur enim ad vocem τὸ ἐγχείρημα, quæ præcessit.

Digitized by Google

πληγάς τε κατὰ προσώπου καὶ αὐχένος τοσαύτας δεξάμενος, ὡς μηδ' ὑπὸ τῶν εὖ καὶ ἀκριβῶς αὐτὸν πάλαι εἰδότων, διοιδήσαντα τὸ πρόσωπον, ἔτι γινώσκεσθαι. Ἀλλὰ γὰρ μηδὲ πρὸς τὰ τοσαῦτα ἐνδιδόντος, λίνοις ἐλαίῳ δεδευμένοις τὼ πόδε αὐτοῦ καλύψαντες, πῦρ ὑφῆπτον ἐκ προστάξεως οἱ βασανισταὶ, ἐφ' οἷς ὁποίας ἤνεγκεν ὁ μακάριος ἀλγηδόνας, πάντα λόγον ὑπεραίρειν μοι δοκῶ. Καθίκετο γοῦν αὐτοῦ διατῆξαν τὰς σάρκας, καὶ τῶν ὀστέων τὸ πῦρ, ὡς κηροῦ δίκην λείβεσθαι καὶ ἀποστάζειν ἐκτηκομένην τὴν ἰκμάδα τοῦ σώματος. Ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ πρὸς ταῦτα ἐνδοὺς, ἠττημένων ἤδη καὶ μονονοὺκ ἀπειρηκότων πρὸς τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον καρτερίαν αὐτοῦ τῶν ἀντιπάλων, αὖθις δεσμοῖς εἴργνυται, τριταῖός τε αὖ προσαχθεὶς τῷ δικαστῇ καὶ τὴν αὐτὴν ὁμολογήσας πρόθεσιν, καίτοιγε λοιπὸν ἡμιθνὴς ὑπάρχων, ὑποβρύχιος θαλάττῃ παραδίδοται. Τὰ δ' ἐπὶ τούτοις παραχρῆμα γενόμενα, ῥηθέντα μὲν οὐκ ἀπεικὸς παρὰ τοῖς μὴ ὄψει παρειληφόσιν ἀπιστηθήσεσθαι, ἡμᾶς δ' οὖν, καίπερ τοῦτ' ἀκριβῶς εἰδότας, οὐχ αἱρεῖ λόγος μὴ οὐχὶ ἐκ παντὸς παραδοῦναι τῷ λόγῳ τὴν ἱστορίαν, τῷ καὶ μάρτυρας εἶναι τοῦ γεγενημένου ἁπλῶς εἰπεῖν ἅπαντας τοὺς τὴν Καισάρειαν οἰκοῦντας. Οὐδεμία γοῦν ἡλικία τῆς παραδόξου ταύτης ἀπελείφθη θέας. Αὐτίκα γοῦν ὡς ἐδόκει μάλιστα κατὰ μέσου πελάγους ἐν ἀπείροις βυθοῖς τὸν ἱερὸν ὄντως ἐκεῖνον καὶ τρισμακάριον ἐμβαλεῖν, κλόνος ἀθρόως οὐχ ὁ τυχὼν καὶ βρασμὸς αὐτήν τε τὴν θάλασσαν καὶ τὸ περιέχον ἅπαν (34) διέσχεῖ, ὡς καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν πόλιν ἅπασαν πρὸς τοῦ γενομένου σεισθῆναι. Ἅμα δὲ τῷ παραδόξῳ τούτῳ καὶ ἀθρόῳ σεισμῷ, τοῦ θείου μάρτυρος τὸν νεκρὸν ἡ θάλαττα, ὥσπερ μὴ οἷά τε οὖσα φέρειν αὐτὸν, πρὸ τῶν τῆς πόλεως ἐκβράσσει πυλῶν. Καὶ τοιαῦτα μὲν ἦν τὰ κατὰ τὸν θεσπέσιον Ἀπφιανὸν, Ξανθικοῦ μηνὸς δευτέρᾳ, ἥτις ἂν εἴη πρὸ τεσσάρων Νώνων Ἀπριλλίων, ἡμέρᾳ παρασκευῆς τελειωθέντα.

A claravit; lateribus non semel, sed iterum ac sæpius ad ipsa usque ossa et viscera sulcatis; totque plumbatarum ictibus in os ac cervicem verberatus, ut contusa ac tumefacta facie, ne ab illis quidem qui eum optime norant agnosceretur. **325** Verum cum ille tantis doloribus nullatenus cederet, tortores jussu præsidis linum oleo madefactum pedibus ejus circumponentes, ignem postea subjecerunt. Quo facto quantos beatissimus martyr dolores persenserit, nulla ut arbitror oratione explicari potest. Ignis siquidem consumptis ejus carnibus ad ossa usque penetrabat: adeo ut universus humor corporis ceræ instar liquefactus stillatim diffluueret. Sed neque his cruciatibus superatus, licet jam victis et ob portentosam ejus fortitudinem animos despondentibus adversariis, rursus in vincula compingitur. Dehinc tertio post die judici oblatus, eamdemque fidei constantiam professus, licet semivivus, in profundum mare demersus est. Ea vero quæ continuo subsecuta sunt illis, fortasse si retulero, incredibilia videbuntur qui oculis suis hæc minime viderunt. Verum tametsi id procul dubio eventurum intelligam, facere nullo modo possum, quin rem gestam posterorum memoriæ commendem: quippe cum universi propemodum incolæ urbis Cæsareæ testes hujus miraculi exstiterint. Nulla certe ætas tam stupendæ rei spectaculo non interfuit. Postquam igitur sanctissimum illum ac beatissimum juvenem medio mari in altissimum, ut ipsis videbatur, gurgitem submerserunt, repente tantus motus tantusque fragor non solum mare, verum etiam cœlum omne concussit, ut terra quoque et ipsa Cæsariensium civitas eo motu quateretur. Eodemque temporis momento quo repentinus ille ac mirabilis terræ motus acciderat, divini martyris cadaver, utpote quod marini fluctus continere non poterant, ab iisdem ante portas civitatis ejectum est. Hujusmodi fuit exitus admirandi Apphiani die secundo mensis Xanthici, quod est ante diem quartum Nonas Apriles, feria sexta.

B

C

CAPUT V.

De Ulpiano et Ædesio martyribus.

Ὑπὸ δὴ τὸν αὐτὸν καιρὸν, αὐταῖς τε ἡμέραις, ἐπὶ τῆς Τυρίων πόλεως νεανίας, Οὐλπιανὸς ὄνομα, μετὰ δεινὰς καὶ αὐτὸς αἰκίας, μάστιγάς τε χαλεπωτάτας, ἅμα κυνὶ καὶ ἀσπίδι, τῷ ἰοβόλῳ ἑρπετῷ, ὠμοβοΐνῃ περιβληθεὶς δορᾷ, θαλάττῃ παραδίδοται. Διό μοι δοκεῖ ἐν τοῖς (35) Ἀπφιανοῦ μαρτυρίοις εὐλόγως ἡμῖν μνημονεύεσθαι καὶ οὗτος. Ἀδελφὰ δὲ τῷ Ἀπφιανῷ σμικρὸν τῷ χρόνῳ ὕστερον ὑπομείνας, ὁ μὴ μόνον αὐτοῦ κατὰ θεὸν, καὶ σώματι δὲ ὁμοπάτριος ἀδελ-

Per idem tempus iisdemque pene diebus in urbe D Tyro adolescens quidam Ulpianus nomine, post crudeles plagas et acerbissima flagrorum verbera, una cum cane et aspide in culeum ex crudo bovis corio insutus, in mare præcipitatus est. Proinde cum Apphiani **326** martyrio jure merito hic a nobis commemorandus videtur. Aliquanto post tempore Ædesius, tam secundum Deum quam juxta carnem Apphiani frater germanus, germana cum

(34) *Καὶ τὸ περιέχον ἅπαν.* Metaphrastes his verbis littus designari existimavit. Sic enim habet Latina ejus versio apud Lipomanum tomo VII: *Cum enim in pelagi profundum sanctum Dei hominem, lapidibus ad pedes ejus suspensis projecissent, ingens confestim fragor et commotio atque æstus, tum ipsum mare, tum circumstans littus perturbavit, motusque maximus urbem concussit universam.* Græci tamen ea voce designare solent aerem qui terras ambit.

(35) *Διό μοι δοκεῖ ἐν τοῖς*, etc. Id est: Quamvis Ulpianus non in Palæstina passus sit, sed in Phœnice, tamen quia eodem tempore eodemque supplicio quo Apphianus exstinctus est, non absurde hoc loco mentionem ejus fecimus. Apparet igitur ex his verbis, Eusebium in hoc libro solos provinciæ Palæstinæ martyres retulisse.

Digitized by Google

illo perpessus est. Quippe post innumerabiles confessiones, post diuturnos carceris et vinculorum cruciatus, post præsidum sententias quibus ad metalla Palæstinæ fuerat condemnatus; post vitæ rationem plane philosophicam quam in pallio philosophico agens perpetuo traduxerat : longius enim quam frater in disciplinis processerat, utpote qui operam dedisset philosophiæ : tandem apud Alexandriam cum judicem qui de Christianis quæstionem habebat, supra modum debacchantem atque insultantem vidisset; et nunc quidem viros graves variis afficientem contumeliis, nunc mulieres eximia castitate præditas atque etiam virgines Deo devotas lenonibus ad omne genus turpitudinis dedentem, idem ac frater facere conatus est. Cum enim hæc ipsi intolerabilia viderentur, ingenti animi fiducia accessit ad judicem. Cumque verbis simul et factis illum pudore atque ignominia perfudisset, post hæc multiplices tormentorum cruciatus fortiter perpessus, tandem in mare præcipitatus, eodem quo frater genere mortis interiit. Et hæc quidem Ædesio tametsi aliquanto post tempore, ut jam dixi, ad hunc modum contigerunt

A φὸς (36) Αἰδέσιος, μετὰ μυρίας ὅσας ὁμολογίας καὶ πολυχρονίους δεσμῶν κακώσεις, ἡγεμονικάς τε ἀποφάσεις, ἐν αἷς τοῖς κατὰ Παλαιστίνην δέδοται μετάλλοις, καὶ μετὰ τὴν ἐν πᾶσι τούτοις φιλόσοφον ἐν τρίβωνος σχήματι ἀγωγήν· καὶ γὰρ οὖν αὐτὸς πλέον τῆς τοῦ ἀδελφοῦ παιδείας κεκτημένος, καὶ ἀπὸ μαθημάτων φιλοσόφων ὡρμᾶτο· τελευτῶν δῆτα ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως τὸν αὐτόθι συνιδὼν δικαστὴν Χριστιανοῖς δικάζοντα, πέρα τε τῶν προσηκόντων ἐμπαροινοῦντα, καὶ τοτὲ μὲν σεμνοῖς ἀνδράσι ποικίλως ἐνυβρίζοντα, τοτὲ δὲ γυναῖκας σωφροσύνης τῆς ἀνωτάτω, καὶ αὐτοπαρθένους (37) ἀσκητρίας, εἰς αἰσχρὰς ὕβρεις πορνοτρόφοις παραδιδόντα, ταυτὸν ἐγχειρήσας τῷ ἀδελφῷ, ὅτι δὴ ἀφόρητα εἶναι αὐτῷ τὰ γινόμενα ἐδόκει, παραστήματι θαρσαλέῳ πρόσεισι, λόγοις τε B καὶ ἔργοις τὸν δικαστὴν αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ περιβαλὼν (38), κἀπὶ τούτοις καρτερῶς εὖ μάλα βασάνων πολυτρόπους ὑπομείνας αἰκίας, τὴν ἀδελφικὴν ἀπηνέγκατο, θαλάττῃ παραδοθείς, τελευτήν. Ἀλλὰ τὰ μὲν κατὰ τοῦτον, ὡς δ' οὖν ἔφην μικρὸν τοῦ χρόνου ὕστερον, τοῦτον ἐγενήθη τὸν τρόπον.

—

CAPUT VI.

De Agapio martyre.

Anno autem quarto persecutionis adversus nos concitatæ, die vicesimo mensis Dii, quod est ante diem duodecimum Kalendas Decembres, feria sexta, apud eamdem urbem Cæsaream martyrium prorsus memorabile perpetratum est, præsente tyranno ipso Maximino, et ob natalem suum spectacula populis exhibente. Cum esset vetus consuetudo, ut præsentibus imperatoribus magnifica, si unquam alias, spectacula majorem solito voluptatem spectantibus præberent; novis undique et inusitatis conquisitis miraculis, partim ferarum quæ ex India aut Æthiopia aut aliunde advectæ in amphitheatrum introducebantur; partim hominum qui

Τετάρτῳ γε μὴν τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔτι διωγμοῦ, πρὸ δώδεκα Καλανδῶν Δεκεμβρίων, ἢ γένοιτ' ἂν μηνὸς Δίου εἰκάδι, προσαββάτου ἡμέρᾳ, κατὰ τὴν αὐτὴν Καισάρειαν, γραφῆς ὡς ἀληθῶς ἄξιον, αὐτοῦ δὴ τοῦ C τυράννου Μαξιμίνου παρόντος καὶ θέας τοῖς πλήθεσι φιλοτιμουμένου κατὰ τὴν λεγομένην αὐτοῦ γενέθλιον ἡμέραν, ἀπετελέσθη τοιοῦτον. Ἔθους τὸ πρὶν ὄντος, ἐπὶ βασιλέων, εἰ καὶ ἄλλοτε, τὰς φιλοτίμους θέας πλείους τοῖς θεαταῖς ἐμπαρέχειν θυμηδίας, καινῶν καὶ ξένων τά τε (38*) συνήθη παραλλαττόντων τῶν θεαμάτων, ζώων ὅπη τῶν ἐξ Ἰνδίας ἢ Αἰθιοπίας, ἢ καὶ ἄλλοθεν εἰσκομιζομένων, ἢ καὶ ἀνδρῶν ἐντέχνοις τισὶ σωμασκίαις (39) παραδόξους ψυχαγωγίας τοῖς ὁρῶ-

(36) *Ὁμοπάτριος ἀδελφός*. In Menæo Græcorum, ad diem secundum Aprilis, Ædesius frater uterinus Apphiani martyris appellatur.

(37) Vulg. *καὶ αὐτὸ παρθένους*. In codd. Med., Fuk. et Maz. legitur una voce αὐτοπαρθένους, optime, ut equidem judico. Sic enim vocat Eusebius Christianas virgines, quæ sponte virginitatem suam Deo devoverant : quas Latini *devotas* vocabant. Ita enim Ausonius aliique eas appellant. Paulo post ex iisdem codicibus emendavi ταυτὸν ἐγχειρήσας.

(38) *Τὸν δικαστὴν αἰσχύνῃ καὶ ἀτιμίᾳ περιβαλών*. Hujus loci explicatio ex *Menæo* Græcorum petenda est, in quo Ædesius Hieroclem præfectum Ægypti in Christianos sævientem, pugno dicitur percussisse : Ὁ δὲ Αἰδέσιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ κατ' Αἴγυπτον, τοῖς τοῦ χαλκοῦ μετάλλοις ταλαιπωρούμενος, ἐπειδὴ τὸν ἄρχοντα Ἱεροκλέα τιμωρούμενον τοὺς Χριστιανοὺς ἐθεάσατο, ἑαυτοῦ ἀφειδήσας, αὐτοχείρως τὸν ἄρχοντα ἔτυψεν. Quare in hoc Eusebii loco ἀτιμία quidem designat verbera quibus judex affectus est ab Ædesio : αἰσχύνη vero denotat convicia quibus Ædesius judicem ipsum appetiit. Utrumque autem indicat Eusebius hic verbis, λόγοις τε καὶ ἔργοις τὸν δικαστήν, etc. De Hierocle autem, præfecto Ægypti, qui innumeris Christianorum cædibus nobilitatus est, loquuntur Epiphanius et Lactantius. Hic est Hierocles adversus quem Eusebius noster librum scripsit. Porro hunc Eusebii D nostri locum Metaphrastes eodem prorsus modo explicuit : *Post hanc*, inquit, *calamitatem, incidit in Hieroclem, qui totam Ægyptum administrabat. Hunc cum in Dei martyres injuria sævientem animadvertisset, sanctasque Dei virgines tradentem lenonibus, nec tantam iniquitatem perferre posset, simile fraterno facinus aggreditur. Namque divino repletus zelo procedit, et verbis ac factis Hieroclem confundit. Manu enim sua plagas illi in os infligit, humique supinum prosternit et cædit : ac monet, ne audeat contra naturæ leges, Dei servos offendere.*

(38*) *Τε*. Forte γε. Edit.

(39) *Ἐντέχνοις τισὶ σωμασκίαις*. Pantomimos intelligit, et pegmatarios, et contigeros, et funambulos, aliorumque id genus miraculorum artifices, qui a magnificis quibusque editoribus populo exhibebantur, ut docet Claudianus in libro *De consulatu Theodori*.

Digitized by Google

σιν ἐνδεικνυμένων, πάντως που καὶ τότε σῖα βασιλέως τὰς θέας παρέχοντος, πλεῖόν τι καὶ παράδοξον χρῆν ὑπάρξαι ταῖς φιλοτιμίαις. Τί τοίνυν τοῦτο ἦν; μάρτυς τοῦ καθ' ἡμᾶς δόγματος παρήγετο εἰς μέσον, τῆς μόνης καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας ὑπεραγωνιζόμενος. Ἀγάπιος οὗτος ἦν, ὁ δεύτερος (40) ἅμα τῇ Θέκλᾳ θηρσὶν ἐπὶ βορᾷ δεδόσθαι μικρῷ πρότερον δεδηλωμένος· ὃς δὴ καὶ ἄλλοτε δεσμωτηρίου τρίτον (41) καὶ πολλάκις ἅμα κακούργοις ἐμπομπεύσας τῷ σταδίῳ (42), ἀεί γε μὴν κατὰ χρόνους τοῦ δικαστοῦ μετὰ τὰς ἀπειλάς, ἤτοι κατ' οἶκτον, ἢ κατ' ἐλπίδα τοῦ μεταθήσεσθαι τῆς προθέσεως, εἰς ἑτέρους αὐτὸν ἀγῶνας ὑπερτιθεμένου, τότε δὴ βασιλέως ἐπιπαρόντος ἤγετο, ὥσπερ ἐπίτηδες εἰς ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ πεφυλαγμένος, ὥστ' ἂν κἀκεῖνο τὸ σωτήριον ῥῆμα, ὃ τοῖς μαθηταῖς θεῖα γνώσει προηγόρευεν, ὡς ἄρα καὶ ἐπὶ βασιλέων ἀχθήσονται ἕνεκεν τῆς εἰς αὐτὸν μαρτυρίας, καὶ ἐπ' αὐτοῦ πληρωθείη. Φέρεται δὴ εἰς μέσον τὸ στάδιον σὺν καί τινι κακούργῳ. Φόνῳ δὲ τοῦ δεσπότου τοῦτον ἐνέχεσθαι ἔλεγον. Εἶθ' ὁ μὲν τοῦ δεσπότου φονεὺς τοῖς θηρσὶ παραβληθεὶς, ἐλέου καὶ φιλανθρωπίας ἠξίωτο, μονονουχὶ κατ' αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος Βαραββᾶν. Βοαῖς δ' ἐπὶ τούτῳ καὶ εὐφημίαις τὸ πᾶν ἐξηχεῖτο θέατρον, ὡς ἂν τοῦ μιαιφόνου φιλανθρώπως πρὸς τοῦ βασιλέως σεσωσμένου, τιμῆς τε καὶ ἐλευθερίας ἠξιωμένου. Ὁ δὲ τῆς θεοσεβείας ἀθλητὴς, ἀνακαλεῖται μὲν πρότερον ὑπὸ τοῦ τυράννου, εἶτα ἄρνησιν τῆς προθέσεως αἰτηθεὶς ἐπ' ἐλευθερίας ἐπαγγελίᾳ, μεγάλῃ φωνῇ διαμαρτύρεται, μὴ φαύλης μὲν ἕνεκεν αἰτίας, εὐσεβείας δὲ τοῦ τῶν ὅλων Δημιουργοῦ, προθύμως καὶ μεθ' ἡδονῆς, ὅσα δ' ἂν (43) ἐπάγοιτο αὐτῷ, γενναίως ὑποστήσεσθαι. Καὶ τοῦτ' εἰπὼν, ἅμα λόγῳ τοὔργον ἐπάγει, δρομαῖος ἄνιπτος ἀπολυθείσῃ κατ' αὐτοῦ ἄρκτῳ ὑπαντιάσας, ταύτῃ τε ἑαυτὸν ἀσμενέστατα ἐπιδεδωκὼς εἰς βοράν· μεθ' ἣν ἔμπνους εἰς τὸ δεσμωτήριον αἴρεται. Μίαν τε ἐνταῦθα ἐπιβιώσας ἡμέραν, τῇ ἑξῆς λίθων αὐτοῦ προσαρτηθέντων τοῖς ποσὶ, μέσῳ πελάγει καταποντοῦται. Τοιοῦτο καὶ τὸ τοῦ Ἀγαπίου μαρτύριον.

A exercitatis ante corporibus stupenda exhibentes artis suæ specimina, spectatores mirabili voluptate **327** oblectabant: tunc quoque, utpote imperatore ipso spectacula præbente, magnificentius aliquid et admirabilius solito, in apparatu ludorum inesse omnino oportebat. Quid vero illud fuit? Nostræ religionis martyr in medium adductus est, pro vera et sola pietate pugnaturus, nomine Agapius: quem una cum Thecla ad bestias damnatum fuisse secundo persecutionis anno retulimus. Hic igitur cum ter jam antea ex carcere eductus et sæpius cum maleficis solemni pompa traductus esset in stadio; judice post varias comminationes ac alia subinde certamina ipsum differente, sive quod miseratione ejus caperetur, sive quod a proposito B eum abduci posse sperabat, tunc tandem præsente imperatore productus est: tanquam de industria ad id tempus reservatus, ut in ipso verbum illud compleretur quod Servator noster per divinam præscientiam discipulis suis prædixerat [1]; fore ut coram regibus adducerentur propter nominis ipsius confessionem. Trahitur ergo in medium stadium una cum noxio quodam, qui dominum peremisse ferebatur. Post hæc is quidem qui dominum suum interfecerat, bestiis objectus, veniam et clementiam imperatoris promeruit, eodem pene modo quo ille qui temporibus Servatoris nostri fuit Barabbas. Quam ob causam totum repente amphitheatrum acclamationibus et laudibus personare cœpit, quia scilicet imperator cruentum homici- C dam benignissime servaverat, et honore ac libertate donaverat. Ille vero divinæ religionis athleta, primum quidem ab imperatore accitus est. Deinde cum ab eo postularetur ut fidei suæ propositum abjuraret, promissa ipsi, si id faceret, libertate; contenta voce professus est, se non ob aliquod crimen, sed pro pietate in Deum omnium conditorem, quæcunque sibi inferrentur supplicia non modo alacri ac forti animo, sed etiam cum voluptate esse subiturum. Hæc locutus, simul cum dictis facta conjungens, ursæ quæ adversus ipsum dimissa fuerat, concito cursu obviam occurrit, seque ipsum bestiæ devorandum libentissimè obtulit. Post cujus laniatus, adhuc spirans in carcerem reportatur. Ubi cum diei spatio supervixisset, sequenti die appensis ad pedes ejus lapidibus, medio mari submersus est. Hujusmodi fuit Agapii martyrium.

328 CAPUT VII.

De Theodosia virgine, et de Domnino et Auxentio martyribus.

Ἤδη δὲ καὶ εἰς πέμπτον ἔτος τοῦ διωγμοῦ παρατα- D Cum vero quintus jam annus persecutionis volveretur, die secundo mensis Xanthici, quod est

[1] Matth. x.

(40) *Ὁ δεύτερος.* Olim legendum putabam δευτέρῳ ἔτει. Sic enim Eusebius supra in cap. 3. Sed vulgata lectio ferri potest. Hic enim Agapius secundus dicitur, ad discrimen prioris Agapii qui ante biennium passus fuerat, de quo Eusebius loquitur in dicto capite.

(41) Vulg. *τοῦ δεσμωτηρίου τρίτον.* Corruptus et mutilus est hic locus. Nec male Christophorsonus legit, δεσμωτηρίου ἐξαχθείς. Verum ego lineam integram hic omissam esse existimo, quam ita suppleo: ἐξαχθεὶς, ἐν ᾧ κατείχετο ἔτος ἤδη τὸ τρίτον, etc. Conjectus fuerat in carcerem Agapius anno II persecutionis ineunte. Tertium jam ergo annum agebat in vinculis.

(42) *Ἅμα κακούργοις ἐμπομπεύσας τῷ σταδίῳ.* De hoc more noxios qui ad ferrum vel ad bestias damnati erant, per arenam traducendi, supra notavi ad librum V, ubi de Attalo.

(43) *Προθύμως... ὅσα δ' ἄν.* Legendum videtur ὅσα δὴ ἄν.

Digitized by Google

ante diem quartum Nonas Apriles, ipso Dominicæ Resurrectionis die, rursus apud Cæsaream Theodosia, virgo ex urbe Tyro oriunda, fidelis gravisque in primis puella, nondum octodecim annos nata, ad vinctos quosdam accessit, qui regnum Dei libere confitentes ante prætorium sedebant; tum ut eos salutaret, tum ut, quod credibile est, eosdem rogaret, ut, cum ad Deum pervenissent, sui memores esse vellent. Quo facto, quasi impium quoddam ac nefarium facinus perpetrasset, correpta a militibus deducitur ad præsidem. Ille confestim ut erat insanus, et belluino quodam furoris impetu incitatus, cum eam acerbis atque horrendis tormentis excruciasset, et latera ipsius ac papillas ad ipsa usque ossa ferreis ungulis exarasset, spirantem adhuc et læto atque hilari vultu cuncta tolerantem, marinis fluctibus mergi jubet. Inde ad reliquos Christi confessores se transferens, omnes ad æris metalla quæ sunt apud Phœnum Palæstinæ damnavit. Post hæc die quinto mensis Dii, hoc est, ut Romani dicunt, Nonis Novembris, in eadem urbe Cæsarea Silvanus qui etiam tum presbyter et confessor erat, sed paulo post ad episcopatus honorem evectus martyrium consummavit, et alii quidam ejus comites; cum pro vera pietate singularem constantiam ostendissent, ad opus in iisdem metallis faciendum ab eo quem dixi præside condemnati sunt; decretumque ut pedum juncturæ candente ferro prius ipsis debilitarentur. Eodem temporis momento quo adversus istos sententiam tulerat, virum quemdam innumeris aliis confessionibus nobilitatum, Domninum nomine, qui ob singularem in dicendo libertatem universis Palæstinis erat notissimus, vivum comburi præcepit. Post hæc idem judex, in excogitandis malis eximius artifex, et qui ad doctrinam Christi expugnandam nova quædam insidiarum ac fraudum genera commentus est, inaudita prius supplicia adversus Dei cultores excogitavit. Ac tres quidem pugilatu inter se dimicare lata sententia coegit; quemdam **329** vero sanctum ac venerabilem senem, nomine Auxentium, bestiis objecit. Alios item jam adultos et virilem ætatem ingressos, exsectis prius testiculis, ad eadem metalla damnavit. Alios rursus post acerbissima tormenta in carcerem conjecit. Inter quos erat et Pamphilus omnium sodalium mihi longe charissimus; qui præ cunctis nostræ ætatis martyribus, ob eximiam virtutem, præcipuam laudem et gloriam est consecutus. Ac primum quidem Urbanus ejus tum in arte dicendi, tum in philosophia peri-

σάρων Νώνων Ἀπριλλίων, ἐν αὐτῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναστάσεως (44), αὖθις ἐπὶ τῆς Καισαρείας Θεοδοσία τῶν ἀπὸ Τύρου παρθένος, πιστὸν καὶ σεμνότατον κόριον, οὐδ' ὅλως ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα, δεσμίοις τισὶ καὶ αὐτοῖς τὴν Χριστοῦ βασιλείαν ὁμολογοῦσι, πρό τε τοῦ δικαστηρίου (45) καθεζομένοις, πρόσεισιν ὁμοῦ φιλοφρονουμένη, καὶ οἷα εἰκὸς ὑπὲρ τοῦ μνημονεύειν αὐτῆς πρὸς τὸν Κύριον γενομένους, παρακαλοῦσα. Τοῦτο δὲ πράξασαν, ὥσπερ ἀθέμιτόν τι καὶ ἀσεβὲς εἰργασμένην ἁρπάσαντες στρατιῶται, ἄγουσιν ἐπὶ τὸν ἡγεμόνα. Αὐτίκα δ' οὗτος ἅτε τις ἐμμανὴς καὶ τὸν θυμὸν θηριωδέστατος, δειναῖς καὶ φρικτοτάταις βασάνοις κατὰ πλευρῶν καὶ μαζῶν μέχρι καὶ αὐτῶν ὀστέων αἰκισάμενος, ἔμπνουν ἔτ' αὐτὴν, ὅμως δ' οὖν πρὸς ἅπαντα γεγηθότι καὶ φαιδρῷ ἱσταμένην προσώπῳ, τοῖς θαλαττίοις κύμασιν ἐμβλῆθῆναι προστάττει. Εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τοὺς λοιποὺς μεταβὰς ὁμολογητὰς, τοῖς κατὰ Φαινὼ τῆς Παλαιστίνης χαλκοῦ μετάλλοις τοὺς πάντας παραδίδωσιν. Ἐπὶ τούτοις, Δίου μηνὸς πέμπτῃ, κατὰ δὲ Ῥωμαίους Νώνναις Νοεμβρίαις, ἐπὶ τῆς αὐτῆς πόλεως τοὺς ἀμφὶ Σιλβανὸν ἔτι δὴ τότε ὄντα πρεσβύτερον, ὁμολογήσαντα (46), ὃν οὐκ εἰς μακρὸν ὕστερον ἐπισκοπῆ τιμηθῆναί τε καὶ μαρτυρίῳ συνέβη τελειωθῆναι, γενναιοτάτην ἔνστασιν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐπιδειξαμένους, τοῖς εἰς τὸ αὐτὸ χαλκοῦ μέταλλον πόνοις ὁ αὐτὸς ἐγκρίνει, καυτῆρσι πρότερον τῶν ποδῶν τὰς ἀγκύλας αὐτοῖς ἀχρειωθῆναι προστάξας, ἐκδίδωσιν. Ἅμα δὲ τῇ κατὰ τούτων ἀποφάσει, ἄνδρα μυρίαις ἄλλαις ὁμολογίαις διαπρέψαντα, Δομνῖνος ἦν οὗτος ὁ διὰ περιττὴν ἐλευθερίαν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην ἅπασι γνωριμώτατος, τῇ διὰ πυρὸς ἐκδίδωσι κολάσει· μεθ' ὃν ὁ αὐτὸς δικαστὴς δεινὸς ἐπινοητής τις ὢν κακίας, καὶ τῶν κατὰ τῆς τοῦ Χριστοῦ διδασκαλίας ἐπιχειρημάτων καινουργὸς, τὰς μηδ' ἀκουσθείσας πώποτε κατὰ τῶν θεοσεβῶν ἐπενόει τιμωρίας· καὶ τρεῖς μὲν εἰς τὸ μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ (47) καταδικάζει. Αὐξέντιον δὲ σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτην, θηρίοις βορὰν παραδίδωσιν, ἄλλους δ' αὖ πάλιν τελείων ἀνδρῶν φέροντας ἡλικίαν εἰς εὐνούχους ἐκτεμὼν, τοῖς αὐτοῖς κατακρίνει μετάλλοις, ἑτέρους δ' αὖ πάλιν μετὰ χαλεπὰς βασάνους δεσμωτηρίῳ καθείργνυσιν, ἐν οἷς καὶ ὁ πάντων ἐμοὶ ποθεινότατος ἑταίρων Πάμφιλος ἦν, τῶν καθ' ἡμᾶς μαρτύρων ἀνὴρ πάσης ἕνεκεν ἀρετῆς ἐπιδοξότατος. Τούτου τὴν ἐν ῥητορικῆς λόγοις φιλοσόφοις τε μαθήμασιν ἀπόπειραν πρότερον ὁ Οὐρβανὸς λαβὼν, εἶθ' ὕστερον θύειν καταναγκάσας, ὡς ἀνανεύοντα καὶ μηδ' ὅλως ἐν λόγῳ τὰς ἀπειλὰς ἑώρα τιθέμενον, τὸ πανύστατον ἀγριάνας, σφοδροτέραις αὐτὸν αἰκίζεσθαι βασάνοις προστάττει. Καὶ δὴ ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν

(44) Vulg. *τῇ Κυριακῇ ἡμέρᾳ τῆς... ἀναστάσεως.* In *Actis* mss. passionis B. Theodosiæ, non die Paschæ passa esse dicitur, sed tantum die Dominico.

(45) *Πρό τε τοῦ δικαστηρίου.* Christophorsonus vertit *ante tribunal considentibus*, quod non probo. Ego *ante prætorium* malui vertere. Nam vincti illi ante fores prætorii stabant, donec præses, cui exhibendi erant, ad tribunal venisset. Quæ explicatio plane confirmatur sequentibus verbis.

(46) *Πρεσβύτερον ὁμολογήσαντα.* Non dubito quin scribendum sit ὁμολογήσαντας. Sic enim construenda sunt hæc verba : τοὺς ἀμφὶ Σιλβανὸν ὁμολογήσαντας.

(47) *Μονομαχεῖν ἐπὶ πυγμῇ.* Vide cap. 8, ex quo discimus eos qui sententia judicis ad hujusmodi certamina condemnati fuerant, traditos esse procuratoribus Cæsaris, qui eos quotidianis preludiis exercebant, ut in arenam quandoque produci possent.

Digitized by Google

αὐτοῦ δι' ἐπιμόνων καὶ φιλονείκων ξυστήρων ὁ θηριωδέστατος μονονουχὶ ἐμφορηθείς, αἰσχύνην γε μὴν ἐπὶ πᾶσι καταχεάμενος, τοῖς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ καὶ αὐτὸν ὁμολογηταῖς καταλέγει. Ἐπὶ δὲ τῇ κατὰ τῶν ἁγίων ὠμότητι ὁποίας ἀμοιβῆς παρὰ τῇ θείᾳ δίκῃ τεύξεται, τοσαῦτα κατὰ τῶν Χριστοῦ μαρτύρων ἐμπαροινήσας, διαγνῶναι ῥᾴδιον ἐκ τῶν τῇδε προοιμίων, δι' ὧν εὐθὺς καὶ οὐκ εἰς μακρὸν τοῖς κατὰ τοῦ Παμφίλου τετολμημένοις, αὐτὸν ἔτι τῆς ἡγεμονίας ἐχόμενον, ἡ θεία μετῆλθε δίκη (48), ἀθρόως οὕτω τὸν χθὲς ἄνω που ἐφ' ὑψηλοῦ βήματος δικάζοντα, καὶ πρὸς τοῦ στρατιωτικοῦ δορυφορούμενον στίφους, ὅλου τε τοῦ Παλαιστινῶν ἔθνους ἐπάρχοντα, ὁμοδίαιτόν τε οἷα φιλαίτατον καὶ ὁμοτράπεζον αὐτῷ τῷ τυράννῳ καθεστῶτα, διὰ μιᾶς γυμνώσασα νυκτὸς, καὶ τῶν τοσούτων ἀξιωμάτων ἔρημον καταστήσασα, ἀτιμίαν τε καὶ αἰσχύνην ἐπὶ τῶν πρότερον ὡς ἂν ἄρχοντα αὐτὸν τεθηπότων καταχέασα, δειλόν τε καὶ ἄνανδρον, γυναικώδεις τε προϊέμενον φωνὰς καὶ ἱκεσίας ὅλῳ τῷ ἔθνει οὗ δὴ καὶ ἦρχεν, ἐπιδείξασα, αὐτόν τε τὸν Μαξιμῖνον ἐφ' ᾧ τὸ πρὶν γαυριῶν ἐφρυάττετο, ὡς ἂν διαφερόντως αὐτὸν τῶν δρωμένων αὐτῷ καθ' ἡμῶν ἕνεκα στέργοντι, δικαστὴν ἀπηνῆ καὶ ὠμότατον ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας καταστήσασα· ὡς καὶ τὴν ἐπὶ θανάτῳ κατ' αὐτοῦ ψῆφον ἐξενεγκεῖν, μετὰ πολλὴν τὴν ἐφ' οἷς ἐξηλέγχετο ἀτοπήμασιν αἰσχύνην. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ὁδοῦ πάρεργον ἡμῖν εἰρήσθω· γένοιτο δ' ἂν προσήκων καιρὸς ἐν ᾧ τῶν δυσσεβῶν οἳ μάλιστα καθ' ἡμῶν ἐστρατεύσαντο, αὐτοῦ τε τοῦ Μαξιμίνου καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν, τὰ τέλη καὶ τῶν βίων τὰς καταστροφὰς ὁ λόγος ἡμῖν ἐπὶ σχολῆς περιλήψεται.

A tiam experimento aliquo cognoscere voluit: deinde sacrificare illum jubens, cum renuentem minasque ipsius aspernantem videret, supra modum efferatus, gravioribus eum tormentis excruciari præcepit. Post hæc ungularum quibus latera ejus persulcaverat crebritate ac pertinacia tantum non carnibus illius pastus vir immanissimus, cum ex his omnibus nihil præter dedecus atque ignominiam retulisset, tandem illum cæteris qui in carcere erant confessoribus aggregavit. Hic porro qui adversus martyres Christi tantopere debacchatus est, cujusmodi pœna apud justissimum Dei tribunal afficiendus sit, ob sævitiam qua in sanctos est usus, ex ipsis quæ in hac vita expertus est quasi proludiis licet cognoscere. Etenim statim post illa B quæ adversus Pamphilum nefarie admiserat, eum adhuc provinciam administrantem ultio divina corripuit. Quæ quidem hominem illum qui hesterno die in excelso tribunali residens jus dicebat, militum satellitio stipatus, totiusque provinciæ Palæstinæ rector; qui contubernalis tyranni, utpote amicorum præcipuus, et conviva ejusdem exstiterat: repente unius noctis spatio spoliatum cunctis hisce dignitatibus nudavit; et coram ipsis qui nuper illum utpote præsidem coluerant, pudore atque ignominia perfudit: et abjectum atque ignavum, vocesque ac preces muliebri more fundentem, universæ quam rexerat gentis conspectui exhibuit: ipsum denique Maximinum, quo sese maxime ille efferebat, utpote ejus charus in primis et acceptus C ob ea quæ adversus nostros crudeliter agebat, inexorabilem et crudelissimum ipsi judicem in ipsa urbe Cæsarea constituit. Post plurima enim opprobria, quibus, ob illa quorum convictus fuerat crimina affectus est, tandem imperator capitali eum sententia damnavit. Sed hoc a nobis obiter dictum **330** sit. Cum vero opportunum tempus adfuerit et impiorum qui præcipue adversus nos insurrexerunt, et ipsius adeo Maximini eorumque quos habuit consiliorum ministros, mortem ac funestos exitus commodius memorabimus.

CAPUT VIII.

De aliis confessoribus deque Valentinæ ac Pauli martyrio.

Καὶ εἰς ἔκτον δὲ ἔτος πνεύσαντος ἐπιμόνως τοῦ καθ' ἡμῶν χειμῶνος, εἶχε μὲν πρὸ τούτου (49) τὸ καλούμενον ἐν Θηβαΐδι φερωνύμως οὗ γεννᾶται πορφυρίτου λίθου μέταλλον, πλείστην ὅσην πληθὺν τῶν τῆς θεοσεβείας ὁμολογητῶν· ἐξ ὧν, τρισὶ δέουσι τὸν ἀριθμὸν, ἑκατὸν ἄνδρες ἅμα γυναιξὶ καὶ κομιδῇ νηπίοις πρὸς τὸν Παλαιστίνης ἡγούμενον διαπέμπονται· οὓς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν καὶ τὸν Χριστὸν ὁμολογήσαντας, τῶν σκαιῶν ποδῶν τὰς ἀγκύλας αὐτοῖς νεύροις καυτῆρσιν ἀποτμηθῆναι, καὶ αὖ πάλιν τῶν ὀφθαλμῶν τοὺς δεξιοὺς πρῶτον μὲν ξίφεσιν αὐτοῖς ὑμέσι καὶ κόραις ἐκκοπῆναι, εἶτα δὲ πυρὶ διὰ καυτήρων πάμπαν εἰς ῥίζας αὐτὰς ἀχρειωθῆναι, Φιρμιλιανὸς ὁ τῇδε διά-

Cum in sextum usque annum persecutionis adversus nos procella continuo desæviret, ex confessoribus divinæ religionis quorum innumerabilis multitudo jampridem apud Thebaidem versabatur D in loco qui Porphyrites vocatur ex nomine marmoris quod ibidem effoditur, centum fere viri tribus demptis, una cum mulieribus et parvulis admodum liberis, ad præsidem Palæstinæ transmissi sunt. Quibus omnibus, cum universorum opificem Deum Christumque confessi essent, Firmilianus præses, qui Urbano successerat, sinistri pedis curvaturas simul cum ipsis nervis candente ferro exscindi: dextrosque oculos primum quidem

(48) *Θεία μετῆλθε δίκη.* Post hæc verba punctum locandum est, non vero post ἀθρόως οὕτως, licet manuscripti codices vulgatam interpunctionem confirment.

(49) *Πρὸ τούτου.* Male Christophorsonus hæc verba πρὸ τούτου retulit ad vocem καλούμενον. Sic enim vertit, *in loco Porphyrite appellato, qui jam antea ex vena lapidis quæ ibi nascitur, nomen duxerat.* Atqui πρὸ τούτου refertur ad vocem εἶχε.

Digitized by Google

mucronibus confodi simul cum membranis et pupillis; deinde ad ipsas usque radices cauterio peruri, tanquam ex imperatoris mandato præcepit. Post hæc ad metalla provinciæ Palæstinæ, laboribus et ærumnis conficiendos transmittit. Nec vero hos solos hujusmodi supplicia perpessos vidimus; verum etiam ex Palæstinis illos quos ad pugilatus certamina condemnatos paulo ante retulimus: eo quod scilicet nec annonam ex principis ærario accipere, nec consueto pugilibus more quotidianis proludiis exerceri sustinerent. Quam ob causam non solum procuratoribus, sed ipsi etiam Maximino exhibiti, cum invictam in Christi confessione constantiam famis et flagrorum tolerantia declarassent, eadem cum illis de quibus diximus pertulerunt; adjunctis quibusdam aliis confessoribus in ipsa urbe Cæsarea. Post hos deinde quidam alii qui apud Gazam capti fuerant, dum ad audiendas sacræ Scripturæ lectiones convenirent; pars easdem quas superiores illi oculorum pedumque mutilationes sustinuerunt: pars sulcatis lateribus multo graviores cruciatus pertulerunt. Ex quibus **331** quædam in muliebri corpore virilem animum gerens, cum stupri comminationem non sustineret, jacto adversus tyrannum convicio, quippe qui tam sævis judicibus regendas provincias commisisset, primum quidem flagris verberata est, dein sublimis in equuleo suspensa, admotas lateribus ungulas pertulit. Cum vero ministri ad id constituti, omni pertinacia omnique virium nisu instantes, jussu judicis eam excruciarent, alia quædam mulier, quæ virginitatis propositum perinde ac prior amplexa fuerat, ipso quidem aspectu vilis ac despicabilis, verum forti et supra quam sexus ferebat sublimi animo prædita, ac longe præstantior pugnatoribus illis qui apud Græcos ob libertatem in loquendo omnium ore celebrantur, cum tantam atrocitatem atque immanitatem ferre non valeret, ex media turba inclamare adversus judicem cœpit: «Quousque tandem adeo crudeliter meam torquebis sororem?» Quo dicto ille exacerbatus, corripi repente mulierem jubet. Tracta igitur in medium, cum augusto Servatoris nostri nomine sese indigitasset, primum quidem blandioribus verbis sollicitata est ut sacrificare vellet. Sed cum id abnueret, vi ad aram pertracta est. Tum vero illa sui similis, nec de priore alacritate quidquam remittens, firmo ac fidenti pede aram calcibus incessit, eamque cum imposito ipsi rogo disturbat. Quam ob causam judex, instar tru-

A δοχος Οὐρβανῷ πεμφθεὶς ἡγούμενος, ὡς ἂν ἐκ βασιλικοῦ νεύματος προστάττει· κἄπειτα αὐτοὺς τοῖς κατὰ τὴν ἐπάρχιον μετάλλοις μόχθου καὶ κακοπαθείας ἕνεκεν, ταλαιπωρεῖσθαι παραδίδωσιν. Οὐ τούτους δὲ ἄρα μόνον τὰ τηλικαῦτα παθόντας ἥρκει παραλαβεῖν ὀφθαλμοῖς, ἀλλὰ καὶ Παλαιστινῶν τοὺς ἐπὶ πυγμῇ εἰς μονομαχίας κατακεκρίσθαι, μικρῷ πρόσθεν δεδηλωμένους, ἐπεὶ μήτε τὰς ἐκ τοῦ βασιλικοῦ ταμείου τροφὰς, μήτε μὴν τὰς ἐπιτηδείους τῇ πυγμῇ μελέτας ὑπέμενον· ἦθος δὲ οὐκ ἐπιτρόποις (50) αὐτὸ μόνον οἱ δηλούμενοι, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ Μαξιμίνῳ τούτου γε ἕνεκα παραστάντες, γενναιοτάτην ἔνστασιν ὁμολογίας διὰ λιμοῦ καρτερίας καὶ μαστίγων ὑπομονῆς ἐνδειξάμενοι, τὰ ὅμοια τοῖς δηλωθεῖσι πεπόνθασι, μεθ' ἑτέρων προστεθέντων αὐτοῖς ὁμολογητῶν ἐπ' αὐτῆς τῆς Καισαρείας. Ὧν κατὰ πόδας ἐπὶ τῇ τῶν θείων ἀναγνωσμάτων συγκροτήσει (51) κατὰ τὴν Γαζαίων πόλιν ἀλόντες ἕτεροι, οἱ μὲν τὰς αὐτὰς τούτοις ὑπέμειναν κατά τε τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τῶν ποδῶν πάθας, οἱ δὲ καὶ ἔτι μείζους (52), φοβερωτάτων κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπειράθησαν βασάνων. Ἐξ ὧν μία τις, τὸ μὲν σῶμα γυνὴ, τὸν δὲ λογισμὸν ἄῤῥην, πορνείας ἀπειλὴν μὴ ἐνεγκοῦσα, εἰποῦσά τι ῥῆμα κατὰ τοῦ τυράννου, ὡς ἂν οὕτως ὑμοῖς δικασταῖς τὴν ἀρχὴν ἐπιτετραφότος, πρῶτον μὲν μαστίζεται, εἶτα δὲ μετέωρος ἐπὶ τοῦ ξύλου γενομένη, τὰς πλευρὰς αἰκίζεται. Ὡς δ' ἐπιμόνως καὶ σφοδρῶς ἐκ προστάξεως τοῦ δικαστοῦ τὰς βασάνους ἐπῆγον οἱ ταύτῃ τεταγμένοι, ὑπὲρ τοὺς παρ' Ἕλλησιν ἐκείνους μαχητὰς ἐπ' ἐλευθερίᾳ τεθρυλλημένους, μὴ βαστάσασα τὸ ἀνηλεὲς καὶ ὠμὸν καὶ ἀπάνθρωπον τῶν πραττομένων, ἄλλη τις ὁμοίως τῇ προτέρᾳ τὸν τῆς παρθενίας ἐπανῃρημένη σκοπὸν, τὸ μὲν σῶμα πάνυ γε τὸ δοκεῖν εὐτελὴς καὶ τὴν ὄψιν εὐκαταφρόνητος, ῥωμαλέα δὲ ἄλλως τὴν ψυχὴν, καὶ μείζονα τοῦ σώματος τὸν λογισμὸν ἐνεστερνισμένη· «Καὶ μέχρι τίνος,» ἐκ μέσου τοῦ ὄχλου, «τὴν ἐμὴν ὠμῶς οὕτω βασανίζεις ἀδελφήν;» ἀνέκραγε πρὸς τὸν δικαστήν· ὁ δὲ πικρότερον ὑποκινηθεὶς, αὐτίκα συλλῃφθῆναι κελεύει τὴν ἄνθρωπον. Εἶτα σύρεται εἰς μέσον, καὶ τὸ σεβάσμιον τοῦ Σωτῆρος ἐπιγραψαμένη ὄνομα, πρῶτον μὲν λόγοις θύειν ἀνεπείθετο, ὡς δ' ἠπείθει, βίᾳ πρὸς τὸν βωμὸν εἵλκετο. Ἡ δὲ ἀδελφὴ ἑαυτῇ πράττουσα καὶ τῆς προτέρας ἐχομένη προθυμίας, ἀτρεμεῖ καὶ θαρσαλέῳ ποδὶ, λὰξ ἐντείνει τῷ βωμῷ, καὶ τὰ εἰς αὐτὸν (53) ἅμα τῇ ἐπικειμένῃ ἀνατρέπει πυρᾷ. Ἐφ' ᾧ θηρὸς ἀγρίου δίκην ὁ δικαστὴς ὀξυνθεὶς τὸν θυμὸν, τοσαύτας μὲν αὐτῇ πρότερον αἰκίας κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιτίθησιν, ὅσας οὐδενὶ τῶν πώποτε, μονονουχὶ καὶ ὠμῶν τῶν σαρκῶν αὐτῆς ἐμφορηθῆναι

(50) *Ἐπιτρόποις.* Intelligo procuratores familiæ gladiatoriæ ac ludi matutini, quorum mentio in vetustis inscriptionibus. Hi enim curam habebant gladiatorum fiscalium, eisque annonas ex fisco præbebant.

(51) *Ἐπὶ τῇ τῶν θείων ἀναγνωσμάτων συγκροτήσει.* Christophorsonus presbyteros ac diaconos intellexit, qui populum ad audiendas sacræ Scripturæ lectiones collegerant, quod quidem in privatis ædibus tunc fieri necesse erat. Dirutis enim ecclesiis et oratoriis, Christiani nonnisi in privatis domibus conventus habere poterant.

(52) *Οἱ δὲ καὶ ἔτι μείζους.* Post hæc verba punctum notatur in cod. Regio. Itaque scribendum est, φοβερωτάτων γὰρ κατὰ τῶν πλευρῶν, etc. Alioqui hiulca erit oratio.

(53) *Καὶ τὰ εἰς αὐτόν.* Dictum videtur pro τὰ ἐν αὐτῷ. Thus videlicet et acerram intelligit, et alia ejusmodi quæ super aram imponebantur. Possent etiam deleri verba illa τὰ εἰς, ut intelligatur martyr aram ipsam utpote tumultuario opere ex tabulis ligneis fabricatam, cum igne et thuribulo imposito subvertisse.

Digitized by Google

γλιχόμενος· ὡς δὲ κόρον αὐτῷ ἤδη τὰ τῆς μανίας ἐλάμβανεν, ἄμφω ζεύξας, αὐτήν τε ταύτην ἅμα τῇ πρὸς αὐτῆς ἀδελφῇ προσαγορευθείσῃ, τὸν διὰ πυρὸς αὐτῶν καταψηφίζεται θάνατον. Τούτων ἡ μὲν προτέρα τῆς Γαζαίων χώρας ἐλέγετο (54), τὴν δ' ἑτέραν ἱστέον ἀπὸ τῆς Καισαρέων ὡρμῆσθαι, τὴν πολλοῖς γνώριμον Οὐαλεντίναν τοὔνομα. Τὸ ἐπὶ τούτῳ μαρτύριον πῶς ἂν κατ' ἀξίαν διέλθοιμι, οὗ κατηξίωται ὁ τρισμακάριος Παῦλος; κατὰ μὲν τὴν αὐτὴν ταύταις ὥραν ὑπὸ μίαν ἀπόφασιν τὴν ἐπὶ θανάτῳ κριθεὶς, πρὸς αὐτῇ δὲ τελειώσει τὸν ἀποτέμνειν αὐτὸν ὅσον οὔπω μέλλοντα, βραχύ τι ὥρας ἐνδοῦναι αὐτῷ ἀντιβολήσας· οὗ τυχὼν, λαμπρᾷ καὶ γεγωνῷ φωνῇ, πρῶτον μὲν τὰς ὑπὲρ τῶν ὁμοεθνῶν ἐπρυτάνευε τῷ Θεῷ δι' εὐχῶν καταλλαγὰς, ἥ τάχος ἐλευθερίαν αὐτοῖς ἐνδοθῆναι ποντιώμενος· εἶθ' ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίων πρὸς τὸν Θεὸν διὰ Χριστοῦ προσαγωγῆς ἠξίου· εἶθ' ἑξῆς κατέβαινε τῷ λόγῳ, τὰ αὐτὰ καὶ Σαμαρείταις ἐπευχόμενος· καὶ τοὺς ἐν πλάνῃ δὲ καὶ ἀγνωσίᾳ Θεοῦ τῶν ἐθνῶν ὄντας, εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν αὐτοὺς (55), καὶ τὴν ἀληθῶς εὐσέβειαν ἀναλαβεῖν παρεκάλει, μηδὲ τοὺς τότε παμμιγῆ περιεστῶτας, ἀτημελήτους καταλιπών. Μεθ' οὓς πάντας, ὦ τῆς πολλῆς καὶ ἀφάτου ἀνεξικακίας! καὶ ὑπὲρ τοῦ τὸν θάνατον αὐτῷ προστιμήσαντος δικαστοῦ, τῶν τε ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων, ἔτι τε καὶ τοῦ ὅσον οὔπω τῆς κεφαλῆς αὐτὸν ἀποτεμοῦντος, εἰς ἐπήκοον αὐτοῦ τ' ἐκείνου καὶ τῶν παρόντων ἁπάντων, τοῦ τῶν ὅλων ἐδεῖτο Θεοῦ, μηδαμῶς αὐτοῖς ἐν ἀριθμῷ γενέσθαι τὴν εἰς αὐτὸν ἁμαρτάδα, παρακαλῶν. Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα μεγάλῃ τῇ φωνῇ κατευξάμενος, καὶ μονονουχὶ τοὺς πάντας ὡς ἂν ἀδίκως ἀναιρούμενος, εἷς οἶκτον ἑλκύσας καὶ δάκρυα, ὅμως αὐτὸς ἑαυτὸν σχηματίσας (56), καὶ τὸν αὐχένα γυμνὸν τῇ τοῦ ξίφους ἀποτομῇ παραδοὺς, θείῳ κατεκοσμήθη μαρτυρίῳ, μηνὸς Πανέμου πέμπτῃ καὶ εἰκάδι, ἢ λέγοιτ' ἂν πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Αὐγούστων. Καὶ τὰ μὲν κατὰ τοὐσδε τοιοῦτο τέλος εἶχεν. Οὐ μακροῦ δὲ διαδραμόντος χρόνου, αὖθις ἐκ τῆς Αἰγυπτίων γῆς οἱ θαυμάσιοι τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας ἀθληταὶ τριάκοντα πρὸς ἑκατὸν, ἐκ προστάξεως Μαξιμίνου τὰς αὐτὰς τοῖς προτέροις ἐπ' αὐτῆς Αἰγύπτου εἴς τε τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τοὺς πόδας συμφορὰς ὑποστάντες, τοῖς δεδηλωμένοις ἐν Παλαιστίνῃ μετάλλοις, οἱ δὲ τοῖς κατὰ Κιλικίαν κατάκριτοι παραπέμπονται.

A culentæ cujusdam bestiæ percitus, primum quidem ejus latera tot tantisque ungularum ictibus laniari præcepit, quot nullius unquam antea, adeo ut crudis ejus carnibus saturari velle videretur. Postquam vero improbitatis ipsum satietas cœpit, ambas simul copulans, hanc ipsam scilicet cum illa quam sororem suam appellaverat, flammis jussit absumi. Harum prior ex regione Gazensium orta esse ferebatur: altera vero Valentina nomine, multis probe cognita, patriam habuit Cæsaream. Illud autem martyrium proxime subsecutum, quo beatissimus Paulus exornatus est, quo tandem modo pro dignitate explicare possim? Qui cum eodem temporis articulo eademque qua virgines illæ sententia, capitali supplicio damnatus fuisset, imminente consummationis suæ tempore, a carnifice qui caput ipsi jamjam erat præcisurus, breve temporis spatium sibi concedi flagitavit. Eoque impetrato, **332** contenta voce primum quidem pro universa Christianorum gente preces ad Deum fudit, orans ut iisdem reconciliari vellet, utque pax illi ac securitas quamprimum restitueretur. Tum pro Judæis supplicavit, ut per Christi fidem ad Deum conversi accederent. Deinde ordine progressus, eadem pro Samaritis obsecravit. Post hæc pro gentilibus qui errore mentis impliciti et ignoratione obcæcati tenebantur, Deum precatus est, ut ad agnitionem ejus tandem pervenirent, veramque religionem susciperent. Sed nec promiscuæ circumstantium turbæ mentionem prætermisit. Post hos omnes (o vere eximiam et inexplicabilem animi mansuetudinem!) pro ipso judice a quo capitis supplicio damnatus fuerat, pro imperatoribus, ac pro ipso etiam carnifice qui cervicem ipsi jamjam erat præcisurus, illo ipso et cunctis qui aderant audientibus, supplex Deum omnipotentem rogavit, ne quod in ipsum admittebant facinus, illis imputaretur. Hæc clara voce precatus, cum universi miseratione ejus commoti, utpote qui innocens occideretur, lacrymas funderent, nihilominus semet ipse composuit, nudamque cervicem gladio feriendam præbens, divino martyrio decoratus est die 25 mensis Panemi, hoc est, ante diem octavum Kalendas Augusti. Et hujusmodi quidem exitus fuit martyrum illorum. Non longo post tempore rursus ex Ægypto centum ac triginta athletæ, Christianæ fidei confessione nobiles, easdem quas superiores illi oculorum ac pedum mutilationes jam antea in Ægypto perpessi, jussu imperatoris Maximini, pars ad Palæstinæ, pars ad Ciliciæ provinciæ metalla damnati ac deducti sunt.

(54) *Τούτων ἡ μὲν προτέρα τῆς Γαζαίων χώρας ἐλέγετο.* Desideratur hujus virginis nomen, quod quidem magnopere dolendum est. Sed hanc lacunam supplebimus ex *Menologio* Græcorum, in quo ita scribitur die 15 Julii: *Eodem die SS. martyrum Valentinæ et Theæ, quæ fuerunt ex Ægypto ad urbem Diocæsaream deductæ, et Firmiliano judici oblatæ, Christi veri Dei nostri confessæ nomen, sinistris pedibus combustis, et dexteris oculis effossis, gladio et igne consummatæ sunt.* Quæ tamen narratio non convenit cum Eusebii nostri narratione. Neque enim Eusebius eas in Ægypto comprehensas esse dicit; sed alteram Gazæ captam esse memorat, alteram vero Cæsareæ, Valentinam nomine. Sed neque sinistros pedes candenti ferro debilitatos, aut dextros oculos eis effossos esse dicit.

(55) *Εἰς ἐπίγνωσιν ἐλθεῖν αὐτούς.* Malim scribere αὐτοῦ, supple τοῦ Θεοῦ. Nostri tamen codices nihil mutant.

(56) *Ὅμως αὐτὸς ἑαυτὸν σχηματίσας.* Longe aliam scripturam exhibent codices Fuketii et Savilii. Sic enim habent ἡ νόμος, id est *ut moris est.* Quæ lectio haudquaquam spernenda mihi videtur. Cæterum de hujus Pauli martyrio mentio fit etiam in *Menologio*, die 15 mensis Julii.

Digitized by Google

CAPUT IX.

De renovata acrius persecutione; et de Antonino, Zebina, Germano aliisque martyribus.

